Quod dicti receptatores efficiantur subditi illius judicis, per quem banniti receptati fuerant condemnati, & ab eo puniri possint, per text. in l. nullum, C. de test. Franch. dec. 470. Sanfelic. dec. 63. nu. 7. & dec. 336. n. 48. & in Praxi sect. 25. n. 48. dixi in §. Bannitus, n. 36. ac ita servatum fuit nemine contradicente per Magistratum DD. Octo Florentiæ de mense Octobris 1678. in causa contra Jo: Baptistam Nicolai de Fabris, & alios prout & aliis vicibus per anteà sine ulla difficultate; licèt posteà eodem anno de hoc fuerit dubitatum in alia causa contra Philippum Dominici de Collina carceratum Terræ solis pro conversatione cum Francisco à Lacu bannito per sententiam dicti Magistratus, & facto verbo cum D. Auditore Fiscali videbatur sentire causam esse cognoscendam per Ministros Terræ solis, in quorum jurisdictione commissum erat delictum conversationis; sed mihi non satisfaciebat, quia contempta erat jurisdictio DD. Octo, à quibus processerat prohibitio conversandi, cujus contemptus ratione ipsi debebant esse judices, ut benè firmant præfati Auctores, vel ut verius puto posset esse locum præventioni, ut est de mente ipsorum per d. l. nullum, C. de test. Vide Danz. pugn. DD. tit. de recept. cap. pr. à nu. 5. usque ad 20.

Receptatores, & fautores delinquentium, ac etiam bannitorum, licèt ex sanguinis conjunctione possint excusari à pęna, tamen speciale est in furtis, ut receptatores furum cum rebus furatis, non excusentur, quamvis eadem pęna cum ipsis non puniantur, sed mitiori ratione conjunctionis sanguinis, nisi fuerint, & probentur verè participes furti peracti, quia tunc eadem pęna essent puniendi, vide Farinac. q. 513. n. 75. & seqq. & n. 268. & qu. 182. n. 141. & seqq. Sanfelic. dec. 343. per tot. cum plena Addit. & dixi in §. Furtum, n. 6. 2

Receptare bannitos, est refugium abscondendi causa præstare, leg. pr. §. qui autem, C. de his qui latr. ubi receptare non dicitur qui mittit litteras bona fide, & ignoranter, secus autem si dolosè, & scienter sequuto effectu perventionis litterarum; nec etiam qui momento loquutus fuit, vel semel tantùm dedit potum, vel una nocte, vel non potuit capere, nec resistere, nec evitare, dummodò posteà Curiæ revelaverit; nec qui receptaret filium, vel patrem, vel fęminam; & receptatio per se non est delictum, nisi adsit scientia banni, & dolus, ita ut non sufficiat scientia præsumpta, sed vera requiratur; probatur autem scientia, si constet ignoran- 3

rantiam esse affectatam, quæ talis dicitur, & non excusat quando in Civitate erat notorium de banno tempore receptionis, vel si officialis fingeret non videre, vel si potuit scire, & noluit, sicut etiam probatur scientia per testes de judicio cum aliqua ratione, vel per testes singulares, de quibus omnibus Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. tit. de Officialibus receptantibus bannitos, fol. 329.* vide in *§. Statutum puniens, n. 14. & seqq.* ubi plura de hac materia D. Fulv. Majoran. *in Opsprax. crim. c. 12. nu. 17. & seqq. lib. pr. fol. 67.* Costa *de facti scient. & ignorant. distinct. 49. per tot.* Vide Basilic. *decis. 36. n. 9.*

Plura de receptatoribus, & fautoribus malefactorum, & eorum pœnis, Fontanel. *dec. 372. & 373. per tot.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib. 4. Rub. 54. per tot.* cum Addit. Romaguer. qui pluries me citat, & alios modernos de hac materia tractante Bertachin. *in Repert. verb. Receptator*, Toro *Compend. decis. Neap. part. 1. & 2. eodem verb.* Gomez. *lib. 3. var. cap. 3. n. 50. & cap. 5. num. 16.* Jul. Capon. *tom. 4. discept. 313.* ubi de probatione, & pœna, aliique citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Receptatores.* Brunnemann.

4 Receptans delinquentem præsumitur particeps delicti ab eo perpetrati, quod verum est de quocumque delinquente, probata tamen scientia delicti in ipso receptante, cùm aliàs præsumatur isto casu ignorantia, vel saltem probetur juramento receptantis, nisi esset receptatus publicatus pro delinquente, vel bannito, quia tunc præsumitur scientia. Excusarentur tamen receptans ratione conjunctionis sanguinis, vel si esset hospes, qui omnes recipere tenentur, vel si fuisset vi, sive metu coactus, Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1258. per tot.* vide alios in locis supracitatis, & in §. *Auxilium.* Pellegrin. *prax. Vicar. part. 2. sect. pr. subsect. 4. intersect. 3. à nu. 21.* ubi plura.

5 Receptans mulierem bannitam non tenetur ad pœnas impositas contra receptatores bannitorum, quia tunc cessat ratio bannimentorum, & aliis ex causis, ut latè probat Calvin. *de æquit. lib. pr. cap. 42. per tot.* vide in §. *Bannitus*, & §. *Statutum puniens, n. 17. vers. Nec in receptante.*

6 An receptans teneatur perquirere conditionem receptati, si sit bannitus, vel malefactor, dic quod si bannitus sit pro tali de more publicatus tenentur receptans, aliàs præsumitur ignorare, & alia vide per Felic. *allegat. part. 1.*

7 Quando receptatores possint excusari, Gayl. *tract. de pace publ.* an sub prætextu consanguinitatis, vel magnæ amicitiæ, Ursel. *conclus 89. n. 194. & seqq.* & alia ad rem indicat Com. August. Fontan. *Bibl. legal. par. 5. verb. Receptans, fol. 474.* Carpzov. *in prax. part. 3. qu 134. n. 48. 49. 50, & 51.* De personis cognatis Brunnemann. *sup. ff. lib. 47. tit. 16. l. 2. n. pr.*

8 Vassallus Baronis si receptet bannitos, vel forjudicatos M. C. V., vel Regiarum Audientiarum punitur pro dicta receptione per M. C. V., vel per Regias Audientias & non remittitur Baroni Franch. *decis. 470.* & alii per Altimar. *de nullit. rubr. 9. qu. 20. n. 107. 10. 2.* ubi etiam refert contrariam sententiam, sed tandem concludit non esse recedendum a priori.

9 Receptans Bannitum pro evitanda pœna receptionis potest allegare nulliter fuisse bannitum pro suo interesse Grammatic. *dec. 29. in fin. per tot.* Altimar. *de nullitat. rubr. 4. quæst. 10. n. 25. tom. pr.*

10 Receptores bannitorum non possunt se tueri aliquo privilegio, vel consuetudine, sive præscriptione etiam immemorabili propter derogationes amplissimas Bullæ Sixti V. Spad. *cons. pr. n. 67. tom. 1.* Et possunt privari etiam Castris ob receptionem extra statum *ibid. num. 65.* Et vide *in hoc. Oper. §. rebellio in noviss. addit.* Crescin.

11 Receptores eadem pœna, quæ recepti est, manet Farinac. *quæst. 132. num. 34. & quæst. 133. num. pr.* Tholos. *lib. 37. cap. 15. n. pr.* Brunnemann. *l. 3. n. 7. C. de Fabricens.*

12 De Receptoribus, & fautoribus hæreticorum vide Brunnemann. *in auth. credentes C. de Hæret. & Manich.*

Receptio servi dolosa esse debet, ut detur edictum de servo corrupto Brunnemann. *ff. lib. 11. tit. 3. leg. 5. n. pr.* 13

§. RECONVENTIO. V.

Reconventio an, & quando admittatur in causis criminalibus, vide Marant. *par. 4. distinct. 6. n. 56. & seqq.* Clar. *§. fin. qu. 14.* Guaz. *def. 2. c. 10. per tot.* Sanfelic. *dec. 184. n. 9.* ubi quòd non admittitur, Farinac. *quæst. 12. nu. 23. & quæst. 100. c. 2.* Costa *de remed. subsid. remed. 120. num. 31. &c.* Conciol. cum addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 15. per tot.* ubi citat me, & alios plures sub *n. 21. &c.* 1

Quòd admittatur quando reus suam, vel suorum injuriam prosequitur, antequam illius nomen receptum sit inter reos firmat cum Marant. Fenzon. *ad stat. Urb. cap. 67. n. 20.* Gratian. *discept. forens. c. 531. n. 80.*

Hanc materiam tam in civilibus, quàm in criminalibus latè prosequitur Marant. *loc. sup. cit.* Bart. *in auth. & consequent. de sentent. & interloc.* Lap. *alleg. 3.* & alii relati per Fenzon. *d. cap. 67. per tot.* Tosch. *litt. R. concl. 60. & 61. per tot.* Ricc. *Collect. 212. 1969. 2287.* Costa *d. remed. subsid. decis. 120. per tot.* Peregrin. *dec. 142 per tot.* Sanfel. *dec. 184.* Paul. Christin. *dec. 209 num. 2. & seqq. vol. 5. & ad leg. municip. tit. pr. art. 24. per tot.* ubi videtur tenere, quòd in criminalibus non admittatur, ne sit in potestate alicujus injuria alium afficere, ut illum se vindicantem judicis non sui jurisdictioni subjiciat, vide in *§. Clericus, nu. 57.* Valasc. *allegat. 16 per tot.* ubi quòd Clerici non possunt pro criminali reconveniri coram judice laico, sive reconventio intentetur criminaliter, sive civiliter, ad Farin. *quæst. 8. num. 100. & seqq.* Carol. Ant. De Luc. *in Pract. civil. cap. 34. per tot.*

De reconventione in caus civili quando, & quomodo sit permissa, vel non, Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst. 44. per tot. & lib. 2. cas. 184. per tot.* latè Socein. *reg. 412.* ubi decem, & octo fallentias, sive casus adducit, in quibus non habet locum reconventio, plenè Tondut. *de prævent. par. 2. cap. 58. per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 4. per tot.* Peregrin. *dec. 142. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 280. vol. 1. & decis. 91. n. 7. & seqq. vol. 4. & dec. 94. n. 6. &c. vol. 4.* ubi qualiter possit fieri etiam post litem contestatam, post conclusum in causa, ac etiam in secunda instantia, quibus tamen casibus pari passu non ambulat cum causa principali, & ita esse intelligendos DD. communiter asserentes, post litem contestatam reconventionem non procedere, ut scilicet pari passu ambulet, sed benè separatim, idem Christin. *dec. 209. n. 2. vol. 5.* latè Peregrin. *d. dec. 142.* Marcian. *disput. for. cap. 73.* ubi qualiter admittatur in judiciis duplicibus, Calvin. *de æquit. lib. pr. c. 78. & lib. 2. cap. 112.* ubi plura, & an possit extendi jurisdictio judicis, coram quo facta fuit reconventio ad diversam causam non suppositam potestati judicis ex natura causæ, &c. latè Brunnemann. *in l. cum Papinianus 14., & in auth. & consequentèr C. de Sent. & interlocut.* Carol. Ant. De Luc *loc. cit.* 2

Quòd reconventio fieri possit non solùm coram judice ordinario, verùm coram delegato, Marant. *ubi suprà n. 11.* Gayl. *observ. 35. n. 12.* Pac. Jordan. *d. tit. 4. n. 15. & seqq.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 10. quæst. 14. n. 54. tom. pr.* 3

Non tamen procedit coram arbitris, *c. cùm dilectus de arbitr.* Ricc. *Collect. 1159.* Brunnemann. *super ff. libr. 5. tit. pr. leg. 22. n. 3.* Vide Altimar. *loc. cit. rubr. 3. quæst. 9. tom. 1.*

Et an super possessione quando agitur de proprietate, idem Ricc. *Collect. 2753.*

An autem causæ conventionis, & reconventionis possint unica sententia simul terminari, Capell. Tolosan. *q. 367.* ubi quòd non, & refert varias opiniones. 4

Quòd imò sententia sit nulla si judex causam conventionis decidat, omissa causa reconventionis, & sic super utraque simul pronunciare debeat judex,

te-

tenent aliqui, sed verius esse debere quidem judicem simul pronunciare licèt omissa reconventione, sententiam non esse nullam, sed opus esse appellatione, vel prosequutione reconventionis coram eodem judice, qui licèt fuerit appellatum à causa conventionis decisa, non habet ligatas manus quin possit etiam posteà reconventionem separatim decidere, vide Giurb. *dec.* 2. *per tot.* ubi plures allegat, Calvin. *de æquitat. lib. pr. cap.* 78. ubi quòd conventionis causa terminari debet, omissa reconventione, si de prima liquet, & non de secunda, & idem è contra. Vide Altimar. *loc. cit. rubr.* 13. *quæst.* 26. *a nu.* 46. *tom.* 2. Palm. nep. *alleg.* 12. *a n.* 20. *tom. pr.*

Et quòd à sententia reconventionis non appelletur, si causa conventionis erat inappellabilis, & quare, idem Giurb. *dec.* 3. *per tot.*

5 Reconventio non habet locum in causis summariis, & executivis, neque post sententiam, nisi agatur de consimili causa summarie, quia utraque lis, vel causa simul est tractanda, quòd fieri non potest, si una sit summaria, & alia plenaria, neque in executivis, cùm reconventio procedat tantùm ubi requiritur disceptatio judicii, quæ non datur in executivis, & cessante reconventione, cessat jurisdictionis prorogatio; ita ut Clericus, qui per reconventionem tenetur respondere coram judice laico, non teneatur ubi non procedit reconventio, cùm non possit fieri separatio, ut reconventio procedat quoad prorogationem jurisdictionis, non autem ad hoc ut causæ simul tractentur, & ideò si non possunt simul tractari ob naturam causarum ut supra diversam, non etiam procedit jurisdictionis prorogatio, (quicquid nonnulli contrarium astruant) ut benè probat, & judicatum refert Santelic. *dec.* 184. *per tot.* vide in *§. Clericus n.* 57. Vivi. *com. opin.* 682. ubi quòd ad effectum simultanei processus non procedit reconventio quando una causa est summaria, & alia plenaria, nec quando fit post litem contestatam, & alia, vide per Joseph. Felin. *in Margar. var. conclus. verb. Reconventio, fol.* 62. *&* 63. Cabal. *cons. dec.* 49. *n.* 5. *& seqq. lib.* 2. ubi quòd in executivis non procedit reconventio, nisi in causa depositi, vel stante confessione partis, quibus casibus tamen non est vera reconventio, ut pari passu ambulet, & simul terminetur, sed tantùm quoad jus fori, & effectum prorogationis jurisdictionis. Vide Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. sub n.* 16. Palm. nep. *alleg.* 11. *&* 12. *tom.* 1.

Quamvis autem Clericus per reconventionem regulariter efficiatur de foro sæculari, ut dixi in *§. Clericus n.* 57. limitatur tamen non procedere si reconventio fiat de re diversa, quæ nullam habeat connexionem, cum conventione, vel petitione, ut si Clericus petat à laico coram judice sæculari centum ex causa mutui, & reconveniatur pro commodato, quia tunc cùm causæ sint diversæ debent dividi, & Clericus ad suum judicem remitti; item limitatur non procedere si reconventio fiat ex causa criminali, etiam civiliter intentata, vel de re spirituali, sive illi connexa, vel propter quam possit Clericus carcerari, vel si fuerit lis affectata, sive procurata per laicum contra Clericum ad effectum reconveniendi, vel si reconventio non fuit in principio litis opposita, vel statim post contestationem; & in omnem casum executio sententiæ contra Clericum in causa reconventionis latæ, sive in bonis, sive in persona, non potest per judicem laicum, sed tantùm per Ecclesiasticum fieri, prout hæc omnia comprobat Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccles. par. pr. cap.* 7. *dub.* 11. *sect. pr. &* 2. *per tot. fol. mihi* 292. ubi tamen refert alios in aliquibus ex prædictis dissentientes, Fontanel. *dec.* 309. 310. *&* 319. *dec.* 340. 343. *& seqq. & dec.* 449. *&* 450. ubi an, & quando reconventio possit expediri ante conventionem, & è contra, Caticval. *de judic. lib.* 2. *disput.* 7. *per tot.* Vide Cotriad. *dec.* 30. *n.* 136., *&* 137., ubi quandò lis est affectata.

6 De reconventione plura tradit Bertach. *in Repert. verb. Reconventio*, An procedat contra Clericum, si renunciet liti, in qua fuit reconventus, negativè resolutum refert Thoro *Compend. decis. Neapol. part. pr. verb. Reconventio*, Allegans Franch. *decis.* 349. & alios; An in remedio manutentionis, an in causa appellationis, & hujusmodi, idem Thoro *loc. citat.* Non etiam procedit contra agentem nomine alieno, idem Thoro *d. compend. part.* 2. *verb. Reconventio.*

De reconventionibus, & mutuis petitionibus, Cancer. *var. lib.* 2. *cap.* 13. Tondut. *de prævent. par.* 2. *cap.* 58. *per tot.* Larrea *dec.* 4. Andreol. *contr.* 188. Jo. Anton. Abecelel. *observat.* 42. *part. pr.* Merlin. Pignatel. *contr. tom.* 2. *contr.* 23. *&* 24. Oliva *de for. Eccles. q.* 32. *par.* 3. aliique plures citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Mutuæ conventiones*, Co. Augu. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Reconventio fol.* 479. *&c.* Pellegrin. *in prax. Vicar. par.* 2. *sect. pr. subsect.* 4. *intersect. à n.* 11. Carl. Ant. De Luc. *loc. cit.* 7

Reconventio in Judicio retractus est rejiciendæ, cum sit præsumendum id actum ex sola æmulatione Gratian. *cap.* 745. *n.* 39. Merlin. *decis.* 437. *a nu.* 32. Ricc. Episc. *cap.* 162. *n.* 39. *libr.* 2. 8

Reconventio est altera petitio Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 3. *§. pr. nu.* 372., ubi quod pro reconventione debentur gabellæ, & sportulæ. Et quid sit reconventio & alia Pellegr. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 6. *intersect.* 3. *n.* 11. *pag.* 97. 9

Reconventio ad Judicia pertinet, & quid sit. Text. in *l.* 2. *§. item si et l. qui non cogitur ff. de Judic.* Carl. Ant. De Luc. *in prax. Judic. cap.* 34. *n. pr. pag.* 128. 10

Reconventio an sit propriè conventio, & veniat sub statuto de actionibus, & Procurator, qui se obligavit defendere aliquem in causa conventionis teneatur in causa reconventionis. Carol. Ant. De Luc. *ibid. n.* 2. Gisebert. *de mut. petit. cap.* 4. *n.* 5. 11

Reconventio est actio, vel in personam, vel in rem. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 3. 12

Reconvenire aliquem an sit necesse, si debitum sit illiquidum, vel cesset compensatio, ut de quantitate ad speciem. Carol. Ant. De Luc. *ibid. num.* 7. *pag.* 129. Gisebert. *loc. cit. cap.* 6. *per tot.* 13

Reconventio reconventionis an detur. Gloss. *in cap.* 2. *verb. eod. mod. de mut. pet.* De Luc. *ibid. n.* 9. 14

Reconventio qualiter conveniat cum reconventione. Muscat. *in prax. part.* 3. *gl. Actorem num.* 3. De Luc. *ibid. n.* 11. 15

Reconventio usque ad quod tempus fieri possit. Giurb. *dec.* 56. De Luc. *ibid. n.* 12. 16

Reconveniri an possit Clericus hæres per Creditores ad sui instantiam citatos in confectione inventarii conficiendi coram Judice sæculari. De Luc. *ibid. n.* 13. Card. De Luc. *de Jurisd. disc.* 94. *n.* 15. 17

Reconventio an militet in remedio capitulorum Regni pro imploratione conservatorii in possessionem Carol. Ant. De Luc. *ibid. n.* 14. 18

Reconveniri an possit Clericus in petitorio per laicum coram Judice sæculari finita causa possessoria Carol. Ant. De Luc. *ibid. pag* 130. *n.* 14. *in fin.* 19

Reconventionis libelli forma. Carl. Ant. De Luc. *ibid. n.* 15. Reconventionis processus fit eodem tempore cum processu conventionis Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 6. *intersect.* 3. *num.* 13. *pag.* 97. 20

Reconveniens efficitur actor, & debet cavere de expensis. De Luc. *ibid. n.* 16.

Reconventionem an possit evitare Clericus in foro laicali, si renunciaverit conventioni? Distinguitur, an ante reconventionem in Judicio deductam, vel post. Quid in Judiciis duplicibus. Vide eumd. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. pag.* 131. *&* 132. 22

Reconventioni an sit locus in realibus actionibus, dum res conveniatur, non persona. Carol. Ant. De Luc. *ibidem.* 23

Reconveniri an possit Prælatus agens nomine Ecclesiæ De Luc. *loc. sup. cit. col.* 2. Facit Palm. nep. *alleg.* 10. *n.* 13. *vol. pr.* 24

Reconventus Clericus an teneatur præstare cautionem de Judicatum solvendo. De Luc. *ibid.* 25

Reconveniri an possit cessionarius. De Luc. *in prax. Judic. loc. cit. pag.* 132. 26

Reconventio non admittitur contra mulierem agentem ad restitutionem suæ dotis Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 8. *gloss. unic. part. pr. nu.* 11. Palm. nep. *alleg.* 11. *a n. pr. & alleg.* 12. *n.* 37. *tom. pr.* 27

Re-

28 Reconventio admittitur etiam in executivo judicio non ad effectum simultanei processus, sed ad effectum prorogandæ Jurisdictionis Palm. nep. *alleg.* 21. *n.* 10. *tom.* 1., ubi alia.

Reconventio etiam pro proroganda jurisdictione non admittitur, quando incipitur ab exequutione Palm. nep. *alleg.* 12. *n.* 35. *&* 36. *tom. pr.*

29 Reconventio est exceptio dilatoria Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 6. *intersect.* 3. *n.* 11. *pag.* 97.

30 Reconventio, & conventio in quo inter se conveniant Pellegrin. *loc. supra citat. n.* 12.

31 Reconventio facienda ante litis contestationem Pellegrin. *ibid. nu.* 13., Sed procedit etiam post litem contestatam, si præcesserit protestatio Idem Pellegr. *ibid. n.* 17.

32 Reconventionis quatuor sunt species Pellegrin. *ubi supra n.* 16.

§. REDUCTIO VI.

1 Reductio ad arbitrium boni viri post laudum latum infra quantum tempus sit petenda, Pract. Pap. *libell. ad pœn. ex compromiss. glos. nec reductio*, Marant. *de appellat. verb. Reductio, nu.* 524. Scac. *de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 441. *& lib.* 3. *quæst.* 12. *num.* 174. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 654. *fol.* 581. vide in *§. Laudum num...* latè Tusch. *litt. R. conclus.* 68. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 102. *num.* 5. *vol.* 2. ubi quòd usque ad 30. annos, Ricc. *Collect.* 1656. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *à n.* 197. *tom.* 4.

2 Reductioni prædictæ non potest renunciari, & si fuerit renunciatum intelligitur dummodò laudum sit justum, & æquum, aliàs secùs Pract. Pap. *loc. citat. num.* 3. nisi adesset juramentum, Everard. *loc. à vi, & energ. jurament. num.* 65. Christin. *dict. decis.* 142. *num.* 6. *vol.* 2. vide Altimar. *de nullit. rub. pr. part.* 2. *quæst.* 27. *num.* 84. *tom* 4. *& quæst.* 28. *nu.* 180. *& seqq. eodem tom.* Cyriac. *contr.* 525. *num.* 3. *libr.* 3.

Sed quòd possit peti reductio ad arbitrium boni viri, non obstante quod illi fuerit renunciatum cum juramento, ubi intervenit dolus, gratia arbitratoria, vel læsio magna, Everard. *loc. cit.* Marant. *part.* 6. *de appellat. num.* 127. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 286. *num.* 80. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 524. *nu.* 18. *&c.* Tusch. *litt. R. conclus.* 74. *per tot.* ubi ampliat si laudum fuerit ratificatum, & quando secùs, & quòd nulla datur cautela, sive verborum conceptio, quæ excludat reductionem stante enormi læsione, de quo latè Donadens *tract. de renunciat. cap.* 20. *per tot.* Altimar. *dict. quæst.* 28. *nu.* 182. Ursell. *conclus.* 133. *num.* 18.

Quòd reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela possit evitari, Menoch. *de arbitr. cas.* 73. *n. pr.* Christin. *dict. decis.* 142. *num.* 6. *vol.* 2. Altimar. *dict. quæst.* 27. *sub nu.* 83. De Luc. *de Judic. disc.* 11. *num.* 6.

3 Reductione prædicta petita, impeditur laudi executio, Marant. ubi plura *nu.* 21. vide in §. *Laudum num....* latè Tusch. *litt. R. conclus.* 75. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 257. *num.* 16. *&c. vol. pr.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 10. *à n. pr. tom. pr.*

An autem, & quando sit licitum appellare à judice deficiente causam reductionis, Gratian. *decis.* 86. *per tot.* vide in *§. Appellatio, num.* 24.

4 Reductio hujusmodi est petenda coram Judice Ecclesiastico tanquam digniori quando Clericus, & laicus simul fuerunt arbitratores, Marant. *part.* 4. *distinct. undec. n.* 18. *&c.* Roman. *cons.* 265. *n.* 2. Dian. *part.* 4. *tract. pr. resol.* 54.

Ac idem esse in appellatione, Scacc. *de appellat. quæst.* 8. *num.* 101. Pac. Jordan. *Lucubrat. volum.* 3. *libr.* 14. *tit.* 26. *num.* 531. *fol.* 572. Dian. *loc. citat.* Ambrosin. *de immunitat. cap.* 20. *num.* 6. Bonac. *in Bulla Cœnæ disput. pr. quæst.* 16. *punct.* 5. *num.* 20.

Quòd imò sit petenda coram judice rei conventi, & aliàs causæ competenti, non attentis personis arbitrorum, sive arbitratorum, maximè si factum fuerit compromissum vigore statuti, Bartol. *in leg. Societatem, §. arbitrorum, num.* 19. Thes. *decis.* 14. *num.* 11. *&c.* vide in *§. Judex, nu.* 37. latè Tusch. *litt. R. conclus.* 67. *per tot.* Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 21. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 142. *n.* 8. *vol.* 2. coram quo judice sit petenda Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 19. *tom. pr.*

Alia plura de reductione ad arbitrium boni viri qualiter æquiparetur restitutioni in integrum, vel appellationi, quænam læsio requiratur, ut ei locus sit, vel non, qualiter se gerere debeat judex reductionis, an, & quando possit fieri ex noviter deductis, quòd non habeat locum in multis casibus, & quibus, ac alia plenè Tusch. *litt. R. conclus.* 69. *& seqq. ad* 77. Paul Christin. *decis. Belgic.* 142. *& seqq. vol.* 2. Donad. *tract. de renunciat. cap.* 20. *per tot.* 5

Reductionem ad arbitrium boni viri petentes tenentur probare laudum iniquum fuisse, cùm hoc sit fundamentum suæ intentionis, quidquid aliàs pro laudo præsumatur, probatur autem injustitia laudi si probetur dolum, vel latam culpam arbitratoris intervenisse, & petitorem magnopere læsum fuisse arbitrio judicis in casibus à jure non definitis, & alia ad rem, Mascard *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1259. *per tot.* 6

De reductione ad arbitrium boni viri, quòd sit ad instar appellationis, non possit tolli, an impedit executionem, intra quod tempus sit petenda, & coram quo Judice, an admittat novas probationes, an requirat probationem gravaminis, & alia notat Bertachin. *in Repert. verb. Reductio*, Joan. Jacob. Laurent. *tract. de judic. suspect.* Joseph. Feliu. *in Margarit. var. verb. Reductio*, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *de compromiss.* cæterique relati à Com. August. Font. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Reductio fol.* 487. Et alia de aliis reductionibus De Luc. Altimar. 7

Reductio Laudi ad arbitrium boni viri non excluditur per acceptationem factam a Procuratore constituto ad acceptandum Franc. Marc. *decis.* 150. *part.* 2. Rovit. *Pragm.* 2. *de Arbitr. num.* 5. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *nu.* 191. *tom.* 4. ubi ponit alium casum *n.* 192. 8

Reductio laudi bis peti potest, sicut fit in sententia Ursill. ad Afflict. *decis.* 131. *n.* 3. Sed contra Borgn. *decis.* 14. *n.* 49. *lib. pr.* Boer. *decis.* 284. *n.* 18. Giballin. *Melleq. n.* 880. 9

Reductio ad arbitrium boni viri est species appellationis, quæ sit, & alia Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 10. *à n. pr. tom. pr.* 10

Reductio legati a testatore relicti ob insufficientiam hæreditatis non potest fieri ab Episcopo, sed recurri debet ad S. Sedem Corradin. *in Prax. benef. libr.* 2. *cap. undec. sub n.* 10. De Luc. *ad Concil. disc.* 21. *n.* 8. Ansald. *decis.* 66. *n.* 28. 11

Reductio atur in contractibus habentibus tractum successivum, ubi reducantur ad injustitiam. Card. De Luc. *de Don. disc.* 54. *nu.* 9. *de Regal. disc.* 42. *sub n.* 10. Intellige pro futuris, non autem præteritis. De Luc. *de Don. dict. disc.* 54. *n.* 10. Vid. eund. De Luc. *in Indice generali verb. contractus in genere.* Ubi agatur de contractu camerali decerni solet solum à Principe non ab aliis Judicibus. De Luc. *de Regal. d. disc.* 41. *in fin.* 12

Diminutis fructibus beneficii quando pensio diminui debet. Card. De Luc. *de Pens. disc.* 21. *nu.* 2. 4. *&* 8. Vide eumdem De Luc. *in Indic. gener. verb. Pensio quoad diminutionem.* 13

Reductio ad certam speciem fructuum fieri potest in materia exactionis decimarum. Card. De Luc. *de Decim. disc.* 11. *n.* 9. *& disc.* 15. *n. pr.* 14

Reductio ad minorem summam sub certa conditione regressus ad primam in casu non promptæ solutionis est valida. Card. De Luc. *de Usur. in Sum. n. fin.* Vide eumdem De Luc. *in Indice generali verb. Cambia limitata.* 15

Reductio fructuum Societatis officiorum esset facienda. Card. De Luc. *de Societ. Offic. in Sum. n.* 5. 16

Reductio præstationis ad certam summam quando valeat verificari. Card. De Luc. *de Decim. disc.* 11. *num.* 15. 17

Reductio Missarum quando fieri debeat. Card. De Luc. 18

Luc. *Miscell. disc.* 33. *nu.* 8. Præsertim ob deficientiam bonorum. *Ibid. n.* 3. Sacra Congregatio coarctavit in hoc potestatem ordinariorum. Card. De Luc. *Miscell. disc. pr. n.* 72.

§. REGULA VII.

1 Regula Catoniana, quòd legata, quæ ab initio non valent, tractu temporis convalidari non possint juxta *leg. pr. ff. de reg. Caton.* procedat tantùm in legatis, quorum dies cedit à morte testatoris, & non in eis, quorum dies cedit ab adita hæreditate, Gratian. *discept. forens. cap.* 237. *nu.* 10. *&c.* ubi infert ad plura.

De natura Regularum, de Regula Catoniana, & hujusmodi, Bertachin. *in Repert. verb. Regula*, Joseph. Feliu. *in Margarit. var. concl. verb. Regula*, Vela *Dissert.* 34. *num.* 23. *&c.* Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 5. Jul. Capon. *tam. pr. disp.* 53. aliique plures citati à Castejon. *Alphab. Juridic. verb. Regula*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 498. *&c.* Jo. Torre *de success. in Major. & Primog. Ital.* in variis locis, ut in Indice generali in fine *par.* 3. *verb. Regula*.

Item non habet locum de jure canonico, secundùm quòd sufficit, ut stante voluntate testatoris quandocumque superveniat habilitas, idem Gratian. *cap.* 895. *num.* 56. *&c.* Argel. *de acquir. possess. quæst.* 3. *num.* 277. ubi etiam *num.* 289. quòd habet locum tantùm in legatis, non autem in hæreditate.

2 Regula quòd circuitus sint vitandi, procedit solùm quando omninò sunt inutiles, secùs si aliquam utilitatem afferre possint, Magon. *decis. Florent.* 9. *num.* 7. & 15. *&c.* Gutierez. *de Gabell. quæst.* 47. *nu.* 17.

Quòd circuitus sint vitandi, idem Magon. *decis. Flor.* 28. *num.* 9. ubi ponit casum, in quo erant omninò inutiles, & benè Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 43. *per tot.* Paul. Christ. *dec. Belgic.* 263. *volum. pr.* ubi quòd inutiles sunt vitandi, aliàs secùs, & exemplificat in multis. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 198. *n.* 6., ubi maximè de jure canonico, & vide eumdem De Luc *de Paroch. disc.* 8. *n.* 4.

3 Regula de jure quæsito non tollendo, cessat quandocumque constat de voluntate Principis rescribentis, Rebuff. *in prax. benefic. de reg. de non toll. jus. quæs. per tot.* Rot. *in Noviss. part.* 3. *decis. undec. nu.* 26. *&c.* vide in §. *Princeps num.* Giballin. *de scien. canon. tom.* 3. *lib.* 8. *fol.* 248 ubi probat regulam Cancellariæ de non tollendo jus alteri quæsitum, de qua latè Lott. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 51. *per tot.* Fagnan. *in cap. cunctum quæ num.* 36. *de rescript. & in cap. cæterum ibidem à num.* 8.

Item cessat quando materia, super qua cadit confessio, est de sui natura præjudicialis, ut latè declarat Gratian. *discept. for. cap.* 458. *n.* 7. *&c. n.* 21. *&c. cap.* 999. *n.* 11. *cap.* 940. *n.* 14. *etc. cap.* 992. *num.* 6. *&c.* Rot. *d. dec. undec. num.* 25. & in selectis per Farinac. *part. pr. tom pr. decis.* 174. *per tot.* ubi etiam *nu.* 7. & 8. quod cessat quando gratia fit ad publicam utilitatem, cui jus tertii particulare cedere debet, ac quando jus tertii non est plenum, & radicatum Fagnan. *locis citatis*.

Item non habet locum in jure quærendo, cui potest præjudicari, nec attenditur in concessione facta ad tempus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 458. *num.* 21. & 24. *cap.* 548. *num.* 12. *&c.*

Quomodo procedat in erectione Collegiatæ, & in quibus juribus, & præeminentiis videatur præjudicatum Ecclesiæ Matrici, & quid de præcedentiis, idem Gratian. *cap.* 578. *per tot. cap.* 867. *num.* 16. *&c.*

An habeat locum in officiis, Ricc. *Collect.* 1498. Et alia circa hanc regulam de jure quæsito non tollendo vide infra *n.* 16.

4 Regula quòd inclusio unius, sit exclusio alterius quomodo procedat, latè Magon. *decis. Flor.* 67. *nu.* 6. & 16. *& seqq. decis. Luc.* 58. *nu.* 9. ubi *Addit. & decis.* 81. *num.* 20. Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 123. *per tot. & in loc. comm. arg. loc.* 55. Joseph Felin. & Cerezo *in Margar. var. concl. litt. I. verb. Inclusio*, ubi octo modis limitat *fol. mihi* 119.

Regula si non valet ut ago, valeat, ut valere potest, & regula, quod potuit noluit, & quòd voluit adimplere nequivit, quando locum habeat, Abb. & Felin. *in cap. cum super de off. jud. delegat.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 647. *nu.* 15. *&c. cap.* 699. *n.* 38. *cap.* 809. *num.* 12. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 318. *n.* 4. Altograd. *cons.* 9. *num.* 24. *lib.* 2. vide *in §. Actus n.* 12. *&c. & §. Contractus num.* plenè Tusch. *litt. B. conclus.* 133. *per tot.* Thom. Trivis. *decis. undec. n. undec. lib.* 2. Costa *tract. de re integra distinct.* 98. *per tot.* Card. De Luc. *de Feud. disc.* 114. *n.* 6.

Quòd ubi agitur de obligatione inducenda, si non valet quando ago, ut ago, nec valeat, ut valere potest, *l. pr. §. cum qui ff. de constit. pecun.* ubi Bart. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 159. *nu.* 23.

Regula quòd multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, quando prævaleat alteri regulæ, quod actus deveniens ad casum, à quo incipere non poterat vitietur, & è contra Montan. *de tut. cap.* 9. *nu.* 38. *& seqq.* Barbos. *Axiom.* 93. *n.* 30. *&c.* 6

Regula correlativorum, quòd unum sit illorum omnium judicium, & disposita in uno locum habeat in alio, procedit tantùm in dispositione legali, non autem in conventionali, in qua non fit extensio de uno ad alterum, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 740. *num.* 25. *&c. ad* 39. Barbos. *Axiom.* 61. *per tot.* vide in §. *Dispositio num.* latè Gabriel. *comm. conclus. tit. de Leg. & Constit. conclus.* 3 *per tot.* 7

Quòd statutum in uno ex correlativis procedat etiam in altero ex identitate rationis, quamvis essemus in correctoriis, & exorbitantibus, Gratian. *disceptat. forens. cap* 920. *num.* 11. *etc.* Barbos. *dict. Axiom.* 61. *nu.* 1. 2. *et* 3. Rot. *par.* 17. *recent. decis.* 145. *num.* 24. *et seqq.* ubi limitat non procedere stante statuto, quòd statuta intelligantur ad litteram, omni tacito, & subaudito intellectu remoto.

Quòd ubi correlativa uniformiter non se habent, nec eadem in uno militat ratio, quæ in alio diverso jure tunc censeatur, Marcian. *discept. forens. cap.* 63. *num.* 12. *&c.*

Regula connexorum, annexorum, & dependentium, est quòd de omnibus sit idem judicium cum suo principali, à quo diverso jure censeri non debent, & talia dicuntur, quæ tendunt ad perfectionem illius, vel veniunt in necessariam consequentiam, & ejus naturam in omnibus assumunt, Magon. *decis. Flor.* 89. *num.* 10. *&c.* 8

Regula quòd nemo plus juris possit in alium transferre, quàm ipse habeat juxta *leg. nemo plus juris ff. de reg. jur.* fallit pluribus casibus, ut in creditore vendente pignus, in tutore, curatore, procuratore, judice, & similibus, qui alienando in alios transferunt dominium, quod ipsi non habent *leg. non est novum ff. de acquir. rer. dom.* latè Gratian. *discept. forens. cap.* 777. *num.* 14. *&c.* 9

Regula qui sentit commodum, debet sentire incommodum qualiter sit intelligenda, vide Gratian. *cap.* 916. *num.* 35. *&c.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 533 *nu.* 14. & 15. *tom.* 2. Manuscr. ad De Luc. *lib.* 4 *decis.* 2. *n.* 3. *vol.* 3. Emerix jun. *decis.* 1153. *nu.* 24. & *decis.* 1222. *n.* 8. Rot. *rec. decis.* 533. *n.* 14. *et* 15. *tom.* 2. *part.* 19. 10

Regula si vinco vincentē te, tantò magis vincam te, procedit solùm ubi utraque victus venit ex eadem causa, vel eodem jure, & fonte, secùs verò quando ex diversa causa procedit, Rot. *in Imolen. successionis* 7. *Maii* 1635. coram Merman. *in Noviss. part.* 7. *dec.* 43. *nu.* 15. *et* 16. Barbos. *de Axiom. jur. Axiom* 226. *per totum*, ubi quomodo sit intelligenda dicta regula, quam multis modis declarat, vide Tusch. *litteru V. conclus.* 208. *per totum*, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 113. *num.* 35. *et num.* 43. *et seqq. ad* 54. *volum. pr.* Gabriel. *commun. conclus. titul. de success. conclus.* 4. Brun. *de stat. fœm. exclus. artic.* 5. *quæst.* 16. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 357. *num.* 11. *et seqq.* ubi quòd dicta regula non procedit in statuto juris communis correctorio, nec quando victus vincitur ex diverso jure, nec quando vincens non succedit in locum vincentis, Rot. coram Ansald. *decis.* 12. *n.* 41. Vide Palm. nep. *alleg.* 89. *n.* 12. & 13. *vol. pr. et alleg.* 574. *n.* 12. *vol.* 2. *et decis.* 74. *n.* 6. *vol. pr.* 11

Regula cessante causa, cessat effectus, & remoto 12
obstaculo, res revertitur ad suum statum, habet locum

eum

eum ſolùm in illis diſpoſitionibus, in quibus requiritur, ut ſemper cauſa exiſtat, ſecus verò in aliis, quæ aliquo tantùm tempore limitato, & ſemel cauſam requirunt, Rot. *in Bonon. ſucceſſionis* 11. *Maii* 1635. coram Motman. *in Noviſs. part.* 7. *decis.* 45. *num.* 15. *et ſeqq.* vide in §. *Cauſam num.* 18. Ricc. *Collect.* 443.

13 Regula, quòd tibi non nocet, & alteri prodeſt concedendum eſſe juxta *leg.* 2. §. *item varus ff. de aqua plu. arcend.* eo quia omnibus prodeſſe, & nemini obeſſe teneamur, qualiter ſit intelligenda, latè Tuſch. *littera P. concluſ.* 863. *per totum*, vide §. *Ædificare num.* 8. Vide Mantiſs. ad De Luc. *libr.* 2. *decis.* 10. *n.* 29. *vol.* 3. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 9. *n.* 14. *tom. pr. et alleg.* 55. *n.* 21. *et alleg.* 100. *num.* 324. *tom.* 2.

14 Regulam habens pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1261. Card. De Luc. *de Feud. diſc.* 6. *ſub n.* 5. *et* 13. *diſc.* 27. *n.* 7. *de Don. diſc.* 1. *n.* 19. *et eode Fideic. diſc.* 72. *n.* 4. & alibi ſæpe Bond. *coll.* 37. *n.* 3. *et* 4. Palm. *nep. alleg.* 394. *n.* 35. *tom.* 4. quid ſit regula, & de nonnullis regulis Cancellariæ, Tuſch. *litt. R. concluſ.* 93. *et ſeqq.* Et de regulis Cancellariæ latiſſime Idem Card. De Luc. *in Indice general. verb. regulæ Cancellariæ* Rocc. Epiſc. *cap.* 80. *nn.* 15. *et* 16. *libr. pr.* Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 522. *a n.* 10. *dec.* 498. *nn.* 46. *dec.* 468. *n.* 16. *et* 17. Epiſc. Piton. *de Jurep. in Indic.* Emerix Caprar. & alii moderni.

15 Regula de triennali poſſeſſore, vel annali, quid ſit, & quando procedat dixi in §. *Poſſeſſio num.* 50. De triennali Fagnan. *ſuper Decretal.* De Luc. *in Indic. general.* Piton. *de Jurep. alleg.* 22. *num.* 31. *tom. pr. alleg.* 74. *n.* 1. *et* 2. *tom.* 2. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 423. *et* 463

De alia regula de annali requirente expeditionem infrà annum, quando obſtet, vel non Ludoviſ. 532. *per tot.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 52. *per tot.* Fagnan. *ſup. Decretal.* De Luc. *in Indic. general.* Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 423 *decis.* 580.

De pluribus regulis Cancellariæ Regn. Luſitani, & illarum declaratione, Thom. Valaſch. *allegation.* 77. *cum pluribus ſeqq.*

16 Regula plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur deſumpta ex *tit. C. plus valere quod agitur*, procedit inter ipſos contrahentes, & etiam eorum ſucceſſores quando ex contractu anteceſſorum ſunt obligati, aliàs autem ſecùs, ſi obligatio oriatur ex proprio conſenſu, ut benè ratiocinatur Jo: Franciſc à Ponte *conſ.* 45. *n.* 18. *et ſeqq. lib.* 2. quem refert, & ſequitur Bich. *dec.* 452. *n.* 43. *et* 44.

De regula de jure quæſito non tollendo, & variis quæſtionibus ad eam ſpectantibus, latè Tondut. *qu. canon.* 189. *et* 190. *per tot. par.* 3. Fagnan. *ſup. Decr.* De Luc. *in Indic.* Palm. nep. *alleg.* 203. *num.* 39. *et* 40. *tom.* 3. Mantiſs. ad De Luc. *libr.* 2. *decis.* 3. *n.* 6. *vol.* 3.

De variis regulis Plura De Luc. *in Indic. gener. verb. regula* Rot. coram Emerix jun. *verb. regul.*

17 Æquiparatorum eadem eſt regula, & diſciplina Royas *decis.* 290. *n.* 20. Baldue. *tit.* 3. *decis.* 15. *n.* 10.

18 De Regula unumquodque diſſolvitur eo vinculo, quo colligatum eſt text. *in l. nihil tam naturale, ff. de regul. Jur.* Mandoſ. *ad reg. Cancellariæ regul.* 22. *quæſt.* 13. *n.* 2. & *n.* 4. Emerix jun. *dec.* 124. *n.* 22. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 66. *num.* 14. *lib.* 13. *vol.* 3.

19 De Regula; Prior in tempore, eſt potior in Jure text. *in cap. duobus de Reſcript. in* 6. & *in cap. Eum, cui canonicatus de Præbend. in* 6. Piton. *de Jurep. all.* 6. *n.* 1. *tom.* 1.

20 De Regula, cujus eſt dare, ejus eſt tollere Fagnan. *in cap. quanto nn.* 40. *de conſuetud.* Bertachin. *de Epiſc. l.* 3. *part.* 2. *n.* 24. Piton. *de Jurep. all.* 38. *n.* 5. *tom. pr.*

21 De Regula, *propter quod unum, quodque tale, & illud magis* Rot. *dec.* 369. *n.* 40. *part.* 19. *rec.* & cor. Coccin. *dec.* 2048. *n.* 3. Piton. *de Jurep. all.* 5. *n.* 15. *tom. pr.*

22 De Regula à diverſis non fit illatio Rot. *dec.* 98. *num.* 35. *part.* 17. *dec.* 9. *num.* 12. *part.* 19. *rec.* & cor. Dunoz. Jun. *dec.* 505. *n.* 5. & cor. Priol. *dec.* 28. *nn.* 38. Emerix jun. *dec.* 811. *n.* 9. & *dec.* 1170. *n.* 2.

23 De Regula Agens præſumitur ſe conformare cum juribus loquentibus de eo, quod agit Emerix jun. *dec.* 952. *n.* 15. Conformatio tamen non procedit ultra terminos, ſeu caſus, de quibus jura loquuntur Emerix Jun. *ibid. n.* 17.

24 In Regula attendi debet quod principaliter actum eſt, non quod venit in conſequentiam Spad. *conſ.* 301. *n. pr. cum duob. ſeq. lib. pr.* Emerix jun. *dec.* 662. *num.* 13.

25 De regula Denominatio deſumitur à præſtantiori Barboſ. *axiom.* 60. *n. pr.* Emerix jun. *dec.* 177. *n.* 7.

26 De Regula geſta in una cauſa non præjudicant in alia Cavaler. *dec.* 246. *n.* 4. Gratian. *cap.* 753. *num. pr.* & *cap.* 829. *n.* 19. Emerix jun. *dec.* 916. *n.* 4.

27 De Regula nemo debet lucrum ſentire, unde pœnam promeruiſſet. Emerix Jun. *dec.* 1298. *n.* 2.

28 De Regula nemo præſumitur jactare ſuum. Emerix Jun. *dec.* 1186. *n.* 9. & *dec.* 688. *n.* 3.

29 De Regula dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es Emerix jun. *decis.* 1017. *num.* 5. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 433. *n.* 17. ubi limitat in ſpoliato; Et hanc limitationem intellige, ut per Emerix jun. *decis.* 1017. *n.* 6. & 7.

30 De Regula dolo petis, quod poſſides, ſeu ut vulgò dicitur, quod intus habes Celſ. *decis.* 240. *n.* 11. Emerix jun. *decis.* 464. *n. pr.*

31 De Regula ſingula, quæ non proſunt, juncta juvant Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 502. *num.* 15. Emerix jun. *decis.* 317. *nn.* 7. De Luc. *de Fideicom. diſc.* 56. *n.* 17. *de Donat. diſc.* 8. *n.* 20.

32 De Regula nemo præſumitur eligere quod ſibi damnoſum eſt Rot. *part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 533. *n.* 10. *in recent.*

33 De Regula non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l. non debet alteri ff. de Regul. Jur.* Emerix jun. *decis.* 1266. *n.* 3.

34 De Regula poſteriora derogant prioribus, ſignanter in opinionibus Doctorum Emerix jun. *decis.* 495. *n. pr.*

35 De Regula qui vult antecedens, vult etiam conſequens Emerix jun. *decis.* 1237. *n.* 2.

36 De Regula quem non honoro non gravo *l. ab eo C. de fideicomm.* Emerix jun. *decis.* 1092. *n.* 3.

37 De Regula reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis Emerix jun. *decis.* 893. *nn.* 5. & *decis.* 1348. *num.* 18.

38 De Regula ſi id, de quo magis ineſſe videtur, & non ineſt, neque etiam id, de quo minus Emerix jun. *decis.* 820. *n.* 4.

39 De Regula una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare Emerix jun. *decis.* 963. *n.* 4. *decis.* 583. *n.* 5. & *decis.* 662. *n.* 8. Sed limita, ubi concurrit diverſa ratio Emerix jun. *decis.* 649. *n.* 7. & 8.

40 De Regula cauſæ factorum inſpiciendæ ſunt magis, quàm ipſa facta Rot. *decis.* 320. *n.* 6. cor. Mantic. *decis.* 7. *n.* 8. cor. Celſ. Emerix jun. *decis.* 989. *n.* 3.

41 Regula certa non poteſt dari in conjecturalibus De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 17. *n.* 15. *diſc.* 91. *n.* 20. *diſc.* 93. *n.* 4. & 5. *diſc.* 124. *n.* 9. & *diſc.* 146. *num.* 4. & vide eumdem *in Indic. gener. verb. Adminicula*, & *verb. Conjecturæ.*

42 Regula non reſtringitur exemplis Card. De Luc. *de benefic. diſc.* 53. *n.* 4. & 5.

43 Regula non deſtruitur præſumptionibus, quæ debilitentur ab aliis Idem Card. De Luc. *de benefic. diſc.* 61. *n.* 10.

44 Regula firmatur per exceptionem in caſibus non exceptis De Luc. *de Feud. diſc.* 44. *n.* 19. *diſc.* 93. *ſub n.* 3. *de Regal. diſc.* 55. *ſub n.* 5. *diſc.* 61. *n.* 3. & *diſc.* 70. *ſub n.* 3.

45 A Regulis Juris quando poſſit ex conjecturis recedi Epiſc. Rocc. *cap.* 106. *a n.* 61. *cap.* 107. *a num.* 2. *cap.* 194. *n.* 11.

Poteſt recedi juſtis ex cauſis Creſcin. ad Abecclef. *obſer.* 3. *n.* 27. *part. pr.*

46 Regulæ generales non attenduntur, quando habemus Doctores in terminis loquentes Rot. *recent. part.* 10. *decis.* 233. *n.* 18. De Luc. *de Fideicommiſſ. diſc.* 72. *n.* 3. Palm. nep. *alleg.* 90. *nn.* 80. *tom. pr.* Et generalis non attenditur, ubi habetur ſpecialis & indivi-

individua, maximè in feudis De Luc. *de Feud. disc. 7. à n.* 8.

Regulæ generales quomodo attendendæ sunt De Luc. *de fideic. disc.* 82. *n.* 7. 86. *n.* 4. *&* 6. 89. *nu.* 13. 93. *n.* 4.

Regulæ generales non illuminant intellectum practicum qui debet esse de rebus singularibus Rub. *de confus. jur. cap. pr. n.* 151. Gratian. *cap.* 335. *à n.* 19.

Doctores pauperes utuntur regulis generalibus Gratian. & Rub. *loc. cit.* Franch. *decis.* 266. *n.* 3.

47 Regulam habens pro se transfert onus probandi in adversarium Palm. nep. *decis.* 147. *num.* 4. *tom.* 2. Ansald. *decis.* 82. *n.* 33. De Luc. *de Alien. disc.* 46. *n.* 8. *disc.* 47. *n* 16.

Regulæ est inhærendum donec limitatio clarè, & concludenter probetur Palm. nep. *decis.* 211. *nu.* 23. *tom.* 3. Rocc. Episc. *cap.* 191. *n.* 60. *lib.* 2. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 26. *n.* 8. *tom.* 1.

Regulæ semper est inhærendum nisi contrarium desumatur ex verbis claris, & apertis, vel ex conjecturis urgentissimis, & necessariis Palm. nep. *decis.* 452. *n.* 50. *&* 51. *tom.* 5.

Regolæ est standum donec ex adverso de contrario doceatur Episc. Rocc. *cap.* 63. *num.* 67. *lib. pr. & cap.* 182. *n.* 38. *lib.* 2.

Limitatio in dubio non est præsumenda Rocc. Episc. *cap.* 191. *n.* 60. *lib.* 2.

Regulam habens pro se potest dicere allegantilimitationem da mihi textum hoc dicentem Episc. Rocc. *ibid.*

Regulæ potius est standum, quàm limitationi Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 59. *n.* 60. *tom.* 2.

Regulam pro se habenti sufficit limitationem esse dubiam Piton. *alleg.* 81. *n.* 19. *tom.* 2. Et sufficit offuscare, dubiasque reddere probationes actoris cum contraria possibilitate De Luc. *de Feud. disc.* 6. *sub n.* 13. *de Regal. disc.* 60. *n.* 7. *de Donat. disc. pr. num.* 20. & alibi.

48 Omnis regula vitiatur aliqua exceptione, exceptis regulis, de quibus Cagnol. in *l. pr. num.* 25. *ff. de Reg. Jur.* Andreol. *controv.* 68. *num.* 4. Bartol. *in l. si pecuniam n.* 11. *ff. de condict. caus. dat.* Rub. *de Conf. Jur. cap.* 13. *n.* 1. 2. *&* 3. Et quod nulla sit regula, quæ aliquam non patiatur exceptionem, seu limitationem Ansald. *decis.* 100. *n.* 83.

49 Regulæ limitatio intelligenda venit in eis terminis, in quibus procedit regula Altograd. *cons.* 68. *n.* 46. *lib.* 1. Gobb. *consult.* 110. *n.* 18. Ansald. *decis.* 95. *num.* 19.

50 Regula de tutiori parte in dubio eligenda à recentioribus Theologis multipliciter oppugnatur Fagnan. *in cap. Ad Audientiam n.* 7. *de homicidio tom.* 5.

51 Regula Prædicatorum non obligat transgressores ad aliquam culpam, neque mortalem, neque venialem, sed tantum ad pœnam taxatam D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 9. *ad pr.* Fagnan. *in cap. Explicari n.* 4. *&* 9. *de Observat. Jejunior. tom.* 3.

52 Præcepta regulæ ex sui natura obligant ad mortale *text. in Clem. Exivi §. Item quia de verbor. signific.* Fagnan. *loc. cit. n.* 9. *tom.* 3.

53 Regula est in præcepto Fagnan. *in cap. Relatum n.* 4. *Ne Clerici vel Monachi* Declaratur *ibid. n.* 5.

54 Regula omnis religionis à Romani Pontificis auctoritate vires sumit Fagnan. in *cap. Cum ad Monasterium, num.* 59. *de Statu Monach. tom.* 3.

§. RELATIO, sive RELATIVUM VIII.

1 Relativum quis, vel qui, quæ, quod, vel quid, adjectum verbo futuri temporis facit conditionem, *l. nuper ff. de leg.* 3. *l. sticum qui meus erit ff. de leg pr.* Magon. *decis. Luc.* 27. *nu.* 16. *& n.* 38. ubi tamen, quod est tacita conditio, cujus implementum non adeò desideratur, nec reddit actum conditionalem, vide in §. *Conditio num.....* Tusch. *litt. R. concl.* 127. *per totum* Martha *vot. Pis.* 170. *num.* 6. *&* 7.

Multa de hujusmodi relativis, quòd habeant vim expressionis propriorum nominum copulativè, Gratian. *disc. for. cap.* 468. *num.* 70. *&c.*

An relativum, *qui*, restringat, vide Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 213. *n.* 2. *&c.* Martha *vot. Pis.* 170. *nu.* 6. ubi quod adjectum sine copula omninò restringit, & limitat orationem præcedentem. Rocc. Episc. *cap.* 20. *n.* 17. *lib. pr.*

Plura de vi relativi sine copula quòd restringat dispositionem ad terminos relati, illamque conditionalem reddat cum omnibus qualitatibus relati, Ger. Spin. *cons.* 100. *num.* 2. *&c.*

An relativum, *quos*, referatur ad omnes in præcedenti dispositione nominatos, dic regulariter quòd sic, nisi adsint orationes diversæ, & separatæ, nam tunc refertur tantùm ad proximè nominatos, Altograd. *cons.* 54. *n.* 5. 37. *&* 40. *lib. pr. & cons.* 79. *n.* 35. *lib.* 2. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 33. *nu.* 10., ubi denotat causam immediatam.

Quòd relatio fiat tantùm ad ea, quæ stant dispositivè, non autem ad ea, quæ stant solùm demonstrativè, idem Altograd. *d. cons.* 54. *nu.* 115. *lib. pr.* Merlin. *dec.* 454. *nu.* 12. Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 36. *nu.* 80. *& seqq.* ubi plura, ad quæ sit facienda relatio, vel non.

Relatum dicitur esse in referente, & si de relato 2
non constet, nulla fides oritur, nec probatio, nisi essemus in dependentibus à voluntate partium, quæ plenè, & explicitè appareat in dispositione referente, ita ut de ea habeatur certitudo, Gratian. *discept. for. cap.* 501. *n.* 16. *cap.* 508. *n.* 26. *cap.* 551. *n.* 8. *cap.* 693. *nu. pr. cap.* 718. *num* 11. *etc. capit.* 721. *num.* 34. *cap.* 828. *n.* 28. *&c.* idem Gratian. *dec.* 144. *nu.* 22. *&c.* Ludovis. *decis.* 439. *per tot.* Magon. *dec. Luc.* 96. *n.* 8. *&c.* Tusch. *litt. R. concl.* 128. ubi quòd relatum debet probari, & quando sufficiat sola relatio ad probationem relati, vel non Paul. Christin. 179. *vol.* 5. latè Merlin. *decis.* 432. *per tot. & decis.* 681. *n.* 5. *&c.* Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 505. *n.* 4. *& seqq.* Urceol. *tract. de transf. qu.* 61. *per tot.* ubi plura notabilia juxta prædicta Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *qu.* 5. *per tot.* ubi an, & quando relativa confessio probet sine relato, vel non. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu.* 8. *sect.* 2. *tom.* 3. Ansald. *decis.* 14. *n.* 3. *&* 4. De Luc. *de Præem. disc.* 24. *n.* 10. Pex. & Crescen. *decis.* 444. Caprar. *decis.* 126. *à num.* 20. *& decis.* 390. *n.* 6.

Quòd referens recipiat interpretationem, & restrictionem à relato, Altograd. *cons.* 26. *n.* 76. *lib. pr.* & non probat referens non exhibito relato, etiamsi notarius attestaretur scripturam relatam vidisse, vel rogasse, Urceol. *d. qu.* 61. *n.* 2. *& seqq.* Torre *de majorat. part. pr. c.* 39. *§.* 10. *n.* 22. quod referens recipiat declarationem, & restrictionem à relato Baldue. *tit.* 2. *dec.* 35. *à n.* 39. Emerix jun. *dec.* 47. *nu.* 4. Et quod non probet non exhibito relato Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 569. *n.* 14. *tom.* 2.

Quòd referens nihil plus continere possit, quàm sit in relato idem Altograd. *cons.* 71. *nu.* 34. *lib.* 2. Merlin. *dec.* 681. *n.* 5. *&c.* ubi quòd fallit quando militat voluntas partium, & ratio absurdi vitandi in contrarium, & quando partes habent facultatem disponendi in referente; quod ultimum debet intelligi dum non constat de relato, nam si aliud appareat in relato, non est curandum de referente ad tradita per Francisc. de Angel. *d. quæst.* 5. *nu.* 26. & alios ibi citatos. Rot. *rec. dec.* 450. *n.* 2. *&* 3. *part.* 19. *tom.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 106. *nu.* 69. *lib.* 2. Emerix sen. *dec.* 143. *n.* 5. *dec.* 177. *n.* 4.

Quòd relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus, idem Altograd. *cons.* 78. *nu.* 21. *lib.* 2. Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 201. *per tot.* Tusch. *litt. R. conclus.* 129. *per tot.* ubi quòd relatum est in referente verè, & propriè, & quando secus, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 47. *n.* 5. *& dec.* 61. *n.* 1. *&c. part.* 13. *dec.* 264. *n.* 8. ubi quod scriptura referens alteri relatam censetur inesse, cujus proindè tenor, licèt aliter in referente foret dispositum inspici debet, & *dec.* 357. *n.* 4. *d. part.* 13. *& dec.* 487. *n.* 4. ubi quòd renunciatio facta relativa est eadem ac si specialis, & individua esset prout in relato, *& part.* 14. *dec.* 29. *n.* 7. *& dec.* 281. *num.* 15. *&c.* ubi plura summatim de relato in referente, *& decis.* 536. *n.* 80. *& seq.* Pen. *dec.* 486. *nu.* 30. Crescin. ad Pen. *dec.* 967. Idem Crescin. ad Abecles.

clef. *obser.* 112. *n.* 9. *part. pr.*

Quod ubi apparet de certa dispositione, vel voluntate, stante etiam potestate de novo disponendi, illa sit attendenda, ubi non apparet de relato, secùs autem si appareat de relato, nam tunc semper relatum est attendendum, & adeò dicitur esse in referente, ut si de illo appareat, & sit nullum, influat etiam in dispositionem referentem, & illam pariter nullam reddat, Altograd. *cons.* 44. *nu.* 18. *&c. lib.* 2. ubi etiam *n.* 27. *&c.* quid si dispositio referens sit certa, & alio modo facta, quàm sit in relato, & firmat tunc stari referenti absque relato, si expressè constet, quem voluisset aliter disponere, quàm sit in relato, alias secùs, Urceol. *Consult. for. cap.* 47. *num.* 6. vide Tosch. *d. conclus.* 128. *per tot.* Merlin. *dec.* 432. *per tot.* ubi probat non obstante relatione ad antiquum fideicommissum, fuisse aliud novum fideicommissum inductum per dispositionem relativam, quæ debet attendi, licèt non constet de relato, quando plus continet, & supposita potestate in disponente, nam tunc relatio stat demonstrativè, & non limitativè, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 26. *n.* 21. *& seqq.* ubi quòd relatio non se habet ad omnia in relato contenta, si solam specialem provisionem continent, ac attenditur referens ubi continet dispositionem diversam à relato, quia relatum eatenùs inest referenti, quatenùs non refertur alio modo, quàm sit in relato. Vide Rocc. Episc. *cap.* 67. *n.* 32. *lib.* 1. Emeria jun. *dec.* 1087. Caprar. *dec.* 126. *n un.* 10. *& decis.* 356 *num.* 12. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 79. *&* 80. *tom.* 2.

Quòd possit stari referenti sine relato, intellige in dispositione pura, & simplici, secùs in conditionali, ut benè explicat Surd. *dec.* 337. *num.* 11. *lib.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 505. *nu.* 7. *& seqq.* ubi vide, quia pulchra doctrina.

Quando referens continet certam, & perfectam orationem, & determinatam confessionem ejus, de quo quæritur probat etiam sine relato, Surd. *cons.* 540. *num.* 5. Possent. *singul.* 323. Seraph. *decis.* 1083. *num.* 3. Rot. *part.* 7. *recent. dec.* 24. *n.* 10. *& part.* 9. *dec.* 182. *num.* 10 *& decis.* 282. *num.* 24. *part.* 10. *dec.* 223. *num.* 7. *&c.* vide Francisc. de Angelis *d. q.* 3. *per tot.* Spad. *cons.* 103. *n.* 16. *lib.* 3.

Quòd potiùs sequendum, & attendendum sit relatum, quàm referens, si ambo inter se pugnent, cùm relatum faciliùs præsumatur ab errore alienum, & originale magis attendatur, quàm copia, benè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 262. *num.* 3. *& seqq. & dec.* 275. *num.* 9. *& seqq. & part.* 17. *dec.* 73. *nu.* 8. *& decis.* 354. *num.* 2. ubi quòd si plus reperiatur in referente expressum quàm in relato, præsumitur ex errore processisse. Spad. *cons.* 71. *n.* 9. *libr. pr. cons.* 247. *n.* 12. *lib.* 3.

3 Relatio operetur, ut omnia censeantur expressa, prout in relato, quamvis fieret ad scripturam invalidam, & non solemnem, Gratian. *disceptat. for. cap.* 571. *n.* 3. *&c.* Rot. *part.* 2. *diversf. dec.* 243. *n.* 7. ubi quòd omnia quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, censentur repetita cum omnibus suis qualitatibus in termino referente, & benè probat Altogr. *cons.* 6. *n.* 22. *lib.* 1. *cons.* 96. *num.* 25. *lib.* 2. Cavalca. *dec.* 94. *n.* 7. *&c.* Urceol. *consult. forens. cap.* 47. *nu.* 4. *&c.* Tusch. *litt. R. conclus.* 126. ubi plura quando relativa dispositio dicatur certa, & expressa, facit latè Larea *Alleg. fisc.* 93. ubi de novo conductore vectigalium cum qualitatibus, & conditionibus solitis, an teneatur ad summam, quàm ultrà pretium solvit alius conductor præcedens. Vide Episc. Rocc. *c.* 231. *n.* 39. *lib.* 2. Cels. *dec.* 15. *n.* 19. *dec.* 238. *nu.* 9. Emerix Jun. *dec.* 47. *n.* 6. *dec.* 748. *nu. pr. dec.* 1045. *n.* 4. Crescin. ad Pen. *dec.* 375.

Si tamen expressio requiratur pro forma non sufficit eam fieri implicitè per relationem ad aliud, Gratian. *discept. for. cap.* 973. *num.* 11. *& per tot.* Vide Fagnan. *in cap. cum pro causa nu.* 19. *de sent. excom.*

Quòd imò sufficiat ad satisfaciendum formæ, & in materia stricta, maximè si relatio sit specialis, & singularis, quidquid sit quando esset generalis, Magon. *dec. Luc.* 30. *n.* 12. *et seqq. et decis.* 32. *n.* 30. *et seqq.* Vide Fagnan. *in cap. cit. n.* 29.

Relatum tamen respicit referentem in eo tantùm, quod justum est, & ideò relationem factam in rescripto, vel concessione Principis accipiendam esse de eo, quòd in relato justè continetur, non quod injustè usurpatum est, probat Larrea *Alleg. fisc.* 74. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 397 *n.* 41. *etc.*

Relatio testis, & sic dispositio testis relativa, non probat, nisi constet de relato, Gratian. *discept. for. cap.* 721. *n.* 34. *&c. cap.* 957. *num.* 50. 4

Sufficeret tamen tenorem scripturæ, ad quàm se referunt testes, esse notum ipsis testibus de illa deponentibus, Magon. *decis. Florent.* 103. *n.* 15.

Relatio non fit ad omnia, sed tantùm ad illa, 5 quæ sunt compatibilia cum expressis, & sic non ad illud, quod fuit specialiter provisum, Gratian: *discept. forens. cap.* 839. *n.* 16. *&c.* Ludovis. *dec.* 495. *num.* 20. Merlin. *dec.* 454. *n.* 28. *&c.* ubi quòd intelligitur præter expressa, cùm incongruum sit per simplicem relationem manifestam inducere contradictionem, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 536. *n.* 80. *& seqq.* ubi plura de hac materia. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect.* 2. *n.* 30. *tom.* 3. Pen. & Add. *dec.* 51. *& decis.* 294. Rocc. Episc. *cap.* 20. *nu.* 25. *lib. pr.*

Item relatio numquam fit ad illud propter quod dispositio favorabilis restringeretur, & quæ sui natura largè interpretatur, Alex. *cons.* 213. *in fine lib.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 47. *nu.* 7. Fenzon. *ad statut. Urb. cap.* 151. *inspect.* 2. *n.* 30. *part.* 2. Casareg. *ad statut. Januens.* §. 18. *n.* 27. Spad. *cons.* 356. *n.* 5. *lib.* 2.

Item non fit ad verba, quæ stant demonstrativè, ut ex Alex. & aliis docet Menoch. *loc. cit num.* 8. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect.* 2. *num.* 34. *tom.* 3.

Item non fit ad præcedentia quando actus vitiaretur, idem Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 4. *n.* 6.

Item non fit ad præcedentia, quæ habent propriam, & specialem determinationem, Rot. *pluribus citatis, part.* 11. *rec. dec.* 372. *n.* 4.

Item non fit ad remota, sed tantùm ad proxima, Rot. in Romana Primogeniture 7. Maii 1657. coram Dunozetto *num.* 81. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *dec.* 99. Bich. *dec.* 337. *n.* 7. Merlin. *dec.* 42. *n. pr. &c.* ubi quòd relatio est facienda ad id, quòd immediatè dictum fuit, & non ad omnia superiùs dicta, & tantò magis si aliàs sequeretur absurdum, & latiùs idem Merlin. *dec.* 163 *per tot.* ubi quòd restringitur ad casum, ad quem est facta, & non ad diversum, nec ad diversam orationem, nec si sequeretur effectus contrarius menti disponentis, nec ad accessoria, & loquitur in fideicommisso, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 119. *num.* 2. *& seqq.* ubi quòd licèt regulariter fiat, & ad proxima, tamen potest fieri etiam ad remota, si conveniat qualitas à testatore requisita. Rot. coram Jacob. Emeria *dec.* 535. *num.* 10. *& dec.* 1051. *nu.* 7 Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 637. *n.* 8. *& dec.* 643. *num.* 6. Bertachin. *vol.* 89, *a nu.* 28. Crescin. ad Pen. *dec.* 227. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 38. *nu.* 20. *& dec.* 36. *nu.* 6. *et* 25. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 108. *num. pr. et* 20. *vol.* 2.

Quòd fiat tantùm ad principalem dispositionem, non autem ad ea, quæ stant accessoriè, nec si adsit incertitudo rei, ad quam fit relatio, Merlin. *dec.* 454. *n.* 21. *&c. n.* 30.

Quòd sit facienda ad principalem dispositionem, & illam totam qualificet, latè idem Merlin. *decis.* 564. *n.* 3. *etc.* vide *in §. Qualitas, n.* 9. *in fine.*

Quod fiat ad omnia ratione universalitatis verborum, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 118. *n.* 3. *etc.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 435. *n.* 9. *et dec.* 450. *n.* 11. *tom.* 2. Casareg. *super statut. Januens.* §. 16. *n.* 9. *et seqq.* Balduc. *tit.* 3. *dec.* 4. *num.* 6. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 1. *dec.* 450. *n.* 20. *et* 21.

Relatio tamen cum speciali provisione, ac deter- 6 minatione ad aliquid ex contentis in relato, non se relativè habet ad omnia Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 81. *n.* 7. *et* 8.

Relatio facta ad aliam scripturam operatur, ut 7 con-

confessio referens non sit pura, sed conditionalis, quatenus scilicet scriptura illa, ad quam se refert sit valida, & obligatoria, & ubi constat de relato, non potest separari à referente, sed uno sublato, tollitur & alterum, & tunc dispositio referens non attenditur, sed relatâ, de qua constat eùm censeatur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, & vitiis, ita ut si dispositio, ad quam fit relatio sit nulla, non etiam valeat referens, cùm videatur facta sub præsupposito validitatis illius dispositionis, ad quam se refert, ut latè probat Alograd. *cons.* 44. *n.* 11. *per tot. lib.* 2. vide in *§. Confessio*, *n.* 20. *et §. Obligatio*, *n.* 4. Urceol. *tract. de transact. quæst.* 61. *n.* 9. *et seqq.* ubi quòd transactio facta cum supposito existentiæ alicujus fideicommissi, quòd verè non extabat, reputatur erronea, & ex defecto consensus corruit, nisi contineret principalem dispositionem ex se independenter à fideicommisso relato, ut ibidem benè distinguit, & declarat, adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 5. *per tot.*

Quòd in una scriptura contineatur omne id, quòd adest in alia, ad quam fit relatio, Gratian. *discept. for. cap.* 877. *n.* 11. *etc.*

Ita ut nihil sit alteratum nisi juxta qualitates relati, idem Gratian. *cap.* 937. *nu.* 13. *etc. cap.* 946. ubi quòd potiùs attenditur relatum, quam referens.

Nec referens plus potest operari, quàm sit in relato, Magon. *dec. Luc.* 25. *n.* 54. *in fine.*

Et quòd referens se ad aliquas scripturas censeatur habere notitiam eorum, quæ in scripturis continentur, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 393. *n.* 9. vide infra *in novissimis additionibus* Crescen. *nu.* 20.

Enunciatio tamen simpliciter facta de alia scriptura, vel instrumento absque clausulis relativis, nihil commune habet cum relatione, neque relationem importat, Bich. *dec.* 644. *n. pr. etc.* Rot. post Urceol. *de transact. decis.* 89. *n.* 9.

Regula prædicta, quòd referens non probet sine relato (ultra prædictas declarationes) limitatur etiam in rescriptis, privilegiis, investituris, aut aliis verbis narrativis Principis confirmantis, vel referentis, quia illi creditur absque justificatione, vel exhibitione relati, & generaliter quando etiam insertus est tenor per extensum rei relatæ, data tamen in partibus facultate disponendi, & stante oratione perfecta; probat etiam in antiquis, & in aliis casibus supra relatis Cyriac. *contr.* 3. *n.* 19. cum aliis pluribus citatis per Urceol. *in tractat. de transact. quæst.* 61. *per tot.*

Alia de vi relationis remissivè tradit Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Relatio.*

8 De relatione, & relativis, ac de relatione nuncii citantis, & hujusmodi plura notat Bertachin. in *Repert. verb. Relatio, et Relativum.*

9 Quòd valeat relatio nuncii de citatione domi facta, etiam non adjecta clausula, *solitæ habitationis*, Franc. *decis.* 322 Thoro *Compend. dec. Neapolit. part. pr. verb. Relatio*, ubi etiam de relatione citationis factæ domi alterius, in qua citandus habitabat, & de relationibus causarum de quibus etiam in *par.* 2. *eodem verb.* Et quò ad relationes citationum, vide per me notata *in §. Citatio.* Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 8. *nu.* 28. ubi an sit valida sine testibus, & cui sit facienda, *et quæst.* 12. *nu.* 70 ubi an sit de substantia judicii *tom.* 2. & alia de relatione nuncii Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Abecceles. & Crescen. *in obser for. Sen. Pedem.*

10 Quòd relatio operetur, ut res propriis nominibus expressa censeatur, & relativum non referatur ad omnia quando adjicitur qualitas, quæ non competit omnibus, & quamvis relatio debeat fieri ad proximiora, non procedat quando ita commodè fieri non potest, Joseph. Feliu. *Margarit. variar. conclus. verb. Relatio*, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 211. *n.* 4. *et seqq.* ubi quòd relatio non tantùm fit ad proxima, sed etiam ad omnia, & remota, quando determinatio in fine posita est generalis, & æquè omnibus etiam remotis congruit, & eatenùs tantùm ad proximiora fit, quatenus ad omnia fieri nequeat. Vide Crescen. ad Pen. *dec.* 227.

11 De relato attendendo, quod sit in referente cum suis qualitatibus, quando etiam relatum produci debeat, Andreol. *contr.* 312. *n.* 30. *et seqq.* Castill *de tert. cap.* 5. *per tot.* & alia ad rem indicat Com. August. Fontana *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Relatum*, *et Relatio*, *fol.* 503. *etc.* ubi etiam de relationibus nunciorum quoad citationes, & hujusmodi.

De relatione, & relato habentur plura etiam apud 12
Jo. Torre *de success. in Majorat. et Primog. Ital.* in variis locis, *ut in Indice generali in fine*, *part.* 3. *verb. Relatio*, *Relatum*, *etc.* Fagnan. *sup. Decretal. in Indic. general.* De Luc. pariter *in Indic. general.* Mantiss. ad eumd. Castald. Balduc. Altimar. Constantin. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. Pignatell. Piton. Ursaya Crescen. & alii moderni.

Natura referentis est tribuere relato omnia, quæ 13
in se continet Rot. *rec. dec.* 435. *n.* 9. *part.* 19. *tom.* 2.

Referens nihil aliud continere dicitur, quàm in 14
relato expressum est Rot. *rec. dec.* 450. *num.* 2. *part.* 19. *tom.* 2. Et si quid amplius referens continet, quod non est expressum in relato, censetur in referente appositum per errorem Rot. *loc. prox. cit. n.* 3.

Relatio ad dispositionem Juris intelligi debet se- 15
cundum subjectam materiam Alogr. Jun. *contr.* 42. *n.* 56. *& seq.* Amat. *resol.* 10. *sub n.* 29. Rot. *dec.* 451. *n.* 3. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Relatio fieri debet juxta modum, & ordinem in 16
relato præscriptum Menoch. *cons.* 1082. *sub num.* 25. *vers.* 8. *& ultimo cum seqq.* Alograd. *cons.* 67. *nu.* 43. *vers.* 2. *quia cum seq.* Rot. *dict. dec.* 451. *nu.* 5. *part.* 19. *d. tom.* 2.

Relatio semper intelligi debet, ut congrua con- 17
gruis referantur, & non plus contineatur in relato, quàm in referente Rot. *dec.* 478. *num.* 8. *&* 9. *& dec.* 595. *n.* 20. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Relatio semper habenda est ad id, quod fieri de- 18
bet, non autem ad id quòd non congruit Menoch. *cons.* 577. *n.* 26. Rot. *dec.* 192. *n.* 16. *part.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 595. *n.* 21. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Relatio Clausulæ, *in stirpes, & non in capita*, fit 19
ad personas, quibus specialiter est provisum per expressam vocationem Fusar. *de substit. quæst.* 477. *nu.* 51. Rot. *dec.* 284. *n.* 18. *part.* 18. *& dec.* 637. *num.* 9. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Relatio supponit scientiam, & notitiam relati Rot. 20
cor. Card. Cerr. *dec.* 837. *n.* 8. *&* 9. Bertachin. *vol.* 73. *num.* 5.

Relatio ubi est habita ad instrumentum cum expressione anni, & Notarii rogati præsumitur scientia omnium in eo contentorum Caprar. *dec.* 202. *nu.* 3. *part. pr.*

Relatio ad instrumentum Fundationis Jurispatro- 21
natus, ad quod testator in subsequenti testamento haberi voluit in casu occurrenti; si constat ex testamento, quod variaverit circa personas ad illud vocatas; ut poterat, relatio verificatur quoad alia Caprar. *dec.* 372. *n.* 13. *part.* 1.

Relatio habita per testatorem in Codicillis ad te- 22
stamentum, operatur, ut sit servandus ordo succedendi, prout in eo disponitur Caprar. *dec.* 745. *n.* 7. *&* 10. *part.* 2.

Relatio semper facienda est ad causam magis 23
probabilem, & propriam Ansald. *dec.* 63. *n.* 11.

Quando error est in referente attenditur relatum, 24
& non referens Emer. sen. *dec.* 49. *n.* 6. *et dec.* 553. *n.* 9. 16. *&* 17.

Relatio fieri debet ad alia, præterquàm in ex- 25
pressis Rot. cor. Merlin. *dec.* 455. *n.* 28. Balduc. *de legat. tit.* 3. *dec.* 38. *n.* 9.

Relatio fieri debet etiam ad ea, quæ aliàs verba 26
non inferrent, si ratio sermonis id patiatur Alex. *cons.* 110. *n.* 2. *vol.* 4. Peregrin. *de Fideic. art.* 55. *nu.* 26. *& art.* 16. *nu.* 12. Balduc. *de legat. tit.* 3. *dec.* 23. *num.* 26.

Relatio intelligitur regulariter per similitudinem, 27
non per veritatem, juxta opinionem Socin. Jun. *cons.* 75. *lib.* 3. Balduc. *de legat. tit.* 3. *dec.* 40. *nu.* 12. Et quomodo intelligatur *ibid. n.* 53. *&* 18. Vide De Luc. *de fideicom. disc.* 119. *n.* 5. *&* 9. *in summ. à nu.* 208.

Relatio est facienda ad ea, quibus ratio recti ser- 28
monis magis convenit, quamvis inspecto verborum ordi-

ordine, ſit remotior Roce. Epiſc. *cap.* 42. e. 40. *lib.* 2. Præcipuè pro contrarietate effugienda idem Roc. *ibidem*, *& cap.* 67. *n.* 30. *lib.* 1.

29 Relatio excluditur pro abſurdo evitando Robl. *de Repræſ. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 24. Molin. *de rit. eepl. lib.* 3. *quæſt.* 24. *n.* 308. Roce. Epiſc. *cap.* 20. *n.* 26. *lib.* 1.

30 Relatio applicari non poteſt ad illud, quod non reperitur Roce. Epiſc. *dict. cap.* 20. *nu.* 29. Et relatio ad fideicommiſſum, quod non reperitur conſtitutum ſuper bonis donatis, non facit conditionem *ibid. n.* 28.

31 Relationis præcipuus effectus eſt, ut conjungat ſcripturas, & una alteram ſuppleat, ut veritas eliciatur Roce. Epiſc. *cap.* 106. *num.* 67. *& cap.* 107. *num.* 50. *lib.* 2.

32 Referens non plus cogitare videtur, quàm quod in relato continetur Rot. *recent. part. pr. deciſ.* 397. e. 3. Roce. Epiſc. *cap.* 106. *num.* 69. *lib.* 2.

Plus urgere non debet referens, quam relatum Mantiſs. ad De Luc. *lib.* 10. *deciſ.* 22. *num.* 18. *vol.* 3.

33 Relatio limitata, & reſtricta non repetit omnia, quæ ſuperius expreſſa apparent Mantiſs. ad De Luc. *lib.* 10. *deciſ.* 64. *n.* 4. *vol.* 3.

34 Relatio non poteſt fieri ad id, ſuper quo non cadit quæſtio Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 4. *deciſ.* 9. *n.* 8. *vol.* 3.

35 Referens ſine relato probat, quando ſumus in antiquis Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 12. *deciſ.* 31. *nu.* 5. *vol.* 2. Item, quando in referente habetur tota ſubſtantia actus *ibidem n.* 6. Anſald. *deciſ.* 14. *n.* 4.

36 Verba in fine poſita, & cum tota diſpoſitione complicata ad omnia referuntur Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 7. *deciſ.* 4. *n.* 8. *vol.* 1.

37 Singula ſingulis congruè referenda Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 10. *deciſ.* 79. *nu.* 9. *vol.* 3. Anſald. *deciſ.* 57. *nu.* 58.

38 Diſpoſitio relata quando continet favorem, & odium, ſemper relatio facienda eſt ad id quod eſt favorabile Deciſio Sicul. *n.* 271. *in fin.* inter oper. Card. De Luc.

39 Relatum verè, & propriè dicitur eſſe in referente, imò dicitur pars referentis Fagnan. *in cap. cum pro cauſa n.* 26. *&* 30. *de ſent. excomm.*

40 Relativum quis Univerſitatem non comprehendit Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 63. *de Relig. Dom.*

41 Teſtes in repetitione an poſſint ſe referre ad examen nullum, & invalidum, latè Creſcin. ad Abecelſ. *obſer.* 87. *à n.* 1. *cum ſeqq. part.* 1.

42 Relatio non fit niſi ad ea, quæ oculis corporeis in ſubſtitutione relata leguntur, non autem ad ea, quæ tacitè veniunt, & per ſubauditos intellectus deducuntur Caprar. *deciſ.* 479. *n.* 9. *part.* 2.

43 Relatio dicitur deficere, etiamſi ſit facta expreſſio alicujus ſcripturæ, ſi deficiat clauſula ad quod &c. Anſald. *deciſ.* 69. *n.* 23. ſed hoc limita, ut *ibid. n.* 30.

44 Relationes Ordinariorum, & Viſitatorum tranſmiſſæ Sacræ Congregationi plurimùm attenduntur Anſald. *deciſ.* 14. *n.* 25. *&* 17.

45 Relatio Periti ſuper aliquo idiomate eſt attendenda Card. De Luc. *de Teſtam. diſc.* 49. *n.* 3.

Et plura alia circa relationem Peritorum vide *in hoc oper. §. Peritus.*

Relatio ad acta facta per Judicem quid operetur, & de differentia inter generalem, & ſpecialem Card. De Luc. *de Judic. diſc.* 36. *n.* 28. *&* 30.

46 Relatione pendente partes Judicis conquieſcunt Altimar. *de nullit. rebr.* 3. *quæſt.* 4. *n.* 5. *tom.* 2. Relatione facta Principi pendente, an liceat Judici ſententiam ferre Altimar. *rubr.* 9. *q.* 46. *tom.* 1. Et quomodo poſſit fieri relatio Principi *ibid. n.* 3. Et quando poſſit ordinari per Collat. Conſilium, & alia Tribunalia, & de tota materia *ibidem.*

47 Relationis forma in criminalibus Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 6. *in fin. pag.* 354. Relatio cuſtodis carceris *ibid. ſect.* 8. *n.* 83. Relatio Cuſtodis Carceris ſuper fuga Carceratorum *ibid.* e. 84. Relatio Miniſtrorum Curiæ ſuper conductione condemnati *ibid. ſect.* 16. *n.* 67. Relatio executionis, relatio intimationis ſententiæ &c. Pellegrin. *ibid.*

§. RELIGIO. IX.

Religionis, vel religioſorum appellatione, quinam veniant, cum pluribus illationibus exindè tactis, latè Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 233. *per tot.* 1

Quòd religio ſit una, continens plures ſpecies, ſive ordines, & alia, Tuſch. *litt. R. concl.* 131. *& ſeqq.* Suarez. *tractat. de Relig. tom.* 3. *per tot. & tom.* 4. *tract.* 9. *per tot. fol.* 296. *& ſeqq.* ubi plura de varietate religionum in genere, & in ſpecie. Vide De Luc. *de Regular. diſc.* 56. *n.* 6. *& annot. ad concil. diſc.* 35. *n.* 4. ubi de diviſione ordinum, & de *præem. diſc.* 25. *n.* 8. ubi de Reformatis, & Obſervantibus. Plurima etiam Fagnan. *in cap. ſane de Regular. libr.* 3. *pag.* 351.

Qualiter ſit favendum Religioni, & piæ cauſæ, Tuſch. *loc. cit. concl.* 133. *& ſeqq.*

Religioſi etiam Mendicantes, & Capuccini quamvis poſſint eſſe teſtes in teſtamento, & ita ſervetur de conſuetudine, ut probat Surd. *dec.* 129. e. 1. *&c.* Ricc. *Collect.* 3093. Clar. *in §. Teſtamentum quæſt.* 55. Farinac. *quæſt.* 61. *nu.* 126. Theſaur. *quæſt. for. lib.* 4. *quæſt.* 35. Rodriquez *regul. lib.* 3. *quæſt.* 71. *art.* 2. & alii per Capyc. Latr. *dec.* 10. *per tot. cum Addit.* ubi quod ita fuit pluries judicatum, reprobata opinione aliorum contrariam tenentium, & etiam ſine ſuperioris licentia. Jovius *de Solemnit. in contract. minor. gloſſ.* 15. *§.* 10. *n.* 116. 2

Tamen in judiciis non poſſunt teſtificari ſine licentia ſuperioris, & ſi de facto teſtificentur non valet teſtimonium, Addit. ad Pract. Papp. *for. juram. teſt. gloſſ. proteſtante*, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 577. *n.* 12. Magon. *dec. Luc.* 9. *n.* 18. vide Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 10. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 50. *per tot.* vide Ricc. *d. Collect.* 3093. ubi plura Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 4. *n.* 33. Bellegr. *in comp. rer. crim. method. tract.* 4. *quæſt.* 71 *nu. pr.*

Nec ſufficit, quòd notarius dicat: talis Clericus examinatus de licentia, &c. ſed debet hujuſmodi licentia expreſsè in actis apparere, Guaz. *ad deff. cap.* 2. *n.* 8. *&c.* Sperel. *deciſ.* 50. *n.* 3. *&c.* ubi etiam quòd ſtante dicta licentia poſſunt clerici, & alii religioſi jurare in manibus judicis ſæcularis, nec eſt neceſſe, ut jurent in manibus perſonæ Eccleſiaſticæ, prout aliquando perperam prætenſum vidi, niſi talis adeſſet in loco conſuetudo.

Sed quòd jurare debeant in manibus judicis Eccleſiaſtici videtur firmare Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *n.* 46. *fol.* 382. ex Farinac. *quæſt.* 78. *n.* 78. intellige ubi adeſſet hujuſmodi conſuetudo, aliàs ſecùs, ut ſupra.

Quòd quando agitur de ſuſtinenda depoſitione jam facta, non attenditur omiſſio dictæ licentiæ, & valeat depoſitio, Abb. *in cap. cum nuncius, & in c.* 1. *de juram. calum.* Everard. *loc. à ſervo, ad Monach. num.* 6. Fab. *in §. Teſtes, Inſtit. de teſtam.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 738. *n.* 41. *cap.* 910. *n* 17. *&c.* Mart. Medic. *dec.* 95. *num.* 22. *& ſeqq.* Speral. *dec.* 50. *nu.* 14. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 61. *appoſit.* 22. *&* 14. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 590. *in fine*, *fol.* 332. Sanfelic. *dec.* 262. vide in *§. Clericus n....* Vide Bellegrand. *loc. cit. & tract.* 5. *q. pr. n.* 8. *tract.* 8. *q. pr. nu.* 7. *tract.* 11. *q.* 11. *n.* 6.

An verò ſententia pro Religioſo, qui ſine conſenſu Abbatis litigavit ſit nulla, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 153. *n.* 6. *vol.* 2. ubi concludit quòd ſic.

Quod plus fidei habere dicantur religioſi, quàm laici, *c. Monachus* 77. *diſtinct.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 98. *n.* 5. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 9. e. 21. vide in *§. Clericus n....*

Religioſi Mendicantes, licèt non poſſint poſſidere bona immobilia tamquam propria, ut Jeſuitæ, & ſimiles, tamen poſſunt illa capere, & vendere abſque ulla ſolemnitate ad effectum providendi eorum neceſſitatibus, ſicut etiam nulla ſolemnitas requiritur quando alienantur bona alicujus ingredientis, & profeſſi pro ſolutione debitorum, Gratian. *diſcept. for. cap.* 202. *nu.* 30. *&c.* vide in *§. Monachus n.* 5. 3

Qualiter Religioſis, & Monialibus ſit prohibita mune-

munerum largitio per Bullam Clementis Octavi, cujus ratio est, ne Monasteriorum bona dilapidentur, & ambitionis occasio detur, latè Dian. *resolut. moral. part. pr. tract. 6. per tot.* ubi plures dubitationes benignè resolvit à cessatione rationis prædictæ, & hujusmodi, vide in §. *Abbas*, *n. 7.* & §. *Lex*, *n. 2.* ubi an dicta Bulla sit usu recepta. Vide Bellegrand. *loc. cit. tract. 10. q. 17. n. 2.*

4 Religiosi S. Dominici, & S. Augustini ex privilegio possunt absque beneplacito Apostolico alienare, hypothecare, census imponere, & similia facere pro utilitate Monasterii usque ad summam redditus ducatorum centum pro quolibet anno, Gratian. *discept. for. cap. 202. n. 19. &c.*

5 Religiosus decedens intra annum probationis, an, & quando præsumatur voluisse bona sua acquiri Monasterio, vel agnatis suis, Menoch. *lib. 6. præsumpt. 84. per tot.* ubi plures casus distinguit, & de *arbitr. cas. 436. num. 9. & seq. ad* 20. vide in §. *Monasterium num.* . . .

6 Religiosi omnes, sive masculi, sive fœminæ, non possunt emittere professionem ante decimum sextum annum expletum, nec ante completum annum probationis post ingressum, & habitum assumptum, aliàs professio est nulla ad quoscumque effectus, Concil. Trident. *sess. 25. de regul. cap.* 15. Menoch. *de arbitr. cas. 56. per tot.* ubi quinam sint exempti ab hujusmodi decreto, vide in §. *Aetas*, *num.* 10. & §. *Tempus num.* 10. Suarez *de Relig. tom. 3. lib.* 5. ubi plura de ingressu Religionis, & Novitiatu.

Qualiter per interruptionem anni Novitiatus annulletur professio, vel non, latè Rot. *par. 13. recent. decis. 14. per tot.* Sanfelic. *decis. 349. num. 2. & seqq.* Suarez *loc. cit. cap. 15. per tot. fol. 258. &c.*

7 Religiosi volentes reclamare à professione tamquam nulla, non debent habitum dimittere, sed intra quinquennium à die professionis causas nullitatis adducere coram Superiore suo, & Ordinario, Concil. Trident. *sess. 25. cap. 19. de regul.* latè Gratian. *discept. forens. cap. 413. per tot. cap. 440. num. 25. & per tot.* ubi etiam quando professio sit nulla, & vide in §. *Monasterium*, *num.* 1. Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst. 25. & 26. per tot.* Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 6. per tot.* ubi plenè de professione religiosa.

Et quando præsumatur facta professio per delationem habitus ultrà annum, Ger. Spin. *cons. 1. per tot.* latè Sanfelic. *decis. 349. per tot. cum Addit.* ubi de conjecturis tacitam professionem probantibus, Suarez *loc. proximè cit. & lib. 7. per tot.* ubi de professione invalida, quibus modis possit esse invalida, habeat aliquos effectus, an, & quomodo liceat statum Religiosum relinquere post factam professionem nullam, & de quinquennio à Concilio Tridentino præscripto.

8 Religiosi Regulares non possunt ad laxiorem religionem transire, Concil. Trident. *d. cap.* 19. intelligendo sine justa causa cognita, & sine consensu conventus, nam ex justa, & legitima causa, de qua constet, hoc illis quandoque permittitur, an autem sit necessaria dispensatio Papæ, vel sufficiat licentia sui Generalis, quid in foro exteriori, vel in foro conscientiæ, & alia, Gratian. *discept. forens. cap. 434. per tot.* vide in §. *Monachus num.* 8. Tusch. *litt. R. conclus. 140. et seqq.* ubi quæ dicatur laxior, vel strictior religio, ex quibus cognoscatur, & an possit fieri transitus de una ad aliam religionem, latè Ascan. Tambur. *de jur. Abbat. tom. 3. disput. 7. per tot.* Fagnan. *in cap. recolentes de stat. Monach. lib. 3. pag.* 466., ubi latissimè Layman. *Theol. Moral. lib. 4. tr. 5. cap. 6. n. 9. tom.* 2.

Qualiter religiosi corripiantur, & puniantur à suo Prælato, Tusch. *litt. R. concl.* 247. vide in §. *Monachus*, *n.* 9.

An, & quando religiosi professi possint justè à Religione expelli, & alia ad rem, Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 4. etc. fol. 213. etc.* Layman. *in Theol. Moral. lib. 4. tract. 5. cap. 13. tom.* 2.

Multa dubia circa Regulares tractat, & resolvit Dian. *par. 3. tract. 2. per tot. usque ad 136. resolut.* Suarez *tract. de Relig. per tot.* ubi plenè, & Tambur. *de jur. Abbat. etc.* Fagnan. Passeria. Layman. De Luc. Nicol. Pignatell. & alii moderni, ut infra.

Religiosi professi licèt sacris ordinibus non initiati, qualiter æquiparentur Clericis in sacris constitutis quo ad privilegium fori illudque non amittant, nisi pluribus concurrentibus dixi in §. *Monachus*, *num. 21. et* §. *Clericus*, *n.* 76. 9

Religiosi qualiter possint esse executores testamentorum, maximè ad pias causas, cum licentia tamen suorum Superiorum, à quo Superiore sit petenda, hujusmodi licentia, & alia plura, Dian. *resol. moral. part. 8. tract. 5. resol. 8. et seqq. ad* 26. De Luc. *de Testam. disc. 56. per tot. De Regul. disc. 63. n. 8. annot. ad conc. disc. 34. nu.* 19. & coguntur ab Episcopo ad reddendas rationes, De Luc. *de Regul. disc. 1. n.* 42. Vide Fagnan. *in cap. ex parte il 2. num. 53. et seq. de Privil.* 10

Religiosi facientes ingredi fœminas intra sua Monasteria, vel Claustra excommunicantur, & privantur beneficiis, atque dignitatibus juxta Bullam Gregorii VIII. incip. *Ubi gratiæ* de qua Riec. *Collect.* 4218. vide in §. *Mulier n.* 44. & latè Thom. del Bene *de Immun. Eccles. part. 2. cap. 19. dubit. 72. cum decem sequentibus*, ubi etiam à quibus possint absolvi, & an dentur casus permissi, ac pariter de pœnis mulierum ingredientium, &c. *fol. 278. et seqq.* Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 7. fol. 28. etc.* 11

Religiosi Societatis Jesu quomodo recipiantur, de illorum institutis, votis, ministeriis, professione, regimine, & hujusmodi plenè Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 10. per tot. à fol. 382. usque ad* 794. 12

De Religione, & Religiosis varia notat Bertachin. *in repertor. verb. Religio*, aliqua tangit Joseph. Felin. *in Margar. variar. conclus. verb. Frater*, *num. 34. et verb. Religio*, plura remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Religio vera*, *falsa*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Religio*, *fol. 506. etc.* Sed de Religione, & Religiosis videndi ad satietatem Suarez *de Relig. tom. 1. 2. 3. et 4. per tot.* Pellizzar. *in Manual. Regular. per duos magnos tom.* in quibus agit de statu Religioso in communi, de Regularium Novitiatu, professione, votis, obligationibus, prohibitionibus, pœnis, privilegiis, gubernatione, ac de monialibus, & hujusmodi, & alii ab ipsis citatis, & faciunt plura per me notata in §. *Abbas*, §. *Monachus*, §. *Monasterium*, & alibi opportunè, Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. part. 2. verb. Professio*, *cap. 1. 2. 3. 4. et per tot.* ubi de professione emissa ante annum Novitiatus, vel ante annum decimum sextum, vel alias fraudulenter & in *verb. Religiosus per 15. capita*, *fol. 284. et 287. seqq.* Valer *de different. utriusque fori*, *verb. Regularis*, *differ. 1. et seqq.* ubi an, & quando professio possit annullari, vel sustineri in utroque foro; An Monachus factus Episcopus eximatur à jugo suæ Regulæ; an possit se subiicere ordinatio loci sine licentia sui superioris; an teneatur ad debita; an recedens, vel se transferens ad aliam Religionem recuperet donata primo Monasterio, & possit secum portare scripta typis imprimenda, & alia vide in §. *Monachus*. Et plura alia de religiosis, & regularibus Fagnan. Passeriæ. Layman. De Luc. Nicol. Pignatell. Piton. Ursay. Altimar. Ansald. Emerix Caprar. Mansf. Palm. & alii moderni. 13

De Religiosis Ordinum Militarium multa Mendo *tract. de Ordin. Militar. per tot.* & in Indice *verb. Religio*, & de aliis Religiosis Regularibus, maximè quo ad audiendas confessiones, idem Mendo *in Elucidat.* Bullæ Cruciatæ *disput.* 22. & alibi, *ut in Indice*, *verb. Regulares*, & *in tract. de Jur. Academ. ut in Indice*, *verb. Religiosi*, *&c.* Vide etiam *in hoc opere* §. *equites* & §. *milites* & Card. De Luc. *in Indic. gener. verb. Religio hierosolymitana*, & *verb. Religiones militares.*

Religiosi qualiter, & sub qua pœna non possint accedere ad quæcumque Studia litterarum, extra Claustra suæ Religionis habitando, sine licentia sui Prælati, præcipuè autem legum, & medicinæ, & alia vide Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. par. 2. verb. Studia*, *fol.* 342. Qui autem teneantur studere, Mendo *tract. de Ordin. Milit. ut Indice*, *verb.* 14

Stu-

Studia. Vide Fagnan. *in cap. non magnopere n. 2. ne Cleric. vel Monach. lib. 3. pag. 659.*

15 Religiosi qualiter non possint dare, vel largiri munera sine licentia sui Prælati, & servata forma Constitutionis Clementis Papæ VIII. de largitione munerum utriusque sexus Regularibus interdicta, latè Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Munera per tot.* ubi etiam inserit tenorem dictæ Constitutionis, illamque benè commentat, sive explicat, & c o dixi alios allegando cum declaratione Urbani VIII. in *§. Abbas, num. 7. in fine*, idem Valer. *verb. Regularis differ. 9.*

16 Religiosi an succedant in feudis, Majoratibus, & Primogenituris, vel possint excludi per testatores, vide in *§. Clericus, n. 93. §. Primogenitura, n. 11. cum Addit. §. Testator, n. 28.* ac alibi in locis indicatis. Altimar. *de nullit. rubr. 1. par. 2. qu. 19. nu. 146. tom. 4.* Vide infrà *in novissimis additionibus* Crescio.

17 Religiosi recurrentes à Tribunalibus Ecclesiasticis ad sæcularia, vide in *§. Possessio, num. 5. & §. Personæ numero 24.*

18 De Religioso facto Episcopo, an recuperet bona donata, & renunciata ante professionem, Andreol. *controv. 396. per tot.* De Luc. *De Donat. dis. 15. n. 10. De Renunc. disc. 17. per tot., ann. ad Concil. disc. 34. n. 25.* Vide Balduc. *tit. 3. decis. 22. à n. 37. cum seqq.*

19 Religiosos nil proprium habere posse, quomodo sit intelligendum, vide Tondut. *quæstion. canonic. 96. per totum lib. 1.*

20 An sint capaces pensionum, idem Tondut. *tract. de pension. cap. 69. & seqq.* ubi quòd non regulariter. De Luc. *de success. disc. 5. n. 13. Et in Indic. gen. verb. regul. quoad benefic.*

21 Status religiosus definitur Layman. *Theol. moral. lib. 4. tract. 5. cap. pr. n. pr. tom. 2.* Status Religionis mox a tempore Apostolorum cæptus hucusque semper duravit Layman. *loc. cit. cap. 2. n. pr.*, Quatuor sunt regulæ S. Basilii, S. Augustini, S. Benedicti, & S. Francisci, sub quibus omnes Religiosi vivunt, præter Carthusianos, & Societatem Jesu, qui Ordines propria statuta habent *dict. cap. 2. n. 3.*

22 Professio in Religione alia expressa, alia tacite, quæ pluribus modis fieri potest Layman. *loc. cit. cap. 3. n. pr.* Et vide *ibidem cap. 3. n. 7. & 8.*

23 Religiosus ad sæcularem Parochiam promotus religionis suæ habitum deferre, & alia præscripta regulæ, quatenus cum munere & laboribus ejus consistere possunt, observare debet, etiam sub culpæ obligatione, si regula ordinis ita præcipiat Layman. *loc. cit. lib. 4. tract. 5. cap. pr. n. 11. tom. 2.*

24 Religiosus dum Parochiam sæcularem administrat, in plerisque Episcopo Diœcesis subjicitur. Verum in iis, quæ ad regulam ordinis spectant, v. g. ut habitum gestet, videtur subjectus remanere Abbati, vel Præposito Monasterii Layman. *ibid. nu. 12.* Et quod Religiosi exempti subjaceant Prælato Ecclesiæ, cui inserviunt in concernentibus cultum, & servitium ipsius ecclesiæ De Luc. *de Regularib. dis. 74. n. 2.* Et de aliis casibus, in quibus subjaceant Ordinario Loci *dict. disc. 74. n. 3.*

25 Per religionis professionem omnia alia vota & juramenta pia ipso jure expirant Layman. *lib. 4. tract. 5. cap. 10. n. 3. tom. 2.* Et licet aliæ irregularitates per religionis susceptionem non tollantur, facilior tamen dispensatio super irregularitate Religiosis conferri solet Layman. *ibid. §. denique n. 4.*

Susceptio status Religiosi legales maculas auferre censetur, itaut damnatus de crimine, v. g. furti, aut perjurii post religionis susceptionem, actum legitimum in Judicio exercere possit *ibid. §. quarta num. 5.*

Per professionem, & quæcumque etiam simplicia vota religionis, patria potestas solvitur; Sed dimissus è Societate Jesu post vota simplicia edita recidit in patris potestatem, nisi in majoribus ordinibus sit Layman. *ibidem n. 5.*

Professio, vel assumptio religionis tollit Ingratitudinis notam, ob quam hæres necessarius alioquin exhæredari posset *ibid. n. 6.*

26 Religiosus in Judicio, nec ut actor, nec ut reus stare potest, sine licentia Prælati, nisi beneficiatus sit cum libere administratione, vel nisi à Prælato absens sit, ut licentiam facile petere non possit, & rationabiliter existimet concedendam esse Layman. *ibid. cap. 11. n. pr.* ubi etiam *n. 3.* an possit testimonium interponere, & alia.

Religiosi non habent facultatem contrahendi, & se obligandi De Luc. *de Credit. disc. 83. n. 3. et 10.*, ubi declaratur.

Monasterium non obligatur ex delicto Religiosi Layman. *dict. n. pr. in fine.* 27

Religiosi omnes exceptis Capuccinis, & fratribus de observantia sunt capaces acquirendi hæreditates Concil. Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 3.* cum ibi cumulatis per Barbos. De Luc. *de Testam. disc. 56. n. 2.* Bertachin. *vol. 96. n. 7.* 28

Minores observantes sunt incapaces, & quibus eorum bona applicentur. De Luc. *de Regul. disc. 75. num. pr.*

Capucini quando sunt capaces Legatorum Bertachin. *vol. 31. per tot.*, Et quid in fratribus de observantia *ibidem.*

Theatini sunt capaces Legatorum, & hæreditatum Bertachin. *vol. 96. n. 4. & 7.*

Patres Societatis Jesu quando sint capaces hæreditatum & quid cum onere missarum Bertachin. *vol 74. per tot.*

Professi Societatis Jesu habent retentionem, & administrationem pecuniarum De Luc. *de Testam. disc. 36. n. 8.* Et Præpositus generalis habet dominium, & administrationem bonorum temporalium *ibidem n. 8. & 11.*

Religiosi usum bonorum habere possunt pro religiosis indigentiis De Luc. *de Donat. disc. 25. n. 8. & 9.* 29 Et de vitalitiis præstationibus vide eumdem De Luc. *ibidem a n. 16. de alien. disc. 12. a n. 12. de Regular. disc. 56. n. 6.* Et quomodo eisdem permittatur usus alicujus annuæ præstationis Episc. Rocc. *cap 44. nu. 21. & 24. libr. pr.*

Religiosi viventes in membris, vel granciis Monasterii habentur, ac si essent in monasterio De Luc. *de Præem. disc. 42. sub n. 13.* 30

Religiosis declarantibus voluntatem testatoris sibi communicatam deferendum est De Luc. *de Testam. disc. 46. n. 6.* Et de eorumdem attestationibus, cum morienti assisterent. Idem *ibid. disc. 97. n. 9.* Et de schedula testamentaria penes ipsos conservatam *ibid. disc. 12. n. 5. & 10.* 31

Religiosus an possit revocare testamentum conditum ante professionem Card. De Luc. *de testam. disc. 35. num. 2. Annot ad Concil. disc. 34. nu. 24.* Vide Emerix jun. *decis. 1270. n. 2. & in Indic. verb. testamentum.* 32

Non potest condere testamentum post professionem De Luc. *de Regular. disc. 62. num. 6.* Quid in Societate Jesu ante emissionem quarti voti *ibid. n. 81.* Quid in Novitio Idem *de Testam. disc. 31. n. 3.*

An recipiat perfectionem a die professionis, vel à die mortis naturalis. De Luc *de Testam. dict. disc. 35. n. 7. disc. 36. n. 5. & 11.*, ubi ad quem effectum.

Et deferendum eorum declarationi de quo tempora senserint ad præmissum effectum *dict. disc. 35. n. 7. & 8.* Et an possint declarare eorum mentem, seu dispositionem ambiguam *de Testam. dict. disc. 35. n. 4. de Regul. disc. 48. n. 12. Annot. ad Concil. disc. 34. n. 24.*

Indultum testandi illis concessum quomodo concipiatur De Luc. *de Testam. disc. 9. n. 7.*

Legatum religiosis factum sub conditione, ut monasterio non acquiratur, cuinam, & quomodo debeatur De Luc. *de Testam. disc. 23. n. 2. de Regul. disc. pr. n. 102.*, Et vide Episc. Rocc. *cap. 44. num. 26. libr. pr.* 33

Novitii an dici valeant religiosi De Luc. *de Legat. disc. 16. a n. 2.*, ubi an legatum factum filiis in sæculo existentibus eis conveniat, *& de Regul. disc. 49. n. 6.* 34

Religiosi jura naturalia, & sanguinis non amittunt Card. De Luc. *de success. disc. 30. n. 18.* 35

Religiosi pharmaca vendere possunt De Luc. *de Regul. disc. 60. num. 4.* Bertachin. *vol. 124. num. 9. & 11.* 36

Religiosi excludi valent a fideicommissis, legatis, 37

tis, & aliis De Luc. *de Regul. disc.* 49. *n.* 2. *&* 10. *in Indic. general. verb. regulares quoad capacitatem*.

38 Religiosi an valeant remittere jus quæsitum ante acceptationem monasterii De Luc. *de Regul. disc.* 56. *num.* 9.

39 Religiosi quando excusentur a solutione gabellæ pro rebus habitis in eleemosynam Card. De Luc. *de Regul. disc.* 57. *n.* 6.

40 Religiosus quando possit præsentare ad Juspatronatus, & quando sit capax primogenituræ, & majoratus Ansald. *decis.* 4. *a n.* 12. Et religiosi in religione capaci quando succedant in fideicommisso agnatitio Bertachin. *vot.* 52. *per tot.*

41 Religiosus professus in particulari est incapax dominii, & possessionis, & quidquid acquirit non sibi, sed religioni acquirit Caprar. *decis.* 753. *n.* 2. *&* 3. *part.* 1.

42 Religiosus translatus ad aliam religionem ex culpa propria, & delicto Apostasiæ per ipsum incurso non transfert secum bona patrimonialia, tempore primæ religionis ad ipsum perventa Caprar. *decis.* 268. *num.* 9. *part. pr.*, ubi reiicitur contraria opinio Card. De Luc. *de regul. disc.* 39. & dicta Decisio est repetita in Mantiss. ad De Luc. *libr.* 14. *decis. pr. vol.* 2.

Prout nec Legatum factum a Matre eidem professo Caprar. *ibidem n.* 8.

43 Religiosus qui non potest appellare, potest adire Judicem per modum querelæ Altimar. *de nullit. rubr. pr. q.* 7. *n.* 8. *tom. pr.* Omissis mediis appellat ad Papam Idem Altimar. *rubr.* 3. *q.* 27. *n.* 65. *tom. pr.*

44 Legatum relictum non intuitu religionis, sed religiosi per istius eggressum religioni non debetur Mantiss. ad De Luc. *libr.* 14. *decis. pr. a n.* 4. *vol.* 2.

Religio tenetur dare alimenta Religioso ejecto. Torr. *de pact. futur. success. lib* 2. *cap.* 25. *n.* 90. Rot. cor. Mantic. *dec.* 331. *& in rec. dec.* 109. *n.* 6. *part.* 2. Bertachin. *vot.* 170. *n.* 4.

Declara in religiosis Societatis Jesu. Bertachin. *dict. vot.* 170. *n.* 5.

Religiosus ejectus uti incorrigibilis, an recuperet bona renunciata. Turr. *de pact. futur. success. dict. lib.* 2. *& cap.* 25. *n.* 87. *& seq.* Bertachin. *loc. cit. n.* 6.

Religiosus professus post suppressionem Religionis non recuperat bona renunciata Rot. *dec.* 222. *part.* 22. *rec.* & cor. Burat. *dec.* 520. *n.* 2. *& dec.* 576. *n.* 3. Bertachin. *ibid. n.* 7. Vide infra *n.* 48.

Religiosus Professus si ex dispensatione Apostolica redeat ad sæculum non recuperat bona renunciata. Bertachin. *ibid. n.* 8.

Et idem est de Religioso transeunte ad alteram Religionem Bertachin. *ibid. n.* 9.

Religiosi Jesuitæ an recuperent bona renunciata, quando fuerint dimissi à Religione. De Marin. *resol. quotidian. lib.* 2. *cap.* 195. *per tot.* Torr. *loc. sup. cit. n.* 101. *& seq.* Bertachin. *ibid. n.* 10.

45 Religioso Sacerdoti ordinato ad titulum paupertatis in Societate Jesu, si fuerit ab ea dimissus, nihil erit præstandum sub prætextu Patrimonii ab eadem Societate. Bertachin. *vot.* 113. *n.* 5.

46 Religiosi Societatis Jesu post vota simplicia adhùc sunt in probatione. Bertachin. *Vot.* 52. *n.* 5. Et ideo possunt retinere benefitia, & pensiones. Bertachin. *ibid. n.* 6.

47 Religiosus professus magis censetur diligere Religionem, quàm agnatos Pasqualig. *centur.* 3. *quæst. moral.* 283. *n.* 5. *&* 6. Ansald. *dec.* 76. *n.* 36. *part. pr.*

48 Religiosus à religione egressus quando recuperare valeat ea bona, quæ renunciavit, vel non. Ansald. *d. dec.* 76. *n.* 38. *part. pr.* Vide supra *n.* 44.

Religiosus egressus e religione justis de causis an recuperet jura intermedio tempore aliis quæsita ex causa emissæ per eum Professionis. Ansald. *dec.* 90. *n.* 22. *part.* 2.

49 Religiosus attentatè dimittens habitum, suæ Religionis tenetur illum reassumere pro effectu purgationis attentatorum. Text. *in cap. Ex parte il* 2. *de appell.* Rot. cor. Bich. *dec.* 404. *n.* 8. *& dec.* 409. *n.* 3. Ansald. *dec.* 99. *n.* 3. *&* 20. *part.* 2.

Religiosus nequit habitum proprio Marte dimittere, non obtenta prius se Judicata super prætensa nullitate suæ Professionis. Ansald. *ibid. n.* 13.

Et an quilibet de populo possit instare, ut Religiosus teneatur reassumere habitum temere dimissum. Altimar. *de Nullit. rub.* 4. *quæst.* 2. *nu.* 23. *tom. pr.* Ansald. *ibid. n.* 14. *& seq.*

Et an Judex valeat id ex officio decernere, etiam nemine instante pro hujusmodi reassumptione habitus. Pignatell. *consult.* 176. *nu.* 14. *tom.* 9. Ansald. *d. dec.* 99. *n.* 19. *part.* 2.

50 Pertractatur an Fratres Minores incapaces sint Hæreditatum, etiam per viam substitutionis ipsis relictarum in Testamento clausulam retinente codicillarem tam ad effectum retinendi, quàm vendendi, & an faciant deficere conditionem *si sine filiis* juxta casum *disc.* 63. Card. De Luc. *de Fideic.*, & an relictum Reverendæ Fabricæ Sancti Petri de Urbe, vel potius Hæredibus debeatur quoties Fratrum incapacitas admittatur. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 49. *per tot. lib.* 10. *vol.* 2.

51 Fratres Minores Sancti Francisci sunt incapaces annuorum legatorum, etiam si illa habeant admixtum onus celebrationis Missarum, & licèt Hæres Defuncti teneatur adimplere voluntatem, attamen iidem Fratres non possunt compellere Hæredem, minusque id agere potest eorum Syndicus, neque tanquam Syndicus, neque tanquam unus de Populo, valet tamen Episcopus ex officio cogere hæredem ad legati præstationem, ut voluntas testatoris adimpleatur, ac etiam injungere, ut ipsis Fratribus fiat annua præstatio. Legatum annuum factum etiam favore Infirmariæ, per quod Fratres ab expensis sublevantur, non substinetur nisi tamen legatum respiceret majorem Infirmorum curam illorumve sublevamen, ad ornatum *disc pr. de Legat.* Card. De Luc. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 1. *&* 2. *per tot. lib.* 11. *vol.* 2.

52 De Religiosis, seu regularibus apostatis, & ejectis, de eisdem quoad causas, & judicia, quoad confessiones, quoad conservatores, curas animarum, dignitates, officia, & beneficia, eleemosynas, Sacramenta, exequutionem testamentorum, quoad exemptionem, quoad jejunium, missas, moniales, negotia sæcularia, novitios, monasteria, professionem, obedientiam, ordines, & dimissorias, processiones, reformationem, quoad statum regularem, successionem, transitum ad aliam religionem quoad paupertatem, & castitatem latissime Fagnan. *sup. Decret.* De religiosis, seu regularibus quoad beneficia, & canonicatus, quoad successionem, quoad forum, quoad exemptionem bonorum, quoad eorum superiores, & de religione in genere, & de religione Hierosolymitana De Luc. *in Indic. gener.* De Electione regularium & eorum superiorum Passerin. *De Elect. canon.* De causis criminalibus regularium Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth.* Plura alia Leaan. Nicoli., & alii.

§. REMEDIA. X.

a REmedium *l.* 2. *C. de pign.* est inductum in favorem secundi, & posterioris creditoris, ne scilicet creditor primus, & anterior habens specialem hypothecam super aliqua re particulari, & generalem super omnibus bonis ejusdem debitoris, possit in præjudicium secundi, & posterioris creditoris habentis specialem, sive etiam generalem (quamvis *text. & gloss.* loquatur tantùm de speciali), hypothecam super eisdem bonis, uti sua generali hypotheca, nisi facta prius excussione super re sibi specialiter obligata, & ad satisfactionem totius debiti non sufficere reperta, prout sufficere præsumitur, nisi contrarium ab ipso primo creditore mediante dicta excussione probetur, & hoc ratione æquitatis secundùm *text. & gloss. in d. l.* 1. *Cod. de pign.* ubi DD. Negus. *de pign. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 51. Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *qu.* 20. Gratian. *discept. forens. cap.* 38. *num.* 11. *&c.* Magon. *dec. Florent.* 124. *n.* 2. Gratian. *dec.* 25. *in addit. num.* 8. *&c.* Surd. *decis.* 44. *per tot.* Urceol. *consult. forens. cap.* 22. *per tot.* Thomat. *decis.* 96. vide in §. *Creditor, n.* 21. Paul. Christin. *dec.* 152. *num.* 4. *&c. dec.* 153. *vol.* 4. Merlin. *dec.* 28. *per tot.* Ricc. *Collect.* 198. ubi quòd specialis hypotheca, vel etiam gene-

generalis secundi creditoris præferatur generali prioris specialem etiam habentis, ex qua possit sibi satisfieri, quod in dubio præsumitur, nisi contrarium probetur, & de hac materia plenè ad satietatem Calvin. *tract. de æquitat. lib. 1. cap.* 30. Costa *de remed. subsid. remed.* 11. *per tot.* Vide Brunnemann. *in cit. l.* 2., ubi plura. Hartman. Pistor. *part.* 3. *qu.* 13.

An dictum remedium habeat locum in causa dotis videntur communiter affirmare DD. quos refert, & sequitur Merlin. *d. qu.* 21. *nu.* 34. *&c.* ubi tamen ipse in puncto juris dubitat per fundamenta ibidem allegata, vide in *§. Mulier, num.* 4. De Luc. ad De Franch. *dec.* 5. *n.* 5.

An admittatur in Salviano, affirmativam opinionem tenet Scapuc. de Salvian. *qu.* 20. ut dixi in meis *resolut. cap.* 73. *in fine*, & alios sequaces refert Urceol. *Consult. forens. d. cap.* 22. *num.* 27. ubi tamen ipse dicit contrariam opinionem esse veriorem, & magis in praxi receptam, Merlin. *de pign. d. qu.* 21. *num.* 92. *&c.*

2 Remedium *d. l.* 2. cessat stante clausula constituti, cujus vigore rejicitur excussio, Ang. & Alex. *in l. exitus, ff. de acquirend. possess.* & dixi in *§. Constitutum, num.* .. *& §. Excussio, num.* ...

Sed quamvis constitutum tollat excussionem, intelligitur in casibus, in quibus sit permissum exercere obligationem generalem, non autem in prohibitis, prout est casus *dict. l.* 2. in cujus terminis contrarium firmat Surd. *dec.* 44. *n.* 12. Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *qu.* 20. *n.* 3. Amendol. ad Franc. *dec.* 5. *n.* 2. *&* 3. Merlin. *d. qu.* 21. *num.* 28. *&c.* Vide De Luc. ad De Franch. *dict. dec.* 5. *n.* 6.

Item cessat quando fuit dictum, quòd specialitas generalitati non deroget, vel è contrà, quia tunc videtur data electio creditori non obstante æquitate *d. l.* 2. *C. de pign.* Scapuc. *d. quæst.* 20. *nu.* 5. Merlin. *d. quæst* 21. *num.* 48. *&c.* Gratian. *decis.* 25. *num.* 9. Surd. *decis.* 44. *num.* 13 Urceol. *consult. forens. cap.* 22. *num.* 7. Franch. *dec.* 5. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 253. *num.* 3. *volum.* 4. Ricc. *Collect.* 198. Brunneman. *in l.* 2. *C. de pignor. n.* 7.

Item cessat stante obligatione Camerali, cujus est tanta vis, quòd electa una via, potest creditor ad aliam redire; quæ tamen limitatio videtur procedere tantùm respectu ipsius debitoris, non autem respectu tertii, cui non obstat obligatio Cameralis, Scapuc. *d. quæst.* 20. Gratian. *dec.* 25. *in addit. n.* 10. Surd. *dec.* 44. *num.* 18. *&c.* Urceol *consult for. cap* 22. *num.* 11. *&c. & num.* 23 ubi quòd procedit etiam respectu tertii, idem videtur tenere Merlin. *quæst.* 21. *num.* 55. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *recentior. decis.* 30. *num.* 24. *&c.*

Item cessat quando agitur contra ipsummet debitorem, cùm non illius favore, sed secundi, & posterioris creditoris sit introductum, Surd. *dec.* 44. *num.* 10. *& per tot.* Merlin. *d. qu.* 21. *n.* 27. Ricc. *Collect.* 198. Brunnemann. *in dict. l.* 2. *C. de pignor. n.* 7. *in fine.* Salgad. *Labyr. Credit. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. *&* 5.

Item cessat quando specialis hypotheca esset inutiliter apposita, ut quia constet, illa bona fuisse prius aliis obligata, quod etiam pendente lite contra bona generaliter obligata potest liquidari, quia tunc est, ac si nulla subesset specialis hypotheca, Surd. *d. decis.* 44. *num.* 21. *&c.* quem sequitur Merlin. *d. qu.* 21. *n.* 52.

Item cessat quando non fuit oppositum ante litem contestatam, quia cùm hæc exceptio sit dilatoria, opponi debet ab initio, Surd. *d. decis.* 44. *num.* 20. Merlin. *d. qu.* 21. *numer.* 51.

3 Remedium *dict. l.* 2. *C. de pign.* non prodest tertio possessori non habenti hypothecam, cùm loquatur solùm in casu, ubi adest contentio inter primum, & secundum creditorem hypothecarium, & tamquam exorbitans non est extendendum, nisi ille tertius possessor pro observantia sui contractus sibi fecisset obligare omnia bona debitoris, quia tunc posset considerari tamquam creditor, & uti exceptione *d. l.* 2. Neguz. *de pign. part.* 8. *membr.* 1. *num.* 20. Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *qu.* 20. *n.* 4. Gratian. *discep. for. cap.* 38. *n.* 12. *&c. c.* 342. *n.* 17. *&c.* Surd. *dec.* 44. *num.* 15. Urceol. *consult. forens. cap.* 22. *num.* 10. *& num.* 28. *& seqq.* ubi vide. Brunneman. *in dict. l.* 2. *C. de pignor. dict. n.* 7. Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 44. *n. final.*

Quòd imo ratio dictæ legis sit fundata non in hypotheca, sed in æquitate, & ideò prosit etiam tertio possessori, Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 69. *n.* 30. ubi tamen videtur se remittere ad scripta per eumdem in supracitata *qu.* 21. ubi *n.* 25. *&* 26.

Remedium *d. l. C. de pign.* non habet locum contra eum, qui sibi reservavit dominium in re vendita donec fuerit satisfactus de pretio, nam cùm loquatur tantùm de hypotheca speciali, & valdè differat dominium ab hypotheca, tamquam exorbitans, non extenditur ad hunc casum, & sic habens reservationem dominii licèt omnibus aliis præferatur, non potest compelli priùs excutere dicta bona, cum hujusmodi reservatione vendita, Rot. *in Cremonen. seu Jannen. Pecuniaria primo Julii* 1648. coram Royas penes Tondut. *de prævent dec.* 4. *par.* 3.

Item non habet locum in fundo censito, qui licèt debeat esse specialis, & certis finibus designatus juxta formam Bullæ S. Pii V. de Censibus, non tamen dicitur specialiter hypothecatus ad hunc effectum, ut priùs sit excutiendus, antequam agi possit contra alia bona pro faciliori censu ex actione obligata, Gratian. *discept. for. cap.* 38. *num.* 12. Urceol. *Consult. for. cap.* 22. *num* 19. *&c.* dixi *in resol. cap.* 73. *n.* 14. *&* 15. vide Paul. Christin. *dec.* 152. *num.* 4. *&c. vol.* 4. Carol. Matant. *contr. par.* 5. *respons.* 5. *numer.* 18. *& seqq. per tot.* Alia circa materiam dicti textus in *l.* 2. *C. de pignor.* vide apud Valenzuel. *cons.* 150. *nu.* 54. *vol.* 2. Guttierez *cons.* 52. Noguerol. *alleg.* 4. *n.* 30. *&* 31. Brunnemano. & alios. 4

DE REMEDIO

c. reintegranda 3. *quæst.* 1.

5 Remedium *c. reintegranda* 3 *quæst.* 1. est novum, & pinguius cæteris remediis possessoriis, nam disponit reintegranda esse omnia expoliatis, vel ejectis è sua possessione, & competit non solùm Clericis, & personis Ecclesiasticis pro bonis Ecclesiæ, verùm etiam laicis pro rebus profanis recuperandis, sicut ad plures casus particulares inferendo, latè probat Menoch. *tract. de recuperand. poss. remed.* 15. *n.* 1. *& seqq. ad* 67. *DD. in c. sæpè de restitut. spoliat. & in l. rem quæ nobis, ff. de acquirend. poss.* Gabriel. *de restit. spoliat. concl.* 5. *per tot* Peregr... *dec.* 57. Tusch. *litt. C. conclus* 45. *per tot.* ubi plenè Matant. *de ord. jud. par.* 4. *distinct.* 7. *num.* 50. Ridolphin. *in prax. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 70. *& per tot.* ubi etiam ponit formulas actionum. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 21. *n.* 30. Crescin. ad Abecceles. *obser.* 198. *n.* 2. *part.* 1.

Quòd detur etiam pro rebus profanis, & laicis in foro sæculari, Marant. *part.* 4. *distinct.* 7. *n.* 58. Addict. ad Pract. Papp. *caus. spol. poss. glos.* 11. *n.* 10. Thes. *decis.* 29. *num.* 1. *in fine*, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 42. *in fine, fol.* 191. ubi an detur etiam pro rebus mobilibus, & se moventibus, sicut datur pro immobilibus, & affirmare videtur Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 193. *&c.* Cabal. *cons. dec.* 93. *per tot. lib* 1. ubi quòd competit etiam pro quasi possessione rerum incorporalium, & in foro sæculari inter laicos pro rebus profanis, &c. Pellegrin. *dict. intersect.* 21. *num.* 30. Crescin. ad Abecceles *loc. cit. n.* 1.

Et quòd judex Ecclesiasticus non cognoscat de spolio rei profanæ, Rot. *p.* 2. *divers. dec.* 200. *n.* 9.

Quòd possit conditionaliter cumulari cum remedio retinendæ, & unum non censeatur intentatum, nisi in casu, quo alterum deficiat, Altograd. *cons.* 74. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 2.

Alia vide in *§. Spolium per tot.*

Ut autem reintegratio competat, debet constare de possessione spoliati de tempore commissi spolii, de moderna spoliatoris, & de injustitia spoliationis, Posth. *de subhast. inspect.* 58. *num.* 66. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 178. *num.* 2. *&c.* ubi etiam qualiter dicta ex-

extrema probentur, latè Gajetan. inter decisiones Sanfelic. decis. 397. per tot. cum Addit. Balduc. tit. 4. decis. 33. n. 1. Otthob. decis. 70. Emerix sen. decis. 80. n. 1. & decis. 91. n. 1. Crescin. ubi supr. à n. 3.

6 Remedium prædictum c. reintegranda competit proprietario, finito usufructu, adversus emptorem bonorum alienatorum ab usufructuario, vel ejus hæredibus, Gratian. disceptat. forens. cap. 779. num. 30. Fontanel. decis. 136. & 137. ubi qualiter competat etiam conductoribus, colonis, & similibus ejectis.

Item datur filio, qui mortuo patre fuit spoliatus possessione in eum continuata vigore statuti, idem Gratian. cap. 731. n. 37. &c. Altograd. cons. 2. n. 15. lib. 2.

Item competit non solum ipsi spoliato, sed illo absente, suis amicis, affinibus, servis, vel colonis, idem Gratian. cap. 170. n. 33. &c.

Item competit creditori, qui fuit spoliatus pignore, licèt verè non fuerit sibi traditum, sed tantùm fictè per constitutum, vide in §. Pignus n. ...

Item competit usufructuario si turbetur in suo usufructu, latè Gratian. discept. for. cap. 311. per tot. Non tamen competit hæredi usufructuarii, quia fuit finitus ususfructus per mortem, Magon. decis. Luc. 4. n. 17. & per tot.

Qualiter competat etiam Commendatario contra tertium ejicientem à Commenda, patrono Ecclesiæ debitis honoribus spoliato, commodatario, & depositario, sive precario possidenti cessionario, malæ fidei possessori, & similibus à sua possessione, vel detentione ejectis, vide latè Menoch. de recuperand. remed. 15. n. 31. et seqq.

Quòd competat Ecclesiæ pro bonis nulliter, & sine causa a suo Prælato alienatis, nec currat aliqua præscriptio durante vita ipsius Prælati alienantis, luculenter Rot. in Messanen. seu Nullius Feudi 15. Februarii 1636. coram Merlino inter impressas ejusdem dec. 702. per tot. & Rot. par. 10. rec. dec. 200. per tot. ubi quando acquirenti possit competere manutentio, Rot. part. 12. dec. 19. num. 3. ubi quòd quando bona fuerunt nulliter alienata, possessio remanet penès Ecclesiam, eique debetur manutentio, etiam vivente Rectore alienante, Post. de manutent. observ. 57. n. 102. Rot. part. 13. rec. dec. 384. per tot. infrà num. 12.

7 Remedium prædictum c. reintegranda datur etiam contra tertium possessorem bonæ fidei, sed sine titulo, quia probata antiquiori possessione, junior sine titulo præsumitur clandestina, & idem est etiam stante titulo per fraudem inducto, vel ab auctore vitioso acquisito, vel si res ipsa sit affecta vitio reali ob furtum, sive vim expulsivam, ut latè explicant Soccin. Bart. & alii in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. poss. Menoch. de recup. poss. remed. 15. nu. 67. et seqq. ad 80. ubi plures casus distinguit, facit Sanfelic. dec. 126. per tit. Cabal. cons. decis. 52. et 57. lib. pr.

An autem competat contra titulo, & bona fide possidentem, & habentem causam ab auctore titulato non vitioso, sive ab alio bonæ fidei possessore, non benè inter se conveniunt DD. affirmativam enim opinionem tenent plurimi relati à Menoch. d. remed. 15. n. 80. et seqq. Roland. cons. 6. nu. 40. lib. 3. Jas. in l. rem quæ nobis, ff. de acquirend. possess. Marant. part. 4. disput. 7. num. 58. Addit. ad Pract. Pap. caus. spol. poss. gloss. 1. Olasch. decis. 13. num. 6. Afflict. dec. 361. n. 33. Boer. dec. 238. col. 6. Mynsing. obser. 85. cent. 3. Thes. dec. 92. n. pr. etc. Galvan. consil. 19. n. 5. Rot. part. 2. divers. decis. 290. n. pr. Altograd. cons. 2. n. 29. lib. 2. ubi etiam an sit præscriptibile, vel non, et cons. 74. n. 60. d. lib. 2. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. libr. 14. tit. 12. n. 43. fol. 191. Sanfelic. dec. 126. Beltramin. ad Ludovis. dec. 542. n. 11. ubi quòd hanc partem passim servat Rota, etiam si spoliatus bona fide non possideret, quia in spolio non attenditur, an quis justè possederit, sed solùm an sine justa causa à possessione ceciderit, Rot. part. 16. rec. dec. 306. n. 3.

Negativam verò opinionem tenent Bart. in d. l. rem quæ nobis, aliique plures, quos refert, & sequitur contrariis respondendo Menoch. d. remed. 15. n. 89. et seqq. ad 95. Gratian. discept. forens. c. 704. n. 28. etc. cap. 318. nu. 41. vide Peregrin. dec. 57. n. 7. etc. Sanfel. dec. 126. Cabal. cons. dec. 56. n. 8. et 9. lib. 2. ubi dupliciter distinguit ex Cachet. dec. Pedem. 93. n. 1. et seqq. per tot. nempè ut affirmativa procedat in terris Ecclesiæ, vel contra possidentem titulo habito ab eo, qui sine titulo possidebat, negativa verò in terris Imperii, vel contra possidentem titulo habito ab alio, qui pariter titulo possidebat, idem Cabal. cons. dec. 51. num. 3. et seqq. lib. pr. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. subsect. 3. intersect. 21. n. 30. in fine Abecles. & Crescin. obser. 199. part. pr.

Aliud simile remedium ad recuperandam possessionem, adversus singulares possessores vitiosos, fuit proditum à jure canonico in c. sæpè 18. de restitut. spol. de quo ibi Interpretes, & plenè Menoch. de recuperand. remed. 16. per tot.

8 Remedium d. c. reintegranda, datur contra ementem à minore, vel pupillo non servatis solemnitatibus necessariis, Rolan. cons. 72. n. 10. lib. 4. Neviz. cons. 85. num. 13. Addit. ad Pract. Papp. caus. spol. poss. gloss. 1. verb. decretalistæ. vide Seraphin. dec. 135. Rot. post Urceol. de transact. decis 20. n. 1. & seqq. & decis. 57. ubi in terminis transactionis nullæ, Duran. decis. 113. num. 4. Rot. part. 2. divers. dec. 93. per tot. ubi cum præsupposito validitatis tutelæ contrarium firmat, quia contractus non est nullus ex defectu consensus, sed solùm ex defectu solemnitatum, quo casu possessio transfertur; nisi statutum adimeret fidem instrumento non adhibitis solemnitatibus, quia tunc ex eo translatio possessionis non probaretur, & sic intraret spolium, de qua limitatione, & an sufficiat si aliunde ex adminiculis constet de translatione possessionis, eadem Rot. d. part. 2. dec. 104. per tot. in eadem causa, & relata dict. dec 93. sequitur Gratian. decis. 211. per tot. vide latè Menoch. de recuperand. poss. remed. 15. n. 105. & seqq. ad 193 Rot. in Messanen. seu Nullius Feudi 15. Februarii 1636. coram Merlino inter impressas ejusdem dec. 702. per tot. ubi loquitur præcipuè in Ecclesia, ut ei competat dictum remedium ad recuperandum bona à suo Prælato sine causa alienata, Rot. part. 9. recent. dec. 112. nu. 6. & part 13. dec 50. in princip. etc. dec. 201. num. 7. vide in §. Alienatio, n. 19. & 22. ubi etiam an saltem sit restituendum pretium, & quid de fructibus, Rot. part. 14. recent. dec. 322. num. 10. & seqq. ubi quòd dictum remedium competit tantùm quando venditio corruit ex defectu causæ, & consensus, secus autem si ex solo defectu solemnitatum, nam tunc debet agi revocatoria, Rot. par. 17. recent. dec. 12. n. 1. & seqq. ubi propter nullitatem transactionis datur reintegratio pupillo, vel minori ad bona, rejecta etiam exceptione retentionis à spoliatore opposita, & part. 18. dec. 109. ubi datur reintegratio mulieri, vel ejus hæredi, sive donatario universali ad bona nulliter alienata, etiam sine restitutione pretii, non probata illius versione in utilitatem mulieris. Hermosill. gloss. 12. leg. 4. tit. 5. part. 5. Scopp. & De Luc. ad Gratian. loc. cit.

9 Remedium d. cap. reintegranda datur contra creditorem immissum in possessionem ex Salviano interdicto, si jam ex fructibus fuerit satisfactus de suo credito, & bona non restituat; actori tamen incumbit hujusmodi probatio satisfactionis, & donec probaverit, datur manutentio ipsi creditori immisso, Scapuc. de Salvian. lib. 13. quæst. 12. Beltramin. ad Ludovis. dec. 254. vide in §. Creditor, n. 26. Rot. part. 10. recent. dec. 86. per tot. ubi etiam qualiter creditori competat retentio pro alio credito in pignoris assignatione non comprehenso, dummodo tamen sit omninò liquidum, certum, & indubitatum, aliàs secùs, & part. 13. dec. 140. per tot.

Quæ alia remedia competant pro recuperatione pignoris extincto debito, Bich. decis. 391. per totum vide in §. Pignus n. 7.

Quòd post 30. annos non competat in dictis terminis Rot. par. 14. rec. dec. 508. n. 16. infrà n. 16.

10 Remedium prædictum competit quotiescumque contractus est imperfectus, & conditionalis, si [illegible]

per-

perfectionem, & implementum conditionis alter ingrediatur possessionem, Grat. *discept. for. cap.* 318. *&* 512. *per tot.* vide in *§. Venditio, num...* Hodiern. ad Surd. *dec.* 64. *n.* 5. Carol. Ant. De Luo. ad Grat. *d. cap.* 318.

Quòd remedium spolii competet contra ingredientem possessionem rei ante factam mensuram, nisi venditor aliter patiatur, idem Grat. *decis.* 101. *per tot.* vide in §. *Venditio*, *n....* Hodiern. ad Surd. *dec.* 64. *n.* 5. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *c.* 318. *n.* 5.

Cesset tamen dictum remedium, si per petitionem pretii fuerit approbatus contractus imperfectus, vel conditionalis, latè idem Grat. *discept. forens. cap.* 704. *per tot.* vide in §. *Ratificatio*, *n...*

21 Remedium *d. c. reintegranda* non datur ei, qui judiciali auctoritate, & servato juris ordine possessionem amisit, Roland. *cons.* 6. *lib.* 3. Negus. *de pign. par.* 3. *membr.* 2. *n.* 22. Duren. *dec.* 454. *nu.* 3. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 33. *n.* 4. *&* 5. ubi hoc declaratur.

Nec etiam in dicto casu datur manutentio, Grat. *discept. forens. cap.* 912. *nu.* 31. *&c.* vide in §. *Manutentio*, *num...*

Pari ratione remedium prædictum non datur contra eum, qui reperitur in possessione auctore Prætore, nam justè possidet, qui auctore Prætore possidet, *l. justè, ff. de acquir. possess.* intelligendo donec factum judicis est justum, & dummodò processerit servatis de jure servandis, aliàs daretur remedium spolii *c. ex insinuatione de procurat.* Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 1156. Scepuc. de Salvian. *libr.* 3. *quæst.* 12. *n.* 6. Gratian. *discept. for. cap.* 502. *n.* 13. *cap.* 734. *n.* 5. *cap.* 907. *num.* 12. ubi quod requiritur notoria injustitia, ut detur spolium contra hujusmodi possessorem, Duran. *dec.* 454. *n.* 4. ubi quòd ad hoc, ut intret spolium judiciale debet constare de nullitate, vel notoria injustitia ex eisdem actis, nec sufficit si constet ex noviter deductis. Balduc. *d. dec.* 33. *n.* 4. *&* 5. *tit.* 4.

Quòd in spolio judiciali ultrà duo extrema probanda, de quibus *infrà n.* 17. debeat etiam probari, quòd judex nulliter processerit, vel injustitia clara, & notoria ex eisdem actis, latè Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 14. *n.* 122. *& seqq.* ubi plura de spolio judiciali quando committatur, & quomodo purgari debeat, Gair. latè inter decisiones Sanfelic. *dec.* 397. *cum Addit.* ubi de spolio facto auctoritate Principis non benè informati reintegrando. Vide Crescin. ad Abecceles. *observ.* 198. *n.* 3. *part. pr.*

22 Remedium *d. cap. reintegranda* non datur illi, qui facto proprio cecidit à possessione, quamvis esset mulier, vel minor, Gratian. *discept. forens. cap.* 503. *n.* 27 *cap.* 581. *n.* 19. *cap.* 704. *nu.* 45. Magon. *decis. Florent.* 33. *n.* 1. Menoch. *de recuperand. poss. remed.* 15. *n.* 95. *&c. ad* 105. ubi quòd iste conclusio non procedit quando constat de nullitate contractus, & agitur nomine Ecclesiæ, cùm ex contractu nullo, Ecclesie non cedet à possessione sua, nec illam transferat in contrahentem, quamvis moniales, vel alii Rectores alienationi consenserint, & habuerint se pro spoliatis, cùm non possint Ecclesiæ præjudicare, vide *suprà n* 6. *in fine*. Rot. coram Jacob. Emerix *dec.* 210. *n.* 2., *&* 3., *& dec.* 266. *n.* 1. Balduc. *d. dec.* 33. *n.* 4. *tit.* 4.

An dicto casu saltem competat officium judicis, Gratian. *cap.* 604. *per tot.* Ciarlin. *controv.* 105. *n.* 7. *& num.* 98.

Quòd dictum remedium detur etiam illi, qui facto proprio cecidit à possessione, quando spoliator suo facto injustè fecit ut spoliatus suam amiserit possessionem, & sic ubi spoliator fuit in causa amissionis possessionis spoliati, Altograd. *cons.* 4. *n.* 23. *lib.* 2. Menoch. *de remed.* 15. *nu.* 102. *&c.* vide in *§. Spolium*, *n.* 2. *versus finem*, Ridolph. *in prax. p.* 2. *cap.* 14. *n.* 139. *&c.* Merlin. *dec.* 702. *nu.* 1. *& seqq.*

Quòd non detur ei, qui facto proprio cecidit à possessione, vel fuit negligens per decennium in recuperanda possessione, quia tanto tempore præscribitur inter præsentes, stante titulo, & bona fide, Cabal. *consil. decis.* 148. *lib. pr.*

Et plura qualiter remedia possessoria non competant ei, qui semel ademptam possessionem in alium transtulit Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 13.

Remedium *c. reintegranda* non competit ubi ex conventione partium constat de veritate dominii, Gratian. *discept. for. cap.* 494. *n.* 8. *&c. c.* 581. *n.* 18. 23

Quòd actio spolii elidatur per exceptionem dominii incontinenti probati oppositam à tertio, latèRot. *part.* 2. *divers. dec.* 201. *per tot.*

Non tamen impeditur per exceptionem dominii quamvis notoriam, & incontinenti probatam à spoliatore, Gratian. *discept. for. cap.* 734. *nu.* 15. *&c.* Franch. *decis.* 90. vide in *§. Spolium*, *numer... & Exceptio*, *num...* Addo ad De Franch. *loc. cit.* & præcipue Carol. Ant. De Luc. De Luc. *de Regal disc.* 172. *n.* 13. Bonden. *docum.* 65. *num.* 13. *&* 14. Rot. *recent. part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 625. *n.* 8. Crescin. ad Abecceles. *d. obser.* 198. *n.* 15. *part. pr.* & ad Pen. *dec.* 50.

Qualiter impediatur per exceptionem melioramentorum, Capyc. *dec.* 17. *n.* 17. Gratian. *discept. cap.* 494. *n.* 12. *&c.* plenè videndus Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.* 499. *& seqq.*

Remedium prædictum competit etiam pro juribus incorporalibus, & pro pensione, quo casu tamen debet cumulari cum petitorio, quia in hujusmodi incorporalibus non datur possessio sine jure, & debet doceri de titulo, & quando secus, vide Magon. *dec. Luc.* 4. *per tot.* Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *n.* 200. *&c.* Latè De Franc. & Add. *dec.* 90. 24

Remedium *cap. reintegranda* transit ad hæredes quando defunctus in vita sua cecidit à possessione sine culpa, & facto proprio, Roland. *cons.* 6. *n.* 14. *lib.* 3. Addit. ad Pract. Papp. *caus. spol. glos. pr* Magon. *dec. Luc.* 4. *n.* 9. 14. *& seqq.* Cabal. *cons. decis.* 57. *n. pr. & seqq. lib. pr.* Gratian. *dec* 193. *per tot. discept for. cap.* 173. *n.* 4. *c.* 477. *n.* 22. *&c. c.* 974. *n.* 19. ubi etiam qualiter transeat ad Prælatum successorem in Ecclesia. Crescin. ad Abecceles. *d. observ.* 198. *n.* 7. *part. pr.* 25

Quòd detur hæredi, & contra hæredes, ad quos bona pervenerunt, Durant. *dec.* 113. *n.* 3 Ridolph. *in prax. p.* 2. *c.* 14. *nu.* 176. *& seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 542. Rot. *p.* 16. *rec. dec.* 306. *n.* 1. *& seqq.* Vide Crescin. *d. obser.* 198. *a n.* 7.

Qualiter detur hæredi, & hæredi hæredis, Grat. *dec.* 211. Altograd. *cons.* 2. *n.* 13. *& seqq. lib.* 2.

An detur contra cohæredem, vel consocium, Gratian. *discept. cap.* 948. *n.* 44. *&c.*

An autem transeat in singularem successorem sine jurium cessione, Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.* 64. *&c.* ubi videtur concludere pro negativa.

Sed pro affirmativa quod transeat in singularem successorem absque alia cessione, Beltram. ad Ludovis. 542. *n.* 10. ubi concordantes allegat, in quibus reprobatur opinio contraria. Vide Crescin. *d. obser.* 198. *a n.* 8.

Remedium prædictum est perpetuum, ideft durat usque ad 30. annos, quibus elapsis remanet præscriptum, Pract. Pap. *caus. spol. poss. glos.* 1. ubi Addit. Seraphin. *dec.* 1360. *nu.* 3. *&* 7. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 229. *n.* 28. ubi quod est inconcussa Rotæ sententia, quodcunque reintegrationis remedium præscribi 30. annis, *& eadem part.* 14. *dec.* 508. *n.* 16. plenè innumeris propè relactis auctoribus probat Costa *de facti scient. & ignorant. distinct.* 60. *per totam cent.* 2. Jovius *de Solemnit. gloss.* 2. §. 1. *n.* 103. De Luc. *de Judic. disc.* 44. *nu.* 71. Bonden. *de Præscr. docum.* 31. Emerix jun *dec.* 317. *n.* 8. *& dec.* 1264. *n. pr.* Palm. nep. *dec.* 466. *n.* 5. *tom.* 5. 26

Quòd imò sit perpetuum, & impræscribtibile propter malam fidem, Mohæd. *dec.* 18. *de restitut. spol.* Altograd. *cons.* 74. *n.* 59. *lib.* 2. vide Gratian. *discep. forens. cap.* 2. *n.* 7. *&c. cap.* 173. *per tot. &c.* 494. *n.* 15. *&c.* Put. *dec.* 115. *lib.* 1. Gabriel. *com. conclus. sit. de claus. conclus.* 4. *num.* 23. *& de restitut. spol. conclus.* 5. *n.* 64. *& seqq.* Cabal *cons.* 178. *n.* 25. *et* 26. *lib.* 1. ubi quod dictum remedium non præscribitur etiam spatio mille annorum, sed quòd ista opinio non est tuta, cùm alii teneant præscribi 30. annis ut supra. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *par.* 5. *quæst.* 43. *n.* 319. *tom.* 7. Palm. nep. *d. dec.* 466. *n.* 18. *tom.* 5.

Quòd contra titulo, & bona fide possidentem non datur post decem annos inter præsentes, quasi tanto tempore præscribatur, Thes. *dec.* 29. *n.* 2. plenè Costa *d. distinct.* 60. *cent.* 2. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 33. *n.* 2. *&* 3.

17 Remedium *c. reintegranda*, ut competat, non est necesse probare spoliatorem, vel violentiam, sed sufficit docere de antiquiori possessione, quo casu nova adversarii præsumitur vitiosa, & clandestina, & sic insurgit probatio spolii, Gratian. *discept. for. cap.* 173. *nu.* 13. *&c.* ubi etiam an possit cumulari cum remedio adipiscendæ, *& cap.* 502. *nu. pr. &c.* Altograd. *cons.* 2. *n.* 7. *& seqq. &* *n.* 55. *lib.* 2. Sanfelic. *dec.* 397. cum plena Addit. Galvsn. *cons.* 19. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *titul.* 12. *num.* 203. *& seqq. fol.* 618. *in Addit.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 91 *& seqq.* ubi quòd debent probari duo extrema, nempe antiquior possessio spoliati, & junior spoliantis; primum probatur per omnia genera probationum legitima, & specialiter modis, de quibus ibidem usque ad *n.* 114. secundum verò probatur signanter per substentationem litis, & aliis modis *ut ibidem n.* 115. *& seqq.* Peregr. *dec.* 97. *n.* 7. *&c.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 42. ubi quòd in beneficiis requiritur etiam titulus coloratus ad recuperandam illorum possessionem, qui probatur ex litteris Ordinarii. Crescen. ad Abeccles. *d. obser.* 198. *a n.* 4. *part.* 1. ubi citat hunc locum.

Quas probationes requirat, & quomodo concludere debeat, Gratian. *discept. forens. cap.* 477. *n.* 24. *cap.* 494. *n.* 21. Crescin. ad Abeccles. *d. obser.* 198.

Quòd sit probanda antiquior possessio spoliati, & recentior possessoris conventi, Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *n.* 383. *&c.* Addit. *ad dec.* 327. Mascott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 59. *per tot.* Jord. *d. tit.* 12. *n.* 44. *fol.* 191. *et n.* 198. *& seqq. fol.* 618. *in Addit.* Ridolphio. *loc. cit.* Merlin. *dec.* 702. *in princip.* Rot. *d. par.* 9. *recent. dec* 42. *per tot.* ubi loquitur in beneficialibus, vide in §. *Spoliatus*, *n.* 3. *in fine*. Rot. coram Emerix jun. *dec.* 152. *nu. pr. dec.* 782. *n. pr. dec.* 905. *n. pr.*, *& dec.* 1017. *n. pr.* Crescin. *loc. supra citat.*

Quòd non debeat de necessitate continere diem, & tempus spolii, secus in aliis remediis possessoriis, & ubi agitur dolus adversarii Pract. Papp. *cans. spol. poss. glos.* 2.

18 Remedium prædictum censetur intentatum & super eo potest judex ferre sententiam, licet non fuerit nominatim expressum in libello, quando adsunt clausulæ salutares, *petens*, *&c. deducens*, *&c. omni*, *&c.* & narrata in aliquo convaniunt, ac sunt probata requisits, Scapuc. de Salvian. *lib. pr. qu.* 22. *num.* 5. *&c.*

Recipit appellationem, tamquam proditum à jure canonico, secundum quod etiam in possessoriis datur appellatio, quidquid secus sit de jure civili, & ideò illo utens, debet acceptare cum omnibus suis qualitatibus, Pract. Pap. *cas. spol. poss gloss. Per vestram*, *num.* 3. cum Addit. Pereg. *dec.* 97. *nu.* 14. Gratian. *discept. forens. cap.* 103 *num.* 14. vide latè Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 205. *& seqq. per tot.* ubi concludit quòd in terris Ecclesiæ stante Ægidiana non admittit appellationem; in terris verò Imperii contrarium esse verius, quòd scilicet quando dictum remedium fuit intentatum in foro seculari non detur appellatio, prout de jure civili, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *memb.* 6. *n.* 72. *&* 73.

19 Remedium *c. reintegranda*, licèt ut dixi suprà *nu.* 7. detur etiam contra titulo, & bona fide possidentem, non tamen ab eo veniunt restituendi omnes fructus, sed tantùm percepti à die litis motæ, nisi ex contractu reprobato res affecta vitio reali ad bonæ fidei possessorem pervenerit, quo casu omnes saltem extantes veniunt restituendi latè Thes. *dec.* 59. *num* 3. *& seqq. per tot.* ubi etiam quid si lite mota perempta fuerit instantia, an fructus medio tempore percepti sint restituendi, & remittit ad Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 15. *glos.* 2. *num.* 17. vide Capyc. *decis.* 11. *num.* 4. *& seqq.* dixi in §. *Fructus*, *nu.* 10. *&* §. *Possessio*, *num.* 44. *&c.* Ridolph. *in prax. p.* 2. *capit.* 14. *n.* 158. *& seqq.* Vide Crescin. ad Abeccles. *obser.* 193. *part. pr.*

Quòd in spolio veniant fructus de natura judicii, etiam si in sententia nulla mentio fructuum facta fuerit, Duran. *decis.* 272. *num.* 4. ubi tamen *nu.* 3. intelligit de extantibus, non autem de consumptis, & de illis, qui percipi potuerunt, quia consumpti debentur solùm à die motæ litis, quando non versamur in spolio violento, seu attentato, vel notorio malæ fidei possessore, sed in simplici judicio restitutorio, & contra possessorem coloratum, *ut ibidem nu.* 2. vide Ridolph. *loc. cit.* dixi in §. *Fructus*, *nu.* 9. 10. *&* 43. Rot. *par.* 12. *recens. dec.* 38. *nu.* 6. *& seqq* ubi quòd in spolio, nisi sit violentum, vel attentatum, non debentur fructus nisi à die motæ litis, & debentur tantùm percepti, non autem qui percipi potuerunt, nisi sit violentum, vel attentatum ut suprà.

Quòd in spolio judiciali non fiat condemnatio fructuum nisi à die motæ litis, Gratian. *discept. for. cap.* 206. *num.* 14. *cap.* 181. *num.* 14. *&c.* cum aliis per Duran. *decis.* 454. *nu.* 6. *&c.* latè Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 574. *& seqq.* Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 417. *per tot.* ubi nisi constet de evidenti mala fide, ad cujus exclusionem plura consideras, vide in §. *Fructus*.

Qualiter in spolio judiciali detur retentio spoliatori pro credito undequaque liquido, & claro, Rot. post Urceol. *de transact. decis.* 20. *num.* 4. *&* 5. ubi quòd secùs est in spolio privato resultante ex transactione nulla ex defectu consensus, vide in §. *Retentio*, *num.* 3. *& nu.* 16. Crescin. *loc. cit. n.* 15. *et* 16.

De hoc remedio *can. reintegrandæ* scribunt Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 11. *n.* 30. Abeccles. & Crescin. *observat.* 198. *& observ.* 199. *part. pr.* Emerix jun. *in Indic. general. verbo Reintegratio.* Balduc. *tit.* 4. *decis.* 33. *a n.* 1. Altimar. *de nullit. rub. pr. part.* 5. *quæst.* 43. *a n.* 314. *cum seqq. tom.* 7. Palm. nep. *decis.* 81. *n.* 36. *&* 37. *tom. pr.*

Remedia possessoria an sint licita, & permissa in foro conscientiæ, ubi actor fovet malum jus in proprietate dixi in §. *Possessio*, *num.* 59. 20

Remedia possessoria, alia versantur circa adipiscendam possessionem, & sunt plura, veluti interdictum 21 quorum bonorum; Quorum legatorum; Salvianum; *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. toll.* (de quo infrà;) *l.* 3. *Cod. de pign.* & officium judicis, de quibus plenè Menoch. *tract. de adipiscend. poss. per tot.* ubi benè omnia prædicta remedia declarat Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *cum pluribus seqq. per tot.* Paul. Christin. *dec.* 130. *& seqq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2179.

Alia versantur circa retinendam possessionem, & pariter sunt plura, nempè interdictum. Ne vis alicui fiat; utrobi; uti possidetis, de superficiebus; de itinere, actuque privato; de aqua quotidiana, & æstiva; de rivis; de fonte; & judicis officium, de quibus latè idem Menoch. *tract. de retinend. poss. per tot* Ridolfin. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 142. *&c. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2180.

Alia versantur circa recuperandam possessionem amissam, & ista itidem sunt multa juxta factorum qualitatem, nempè interdictum Unde vi; *l. indebiti* 15. §. *Sed etsi*, *ff. de condition. indeb. l.* 2. *ff. de condict. tritic. l. si me*, *& Titium* 33. *Dig. si cert. pet. l. extat.* 13. *ff. de eo quod met. caus. l. creditores* 7. *ff. ad l. Jul. de vi privat. l. pr. C. si per vim*, vel alio modo absentis sit turbata possessio, *l. invasor*, *C. unde vi*, *l. meminerint*, *C. eod. l. si quis in tantam*, *C. eod. l. si coloni* 14. *C. de agr. & cens. lib.* 11. *l. conductores* 34. *C. locat. l. non abre* 20. *C. unde vi*, *l.* 2. *& ult. C. de prae. pign. l. ult. C. unde vi*, *l. ult. C. de acquir. poss. c. reintegranda* 3. *quæst. pr.* (de quo supra) *c. sæpè* 18. *de restitut. spol.* & judicis officium, ut latè omnia declarat idem Menoch. *tract. de recuperand. poss. per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 60. *& seqq.* Marant. *de ord. jud. part.* 4. *distinct.* 7. *num.* 21. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 384. *per tot.* vide in §. *Spolium*, Paul. Christ. *decis.* 135. *& seqq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2181. *&* 1340. Gajet. latè inter decisiones Sanfelic. *decis.* 397. *cum Addit.*

Et de his remediis vide Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Carol. Anton. De Luc. paritèr *in Prax.* Card De Luc. *in Indic. gener.* Abeccles. & Crescin. *in observ.*

Senat.

Digitized by Google

Senat. Pedem. & alios modernos.

DE REMEDIO.

l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.

22 Remedium *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* est illud, quod competit hæredi in tota, vel quota hæreditate instituto, competenti Judici testamentum ab omni vitio visibili exemptum ostendenti, vel producenti pro acquirenda possessione hæreditatis, summariè intra tantum tempus, ut petitio hæreditatis non fuerit præscripta, nullo legitimo existente possessore; contradictore autem legitimo existente, de potioritate jurium causa cognita agitur, sicuti colligitur *ex text. d. l. fin.* & potest concurrere cum interdicto quorum bonorum, Peregrin. *de fideicommiss. art. 48. per tot.* Menoch. *de adipiscend. poss. remed. 4. per tot.* Cæs. Argel. *tract. de acquirend. possess. quæst. pr. art. 7. & per tot. tractatum*, ubi plenissimè materiam *d. l. fin. explicat*, adde Tusch. *litt. L. concl. 287. & 288. per tot.* Ridolphin. *in prax. par. 2. cap. 7. per tot.* ubi etiam ponit formulam actorum, & alias plures observationes, Paul. Christin. *decis. 30. vol. 4.* Ricc. *Collect. 70.* Rot *part. 13. recentior. decis. 173.* ubi etiam quando non obstet aliqua interlineatura, vel superadditio de voluntate testatoris facta, vel ad majorem declarationem. Crescin. ad Pen. *decis. 259.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. intersect. 4. n. 4.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. cap. 16. a n. pr.*

Competit etiam executori testamentario tenenti locum hæredis, Alex. *in dict. l. fin. num. 10.* ubi citat Bart. Surd. *decis. 330 numer. 5. in lib. 2.* latè Argel. *de acquirend. possess quæst. 15. per. tot.* ubi de Episcopo, & aliis executoribus testamentariis, tutoribus, procuratoribus, hæredibus fiduciariis, & hujusmodi.

Item competit hæredi hæredis, Menoch. *de adipisc. rem. 4. n. 236.* Rot. *p. 3. rec. dec. 116. nu. pr. & p. 14. dec. 145. n. 2.* vide *infrà numer. 31.* & late Argel. *de acquir. poss. qu. 10. art. 3. cum pluribus sequentibus.* Otthobon. *decis. 79. n. 4.* Crescin. ad Pen. *loc. cit.*

Item competit hæredi instituto coram testibus, si illorum attestationes redigantur in scripturam publicam, Gratian. *discept. for. cap. 749. num. 20. cap. 268. n. 66.* Menoch. *de arbitr. cas. 63. nu. 4. & de adipisc. remed. 4. n 91. & seq. & num. 107. & seqq.* Argel. *de acquir. poss quæst. 6. num. 6.* Ridolphin. *d. cap. 7. nu. 30. &c.* Francisc. de Angel. *de confess. libr. pr. quæst. 7. effect. 19.* ubi idem si probetur institutio ex confessione adversarii, nisi adsint ad successionem aspirantes, vel nisi aliter Judici congruè constet, vide Jovium *de solemnit. gloss. 25. §. 11. num. 305. & 306.* Cyrocch. *disc. 11. n. 18.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n. 10.*

Quòd quamvis competat etiam hæredi ex testamento nuncupativo in scriptis redacto, sive per notarium, sive per testes examinatos, & publicatos in forma valida, sive à parte adversa confessato; tamen donec aliquo ex dictis modis appareat de testamento, non solùm asserens, & prætendens se hæredem institutum excluditur à dicto remedio, sed nec etiam habet legitimam personam ad impediendam immissionem ex officio Judicis competentem venientibus ab intestato, qui ideò non obstante contradictione hujusmodi præsenti instituti per scripturam, vel confessionem partis non apparentis, erunt immittendi, ad latè tradita per Mart. Medic. *Exam. 6. & decis. 13. per tot.* Argel. *de acquirend. possess. quæst. 6. art. pr. & seqq. per tot.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n. pr.*

Competit dictum remedium etiam hæredibus institutis in testamento clauso, & secretò condito per scripturam, de cujus identitate non dubitetur, ad latè tradita per Rot. *par. 11. recent. decis. 215. per tot.* & dixi in §. *Testamentum*, *nu. 38. infrà n. 26.*

Qualiter competat etiam hæredi instituto in testamento ob impedimentum non completo, ratione tamen voluntatis perfecto, & alia Ferdinand. de Escano *tract. de testam. cap. 4. n. 18. & seqq. per tot.*

Extrema in hoc remedio necessaria, sunt testamentum non cancellatum, nec abolitum, obitus testatoris, & identitas bonorum, Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num. 199.* Gregor. *decis. 206. nu. 1.* Rot. *part. 1. recent. decis. 35. num. 20. &c. & part. 10. dec. 279. num. 1. &c.* ubi etiam quis sit legitimus contradictor, vel non, de quo plenè Argel. *d. tractat. de legitim. contrad. sive de acquir. poss. infrà n. 33.* Pellegrin. *dict. intersect. 4.* Carol. Ant. De Luc. *dict. cap. 16.*

Non autem procedit dictum remedium in codicillis, Sapia *in d. l. fin. nu. 12.* quem sequitur Ludovic. Belli *cons. pr. num. 4.* Sed in contrarium est veritas, ut aliis citatis concludit Argel. *d. tract. q. 8. art. 7. per tot. et q. 11. per tot.* vide Rot. coram Ansald. *dec. 14. n. 40.* Peregrin. *de Fideicomm. art. 48. n. 13.*

Remedium *d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* se- 23
cundum aliquos non datur hæredi in re certa instituto; etiam non dato alio cohærede universali, cum deficiat testamenti apparentia, ac hujusmodi institutio non possit legi, nec ad oculum demonstrari quo ad omnia, licèt ad omnia extendatur, Jas. *in d. l. fin. n. 7. infrà nu. 31. in fine*, Ludovic. Bell. *cons. pr. num. 5.* ubi intelligit quando est datus cohæres universalis, qui hæreditatem adivit.

Sed contrarium est verius, cum id quod subintelligitur ex littera, & dispositione legis habeatur pro expresso, & dicatur legi posse, non secus ac si expressè scriptum esset, Altograd. *cons. 77. nu. 4. lib. pr.* Menoch *de adipisc. remed. 4. n. 121. et seqq.* Argel. *de acquir. poss. quæst. 17. art. 4. & seq. per tot.* Rot. *part. 10. recentior. decis. 310. num. 12.* ubi quòd competit non solùm hæredi scripto verbis expressis, sed etiam hæredi, qui virtualiter institutus apparet ex verisimili mente testatoris, *& part. 13. decis 163.* ubi quòd competit etiam hæredi hæredis scripti, & in re certa instituti & non obstante aliqua interlineatura. Cyriac. *contr. 305. n. 17.* Staiban. *obser. 64.* Carol. Ant. de Luc. *loc. cit. n. 9.*

An autem immissus in possessionem ex remedio *d. l. fin.* teneatur cavere de restituendo rem cum fructibus in casu succumbentiæ ad favorem fideicommissariorum, vel aliorum, Franc. *decis. 267. per tot.* ubi videtur concludere quòd sic de jure, licèt de consuetudine raro practicetur.

Remedium *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* com- 24
petit etiam fideicommissario, probatis requisitis, quæ qualia sint Rot. *in Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641.* coram Cerro *part. 9. recent. decis. 18. & in Bononiens. fideicommissi de Amorinis 18. Maii 1648.* coram Melzio *part. 10. recent. decis. 185. per tot. & in alia Bonon. fideicommissi Ven. pr. Aprilis 1650.* coram Verospio, Duran. *decis. 432 num. pr. decis. 358. n. 2. &c.* Cavalet. *decis. 204. num. 4. &c.* Urceol. *Consult. for. cap. 19. num. pr. &c. Rot. Lucen. in Lucana Salviani pro fideicommisso particulari 3. Januarii 1688.* coram Bernardino Augustino, apud modern. Jacob. Bald. *in observat. ad Ramon. decis. 43. per tot.* Et plura de remediis possessoris tradit Christophor. de Paz. *tract. de Tenuta per tot.* An hoc remedium procedat in feudis adversus illum, qui aperto sibi jure ad successionem venit, & in promptu docet de jure suo, & alia plura ad rem Carol. Tap. *decis. pr. per tot. & num. 28.* adde eumdem Tap *decis. 58. per tot.* ubi quid si constet de nullitate testamenti, ubi tamen quòd gravatus est legitimus contradictor ratione suarum detractionum, pro quibus habet retentionem, Rot. *part. 13. recent. decis. 179. n. 2. et seqq. per tot. et decis. 277. per tot.* ubi etiam de Salviano; & quid si inventarium non fecerit gravatus, an ob id præsumatur satisfactus de dictis detractionibus, vide *in §. Fideicommissum*, *nu. 35. etc. §. Immissio*, *n. pr.* Ridolph. *in prax. part. 2. cap. 7. num. 62. et seqq. per tot.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 181. etc.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 48. nu. 55. etc.* Merlin. *dec. 312. et dec. 405. et 415. per tot. dec. 440. et dec. 459. num. pr.* ubi quòd datur etiam contra tertium possessorem, sicut & Salvianum, Rot. *p. 16. rec. dec. 121. per tot. et part. 17. dec. 180. et par. 19. dec. 355.* ubi quòd datur etiam pro fideicommisso in donatione inter vivos. Emerix. jun. *dec. 39. num. pr. dec. 387. num. pr. dec. 414. num. 2. decis. 471. nu. 18. dec. 513. num. pr. decis. 656. num. 3. dec. 868. num. pr. dec.*

896. nu. pr. dec. 951. num. pr. dec. 1162. num. pr. dec. 1220. num. 3. dec. 1181. num. pr. dec. 1263. num. pr. dec. 1362. nu. pr. Vido Palm. ep. alleg. 272. num. 2. tom. 3. Carol. Ant. De Luc. loc. cit. n. 54.

Requisita prædicta an sunt existentis, & porificatio fideicommissi, identitas bonorum, & bona temisisse in hæreditate fideicommittentis, quod probatur ex inventatio hæreditatis, nec est opus probare de illius dominio, Altograd. cons. 104. num. 2. etc libr. 2. Rot. ubi suprà, et part. 9. recent. decis. 320. num. pr. et seq. vol. 1. et decis. 467. et part. 10. decis. 279. per tot. et decis. 318. Merlin. dict. decis. 405. et 415. ubi quòd sufficit fuisse semel possessa à fideicommittente, cum hujusmodi possessio præsumatur continuata, idem Merlin. dec. 686. num. pr. etc. Rot. part. 18. recent. dec. 630. et 705. per tot. Urceol. Consul. for. cap. 57. num. 16. et seqq. vol. 1. Rot. part. 9. recent. decis. 169. num. 4. ubi quòd deficiente possessione de tempore obitus, fideicommissarius non potest obtinere immissionem, et part. 13. decis. 121. n. pr. et seqq. decis. 277. per tot. et decis. 293. ubi etiam quòd non procedit præsumptio continuatæ possessionis, quando aliquid medio tempore factum apparet, quod dictem continuationem excludat, Rot. par. 18. dec. 636. per tot. et 705. Carol. Ant. De Luc. loc. cit.

Quando tamen ageretur contra tertium titulo possidentem, & causam à fideicommittente non habentem, esset etiam necessaria probatio dominii, Rot. part. 16. recent. decis. 12. per tot.

Quòd competat etiam substitutis in testamento, Cavaler. decis. 357. num. pr. ubi appellat hoc remedium, immissionem ex Salviano, latè Argel. de acquir. poss. qu. 7. art. 2. et seqq. obi de singulis substitutionibus.

Non tamen competit pro fideicommisso in contractu inter vivos ordinato, Giovagn. cons. 34. n. 6. lib. 2. Rot. part. 14. rec. dec. 268. nu. 18. & latè probat contrariis respondendo Argel. de acquir. poss. quæst. 8. art. 8. per tot. & quæst. 12. ubi plura ad rem. De Luc. de fideicom. disc. 106. n. 7. & disc. 271. nu. 12. Summ. num. 366. & Jovius de solemnit. gloss. 25. §. 11. n. 1268.

An, & quando competat fideicommissario, & similibus, Alex. Castr. & alii in dict. l. fin. Gratian. disceptat. for. cap. 731. num. 25. et per tot. infra num. 27. Ridolphin. loc. cit. per tot. Paul. Christin. dec. 30. nu. 5. vol. 4. Ant Fab. in C. tit. de edict. D. Adrian. toll. per tot. plenè Argel. tract. quæst. 8. per tot. De Luc. de Judic. disc. 44 nu. 18. de fideicom. disc. 271. num. 12. & Jovius loc. cit. à nu. 198. Carol. Ant. De Luc. ubi supra.

Cessat tamen dictum remedium stante transactione super fideicommisso inita, sed agendum est remedio ordinario rescissorio transactionis, & restitutis acceptis, Merlin. dec. 767. Rot. part. 10. recent. decis. 126. obi quod immissio competit alteri fideicommissario ex alio fideicommisso, vide in §. Transactio, nu. 20. De Luc. de fideic. disc. 39. n. 2. et 3. obi si transactio esset nulla &c. Jovius de solem. gloss. 25. §. 11. n. 309.

25 Remedium prædictum competit etiam in bonis emphyteuticis, & dominus directus non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredis emphyteutæ, nisi ostendat concessionem, ex qua cognosci possit an linea sit finita, Cavaler. decis. 316. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 361. in princip. et part. 13. decis. 517. numer. 2. et part. 14. dec. 323. numer. pr. ubi quòd competit vigore investiturarum, &c. part. 15. decis. 89. ubi quòd in emphyteusi ex pacto, & providentia, docto de identitate bonorum, & de comprehensione in investitura conceditur immissio, et par. 6. dec. 54. n. 16. et seqq. Vide Carol. Ant. De Luc. dict. cap. 16. sub num. 1., et n. 11.

Qualiter competat etiam pro executione litterarum Apostolicarum provisis, & nominatis in dictis litteris justificatis, Rot. part. 15. recent. dec. 92. per tot. vide in §. Litteræ num 23. & plenè Argel. de acquirend poss. quæst. 18. et 19. per tot.

An competat tam pro rebus, quæ erant testatoris tempore obitus, quàm pro fructibus, & augumento hæreditatis, latè Grat. disceptat. forens. cap. 304. nu. 51. etc.

Quòd competat etiam pro bonis, quæ testator possidebat jure pignoris tantùm, cùm non sit opus probare dominium testatoris, sed sola detentio apud eum sufficiat, Rot. part. 13. rec. dec. 163. nu. 15. et seqq.

Quòd dictum remedium non impediatur per petitionem remissoriæ, quia in istis possessoriis non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, Ludovis. cum Beltramin. dec. 367.

Remedium d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. ut 26
competat debet produci originale, & non exemplum testamenti, Grat. discept. foren. cap. 858. num. 2. etc. Jovius de solemnit. gloss. 21. nu. 11. nu. 304. Rot rec. dec. 609. n. 8. par. 19.

Sufficit tamen exemplum in forma publica à notario levatum, ac ita passim servatur Rot. in Romana successionis 19. Januarii 1629. coram Durano nu. 5. obi concordantes decisiones allegantur Ridolph. in prax. part. 2. cap. 7. n. 36. Burat. dec 215 n. 12. & seqq. Rot. part. 12. rec. dec. 61. n. 12. & per tot. ubi etiam fuerit ab alio levatum, & latè part. 16. dec. 104. per tot. Jovius loc cit. Carol. Ant. De Luc. dict. num. pr.

Quòd etiam competat vigore scripturæ manu testatoris conscriptæ, quæ favore piæ causæ, & inter liberos habet vim testamenti, Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 312. plenè Argel. de acquir. poss. q. 6. art. 9. per tot. Rot. part. 10. recent. dec. 289. nu. 3. & seqq. & part. 11. dec. 272. supra n. 22. intellige si constet de originali, de identitate, & perfectione voluntatis, aliàs secus, Rot. part. 13. recent. decis. 472. per tot. vide in §. Scriptura.

Remedium prædictum intentatum à fideicommis- 27
sario impeditur per exceptionem alterius fideicommissi incontinenti probatam, Rot. in Romana hæreditatis de Capizucchis 20. Aprilis 1635. coram Motman. in Noviss. part. 6. dec. 34. nu. pr. & part. 11. dec. 142. n. 1. etc. supra n. 24. Urceol. Consult. forens. cap. 82. n. 38. vol. 2. Argel. de legit. contrad. quæst. 2. n. 189. Rot. part 18. recent. dec. 735. n. 1. et seqq. ubi etiam removentur objecta super legalitate instrumenti, & notarii vide De Luc. de Testam. disc. 89. n. 2. de Judic. disc. 44. n. 39. et 40.

Si autem exceptio antiquioris fideicommissi sit turbida, & exigat probationes, non impedit immissionem pro fideicommisso recenti, & claro, Merl. dec. 787. Rot. part. 10. recent. dec 127. per tot. ubi quando primum fuit transactione sopitum, et part. 13. dec. 22. n. 13. et part. 15. dec. 173. per tot. De Luc. de fideicom disc. 13. n. 6.

Quæ dicatur sterilitas magna, & gravis, ac digna remissione pensionis, & quanta, sive pro qua rata sit facienda remissio, Menoch. *de arbitr. cas. 76. & 78. per tot.* ubi refert sex opiniones, prima quando fuit deperdita tertia pars fructuum; secunda cùm semen jactum non fuit recollectum: tertia ubi deductis impensis fructus recollecti non valent dimidiam pensionis, & hæc videtur crebrior, & verior opinio; quarta quando deductis expensis, nihil remanet conductori, vel colono; quinta æstimandam esse juxta vulgi opinionem; sexta esse in judicis arbitrio, qui facta sibi fide de fructibus recollectis arbitrabitur, an damnum sit intollerabile juxta tertiam opinionem. An autem fit remissio in totum, idest pro toto eo, quod deficit, computata parte fructuum percepta, vel solùm usque ad dimidiam, & modicum plus, vel arbitrio judicis, idem Menoch. *dict.*

Digitized by Google

dict. cas. 77. per tot. Paul. Christin. decis. 110. num. 13. & seqq. volum 3. Mascard. de probat. volum. 3. conclus. 1333. ubi plura quomodo probetur sterilitas ad dictum remissionis pensionis effectum, & plenè de omnibus prædictis, Pacion. de locat. cap. 47. et 48. per totum, ubi refert diversas opiniones, etiam circa ultimum dubium quantitatis remissionis faciendæ, concludendo esse faciendam pro toto eo, quod deficit ad integram solutionem, ac de actione, & remediis ad illam consequendam, & si agatur de locatione ad plures annos, an possit peti quolibet anno, vel solùm in fine, &c.

De hac materia remissionis pensionis ob sterilitatem, pestem, incendium, bellum, & similes casus inopinatos impedientes usum rei, latè Caroc. tract. de locat. et conduct. part. 12. tit. de remiss. merced. per tot. Boss. tractat. var. eodem tit. Cancer. var. res. cap. 14. de locat. & conduct. Staiban. de interess. lib. 2. tit. 10. quæst. unic. num. 131. & seqq. Surd. decis. 316. per tot. ubi etiam an, & quando ad hunc effectum dicatur initus contractus locationis, vel venditionis, DD. in cap. propter sterilitatem de locat. & in l. licèt, C. locat. Gratian. discept. forens. cap. 534. nu. 37. etc. cap. 557. num. 61. etc. Magon. decis. Flor. 67. per tot. Dian. part. 3. tract. 6. resol. 17. Christin. d. decis. 110. volum. 3. Ricc Collect. 92. 1033. 2370. 2684. Bich. decis. 326. num. 3. et 4. ubi quòd debet probari damnum esse tale, ut deductis expensis resultet læsio ultra dimidiam, nec etiam attenditur damnum unius anni, sed totius temporis locationis, adde Pacion. tract. de locat. et conduct. cap. 46. cum aliquibus sequentibus, et cap. 49. ubi plenè de interpretatione pactorum, sivè affirmativè, sivè negativè conceptorum inter locatorem, & conductorem super remissione, vel non remissione mercedis, an sub nomine periculi suscepti veniant casus fortuiti, & de illis facta mentione, quinam comprehendantur, vel non, & alia plura ad rem, ac sub nu. 113. ponit formulam arctissimi pacti prorsus remissionem prædictam excludentis, tanquam si conductor jactum retis emisset desumptam ex Bulla boni regiminis pro locationibus rerum Universitatum Status Ecclesiastici. Altimar. dict. rubr. pr. part. 2. quæst. 17. a num. 279. tom. 4. Rocc. Cyriac. Gobb. Jovi. loc. cit. Bonden. ubi supra.

5 Remissio pensionis est facienda inquilino, qui domum amplam conduxit, ut advenas, & scolares in illa recipere, si deindè superveniat aliquod impedimentum, puta belli, vel pestis, vel simile, ita ut non possit domo conducta uti ad usum per eum destinatum; quando autem dicatur conduxisse ad effectum prædictum, vel non arbitrio judicis æstimabitur inspecta qualitate conductoris, & domus conductæ, Menoch. de arbitr. cap. 440. per tot. de qua re latè etiam Pacion. de locat. d. cap. 46. num. 34. et seqq. Joseph. de Rosa Consult. 39. Leo decis. 174. Capyc. Latr. decis. 162. num. 17. et 27. ubi add. Roc. resp. 87. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 2. qu. 17. n. 331. part. 4.

Item est facienda remissio conductori Molendini, quando ab incursu aquarum etiam sine culpa locatoris factum fuit inutile propter destructionem clusæ, licèt conductor esset obligatus clusas manutenere, nam non tenetur illas de novo recipera, si totaliter fuerint destructæ, Gratian. discept. forens. cap. 557. num. 63. etc. cap. 195. nu. 3. etc. Cabal. cons. decis. 102. num. 12. lib 2. Rot. in Ferrarien. affictus 26. Novembr. 1616. coram Burat. per tot. dixi in resol. cap. 97. num. 4. etc. dixi in §. Conductor num. 35. Pacion. d. c. 46. nu. 92. et 93. ubi quod si Molendinum erat in flumine, & subiectum pericolo, quod potuit prævideri non debetur remissio, sed vide eundem Pacion. cap. 34. §. 2. nu. 9. ubi convenit cum prædictis, quia tunc videtur perempta substantia rei quo casu non debetur pensio. vide Capyc. Latr. dec. 162. num. 10. Altimar. dict. quæst. 17. nu. 396. et 397.

Si tamen agatur de inundatione bonorum, quæ conductor promisit manutenere, non debetur remissio, cùm sit in culpa non se muniendo ab aquis ad formam suæ obligationis, Rot. part. 17. recent. dec. 8. per tot.

Remissio canonis est facienda emphyteutæ quando propter bellum res fuit occupata, secus autem si alio modo adsit sterilitas, quamvis essemus in canone magno fructibus correspondente, Clar. §. Emphyteusis quæst. 8. vers. sed quid Thes. decis. 20. per tot. vide Gratian. discept. forens. cap. 557. in princ. et num. 16. etc. cap. 916. n. 42. Boss. de remiss. merced. num. 114. etc. Rot. part. 14. recent. decis. 338. per tot. ubi generaliter quod ob sterilitatem non fit remissio canonis, etiam magni, non tamen loquitur de casu belli, Cabal. cons. 172. num. 8. lib. pr. ubi quòd Ecclesia propter sterilitatem non remittit emphyteutæ mercedem, prout privatus remittit, de qua materia plenè Pacion. de locat. cap. 45. num. 31. et seqq. per tot. ubi in quibus contractibus debeatur remissio mercedis, vel non. Sed vide Hodiern. ad Surd. dec. 198. a n. 7. Altimar. dict. quæst. 17. n. 415. et seqq. et quæst. 18. a nu. 55. tom. 4. Calderon. resol. 64. a nu. 54. tom. pr. part. 2. 6

An autem sit facienda remissio conductori pedagii, si propter guerram fuit impeditus illo uti, dic quòd si guerra supervenisset ex facto illius Civitatis, quæ jus pedagii concessit, est justa causa remissionis pretii pro parte, secùs autem si veniat sine facto, & culpa concedentis, quia tunc videtur venditus jactus retis, vel fructus futuri, & non fit remissio, prout nec quando conventio fuit facta tempore belli, Pract. Papp. form. act. confess. gloss. penult. nu. 20. Barr. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. Alex. cons. 6. lib. 2. Marsil. de fidejuss. num. 197. in fine, Gratian. discept. forens. cap. 534. num. 32. et 36. Menoch. lib. 3. præsump. 104. per tot. ubi quod est considerandum an tale jus fuerit venditum, vel locatum, nam si sit venditum, non debetur remissio, & an, & quando dicatur venditum, vel locatum, latè Boss. de remiss. merced. publican. per tot. Larrea alleg. fiscal. 18. cum aliquibus seqq. Caroc. de locat. cod. tit. Surd decis. 346. Rot. part. 13. rec. dec. 130. per tot. ubi quando conductori gabellarum sit facienda remissio affictus propter bellum, vel ejus timorem, & quando dicatur adesse bellum, vel timor sufficiens ad hunc effectum, decis. 177. in eadem causa d. part. 13. Pacion. de locat. cap. 45. num. 61. et seqq. per tot. et cap. 46. num. 23. et seqq. ubi quando sufficiat timor belli, vel pestis. Vide Episc. Rocc. cap. 119. num. 21. libr. 2. Galeot. respons. fiscal. 18. n. 42. Altimar. dict. quæst. 17. a n. 384. tom. 4.

Remissio est facienda conductori, quamvis in se susceperit casus fortuitos, quando damnum evenit non in fructibus, sed in rei substantia, cùm semper intelligatur conditio, salva rei substantia, ut illa conductor uti, & frui possit, Gratian. discept. forens. cap. 195. per tot. Pacion. de locat. et conduct. cap. 49. num. 72. et seqq. cap. 47. num. 18. et seqq. ubi etiamsi non sit perempta in totum, sed in parte, etiam minima, et cap. 46. num 98. et seqq. et nu. 124. Altimar. de nullit. rubr. pr. par. 2. quæst. 17. num. 316. et seqq. tom. 4. Tonnot. quæst. civil. cap. 31. a nu. 31. Rocc. Episc. cap. 120 a n. 7. libr. 2. 7

Dicitur autem res perempta in substantia quoad conductorem, non solùm si actualiter perit puta casmate, sed etiam si evenit alius casus, quo idem conductori resultet effectus, ut ei scilicet penitus auferatur facultas illa utendi licèt salva res sit, isti enim casus quo ad interesse conductoris æquiparantur, Pacion. d. cap. 46. num. 103. & melius declarat in cap. 47. num. 21. & seqq. Venturin. cons. 55. a n. pr. Rocc. Episc. cap. 120. a n. 11. libr. 2.

Quòd si facienda remissio, quando conductor non potest uti re conducta ad illum usum, & eo modo, quo fuit locata, quamvis ad alium usum frui posset, vide Castr. in l. cùm in plures, ff. de locat. Gratian. discept. for. cap. 376. num. 20. cap. 557. nu. 63. &c. & latè Pacion. de locat. cap. 46. num. 34. & seqq. Rocc. resp. 87. Rosa consult. 39. Altimar. dict. quæst. 17. n. 323.

Quid si res locata fuerit malæ qualitatis, idem Pacion. cap. 46. num 24. & 25. dixi in §. Locatio nu. 16. Antonel. de temp. legal. lib. pr. cap. 38. n. 21.

Item est facienda remissio quando damnum provenit ex culpa, & facto locatoris, etiam in fructibus à

solo

solo separatis, latè Boss. de remiss. merced. num. 91. &c. Pacion. d. tract. cap. 47. num. 66. & seqq. ubi quòd tunc sufficit leve damnum, maximè ex causa voluntaria proveniens, quid si ex causa necessaria, vel facto tertii in odium, sive ob inimicitiam cum locatore, vel conductore, nam imputatur ei, ex cujus odio provenit, & alia ad rem in cap. 48. n. 19. & seqq.

Item est facienda conductori impedito ex casu fortuito pro tempore, quo duravit impedimentum, Gratian. discept. for. cap. 916. num. 41.

Si autem damnum proveniat non à casu, sed ab excessivitate affictus, vel canonis ab initio conventi, vel ex post facto ob aliquod accidens ad excessivitatem non temporalem, sed perpetuò duraturam redacti, licèt propriè tunc non fiat remissio, tamen officio judicis tollenda est iniquitas, & reducendus affictus, pensio, vel canon ad justum modum, & summam convenientem fructibus, sive valori commoditatis à conductore perceptæ per text. in l. cum quidam 17. ubi Alberic. Bald. Salic. & alii ff. de usur. Thes. decis. 120. & 226. adde Pacion. loc. cit. cap. 44. n. 49. & seqq.

8 Remissio pensionis, ut possit peti, debet per conductorem denunciari locatori casus, propter quem evenit sterilitas, Gratian. discept. forens. cap. 354. n. 23. &c. cap. 557. num. 9. &c. Thes. decis. 108. num. pr. &c. ubi quòd intra annum. Intellige ut dixi in §. Conductor num. 30. vide latè Carocc. de locat. & conduct. part. 4. tit. de remiss. merced. num. 89. & seqq. fol. mihi 191. Pacion. de locat. cap. 46. nu. 101. & seqq. ubi tamen quòd si res sit in totum perempta, vel ablata conductori facultas illa utendi, vel ex omissa denunciatione nullum damnum, vel præjudicium locatori resultavit, debetur remissio, etiam dicta denunciatione non facta, Rot. part. 15. recen. decis. 159. & part. 17. decis. 405. num. 16. &c. Capyc. Latr. dec. 162. nu. 43. & seqq. Altimar. loc. cit. num. 400. & seqq.

9 Remissio pensionis, sive affictus regulariter est facienda conductori, quando patitur damnum intollerabile, juxta superius dicta; sed hæc regula recipit plures limitationes. Et vide Rocc. Episc. cap. 219. a n. 14. libr. 2., ubi loquitur de conductoribus gabellarum.

Primò enim non procedit, quando aliter actum fuit inter contrahentes, ut quia conductor in se susceperit casus fortuitos, text. glos. in l. si quis fundum in princip. ff locat. intelligendo prout latè declarat Boss. de remiss. merced. nu. 56. & seqq ad 79. vide in §. Casus numer. Pacion. de locat. cap. 49. per tot. ubi plenè. Hodiern. ad Surd. decis. 198. n. 18. Tonnut. quæst. civil. cap. 31. num. 25. & 26. Anton. Amat. resol. 18. Altimar. dict. quæst. 17. num. 316. tom. 4.

Quid si sterilitas, vel damnum proveniat non ex accidente extrinseco, sed à natura, & qualitate intrinseca fundi? dic tunc non esse locum remissioni mercedis ut latè declarat, & exemplificat Pacion. de locat. cap. 46. num. 50. & seqq. ad 78.

Secundò ubi culpa conductoris, vel ejus familiarium procedit sterilitas, vel damnum, ut quia opera rusticalia suo tempore, vel benè non fecerit, sine causa recesserit, tempore belli, vel pestis condoxerit, decimas non solverit, & similia, l. si merces, ff. conduct. ff. locat. Boss. loc. cit. n. 79. & seqq. ad 89. vide Gratian. decis. 22. per tot. cum Addit. ubi quod non fit remissio quando sterilitas provenit ex non cultura fundi, & ideò debet probari cultura à prætendente hujusmodi remissionem, nec sufficit sterilitas universalis, sed est probanda particularis in fundo, de quo agitur, & esse necessarie denunciatio casus, ob quem illa provenit, nisi sit notoria, vel proveniat ex acto locatoris, ac etiam fit compensatio de anno sterili cum fertili, & alia Pacion. dict. cap. 46. num. 78. & seqq. per tot. Milazz. assert. 17. nu. 72. Faria ad Covar. pract. cap. 30. num. 24. Antonell. de tempor. legal. lib. pr. cap. 38. n. 21. Altimar. loc. cit. n. 391.

An autem ad evitandam remissionem possit obiici conductori, quod iterato non seminaverit, & sic ex inudatis, vel aliter amissis fructibus, teneatur conductor iterum colere fundum, & seminare, pulchrè hincindè Surd. dec. 87. per tot. Ricc. collect. 3611. Pacion. loc. citat. num. 81. ubi quod non. Hodiern. ad Surd. loc. supra citat.

Quòd remissio non sit facienda quando damnum, & sterilitas provenit ex culpa conductoris, Gratian. discept. for. cap. 557. num. 6. &c. Menoch. de arbitr. cas. 76. in fine, ubi quia fundus eo anno non benè fuerit cultus, nec ea acta fuerint, quæ necessaria erant, Rot. part. 17. recent. decis. 8. ubi fuit denegata remissio, quia conductor fuit in culpa, non muniendo se ab aquis, prout promiserat, Pacion. d. c. 46. n. 82. & seqq. vide Antonell. loc. cit.

Tertiò non fit remissio quando damnum evenit in fructibus postquam fuerunt è solo separati cùm jam sint effecti conductoris, cujus est periculum, an autem requiratur ut sint in horreo reconditi, l. damnum, C. locati, latè Boss. de remiss. merced. nu. 90. & seqq. ad 99. Staiban. de Interess. lib. 2. tit. 10. quæst. unic. num. 136. & seqq. ad 142. ubi refert contrarias opiniones, & rationes Pacion. de locat. cap. 46. num. 106. & seqq. ubi intelligit quatenus fructus fuerint perfectè, & totaliter percepti, nisi pensio sit de illis fructibus solvenda, si non potuerunt asportari, & aliis modis declarat. Staiban. resol. 147. nu. 10. & resol. 138. num. 5. et de Interesse lib. 2. tit. 10. quæst. unic. num. 136. et seqq. Molignan. altercat. 98. n. 30. et 31. Cyriac. contr. 49. n. 2. Galeot. contr. 69. n. 4. libr. 2. Altimar. loc. cit. n. 381.

Quartò non fit remissio quando fuit venditus fundus habita fide de pretio, cum reservatione dominii, & ut interim solvatur ab emptore quotannis certa pensio, nam hoc casu damnum contingens in fructibus est emptoris, ejusdemque conductoris, l. sicut emptio, §. fin. cum l. seqq. ubi glos. & DD. locati, Alexand. cons. 121. lib. 1. Boss. loc. supra cit. n. 101. etc. Gratian. discept. forens. cap. 354. num. 10. etc. facit quod dixi in §. Emptio num. § Venditio num. et §. Periculum num. adde Pacion. de locat. cap 45. nu. 83. et seqq ubi ampliat etiamsi res fuerit perempta, qui post perfectam emptionem perit periculo emptoris, et nu. 55. et seqq. per tot. ubi quod si fuerit concessus ager pro certa quantitate fructuum, vel si fuerint venditi fructus futuri, & alia hujusmodi ad rem. Rocca disp. 120. num. 19. Altimar. loc. supra cit. n. 394.

Quintò non fit remissio quando conductor renunciavit generaliter omni legum auxilio, & favori, Capyc. decis. 87. num. 10. dec. 88. num. pr. Gratian. discept. forens. cap. 195. num. 6. et per tot. et cap. 534. num. 45. etc. Barbos. de Claus. claus. 133. nu. 10. etc. Contrarium probat, & verius profitetur Pacion. de locat. cap 45. num. undec. et seqq. ubi etiam in terminis obligationis Cameralis, quæ in se dictam continet renunciationem, non retardata tamen executione, nisi remissio petita sit omninò clara, & incontinenti probata; sed primam opinionem cum aliquibus declarationibus sequitur idem Pacion. cap. 49. num. 34. et seqq. Dond. de renunciat. cap. 15. n. 57. Urceol. de Transact. quæst. 47. Britto in cap. si propter sterilitatem de Locat. Altimar. dict. quæst. 17. sub n. 375.

Sextò non fit remissio quando conductor prævidit casum ex facto Principis resultantem, Gratian. discept. for. cap. 465. n. 1. vide in §. Factum n. 1.

Quòd generaliter non fiat remissio quando sterilitas potuit prævideri, idem Gratian. cap. 534. n. 30. &c. n. 52. & 57. ubi de remissione propter casum provenientem ex facto Principis, & in cap 557. n. 5. Pacion. de locat. cap. 46. n. 88. & seqq. ubi de pluviis, ventis, & hujusmodi evenire solitis in loco, nisi sit perempta substantia rei.

Septimo non fit remissio ob causam, quæ tempore contractus aderat, quia imputandum est conductori, qui scivit statum, & conditionem rei conductæ, vel scire potuit, & debuit juxta regulam l. qui cum alio, ff. de reg. jur. maximè etiamsi ita fuerit solita locari, Cavaler. dec. 60. per tot. Rot. part. 12. recent. in Append. dec. 414. n. 12 Pacion. de locat. cap. 46. n. 87. & seqq. Capyc. Latr. decis. 162. n. 8. et seqq. ubi de Locatione facta tempore belli.

belli. Hodiern. ad Surd. *dec.* 198. *nu.* 19. Altimar. *d. quæſt.* 17. *a n.* 383. *et ſeqq. tom.* 4.

Octavò ceſſat remiſſio penſionis, quando ſterilitas unius anni poteſt compenſari cum ubertate aliorum præcedentium, vel ſubſequentium annorum, habito reſpectu ad unicam, & totam locationem pro toto tempore, non autem ad diverſas locationes, quamvis inter eaſdem perſonas factas, *l. ſi uno in princip. ff. locati et l. licet, C. eod. cap. propter ſterilitatem*, ubi Imol. Hoſtien. & alii, Boſſ. *de remiſſ. Merced. n.* 99. *etc.* Grat. *dec.* 112. *n.* 6. *cum Addit.* ubi tamen, quòd ſtante pacto, ut fiat remiſſio, non attenditur fertilitas aliorum annorum, Caroc. *de locat. tit. de remiſſ. Merced. n.* 45. *et ſeqq. fol mibi* 189. latè Pacion. *de locat. cap.* 47. *n.* 76. *et ſeqq. et cap.* 48. *n.* 33. *et ſeqq.* ubi etiam quòd ſi conductor ſolvit non oppoſita remiſſione ſibi competente, poteſt repetere ſicut ſi locator remiſſionem indebitam fecit, poteſt iterùm exigere *d. l. ſi uno*. Donad. *de renunc. cap.* 15. *n.* 27. Jovius *de ſolemnit. gloſſ.* 15. *ff.* 11. *à n.* 118. Vide Rocc. Epiſc. *cap.* 119. *a n.* 23. *cum ſeqq. lib.* 2.

Ceſſat remiſſio prædicta etiam in aliis caſibus, ut quando in loco erat ſolita ſterilitas, vel impedimentum, vel ſi quis conduxerit fundum ſui natura ſterilem; vel ſi damnum contingat in rebus propriis conductoris, etiam ad uſum fundi deſervientibus, vel conductor ſit homo ſceleratus, quia propter peccata veniunt adverſa, vel ſi ſterilitas contingat vitio rei, vel ſi locatio ſit facta cum pacto francandi, & ſimilibus, ad latè, ſed confusè tradita per Caroc. *de locat. et conduct. part.* 4. *tit. de remiſſ. merced. quæſt.* 8. *n.* 1. *et ſeqq. per tot. fol. mibi* 188. *per tot.* & melius per Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 45. 46. 47. *et* 48. *per tot.* Altimar. *loc. cit. n.* 390. *et nu.* 407. Pegaſ. *reſol.* 3. *n.* 905. Contr. *diſcep.* 39. *n.* 2.

Quòd ſi colligatur modica quantitas fructuum, ſed ob penuriam vendantur cariori pretio, ita ut conductor, idem, vel plus in pecunia recipiat, quàm tempore ſolitæ recollectæ; vel è contra colligatur magna, vel ſolita quantitas fructuum, ſed ob magnam ubertatem, ſint adeo in vili pretio, ut conductor damnum patiatur, an ſit remittenda, vel augenda penſio, vide Corn. *conſ.* 128. *col. pen. lib.* 2. Roland. *conſ.* 86. *n.* 8. *lib.* 3. Rimin. *conſ.* 40. *n.* 11. *et* 34. *lib. pr.* Petr. Ubald. *de duob. fratr. part.* 2. *quæſt.* 37. quos refert Caroc *ubi ſupra n.* 53. *fol.* 190. Franc. Marc. *dec.* 211. *part.* 2. Ricc. *Collect.* 91. *et* 2370. Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 47. *n.* 13. *et* 14. *et n.* 93. ubi quòd his caſibus non ſit remiſſio, quia in primo conductor non patitur damnum, & in ſecundo non adeſt ſterilitas, ob quam ſit remiſſio, ſed abundantia, & *cap.* 46. *n.* 121. Vide Rocc. Epiſc. *cap.* 119. *n.* 30. *et* 31. *lib.* 2. Altimar. *loc. cit. n.* 360. *et* 361.

An autem quæ dicta ſunt de remiſſione mercedis rei locatæ procedant etiam in locatione operarum, ut ſi illis conductor uti non poſſit, ſit eodem modo facienda remiſſio mercedis, & quomodo, latè Pacion. *d. tract. cap.* 50. *per tot.* & faciunt tradita in *§. Salarium*.

Et an ſicuti ob ſterilitatem ſit remiſſio mercedis, ita etiam ob magnam, & inſolitam ubertatem fiat ejuſdem augumentum dixi in §. *Locatio num.* 15. & tradit Pacion. *d. tr. cap.* 51. *per tot.*

20 De remiſſione injuriarum, odii, & rancoris, neceſſaria ad ſalutem animæ, Valer. *de differ. utriuſque for. verb. Remiſſio differ.* 2. & dixi in §. *Inimicitia n.* 8. *cum addit.* & in *§. Pax nu.* 1. *pariter cum Addit.* Et de remiſſione mercedis, & aliis remiſſionibus De Luc. *in Indic. general.* Altimar. Calderon. Rocc. Manſ. Palm. & alii moderni.

De remiſſione facta à creditoribus ſuo debitori ex cauſa fallimenti, licèt ſoffragetur illi in foro externo, non tamen ſic eſt in foro conſcientiæ, ſed tenetur debitor integrè ſatisfacere ſi ad pinguiorem devenerit fortunam, quia hujuſmodi remiſſio non fuit vera donatio, ut benè probat Valer. *de differ. utriuſque fori verb. Remiſſio differ.* 5. *et* 6. *per tot.* & in *verb. re ettitio differ.* 9. ubi de remiſſione patris, ut reliquum ſtatim ſolvatur, non reddat tutum debitorem.

11 Remiſſio mercedis debetur, licèt ſit juratum non petere aliquod excomputum Marin. *lib.* 2. *cap.* 186. *n.* 4. Epiſc. Rocc. *cap.* 110. *a nu.* 8. Capyc. Latt. *deciſ.* 162. *n.* 26. Altimar. *loc. cit. n.* 367. *et ſeqq.*

12 Non ſit remiſſio mercedis, quando ſtatutum mandat remiſſionem non fieri, aut conductores non poſſe petere aliquod defalcum Altimar. *loc. cit. nu.* 409. quòd maximè procedit in locationibus rerum fiſcalium *ibid. n.* 410.

13 Remiſſio caducitatis in emphyteuſi non inducitur per petitionem canonis, niſi cum effectu quis fuerit conſequutus, quod petit. Gratian. *diſc.* 515. *n.* 11. *et ſeq.* Altograd. *conſ.* 24. *nu.* 76. *et ſeqq. lib.* 1. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 46. *n.* 7. *pag.* 217. *tom.* 7.

14 Remiſſio tacita non implementi quando locum habeat Gratian. *d. diſc.* 515. *n.* 61. Altimar. *loc. cit. num.* 8.

15 Remiſſio an ſit introducta tranſactione facta per patrem, ſi pater in illa reſervavit ſibi ſolum jura filiorum. Merlin. *dec.* 586. *n.* 4. Altimar. *ibid. n.* 9.

16 Remiſſio facta in tranſactione generaliter reſtringenda eſt ad limites cauſæ ejuſdem tranſactionis. Surd. *conſ.* 321. *n.* 48. *et* 49. Rot. *dec.* 108. *n.* 1. *part.* 3. *rec.* Altimar. *ibid. n.* 10. *et* 11. *pag.* 218.

17 Remiſſio jurium non includitur in qualibet libera, & generali adminiſtratione Beniell. *conſ.* 33. *n.* 48. Altograd. *controv.* 82. *n.* 33. Altimar. *ibid. nu.* 12.

18 Remiſſio pignoris per procuratorem quamvis generalem omnium bonorum fieri non poteſt. Altog. *ubi ſup.* Marot. *diſc.* 36. *n.* 21. *et ſeq.* Altimar. *ibid. n.* 14.

19 Remiſſio inducitur ſuper re vendita ad inſtantiam creditoris cum receptione pretii; etiam quod res ad debitorem redeat. Card. De Luc. *de Cred. diſc.* 4. *n.* 3. Altimar. *ibid. n.* 43. *verſ. Inducitur pag.* 219.

20 Remiſſio non cenſetur ſi inſtrumentum reperitur cancellatum apud tertium, & quid ſi reperitur cancellatum apud Notarium. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 141. *n.* 18. *et n.* 19. Aretin. *de ſolut. c.* 2. *§.* 3. *n.* 10. Altimar. *de nullit. ibid. n.* 39. *&* 40.

21 Remiſſio hypothecæ ſuper re obligata inducitur ob conſenſum præſtitum in alienatione illius rei obligatæ. Altimar. *ibid. n.* 43. *verſ. quod inducitur remiſſio.* Remiſſio hypothecæ facta ſub conditione, illa deficiente nihil operatur. Altimar. *ibid. nu.* 129. *verſ. remiſſia. pag.* 223. Remiſſio hypotecæ facta cum qualitate modali, etiam ſi per dolum non impleatur modus tertio non præjudicat in quem fuit facta alienatio. Altimar. *ibid. n.* 130. De remiſſione hypothecæ De Luc. *in Indic. verb. remiſſio hypothecæ.*

22 Remiſſio facta per vocatos ad fideicommiſſum non impedit quominus poſſint jura ſua experiri ſuper bonis in remiſſione non comprehenſis. Magon. *deciſ.* 255. *n.* 4. Cen. *dec.* 179. *n.* 6. Altimar. *ibid. n.* 129. De remiſſione fideicommiſſi vide infra *nu.* 41.

23 Remiſſio debiti præſumitur inter debitorem, & creditorem ſi duo concurrant, & quæ ſint. Rot. *dec.* 261. *n.* 30. *& ſeq. part.* 9. *recent. & dec.* 197. *n.* 30. *& ſeqq.* Card. De Luc. *de Cred. diſc.* 82. *nu.* 11. *diſc.* 105. *n.* 10. *& ſeq. diſc.* 125. *n.* 4. *diſc.* 129. *n.* 5. *& diſc.* 131. *n.* 132. Altimar. *ibid. n.* 131.

24 Remiſſio dotis, & donationis clam à ſponſis facta contra ea, quæ fuerunt palam conventa, eſt tanquam doloſa annullanda. Chriſtin. *dec.* 118. *vol.* 2. *dec.* 127. *n.* 5. *vol.* 3. *dec.* 157. *nu.* 3. *vol.* 4. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part.* 3. *quæſt.* 35. *n.* 772. *ad* 775. *tom.* 3. *pag.* 273.

25 Remiſſio cauſæ non competit lite conteſtata coram alio Judice. Tuſch. *lit. E. concl.* 391. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæſt.* 28. *n.* 60. 61. *tom.* 1.

Remiſſio cauſæ ad ſuum Judicem poteſt peti poſt litem conteſtatam, ſi poſt illam innotuit exceptio fori. Scacc. *de ſent. gloſſ.* 7. *quæſt.* 2. *n.* 20. Altimar. *ubi prox. n.* 67.

Remiſſio an competat citato in M. C. V. vigore pacti executivi Thor. *in comp. dec. part.* 3. *ſect.* 3. *verb. remiſſio fol.* 119. Altimar. *ibid. n.* 97.

An competat obligato in forma Cameræ Apoſtolicæ. Ricc. *in prax. part.* 3. *reſol.* 239. Altimar. *ibid. nu.* 98.

Remissio un competat clerico citato ad recognoscendum apocam. Thor. *sect.* 3. *part.* 3. *verb. remissio fol.* 112. Altimar. *d. rub.* 9. *quæst.* 28. *nu.* 104. *tom. pr.*

Remissione causæ pendente processus judicia conquiescit. Ansald. *de Jurisd. part.* 2. *tit.* 12. *cap.* 35. *n.* 53. *& seq.* Altimar. *ibid. n.* 22.

26 Remissio jurium Ecclesiæ requirit causam, & Beneplacitum Apostolicum. Rot. *dec.* 336. *num.* 8. *& seq. part.* 20. *& dec.* 384. *n.* 5. *et seq. part.* 13. *rec.* Palm. nep. *all.* 6. *n.* 7. *tom. pr.*

27 Remissio proprii Juris ex quibus inducatur. Rot. cot. Merlin. *dec.* 586. *n.* 4. Palm. nep. *all.* 130. *n.* 16. *tom.* 2.

Remissio interesse ex quibus excludatur. Palm. Nep. *dec.* 11. *n.* 23. *tom.* 2.

Remissio juris ignorati non præsumitur. Castr. *cons.* 375. *n.* 5. *lib. pr.* Surd. *cons.* 70. *nu.* 4. *& seqq.* Rot. cor. Bich. *dec.* 492. *n.* 26. *& seqq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 49. *lib.* 8. *vol.* 3. *n.* 5.

28 Ex specifica mentione certorum Jurium, ac eorum præservatione in actibus posterioribus facta, præsumitur remissio aliorum jurium non egressorum. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 4. *lib.* 1. *n.* 9. *vol.* 3.

29 Remissio causæ per rescriptum intelligitur prout de Jure, non sub fundamento gratiæ. Emerix Jun. *dec.* 1042. *n.* 6.

30 Remissio mercedis, licèt à conductore peti nō possit; nisi damnum probetur intolerabile medietatem conventæ pensionis excedens. Id tamen non procedit, perempta substantia rei locatæ saltem in majori parte; tunc enim damnum quale sit, est conductori reficiendum. Rocc. Episc. *cap.* 110. *n.* 5. *& n.* 6. non dicitur in hoc casu propriè remissio, sed potius quædam conductoris liberatio ab illa rata pensionis Rocc. Episc. *d. cap.* 110. *n.* 6.

31 Pactum initum de facienda remissione debitu, seu conveniente conductori est intelligendum prout de Jure. Tondut. *lib.* 1. *quæst. civil. cap.* 31. *n.* 12. Pacion. *de locat. quæst.* 47. *n.* 46. *& seqq.* Episc. Roc. *d. cap.* 121. *n.* 7.

32 Remissionem mercedis quoad denegandam non suffragatur justa causa necessitatis, vel publicæ utilitatis, quæ solum est considerabilis, quoad refectionem totalis interesse etiam lucri amissi conductori præstandi. Bart. *in l. si uno §. item cum quidam*, *n.* 10. *vers. item si factum locatoris est justum ff. locat.* Bursat. *cons.* 309. *n.* 3. *vers. nec obstemtur lib.* 3. Episc. Rocc. *d. cap.* 120. *n.* 22.

33 Remissioni mercedis est locus in Juribus incorporalibus suos habentibus interitus, ipsis in totum, vel parte pereuntibus. Bald. *cons.* 465. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Mans. *consult.* 26. *n.* 73. *lib.* 1. Episc. Rocc. *c.* 119. *num.* 21.

34 Remissionis exceptio opposita à conductore adversus locatorem non impedit executionem obligationis cameralis, vel alterius processus executivi, & summarii, quoties non est omnino clara; sed potius turbida altiorem requirens indaginem, discussionemque Judicii ordinarii Card. De Luc. *de locat. disc.* 5. *n.* 2. Pacion. *de locat. quæst.* 45. *num.* 17. *& seq.* Episc. Rocc. *d. cap.* 119. *n.* 67.

35 Remissio debiti etiam inter patrem, & filium in Urbe requirit solemnitates donationis Card. De Luc. *de Don. disc.* 31. *n.* 3. *disc.* 60. *n.* 15. *&* 16. An dicatur realis, vel personalis Card. De Luc. *de Alien. disc.* 46. *per tot.* Quid ubi adsit verba, *ut rem gratam Titio faceret*, vel adesset dictio *nunquam* Card. De Luc. *d. disc.* 46. *n.* 14.

36 Remissio Vassalli delinquentis quando fiat non obstante præventione Regiæ Curiæ Hodiern. ad Surd. *dec.* 147. *nu.* 4. Remissio Vassalli quando non fiat Baroni Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 28. *a n.* 7. *tom. pr.*

Remissio causæ no competat Baroni quoad Vassallum citatum ad recognoscendum apocham baoci Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 28. *n.* 102. *tom. pr.*

Remissio Vassallorum competit Baronibus, etiamsi Judex procedat ad modum belli Altimar. *loc. cit. num.* 50.

Remissio Vassalli ad hoc ut fiat ad Baronem debet ille poni in carceribus saltem Baronis Altim. *loc. cit. a n.* 133. Et sufficit carceratio unius ex pluribus *ibidem n.* 142.

Remissio causæ alicujus Vassalli Baroni, un competat Baroni, si sit lata sententia contra illum Vassallum in Magna Curia, verum propositis nullitatibus sit dictum nullitates non obstare. Altimar. *loc. cit. rubr.* 8. *quæst.* 14. *n.* 57. *& rubr.* 9. *quæst.* 10. *nu.* 122. *tom.* 1.

In quibus casibus non competat ejus Baroni Altimar. *loc. cit. rubr.* 9. *quæst.* 10. *num.* 99. *cum seqq. tom.* 1.

Remissa causa per M. C. V. ad Baronem potest mandare M. C. V. quod ipsa certioretur de exitu dictæ causæ Altimar. *ubi supra n.* 125.

Remissio delinquentium ad Judices inferiores arguit jurisdictionem privativè illis fuisse concessam Emerix jun. *dec.* 1158. *n.* 4. & vide eumdem *in Indic. verb. Jurisdictio*. 37

Remissio, & securitas non ad delicta futura extenditur. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 337. *n.* 13. *&* 14. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 11. *n.* 316. *tom.* 3. 38

Remissio partis pro offensa sibi facta quomodo facienda & alia plura Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 32. *nu.* 47. *&* 48. *tom.* 5. *fol.* 144. *& ibidem quæst.* 31. *sub n.* 747. *fol.* 104. *eod. tom.* 3. *& rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. sect. pr. n.* 78. *tom.* 5. *fol.* 71. *& ibidem nu.* 602. *fol.* 269. 270. 271. *et seq. eodem tom.* 8. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *n.* 32. ubi quod prodest Reo. 39

Remissio usurarum dotalium quando censeatur inducta per divisionem Palm. nep. *alleg.* 278. *per tot. tom.* 3. Et de remissione Usurarum vide Card. De Luc. *de Usur. in summ. n.* 27. 40

Remissio reciproci fideicommissi diei non potest dam osa & de tatione Palm. nep. *alleg.* 328. *nu.* 12. *et* 13. *tom.* 4. Sed hoc limita data aliqua disparitate *ibid. n.* 14. De Remissione fideicommissi Calderon. *resol.* 2. *a n.* 1. *tom.* 1. *part.* 2. ubi an inducatur per divisionem; Et alia vide apud De Luc. *in Indic. general. verb. remissio fideicommissi*, & supra *n.* 22. 41

Remissio partis debiti quand fieri valeat per majorem partem creditorum in præjudicium aliorum. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 48. *n.* 11. Vide eumdem *Conflict. obser.* 139. 42

Remissio cautionis an fieri valeat usufructuario. Rot. *dec.* 185. *in fin. part.* 10. *rec.* Card. De Luc. *de Legat. disc.* 39. *n.* 10. *et* 11. 43

Remissio novi examinis ad partes ob ætatem, vel distantiam an sit concedenda. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 7. *n.* 8. *disc.* 8. *n* 3. 44

Remissio causarum quæ fit Ordinariis, non importat delegationem. Card. De Luc. *Miscell. disc.* 25. *n.* 4. Remissio Rotæ vel alteri Judici ordinario fieri solet per Sacras Congreg tiones. Card. De Luc. *Miscell. disc.* 5. *nu.* 21. Remissio ad Ordinarium in prima instantia fit etiam utraque parte consentiente in Legatos, seu Nuncios Idem De Luc. *miscell. disc. pr. n.* 62. *& n.* 63. Remissio cautatum ad partes peti potest per locorum ordinarios, ubi de partium consensu A. C. processerit in primu instantia. Idem De Luc. *de Judic. disc.* 3. *n.* 35. *et* 36. 45

§. REMISSORIA. XII.

Remissoria in criminalibus regulariter non datur nisi testes sint extra Provinciam, & jurisdictionem Judicis, vel senes, & valetudinarii, vel ad defensam, cessante tamen semper suspicione falsi, & in aliis casibus, ad latè tradita per Card. Tusch. *litt. R. concl.* 154. *per tot.* Gabriel. *commun. conc. lib.* 7. *tit. de crimin. conclus.* 25. Menoch. *de arbit. cas.* 250. Gratian. *discept. forens. cap.* 114. *n.* 23. *et seqq.* Guaz. *def.* 28. *cap.* 10. ubi qualiter sit concedenda remissoria reo pro examinandis testibus ad defensam, vel repulsam quando sunt extra Provinciam, & non possunt compelli accedere ad locum judicii, Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 102. ubi quòd non conceditur pro repetitione testium, *et qu.* 129. ubi quando ex justa causa possit concedi remissoria, sive 1

Com-

Commissarius pro repetione testinm, Ambrosin. process. informat. lib. 3. cap. 2. n. 14. & ideò concludendum est id totum Judicis arbitrio remitti, prout ego ipsi semper servavi, & servatum vidi Florentiæ, aliquando concedendo, aliquando denegando juxta qualitatem causarum, etiam intra Provinciam, & adstipulatur, Possent. singul. 299. An sit in arbitrio Judicis, Severol. in tract. de remiss. cap. 18. num. 3. Quando detur in criminalibus Spad. cons. 76. lib. 1. Pen. dec. 1626. n. 8. Pellegrin. in Prax. Vicar. par. 4. sect. 4. n. 58. Crescin. ad Pen. dec. 65. & ad Abecclef. obser. 57. part. 2. Bellegrand. in comp. rer. crim. method. tract. 4. quæst. 10. n. 5.

Quòd de stylo Curiæ non detur nisi semel in qualibet causa, & sit communis actori, & reo, ita ut si data sit secunda possit revocari, Ægid. Bellamer. cons. 36. per tot. Tusch. loc. cit. conclus. 153. per tot. vide Ridolphin. in prax. part. pr. cap. 12. n. 139. & seqq. ubi tamen limitat stante justa causa, Merlin. dec. 101. n. 6. &c. Rot. part. 9. recent. dec. 303. ubi quando possit etiam pluries concedi. Pellegrin. loc. cit. n. 71. & part. 2. sect. 2. subsect. 7. n. 22. De Luc. de Judic. disc. 31. a n. 30.

2 Remissoria quando possit concedi, vel denegari, tam in civilibus, quàm in criminalibus, & an ab illa detur appellatio. Gratian. discept. forens. c. 199. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 250. per tot. Card. Tusch. litt. R. conclus. 154. & seqq. ubi quod datur etiam in causa matrimoniali, Merlin. dec. 87. ubi quando concedatur in causa beneficiali, & dec. 101. & 202. decis. 595. & alibi sæpè, Rota par. 10. rec. dec. 232. ubi in causa matrimoniali. Vide Pellegr. d. part. 4. sect. 4. a n. 60. ubi loquitur in criminalibus, et n. 66. ubi an detur appellatio, & d. part. 2. sect. 2. subsect. 7. a n. 12. ubi loquitur in civilibus Brunnemann. in auth. apud eloquentissimum C. de fid. instr. Altimar. de nullit. rubr. 13. quæst. 2. num. 282. tom. 2. Bellegrand. dict. quæst. 10. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 57.

3 Remissoria non est concedenda quando probatio deducta non est relevans, Gratian. discept. for. cap. 550. n. 5. Merlin. dec. 101. Pellegrin. d. subsect. 7. n. 16. Carol. Ant. De Luc. loc. cit. num. 4. Card. De Luc. de Judic. disc. 31. n. 20.

Quando autem materia est relevans debet regulariter concedi remissoria in omnibus causis, ad latè tradita per Ridolphin. part. pr. cap. 12. num. 82. & seqq. Merlin. dec. 582. Rot. part. 9. rec. decis. 303. ubi plura pro concessione remissoriæ etiam reiteratæ, & part. 10. dec. 51. per tot. decis. 100. & 101. per tot. ubi quòd maximè procedit in profanis, & in prima instantia, & ad hunc effectum causæ decimarum reputantur profanæ. Pellegrin. d. subsect. 7. n. 10. Crescin. ad Abecclef. obser. 55. n. 3. part. 2.

Plures casus, in quibus denegatur remissoria, vide per Rot. in Valentina juris sedendi 26. Martii 1635. coram Ghisilerio per tot. in Novis. part. 7. dec. 31. & in Cremonen. pensionis 4. Maii 1635. coram Coccino dict. part. 7. decis. 41. per tot. Duran. dec. 462. per tot. Card. Tusch. littera R. concl. 154. & seqq. Merlin. dec. 369. & dec. 513. ubi de irrelevantia dec. 665. per tot. & alibi sæpè, Ricc. Collect. 2607. & alibi prout in repert. verb. Remissoria, Rot. part. 9. recent. dec. 16. per tot. & decis. 80. d. part. recent. & decis. 223. part. 12. decis. 369. dec. 382. dec. 424. & part. 13. dec. 150. part. 14. dec. 351. & alibi sæpè. Rot. Rom. coram Ansald. dec. 17. & 18. Spad. cons. 172. n. pr. cons. 373. a nu. pr. & 378. nu. 24. lib. 2. De Luc. de Judic. disc. 31. de Jurisdict. disc. 3. et disc. 7. Pellegrin. Altimar. Crescin. Bellegrand. Carol. Ant. De Luc. loc. cit. Rot. apud Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 9. a n. 115. tom. pr.

Quando sit concedenda remissoria, vel non, de modo illam concedendi, & exequendi unà cum formula processus remissorialis, & alia, latè Ridolph. in prax. part. pr. cap. 12. per tot. ubi etiam de compulsoria, quid sit, quando concedenda, vel non, Rot. part. 11. rec. dec. 189. ubi de compulsoria, & dec. 205. ubi de remissoria; & dec. 319. per tot. ubi pariter de remissoria secunda non concedenda, & et dec. 339. dec. 344. per tot. part. 12. dec. pr. per tot. dec. 13. et alibi sæpè, et dec. 164. ubi quando sit concedenda remissoria, & decis. 188. per tot. decis. 207. per tot. decis. 312. etc. dec. 349. et decis. 427. part. 15. dec. 212. per tot. ac alibi sæpè, et part. 17. dec. 66. & alibi passim, et part. 18. tom. pr. dec. 65. et dec. 157. Nicol. Instit. tit. de pœn. temer. litig. à n. 158. ubi quomodo exequenda, et in Instit. canon. lib. 2. cap. 20. nu. 20. ubi quando concedenda. Pellegrin. part. 2. sect. 2. subsect. 7. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 57.

Quod ubi causa est commissa appellatione remota, non solent denegari remissoria, ne sequatur damnum irreparabile, & alia, Rot. part. 12. recent. decis. 72.

4 Remissoria duobus Judicibus directa, si per unum tantùm fuerit executa, processus regulariter est nullus, nisi alter se legitimè excusaverit, vel fuerit impeditus, vel noluerit interesse ex negligentia, vel malitia, vel nisi aliter appareat ex forma rescripti, ut unus solus possit procedere Ludovis. cum Beltr. dec. 327. n. 1. & 13. vide in §. Judex n. 54. in fine. Crescin. ad Pen. dec. 144.

5 Remissoria non est concedenda ad impediendum remedium, l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. & in eadem causa regulariter bis non conceditur super iisdem articulis, imò nec super novis, nisi ex aliqua justa causa, ut si prima non potuit exequi in tempore, vel examen fuit nullum, & hujusmodi, Ludovis. cum Beltram. dec. 367. per tot. vide Spad. cons. 373. nu. 3. lib. 2. ubi loquitur in terminis d. l. fin. Pellegrin. d. subsect. 7. num. 13. qui loquitur in eisdem terminis.

Item denegatur remissoria super materia aliàs articulata, & probata, vel si contineat magnam inverisimilitudinem, vel adest vehemens calumniæ suspicio Ludovis. decis. 414. ubi etiam Beltramin. & dec. 415. ubi quod in materia decimarum conceditur data sola relevantia. Spad. cons. 373. nu. 14. lib. 2. ubi loquitur in casu inverisimilitudinis Pen. decis. 376. n. 2. ubi loquitur in casu suspicionis.

Quòd ad probandum contra propriam confessionem non detur remissoria quando articuli sunt de directo contrarii confessioni, secus si cum illa compatiantur, vel si confessio non sit omninò clara, vel emissa inter alios ad diversum effectum, ita ut confitenti non noceat, Francisc. de Angel. tract. de confess. lib. 1. quæst 7. effect. 10. fol. 39. Rot. coram Ansald. dec. 58. nu. 16. Facit Pen. dec. 736. ubi Adden. Rot. apud Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 9 n. 121. tom. pr. Carol. Ant. De Luc. loc. cit. n. 5. Card. De Luc. de Judic. disc. 31. a n. 23.

6 Remissoria in profanis conceditur quando articuli sunt relevantes, nec denegatur propter præsumptam calumniam, maximè quando proponitur præjudicium irreparabile, etiamsi obstaret propria confessio, si detur fumus de ejus errore, Ludovis. dec. 523. per tot. Bich. dec. 477. n. 53. & seqq. ubi quòd in profanis stante relevantia articulorum conceditur etiam sine fumo, & in quacumque instantia, & cum fumo etiam post rem judicatam in gradu restitutionis in integrum, & alia pro concessione remissoriæ in profanis, idem Bich. dec. 499. ubi etiam post discussa dicta testium, quando illorum solemnis publicatio non intercessit, & decis. 523. Rot. part. 17. dec. 3. per tot. & alibi sæpè, & part. 19. dec. 376. & 378. per tot.

7 Remissoria non conceditur quando articuli continent materiam objectivam, & criminosam sine tali fumo, qui faciat semiplenam probationem, sicut etiam denegatur quando petitur contra propriam confessionem non dato fumo erroris illius, & semper ubi urget præsumptio calumniæ, ut quia petitur post didicita, & discussa dicta testium partis adversæ, & solùm ad evitanda fundamenta decisionum, & causæ expeditionem deferendam, ut benè probat Bich. dec. 14. per tot. dec. 25. per tot. ubi alia plura quando sit deneganda remissoria, vel non, & dec. 45. ac alibi sæpè, Rot. part. 15. rec. decis. 354. ubi quod ad probandum delictum, nempè falsitatem testamenti non conceditur remissoria Ansald. dec. 58. n. 6. ubi loquitur in materia objectiva Rot.

post Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 9. *a nu.* 215. De Luc. *de Judic. disc.* 31. *a n.* 30.

Quod post dicicita testificata, sive à principali, sive à procuratore, etiam non facta solemni publicatione processus, denegetur remissoria super eisdem, vel directo contrariis, novi articuli contineant materias magis distinctas verè tamen, & in substantia, & non in sola cortice verborum; vel nisi agatur de favore Ecclesiæ, cui competit restitutio in integrum, probata tamen læsione; sicuti etiam denegatur si articuli contineant exceptiones personales contra testes, & alia ad rem, idem Bich. *dec.* 335. *per tot.* & *decis.* 398. ubi quando sit concedenda ob materiam magis distinctam, & relevantiam etiam unius tantùm articuli. Vide infra *n.* 12.

8 Remissoria in beneficialibus à possessore petita non conceditur nisi facta obligatione de stando unicæ sententiæ, & apposito sequestro, ac etiam dato fumo, & quando fuit concessa actori ad fundandam suam intentionem, non est denegande reo ad suam exceptionem justificandam ob æqualitatem servandam, etiam dato summario Procuratori in Curia, cùm non ob id dicatur publicatus processus de stilo, Bich. *dec* 375. *per tot.* Pen. *dec.* 344. & *dec.* 1059. *n.* 2. & 4. Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 57. *sub n.* 3.

9 De remissoria, & litteris remissorialibus aliqua convenientia cum hìc notatis tradunt Bertachin. *in repert. verb. Remissoria* Joseph. Feliv. *in Margar. var. concl. verb. Remissio, Remissoria*, plenè Camil. Capuc. *in praxi tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 2. *per tot.* Petr. Ridolph. *in Prax. part. pr. cap.* 12. Scacc. *de judic. lib.* 2. *tit.* 8. & 9. Severol. *tract. de lit. remissor.* & alii plures citat. à Com. Augustin. Fontan. *Bibliotb. leg. p.* 5. *verb. Remissoria fol.* 514. Em. De Luc. *in Iudic. gen.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 7. & *part.* 4. *sect.* 4. *a n.* 55. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. c.* 57. Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 4. *quæst.* 10. Abeccles. & Cresc. *obser.* 54. & *seqq. part.* 2. Piton. Pignatell. Ansald. Emeria Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

10 Remissoria de facili conceditur in Curia, maximè ubi conceditur sine retardatione De Luc. *de Jurisdict. disc.* 3. *e.* 3. Et quod soleat concedi cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ Caprar. *dec.* 491. *num.* 10.

11 Remissoria quando articuli sunt calumniosi, vel irrellevantes, vel non conceditur, vel datur sine retardatione Spad. *cons.* 173. *n.* 2. *lib.* 2.

Quādo dicatur calumniose petita De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 21. *de Jurisdict. disc.* 76. *n.* 3. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 53. *n.* 21. & 23. *part. pr.* & *obser.* 55. *n.* 9. & 10. *part.* 2. Caprar. *dec.* 747. *n.* 3.

12 Remissoria non conceditur ad examinandos testes, quando est jam publicatum in processu. Pen. *dec.* 604. *n.* 2. Sed hoc fallit, ut per eumdem Pen. *dec.* 606. *n.* 5. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 31. *a n.* 30. Caprar. *dec.* 399. *n.* 4. & *dec* 707. *a n.* 4.

13 Remissoria non est deneganda uni parti quando alteri fuit concessa De Luc. *de Judic. disc.* 31. *nu.* 36. Et sic facilius conceditur, si fuit adversario concessa Emeria jun. *dec.* 441. *n. pr.* & 2. *dec.* 1111. *n.* 2. *dec.* 1171. *n.* 2. *dec.* 1294. *n.* 4.

14 In dubio respondendum pro ejus concessione De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 31.

15 In beneficialibus difficilius conceditur remissoria, quàm in prophania De Luc. *de Judic. disc.* 31. *nu.* 13. & 17. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. c.* 57. *num.* 3.

16 In prophanis facilè conceditur remissoria etiam in quacumque instantia data relevantia Pen. *decis.* 114. *n.* 4. ubi Crescin. *in annot.* & *dec.* 568. *num.* 1. Idem Crescin. ad Abeccles. *obser.* 55. *nu.* 4. *part.* 2. De Luc. *de Judic. disc.* 31. *nu.* 17. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Sed in spiritualibus non conceditur nisi in tertia, seu ultima instantia, vel in ea prima quæ speciem ultimæ habeat De Luc. *de Judic. disc.* 31. *sub num.* 17. *vers. secundo*. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

17 Remissoria stante relevantia conceditur etiam sine fumo in prophania Emeria jun. *dec.* 1197. & *dec.* 1317. Crescin. ad Pen. *d. dec.* 114. & ad Abeccles. *d. obser.* 55. *n.* 5. Caprar. *dec.* 96. *n. pr. dec.* 321. *nu.* 1. *dec.* 392. *num.* 3. *dec.* 491. *num.* 1. *dec.* 609. *n.* 2. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Sed in spiritualibus non datur sine fumo Card. De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 17. ubi hoc declaratur *de Testam. disc.* 24. *n.* 3. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Remissoria conceditur super omnibus data rele- 18
vantia unius articuli Pen. *dec.* 488. *a n. pr.* Cresc. ad eumd. Pen. *d. dec.* 114. & ad Abeccles. *d. observ.* 55. *n.* 6. *part.* 2. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 4.

Remissoria conceditur etiamsi dubitetur, an ar- 19
ticuli sint relevantes Otthob. *dec.* 82. *n.* 2. & *dec.* 119. *n.* 4. Emeria jun. *dec.* 139. *n.* 6. *dec.* 219. *nu.* 4. *dec.* 398. *n.* 3. *dec.* 497. *n. pr.* Crescin. ad Pen. *loc. cit.* & ad Abeccles. *loc.* pariter *cit.* Caprar. *dec.* 421. *n.* 2. Carol. Ant. De Luc. *d. n.* 4.

Quænam causæ ad effectum remissoriæ dicantur 20
beneficiales, seu spirituales De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 15. ubi plenè *de Benefic. disc.* 99. *a n. pr.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. cap.* 57. *n.* 3.

Et quales dicantur prophanæ De Luc. *d. disc.* 31. *n.* 16. & *d. disc.* 99. *a n.* 2. Caprar. *dec.* 392. *n.* 2. & *dec.* 332. *n. pr.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Quælibet causa etiam spiritualis dicitur prophana, in qua non agitur super titulo Beneficii. Rot. *dec.* 115. *n.* 11. & *dec.* 259. *n.* 7. *part.* 15. *dec.* 173. *nu.* 1. & *dec.* 330. *n.* 3. *part.* 16. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 219. *n.* 2. *dec.* 220. *n.* 2. *dec.* 229. *n. pr. dec.* 498. *num.* 2. *dec.* 282. *n.* 5. *dec.* 375. *n. pr.* & *alibi*.

Signanter causa matrimonialis. Rot. cor. Burat. *dec.* 656. & *in recent. dec.* 233. *utrobiq; in princip. part.* 10. Emerix Jun. *dec.* 704. *in princ. dec.* 772. *n.* 1. & *dec.* 959. *n.* 1.

Et causa pensionis. Rot. coram Cels. *dec.* 23. *n.* 9. Emeria Jun. *dec.* 1113. *n. pr.*

Ac causa super jure conferendi, & visitandi. Rot. cor. Gregor. *dec.* 403. *n.* 3. Coram Coccin. *dec.* 149. *n.* 1. coram Bich. *dec.* 123. *n. pr.* Emerix Jun. *decis.* 844. *n.* 1.

Et causæ Jurisdictionales. Rot. cor. Gregor. XV. *dec.* 403. *num.* 3. coram Card. Cerr. *dec.* 866. *nu.* 6. Emerix Jun. *dec.* 1063. *n.* 6.

An detur in judiciis privilegiatis, & executivis 21
De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 28. Accedante fumo datur absque retardatione Idem *de Præem. disc.* 29. *n.* 8. In exequutivis conceditur absque retardatione Emeria jun. *dec.* 664. *n.* 5. & *decis.* 1052. *n.* 3. sicut etiam in possessoriis Idem *dec.* 664. *nu.* 6. *dec.* 844. *n.* 3. Prout similiter in judicio manutentionis adversus mandatum Idem *dec.* 914. *in fin.* & *decis.* 1070. *n.* 4.

Remissoria excommunicato denegari solet De 22
Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 35. Sed quod concedatur etiam excommunicato Emerix jun. *decis.* 536. *num.* 6.

Remissoria denegatur attentanti, vel spoliatori 23
Card. De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 55.

Terminus in remissoria quantum duret Carol. Ant. 24
De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 57. *n.* 7.

Et a quo die incipiat currere Card. De Luc. *de Judic. disc.* 31. *nu.* 37. *disc.* 34. *nu. pr.* Carol. Ant. De Luc. *d. n.* 7.

Lapsus temporis nihil facit ad remissoriam dene- 25
gandam. Rot. *dec.* 66. *n.* 18. *part.* 17. *rec.* Emeria Jun. *dec.* 959. *n.* 7. & 8.

Probatio probationem non excludit in hac mate- 26
ria remissoriæ Rot. *dec.* 785. *nu.* 5. *part.* 1. *divers.* & coram Cerr. *decis.* 201. *nu.* 8. Emerix Jun. *dec.* 497. *n.* 3. & *dec.* 1171. *nu.* 9.

Remissoria non conceditur, ubi materia articula- 27
ta est improbabilis. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 26. Neque ubi adsit contrarietas directa probationibus factis per alteram partem. De Luc. *ibid. n.* 27. Quid adversus instrumenta, vel alias authenticas scripturas. De Luc. *ibid. nu.* 22. & 24. Quid adversus rem Judicatam, vel transactionem. *ibid. n.* 25. Et circa hæc, & alia vide Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 57. *n.* 5. *in Prax. judic.*

Remissoria ad quem finem peti soleat etiam sine 28
animo faciendi novas probationes. Card. De Luc. *d. disc.* 31. *n.* 14.

An renuntiatio facta ad favorem fratrum operetur, ut si quid fuerit à parentibus renuntianti relictum, sit cedendum illis, ad quorum favorem fuit facta renuntiatio, vide *in §. Filia num.* 92.

Renuntiationes sunt strictè interpretandæ, & tantùm censetur renuntiatum quantum fuit specificatum, & ideò facta à filia de bonis paternis, & maternis, non porrigitur ad bona fraterna, licèt proveniant à 23

paren-

Digitized by Google

parentibus, cùm per aditionem desierint esse paterna, vel materna, & si nominatim fuerit renuntiatum fraternis puta Francisci, & Alexandri, non extenditur ad bona aliorum fratrum non nominatorum, maximè stante verbo, *dictorum*, quod est personalissimum, & demonstrativum personarum prius nominatarum, Rot. *in Bonon. successionis* 21. *Junii* 1632. coram Dunozetto *in Noviss. part.* 6. *decis.* 144. *per tot.* Merlin *in eadem causa decis.* 564. *num.* 20. *&c.* Franch. *decis.* 690. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 279. *num.* 3. *& seqq. vol. pr.* Merlin. *decis.* 22. *num.* 6. *& seqq. per tot.* ubi etiam quando possit extendi ad alios ob nimiam generalitatem juxta tradita per Rot. *par.* 2. *recent. decis.* 714. de hac materia juxta prædicta latiùs Merlin. *decis.* 62. *per tot.* ubi persistendo in decisis in eadem causa (*quæ fuit Bonon. hæreditatis de Armis*) omnibus contrariis respondet *infra num.* 38. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 272. ubi quòd non trahitur de una re ad aliam, nec de persona ad personam, ita ut nec intelligatur facta de hæreditate ejus, ad cujus favorem emanavit, & ideo non obstat renunciant, etiam Monaco, quin succedere valeat ei, cui renuntiavit ab intestato postea sine filiis defuncto. De Luc. *de successi. disc.* 16. *nu.* 3. *de renunc. disc* 9. *per tot.*

24 Renuntiatio facta per filiam dum extabant filii masculi, & alii agnati censetur facta illorum favore, & respectu, ac ideò ipsis morientibus patre superstite, qui deindè decedat intestatus non excludit filiam à successione, Capyc. *decis.* 190. Rcc. *Collect.* 30. *&* 3828. ubi alias decisiones allegat Bich. *decis.* 586. *per totum*, ubi benè declarat, & distinguit Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 147. *num.* 2. *& seqq.* ubi alios casus similes adducit Surd. *decis.* 252. *nn.* 4. Merlin. *de leg. lib.* 3. *tit. pr. quæst* 5. *per tot.* vide *in* §. *Filia num.* 93. Merlin. *decis.* 869. *num.* 8. *&c.* ubi etiam *num.* 13. quòd stipulatio in renuntiatione pro successoribus intelligitur pro successoribus sanguinis, & non extraneis, præsertim quando non est concepta verbis universalibus, & latiùs idem Merlin. *in eadem causa revisa, & confirmata decis.* 894. *per tot. infrà num.* 25. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 186. *num.* 6. *& part.* 14. *dec.* 253. *num.* 11. *& seqq. per tot.* ubi benè declarat, ut non operetur ad favorem extraneorum, in quos renuntiatarius non disposuit, & realitas renuntiationis non duret perpetuò, sed extinguatur unà cum personis in eo contemplatis, *et decis.* 330. ubi removet contraria, *& par.* 15. *dec.* 23. *per tot. & par.* 17. *decis.* 144. *num.* 18. *et seqq.* ubi quòd dicta stipulatio comprehendit hæredes ex testamento, & non ab intestato, & quare, nisi aliter sit expressum, Fontanel: *decis.* 569. *&* 570. *per tot.* ubi quod renuntiationes filiarum habent in ventre conditionem si filii masculi parentibus supervivant, & si non supervivunt nihil obstat renuntiatio. Altimar. *de nullit. rubr. pr. par.* 4. *qu.* 37. *nu.* 205. *vers. & casu quo tom.* 6. Vide Ansald. *decis.* 15. *n.* 22. *cum seqq. & decis.* 34. *n.* 18. *& decis.* 48. *n.* 21.

Quando renuntiatio hæreditatis sit abdicativa, vel translativa, quando realis, vel personalis, quid operetur pactum de non petendo in renuntiationibus; & alia plura ad rem, benè Jo: Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. par.* 2. *quæst.* 47. *per tot.* ubi distinguit inter hæreditates delatas, & aditas, & non aditas, ac inter delatas, & deferendas, &c. *qu.* 60. ubi an portio renuntiata impinguet paternam hæreditatem, vel deferatur renuntiatariis jure proprio, & alia *in qu.* 61. *per tot.* ac alibi sæpè in locis indicatis *in Repert. general. in fine par.* 3. *verb. Renunciatio per tot.* Castal. *Consult.* 203. *per tot.* *et Consult.* 216. ubi de renuntiatione facta favore fratrum à Moniali, ut illis præmortuis habeatur pro non facta, Mans. *Consult.* 295. *per tot. lib.* 3. ubi de renuntiatione ex causa ingressus religionis an sit realis, & translativa, vel personalis, an renuntianti detur regressus, quid si cum renuntiatione immisceatur etiam titulus donationis, & alia, & *Consult.* 296. *per tot. lib.* 4. *& Consult.* 332. De Luc. *in Indice verb. renunciatio.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 470. *n.* 16., *& seq. tom.* 2. *& ibidem decis.* 641. *n.* 4. Mantiss. ad eumdem De Luc. *decis.* 26. *et* 27. *libr.* 6. *vol. pr.* Calderon. *resol. pr. et resol.* 58. *tom. pr. part.* 2. Caprat *decis.* 562.

Quando comprehendat hæreditates futuras, & alia, idem Mans. *Consult.* 399. *cum duobus seqq. lib.* 5. Cæsar de Afflicto *controv. jur. cap.* 16. *& seqq.* ubi etiam an ex cessione, vel renuntiatione hæreditatis inducatur aditio, nec amplius repudiari valeat, &c. *cap.* 24. *& seqq.* ubi an renuntiatio, pro qua nil fuit à renuntiante receptum reddatur inutilis tanquam sine causa procedens, quam certiorationem requirat de illius effectu, valore bonorum, dispositione testamentaria, &c. prædictis adde Rot. *in Romana hæreditatis de Lanniis* 19. *Junii* 1685. *coram Hervault.* impressa per Balduc. *in observ. ad Ramon. dec. pr. per tot. & decis.* 14. *in alia causa, cum aliis seqq.* Ant. Gob. *Consult.* 83. *etc.*

Quia renuntiationis causa cessante, cessat ipsa renuntiatio, Tiraquel. *tract. cessante causa verb. Renuntiationis nu.* 232. latè Gabr. Vasquez *opusc. moral. tractat. de testament. cap.* 6. *§. Dub* 12. *fol.* 322. & novissimè, ac plenè Jo. Dominic. Pansut. *controv. forens.* 20. *per totum.* De Luc. *de donat. disc.* 8. *num.* 27. Vide Ansald. *decis.* 90. *n.* 20.

Quòd renuntiatio quantumvis realis, & juramento firmata, deficientibus personis, & causa, quarum contemplatione facta fuit, & recepta, non præjudicet renuntianti, quominus ad successionem etiam intestatam venire possit, Marcian. *disputat. forens. cap.* 8. *per totum.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 330. *& part.* 15. *decis.* 13. *per totum*, ubi plenè Merlin. *dict. quæst.* 5. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 30. *nu.* 29. *&c. vol. pr.* Merlin. *decis.* 869. *num.* 7. *et seqq.* ubi de renuntiatione facta à moniali favore consanguineorum, quæ resolvitur per mortem illorum ex causa cessante, & latiùs in eadem causa *decis.* 894. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. decis* 117. *num.* 3. vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 98. *num.* 8. *& seqq.* ubi quod secùs est si ex titulo donationis irrevocabilis facta fuerit renuntiatio, nam tunc est perpetua, & ad extraneos hæredes ultimi donatarii transitoria, non jure comprehensionis, sed jure transmissionis, alia, Rot. *dict. par.* 12. *decis.* 149. *per totum*, *& decision.* 328. *per totum*, ubi an, quando dicatur realis, vel personalis, & quid inde, *& part.* 13. *decision.* 68. *&* 272. *num.* 4. *& decis.* 401. *per totum decis.* 458. *per totum*, *part.* 14. *decis.* 253. *part.* 15. *decis.* 23. *et part.* 18. *decis.* 13 *per tot.* ubi de renuntiatione facta à monialibus ad favorem fratrum, quando sit realis, vel personalis, ita ut fratribus defunctis ab intestato succedat monasterium, vel potiùs alii proximiores, pro quibus, ac realitate renuntiationis concluditur, *et part.* 19. *decis.* 236. *num.* 13. *et seqq.* Passerin. *in cap. quamvis nu.* 60. *et* 64. *de Pact. in* 6. Caprat. *decis.* 562. *nu.* 7. 11. *et* 12. *par.* 2. Ansald. *locis supra citatis.*

Quòd censeatur facta contemplatione filiorum extantium, ac rebus in eodem statu permanentibus, Becc. *cons.* 74. *num.* 20. *lib. pr.* Addit. ad Pract. Papp. *libel. pro legat. rei sing. glos. pr. sub n.* 83. vide Menoc. *de præsumpt.* 147. *per tot.* Merlin. *decis.* 869. Pansut. *d. contr.* 20. *per tot.* ubi de muliere nupta, & dotata cum ampla renuntiatione, ut deficientibus masculis, quorum favore facta fuit renuntiatio, tanquam cessante causa admittatur, collatis dotibus cum altera sorore, in capillo, vel domo patris innupta, & indotata remansa. Vide Passerin. *loc. cit.*

Intellige quoties in vim simplicis renuntiationis est facta, secùs verò si æquè principaliter titulus etiam donationis irrevocabilis intercesserit, qui cùm sit suaptè natura perpetuus, & ad extraneos hæredes transitorius, agnatione etiam penitus extincta, nullus donatori regressus ad bona permittitur, nisi fuerit reservatus, sed jure transmissionis ad hæredes donatarii devolvuntur, etiam si donatori prædecesserit, ut per Rot. *part.* 13. *decis.* 68. 272. *&* 356. ubi latè quòd quando renuntiatio est realis, habentur renuntiantes pro mortuis, nec illis ampliùs datur regressus ad bona renuntiata, etiam si omnis defecerit agnatio, ex quibus arguitur dicta realitas, & alia ad exclusionem monialium stante dicta reali renuntiatione, *et d. part.* 13. *decis.* 401. *per tot. decis.* 458. *per tot. & decis.* 477. *per tot. & part.* 14. *decis.* 253. *num.* 11. *& seqq.*

Digitized by Google

seqq. Bich. *decis.* 586. *per tot.* Sed vide Rot. *part.* 25. *decis.* 23. *per tot.* ubi latè declarat dictas, & similes decisiones, & doctrinas, contrarium firmando in casu ibi proposito, & resolvendo duplex dilemma, quod ad sustinendam renuntiationem proponebatur, *et part.* 18. *decis.* 113. *per tot.* ubi pro realitate renuntiationis ad exclusionem monasterii, & favorem proximiorum renuntiatarii, *part.* 19. *decis.* 135. Pansut. *d. contr.* 10. ubi quòd renuntiationes monialium semper præsumuntur reales &c. Rocc. Episc. *cap.* 104. *part.* 2. Rot. *post alleg.* 284. Palm. Caprar. *decis.* 562. *n.* 33. *part.* 2.

Quando facta per filiam dotatam valeat, vel non, & ad quæ extendatur, Card. Tusch. *litt. R. concl.* 181. & 182. *per tot.*

Quòd si renuntiatio fuerit correspectiva ad dotem, & dos haberi non possit, non sustineatur, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 130. *per tot.*

25 Renuntiatio facta patri acceptanti pro se, & hæredibus, intelligitur tantùm de hæredibus descendentibus à patre, & non de extraneis, qui ideò remanent exclusi per filiam renuntiantem, Rot. *par. part.* 2. *divers. decis.* 158. *num.* 2. Altograd. *cons.* 40. *num.* 18. & *seqq. lib.* 2. ubi vide & *in §. Verba n. suprà num.* 24. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 330. ubi de renuntiatione ob ingressum religionis, ut non semper sit realis, & abdicativa, etiam si titulum donationis contineat, sed cesset deficientibus personis, quibus facta fuit, & rursus *part.* 14. *decis.* 23. *per tot.*

Et quando censeatur facta patri, ut non possit disponere in vita, & in morte, & ideò si certos hæredes instituat, illi renuntiantem excludant, Marant. *disput.* 10. *num.* 14. & *seqq.* Rot. *dec.* 75. *nu.* 2. *part.* 2. *recent.* Ludovis. *decis.* 80. *num.* 3. *et* 6. Altograd. *cons.* 66. *num.* 36. *lib. pr.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 98. *et* 249. *per tot. et part.* 13. *decis.* 68. ubi etiam si donatarius præmoriatur.

Quòd renuntiatio, sive donatio facta patri pro se, & hæredibus stipulanti, & acceptanti, per filiam in constitutione dotis, acquiratur tam ipsi patri, quàm ejus hæredibus quibuscumque, sive sint filii ejusdem matrimonii, sive diversi, ita ut portiones filiarum renuntiantium ut supra transeant in patrem, & ab eo in ejus hæredes, & filios, etiam diversi matrimonii, & dos materna, quæ spectabat ad filias renuntiantes æqualiter inter eos dividatur, & non reservetur tantùm fratri, vel fratribus illius matrimonii ratione dictæ acquisitionis per patrem factæ, pulchrè Rot. *part* 9. *recent. decis.* 290. *per tot.* & facit *part.* 23. *decis.* 68. ubi quòd transmittitur ad hæredes, etiam si præmoriatur donatarius, & *decis.* 272. *num.* 4. *d. part.* 13. facit quod dixi *in §. Filiu num.* 92. & Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 144. *n.* 18. & *seqq. per tot.* Vide Ansald. *decis.* 90. *n.* 8. 9. 21. & 33.

26 Renuntiatione facta per sororem duobus fratribus, cum pacto ut ipsis decedentibus sine filiis, possit ad bona renuntiata redire, uno tantùm illorum sine liberis decedente, ad ejus portionem admittitur ipsa renuntians excluso altero fratre, ejusque liberis, Cravet. *cons.* 109. Osasch. *decis.* 110. Thes. *decis.* 289. *per tot.* Ricc. *Collect.* 30. Costa *de ratione ratæ quæst.* 166. ubi ampliat sive renunciatio sit facta verbis copulativis, sive disjunctivis, nisi tamen sit adeò generalis apta comprehendere novam causam, & jus de futuro, &c. facit in §. *Substitutio n.* 8. & 22.

Quando autem renuntiatio facta per fratrem uni ex fratribus prosit omnibus aliis, vide Din. *cons.* 6. Galeot. *contr.* 8. *part. pr.* Berlich. *decis.* 17. Boer. *decis.* 184. cum aliis per Ricc. *Collect.* 3939. *et* 2670.

An renuntiatio facta per sororem favore fratrum, illis forjudicatis, vel banniris obstet sorori renuntianti, ut non admittatur ad bona renuntiata, sed excludatur à filiis natis ex ipsis, tam ante, quàm post bannum, latè Donad. *tract. de renuntiat. cap.* 14. *per tot.* ubi post plura de materia concludit renuntiantem esse omninò exclusam à filiis fratrum natis tam ante, quàm post forjudicationem, vel bannum, allegans Donat. Ant de Marin. *resol.* 127. & *alios*, facit quod dixi *in §. Filius num.* 32.

27 Renuntiatio facta favore unius, non trahitur ad favorem alterius, extenditur ad personas non expressas, Gratian. *discept. forens. cap.* 659. *num.* 30. &c. *cap.* 966. *nu.* 12. &c. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 147. *num.* 16. & *num.* 17.

Item facta favore unius non præjudicat quoad alios, & ideò filia renuntians bonis paternis, non excluditur à fraternis, etiam si ipse frater patri successerit, Gratian. *discept.* 685. *nu. pr.* &c. Altograd. *cons.* 66. *n.* 44. *lib. pr.* ubi intelligit, nisi renuntiatio esset realis, & perpetua, ad tradita per Menoch. *cons.* 401. *num.* 104.

Item repudians hæreditatem, non censetur repudiare fideicommissum ex illa sibi debitum, nec renuntians legitimæ patris, videtur renuntiare legitimæ matris, Gratian. *discept. forens. cap.* 637. *num.* 58. &c.

Quando renuntiatio dicatur personalis, ita ut non prosit nisi personis nominatis, & pro quibus fuit stipulata, vel potiùs realis, adeò ut prosit omnibus agnatis, & renuntians videatur se exclusisse à numero agnatorum, nec umquam possit amplius redire ad bona renuntiata, vide Altograd. *cons.* 66. *nu.* 39. & *seqq. lib. pr.* ubi quòd in dubio de jure præsumitur personalis, & est stricti juris, nec extenditur ultra expressa, ac deficit deficientibus illis, ad quorum favorem facta fuit, nec prodest aliis, nisi esset realis, & perpetua, prout esse in casu suo contenditur, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 557. *num.* 35. & *seqq. ad* 52. Mantha *vot. P. s.* 250. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 97. ubi quando est per viam donationis irrevocabilis, & latiùs *part.* 15. *decis.* 23. *cum aliis supracitatis num.* 24. & 25. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 19. *n.* 25. *vol. pr.* & *libr.* 11. *decis.* 20. *nu.* 7. *vol.* 2. Ansald. *decis.* 15.

Quòd renuntiatio sit stricti juris, non comprehendat nisi expressa, nec extendatur ad alias res, jura, causas, vel personas, ac satis sit, ut in aliquo possit verificari, ut minus præjudicet renuntianti, quam fieri possit, cùm semper sit ad ejus favorem interpretanda, Duran. *decis.* 385. *num.* 2. *etc.* latè in aliis terminis Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 242. *per tot.* ubi renuntiatione facta domino directo, ut possit pro se retinere, quòd non extendatur ad casum, quo vellet aliis concedere, vel aliorum nomine retinere, Donad. *tract. de renunt. cap.* 48. *num. pr. et seqq.* ubi plura de renuntiatione restringenda. Calderon. *resol.* 66. *n.* 28. & 29. *et resol.* 99. *num.* 31. 41. & *seqq. part.* 2. *tom. pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *dec.* 18. *n.* 8. *vol.* 3. *et libr.* 10. *decis.* 77. 78. *et* 79. *eod. vol.* 3. Ansald. *decis.* 12. *n.* 2. *decis.* 57. *n.* 5. *et* 31.

Quòd facta ex una causa non extendatur ad aliam, adeò ut si non sustineatur ea causa expressa, ut quia sit falsa, non convalidetur etiam ex causa vera non expressa, licet renuntiatio esset jurata, cùm sit stricti juris, restringatur ad expressa, & veniat interpretanda, ut minus noceat, & ideò renuntians rem aliquam ex una causa, non prohibeatur illam habere ex alia, Altograd. *cons.* 115. *nu.* 10. *etc. lib.* 2. Vide Dec. Sicul. impress. inter oper. Em. De Luc. *n.* 120.

Quando renuntiatio sit strictè, vel largè interpretanda, latè Card. Tusch. *litt. R, concl.* 180. *per tot.*

Quòd renuntiatio universalis, & ampla comprehendat etiam dotem maternam licèt non expressam, quando filia renuntians non habebat alia jura, in quibus posset verificari, Capra *cons.* 62. *et* 164. Alex. *cons.* 202. *n.* 7. *lib.* 6. Peregrin. *dec* 95. *nu.* 14. facit Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 276. *et* 231. *per tot.*

Quòd renunciatio non privet renunciantem relictis sibi in testamento, etiam ante factam renunciationem condito decedente testatore cum illa priori voluntate, Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 4. *per tot.* vide *in §. Filia num.* 92. *et n.* 53.

Renuntiatio maximè jurata facta à filio, vel filia de hæreditate patris, vel matris, non nocet nepotibus, neq; aliis descendentibus renunciantis si ipse renuncians præmoriatur patri, vel matri, cujus bonis renunciavit, & quando secùs, latè Galvan. *cons. pr. per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 12. *n.* 37. *et seqq.* Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 470. *per tot. et part.* 15. *dec. per tot.* 145. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 9. *glos. unica part.* 1. *fol.* 552. ubi quando renunciatio facta 28

à ma-

à matre obstet filiis, etiam si renuntians prædecessesit illis, de quorum successione agitur Franch. *dec. 67. per tot.* ubi etiam quid si sint hæredes renuntiantis, vide Christin. *infra cit. n. 54. et seqq. et decis. 218. num. 7. vol. pr. et dec. 279. n. 22. et 23. vol. pr.* Ricc. *Collect. 30. in fine*, Rot. *part. 10. rec. decis. 276. et dec. 331.* ubi quod facta renunciatione per matrem excluduntur illius filii, & hæredes, quia renunciatio, quæ obstat renuncianti obstat etiam ejus hæredibus, qui non possunt factum defuncti validum impugnare, Rot. *part. 12. rec. dec. 149. per tot. et part. 13. decis. 224. per tot. et dec. 265. et part. 15. dec. 145. per tot.*

Quod renunciatio de non succedendo facta à matre non præjudicet filiis suis, & descendentibus, si veniant ex propria persona, & non tamquam hæredes matris, Gratian. *discept. forens. cap. 858. nu. 19. etc.* vide *in §. Pactum n. 5.* Bart. & Castr. *in l. qui superstites, ff. de acquir. hæred.* Paul. Christin. *dec. 50. n. 48. etc. vol. 1.* Donad. *tract. de renuntiat. cap. 9. per tot.* ubi plura an successivum edictum habilitet nepotem ad successionem avi, non obstante renunciatione à patre, vel matre facta. Vide De Luc. *de Fideicom. disc. 13. n. 34. disc. 204. n. 24. De Legit. disc. 3. et 4. De Success. disc. 14. n. 4. et 8. Conflict. obs. 256.* Mantiss. ad De Luc. *lib. 10. dec. 108. post n. 7. vol. 2.* Emeria jun. *dec. 726. n. 27. et 28.*

Si tamen renuntiatio non sit gratuita, sed accepta dote, obstat filiis etiam ex propria persona venientibus, Dec. *cons. 181. n. 7.* Surd. *cons. 353. num. 42. lib. 3.* Rot. *part. 12. rec. dec. 149. n. 2. etc. part. 13. dec. 101. n. 11. etc.* ubi quod est dubia, & difficilis quæstio, *et dec. 224. per tot.* ubi benè declarat, & melius *dec. 265. n. 16. et seqq. per tot. et part. 15. dec. 145.*

Quod ubi non subest causa renunciandi, renuntiatio censeatur per errorem facta, & annulletur, licet sit facta per stipulationem, Gratian. *dict. cap. 858. n. 23. etc. infrà n. 36. et 38.*

Quòd matris renunciatio habeat tacitam conditionem, si sibi successio deferatur, & ideò non nocest filiis, nisi renunciaverit expressè pro se, hæredibus, & successoribus, aliàs mentio hæredum frustratoria esset; vel nisi renuntiatio non sit gratuita, sed dote recepta, quia tunc filii neque ex propria persona possunt succedere, Martha *vot. Pis. 250. num. 11. & seqq.* & plenè Rot. *part. 15. recent. dec. 145. per tot.* ubi etiam si mater prædecesserit illis, quorum bonis renunciavit pro se, filiis, & hæredibus, & quod renunciatio de jure sincerto, & quærendo pro conservatione domus, & familiæ non possit dici læsiva, & alia ad rem, de qua materia novissimè, ac plenè Jo. Dominic. Pansut. *contr. forens. 23. per tot.* ubi an, & quando matris renunciatio facta pro se, & hæredibus, illa præmortua, præjudicet filiis, vel non, tam si ad bona renuntiata veniant ex propria persona, quam si uti matris hæredes, & quæ verba requirantur pro totali exclusione filiorum.

29 Renunciatio hæreditatum delatarum, & deferendarum, dicitur verè donatio propter jurium remissionem, & requirit insinuationem aliasque solemnitates necessarias. Gratian. *d. cap. 858. n. 10. &c.*

Quando tamen fuisset solummodo renunciatum juri sub conditione quærendo, & nondum quæsito, ut fideicommisso conditionali, non esset necessaria insinuatio, Rot. *in Signina Castrorum 4. Februarii 1631.* coram Coccino *in Noviss. part. 6. dec. 12. nu. 21. &c. dec. 292. n. 50. &c. dec. 320. n. 8. &c. dict. part. 6.* Urceol. *Consult. for. cap. 48. n. 1. & seqq.* ubi citat meas *resolut. cap. 5. n. 29.* vide *in §. Fideicommissum nu. & §. Insinuatio nu.* Rot. *part. 13. recent. dec. 68. nu. 15.* vide Mantiss. ad De Luc. *lib. 6. dec. 30. n. 19. vol. pr.* ubi quid in renunciatione juris de futuro. Emerix jun. *dec. 217. n. 4.*

30 Renunciatio, donatio, vel alia dispositio facta de bonis etiam in testamento, vel alia ultima voluntate intuitu ingressus religionis, ante tamen ipsum ingressum, ad hoc ut monasterium non succedat, valet omninò, & bona spectant ad eum, ad cujus favorem fuit facta dispositio, si alias de jure communi sit valida, non obstante Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 16. de regular. et monach.* cujus dispositio non procedit in renunciatione, vel donatione facta ante ingressum, & susceptionem habitus, prout contra Navar. *cons. ult. lib. 3. de donat.* Mulin. *de just. et jur. disp. 139. col. 8.* latè illorum rationibus respondendo tuetur Menoch. *de arbitr. cas. 436. nu. 3. et seqq. ad 9.* ubi quòd in facti contingentia ita fuit declaratum per Illustrissimos DD. Interpretes Concilii de anno 1594. Altograd. *con. 35. num. 9. & cons. 36. n. 1. &c. lib pr.* Gratian. *dec. 37. per tot.* Ricc. *Collect. 454.* ubi quod procedit etiam si renuncians fuerit acceptatus, Sperel. *dec. 16. n. 18. &c.* Dian *part. 3. tract. pr. resol. 55. & part. 8. tract. 6. resol. 87. per tot.* Rot. *in Romana donationis 1. Februarii 1640. coram Royas per tot. & coram eodem in eadem causa 17. Decembris 1641. in recent. part. 9. dec. 56. in fine*, facit Merlin. *dec. 869. n. 6. &c.* ubi videtur sequi Navar. & alios plures allegat; Sed dictam opinionem post multos hincinde relatos sequitur latè Rot. *part. 9. recent. dec. 450.* & est eadem de qua supra sub die 1. Februarii 1640. ubi quòd hodie illam Sacra Congregatio Concilii amplectitur, *et part. 12. decis. 245.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 3. disp. 6. quæst. 10. per tot.* Rot. *part. 17. recent. dec. 85. per tot.* Franciſc. de Angel. *tract. de confess. lib. 2. quæst. 80. n. 4. et seqq.* Donadeus *tract. de renuntiat. cap. 8. per tot.* ubi quòd dispositio Concilii non procedit quoad ultimas voluntates, & quare. Mantiss. ad De Luc. *lib. 11. dec. 6. n n. 2. vol. 3. & lib. 7. dec. 16. n. 10. vol. pr.*

Quod dicta renunciatio ex causa ingressus religionis sit facienda cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii, aliisque requisitis, per Concil. *d. sess. 25. cap. 16.* Gratian. *discept. for. cap. 899. num. 19. etc.* Barbos. *de off. et potest. Episc. alleg. 99.* Merlin. *dec. 869. n. 6.* Rot. *part. 17. rec. dec. 85. n. 14.* Francis. de Magistr. *in Sil. Eccl. part. pr. lib. pr. tit. 12. cap. 8. n. pr. et seqq.* Possevin. *sing. 166.* ubi pro nullitate. Rot. coram A. fald. *dec. 76. n. 37. et 38.* Bertachin. *vol. 37.* Mantiss. *d. lib. 11. dec. 6. n. 11.* Rucc. Episc. *cap. 56. n. 45. lib. pr.*

Intelligendo quando post ingressum monasterii fieret renuntiatio intra annum probationis, alias autem facta ante ingressum, licet intuitu religionis, & animo ingrediendi, non subjaceat dictæ dispositioni Concilii, sed valeat absque dictis solemnitatibus juxta superius dicta, & benè Cabal. *cons dec. 104. lib. 1.* Altograd. *d. cons. 35. n. 9 cons. 36. n. pr. etc. lib. pr.* Rot. *part. 9. rec. dec. 450. et part. 12. dec. 245.* Tamburin. *loc. cit.* Sanfelic. *dec. 192. num 5. et seqq.* ubi an dicta dispositio Concilii habeat locum tantum in renunciatione facta à minore sexdecim annis, vel etiam à majore dictæ ætate, auctoritates, & rationes hinc inde adducens, Sperel. *dec. 16. per tot.* ubi plura ad ornatum, & declarationem *d. c. 16. Concil. Trident.* & quòd hujusmodi renuntiationes fieri debent intra duos menses ante professionem, & tunc cùm fiant à Novitiis post ingressum non subjacent solemnitatibus statutorum localium, sed solum dicti Concilii, secùs autem si fiant ante ingressum, vide *in §. Donatio nu. 35.* Rot. *part. 16. recent. dec. 141. n. 18. et seqq.* ubi quòd etiam factæ ante ingressum, intuitu tamen, & causa futuri ingressus, valent absque solemnitatibus, si non ex privilegio personæ nondum ingressæ, saltem ex privilegio causæ, per *tex. in §. illud quoque Auth. de Monach.* nec revocari possunt, ut ibi latè declaratur, *et part. 17. decis. 269. in fine*. Jovius *de solemnit. gloss. 16. §. 7. n. 280* Mantiss. *d. lib. 11. dec. 6. a nu. 3. et d. lib. 7. dec. 16. n. 10. vol. pr.*

Quòd renuntiatio ut sit valida, debeat fieri intra duos menses proximos ante professionem, & antea facta sit nulla, quia Concilium vult ut renuntians saltem per decem menses antea expertus fuerit Religionem, & vires suas, licèt postea professio differatur, & alia ad intelligentiam Concilii *d. cap. 16.* Merlin. *dec. 869. n. 2. et seqq. et d. c. 894. in princ.* ubi fuit confirmata prima decisio, intelligendo tamen ut supra quando fit post ingressum, vide Bartholom de Vecchiis *in prax. admit. novit. disp. 8. dub. 9. n. 5.* August. Barbos. *de off. et potest. Episc.*

alleg. 99. *n.* 10. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 450. *n.* 31. *etc. in Appendice*, Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 6. *quæst.* 10. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 192. Cabal. *cons.* 175. *n.* 3. *et seqq. lib. pr.* ubi etiam quid si fuerit ereptus à religione, ut renuntiaret, & tenet pro nullitate, adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 80. *per tot.* Cost. *de re integra dist.* 104. *per tot.* Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 29. *per tot.* Jovius *de solemnit. gloss.* 16. §. 7. *n.* 275.

31 Renunciatio facta ab ingrediente monasterium, quando præsumatur facta ob ingressum religionis, vel ob aliam causam, an possit revocari sub prætextu enormissimæ læsionis, an excludat monasterium à bonis renontiatis, & alia notabilia Gratian. *discep. for. cap.* 568. *per tot. cap.* 96. *per tot. cap.* 962. *nu.* 53. *etc. cap.* 813. *n.* 18. *etc.* vide *in* §. *Monasterium nu.* 4. Rot. *part.* 12 *recent. decis.* 40. *et decis.* 143. *per tot.* ubi quando dicatur facta favore agnationis, ita ut donec aliquis ex illa supersit, non possint bona renunciata ad extraneos transire, Cabal. *cōs.* 124. *lib. pr.* ubi quòd facta a Monasterio ante ingressum monialis tanquam de jure futuro, valet sine solemnitatibus, nec sub prætextu alicujus læsionis, vel restitutionis in integrum retractari potest. Vide Mantiss. ad De Luc. *d. lib.* 11. *dec.* 6. *vol.* 3.

Quis succedat in bonis ingressi, latè plures casus distinguendo declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 436. *per tot.*

Quòd facta ob ingressum religionis, illo non sequuto, vel si posteà Novitius exeat possit revocari, prout & donatio, cum causa ipsa renuntiationis, vel donationis cessante, cessare debeat ipsa renuntiatio, vel donatio, Menoch. *d. cas.* 436. *nu.* 5. *etc.* vide *supra n.* 24. *et* §. *donatio n.* 35. latè Bich. *dec.* 52. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 32. ubi quòd maximè procedit stante reservatione sibi facta, & tunc si ingressus exeat de licentia superioris, omnia recuperat, etiam quoad successiones aliis medio tempore delatas, virtute dictæ reservationis, *et part.* 11. *decis.* 349. *n.* 2. *et seqq. et part.* 6 *dec.* 143 *n.* 30. *et seqq.* vide Jovium *de Solemnit. gloss.* 16. §. 7. *nu.* 288. *et seqq.* & Rot. coram Jacob Emerix *dec.* 726. Ansald. *dec.* 76. *n.* 57. *et* 58. *et dec.* 99. *n.* 5. De Luc. *de fideicom. disc.* 204. *in princ. annot. ad concil. disc.* 40. *ex num.* 11. Bertachin. *vot.* 170. Mantiss. ad De Luc. *d. lib.* 11. *dec.* 6. *a n.* 12. *et lib.* 10. *dec.* 107. *nu. pr. et dec.* 108. *n.* 4. *et* 7. *vol.* 2.

Quòd egrediens à religione facto Papæ, vel ex simili dispensatione, aut Provisione Apostolica, non recuperet bona tertio quæsita, sed tantùm illa nondum alteri quæsita, cùm dispensatio Apostolica non retrotrahatur in præjudicium tertii, nisi adsit expressa conditio, & reservatio recuperandi bona in omni casu exitus à Religione, vel nisi quis exeat ante professionem, vel stante nullitate illius ignaro profitente, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 222. *per tot.* Bertachin. *loc. supra cit.*

De renuntiatione facta à Monacho ante professionem; an possit revocari ab illo postea ad Episcopatum promoto, vide *in* §. *Monachus num.* 16. De Luc. *de renunc. disc.* 17. *per tot.*

Quòd renuntiatio ex causa ingressus religionis sit latè interpretanda, nec in ea possit considerari læsio, Altograd. *cons.* 66. *nu.* 430. *et per tot. lib. pr.* Grat. *discept. forens. cap.* 568. *n.* 50. Mastril. *dec.* 65 *num.* 21. Bich. *dec.* 632. *n.* 15. *in prax. var res. cap.* 347. *n.* 2. *etc.* facit Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 2. *n.* 15. *et seqq. per tot. et dec.* 245. ubi quòd non revocatur etiam per mortem renuntiatarii, quando fuit renuntiatum juri etiam de futuro, sed transit ad illius hæredes, etiam ab intestato, *et part.* 13. *decis.* 477. ubi in terminis donationis ex causa ingressus religionis, *et part.* 17. *dec.* 269. ubi qualiter sit realis, penitus abdicativa, nec in ea possit aliqua læsio considerari. Jovius *de Solemnit. gloss.* 16. §. 7. *nu.* 278. ubi etiam si læsio esset enormissima. Rot. cor. Ansald. *dec.* 57. *n.* 38. Vide Pen. & Add. *decis.* 133. *et dec.* 350. Urceol. *de Transact. quæst.* 54. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *dec.* 27. *nu.* 6. *vol.* 2. Roec. Episc. *cap.* 56. *a n.* 55. *lib.* 1.

Quòd sit perpetua, irrevocabilis, & latè interpretanda, ejusque causa finalis dicatur ipse ingressus, & salus animæ, idem Altograd. *cons.* 37. *num.* 33. *etc. lib.* 2 *cons.* 36. *n.* 14. *etc. cons.* 43. *n.* 60. *etc. lib* 2. ubi quòd favor patris, & fratrum, vel familiæ dicitur solùm causa impulsiva, & ideò durat effectus renunciationis, etiam remoto, & sublato favore patris, qui illam non acceptaverit, cum censeatur realis, & pater non possit in præjudicium aliorum illam repudiare, Merlin. *dec.* 126. *num.* 24. *et seqq.* ubi quæ sit causa, & ratio finalis dictæ renunciationis, late Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 21. *et* 56. *per tot.* dixi *in* §. *Donatio n.* 35. *etc.* Rot. *part.* 16. *dec.* 207. *n.* 6. *et seqq.* ubi quod hujusmodi renuntiationes ex causa ingressus religionis reputantur reales, & abdicativæ, ac faciunt haberi renunciantem pro mortuo, & non computari ad retardandam immissionem vocatis, *et part* 17. *dec.* 269. *per totum*, Plura an, & quando renuntiatio facta à moniali sit translativa, vel extinctiva, latè Donad. *de renuntiat. c.* 44. *per tot.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *dec.* 27. *et dec.* 29. *et dec.* 35. *vol.* 2. Roec. Episc. *d. c.* 56. *lib. pr.*

Renuntiatio, vel donatio facta ab ingrediente, vel ingresso religionem cum debitis solemnitatibus, ad favorem patris, & ejus filiorum, notario pro his omnibus absentibus acceptante, & stipulante dicitur duplex, una scilicet ad favorem patris, & ejus filiorum, & unaquæq; est diversa, & separata ab altera, ita ut omnes dicantur jus acquirere ex proprio contractu, stipulatione, & veniant ex propria persona, illa tamen filiorum incipit habere effectum solùm post mortem patris, vel illius repudiationem, nec ideò potest pater illis in aliquo præjudicare repudiando, vel contraveniendo oneri apposito sub conditione resolutiva contractus, sed expirata renunt atione ad favorem patris propter ejus repudiationem, vel inobservantiam, incipit statim locum habere ad favorem filiorum, præcipuè si patris hæredes non existant per doctrinam Castr. *in l.* §. *idem Julianus* §. *si quis alicui n.* 4. *ff. de legat.* 1. & aliorum, latè probat Altograd. *cons.* 36. *nu.* 6. *& seqq. per tot. lib.* 2. *& cons.* 37. *n.* 4. *& seqq lib.* 2. ubi quod sunt duæ separatæ donationes, nec una ab altera dependet, & quòd una revocata altera non cessat, ut dixi *in* §. *Substitutio n.* §. *Filia n.* 92. Jovius *de solemnit. gloss.* 22. §. 17. *n.* 17. *vers. & quando.* 32

Quòd ubi renunciatio est facta ad favorem agnationis, sit servanda prout renuntians disposuit, ita ut donec extant agnati, non possint succedere extranei etiam ex dispositione renuntiatarii, Rot. *part.* 22. *rec dec.* 40. *per tot. & dec.* 143. *per tot.*

Si tamen reversio ad renunciantem, & donantem in casu contraventionis esset stipulata, per viam conditionis, resolveretur donatio, & renuntiatio ob inobservantiam primi acquirentis, etiam in præjuditium aliorum sequentium, non obstante duplicitate actus, secùs si sit adjecta per viam modi, vel si à primo donatario non sit acceptata, nam qui non acceptavit, contravenire non dicitur, nec cæteris præjudicat, pro quibus fuit stipulatum, maximè si veniant ex propria persona, & non ex beneficio patris, latè idem Altograd. *cons.* 38. *nu.* 25. *&c. per tot. lib.* 2.

Renunciatio emphyteusis, vel similium jurium in dubio præsumitur personalis, & non realis, idest tantùm favore nominati in instrumento, & non aliorum, Gratian. *discept. forens. cap.* 557. *num.* 35. *& seq. ad* 52. *supra n.* 27. vide Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 224. *per tot.* ubi qualiter nec hæres renunciantis possit illi contravenire, etiam ex propria persona, quando non fuit gratuita, & promissa fuit observantia per se, & per suos hæredes. Vide infra *in novissim. addit.* Crescen. *n.* 41. 33

Juris retrahendi facta in venditione fundi per vicinum, non obstat renuncianti, quando emptor vellet alteri concedere, vel nomine alterius retinere, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 242. *n.* 8.

Qualiter renuntiatio tacita inducatur ex actu contrario juri suo, latè Card. Tusch. *litt. R. concl.* 179. *per tot.*

Renuntiatio statuti quoad quartum dotale, non comprehendit aliud caput ejusdem statuti circa acquisi- 34

quisi-

quisitionem totins dotis ob eaistentism liberotum, & quatenus expresse uttumque caput contineret, non tamen cumprehenderet dispositionem juris cummunis seeundùm qood pater est usustuctuarius bonorum filii cum renuntiario sit stricti juris, & non extendatur de casu ad casum, Gratian. *disceptat. for. cap.* 627. *n.*;18. *&c. ad* 25.

35 Renuntiario non effectuata, vel post jus slteri quæsitum, non operatur, neque illud excludit *l.* 1. *§. si rem depositam ff. depositi*, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 27. *n.* 3. *&c.*

An autem renuntiatio ad favorem absentis facta possit ante illius acceptationem revocari, latè Donad. *tract. de renuntiat. cap.* 22. *per tot.* & dixi *in §. Donatio.*

36 Renuneiatio facta cum supposito, quod bona renuntiata essent multò minoris valoris, quam veta sint, detecto errore non potest sustineri propter enormissimam læsionem, quæ tescindit omnem conrractum, & juramenti vinculum solvit; maximè si renuntians sit minor, & mulier, quæ ex simplieitate potiùs ob fragilitatem ætatis, & sexus, quam ex animi liberalitate mota possit præsumi ad renunciandum, vel seducta, etiam si contineret clsusulas donandi illud plus quod bona valerent, & renunriativas læsionis etiam in magno, & maximo excessu, quia operantur tantùm ubi essent oppositæ ex pura, & libera voluntate, ae certa scientia valoris bonorum renuneiatorum, secùs autem si ex erroneo supposito quòd ultra juris præsumptionem resultat ex eo quod constat rem aliter se habere, quam putabat renuntians, ae ex læsione in totum ut benè probat Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 354. ubi tamen nihil fuit resolutum, cùm non apparuerit de vero statu hæreditatis renuntiatæ, & cum renuntiatio esset facta cum decreto judicis, interventu consanguineorum, & cæteris solemnitatibus, pro qua ideò dieebatur præsumendum, & non posse impugnari etiam sub prætextu læsionis enormissimæ, vide *in §. Læsio num.* 4. *& seq. supr. num.* 21.

37 Renuntiatio facta super bonis fideicommisso subjectis, non sustinetur in præjuditium vocatorum, iioò quando fuit expresse prohibita alienatio sub pœna privationis, vocando alios substitutos, cum dicta renuntiatio dicatur alienatio, & contraventio, facit locum substitutioni aliorum, ut benè declarat Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 63. *per tot.* Vide Ansald. *decis.* 90. *n.* 41.

38 Renuntiatio quantumvis ampla si sit facta ex falsa causa, & à minore remanet nulla ex defectu consensus, veluti eum supposito quod fuerit à patre ordinata, si talis ordinatio sit limitata ad bona paterna, & materna, sub quorum appellatione non veniunt bona fraterna, licèt à patre proveniant, & ideò renuntiatio tamquam stricti juris debet restringi, & non porrigitur ad bona fraterna, licèt etiam de illis expresse facta fuerit sub dicto falso supposito ordinationis paternæ, ut resolvit Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 128. *per tot. supra num.* 23. *& seqq.* à qua tamen decisione, (accuratius perpensa renuntiatione) postea recessum fuit, & declaratum comprehendit etiam bona fraterna, & sufficeti ex aliis causis, *ut in d. part.* 14. *recent. decis.* 221. *per tot.* facit Bich. *decis.* 7. *n.* 16. *& seqq. per tot.* ubi quod renuntiatio per quascumque clausulas, restringitur ad specificata, & restricta ad bona alicujus, non extenditur ad bona alterius in diversis fideicommissis, vide eundem Bich. *decis.* 18. *in eadem causa*, ubi fuit recessum à prima.

39 Renuntiatio promissa à viro, & uxore in capitulis matrimonialibus, censetur effectuata, & resultat eo ipso, quod uxor subscribit ipsis capitulis matrimonialibus dictam promissionem continentibus, vel stante silentio longissimi temporis, quo fuit petita, & aliis adminiculis præsumitur facta, aut remissa Bich. *decis.* 603. *num.* 26. *&* 27. vide *in §. Promissio num.* 25. *&* 26. latè Donad. *tract. de renunciat. cap.* 3. *per tot.* Vide Rotam eoram Caprar. *decis.* 592. *nu.* 9. *&* 10. *part.* 2.

40 Renuntiatio, vel donatio facta cum reservatione solvendi certam summam ipsi renuntianti, vel alteri dicitur modalis, quamvis sub conditione facta legatur, quando solutio est facienda post bona donatario plenè quæsita, non obstante clausula, *nec aliter, nec alio modo*, ad faciliorem exactionem, & non ad resolutionem contractus apposita, & ideò solutione non facta, & sic modo non impleto, non potest agi ad rescissionem donationis, vel renuntiationis, sed tantùm ad implementum promissorum, maximè etiam cessante mora, quæ non inducitur nisi mediante interpellatione, ita ut nec dies interpellet pro homine ad incurrendam pœnam privationis juris quæsiti, sed vera requiratur interpellatio, etiam judicialis cum præfixione termini, & sententia declaratoria, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 56. *per tot.* facit quod dixi *in §. Donatio nu.* 34. *& §. Modus*, Cytisc. *controv.* 270. Capyc. Latr. *decis.* 30. *lib.* 2. Franeisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 80. *n.* 9. *& seqq. per tot.*

Quòd facta renuntiatione eum reservatione certæ præstationis, & data dilatione cum hoc ut interim fructus illius solvantur, fructibus sublatis tanquam usuram sapientibus pro credito pecuniario, cesset etiam dilatio conventa ad illos correspectiva, & sors ipsa reservata sit præstanda, ex natura correspectivorum, ut altero sublato, & alter corruat, & quia nulla ratio patitur, imò æquitas repugnat, ut renunciatarius bona renuntiata retineat, & onus illis adjectum, vel reservatum adimplere recuset, Rot. *part.* 17. *recent. decis* 315. *per totum.*

De variis renunriationibus, nempè jurium, exceptionum, beneficiorum, legum, feudorum, successionum, beneficiorum Ecclesiasticorum, litium, vel causarum, appellationum, & hujusmodi mults notat Bertachin. *Repert. verb. Renunciare*, *Renunciatia aliqua*, Joseph Felin. *Margar. var. concl. eod. verb.* Plura Thoro *comp. decis. Neapol. part.* 1. *&* 2. *verb. Renunciatio*, ne omnibus Galerat. *tract. de renunciat.* Donad. *eod. tract. per tot.* aliique plures citati à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Renunciatio*, *Resignatio*, & Com. August. Fontana *Bibliothec. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 515. *&c.* Addo De Luc. *in Indice* Altimar. *de nullit.* Pignarell. *in consult. canon.* & Emer. *in dec.* Ansald. Caprar. Rocc. Castald. Pignatell. Piton. Ursaya Bertachin. Calderon. Mantiss. ad De Luc. Mans. Palm. & alios modernos.

Renuneiato, vel eesso feudo ad favorem onius an eo eessante feudum revertatur ad renunciantem, vel potius devolvatur ad Dominum De Luc. *de Feud. disc.* 7. *n.* 5. *disc.* 5. *n.* 29. *&* 30. *disc.* 13. *n.* 21. *disc.* 23. *n.* 3., Et quid in Emphyteusi Idem De Luc. *de Emphyt. disc.* 53. *n.* 30. 42

Renuneiatio de eastro, seu feudo si facta fuerit correspectivè ad aliquam annuam præstationem, cessante feudo cessare debet præstatio De Luc. *de Feud. disc.* 47. *n.* 16. *&* 19., ubi hoc declaratur. 42

Promissio de renuneiando successionibus operatur, ut Judex declarare valeat renuneiationem haberi pro facta De Luc. *de Empt. disc.* 48. *num.* 5. Et quando renuneiatio resultet ex dicta promissione Idem De Luc. *de Feud. disc.* 66. *n.* 6. 43

Renuneiatio substinetur sine solemnitatibus pro erectione primogenituræ Card. De Luc. *de Alienat. disc.* 33. *sub n.* 18. 44

Renunciatio facta hæreditati alicujus non comprehendit bona fideicommissi per illum possessa Rot. *dec.* 206. *n.* 33. *&* 34. *part.* 6. *rec.* coram Bich. *dec.* 7. *n.* 17. *&* 18. & coram Cerr. *dec.* 614. *n.* 11. Bertachio. *vot.* 71. *per tot.* 45

Renunciatio non extenditur ad bona materna possessa à fratre, licet loquatur de bonis fraternis Rot. *dec.* 144. *per tot. part.* 6. *rec.* Bertachin. *d. vot.* 71. *n.* 6. *&* 7. 46

Renunciatio facta de bonis, non comprehendit jura honorifica, maximè si est facta ex causa deteriorationis bonorum, quæ non congruit juribus honorificis Caprar. *dec.* 306. *n.* 11. *&* 12. *part.* 1. 47

Renunciatio sororis ad favorem fratris stipulata, non complectitur bona alterius fratris, etiamsi proveniant à paterna, vel materna hæreditate, nisi de illis fiat specialis mentio Rot. *dec.* 144. *nu.* 16. *part.* 58. *rec.* & post Torr. *de pact. futur. success. dec.* 166. 48

n. 1. coram Dunozett. Jun. *dec.* 253. *n.* 3. & 4. Caprar. *dec.* 226. *n.* 19. *part.* 1.

49 Renunciatio celebrata cum interventu omnium solemnitatum, cum habeat implicitum statum validitatis, donec per tres sententias conformes non rescindatur, semper repellit agentem Rot. *dec.* 145. *n.* 12 *part.* 15. *rec.* & coram Priol. *dec.* 460. *n.* 4. & 5. Caprar. *dec.* 34. *n.* 11. *part.* 1.

50 Renunciationes, quæ fiunt occasione nuptiarum in sæculo, ac nuptiarum in Domino differunt inter se P. Passerin. *de pactis in cap. quamvis pactum à n.* 60. *ad* 75. *fol.* 650. Caprar. *dec.* 562. *nu.* 13. & 36. *part.* 2. Vide infra.

51 Renunciationes, quæ fiunt per fœminas occasione dotis receptæ, regulariter amplectuntur tam maternam, quàm paternam successionem Ansald. *dec.* 12. *n.* 10. *part.* 1., Quod procedit tàm in matrimonio carnali, quàm spirituali Idem Ansald. *decis.* 34. *nu.* 4. *ead. part.* 1.

52 In renunciatione extinctiva procedit textus *in l. fin. C. de pact.* Calderon. *resol.* 1. *n.* 26. *pag.* 6. *tom.* 1. *part.* 2.

53 Renunciatio hæreditatis, vel successionis certæ personæ viventis an, & quando valeat, præter superius adductos, latè etiam tractant Calderon. *resol.* 2. & 4. *part.* 2. *tom.* 1. Ansald. *dec.* 90. *n.* 15. *part.* 2. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *decis.* 32. & *decis.* 33. *vol.* 3.

54 Renunciationes ob dotem receptam factæ per fœminas à statuto exclusas propter dotem, non possunt coarctari ad solam hæreditatem patris dotantis, cujus respectu nulla requirebatur renunciatio Ansald. *dec.* 34. *n.* 5. *part.* 2.

55 Renunciatio non comprehendit ea, quæ renuncianti præter omnem verisimilitudinem obtigerunt Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *n.* 123. Turr. *de pact. futur. success. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 26. Ansald. *loc. cit. n.* 20.

56 Renunciatio potest eodem tempore esse extinctiva, & translativa quoad diversos effectus Card De Luc. *de renunc. disc.* 6. *n.* 13. Ansald. *dec.* 48. *nu.* 24. *part.* 1.

57 Renunciatio etiam abdicativa, & realis non excludit renunciantem, quando nullo alio existente caperet Fiscus Rot. cor. Dunozet. Jun. *dec.* 641. *num.* 27. & 28. Ansald. *dec.* 57. *n.* 13. & 14. *part.* 1.

58 Renunciationes solent procurari à Parentibus ad effectum, ut liberè valeant disponere de bonis sibi renunciatis Ansald. *d. dec.* 57 *nu.* 35. Vide De Luc. *de Renunc. disc.* 1. *n.* 24. *disc.* 3. *n.* 7. *in fin. disc.* 21. *sub n.* 4.

59 S. Franciscus Assisiensis commendatur in proposito renunciationis bonorum, quæ fuit realis, licet videretur personaliter facta ejus Petri Ansald. *dec.* 90. *n.* 21. *part.* 2.

60 Renunciatio facta sub conditione præstandi renuncianti aliquid annuum, aut vitalitium est valida Ansald. *dec.* 89. *n.* 23. *part.* 2. §. *Placeit.*

61 Renunciatio inita ex duobus, seu pluribus causis finalibus, non corruit, licèt una ex dictis causis cesset, aut deficiat Surd. *cons.* 361. *n.* 20., & *cons.* 531. *n.* 6. Rot. *dec.* 587. *n.* 7. *part.* 1. *rec.* & coram Merlin. *dec.* 392. *n.* 12. & 13. Ansald. *dec.* 90. *n.* 19.

62 Renunciatio realis potius, an verò personalis dijudicanda sit, pendet ex facti circumstantiis à Judicis religione pensandis Card. De Luc. *de renunc. disc.* 7. *sub n.* 3. *vers. quod autem*, & *n* 4. *disc.* 8. *nu.* 4. & 5. Ansald *ibid. n.* 14. Et an sit realis, personalis, vel mixta ex quibus potissimum dignoscatur Rocc. Episc. *cap.* 56. *n.* 8. *lib.* 1.

63 Renunciatio translativa efficit, ut renuncians succedere valeat ad utilitatem tantum renunciatarii, non verò ad proprium commodum Card. De Luc. *de Renunciat. disc.* 3. *n.* 4. & *d. disc.* 7. *num.* 2. & *seq.* Ansald. *dec.* 84. *n.* 42. *part.* 2.

Renunciatio translativa quo ad utilitatem tertiæ personæ operatur, ac si renuncians adiret hæreditatem, illamque postea cederet renunciatario, seu ejus hæredibus Ansald. *ibid.*

64 Renunciatio uxoris si fuerit promissa per virum, an iste excusetur factis diligentiis Card. De Luc. *de Doct. disc.* 2. *nu.* 8. *disc.* 4. *nu.* 56. *de Creditor. disc.* 124. *n.* 33. & 32.

Renunciatio comprehenditur sub statuto inhabilitante contrahentem Card. De Luc. *de Alien. disc.* 30. *n.* 10. *vers. Utraque.* 65

Renunciatio Juris quæsiti fieri nequit in præjudicium Creditorum Card. De Luc. *de Cred. disc.* 138. *n.* 2. Quid de hæreditate, legato &c. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 145. *n.* 74. 66

Renunciatio successioni intelligitur de immediata Card. De Luc. *de Credit. disc.* 38. *n.* 8. 67

Renunciatio legitimæ inter patrem, & filium quando sustineatur Socein. Jun. *cons.* 50. *n.* 5. *lib.* 2. Card. De Luc. *de Legitim. disc.* 16. *n.* 4. 68

Renunciatio litis non importat renunciationem causæ Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 133. *n.* 5. 69

Renunciatio facta per fœminam, an eam excludat in concursu alterius fœminæ, quæ in coæquali statu sit constituta Card. De Luc. *Conflic. obser.* 153. 70

Renunciatio comprehenditur sub nomine quietantiæ, & utroque promiscuè utuntur Doctores Gravet. *cons.* 11. *per tot.* & *cons.* 289. *pariter per tot.* Rot. *dec.* 351. *in precip.* & *per tot. part.* 12. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 581. *n.* 4. Rocc. Episc. *cap.* 55. *num.* 33. *lib.* 1. 71

Renunciatio erronea non est attendenda Text. *in l. Mater decedens*, *ff. de inoffic. testam.* & *l. si per errorem*, *ff. de Jurisdict. omnium Judic* Emerix Jun. *dec.* 779. *n.* 6. 72

Renunciatio facta sub conditione, quod si renuncians institueretur hæres à renunciatario illa habetur pro non facta, operatur, ut renunciatarius possit renunciationem gravare fideicommisso Emerix Jun. *dec.* 1093. *n.* 8. Maximè stante successiva observantia ex parte hæredis gravati Emerix Jun. *d. dec.* 1093. *n.* 9. 73

Renunciatio mixta dicitur non autem simpliciter abdicativa, quæ fit per abdicationem sui ipsius contemplatione certæ Personæ Rot. coram Merlin. *dec.* 62. *n.* 23. & 25. coram Dunoz. Jun. *dec.* 641. *nu.* 32. Fab. de Anna *cons.* 45. *à n.* 41. *ad* 47. Emerix Jun. *dec.* 619. *n.* 5. 74

Renunciare videtur tempori, qui permittit illud labi. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 3. *glos.* 4. *num.* 2. Surd. *dec.* 203. *n.* 1. & *seq.* Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 12. & *seq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 8. *quæst.* 11. *n.* 1. *tom.* 1. 75

Renuncians foro an possit se pœnitere Carleval. *quæst.* 8. *sect.* 2. *ex n.* 1032. & *seq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 10. *n.* 47. *tom.* 1. 76

Renunciatio nunquam extenditur ad jus succedendi ipsi renunciatario Rot. *decis.* 543. *nu.* 23. *part.* 5. *tom.* 2. *dec.* 434. *n.* 8. & *seq. part.* 13. & *dec.* 253. *n.* 12. *part.* 14. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 66. *num.* 12. *lib.* 9. *vol.* 2. 77

Sub renunciatione facta à Filio ad favorem patris non venit fideicommissum, de quo pater capax non est, & etiamsi pater stipulatus fuit pro se, & filiis, qui essent capaces, dummodo stipulatio sit facta pro eis, tanquam hæredibus patris Mantiss. ad De Luc. *dec.* 20. *lib* 10. *n.* 9. *vol.* 2. Conclusio maximè procedit, si testator voluit, ut servaretur prærogativa gradus; nam tunc non potest ordo succedendi mediante renunciatione interverti Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 20. *lib.* 10. *n.* 10. *vol.* 2. 78

Renunciatio abdicativa non comprehenditur sub prohibitione alienationis Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 20. *n.* 11. 79

Quando renunciatio est facta cum verbis importantibus cessionem, & translationem dicitur translativa, etiam si agatur de jure deferendo Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 20. *n.* 12. 80

Bona fideicommissaria renunciata remanent in hæreditate renunciatarii, ad hoc ut transmitti possint ad ejus hæredes, & quousque durat vita renunciantis Mantiss. ad De Luc. *dec.* 28. *lib.* 11. *num.* 9. & *dec.* 29. *n.* 16. *lib. eod. tom.* 2. Intellige in renunciatione translativa, non autem in abdicativa, hæc enim relinquit bona juxta eorum naturam cum renuncians se solum tollat de medio Mantiss. ad De Luc. *d dec.* 28. *lib.* 11. *n* 9. 81

Si renuncians à renunciatario hæres Instituatur dicitur ad jure renunciato omninò reintegratus 82

Man-

Mantiss. ad De Luc. *dec.* 48. *lib.* 10. *nu.* 8. *dec.* 30. *nu.* 2. *lib. eod. vol.* 1. Intellige quoad bona indifferentia, & libera, secus fideicommissaria, nam quoad istu quæsitum fuit jus ex renunciatione cæteris vocatis, quibus renunciatarius præjudicare non potest Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 48. *lib.* 10. *n.* 9. & 10. *vol.* 2.

Tunc per dispositionem testamentariam renunciatarii dicitur renuncians reintegratus, & restitutus, quando inter testamentum, & renunciationem adest incompatibilitas, ex qua appareat testatorem voluisse renunciationem abrogare, secùs è contra Mantiss. ad De Luc. *dec.* 57. *lib.* 11. *n.* 9. *vol.* 2.

Si renunciatarius reliquit renunciaati aliquid certum in hoc tantum, & non in cæteris potest dici renuncians raintegratus Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *decis.* 29. *à n.* 11. *vol.* 2.

Renunciatarius ordinando quod bona restituantur cui de jure, non potest intelligere de renunciante, cui obstat renunciatio, ne ad bona aspirare possit Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *decis.* 28. *nu.* 8. & *decis.* 29. *n.* 13. *vol.* 2.

Non præsumitur in renunciatione comprehensa facultas disponendi favore renunciantis Rot. *dec.* 260. *n.* 6. *part.* 3. *dec.* 543. *n.* 5. *part.* 5. *dec.* 253. *à nu.* 14. *ad* 16. *part.* 14. *dec.* 113. *n.* 18. & 19. *part.* 19. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 77. *n.* 19. *lib.* 10. *vol.* 3.

83 Interveniens in actu pro solemnitate non dicitur sua jura renunciaru, nec sibi præjudicat Peregrin. *de Fideicommiss. art.* 40. *n.* 89. De Luc. *de Dot. disc.* 33. *num.* 13. Mantiss. ad eumd. De Luc. *lib.* 11. *decis.* 9. *n.* 7. *vol.* 2.

84 Hæredes renunciantis aspirare non possunt ad bona fideicommissaria renunciata, etiam si agerent ex propria persona Rot. *dec.* 149. *nu.* 1. 2. & 3. *part.* 12. & *dec.* 214. *nu.* 1. *part.* 13. *rec.* & coram Royas *dec.* 399. *n.* 11. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 77. *nu.* 7. & 8. *lib.* 10. *vol.* 3.

85 Renunciatio emissa à nubente in sæculo strictius est interpretanda, quàm renunciatio facta ab ingrediente in Monasterium Rot. *dec.* 253. *num.* 18 & 19. *part.* 14. *rec.* & coram Alex. VIII. *dec.* 10. *num.* 27. Mantiss. ad De Luc. *loc. sup. cit. n.* 21.

86 Censura Sacri Concilii Tridentini circa renunciationes factas de bonis temporalibus ab ingredientibus in religionem non extenditur ad renunciationes beneficiorum Mantiss. ad De Luc. *dec.* 6. *n.* 26. *lib.* 11. *vol.* 3. Contrarium verius dicitur, & demonstratur Mantiss. ad De Luc. *ibid.* n. 17. 18. & *num.* 20.

87 Renunciatio facta à Moniali non gratuita; sed potius remuneratoria ob dotem ab eo, qui dotare non tenetur, receptum non subjacet solemnitatibus Sacri Concilii Trident. Text. *in l. cum plures §. fin. ff. de administrat. tut.* Episc. Rocc. *cap.* 56. n. 49. *part.* 1.

Conciliaris dispositio non habet locum in contractibus ultra, citroque obligatoriis factis à Novitiis pro implemento propriæ obligationis Tamburio. *de Jur. Abbat. disput.* 4. *quæst.* 10. *nu.* 52. Card. De Luc. *de renunciat. disc.* 11. *num.* 4. & *seqq.* Episc. Rocc. *dict. cap.* 56. *n.* 54. *part.* 1.

In Renunciationibus factis à Novitiis in actu profitendi solemnitates indictæ à Statuto Laicali non requiruntur Episc. Rocc. *ibid. n.* 57.

88 Renunciatio facta à Filia dotata à patre bonis fraternis, illam excludit à successione fratris ab intestato decedentis Episc. Rocc. *cap.* 55. *num.* 8. *part.* 1. Contrariam sententiam esse veriorem ostenditur, quod, scilicet sub generali renunciatione Jus succedendi fratri ab intestato non possit dici comprehensum Episc. Rocc. *d. cap.* 55. *n.* 19. ubi alia plura.

89 Renunciatio facta à sorore bonis fraternis, intelligitur intuitu, & contemplatione fratris utrinque conjuncti, non autem consanguinei Rolan. *cons.* 26. *n.* 34. *lib.* 3. Card. Tusch. lit. R. *concl.* 181. *nu.* 16. & 49. Cancer. *lib.* 3. *var. tit. de renunciat. cap.* 15. *sub n.* 43. *vers. quod procedit* Episc. Rocc. *d. cap.* 55. *n.* 24. ubi alis plura.

90 Renunciatio est regulanda à proœmio Rot. *dec.* 585. *n.* 4. *part.* 1. *dec.* 216. *n.* 18. *part.* 11. *rec.* Buratt. *dec.* 543. *n.* 11. Ludovis. *dec.* 158. *nu.* 2. Episc. Rocc. *cap.* 194. n. 27. *part.* 2.

91 In Renunciatione verbo adjecta, quod renuncians non contravenire promiserit ex quovis prætextu, & causis cogitatis, & non cogitatis, nullum prorsus casum excludunt Zarat. *dec.* 14. *n.* 23. Episc. Rocc. *ibid. n.* 23.

Renunciationem absolutam præseferunt verba, *quia sic sibi de rebus suis facere placet, & placuit* Surd. *cons.* 531. *n.* 7. Maiescott. *var. resol. cap.* 10. *nu.* 8. *lib.* 2. Rocc. Episc. *ibid. n.* 29. 92

Renunciatio substinetur ob solam causam adhærandi præcepto in primogenitura præscripto Rot. post Torr. *de pact. futur. successˀ. dec.* 108. & 209. Rocc. *ibid. n.* 24. 93

Renunciatio Matris filiis non resistit, quando eadem Matre prædefuncta filii ex propria persona ad successionem vocantur Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss. unic. p.* 1. *n.* 59. & *seq.* de Marin. *resol.* 189. *n.* 91. & *resol.* 192. *nu.* 13. *et seq. lib.* 1. Episc. Rocc. *d. cap.* 194. *n.* 107. 94

Renunciatio Matris filiis non præjudicat, quando eadem Matre renunciante adhuc inter vivos existente, veniant ab ipsa independenter Jure propriæ vocationis; propriique gradus, quo inspecto sint alis ad successionem concurrentibus proximiores non indigentes beneficio repræsentationis eorum Matris, vel subingressionis in ejus locum Merl. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 11. *num.* 5. *vers. tertius casus est.* De Marin. *resol.* 189. *n.* 94. *et seq. lib.* 2. Episc. Rocc. *loc. sup. cit n.* 108.

Renunciatio facta per metum an nulla sit Altim. *de Nullit. rub.* 1. *quæst.* 14. *nu.* 521. *et* 592. *tom.* 3. Ex falsa causa an valeat. Altimar. *ibid. quæst.* 13. *n.* 34. Sine causa num valida dicatur Altimar. *d. quæst.* 13. *sect.* 2. *n.* 59. 95

Renunciatio generalis, quæ sit Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *quæst* 9. *sect.* 1. *n.* 10. *et* 14. *tom.* 3., ubi etiam num valida sit, & alia. 96

Renunciatio indefinita, quæ dicatur Altimar. *ibid. num.* 13. 97

Renunciatio specialis quotupliciter accipiatur Altimar. *ibid.* n. 17., ubi etiam an sit potentior generali. 98

Plura in ordine ad renunciationem in materia appellationis, & nullitatis Altimar. *de nullit. tom.* 1. *et* 2. Crescin. ad Abecelef. 99

Plura de renunciatione beneficiorum Altimar. *de nullit rubr.* 8. *quæst.* 14. *num.* 28. *tom.* 1. Fagnan. *sup. Decretal.* De Luc. *in Indic. verb. resignatio* Piton. Pignatell. Ursaya, & alii moderni. 100

Pro pleniore additione ad præsentem paragraphum annecto sequentem Juris allegationem Illustrissimi Domini Laurentii Masial Jurisconsulti Parmensis præstantissimi, Consiliarii meritissimi in excelso Ducali Consilio Placentiæ, & Præsidis Ducalis Cameræ ejusdem Civitatis, cujus celeberrimi Viri Summa doctrina, maxima prudentia, & eximia morum integritas quamvis nullo indigeant testimonio; tot enim in eam rem testimonia habemus, quot sunt ingentia, & ardua munera in Scholis, & in foro in Sæcularibus, & Ecclesiasticis, in privatis, & publicis negotiis ab eo summa cum laude peracta; ego tamen toties debeo hoc verum perhibere testimonium, quoties de eodem verba facio, nec possum ejusdem doctrinam, & virtutes, nisi cum gravi ingrati animi notu reticere, cum easdem omnes decem annorum spatio singulos in dies fuerim admiratus, dum legali facultati sub ejus disciplina, & in ejusdem litterario studio operam navabam, & præsertim cum opus hoc primarum additionum illo ud id me adhortante inceperim, quamobrem quidquid in hac scientia possum præstare, totum me illi debere, ingenuè fateor. 101

Parmensis Renunciationis

Pro D. Jo: Baptista Brunino contra D. D. de Baronis coram Supremo Ordine Illustrissimorum D. D. Parmæ Ministrorum.

Da mihi Domine sedium tuarum Assistricem Sapientiam &c.

RECepta dote librarum 6000. conventa Paulus Brunini pro Elisabetha Nuru, & Jo: Baptista filio,

filio, amplissimam fecit renunciationem Petro, & Andreæ Zavaroni, altero Patre, altero Patruo Sponsæ hac formula - *fines generales, ac generalissimas, fecit, de omni eo toto, quod ipse, & dicti Jo. Baptista, & Elisabeth, seu &c. petere, habere, & consequi possent, vel vellent, tam in bonis quibuscumq; dictorum D. D. Fratrum de Zavaronis, quàm etiam in dote, & bonis hæreditariis quibuscumq; Dominicæ de Brunis, matris dictæ Elisabeth tam causa, & occasione legitimæ, eidem jure naturæ debitæ, quàm alia quavis causa, & occasione; addita, ratione quia habita respectu ad numerum filiorum, quantitatem bonorum, & temporum qualitatem, fuit ipsa Elisabeth competenter dotata, ut ipse dixit renunciando &c. ità ut præsens finis sit generalis, & generalissima, & transeat, tam ad cogitata, quam non, & tam ad expressa, quam tacità, & nihil prorsus excludat, & omni meliori modo.* defuncta Dominica matre, petiit Elisabeth, & obtinuit vigore substitutionis in ejus persons ordinatæ immissionem ad quartam partem bonorum à Virginia Avia relictorum, quæ per matrem tempore renunciationis possidebantur. Hinc hæredes renunciantis conventi fuere pro interesse ab hæredibus dotantium, vigore indemnitatis in amplissima forma promissæ à Paulo renunciante, opinantibus vulneratam renunciationem ex actione mota per Elisabetham. Verùm mihi pro Brunino convento, ad scribendum assumpto, visum est inane, & extemporaneum, Actorum judicium; cum, nec ex verbis, nec ex mente contrahentium poterit renunciatio per Paulum facta, comprehendere bona, quæ postmodum vigore fideicommissi, & ex propria persona obtinuit Elisabeth.

Si verba rimemur, cum ea de bonis tantum Petri, & Andreæ Zavaroni, & de bonis hæreditariis Dominicæ matris loquantur, non possumus trahere ad bona Aviæ Virginiæ, Parif. *cons.* 49. *num.* 41. *lib.* 3. Dec. *cons.* 379. *num.* 3., 625. *num.* 7. Rot. post Illustrissimum Præsid. Torr. *de pact. fut. succes. decis.* 64. *num.* 25. *& in rec. decis.* 771. *num.* 18. *p.* 3. ex natura renunciationis, quæ strictam admittit interpretationem Bece. *cons.* 111. *n.* 19. Dec. *cons.* 581. *n.* 10. Rot. coram Cavaler. *decis.* 340. *num. pr.* Hinc communiter receptum est, renunciationem factam de bonis paternis, & maternis, non comprehendere fraterna, etiam si in origine paterna, & materna essent. Dec. *cons.* 551. *per tot. & ibi Add. lit. B. &* 981. *num.* 10. Eugen. *cons.* 88. *num.* 120. De Luc. *de renunc. disc.* 9. *num.* 2. *& seqq.* Ronas *decis.* 66. *n.* 13.

Negari autem non potest, quòd bona ex fideicommisso per Elisabetham vindicata fuerint de hæreditate Virginiæ testatricis, licèt de tempore renunciationis per Dominicam possessa, cum enim in fideicommissis non succedatur gravato, sed testatori, bona ex dispositione testatoris provenientia, de ejus hæreditate dicuntur. Bruneman. *ad l. unum ex fam. num.* 4. *de leg.* 2. Ruin. *cons.* 115. *nu.* 7. *cons.* 116. *n.* 25. *vol.* 2. Decian. *resp.* 52. *num.* 7. *lib. pr.* Petra *de fideicommis. q.* 11. *n.* 62. *et* 63.

Nec dicas bona prædicta utpotè effecta de dominio Dominicæ ob aditionem hæreditatis Virginiæ, dicenda propria Dominicæ, non fideicommittentis ad tradita per Ladereh. *cons.* 112. *n. pr.* quem plures sequuntur, ideoq; dici ejusdem hæreditaria.

Verior namq; opinio est, tam in renunciationibus, quam in ultimis voluntatibus sub nomine bonorum gravati, non venire ea, quæ restituenda sunt fideicommissariis *l. unum ex familia ∫. si de falcidia* - ibi *quid enim est quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit reddere debuit l. sequens quæstio* - ibi *ea extra bonorum causam defuncti computari de leg.* 2. Roland. à Val. *cons.* 71. *num.* 26. *lib.* 2. Rot. coram Pamphil. *decis.* 538. *num.* 3. 6. *&* 15. etiamsi verbis universalibus concepta sit dispositio. Add. ad Ludovis. *dec.* 502. *n.* 10. Bich. *decis.* 350. *n. p.* Rot. *in rec. decis.* 388. *p.* 4. *tom.* 2. apud quos concordantes ad saturnitatem; & propterea legatum ususfructus etiam ampli non comprehendit bona, quæ spectant ad hæredem. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 7. *n.* 12. Mantic. *lat. de tacit. lib.* 9. *tit.* 6. *num.* 3. *& seqq.* Add. ad Pamphil. *dicta decis.* 538. *num.* 20. & in puncto renunciationem factam de bonis, sive hæreditate renunciatarii, non extendi ad bona, quæ hic debet restituere ea fideicommisso renuncianti tradunt. Decian. *resp.* 52. *num.* 7. *lib. pr.* Bich. *decis* 7. *n.* 18. Beltach. *vol.* 71. *num.* 2. *& penes eum Rot. Bonon. succes.* 22. *Junii* 1693. *coram Reverend. P. Molines*. Hac ratione filia post obitum matris consequitur bona emphyteutica à matre possessa licèt renunciaverit maternis bonis. Magistraliter Rot. coram Manzanedo *decis.* 166. *per tot.* & ratio à priori, cui innituntur *tex. in dicta l. unum ex familia, ∫. si de falcidia, & alii* est quia renunciatio amplectitur ea bona dumtaxat, quæ renuncianti competunt jure hæreditario, non extendenda, ad ea, quæ ei jure proprio debentur Manzaned. *cum aliis dicta decis.* 166. *num.* 2.

Et quamvis admitteremus, cum Ladeich, & sequacibus Dominicę Matri de tempore renunciationis, fuisse Dominium bonorum fideicommisso subjectorum, adhuc tamen, quia Dominium erat resolubile per ejus mortem, impropriè tantum dicebatur Domina, & impropriè eadem bona ejusdem hæreditaria, eo modo, quo æs alienum dicitur impropriè in hæreditate alterius; maximè quia fideicommissaria bona dicuntur æs alienum, respectu gravati *l. irritum* ibi *fideicommissum debitam æris alieni loco deduci oportet C. ad l. Falcid.* Mantic. *de conjecturis lib.* 9. *tit.* 6. *num.* 12. Spad. *cons.* 348. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 3. & proinde non possunt comprehendi in nostra renunciatione, bona propria matris amplectente propter ejusdem naturam quæ pressam tantum admittit interpretationem, & juxta propriam verborum significationem eo modo, quo diximus supra; renunciationem de bonis paternis, & maternis non extendi ad fraterna, licet in origine paterna, & materna, quia cum in patrimonium fratris transierint, improprie tantum materna, & paterna dicuntur Rot post Merlin. *de legit. famigerata decis.* 48. *num.* 5.

Si vero mentem contrahentium attendamus firmiùs excluduntur bona controversa à nostra renunciatione, non solum ex causa finali expressa, sed etiam à probabili ignorantia fideicommissi in Renunciante.

Nequit renunciatio Pauli ad fideicommissum extendi, cum causa finalis per eum explicita illud non comprehendat *l. cancellaverat, de his, quæ in test. delent.* Aret. *cons.* 163. *col.* 4. *&* 5. Dec. *cons.* 379. *n.* 6. *& seq.* Ideo enim bonis ibi expressis renunciavit, quia dixit competenter dotatam Elisabetham, unde in renunciando, respexit ad bona, ex quibus dotanda erat Elisabetha, non ad alia, sed ex bonis fideicommissariis non erat dos detrahenda, dum alia existebant libera auth. res quæ *C. de fideicommiss.* ergo ad ea non trahitur renunciatio ex defectu voluntatis, ita ratiocinatur Rot. cor. Merlin. *in casu suo dicta decis.* 48. *n.* 6. post Merlin. *de legit.*

Immo cum quilibet præsumatur elegisse viam, per quam sua dispositio habeat effectum *l.* 3. *de test. milit.* Astic. *decis.* 44. *n.* 25. nemo potest sibi rationabiliter persuadere contrahentes voluisse extendere renunciationem ad bona fideicommissaria, quia inaniter, & frustratoria egissent, dum in facto edocemur dotem librarum sex mille, ob quam secuta est renunciatio enormiter esse læsivam, si eadem bona computentur.

Nec potuit Paulus renuncians extendere voluntatem, ad fideicommissum, dum illud ignorabat *l. mater ∫. cæterum de inoff. test. l. legitimam de pet. legit.* Bich. *decis.* 119. *n.* 4. Prout alio non probato ignorasse præsumitur Decian. *resp.* 52. *num.* 9. *&* 10. pluribus adductis Seraph. *decis.* 963. *n.* 6.

Nec obstant clausulæ generales, & amplissimæ in renunciatione adjectæ quià uti accessoriæ, & executivæ ad specificata, & expressa ad ea solum referuntur, nec ultra extenduntur tamquam inhabiles, ad supplend. intellectum non expressorum Parif. *cons.* 54. *n.* 36. *vol. pr.* Rot. coram Ron. *decis.* 66. *num.* 54. & post Illustriss. Torr. *de pact. fut. succes. decis.* 64. *n.* 25., eo modo, quo Juramentum quod renunciationi appositum est, eam quidem intensivè firmat,

sed

sed non extendit Rob. *in annot. ad decis. Rot.* 323. *num.* 43. *& seqq. p.* 4. *tom.* 3. Bich. *dec.* 119. *num.* 5.

Dato tamen qood tam verba, quam mens contrahentium concurrerent io casu pro comprehensione bonorum fideicommisso subjectorum, adhuc inanis esset actio hæredum ex duplici fonte, altero proveniente ea nullitate renunciationis, altero ea cessante promissiooe indemnitatis.

Nulla esset renunciatio, ea defectu consensus Matris; viventis enim hæreditati perperam renunciantur, si ejus placitum non accedat *l. fin. C. de pac.* quæ sioe dubio procederet in casu, non obstante quod sit concepta renunciatio pro bonis hæreditatis, dum pars adversa ea dictiooe *quibuscumq;* apposita, enixè prætendit, venire non solum omnia bona matris propria sed etiam impropria, ea scilicet, quæ restituere debebat.

Et casu quo valeret renunciatio, non obstante defectu consensus Matris, adhuc præclusa esset actoribus via agendi contra hæredes promissoris iodemnitatis quia promissio noo obligat, nec promissor tenetur de iodemnitate, ubi renunciatio fuit læsiva Cæphal. *cons.* 116. *n.* 4. *& quæstq. congerunt* Add. ad Pamphil. *decis.* 25. *nu.* 8. Ludovis. *decis. Perus.* 27. *num.* 11.

Et ita &c. salvo &c.

§. REPLICATIO. XIV.

1 REplicatio quid sit onde dicatur, quare inventa, quibus competat, & quando, contra quos, an sit perpetua sicut exceptio, vel temporalis sicut actio, an sit probanda, quos effectus producat, quando tollatur, an super illa sit necessario pronunciandum, & alia Asin. *in Praxi §.* 16. *cap.* 1. *& seqq.* Bertachin. *Repert. verb. Replicatio*, vide Nicol *in Instit. Imperial. lib.* 4. *tit.* 14. Vide infra *in novissimis addition.* Crescin.

Quòd replicatio ita se habeat ad exceptionem, sicut exceptio ad actionem, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 142. Quandoque tamen non admittitur replicatio, licèt admittatur exceptio, veluti, quia licèt reus possit allegare contra accusatorem exceptionem infamiæ, vel excommunicationis ad illum repellendum, tamen accusator non possit replicare, quod reus non possit de hoc excipere, quia & ipse sit infamis, vel excommunicatus, Clar. *lib.* 5. *qu.* 25. *vers. Sed quæro*, Scacc. *d. tract. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 226.

2 Replicatio est exceptionis exceptio Hill. in Donell. *l.* 22. *cap. pr. litt. A.* Bronnemman. *in Pandect. lib.* 44. *l.* 2. *tit. pr. n.* 3. *tom.* 2.

Replicatio actoris est. Brunnemann. *in Cod. lib.* 8. *tit.* 36. *l.* 10. *n. pr. pag.* 807. *tom.* 2.

An Replicatio contra doli exceptionem locum habeat. Brunnemann. *loc. sup. cit. n.* 4.

3 Ao replicatio doli faciat bonæ fidei Judicium. Cujac. *lib.* 3. *obser.* 17. Brunnemann. *dict. lib.* 8. *& tit.* 36. *l.* 3. *n.* 10. *pag.* 805.

Replicatio doli est perpetua. Brunnemann. *lib. cod. tit. cod. l.* 6. *n.* 2.

4 Replicatio non est probanda, nisi probata exceptione. Card. Tuschus *concl.* 426. *lit. E.* Brunneman. *ubi supra l.* 10. *n.* 2. *pag.* 807.

5 Replicans aliquando dicitur actor. Text. *in l. pr. ff. de except. & in l. Exceptionibus ff. de probat.* Altimar. *de Nullit rub.* 8. *quæst.* 3. *nu.* 54. *tom. pr.*

6 Replicans io pede citationis, si non comparet, contumax est. Muscatell. *in prax. part.* 2. *gloss. veniens n.* 7. *&* 8. Altimar. *de Nullit. rub.* 52. *quæst.* 41. *n.* 23. *tom.* 2

7 De replicationibus, seu novis exceptionibus quidquid habeatur io textu, & io glossis optimè indicat Stephanus Daoyz *in suo Indic.* De Replica, & triplica admittenda quidquid scripsit Carpzovius, notat Mollerius *in repertor.* ad eumdem De replicationibus videantur omnes qui scripserunt *sup. instit.* ubi adest iste titulus. Abeccles. *obser.* 56. *num.* 10. *pag.* 70. *part. pr.* ubi quod datur tàm actori, quàm reo.

§. REPETITIO. XV.

REpetitio testium ubi est necessaria, debet fieri 1 cum omnibus qualitatibus primi examinis, ac si nunquam testes fuissent examinati, Clar. §. *fin. q.* 45. *vers. Cæterum si reus*, Guaz. *def.* 14. *cap.* 4. Ambrosin. *process. inform. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 16. *& lib.* 2. *cap.* 9. *n. pr.* vide *in §. Testes nu.* 24. Ricc. *Collect.* 918. *n.* 2996. ubi quod non potest committi in partibus. Pellegrin. *in prax. vicar. part.* 4. *sect.* 11. *n.* 5. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 21. *nu.* 504. *tom.* 2.

Quidquid tameo sit de jure, dicta repetitio non fit ut plurimum cum tortura in primo examioe ad purgandam maculam adhibita, sed sufficit prima tortura, ac ita sæpè de consuetudine servatum vidi Florentiæ, & ipse plures servare feci rejiciendo hujusmodi instantias, & cavillationes aliquando proposita, cum etiam penes me non sit in magna consideratione purgatio maculæ cum tortura, per ea quæ dixi *in Practica §. Sicari n.* 14. *&c. §. Compagni n.* 4. *in addit.* & in hoc Opere §. *Mandatum n.* 22. *& §. Socius n.* 50. Et non esse necessariam aliam torturam in repetitione probat Zuff. *postea visus de legitimat. process. lib.* 3. *quæst.* 155. *per tot. & quæst.* 108. *per tot.* sed vide eumdem Zuff. *quæst.* 153. ubi quando opus sit nova tortura Pellegrin. *loc. cit. n.* 6.

Qualiter autem dicta repetitio testium examinatorum ex officio judicis sit de jure necessaria cum citatione partis, nisi ab ipsa parte habeatur expressè pro repetitis, vel nisi reus sit contumax, quia tunc juxta generalem consuetudinem habetur pro confesso, & contra confessum verè, vel fictè, non opus est testibus, ac ideò frustra de illorum repetitione ageretur, sicuti quando nihil relevans disposuissent; vel si reus compareret in termino reservationis sibi factæ in sententia, prout fieri solet, ubi non est convictus, vel si admitteretur ad novas defensiones, quia his etiam casibus, cum jam contumacia suum produxerit effectum tacitæ confessionis, non est necessaria repetitio testium pro convalidatione illorum examinis, sed ad reum spectat maximè in casu admissionis ad novas, suam probare innocentiam; imò de consuetudine plurium Tribunalium præcipuè in Etruria non est necessaria ad legitimationem processus repetitio testium examinatorum pro informatione Curiæ, sed repetuntur quandoque ad instantiam ipsius rei, & ad illius defensionem, dummodò non fuerint confrontati, nam si fuerint confrontati, non sunt amplius ad instantiam rei super ejus interrogatoriis repetendi, & ita verè semper servatum fuisse testatur de tempore suo, Cabal. *res. crim. cas.* 229. *per tot. & cas.* 110. *n.* 36. *&c.* quem sequitur Zuff. *de legit. process. lib. pr. quæst.* 52. *num.* 8. *&c. quæst.* 116. & alibi sæpe, Conciol. *resol. crim. verb. Reus resol.* 7. ubi quòd admisso reo ad novas defensiones non est necessaria dicta repetitio, nec confrontatio, nisi esset admissus in primis terminis, vel sententia esset nulla, quia tunc effectus contumaciæ, & condemnationis esset sublatus, & ideò de jure processus esset legitimandus cum repetitione, vel confrontatione testium, Vulpin. in succo, Farinac. *quæst.* 72. *c.* 2. *n.* 25. Tusch. *litt. T. conclus.* 163. *per tot.* Gizzarel. cum Addit. *dec.* 33. *per tot.* Guaz. *def.* 24. *cap.* 9. Zuff. *d. tract. de legit. process lib.* 3. *quæst.* 159. Scanarol. *de visitat. carcer. lib.* 2. *§.* 6. *cap.* 6. *§.* 7. *in princip. & in Appendice cap.* 33. *vers. ad tertium denique*, dixi *in Pract. in Præfat. nu.* 69. *& seqq.* *ubi plura in §. Testimonii n.* 3. *&* 4. *& in hoc opere §. Testes nu.* 12. vide Ricc. *Collect.* 918. *&* 2996. Sanfel. *dec.* 97. *num.* 13. ubi quod non fit repetitio testium quando fuerunt confrontati, quia confrontatio operatur plusquam citatio. Quæ quidem confrontatio inter reum, & testes quando fieri debeat, vel non, latè Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 179. Conciol. *resol. crim. verb. Confrontatio per tot.* Cabal. *d. cas.* 269. de quibus omnibus latè Pellegrin. *in prax. vicar. part.* 4. *sect.* 11. Altimar. *de nullit. d. quæst* 21. *n.* 103.

Benè tamen puto posse interrogari adhuc ad instantiam rei super iis, de quibus non fuissent in confron-

frontatione interrogati, vel non sufficienter ab ipso reo tudi, & ignaro, vel judice, & ita ut plurimum servatum vidi, cessante tamen collusionis, vel subornationis suspicione, aliàs autem secus, (quidquid servaretur tempore Caballi) quia confrontatio quidem supplet citationem, non autem tollit jus interrogandi super necessariis ad veritatis dilucidationem, Conciliol. *verb. Confronta in resol.* 4.

Qualiter possit processus legitimari per repetitionem testium, per confrontationem, per declarationem, per veram confessionem, & per fictam ex contumacia resultantem, latè Zuff. *de legitim. processf. lib.* 3. *quæst.* 97. *cum pluribus seqq.*

Quod etsi reus habuerit testes pro repetitis, possit dictam declarationem revocare re integra, tanquam sit data copia processus, Sanfelic. *decis.* 259. *Addit. ad eamdem dec.* 350. prædictis adde D. Ful. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 20. *& seqq. per tot.* Zuff. *de legit. processf. lib.* 3. *quæst.* 165. ubi an, & quando reus possit dictam declarationem revocare, *& quæst.* 168. ubi quòd facta dicta declaratione, vel simili sine clausula, *salvo jure repetendi*, potest, ac debet nihilominus fieri repetitio ad instantiam inquisiti, etiam publicato processu; licèt alii contrarium sentiant, ut dixi *in pract. in præfat.* ubi etiam quid servetur Florentiæ. Altimar. *de nullit. rub.* 12. *quæst.* 21. *n.* 105. *tom.* 2.

Quòd dicta repetitio possit fieri quandocumque ante expeditionem causæ ad effectum convalidandi depositiones testium, Franc. *dec.* 716. *per tot.* Non tamen post publicationem processus ad partis instantiam, ut dixi *in §. Testes n.* 24. *in fine*, vide Farinac. *quæst.* 66. *n.* 264. *& seqq. quæst.* 77. *n.* 407. *& seqq.* Clar. cum Bajard. *quæst.* 49. *n.* 9. Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad examen resol.* 6. *per tot.* Zuff. *de legit. processf. crim. qu.* 168. & in mea *Pract. in Præfat. sub n.* 74. *vers. Si disputa ancora in addit. novæ impressionis*, ubi plura de stylo Florentino veteri, & novo. Vide Greven. *conclus.* 97. *consid.* 1. *a n.* 4. *lib. pr.*

Quòd si testes sint mortui, & non possint repeti probent, cùm mors suppleat nullitatem, & augeat fidem testium, maximè aliis concurrentibus adminiculis, Rot. *part.* 2. *recent. dec.* 787. *n.* 4. Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 283. Merlin. *dec.* 572. *n.* 6. *&* Bajard. ad Clar. *quæst.* 47 *n.* 22. *& seqq.* ubi idem in criminalibus, & ponit plures alios casus in quibus, non est necessaria dicta repetitio testium, & probant sine illa; sed vide Farinac. *quæst.* 72. *c.* 2. *per tot.* qui ferè in omnibus contrarium dicit esse verius in criminalibus, quidquid sit in civilibus, vide *in §. Testes n.* 22. vide Pellegrin. *in prax. part.* 4. *sect.* 11. *n.* 32. *&* 37.

Quòd in delictis hæresis non sit necessaria repetitio testium, neque confrontatio, Zuff. *de legit. processf. lib.* 3. *quæst.* 178. Pellegrin. *loc. cit. n.* 38.

Cujus autem expensis sit facienda hujusmodi repetitio in criminalibus, Ambrosin. *processf. Inform. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 5. *& seqq.* ubi videtur concludere, quòd sit facienda expensis rei, qui vult repetitione juvari, etiam si non habuerit eos pro ritè, & rectè examinatis, & se remittit consuetudini locorum, vide *in §. Testes n.* 22. *&* 73. Zuff. *de legit. processf. lib.* 3. *quæst.* 100. *& seqq.* ubi quòd licèt sit facienda expensis inquisiti secundum distinctiones ibi traditas, tamen debet fieri cura, & diligentia fisci, & alia plura ad rem. Pellegrin. *loc. cit. n.* 16.

Et quid in civilibus, Ridolph. *in Prax. part.* 1. *c.* 12. *n.* 100. *& seqq.* & dixi *in §. Testes n.* 73. Cresc. ad Abecelef. *observ.* 88. *n.* 12. *part.* 1.

An sit concedenda repetitio sociorum criminis ad instantiam nominatorum ab illis, vide in §. *Socius n.* 57. ubi etiam an accusatoris ad instantiam accusati.

Quòd in criminibus exceptis, & atrocissimis speciale sit, ut testes probent etiam non repetiti, & sufficiat illos fuisse examinatos in processu informativo parte non citata Bajard. ad Clar. *quæst.* 45. *n.* 19. Mascard. *de probat. conclus.* 137. *n.* 2. Capyc. *decis.* 255. *n.* 25. & alii plures laudati per Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 25. *n.* 35. *& seqq.* ubi alia plura ad ostendendam funditus repetitionem esse supervacuam solemnitatem, nullo ferè jure expressè cautam, atque subornatione plenam, ut verè experientia docet, sicut & ego dixi *in Pract. loc. sup. cit.*

Quamvis quòd etiam in atrocissimis, & criminibus exceptis sit necessaria repetitio, ut testes probent verius credat, Farinac. *quæst.* 72. *num.* 123. *& seqq.* de quibus omnibus vide Pellegrin. *in prax. part.* 4. *sect.* 11. *à n.* 37.

Repetitio testium an fieri possit post publicationem processus, notat regulam, quod

Facta attestationum publicatione non possunt ad instantiam partis testes ullo pacto repeti, nec ut se corrigant, nec ut addant, nec ut declarent, nec ex intervallo incontinenti, quæ regula fundatur in timore subornationis, & ex clara dispositione *tex. in cap. per tuas* 48. *extr. de test. & attest.* ubi summus Pontifex consultus à suo delegato, an post testium publicationem deberet eos ad postulationem partis iteratò interrogare, dixit: *Nos igitur respondemus, illum non esse super hoc de cætero audiendum, nisi forsan à principio illos interrogari super certis capitulis postulasse idque malitiosè, vel negligenter fuerit prætermissum, & gloss. ibidem in verb. Audiendum* ponit rationem quia timeretur subornatio testium, & notant Abbas, Hostien. Jo. Andr. Ant. Felin. cæterique Canonistæ sicut etiam notatur *in l. produci* 23. *ff. de test. cum gloss. in tertio intellectu, in Auth. de test. col.* 7. *cap.* 5. *§. quia verò, & in auth. At qui semel C. de probat.* Boss. *tit. de publicat. processf. n.* 22. *&* 25. *in fine*, Clar. *in Pract. §. fin. quæst.* 53. *vers. quartus est casus n.* 15. *in fine.* ubi consulit judicibus præsertim in causis criminalibus, ut quantum fieri potest caveant à repetitionibus testium ad instantiam partium, quia sæpè processus involvunt, ac destruunt, magnamque præbent occasionem subornationibus, & falsitatibus testium, & alii relati à Farinac. *quæst* 66. *part.* 8. *n.* 277. *& seqq.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 2. *§.* 6. *n.* 18. Cyriac. *contr.* 601 *n.* 13. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *num.* 10. *& seqq.* Carol. Pellegr. *Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 10. *n.* 9. *fol.* 188. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 1237. *& seqq. fol. mihi* 370. plenè Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 100. *n.* 11. Majoran. *in Opoprax. crim. cap.* 3. *n.* 25. *fol.* 120. Cæsar. *Peregr. quæst.* 47. *num.* 20 *& seqq.* ubi quòd possunt à judice ex officio interrogari omni subornationis timore cessante aliàs secus, sed ad instantiam partis numquam.

Itaut quando inquisiti, & eorum procuratores instant pro habenda copia processus, prius debeant declarare habere testes pro ritè, & rectè examinatis, & repetitis, aliàs non sit publicandus processus, nec decernenda, & minus danda copia, nisi prius testibus citata parte repetitis, & sic ipso processu legitimato, & quia solent in dicta declaratione addere protestationem præter absentes, & mortuos, ac simul reservationem repetendi quatenus voluerint, non sit ista protestatio, & reservatio admittenda, sed tanquam nimis fisco præjudicialis omninò reiicienda, & expetenda libera declaratio, salvo tantùm jure opponendi in omni casu contra personas, & dicta testium in termino repulsæ inquisitis competente, aliàs possent præsentes, fraude inquisitorum fieri absentes, & verè absentes, ut non redeant, ne repetantur, & mortui habentur pro repetitis, & probant etiam si repetiti non fuerint juxta *l. fin. C. de test.* & dixi *in §. Mors n.* 8. *& in §. Testes n.* 22. vel legitimandus processus ex officio, ac ita servare de stylo omnium Curiarum latè testatur, & declarat videndus Bajard. ad Clar. *quæst.* 49. *nu.* 35. *&* 36. quam laudant Scyal. *in Prax. torq. reor. cap.* 6. *n.* 30. Severin. in Addit. ad Sanfelic. *dec.* 350. *vers. Declaratio illa, & vers. Hæc cavia repertorum*, Calvin. *de æquit. d. c.* 179. *n.* 49. *& seqq. n.* 66. *& seqq.* ubi de mortuis pro repetitis habendis, *& nu.* 79. *& seqq.* ubi idem de absentibus Mauson. *de contraban. quæst.* 15. *n.* 8. *& seqq.* Majoran. qui istos, & alios adducit *in Opoprax. crim. cap.* 3. *n.* 27. *fol.* 121. nec dissentit Guazin. *defens.* 24. *cap.* 8. *n.* 9. *& seqq.*

Et quamvis possint inquisiti, etiam datis testi-

ftibus pro repetitis suam declarationem, & consensum revocare, & velle quòd testes repetantur, hoc procedit tantùm re integra, & sic antequam fuerit data copia, & non aliter, ut ex professo ex Amescua *in tract. de potest. in seipsum lib. 1. cap. 17. n. 28.* Ambrosin. *de mod. forman. processf. lib. 3. cap. 2. n. 39.* & aliis decisum testatur Sanfel. *c. dec. 259.* Scyal. *ubi supra n. 41.* Danza *de pugna DD. tom. 2. tit. de test. repet. cap. 4. n. 9.* Calvin. *de æquit. d. cap. 179. n. 52.* Majoran. *loc. cit. n. 28.* ex quibus magis datur intelligi, quòd ad evitandum subornationes, & falsitates numquam possunt testes informasivt ad instantiam inquisitorum repeti post publicationem processus, & didicita testificata.

Limitatur tamen prædicta regula in aliquibus casibus, nempè ut etiam post publicationem processus possint repeti testes ex officio Judicis, ut declarent eorum dubias, & obscuras depositiones, vel ut reddant rationem eorum dicti, quam fortè in examine non reddidissent, vel non fuissent interrogati, vel si dolo sive negligentia Judicis non fuissent benè examinati, & interrogati, vel si depositiones essent deperditæ sine culpa volentis repetere, vel in alia causa, vel de consensu partium, vel si fuissent nulliter examinati, vel si nihil addant, vel ante publicationem processus, vel in criminalibus ex officio Judicis per inquisitionem procedentis, ut non ad partis instantism, & in similibus, ut colligitur ex latè traditis per Farinac. *d. quæst. 66. n. 264. & seq. ad 317.* & aliis ab eo citatis in unoquoque casu istarum limitationum.

Verùm quia in criminalibus fiscus habet electionem confrontandi testes, vel repetendi pro legitimatione processus, si velit illos confrontare, hoc facit ante publicationem processus, & parte aliter non citata, cùm præsentia rei suppleat citationem, & si velit repetere reo citato ad dandum interrogatoria, quia reus non potest illa benè firmare, nisi habeat copiam attestationum, talis repetitio non potest, nec debet fieri, nisi post publicationem per quam rationem Farinac. *loc. cit. num. 310.* dicit defendisse Judicem, qui in Urbe sic observaverat, licèt prima facie Sacra Consulta contrarium sentiret ex observantia, & de jure per DD. ibi citatos, qui apertè dicunt, nec ad fisci instantiam repeti testes didicitis testificatis, quia copia indiciorum non datur nisi testibus repetitis, vel habitis, & declaratis pro repetitis, quibus ipse dicit respondisse procedere de jure civili, sed contrarium servari de jure canonico in Urbe, & in Terris Ecclesiæ, de qua Urbis observantia, & ejus ratione testantur etiam Cartar. *Prax. interrog. reor. lib. 3. cap. 3. nu. 67. fol. mihi 187.* Zuff. *de legit. Processf. quæst. 162. n. 7. & 8. & quæst 166. n. 4.* Conciol. *ref. crim. verb. Testes quoad examen, resol. 6. num. 21. & 22.* qui agunt etiam de differentia in hoc Praxis Almæ Urbir, & Status Ecclesiastici, & illius ratione, cùm in Urbe dentur copiæ processuum etiam illis non legitimatis, in statu verò Ecclesiastico secus.

Ex qua supra firmata regula, & limitationibus benè perpensis, incontrovertibilis redditur distinctio hic per me tacta *vers. Quod dicta repetitio*, & auctoritatibus monita, ut repetitio ex officio, vel ad convalidandum processum semper fieri possit non autem ad instantiam partis post publicationem processus.

Et cùm post erectionem Rotæ criminalis Florentiæ contigisset articulum disputari, Ego dicebam nullatenus repetitionem testium esse admittendam post publicationem processus ad evitandas subornationes, & falsitates, fretus textibus, & auctoritatibus prædictis, & stylo inveterato, ac notissimo omnium Tribunalium Serenissimi Dominii, de quo & ejus validitate, ac justitia ambigi non poterat, per ea, quæ hic notavi *in vers. Qualiter & in Addit. primi tomi §. Consuetudo n. 26. fol. 613. num. 27. & seqq.* & latiùs in Praxi *Præfat. n. 69. & seqq. primæ impressionis, & n. 114. & seqq. usque ad 141. secundæ impressionis*, quibus in locis addi potest Calvin. *de æquit. lib. 2. quæst. 179. nu. 72. & seqq.* ubi eum Cabal. *cas. 262. n. 12.* & aliis pluribus benè probat non sapere iniquitatem stare testibus parte non citata examinatis, cùm possit reus opponere contra eorum personas, & dicta, quando adest consuetudo & *n. 94.* ubi quòd omittitur repetitio quando stylus ita se habet, ut in Regno Neapolitano, ac alibi, & ut supra per plures annos ab ipsa Rota criminali servatum fuit, stante maximè jussu Serenissimi Magni Ducis per Epistolam circularem diei 22. Octobris 1680. sequentis tenoris in parte ad rem faciente, vide *in §. Diuturnitas n. 3.*

Il Serenifs. Gran Duca nostro Signore in occasione dell' erezione della nuova Rota Criminale hà comandato, che in avvenire quando li rei carcerati haurannno havuto il termine di fare le diffese, & haveranno dichiarato d' haver per bene, e legitimamente esaminati, e repetiti li testimoni del fisco, si faccino mettere alla larga, e si publichi il loro processo con darline copia, volendola, ma se volessero far repetere li detti testimoni si deve far la repetitione prima di publicare il processo, e di allargare il carcerato, à fine di fugire le subornationi. Est optime ordinatio, ac omninò juri conformis.

Sed quia legislator est unus, pauci qui legem intelligere, & sequi velint, & plurimi ad illius, & justitiæ destructionem omni conatu intenti, solus constans fui in opinione firmata, nec me movebat auctoritas Farinac. quæ in contrarium facere dicebatur *d. quæst. 66. n. 310. & seqq.* quia loquitur de repetitione post publicationem processus non legitimati, & sic ad illum convalidandum, quod & nos fieri posse quandocumque ad dictum effectum non inficiamur, loquitur ad defensam Judicis inquisiti de hujusmodi contraventione, quod dat intelligere cum quanto rigore contrarium antea servabatur, prout fatetur contra eum tenebat Sacra consulta ex observantia, & veriori de jure opinione, nihil allegat præter praxim Tribunalium Urbis, qua suum votum confirmare fecit (sed tunc tantùm ejus auctoritas ortum habuit, cùm antecedens observantia juridica nota esset Sacræ consultæ, & aliis, ut testatur Bajard. supra relatus, & melius Scacc. *de judic. lib. pr. cap. 100. sub n. 11. vers. si loquimur de consuetudine*) fatetur denique Farinac. opinionem prædictam non repetendi testes post processus publicationem de jure civili veriorem, & suam servare de jure Canonico in Urbe, & Terris Ecclesiæ, & sic benè perceptus semper stat pro regula, & opinione nostra de jure civili, quod exceptis quibusdam materiis prævalet, & servari debet in terris Imperii ad nota juris principia, & juxta theoricam traditam per Abbat. & Canonistas post text. *in c. Clerici de judic. & in cap. pr. de nov. oper. nunc.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ extra de constit.* Oinot. *Inst. de nupt. in princip. num. 11.* & melius Parlador. *tract. de different. quotid. different. 5. §. pr. per tot fol. mihi 208.* ubi quòd exceptis materiis concernentibus animam, laici non canonico, sed civili jure censentur, & gubernantur exemplificando in multis; atque eamdem distinctionem inter jus civile, & canonicum refert, & sequitur Guaz. *defens. 25. cap. pr. n. 10.* & facit *in defens. 24. cap. 3. nu. 11.* melius Carol. Pellegrin. *Prax. Vicar. part. 4. sect. 11. n. 9. fol. 497.* ubi plura.

Sed pace illorum verius existimo ut supra, etiam de jure Canonico, ob expressam dispositionem relati *cap. per tuas 48. extr. de test.* & comunem Canonistarum sententiam, quæ fortè contradictorem non habet, nec somniata æquitas in hoc juris Canonici reperitur inter tot æquitates cumulatas à Calvino, imò contrarium ex traditis per eumdem in citato *q. 179.* & cum ratione, quia æquitas non scripta contra jus scriptum nullatenus est attendenda, nec temperat illius rigorem, sed duplex efficitur iniquitas, ut dicunt Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 18. part. pr. n. 219. & part. 2. nu. 88. & 89.* Cresp. de Valdaur. *obser. 11. n. 23. & seqq.* cæterique per me citati *in §. Æquitas n. pr. cum addit.* Et dum loquuntur de jure Canonico, puto quòd velint intelligere, & sint intelligendi de stylo Urbis, Status Ecclesiastici, & Curiarum Ecclesiasticarum, in quibus jus Canonicum esset servandum, sed hujusmodi stylus, vel consuetudo est contra jus, ut inquit

Glos.

Digitized by Google

Glos. *in d. cap. per tuas verb. Interrogarii in fine*, Cafar. *d. quæst.* 47. Et conferunt tradita per Genuen. *in Praxi Archiep. Neap. cap.* 27. *sub n.* 11. Vel benè distinguere, qui tentum de jure Canonico sit inducta necessitas repetitionis testium per text. *in cap.* 2. *de test.* Sed in terminis habilibus, hoc est ante processus publicationem juxta *d. cap. per tuas*, & *cap. cum clamor.* 53. *cod. tit.* fecus autem de jure civili, quo non reperitur text. expressè repetitionem exigens ad confirmandam testium fidem, ut testatur Matthen. Sanz. *de re crim. contr.* 25. *n.* 31. & *seqq.* & *n.* 38. & *seqq.*

Et licèt idem Farinac. *d. quæst.* 66. *n.* 316. ampliet ut in criminalibus testes ad defensam repetantur post publicationem, non solum Judicis officio, sed etiam ad instantiam partis, ex Felin. *in cap. cùm clamor.* 53. *n.* 5. *vers. Et hoc. procedit. de test.* tamen debet intelligi juxta doctrinas citatas, & benè perpensus textus cum Glos. apertè loquitur ex officio Judicis, & quando testes confusè deposuerunt, sicut & Felin. non dicit id, ad quod allegatur per Farinac. sed ex officio tantùm juxta textum, & quatenus *in vers. seq.* subjungit ad petitionem partis, loquitur non de repetitione, sed de nova testium productione ad defensam, non obstante publicatione primosum, juxta doctrinam Bart. *in l. unias* 18. §. *fin. l.* 5. *in fine ff. de quæst.* & est materia diversa *c. Fraternitas* 27. *cod. tit.* de qua plenè Thesaur. *dec.* 262. Mans. *Consult.* 275. *n.* 39. & *seqq.* Capyc. Latr. *dec.* 578. ubi benè examinant, ac it ut verè loquitur expendunt dictam doctrinam Felin. & Bart. & ego dixi *in* §. *Testes nu.* 25. &c. Facit optimè Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 30. *sub n.* 1. ubi quòd si non judicaretur super primo processu, periculum esset subornationis testium, & pars potuisset illorum vidisse depositiones, & data opera procurasse jacturam illius, ut eosdem, vel alios testes subornatos facilius producere posset, & ideò ad evitandum periculum illud subornationis juxta *d. cap. Fraternitatis*, & *Auth. At qui semel C. de probat.* standum esse primo processui, & sic petet semper fugiendum subornationis periculum.

Moveatur insuper ex supra relato motu proprio Serenissimi Magni Ducis, qui tenui meo judicio omnes removet difficultates, & tamquam lex est servandus, nec potest restringi, vel intelligi, ut loquatur de repetitione pro legitimatione processus, tùm quia ista semper facta fuit, & etiam fit hodiè modo diverso in Statibus Etruriæ, ut dixi in locis supra indicatis, & alibi etiam reputatur superflua, & ipsis legibus civilibus Romanorum incognita, prout ultra Cabal. *res. crim. cas.* 269. & alios doctè peritis judiciorum principiis ostendit Matt. Sanz. *de re crimin. contr.* 25. *nu.* 38. & *seqq.* Peguer. *in Prax. crim. cap.* 12. §. 2. *n.* 9. Fontanel. *dec.* 529. *nu.* 25. Francisc. Romaguet. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eug. lib.* 2. *Rub.* 8. *n.* 26. & 27. Tùm etiam quia emanavit, ut in eo expressè legitur ad tollendas subornationes (quæ ratio in utroque militat casu) & cùm supposito legitimationis jam factæ, vel de consuetudine per repetitionem non necessariæ. Tùm denique, quia si intelligeretur de repetitione pro legitimatione processus tantùm, & non de ea, quæ fit ad instantiam reorum non tolleret subornationes, intentas, & esset extra rem, ac contra ordinem justitiæ, quod non est dicendum, cùm repetitiones pro legitimatione processuum, tam civilium, quàm criminalium possint de jure semper fieri, etiam post eorumdem publicationem ad sanandam nullitatem, ut inter alios probant Franch. *dec.* 716. *n.* 10. Sanfel.e. *dec.* 22. *num.* 24. & 25. & *decis.* 97. Gratian. *disceptat.* 890. *n.* 11. & *seqq.* Duran. *dec.* 276. *nu.* 3. & *seqq.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 317. *nu.* 27. Farinac. *quæst* 66. *n.* 303. & 310. Et sic nimis esset fisco præjudicialis, si auferret ei facultatem sanandi processus ex hoc capite nullos per repetitionem fiendā quotiescumque opus esset ex officio etiam post publicationem, ut permissum est de jure.

Cumque dictus motus proprius utatur verbis non in judices, sed in reos directis cùm illa adversativa, *Ma*, magis manifestum facit loqui, & esse intelligendum de repetitionibus ad instantiam reorum, & pro illorum defensione post publicationem non admittendis, & non ex officio pro legitimatione processuum, de qua antecedenter verba fecit, & ita fuit intellectus, & practicatus per universum Statum ac adhuc practicatur per omnes Judices petitos, nisi aliquando eis contrarium imponatur à Cancellaria Rotæ, & fuit servatus ab ipsa Rota usque ad annum 1685. quò Domini mei mutarunt sententiam, licèt ex quibus motivis (meam fateor imbecillitatem) adhuc percipere non valuerim.

Nam in terminis repetitionum, quæ fiunt ex officio, vel in aliis casibus limitationum ad regulam supra firmatam, vel de stylo Urbis Romæ, & Status Ecclesiastici, etiam non uniformi, ut supra retigimus, vel locorum, & Tribunalium, in quibus servatur jus canonicum, & non jus civile, loquuntur omnes quorquot possent allegari, & ego percurri, contrarium tenentes, scilicet repetitionem testium fieri posse post publicationem processus, & didiceram testificata.

Quæ resolutiones, & styli nil commune habent cum casu nostro, & Tribunalibus Status Florentini, aliorumque Statuum, Rebublicarum, Provinciarum, & Regnorum propriis legibus, & consuetudinibus, vel secundum jus civile se regentium, & gubernantium; Florentiæ enim, & tota illius ditione (cujus Tribunalia semper fuerunt verum exemplar justitiæ, & æquitatis) extat stylus inveteratus non repetendi testes ex officio pro legitimatione processuum, sed aliis modis juridicis legitimari, ut alias ostendi, & tantùm aliquando ad instantiam inquisitorum, & pro illorum defensione repeti in terminis habilibus, hoc est antequam ponantur ad largam, & ante publicationem processuum juxta præcitatum motum proprium S. C. S. qui in reliquis, nihil innovat, & quod non mutatur, quasi stare prohibetur; dicit text. *in l. sancimus* 27. *C. de testam.* & meli s ad rem nostram *in l. præcipimus* 32. *in fine*, ibi, *Quidquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum, constitutionumque regulis omnes relictam intelligant C. de appellat.*

Sunt autem adeò benè fundatæ leges, & usus Florentini, ut quandoque non dedignati fuerint Romani ab illis normam gubernandi resumere, sicuti testatur Joannes Villani *in sua Chronic. part.* 2. *lib.* 11. *fol.* 125. aliàs per me relatus in Addit. primi tomi §. *Consuetudo n.* 41. *fol.* 655. & Romam suas recognoscere glorias ab Etruschis latè demonstrant modernus Amicus noster Abbas Eugenius Gammursini *in sua Histor. Genealogic. vol. pr. fol.* 1. & *seqq. impress. Florentiæ* 1668.

Alias eruditas rationes pro fisco adducebat Excellentissimus D. Jo. Maria Lunelli Advocatus fiscalis, nempè quia ultra suspicionem subornationis evitandam, non debent rei in repetitione esse melioris conditionis, quàm essent si testes ipsis citatis ab initio formiter examinarentur, sed sic est quòd tunc volentes dare interrogatoria si admitterentur, id agerent sine copia depositionum adhuc in esse non productarum, quare idem servari non debet in repetione pro qua majorem habent commoditatem, cùm videant libellum fisci, sive inquisitionem, & ipsorum constitura, in quibus epilogantur omnia indicia ex processu resultantia?

Ego addebam hoc sufficere, ac ita servari atiam in Curia Archiepiscopali Neapol. testatur Marc. Anton. Genuen. *in Praxi dicti fori cap.* 27. *nu.* 11. ubi quòd ad evitandam subornationem, si inquisitus non habet testes pro repetitis, non publicatur processus, nec datur copia, sed si instat sibi concedi copiam repertorum ad finem formandi interrogatoria tunc conceduntur ei capita, vel copia ipsius constituti loco capitulorum, sine nominibus, & cognominibus testium, cum termino dierum duorum ad formandum interrogatoria, testibus repetitis conceditur ei copia omnium repertorum cum nominibus testium ad finem faciendi defensionem, nisi essent ad inquisiti absentes, quia tunc solùm conceduntur capita, & sic multò strictiùs servatur, quem sequitur ad illud videndum remittens Carol. Pellegrin. *in Prax.*

Prax. Vicar. part. 4. sect. 11. nu. 9. in fine fol. 497. Scacc. *de judic. lib. pr. cap.* 100. *n.* 11. *vers. si loquimur*, ubi post plures distinctiones concludit de generali consuetudine Curiarum, & in specie Neapolis, Romæ, & Status totius Ecclesiastici, non dari copiam repertorum, nisi prius repetitis testibus, vel habitis, pro repetitis numquàm ab hac praxi recessisse, pessimè facere, ac imperitos reputari aliter facientes, & illum cum aliis sequitur Majoran. *in Opoprax. crimin. cap.* 3. *n.* 25. *fol.* 120.

Secundò, quia repetitio non est propriè inducta pro defensione, sed pro complemento processus informativi, & ad effectum supplendi citationes juxta text. *in cap.* 2. *de test.* qua forma per fiscum servata, non est opus alia repetitione, nec ex denegatione copiæ repertorum ante repetitionem, tolluntur defensiones, cùm semper salvum sit jus excipiendi contra personas, & dicta testium in termino repulsæ, imò non sit prohibitum illos inducere per viam capitulorum super omissis in examine, & hoc modo possunt intentionem suam probare, non defraudando accusatorem, & fiscum jure illos interrogandi, quo remanent defraudati per repetitionem super interrogatoriis, ut plurimum intentionalibus, juxta ea, quæ ex pluribus notavi *in §. Interrogatoria num.* 9.

Tertiò, quia stante decreto Magistratus, & praxi omnium Tribunalium Status Florentini assignandi cuilibet inquisito post responsionem terminum duorum dierum ad dandum interrogatoria pro repetitione testium quatenus illos repetere velint, cum protestatione, quòd eo elapso, & non datis interrogatoriis habebuntur pro repetitis, & processus pro legitimato, remanet præclusa via ulterioris repetitionis post lapsum dicti termini, & multò magis post datam processus copiam, nec dici potest, quòd tale decretum, & praxis deserviat tantùm pro sublevando fisco ab onere repetitionis, & in substantia aliud non operetur quàm legitimationem processus, quia decretum loquitur de utroque, & praxis utrumque pariter comprehendit, aliàs fuisset superfluum, cùm in Statibus Etruriæ semper modo prædicto fuerint legitimati, & legitimentur processus, nec circa hoc aliquid fuerit innovatum, præterquam quòd priùs fiebat sub clausula externata, *fù monito, etc.* hodie verò fuit ordinatum fieri per extensum, licèt paulatim videamus Actuarios brevitatis causa redire ad usum dictæ clausulæ, quam (aliquando, & ipsi moniti) dicunt reis per extensum legere, & sufficere hujusmodi generalem monitionem pro repetitione distinguendo, probat sæpè citatus, Calvin. *de æquit. dict. cap.* 179. *num.* 82. *et seqq.*

Quartò, quia si inquisiti volunt repetere testes, id agere debent, antequam ponantur ad largam, ne possint illos subornare, multò magis ad eumdem effectum est prohibenda repetitio post publicationem processus, & dicta testificata, nec obstare possunt aliqua exempla in contrarium adducta quia non exemplis, sed legibus, & legitimis stylis, atque consuetudinibus est judicandum, & allegare inconvenientia, non est solvere, sed magis contemnere leges, & si quæ essent auctoritatis, in diversis terminis procederent, quis quando fuit processum ex abrupto, & ad torturas ex processu informativo, jam cessavit omnis subornationis suspicio, & parum prodesse, aut nocere poterat repetitio facta etiam post publicationem.

Quintò, quia sicuti post dicta testificata non est permissum super eisdem, vel de directo contrariis alios inducere testes, ita nec debet esse licita repetitio ob timorem subornationis, juxta text. *clarum, et gloss. in cap. per tuas* 38. *de test.* Gabriel. *de test. conclus.* 28. *nu.* 2. & nos supra satis abundè diximus; Ac conveniunt omnes copiam processus, & repertorum non esse dandam ante repetitionem, Clar. *§. fin. quæst.* 49. *num.* 6. *vers. item scias*, Foller. *in Prax. verb. Detur Copia num.* 5. Marant. *in Prax. tit. de Inquisit. nu.* 8. Cartar. *in Prax. Interrog. reor. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 60. Boss. *tit. de delinquent. num.* 4. Scanarol. *de visit. carcerat. lib.* 2. *§.* 6. *num.* 18. Nec dicatur DD. in hoc loqui ad effectum legitimationis processus, & non repetitionis, quia loquuntur ad effectum repetitionis citata parte ad dandum interrogatoria, qua repetitione semel facta, etiam ad effectum legitimationis processus, non datur regulariter alia repetitio, ac ideò resultat idem effectus in utroque casu, quia finis legis in denegando copiam ante repetitionem est timor subornationis, ut sæpiùs diximus, qui magis urget, & est præcavendus in casu repetitionis ad instantiam partis, quàm legitimationis processus, nam sine subornatione facta, vel separata non fieret instantia pro repetitione, quæ si non noceret, nihil etiam aliàs prodesset, ut alibi fuit dictum, & in praxi sæpè animadversum, ac ideò semper stat firma conclusio per nos supra comprobata pro non repetitione testium post publicationem processus, & dicta testificata ad instantiam partis, maximè de jure civili sine ulla controversia.

His tamen non attentis de anno 1685. in causa Caroli Venturæ Lippi Florentini, Illustrissimi DD. mei Collegæ fuerunt in unanimi voto, ut possint indistinctè fieri repetitiones testium ad instantiam inquisitorum, etiam post publicationes processuum, datam copiam, & dicta testificata, ac me ægrotante, quamvis priùs dedissem in processu motiva contrariæ sententiæ, illis omissis, factum fuit negotium de more Serenissimo Magno Duci, asserendo ita servandum ex dispositione juris communis, styli omnium Judicum, & Tribunalium Italiæ, &c. non obstante contradictione Auditoris Sabelli, approbatum fuit illorum votum, ac ita de facto postea semper servatum, etiam quoad socios, querelantes, & hujusmodi omni ampliori modo, nulla attenta suspicione collusionis, & subornationis.

Sed ista resolutio non potest facere statum, non obstante rescripto approbante, quia cùm difficultas esset per relatum motum proprium in vim legis, & ordinationis generalis sublata, non oportet novo Imperiali rescripto resuscitari, text. *in l. causas* 16. *Cod. de transact.* Imò ad exemplum Theodosii, & Valentiniani Imperatorum non dubitatur Serenissimum nostrum præcipere illud ab omnibus judicibus refutari, juxt. *l. rescript.* 7. *Codic. de prec. Imper. offer.* & monere omnes suæ Ditionis Judices, ut nullum rescriptum, quod generali juri, vel utilitati publicæ adversum esse videatur, patiantur proferri; sed generales constitutiones modis omnibus non dubitent observandas, ut in *l. fin. Cod. si contr. jus, vel util. publ.* Principes enim numquam præsumuntur velle, plus quàm leges, & justitia, ita ut si sententia ab illis non benè informatis lata adversetur legibus, & justitiæ corruat ex defectu intentionis ad notata *in §. Princeps n.* 2.

Adstipulatur lex hujus Serenissimi Dominii anni 1561. super interpretatione rescriptorum, disponens, rescripta legibus, statutis, ordinibus, & consuetudinibus adversantia non esse servanda, & quæ essent illis conformia, vel non contraria pro illa vice tantùm, & inter easdem personas, & non pro decisione aliorum quantumvis similium casuum attendenda, sub pœnis in ea contentis.

Quapropter, si ut decet, ametur veritas, dictum rescriptum particulare confirmatorium negotii, sine clausula *non obstantibus*, nec in formam legis generalis, sed potiùs subreptitiæ obtentum, non est ulterius de jure servandum, sed ad tramites juris, & observantiam motus proprii S. C. S. in vim legis generalis emanati redeundum, ut evitentur subornationes, perjuria, falsitates, & absurda per quæ non rarò delinquentes remanent indebitè absoluti, & incauti testes illaqueati: Sat mihi sit dixisse, & hæc scripsisse.

Tandem cum bona venia, & salva semper pace Dominorum meorum, quos summè veneror, pro servitio justitiæ volui per revolutionem aliorum librorum, & per informationes intelligere quid circa hoc servetur in aliis Statibus, Provinciis, & Regnis, & an posset dicta illorum relatio sustineri, quasi ego, etsi per vigintiquinque annos jam versatus in hoc Tribunali causarum criminalium supremo fuissem omninò novitius, nullos viderim Auctores, & toto aberrassem cælo illis non adhærendo, ut hinc, si

non

Digitized by Google

non alius fructus, quam veritatis consecutivus superetur, omnis salrem Litteratorum, & practicorum cœtus judicet, his fruar, & hæc sola de laboribus gaudia feram; ac ulrra citatos quoad dispositionem juris commonis reperiri etiam circa observantiam, quod in Provincia Cathaloniæ in criminalibus, sive procedatur per inquisitionem, sive per accusationem, testes (prout ad unguem servabatur in dominio Florentino) recipiuntur, & examinantur non citata parte, nec repetuntur, sed solùm in termino defensivo opponit reus contra tester, dicta, & quascumque exceptiones, Peguer. *Prax. crim. cap.* 12. *§.* 2. *num.* 9. Fontanel. *decis.* 129. *num.* 25. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 8. *nn.* 26. *et* 27. ubi quod ita etiam servatur in Tribunali S. Officii ex tradita per Del Bene *de Inquisit. tom.* 2. *Dubit.* 298. *sect.* 10. *nn. pr. et seqq.* Fermolin. *tract.* 2. *crim. in cap. si adversus quæst.* 3. *num. pr. fol. mihi* 243. quia tamen refert diversas opiniones, vel observantias in dicto Tribunali.

Idem servari in Tribunalibus sæcularibus Regni Neapolitani, maximè verò quoad repetitionem non admittendam ad instantiam reorum post publicationem processus, colligitur non tantùm ex Franch. *decis.* 629. aliàs per me cirato in *Præfat. Prax. crim. num.* 107. novæ impressionis, Capyc. *dec.* 74. Mauson. Sanfelic. Majoran. Calvin. Scacc. & aliis supracitatis, verùm ex relationibus Excellentiss. D. Michaelis Hieronymi Catani Neapolim assistentis litibus Serenissimi Magni Ducis nostri, qui per litteras anni 1688. & 1689. mihi testatur percepisse à primariis Advocatis, & Curialibus, esse regulam, & praxim incontrovertibilem in Tribunalibus laicis Regni, nullo tempore delinquentibus concedi facultatem interrogandi, nec aliam repetitionem testium faciendi, postquam isti ante datam copiam, vel visionem processus fuerunt legitimè repetiti, vel pro repetitis habiti, & declarati, ac proindè post publicationem processus, non posse reos in termino defensionum ullum sublevamen ex ipsorum testium ore sperare, quam aliquam fortè declarationem qualitatum antea depositarum, si Judici opportunum videbitur illos ad indagandam veritatem interrogari, omni cessante subornationis suspicione, sed tantùm licitum esse articulare, & probare in termino repulsæ contra dicta, & personas testium; quæ praxis mihi summoperè arridet, cum sit in omnibus, & per omnia conformis dispositioni legum civilium, & canonicarum, juxta regulam, & limitationes ex Farinac. plures textus, & auctoritates adducentes supra firmatam, & firmatas.

Imò idem servari, vel servandam esse etiam in Tribunalibus Ecclesiasticis habetur ex Praxi Genuen. *cap.* 27. *num.* 11. ex Scacc. *de judic. lib. pr. cap.* 100. *sub num.* 11. *versic. Si loquimur etc.* ubi de observantia Magnæ Curiæ Urbis Romæ, totius Status Ecclesiastici, &c. ut dixi supra *vers. Ego addebam*, & ex Casar. *peregr.* 47. *num.* 21. *et seqq.* ubi notat, quod licet de consuetudine quidam Judices interrogent testes etiam ad petitionem partium, tamen talis consuetudo est contra jus per *gloss. et DD. in cap. per tuas extr. de test.* & valdè periculosum etiam ex officio illos interrogare post publicationem, ob inconvenientia, quæ inde resultare possunt.

Parmæ etiam sub die 3. Julii 1682. per Excelsum Ducale Consilium cum relatione, & voto Auditorum Criminalium, omnibus maturè discussis, & diligenter examinatis super instantiis factis pro parte D. Jo: Calestani de repetendo testes fiscales in causa examinatos super dicti rei contra quæstionibus, non obstantibus publicatione processus, copiæ ejusdem traditione, ac protestationibus ab ipsomet reo factis, fuit decisum non esse locum petitæ repetioni testium, ex rationibus, & motivis datis, quæ licèt per me visa non fuerint, puto fuisse, & esse ferè in omnibus prædictis conformia.

In Republica Lucensi idem, & strictius servari (prout ante erectionem Rotæ Criminalis, Florentiæ servabatur) mihi retulit omni exceptione major testis de facto proprio Illustrissimus D. Jo: Ludovicus de Pratis Nobilis Pisaurensis in Rota Lucensi per plures annos Auditor, & Prætor.

Mutinæ non admittitur repetitio testium pro fisco examinatorum ad instantiam reorum, nisi cum gratia S. C. S. cujus est in suo Statu legibus derogare, & illam non concedit, ubi viget subornationis suspicio, ac aliis opportunis animadversionibus cum cum relatione judicum adhibitis.

Ac ita servari, & servandum esse censeo ubique locorum extra Statum Ecclesiasticum, & Tribunalia Ecclesiastica; Quinimò de jure magis servandum in Statu Ecclesiastico, & Tribunalibus Ecclesiasticis in quibus præ cæteris candor justitiæ fulgere solet, & decet, ob claram dispositionem juris Canonici in relato *cap. per tuas extra de test. & attest. & ibi glos. in verb. Audiendum, & verb. interrogari*, quæ dicit consuetudinem aliter facientium esse contra jus, & per Canonistas, ac praxim veram attestatam per Bajard. ad Clar. *quæst.* 49. *num.* 35. *et* 36. Genuen. *in cit. Prax. cap.* 27. *num.* 11. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 11. & per alias prædictas rationes, & auctoritates; cùm quippè aliàs indecorum esset audire, jus Canonicum non servari in Terris Ecclesiæ, & Tribunalibus Ecclesiasticis contra theoricam omnium scribentium, nam sicuti leges civiles non dedignantur sequi sacros Canones, ut habetur *in cap. Clerici de judiciis cum ibi notatis* per Abb. & alios Canonistas, *& in cap. pr. de novi oper. nunc.* & Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ extra de Constit.* tantò magis ipsi Canones servari debent in eorum propriis Tribunalibus, & si alicubi circa hoc in desuetudinem abiissent, opus esse existimaretur salutari remedio ad tollendas subornationes, falsitates, perjuria, & peccata inde provenientia, cum nondùm sit occupata, sed potiùs ex praxi contraria obscurata veritas, & eò magis quia hujusmodi repetitiones post publicationem, & dicta testificata apud doctos, & peritos judices nihil etiam inquisitis ipsis prodesse valent, nam si testes persistunt in primis depositionibus res est clara apud omnes; si recedunt, & contrarium deponunt, se ipsos tantùm illaqueant perjuriis, & pœnis, & quoad inquisitos (in his terminis) standum est nihilominus primis depositionibus juratis, & legitimatis, factis sine ulla labe perjurii, quod tantum committitur in repetitione, & non præjudicat primis dictis, ex quibus quæsitum est jus parti, & fisco, ut credimus Rotæ Romanæ *de probat. in novis decis* 19. & post Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. tom.* 2. *dec.* 8. *num.* 14. Farinac. *quæst.* 66. *numer.* 124. & 130. Vulpin. *in ejusdem suco d. quæst.* 66. *num.* 29. *& seqq.* Fachin. *controv. jur lib.* 9. *cap.* 84. Vermigliol. *consil.* 95. *nn. pr. & seqq.* Guazin. *defens.* 19. *cap.* 2. *num.* 15. ubi quòd ob timorem subornationis omninò standam est primò dicto, & contrarium facere, est errare, prout vidi de facto per judicem parùm eruditum destrui processum, qui omnes pluribus citatis restantur de magis communi, & veriori opinione, & ego latiùs dixi in Praxi *de modo formandi process. in Noviss. Addition. in fine primi tomi hujus summæ cap. pr. sub n.* 135. *vers. Et in vero à che servano, &c.*

Repetitio qualitatum, & conditionum præcedentium quando, & in quibus casibus fiat, vel non virtute dictionum relativarum, & repetitivarum, plenè Ger. Spin. *cons.* 13. *num.* 5. *& seqq. cons.* 65. *num.* 25. *& seqq. cons.* 66. *n.* 13. *&c.* ubi quòd conditio, quæ personæ cohæret, non censetur in alia persona repetita, prout nec quando alia qualitas, vel conditio in sequenti depositione fuit adjecta, *& cons.* 82. *nu. pr. &c.* vide *in §. Qualitas n.* 9. plenè Tusch. *litt. R, conclus.* 186. *& seqq. ad* 143. Mascard. *de probat. concl.* 1265. *per tot.* Decian. *respons.* 17. *per tot. libr. pr.* Giovagnon. *cons.* 66. *per tot. lib. pr.* Urceol. *Consul. forens. cap.* 79. *per tot. volum.* 2. qui loquuntur in terminis Statuti Bononiæ *§. Agnati, & §. Et etiam prædicti*, Rub. *de success. ab intest. lib.* 4. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 332. *per tot.* Ludovis. *decis.* 225. *nu.* 9. *&c.* ubi quòd impeditur repetitio ex diversa oratione, diversitate rerum, pœna, & disformitate operationis, Bich. *decis.* 334. *num.* 6. *& seqq.* ubi etiam ex diversitate personarum, Rot. *part.* 18. *decis.* 216. *per tot.* Vide Rot. coram Jacob. Emer. *dec.* 1115. & 1151.

5151. Pea. dec. 51. & decis. 294., ubi Add. Bertachin. vot. 78. n. 14. & 17. & vot. 190. a num. 4. latè Mantiss. ad De Luc.

Non etiam fit repetitio ad omnia, ubi deficit rationis identitas, nec ubi adest specialis provisio, Rot. part. 17. recent. decis. 18. num. 8. & 9. sed potiùs tunc arguitur à discretivo modo loquendi ad contrariam voluntatem, Rot. part. 18. decis. 633. per tot. ubi de conditione, *si sine filiis*, apposita in primo gradu substitutionis, ut non censeatur repetita in secundo, vide in §. Conditio num. 45. & Rot. dict. part. 18. decis. 684. num. 7. & 8. & decis. 691. num. 7. & 8 ubi quòd stante dictione, *ut supra*, inducitur repetitio. De Luc. de Dot. disc. 9. n. 8. & 9. Caprar. decis. 479. n. 10. part. 2. Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 89. nu. 16. 23. & 24. tom. 2. Emeria jun. decis. 325. n. 10. et decis. 334. n. 15.

De repetitione conditionum, & qualitatum, Bertach. Repert. verb. Repetitio, Vela Differt. 49. num. 207. & seqq. Castil. contr. tom 5. cap. 108. & tom. 6. cap. 117. & 181. aliique plures citati à Castejon. Alphab. jurid. verb. Repetitio, & Com. August. Font. Bibliotb. legal. part. 5. cod. verb. fol. 521. plenè Jo. Torre de success. in Majorat. & Primog. Ital. in diversis locis, ut in Indice generali in fine part. 3. verb. Repetitio Masculinitatis, Repetitio qualitatis, & Repetitio in genere, Mans. Consult. 282 per tot. lib. 3. ubi plura de repetitione qualitatis, & conditionis adjectæ legato facto in testamento, & postea repetito, vel replicato, & aucto in codicillis, vel in eadem dispositione sine expressione ejusdem qualitatis, conditionis, vel substitutionis, an intelligatur repetita, & pro qua summa, vel potiùs revocata substitutio, &c De Luc. de Fidejuss. disc. 41. n. 2. disc. 43. n. 4. & 5. & in Summ. n. 270. ubi de repetitione qualitatis masculinitatis. Baldun. tit. 3. decis. 39. n. 17. & 18., ubi ea quibus excludatur repetitio masculinitatis. Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 80 n n. 14. et alleg. 89. n. 16. & 23. tom. 2. latè Mansiss ad eumd. De Luc.

3 Repetitio soluti denegatur fidejussori, quando fuit nimis proclivis ad solvendum, & exceptiones sibi, ac debitori competentes non allegavit, si illas sciebat, & erant relevantes, ac ordinariæ, secus si frivolæ, de apicibus juris, pudoris, turpitudinis, vel aliàs periculum allaturæ, Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 4. cap. 39. Gratian. discept. forens. cap. 227. n. 25. &c. Magon. decis. Luc. 92. per tot. Urceol. Consult. for. cap. 13. num. 10. et 35. Rec. Collect. 1546. ubi quid si solverit debitum jam per principalem solutum, vel pacto liberatum.

Item denegatur quando sciente solvit ex contractu, vel judicio nullo, Afflict. decis. 149. n. 4. Maur. ubi supra n. 23. vide in §. Solutio n. 61. etc.

Item denegatur quando fidejussor fuit injustè condemnatus, & non appellavit sed solvit, secus si fuerit justè condemnatus, nam tunc non debet appellare, & si appellat, sumptus litis amittit, Afflict. decis. 49. num. pr. Maur. loc. cit. num. 24.

Quòd si fecit quidquid potuit, & fuit indebitè coactus, possit repetere, Marsil. de fidejuss. num. 186. ubi nihil dicit de appellatione.

Item denegatur repetitio, quando fidejussor solvit non denunciata, nec intimata lite suo principali, dummodò appareat, quòd si principalis fuisset intimatus, potuisset aliquam justam exceptionem allegare, & se defendere Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 4. cap. 39. num. 27. etc. ubi num. 31. videtur absolutè tenere denunciationem non esse necessariam, cùm præcesserit mandatum, ita etiam Magon. dec. Luc. 92. n. 13. Urceol. Consult. for. cap. 13. num. 9. 33. et 34. vide in §. Emptio num.

Reliqua vide in §. Fidejussor n. et in §. Solutio n. 61. etc. ubi de repetitione soluti per errorem.

4 Repetitio soluti non datur contra eum, qui suum recipit quamvis ab alio, quàm à suo debitore pecunias receperit, & ideò pecunias, quas creditor recepit vigore ordinis sui debitoris alicui Banco directi, non tenetur restituere, quamvis appareat illas debitoria non fuisse, idque nec in subsidium stante titulo oneroso, sed contra dirigentem ordinem agendum est, ut per Rot. part. 9. recent. decis. 243. per tot. Rot. part. 12. recent. decis. 432. in Appendice, ubi qualiter ex æquitate detur repetitio etiam contra recipientem ex titulo lucrativo, non autem contra recipientem ex titulo oneroso in extinctionem sui veri crediti, & an in casu repetitionis debeantur etiam damna, & interesse.

Quoad damna, & interesse indebitè soluti illa deberi, latè probat Bich. decis. 671. per tot. Sed postea vide Rotam part. 13. recent. decis. 112. per tot. ubi quòd etiam conventa non debentur, nisi probentur requisita Castrensis vel nisi agatur de re fructifera ab initio tradita, et decis. 161. d. par. 13. Alia vide in §. Solutio num. 61. etc. ubi plura an, & quando sit locus repetitioni indebiti, vel non, & contra quos, & an in ea veniant damna, & interesse, sive aliæ accessiones.

Quòd repetitio indebiti competat quando fuit solutum vigore obligationis a minore contractæ sine debitis solemnitatibus, nam nullitate detecta potest omne solutum repeti, quia repetitio indebiti competit quoties certum est fuisse solutum nomine non debentis, & datur etiam hæredibus, Rot. part. 15. recent. decis. 9. num. 8. et seqq.

Ubi agitur de repetitione indebitè soluti; Adde quod datur etiam repetitio soluti ob aliquam causam (velut consequendi aliquod officium) si causa non fuerit sequuta, l. pr. et si pecuniam ff. de condit. caus. dat. Sebast. Medic. decis. Ancon. 48. Thoro Compend. decis. Neap. part. 2. verb. Repetitio, ubi tamen considerat, an defectus causæ eveniat ante, vel post moram debentis adimplere, an casu fortuito, an pendat à facultate ejus, vel alterius, & alia, allegans plures leges, rationes, & auctoritates penes eum, & in fonte videndas adveniente casu, & melius Cæsar. de Afflicto contr. jur. cap. 44. nu. 26. et seqq. per tot. ubi quod ad hoc ut prætextu non adimplementi repetitio competat, causa non impleta debet esse finalis, expressa in contractu, vel ab utraque parte tacitè intellecta, neque etiam ex defectu causæ finalis detur repetitio, si non implementum procedat ex culpa ejus, cui erat adimplendum, vel casu fortuito sine culpa debentis implere, quia cum per eum non steterit adimplevisse reputatur, imò ipsi actio competat pro consequendo promisso Rot. Genuen. decis. 158. & licèt in contractibus innominatis, stipulatione, vel juramento non vallatis, sit licita pœnitentia, quæ dati repetitionem importat, procedit tantùm favore illius, qui ex parte sua perfectè contractum adimplevit, non autem alterius, qui in implemento defecit, & adhuc ille, qui implevit, si à contractu recedere intendit, alterum indemnem servare tenetur ab expensis in ordine adimplementum contractus factis, ut benè explicas, & probat Afflict. ubi supr. & faciunt per me scripta in §. Exceptio num. 50. & seqq. & §. Pœnitentia nu. 1. vide Cyriac. contr. 75. ubi an, & quomodo detur repetitio ex causa non sequuta, etiamsi actus habuerit effectum de facto, sed de jure fuerit resolutus, & an fiat repetitio in totum, vel tantùm quatenus non fuit impletum, &c. Vide De Luc. De Credit. disc. 125. n. 7. & 9.

Ad hoc autem ut sit locus repetitioni indebiti, tria sunt copulativè probanda, primò substantia veræ solutionis per realem numerationem, & non per simplicem confessionem solutionis, vel aliam satisfactionem, secundò quantitas præcisa summæ solutæ, tertiò qualitas ejusdem indebiti, taliter quòd nulla ratione potuerit esse debitum, ut latè declarat Rot. part. 15. recent. decis. 338. per tot. ubi ex defectu probationum dictorum requisitorum fuit denegata repetitio indebiti prætensi, vide in §. Solutio num. 61. &c. Rot. part. 16. recent. decis. 402. per tot. in eadem causa, ubi fuit revocata dicta decisio ex mutatione facti, quia repetitio indebiti non erat deducta per modum actionis principaliter, sed per viam exceptionis, quo casu non requiritur tam rigorosa probatio, & agebatur de repetitione, vel imputatione usurarum in sortem, in qua materia conjecturæ, & præsumptiones plurimùm valent, etiam ad effectum illas repetendi, cùm sint difficilis probatio-

bationis propter cautelas, & versutias, quibus utuntur fœneratores; dicta enim exquisita, & rigorosa probatio procedit tantùm in debito voluntarie soluto, in quo resistit juris præsumptio, quòd quis nemine cogente voluerit jactare suum, secus autem in solvente usuras, in quo lex præsumit coactam voluntatem, ne debitor compellatur ad restitutionem sortis, & ideò qui se fundat in usurarum justitia, & debito tenetur ipse probare requisita Pauli de Cast. nempe moram debitoris, occasionem promptam, & damnum passum ob defectum pecuniæ non restitutæ, ut latè ibidem Rota prosequitur, & declarat. Vide Gonzal. in c. is qui de solut. ubi plura De Luc. De Usur. disc. 12. De Regal. disc. 68. n. 9. & 10. De societ. off. disc. 11. n. 4. Idem De Luc. de Usur. disc. 13. nu. 8. Plura alia Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 6. sect. 2. n. 11. 21. & seq. n. 70. & seq. et n. 88. & ibidem sect. 3. n. 19. tom. 3.

Quòd requiratur plena probatio ad probandam indebiti qualitatem, quamvis in negativa consistat, itaut sola possibilitas justitiæ, vel debitæ solutionis sufficiat ad excludendum indebitum, & denegandam repetitionem, etiàm in materia fructuum, vel usurarum, Rot. part. 17. rec. dec. 177. n. 15. & seqq. per tot. De Luc. locis supra citatis.

5 Repetitio indebiti non competit pro solutione facta ante tempus Harpreck. Instit. tit. quibus mod. re contr. oblig. §. is quoque nu. 27. Ansald. decis. 5. num. 14.

6 Repetitio non competit contra recipientem delegantis non creditorem Cyriac. contr. 208. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 5. quæst. 42. n. 122. tom. 5.

7 Repetitio soluti ex causa transactionis nullo modo competit Valeron. de Transact. tit. 6. quæst. 2. n. 26. Royss decis. 477. n. 9. Ansald. decis. 5. n. 15.

8 Repetitio ostendit enixiorem voluntatem, & mentem magis deliberatam disponentis Caprar. decis. 59. n. 6. part. pr.

9 Quando qualitas requisita in Jurepatronatus activo censeatur repetita in passivo Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 89. sub n. 21. tom. 2.

10 Repetitio qualitatum præsumitur in oratione continuata, & ab eodem verbo recta Gratian. discept. forens. cap. 773. n. 25. & cap. 808. n. 12. Palm. nep. alleg. 151. n. 6. tom. 2.

11 Solvens debitum alterius habet repetitionem contra debitorem Mantiss. ad De Luc. lib. 7. decis. 15. n. n. vol. pr. Maxime si reportaverit à creditore cessionem jurium ibidem libr. 6. decis. 22. num. 12., imò etiam sine jurium cessione, quia potest agere utili actione negotiorum gestorum ibidem libr. 6. decis. 15. n. 5. & 6.

12 Repetitio pecuniæ injustè acceptæ a sponte solvente non admittitur Mantiss. ad De Luc. de Offic. ven. decis. pr. a n. 5. & seqq. vol. 4.

13 Qualitas apposita in principio, & fine præsumitur etiam volita in medio. Surd. cons. 564. nu. 6. Fusar. de substit. quæst. 403. n. 18. Bertachin. vot. 70. n. 8.

14 Repetitio conditionis, seu substitutionis quando non admittatur, non obstante copula. Balduc. de legat. tit. 3. dec. 48. n. 12.

15 Repetitio qualitatis non datur in exorbitantibus Card. De Luc. de Feud. disc. 85. num. 18. Fagnan. in cap. cæterum n. 61. de Rescript.

16 Repetitio conditionis, seu oneris non datur Card. De Luc. de Fideicom. disc. 98. n. 33.

17 Repetitio substitutionis primo hæredi factæ, nn eo castato, censeatur alteri hæredi adiecta De Luc. de Fideicommiss. disc. 127. n. 5. & 11. & in summ. n. 211.

18 Repetitionis præsumptio cessat, quando actus sunt separati, & diversi Fontanell. dec. 505. num. 3. cum seqq. Caprar. decis. 33. n. 14. part. pr. Vide Emerix jun. decis. 841. n. 4. & 5. & decis. 882. Ansald. decis. 22. n. 31. Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 76. n. 7. & decis. 78. n. 5. vol. 5. Et quando casus sunt inter se oppositi Emerix jun. decis. 1151. n. 5.

19 Repetitio non admittitur in odiosis, & pœnalibus, nisi adsint verba clara, & litteralia Dec. cons. 567. n. 6. Surd. cons. 421. n. 62. et 64. Ansald. decis. 69. num. 54.

20 Pacta onerosa, & odibilia nunquam censentur repetita Mantiss. ad De Luc. libr. 5. decis. 17. nu. 5. & 6. vol. pr.

In dubio pro exclusione repetitionis est respondendum Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 64. num. 12. vol. 3. 21

Repetitio alicujus qualitatis, ut superflua stare non dicatur, apposita præsumitur ad tollendam dubietatem Mantiss. ad De Luc. dict. decis. 64. n. 21. 22

Repetitio non datur omittenti exceptionem odiosam per errorem. Bald. in l. si Pater ff. sol. matr. Rub. de Confus. Jur. cap. 16. n. 3. & 9. 23

Repetitio datorum ob pœnitentiam, vel moram, quomodo procedat. Rub. de Confus. Jur. cap. 18. num. 197. 24

Repetitio turpiter dati non datur, ubi turpitudo concurrit etiam in dante. Text. in l. 3. l. pen. ff. de condict. ob turpem caus. Card. De Luc. de Regal. disc. n. num. 3. 25

Repetitio pretii non datur adversus feudatarium venditorem feudi, ex eo quod assensus ab ipso obtentus ad favorem emptoris de illo disponendo etiam in extraneos à Regia Camera non observetur. Card. De Luc. de Regal. d. disc. 2. sub n. 22. vers. Dabam. 26

Repetitio dati in certam causam ea non secuta quando concedatur. Text. in l. si pecuniam 3. ff. de condict. caus. dat. &c. Intè Card. De Luc. de Crad. disc. 125. n. 7. & 9. 27

Repetitio Salarii non conceditur adversus eos, per quos non stetit &c. Rut. dec. 586. part. 12. rec. De Luc. ibid. n. 8. 28

Repetitio sortis jurium vitalitiorum non datur. Leotard. de usur. q. 49 n. 7. Card. De Luc. de Regal. disc. 34. n. 5. 29

Repetitio indebiti quid differat ab imputatione ipso jure. Card. De Luc. de Legit. disc. 18. n. 21. disc. 30. nu. 11. 30

Repetitio indebiti procedit in solutione voluntaria, non autem coacta. Card. De Luc. de Regal. disc. 68. n. 10. ubi de solutione gabellarum. 31

Repetitio indebiti ubi locum habet respectu sortis, procedit etiam respectu fructuum Emerix Jun. dec. 470. num. 1. Et fructus non sunt amplius solvendi etiam ab obligato in forma Cameræ si pronunciatum fuit per sententiam non esse debitam sortem. Emerix Jun. ibid. n. 4. 32

§. REPRÆSENTATIO. XVI.

REpræsentatio est in locum alterius subingressio ad effectum succedendi, & potest considerari vel in linea ascendente, vel in linea descendente, vel in linea collaterali. 1

In linea ascendente, quando scilicèt agitur, ut parentes succedant suis descendentibus, nulla repræsentatio locum habet, sed si adsint plures ascendentes in gradu dispares, proximior remotiorem excludit, cap. si igitur defunctus descendentes 2. Novell. 118. Auth. defuncto C. ad S. C. Tertul. ubi glos. & DD. Crass. §. Successio ab intestato quæstion. 22. Oinot. Institut. de hæredit. quæ ab intestato deferunt, cap. de success. parent. natural. & legit. simul. n. 20. & 21. fol. 228. Nicol. Instit. tit. de hæredit. quæ ab intest. defer. n. 37. Palm. nep. alleg. 175. num. pr. tom. 2. & alleg. 249. n. 26. tom. 3.

Habet tamen locum ad favorem filiorum fratrum prædefunctorum, concurrant cum ascendentibus ad successionem juxta ea, quæ tradidi in §. Ascendentes nu. 3. & §. Successio num. 5.

In linea descendente, quando scilicet agitur, ut succedant descendentes suis ascendentibus, quidquid aliqui voluerint repræsentationem procedere tantùm usque ad pronepotes, & non ultra, tamen verior, & magis communis est opinio, quamvis de facto non practicabilis, cùm rarissimè, aut numquam hodiè contingere possit, ut ultra pronepotes agatur de successione ab intestato si daretur casus, repræsentationem hujusmodi procedere in infinitum, cujus vigore nepotes, vel alii descendentes ex filio, vel filia præmortuis, assumunt locum illorum parentum, & succedunt avo, vel proavo cum filiis ipsius superstitibus in stirpes, & non in capita, idest tantum de hæ-

hereditate avi accipiunt portionem, quotcumque fuerint, quantam illorum parens si viveret, accepturus esset, text. *in §. cum filius, & §. final. Institut. de hered. quæ ab intest. defer. cap. si quis igitur* 1. *Novell.* 128. *de hered. quæ ab intest. venient. l.* 3. *C. de suis, & legit.* Covar. *pract. quæst. cap.* 38. *num.* 5. Peregrin. *de fideicomm. art.* 21. *num.* 6. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 6. Oinot. *Instit. de hered. quæ ab intest. defer. cap. de success. filior. natural. et legit. simul. n.* 12. *et seqq. fol.* 221. Marta *de success. legal. part. pr. quæst.* 23. *art. pr. num. pr. et seqq.* Gratian. *discept. for. cap.* 419. *num. pr. etc. cap.* 684. *nu. pr. etc.* Rot. *in Romana de Guidis* 23. *Januarii* 1631. coram Verospio *in Noviss. part.* 6. *decis.* 5. *num.* 20. ubi repræsentatio semper admittitur in hæreditate ascendentis, quocumque modo ex dispositione legis, vel hominis delata, dixi *in resol. cap.* 45. *nu.* 4. *etc.* vide Tusch. *litt. F, conclus.* 352. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 16. *art. pr.* Fusar. *de substit. cap.* 485. *n. pr. etc.* Merlin. *decis.* 707. *nu.* 8. Cabal. *cons. decis.* 114. *nu.* 12. *et seqq. lib.* 2. ubi quod si hæc repræsentatio non contingit (ut dixi) in successionibus ab intestato, est valdè utilis, ac necessaria ad interpretationem fideicommissorum antiquorum, adde Gabr. Vasquez *Opuscul. moral. tract. de testament. cap.* 4. *§. pr. dub. unic. fol. mihi* 255. *etc.* Ganaver. *cons.* 5. *per totum.* Vide Emerix *decis.* 1166. *num.* 7. Palm. nep. *alleg.* 84. *n.* 28. *tom. pr. et decis.* 454. *n. pr. tom.* 5. Ansald. *decis.* 89. *n.* 68.

Hæcque conclusio procedit non tantùm quando isti nepotes personam patris, vel matris repræsentantes concurrunt ut supra cum patruo superstite, & sic cùm alio filio avi defuncti; verùm etiam si inter se tantùm omnes nepotes, vel pronepotes ex diversis filiis, vel filiabus diversi numeri, sed paris gradus, nam adhuc successio fit in stirpes ex personis parentum, & non in capita succedentium, & sic tot fiunt partes, quot erant filii prædefuncti, & unaquæque linea, quotquot numero fuerint, accipit repræsentativè portionem, quam illorum parens si viveret accepturus esset, non attento numero succedentium, sed parentum defunctorum, *§. cum filius in fine, et §. fin. Instit. de hered. quæ ab intest. defer. l.* 2. *C. de suis, et legit.* Oinot. *loc. sup. cit. num.* 18. *et seqq.* ubi benè declarat Altograd. *cons.* 58. *nu.* 29. *lib.* 1. Marta *de success. legal. part. pr. quæst.* 20. *art.* 2. *nu.* 1. Thes. *decis.* 162. *num.* 3. *vers. præsupposito pro vero*, Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 4. *quæst.* 2. *num.* 8. cum aliis per eos citatis, Marta *vot. Pis.* 222. *per tot.* Cabal. *consil. decis.* 114. *nu.* 8. 10. *et seqq. lib.* 2. Ganaver. *d. consil.* 5. Contra De Luc. *De Success. disc. pr. n. pr. disc.* 8. *n.* 10. *disc.* 17. *n.* 16.

In linea collaterali, & sic ubi agitur de successione transversalium, repræsentatio procedit tantùm usque ad fratrum, vel sororum filios inclusivè, & non ultrà, quando concurrunt cum uno, vel pluribus patruis superstitibus ad successionem alterius patrui prædefuncti, dummodò tamen dicti fratres fuerint utrinque conjuncti, secus si ex uno latere tantùm, nam filii fratris, utroque latere conjuncti, fratres defuncti uno tantùm latere conjunctos excludunt, & multò fortius filios fratrum ex uno tantùm latere, & sic concurrentibus prædictis, successio, quæ aliàs proximiori esset deferenda, remotioribus exclusis, virtute repræsentationis usque ad fratrum filios, ut supra, defertur æqualiter fratribus defuncti superstitibus, & filiis fratrum prædefunctorum in stirpes tamen, & non in capita, idem eam filii fratrum defunctorum quotquot fuerint accipiunt portionem, sive portiones, quam, vel quas illorum parentes si viverent, accepissent *§. si verò fratres auth. de hered. ab intest. venient. auth. post fratres C. de legit. hered. auth. ut fratrum filii, §. vel quam novell. de heredit. ab intest. auth. cessante C. de legit. hered. cap. si igitur defunctus neque d. novell. de hered. ab intestat.* latè Oinot. *Instit. de heredit. quæ ab intest. defer. cap. de tertio ord. succed. num.* 11. *& seqq. fol.* 232. Cabal. *cons. decis.* 114. *num.* 10. *et seqq. lib.* 2. *& cons.* 130. *d. lib.* 2. ubi quòd nepotes ex fratre utrinque conjuncto excludunt fratrem ex uno latere tantùm conjunctum, Martha *de success. legal. part. pr. quæst.* 23. *art. pr. num.* 9. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 687. *num.* 2. *cap.* 765. *num.* 11. *&c.* Altograd. *cons.* 67. *num.* 4. *&* 5. *lib. pr.* Michalor. *de Fratrib. part.* 3. *cap.* 15. vide Tusch. *litter. F. conclus.* 352. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 194. *vol. pr. & decis.* 206. *vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 9. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 305. *num.* 8. *&c. part.* 18. *tom. pr. decis.* 26. *num.* 3. *et seqq.* ubi quòd inter transversales non datur repræsentatio ultra gradum nepotum, Joan. Dominic. Pansut. *contr.* 24. *per tot.* ubi contrarium docet juxta consuetudinem Neapolitanam. Robles. *de repræsent. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 2. Palm. nep. *alleg.* 183. *n.* 5. *tom.* 2. *& alleg.* 273. *n.* 21. *tom.* 3. Caprar. *decis.* 697. *n.* 4. *part.* 2.

Intellige prout dixi, quando filii fratrum concurrunt cum aliquo patruo, & sic fratre defuncti superstite, nam si inter se concurrant, cùm omnes reperiantur in pari gradu, non opus est repræsentatione, sed tunc successio ad omnes æqualiter defertur in capita, & non in stirpes, ubi agitur de successione patrui, (quamvis secus sit ubi agitur de successione avi, ut supra dixi) juxta magis veram, communem, & approbatam sententiam, quam sustinet Azor. *in summ. C. de legit. hered. num.* 7. Bald. Salic. & alii *in auth. cessante C. eod.* Vasqu. *de success. resol. lib.* 2. *§.* 13 *nu.* 13. Robles. *tract. de repræsent. lib.* 2. *cap* 24. *num.* 14. Cæphal. 431. *per tot.* Morot. *cons. pr. per tot.* Marthe *de success. legal. part. pr. quæ.* 20. *art.* 2. *per tot.* Cabal *cons. decis.* 33. *lib.* 2. *& cons.* 114. *num.* 30. *& seqq. d. lib.* 2. Rot. in recollect. per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 27. *per tot.* Magon. *decis. Florent.* 144. *num.* 20. *&c.* Thes. *decis.* 162. *per tot.* Altograd. *cons.* 64. *num. pr. cons.* 94. *num.* 73. *lib. pr. cons.* 63. *num.* 12. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 709. *num.* 30. Marcian. *disput. for. cap.* 10. *per tot.* Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 15. Rot. *dec.* 391. *&* 392. *part.* 4. *divers. & decis.* 24. *num.* 2. *&c.* post Merlin. *de legit.* ubi quod semper Rot. sequuta fuit hanc opinionem Azonis, & sequacium, & concordantes adducit, vide Tusch. *d. conclus.* 352. *per tot.* Christin. *dict. decis.* 194. *per tot. volum. pr. & decis.* 206. *num.* 4. *&c. vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 9. *num.* 10. *&c.* Merlin. *decis.* 570. *num.* 11. *&c. decis.* 361. ubi etiam quòd testator censetur se voluisse conformare prædictæ juris dispositioni Molfes. *de consuetud. Neapol. part.* 4. *de success. ab intest. quæst.* 37. Burat. *decis.* 312. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 15. *num.* 13. *&c.* ubi quòd est opinio recepta in omnibus Europæ partibus, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 78. ubi etiam in fideicommisso idem subtiliter firmat, & confirmat in eadem causa *decis.* 135. *d. part.* 13. *& decis.* 281. *num.* 8. *& seqq.* & post Urceol. *de transact. decis.* 64. *&* 65. *per tot.* & novissimè Jo: Dominic. Pansut. *contr. forens. cap. pr. per tot.* ubi tamen *num.* 18. quòd secus est in emphyteusi non hæreditaria, quia tunc nepos cum patruo non admittitur, sed sola gradus prærogativa attenditur, ad Capyc. Latr. *decis.* 126. *lib.* 2. Marin. *tom.* 2. *resol.* 216. *num.* 7. *&c.* vide Add. ad Capyc. *loc. cit.* Palm. nep. *alleg.* 89. *n.* 10. *tom. pr. et alleg.* 273. *n. n.* 27. *cum seqq. tom.* 3. De Luc. *de success. disc. pr. sub num. pr. disc.* 8. *n.* 10. *et disc.* 17. *n.* 6. Et hoc ampliatur etiam per eumdem De Luc. *dict. disc.* 8. *n.* 10.

Quidquid contrarium, nempè etiam hoc casu dari successionem in stirpes, & non in capita tenuerit Accurs. *glos. in d. Auth. cessante, C. de legit. heredit.* quem sequuti fuerunt ultra septuaginta DD. relati à Michalor. *ubi supra nu.* 9. *etc.* Thes. & aliis supracitatis, qui omnes priorem Azonis sequuntur opinionem, tamquam veriorem, & hodie ab omnibus approbatam, ac insuper notantes eamdem Azonis sententiam, sequutum fuisse ipsum Accursium sibi contrarium *in §. hoc etiam vers. Superstites Instit. de legit. agnat. success. et in l. post consanguineos, §. hereditas verb. fratres, ff. de suis, et legitim. heredit.* & ideò cessat illius auctoritas, & sequacium, & dixi *in resol. cap.* 45. *nu.* 5. hanc tamen opinionem *gloss.* contra Azonem approbat, & secundum eam pluries judicatum refert Vivi. *comm. opin.* 323. & alios eam sequentes refert, sed non approbat Pansut. *loc. sup. cit. et contr.* 2. *per totum*, ubi etiam quid servandum

dum sit attento jure Municipali Neapolitano.

2 Repræsentatio quamvis in collateralibus ex dispositione legis non procedat ultra fratrum filios, juxta superiùs dicta, tamen debet intelligi de successionibus ab intestato, vel etiam ex testamento ubi non constat de contraria mente testatoris, nam cùm in testamentis spectetur optimè voluntas, & mens testatoris, etiam ex conjecturis elicita, si de illa appareat, cessat hæc regula, ut quia ex testamenti verbis colligatur testatorem intellexisse, quod inter transversales etiam remotiores filii repræsentent personam patris, tunc enim etiam inter remotiores habebit locum repræsentatio, ad tradita per Soccin. sen. consil. 37. nu. pr. etc. lib. 3. Soccin. jun. cons. 116. num. 12. 25. etc. lib. pr. Menoch. cons. 200. num. 72. etc. et de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 95. num. 32. Crass. §. Fideicommissum, quæst. 21. nu. 6. Fusar. de substitut. qu. 485. num. 109. Altograd. cons. 67. nu. 14. etc. lib. pr. ubi plures conjecturas id denotantes adducit Marc. Medic. Exam. 33. et decis. 56. per tot. cum Addit. ubi quando ex testamento succedatur in stirpes, vel in capita, Merlin. decis. 570. per tot. et decis. 631. Rot. post Urceol. de transact. decis. 64. et 65. per tot. et decis. 69. 70. et 71. per tot. infra num. 5. et in §. Successionis. Rot. par. 18. recent. decis. 702. num. 3. et seqq. per tot. Rot. decis. 437. num. 12. part. 19. recent. tom. 2.

3 Repræsentatio habet locum, non solùm quando nepos ex fratre utrinque conjuncto concurrit cum patruo suo ad successionem alterius patrui defuncti, sed etiam quando concurrit cum patruo, vel amita ipsius defuncti, ita ut nepos succedat ab intestato patruo suo, vel amitæ, & similibus, excluso patruo, vel amita personæ defunctæ, de cujus successione agitur, licèt sint omnes in pari gradu, cùm jura magis faveant transversalibus per lineam inferiorem, quàm transversalibus per lineam superiorem, & sic præmortui fratris filius excludit patruum, vel amitam defuncti propter jus repræsentationis, quo mediante fingitur esse defuncto in secundo gradu, in quo erat pater suus, & frater defuncti, & ideò sicuti frater excludit patruum, ita quoque filius fratris illum excludere debet Auth. post fratres autem in princip. vers. hi autem, juncta gloss. in verb. similibus, C. de legit. hæred. Oinot. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. c. de tertio ord. succed. num. 18. fol. 133. Bald. in d. Auth post fratres, & cons. 19. num. 8. & 9. vol. 6. Altograd. cons. 51. per tot. lib. 1.

4 Repræsentatio an habeat locum in primogenitura, vel potius in ea succedatur ex propria persona, latè Gratian. disceptat. forens. cap. 456. & cap. 695. per tot. Martha de successt. legal. part. 1. quæst 11. art. 3. per totum, Jo. Leciriter. de primogenit. quæst. 14. n. 36. &c. Tiraquell. eodem tract. quæstion. 40. vide in §. Primogenitura, num. Rot. part. 18. recent. tom. 1. decis. 16 per totum, Ganaver. cons. 5. De Luc. de feud. disc. 103. num. 21. & Decis. Sicul. ex num. 171. impress. inter ejusdem oper. Palm. nep. alleg. 273. cap. 4. nu. 69. tom. 3., ubi loquitur in majoratu & ibidem à n. 80., ubi loquitur in Emphyteusi.

An in emphyteusi, & feudo Magon. decis. Luc. 19. per tot. Martha de successt. legal. part. 1. quæst. 23. artic. 3. per tot. Fulgin. de jure emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 1. vide in §. Emphyteusis nu. Rot. par. 10. recent. decis. 71. per tot. ubi etiam an in renovatione emphyteusis, & part. 11. decis. 530. num. 3. & seqq. per tot. Capyc. Latr. decis. 124. per tot. lib. 2. De Luc. de Feud. disc. 8. n. 4. & 13. de success. disc. 16. num. 15. & 16. ubi loquitur in feudo. De feud. disc. 8. num. 13. De emphyt. disc. 11. num. 4. & disc. 17. num. 2. ubi loquitur de emphyteusi. Bonden. docum. 35. ubi pariter agit de emphyt. Palm. nep. alleg. 273. cap. 4. n. 68. tom. 3., ubi quod non datur in feudo pactionato, secus in hæreditario, & decis. 145. à n. 1. & à n. 15. tom. 3., ubi loquitur in emphyteusi.

An in jurepatronatus, ut scilicet admittatur filius fratris præmortui una cum patruo ad præsentandum, affirmativè concludit Gratian. discept. forens. cap. 251. n. 16. &c. vide in §. Juspatronatus num.

5 Repræsentatio secundùm multos habet locum tantùm in successione legali, non autem in successione ex testamento, & hanc opinionem sequuntur Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 46. nu. 45. Magon. decis. Luc. 92. num. 20. & per tot. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 15. num. 17. Seraphin. decis. 1579. num. 2. &c. Rot. part. 11. recent. decis. 594. num. 6. Palm. nep. alleg. 273. cap. 4. n. 85. tom. 3. & ibid. nu. 24. & 43.

Quòd imò procedat tam dispositione legis, quàm hominis, & in fideicommissis, maximè quando fuit facta vocatio in stirpes, & non in capita, etiam si ageretur de successione transversali, & inter remotiores ultra fratrum filios, Gratian. discept. cap. 419. num. 19. cap. 487. num. 8. cap. 687. num. 1. & seqq. Altograd. cons. 65. num. 1. lib. 1. & cons. 67. num. 23. & 24. Viv. comm. opin. 319. Urceol. consult. forens. cap. 12. num. 59. & per tot. supra num. 2. Merlin. decis. 305. per tot. Peregr. decis. 105 Rot. part. 13. rec. dec. 469. num. 1. & seqq. part. 14. decis. 305. per tot. post Urceol. de transact. decis. 64. & 65. per tot. in Eugubina fideicommissi 8. Junii 1674. & 4. Martii 1675. coram Bourlemont. in quibus latè probatur repræsentationem etiam in fideicommissis transversalibus procedere ad effectum, ut nepos concurrat cum patruo ad successionem alterius patrui defuncti, licèt fideicommittens fuerit ab illis longissimo gradu distans, quia attenditur proximitas gravati ultimo loco defuncti, ut ibidem latè deducitur, & dixi in §. Proximitas num. 2. Rot. post Urceol. dict. tract. decis. 69. 70. & 71. ubi etiam in fideicommissis particularibus, & part. 18. recent. decis. 702 ubi pariter in fideicommisso particulari. Rot. part. 19. dec. 445. num. 8. tom. 2. Palm. nep. alleg. 128. nu. 28. tom. 2. ubi quod datur repræsentatio respectu ultimi gravati, licèt non detur respectu institutoris fideicommissi, & ibidem n. 21. ubi quod repræsentatio datur in infinitum respectu fideicommissi instituti ab ascendente.

Quòd ubi agitur de succedendo avo, vel patruo, & sic ubi aliàs esset locus repræsentationi, procedat etiam in dispositione hominis, & successione fideicommissaria, sive agatur de succedendo, in locum patris, sive matris, cùm in dubio testator censeatur se conformasse cum dispositione legis, Altograd. dict. cons. 65. num. 2. & 3. lib. 1. Merlin. decis. 570. num. 10. &c. Peregrin. de fideicomm. art. 21. num. 1. &c decis. 105. per tot. Cabal. consil. decis. 114. per tot. lib. 2. Battel. de ultim. volunt. decis. 30. per tot. & decis. 82.

Qualiter procedat etiam in fideicommissis à transversalibus remotioribus ordinatis ea ratione, quia proximitas ultimi gravati, & non testatoris sit attendenda, pulchrè Urceol. consult. forens. cap. 12. per tot. Rot. part. 4. recent. dec. 305. per tot. & pleneè Urceol. de transact. decis. 64. & 65. per tot. & decis. 69. & 70. & part. 15. recent. decis. 478. num. 1. & seqq. & decis. 702. eadem causa vide Rot. recent. part. 19. decis. 437. 445. & 457. tom. 2.

Quòd non sit necesse dictam clausulam in stirpes semper, & omni casu verificari, sed sufficiat illam verificari in casu quo potest ei locus esse, Altograd. cons. 63. num. 12. lib. 2.

An, & quando repræsentatio locum habeat in fideicommissis, vel non latè Peregrin. de fideicomm. art. 21. per tot. Alex. cons. 109. lib. 7. Magon. decis. Florent. 16. 43. &c. Menoch. lib. 4. præsumpt. 95. nu. 14. & seqq. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 419. num. 4 &c. cap. 433. num. 27. & cap. 487. num. 8. &c. Tusch. litt. F. conclus. 247. per tot. & 352. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 541. num. 6. &c. ubi quòd procedit etiam in fideicommissis particularibus, quando constat sic esse de mente testatoris, quidquid aliàs sit opinio multum controversa, habens hinc inde suos fautores, & negativa videatur prævalere, nempe non esse locum repræsentationi in fideicommissis particularibus, Rot. part. 18. recent. decis. 478. num. 15. ubi quòd verior est opinio, repræsentationem procedere etiam in fideicommissis particularibus, maximè ubi constat de voluntate testatoris ex conjecturis, quidquid alias illa cessante in puncto juris prævaleat opinio negativa, Rot. dict. part. 18. decis. 702. num. 6. & seqq. ubi pro repræsentatione

ex

ex conjecturis, vide De Luc. *de fideicom. disc.* 20. *nu.* 21. & 238. *per tot.* Palm. nep. *decis.* 245. *à num.* 11. *cum seqq. tom.* 3. & *decis.* 406. *n.* 11. & 12. *tam.* 5. & *decis.* 452. *à num.* 31. *eod. tom.* 5. Mansiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 20. *num.* 5. & 6. *vol.* 2. *et ibidem decis.* 55. *à n.* 9.

6 Repræsentatio non habet locum etiam si agatur, ut nepos concurrat cum patruo quando fuerunt vocati proximiores testatoris, de quo tamen vide Gratian. *discept. for. cap.* 419. *num.* 6. &c. Thes. *decis.* 65. *per tot.* Magon. *decis. Florent.* 37. *num.* 39. ubi quòd nec habet locum quando fuerunt vocati superstites, vel supervenientes, cum intelligatur de proximioribus, Baitel. *de ultim. volun. decis.* 30. *nu.* 2. & *seqq.*

Conrrariom firmat Rot. in selectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *decis.* 417. & *in Romana de Guidis* 23. *Januarii* 1631. coram Verospio *in Noviss. part.* 6. *decis.* 5. *num.* 22. & 23. Cabal. *cons. decis.* 514. *num.* 22. & *seqq. lib.* 2. Altograd. *cons.* 66. *num.* 25. *lib.* 1. Peregrin. *decis.* 103. *num.* 2. &c. ubi quòd ideò nepos repræsentans patrem excludit alios ab illis successionibus, quos pater ipse vivens exclusisset, licèt contrarium in casu suo de jure municipali concludat, prout etiam Rot. *d. decis.* 417. ubi vide pulchrum casum, in quo non habet locum repræsentatio propter verba statuti, quæ non poterant verificari, Rot. *in Bononiens. fideicommissi Caroli de Pepulis* 16. *Junii* 1677. coram Rondinino post Urceol. *de transact. dec.* 71. *num.* 4. vide Rot. *dec.* 437. *per tot. part.* 19. *rec. tom.* 2. quæ dec. fuit deindè confirmata *in dec.* 445. & 457. *ead. part.* Vide Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 66. *n.* 34. *in fin. tom.* 2. Decis. Sicul. *num.* 192. & 232. impress. inter oper. Card. De Luc.

Quòd non detur repræsentatio ubi certa, & præcisa persona fuit honorata, etiam per dictionem, *dicti*, Rot. *part.* 27. *recent decis.* 118. *n.* 14. & *seqq.*

7 Repræsentatio non intrat quando testator voluit successionem fieri, vel substitutos admitti salva gradus prærogativa, vel quando fuit substitutus cippus domus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 429. *num.* 24. & *cap.* 487. vide Cabal. *cons. decis.* 114. *num.* 22. & *seqq. lib.* 2. Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 24. *per tot.* & *decis.* 124. *in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio.

Secus tamen si essemus in casu legis, vel statuti continentis hujusmodi clausulam, *salva gradus prærogativa* idem Gratian. *discept. forens. cap.* 629. *n.* 23.

Quod ex vocatione cippi, & familiæ, non excludatur repræsentatio, nisi ex tota serie testamenti appareat testatorem voluisse recedere à dispositione juris communis, Rot. *in d. Romana de Guidis num.* 23. &c. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 5.

An exeludatur repræsentatio per clausulam, *ordine successivo, vel de uno in alium, vel de gradu in gradum, sive salva gradus prærogativa*, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 836. *per tot.* ubi videtur affirmativè concludere, vide Cabal. *cons. decis.* 114. *num.* 22. & *seqq. lib.* 2. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 24. *per tot.* & *decis.* 124. *in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio, Baitel. *de ult. volunt. decis.* 30. *per tot.* & *decis.* 82. *per tot.* vide Rot. rec. *par.* 19. *dec.* 445. *n.* 10. *et* 11. *tom.* 2. Palm. nep. *alleg.* 272. *cap.* 2. *n.* 24. *et alleg.* 273. *cap. n.* 36. *et alleg.* 274. *cap.* 5. *per tot. tom.* 3. *et decis.* 452. *à n.* 37. *cum seqq. tom.* 5. *et decis.* 454. *n.* 50. 54. 57. *eodem tom.* 5. Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 66. *à n* 34. *tom.* 2. Emerix jun. *dec.* 841. *n.* 7. *et decis.* 1115. *à n.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 9.

Quò licèt regulariter hujusmodi clausulæ facient cessare repræsentationem, tamen secus sit, quando concurrunt aliæ conjecturæ suadentes repræsentationem, ut quia addita fuerit clausula, *in stirpes*, vel fuerint vocati omnes alii nasciturì, & eorum liberi, sive per vulgarem, Altograd. *cons.* 65. *nu.* 14. *et seqq. vol.* 2.

Quòd stante clausula, *salva gradus prærogativa*, intelligantur vocati omnes ex propria persona, & non sit locus repræsentationi, idem Altograd. *cons.* 58. *nu.* 86. *et* 87. *lib.* 1. Barbos. *de Claus. claus.* 138. *per tot.* vide Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 24. *per tot.* Bonden. *docum.* 35. *num.* 8.

8 Repræsentatio non habet locum quando testator dixit, quòd hæreditas æqualiter deferatur, nam illud verbum, *æqualiter*, facit omnes succedere in capita, & non in stirpes, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 774. *num.* 51. dixi *in resolut. cap.* 22. *num.* 28. vide Merlin. *decis.* 570. *num.* 19. &c.

Item non procedit repræsentatio, quod testator restrinxit dispositionem ad filios natos ex certa persona, & de illis specialem mentionem fecit per propria nomina, secus si sub nomine collectivo, vel appellativo, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 629. *nu.* 16. &c. Peregrin. *de fideicomm. art.* 22. *num.* 24. Fusar. *de substit. quæst.* 185. *num.* 70. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 111. *num.* 15. & 16. *decis.* 124. *num.* 9. ubi quòd non procedit quando filii primi gradus hæredes instituti fuerunt propriis expressis nominibus.

Quòd quando testator se restrinxit ad certum gradum, vel gradus, non sit locus repræsentationi, nisi appareat de æquali affectione erga nepotes, vel nisi interrogatus ita verisimiliter fuisset responsurus, vel nisi fuerit addita clausula, *in stirpes*, & alia ad excludendam hujusmodi restrictionem, Altograd. *cons.* 65. *num.* 21. *etc. lib.* 1. facit Rot. *in Bononiens. fideicommissi Caroli de Pepulis* 27. *Aprilis* 1676. *coram Emerix*, post Urceol. *de transact. decis.* 70. *num.* 7. *et seqq. per tot.* ubi pro repræsentatione ex voluntate testatoris, quæ dicitur adesse quando in institutione universali testator æquè dilexit nepotes, & pronepotes, æqualiter omnes ad successionem vocando.

9 Repræsentatio non habet locum quando fuerunt vocati antiquiores domus, vel de domo, seu majores natu de familia, nam tunc attenditur illa qualitas antiquioratis, vel ætatis, quæ si non concurrat in filio, non potest repræsentare personam patris, quod generale est in aliis etiam similibus qualitatibus adjectis, & requisitis, Gratian. *discept. forens. cap.* 695. *per tot.* dixi *in resolut. cap.* 22. *num.* 29. *cap.* 27. *num.* 6. *cap.* 40. *per tot. cap.* 45. *num.* 11. vide *in* §. *Primogenitura num.*

10 Repræsentatio, quamvis juxta superiùs dicta locum habeat, quando nepos concurrit cum patruo ad successionem avi, vel alterius patrui; non tamen propterea ipse nepos repræsentans personam sui patris efficitur illius hæres, nec tenetur ad ejus debita, quia repræsentatio *non* facit hæredem eum, qui patris personam repræsentat, & potest filius licèt non succedat patri, vel matri subintrare in eorum locum ad effectum succedendi cum aliis, nisi vellet ab eis indumenta sumere, & uti beneficio transmissionis, vel jure sibi per parentes transmisso, Magon. *decis. Florent.* 147. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 785 *per tot.* dixi *in resol. cap.* 45. *nu.* 6. *et* 7. vide *in* §. *Filius num.* facit Martha *de success. part.* 1. *qu.* 23. *art.* 2. ubi quærit an filii, qui jure repræsentationis succedunt ex propria persona, vel ex patris persona succedere dicantur, & refert contrarias opiniones, quas, distinguendo tres casus conciliat, sed non mihi omninò satisfacit, Rot. *in Bononiens. fideicommissi Caroli de Pepulis* 27. *Aprilis* 1676. *coram Emerix*, post Urceol. *de transact. decis.* 70. *num.* 11. ubi quòd filius succedit ex persona propria eo modo, quo pater, succedendo in illius locum, cujus gradus propterea repræsentatus non corrumpitur, & præmorientia patris non attenditur ante testatorem, & habetur *part.* 18. *recent. decis.* 702. *nu.* 14. & *seqq.*

11 Repræsentatio habet locum ad exclusionem fœminarum, stante statuto, quòd existentibus filiis masculis, vel fratribus fœminæ excludantur, nam licèt dictis filiis, vel fratribus non existentibus, viderentur admittendæ fœminæ, tamen si ex illis edsint filii repræsentant personam patris, & fœminas excludunt, quando fuit contemplata agnatio, Gratian. *discept. forens. cap.* 890. *n.* 28. *etc.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 118. *et* 168. Altograd. *cons.* 58. *num.* 12. *lib.* 1. Christin. *decis. Belgic.* 113. *n.* 55. *etc. volum.* 1. vide *in* §. *Statutum excludens num. et in meis resolut. cap.* 27. *num.* 5. *et seqq. et cap.* 45. *num.* 10. *et seqq.* Martha *de success. legal. part.* 1. *qu.* 23. *art.* 4. *per totum*, ubi quatuor casus distinguit, Peregrin. *decis.* 103. *per totum.* Vide Card. De Luc. de

de succeſſ. diſc. 16. à n. 10., ubi an detur repræſentatio in ſtatutis excluſivis ad faciendam æqualitatem gradus.

Non tamen habet locum dicta repræſentatio quoad fœminas deſcendentes ex maſculo in ſtatuto nominato, quia in illis deficit qualitas maſculinitatis, & ratio agnationis à ſtatuto conſiderata, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 695. num. 12. Martha vot. Piſ. 47. num. 6. 7. et vot. 102. num. 3. et ſeqq.

Quòd imò filia ſubingrediatur in locum, & ſexum patris, etiam ad excluſionem amitæ, Hodiec. in l. hac edictali C. de ſecund. nupt. quæſt. 41. num. 13. & in Addit. ad Surd. deciſ. 73. latè idem Surd. deciſ. 138. per tot. quem refert, & declarat Dutau. deciſ. 36. nu. 20. et ſeqq. Franch. deciſ. 32. num. 1. et ſeqq. ad 10. vide in reſolut. d. cap. 27. et cap. 45. nu. 51. et ſeqq. noviſſimè Jo: Dominic. Panſut. contr. 14. num. 32. et ſeqq. per tot. et contr. 15.

Quòd filia repræſentet perſonam patris, non autem ſexum, ſicque æqualiter concurrat ad hæreditatem avi, vel patruieum amita, non autem illam excludat, poſt quæſtionem hinc inde rationibus adductis diſputatam fuiſſe deciſum teſtatur, & magnam æquitatem ſapere dicit Capyc. deciſ. 21. per tot. ubi tamen in fine, quòd utraque opinio eſt in jure ſubſtentabilis, & num. 2. videtur facere differentiam an agatur de ſuccedendo aſcendentibus, & tunc filia, ſive neptis ſubintret in locum, ſexum patris, ac amitam excludat, an de ſuccedendo collateralibus, (qui erat caſus) & tunc non excludat amitam, ſed tantùm cum illa concurrat, & æqualiter admittatur, vide Pract. Papp. libell. pro leg. rei ſing. gloſſ. 1. nu. 81. cum Addition. Surd. deciſ. 138. Durand. deciſ. 36. & dixi in reſolut. cap. 45. num. 14. etc. Martha de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 24. ubi an, & quando jura competentia vigore ſtatuti excluſivi fœminarum tranſmitti poſſint, & videtur cum prædictis convenire, facit Paul. Chriſtin. deciſ. 211. num. 11 et ſeqq. vol. 4. Peregrin. deciſ. 103. per totam, facit etiam Rot. part. 8. refert deciſ. 144. 190. et 291. et part. 9. deciſ. 15. per totam, vide in §. Statutum excludenc num. 3. et 4. ubi diſtinguitur, & latè Martha vot. Piſ. 102. per tot. noviſſimè, ac plenè de omnibus prædictis Jo: Dominic. Panſut. contr. 14. et ſeqq. ubi an, & quando neptis ex maſculo per repræſentationem, amitam excludat, tam in aſcendentium, quàm tranſverſalium linea, & tam de jure communi, quàm in terminis Conſtitutionis Neapolitanæ excludentis fœminas propter maſculos, & reprobato Capycio d. dec. 21. cum ejus ſequacibus, conatur contrarium oſtendere, nempe neptem ex maſculo, tàm in linea aſcendenti, quàm collaterali, amitam excludere. Vide Deciſ. ſicul. num. 177. impreſſ. inter oper. Card. De Luc., ubi quod repræſentatio operatur, ut filius repræſentet gradum patris, non autem ſexum, aut ætatem.

12 Materiam repræſentationis in genere, & in ſpecie, an, & quando admittatur, vel non in ſucceſſione legali, teſtamentaria, feudali, emphyteutica, Majoratuum, ſive Primogenitutarum, plenè Caſtill. lib. 2. contr. cap. 20. lib. 3. cap. 19. lib. 4. cap. 56. & lib. 6. cap. 167. Cyriac. controv. 8. num. 232. et ſeqq Mateſcot. var. lib. 2. cap. 80. Tondut. lib. 2. quæſt. 89. & 99. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 6. 7. et 8. Tiraquell. de jure primogenit. quæſt. 40. et ſeq. Valaſc. conſult. 122. et 148. Robert. lib. 3. rer. judic. cap. 15. et 16. Grivel. deciſ. 130. per totum, Caldas Pereyr. quæſt. forenſ. cap. 11. per totum, Cabed. deciſ. 147. part. 1. Donad. de renunciat. cap. 48. nu. 127. et ſeqq. ubi de excluſione repræſentationis per clauſulam, ſalva gradus prærogativa, vel in ſtirpes, Gam. deciſ. 307. ubi latè de contentione inter patruum, & nepotem in ſucceſſione majoratus, Gobb. conſult. 117. Carol. Anton. De Luca tract. de linea legal. Marcian. diſputat. forenſ. cap. 1. cum multis ſeqq. Robles amplè in tractat. de Repræſentat. per tot. cæteriique plures relati à Caſtejon. Alphabet. jurid. verb. Repræſentatio, & Com. Auguſt. Fontan. Bibliotb. legal. part. 5. eodem verb. fol. 322. etc. plura etiam Em. De Luc. in Indiec general. verb. Repræſentatio. Rocc. Emerix Palm. Manſ. & alii moderni.

De repræſentatione in fideicommiſſis, in Majoratibus, & Primogenituris, quando detur, vel non, & alia in genere, plenè Joan. Torre de ſucceſſ. in Majorat. et Primogen. Ital. in multis locis indicatis in Repertor. general. in fine par. 3. verb. Repræſentatio per totum, Rot. Lucen. apud Modern. Jacob. Balduc. in Obſervat. ad Ramon. deciſ. 44. 45. 46. 47. et 48. ubi plura quod nepotes ſuccedant patruo in capita, & non in ſtirpes juxta opinionem Azonis, & in ſtirpes, non in capita avo, ſecundùm diſtinctionem der me in hoc §. Factam ſub n. 1. vide Gatt. conſ. 7. Rocc. Epiſc. cap. 9. Card. De Luc. in Indic. gener.

Repræſentatio patris poteſt dari, etiam ipſo patre vivente, ſi ob contraventionem præcepti teſtatoris fideicommiſſo privatur, Molin. Theolog. de juſt. & jur. tom. 3. tract. 2. diſput. 624. num. 4. Trentacinq. de ſubſtitut. par. 4. cap. 6. quos ſequitur Jo. Torre de ſucceſſ. in Majorat. & Primogenit. Ital. part. 2. cap. 36. n. 57. & 58. ubi reſpondet, Robles in contrarium allegat procedere quando pater non eſſet privatus, quia tunc naturæ repugnat, ut locus, & gradus occupatus ab alio repræſentetur, alias autem æquiparatur caſus mortis naturalis, & civilis, ut repræſentatio admittatur. 13

Repræſentatio a voluntate potiſſimùm teſtatoris dependet, & ab ea eſt omninò regulanda; Adeout dici debeat materia merè conjecturalis: Cum in caſibus, in quibus regulariter non eſt locus repræſentationi poſſit decernere teſtator, ut illa ſibi locum vindicet Menoch. conſ. 124. num. 36. & ſeqq. conſ. 200. n. 72. lib. 2. & præſumpt. 95. n. 19 & 35. lib. 4. Decian. conſ. 1. n. 153. & 347. lib. 1. Rocc. Epiſc. cap. 9. n. 19. lib. 1. Quemadmodum è converſo poteſt illam, ſivè tacitè, ſive expreſsè prohibere, etiam in caſibus, in quibus regulariter à Jure conceditur Menoch. conſ. 215. n. 139. & d. præſump. 95. n. 19. in fin. lib. 4. Robleſ. de repræſent. lib. pr. cap. 5. à n. 56. Rocc. Epiſc. d. n. 19. Palm. nep. alleg. 274. c. 5. n. 31. tom. 3. 14

Repræſentationem quoties teſtator in certis caſibus, perſonis, & gradibus admiſit, cenſetur etiam ab eadem noluiſſe abhorrere in cæteris caſibus Epiſc. Rocc. cap. 9. nu. 34. lib. pr. In contrarium, quod argumentum uti brocardicum retorqueatur, quod cum repræſentatio fuerit demandata in certo caſu, cenſeatur in aliis excluſa ibidem n. 35. 15

Repræſentatio non datur in contractibus Robleſ de repræſent. lib. 3. cap. 15. n. 17. Palm. nep. alleg. 273. cap. 4. n. 75. & 77. tom. 3. Et de differentia in hac materia inter contractus, & ultimas voluntates Card. De Luc. de Feud. diſc. 8. n. 5. & 13. 16

Repræſentatio tollitur per alternativam o, quæ exponitur latine vel Simon. de Pret. de interpret. ultimar. volunt. lib. 3. dub. 4. ſol. 3. num. 26. ſol. 140. Palm. nep. alleg. 274. cap. 5. n. 31. tom. 3. 17

Repræſentatio non datur ceſſante expreſſa, aut ſaltem tacita vocatione Tondut. quæſt. civil. cap. 100. à n. 3. Cerr. dec. 614. nu. 12. Anſald. dec. 89. n. 69. 18

Repræſentatio eſt legis fictio Palm. nep. alleg. 273. cap. 4. n. 25. tom. 3. Rocc. Epiſc. cap. 9. ante n. 25. lib. pr. Secundum aliquos non eſt fictio, ſed privilegium beneficium, & indultum Palm. nep. alleg. 273. cap. 4. n. 28. 19

Repræſentatio nihil aliud eſt, quam quædam ſubrogatio Palm. nep. alleg. 274. cap. 8. nu. 32. & 33. tom. 3.

Repræſentationis ratio eſt ne remotior a proximiore excludatur Palm. nep. alleg. 273. n. 29. tom. 3. 20

Repræſentatio requiritur ad hoc ut remotior poſſit cum proximiori admitti Palm nep. dec. 1. n. 13. tom. pr.

Repræſentatio eſt duplex, alia gradus, alia perſonæ Palm. nep. alleg. 274. cap. 6. n. 17. tom. 3. 22

Repræſentatio, ſubrogatio, ſubingreſſio idem ſignificant, & in ſolo nomine eſt differentia Palm. nep. alleg. 274. cap. 6. per tot. tom. 3. 23

Repræſentatio fuit introducta propter amorem parentum in liberos, ut eorum bonis, & hæreditate gaudeant Palm. nep. alleg. 273. num. 5. tom. 3. Et fundatur in æquitate Idem Palm. nep. dec. 454. nu. 83. tom. 5. 24

Re-

24 Repræsentatio est de forma in successione descendentium Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 4. *num.* 4. & 10. *tom.* 3.

Repræsentatio favore descendentium fuit introducta usque per leges 12. tabularum ea potentia suavitatis Palm. nep. *alleg.* 274. *cap.* 6. *n.* 6. *tom.* 3.

25 Repræsentatio est stricte intelligenda Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 4. *n.* 33. *tom.* 3.

26 Repræsentatio induci non potest, nisi in casibus a Jure expressis Palm. nep. *d. alleg.* 273. *c.* 4. *n.* 27. *et* 29. & *alleg.* 264. *cap.* 6. *n.* 11. *tom.* 3. & *dec.* 247. *n.* 7. *tom.* 3. & *dec.* 406. *n.* 9. *tom.* 5.

Repræsentatio in dubio venit excludenda Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 4. *nu.* 70. *tom.* 3. & *alleg.* 271. *n.* 31. *cod. tom* 3. & *dec.* 452. *n.* 49. *tom.* 5.

Repræsentatio est speciale privilegium, & non debet ex identitate rationis ad consequentias trahi Palm. nep. *dec.* 245. *n.* 8. *tom.* 3.

27 Repræsentatio ante tempora Justiniani nullo modo dabatur in transversalibus Palm. nep. *alleg.* 273. *c.* 4. *nu.* 2. *tom.* 3. Et quod repræsentatio fuerit introducta jure novissimo De Luc. *de success. disc.* 27. *num.* 12.

28 Repræsentatio semper est attendenda in jure hæreditario, in aliis verò deneganda, & est speciale in feudo quod admittatur repræsentatio absque titulo hæreditario Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 4. *nu.* 112. *tom.* 3. Et quoad feudum vide eumd. Palm. *decis.* 245. *n.* 4. & 19. & 20. *tom.* 3.

29 Repræsentatio admittitur etiam expressè ordine successivo constituto Castill. *quot. contr. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 308. & 309. Fusar. *de subst. quæst.* 485. *n.* 30. Palm. nep. *alleg.* 204. *n.* 28. *tom.* 3. Vide Episc. Rocc. *c.* 9. *lib. pr.*

30 Repræsentatio excluditur per vocationem superstitum Dunozet. sen. *dec.* 81. *n.* 12. Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 4. *n.* 53. & 54. *tom.* 3. & *dec.* 263. *nu.* 58. *tom.* 3.

Sed contra Palm. nep. *alleg.* 204. *n.* 30. *tom.* 3. ubi maximè stante clausula *in stirpes*, & *non in capita* & *d. dec.* 263. *n.* 59. *tom.* 3. ubi pariter stante dicta clausula.

31 Repræsentatio non datur in successione liberti Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 3. *n.* 31. *tom.* 3.

32 Repræsentatio non datur in tractu delato jure sanguinis Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 4. *n.* 74. *tom.* 3.

33 Repræsentatio regulariter non datur in fideicommisso particulari Palm. nep. *alleg.* 271. *n.* 34. & 36. *tom.* 3. & *alleg.* 273. *cap.* 4. *fere per tot. cod. tom.* 3. & *dec.* 422. *n.* 13. *vol.* 5. & *alleg.* 183. *n.* 6. *tom.* 2. ubi quod non datur nisi ex urgentissimis conjecturis Emeris jun. *dec.* 299. *a n.* 6. ubi quod non datur in legatis, & fideicommissis particularibus, sed hoc limita, ut *ibid.*

34 Repræsentatio sola inducit divisionem per stirpes, & olim habebat solum locum in successione avi, vel proavi Palm. nep. *alleg.* 273. *cap.* 4. *n.* 17. *tom.* 3.

35 Repræsentatio quando fiat de gradu tantùm, non de persona, itaut nepotes ex sorore concurrant cum Patruis ad alterius patrui successionem non obstante statuto exclusivo fœminarum propter masculos, & exclusio matris eis non nocet, quia licèt per repræsentationem succedant in gradum matris, non repræsentant tamen ejus personam Faber. *in Cod. lib.* 2. *tit.* 3. *de part. def.* 1. *a num.* 4. & 15. & 16. Torr. *de pact. fut. success. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 79. & 80. Benintend. *dec.* 51. *per tot.* Ridolph. *alleg.* 80. & 81. Palm. nep. *dec.* 291. *per tot. tom.* 3.

36 Repræsentatio admittitur, quando vocatio est facta per nomen collectivum, non autem quando distributi sunt plures ordines substitutionum Mans. *consult.* 683. *n.* 24. *vers.* & *reverà* Palm. nep. *decis.* 406. *n.* 17. *tom.* 5.

37 Repræsentatio in primogenituris admittitur in infinitum etiam in successione transversali, secus in successionibus fideicommissariis vel intestatis Calderon. *resol.* 34. *n.* 33. *tom.* 1. *part.* 2. Vide Palm. nep. *alleg.* 84. *n.* 24. *tom. pr.*

Repræsentatio in Primogenituris non est de gradu ut in successionibus ab intestato, sed de qualitate primogeniali, & dicitur repræsentatio impropria Palm. nep. *dec.* 411. *n.* 38. *tom.* 5.

Repræsentatio quando, & in quibus casibus locum non habeat Palm. nep. *dec.* 452. *per tot. tom.* 5. ubi tamen sub *n.* 76. quod repræsentatione a lege non admissa, locus esse potest subingressioni ex vulgari anomala, sed hoc intellige, & declara, ut *ibidem*. Et alia de hac subingressione vide Card. De Luc. *de Feudis disc.* 8. *nu.* 5. & *a nu.* 13. *disc.* 18. *sub n.* 4. 38

Repræsentatio non habet locum, quando filii sunt vocati nomine proprio Andreol. *contr.* 46. *n.* 7. Rocc *disput* 18. *n.* 21. Rot. *rec. part.* 13. *dec.* 124. *nu.* 9 Palm. nep. *dec.* 454. *n.* 50. *tom.* 5. 39

Facilius admittitur repræsentatio in descendente respectu ascendentis, quàm respectu transversalis Morisc. ad Fusar. *cons.* 41. *n.* 164. & 165. Palm. nep. *alleg.* 84. *n.* 23. *tom.* 1. 40

Repræsentatio facit, ut filius intrando locum patris excludat omnes eos, quos excluderet proprius parens, si viveret Palm. nep. *alleg.* 89. *n.* 9. *tom.* 1. 41

Gradus in materia repræsentationis non corrumpitur per mortem patris, sed repræsentatur Emeris jun. *dec.* 299. *n.* 11. Et propterea ad hunc effectum prædecessus Patris non attenditur, dum filii in ejus locum succedunt ex propria persona repræsentando ipsum gradum *ibidem*. 42

Succedentes per viam repræsentationis repræsentant solum gradum, & non personam, itaut ex propria persona gradum subintrent. Atque id non solum procedit in descendentibus, sed etiam in collateralibus Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *dec.* 23. *u n.* 2. *cum seqq.* & *resp.* 2. *n.* 236. *fol.* 489. *tom.* 2. 43

Repræsentatio datur in nepote ex fratre secundogenito, adeout vincat ipsum fratrem tertiogenitum De Luc. *de Feud. discurs.* 13. *numer.* 25. Non datur in concursu patruelium, sed major ætate ex tertiogenito vincit minorem ex secundogenito *ibid. num.* 24. 44

Repræsentatio non admittitur in prærogativa lineæ, sed transmissio De Luc. *de Feud. disc* 13. *n.* 28. Operatur ut linea vincat gradum Idem *de Feud. disc.* 15. *n.* 18. *de Fideicomm. disc.* 17. *nu.* 3. *disc.* 18. *n.* 2. 45

Repræsentatio non est concedenda nepoti ingrato Card. De Luc. *de succession. disc.* 27. *n.* 12. 46

De Repræsentatione plurium personarum in una, eademque persona materiali Card. De Luc. *in Indic. gener. verb. capitulum*, & *verb. persona*. Carol. Ant. De Luc. *de plural. homin. legal.* & *in hoc oper.* §. *persona*. 47

De repræsentatione defuncti in hærede latissimè Rubeus *de Confess. Jur.* & *in hoc opere* §. *Defunctus*, & §. *hæres*. 48

§. REPUDIATIO. XVII.

REpudiatio hæreditatis potest fieri expressè per verba refutationem denotantia, & tacitè, sinendo labi tempus à lege præfinitum ad adeundum, Marant. *in l. is potest n.* 94. *ff. de acquir. hæredit.* vide *in* §. *Hæreditas n.* 16. & 17. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1266. ubi quòd repudiatio cùm sit quædam renunciatio, & alienatio non præsumitur, & ex quibus inducatur, vel non, & alia remissivè, Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Repudiatio*. De quibus etiam De Luc. *de success. disc.* 47. *de Hæred. disc.* 12. *n.* 4. 1

Quid sit repudiatio, & quando valeat, vel non, Tusch. *litt. R. conclus.* 202. Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 202. *n.* 14. & *seqq.* ubi quando facta ad effectum fugiendi molestias non præjudicet. Quid sit repudiatio Rodoan. *de reb. eccles. non alien. fol.* 17. *qu.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 2. *a nu.* 15. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *n.* 406. *vers. et repudiatio tom.* 8 *fol.* 215.

Ex quibus probetur repudiatio, & an contra eam detur restitutio in integrum, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 358. *per totum*, vide *in* §. *Filius n.* 24. *etc.* Rot. *part.* 23. *recent. dec.* 77. ubi quòd quando repudiatio fuit expressè facta à filiis cum declaratione, quòd per quemcumque actum non intendebat repudians rece- 2

recedere à repudiatione, & quod bona retinebat pro creditis dotis maternæ, vel hujusmodi, actus subsequentes censentur facti citra jus, & nomen hæredis juxta præmissam protestationem, vel saltem tamquam æquivoci non inducunt aditionem, nisi expresse contineant recessum à præcedenti repudiatione, & fiant intra triennium, quo durante licita est repudiationis revocatio, ita ut nec minori detur restitutio *in* integrum adversus repudiationem à se factam elapso quadriennio, post triennium permissum ad abstentationem revocandam, vide Hier. Cala *de restitut. deneg. quæst.* 44. *per tot.* Rot. coram Jacob. Emerix *dec.* 5357. *n.* 9. ubi quod inducitur ex actibus incompatibilibus cum aditione. Maniss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 7. *num.* 139. *vol.* 3. ubi quod debet probari per actus univocos.

Quòd inducatur repudiatio quando ille, qui potest esse hæres alicujus, ab alio petit, quod sibi à defuncto erat debitum nisi protestetur in contrarium, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 693. *n.* 1. & *part.* 19. *decis.* 68. *n.* 4. *in eadem causa* ubi quod non procedit dicta repudiatio sine certa scientia, quòd ad se spectaret hæreditas.

3 Repudiatio hæreditatis aditæ (quidquid fortè secùs sit in simpliciter delata) fieri non potest à muliere, vel minore absque solemnitatibus in eorum contractibus necessariis etiam si fieret in judicio, quia in actu voluntariè gesto penes acta judicii sunt necessariæ solemnitates, secus autem in actu necessario, & urgentibus creditoribus, Baratt. *dec.* 120. *n.* 24. & *seqq.* Boccac. *ad Constitution. Ægidian. gloss.* 8. *n.* 21. & *seqq.* Bich. *dec.* 588. *nn.* 25. cum aliis per Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 273. *per totam*, & *part.* 18. *dec.* 306 *n.* 19. & *dec.* 693. *n.* 2. ubi quòd facta in judicio sustinetur, vide *in* §. *Statum requir. nu.* 6. De Luc. *de success. disc.* 43. *n.* 6. *De Hæred. in summ. ex n.* 16. Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 15. §. 9. *a n.* 43. & *gloss.* 16. §. 7. *n.* 240. Salertin. *dec.* 53. *n.* 2. Raudent. *cons.* 17 *n.* 34. Altimar. *loc. cit. vers. sed quod minor.*

4 Alias autem repudiatio facta, etiam post hæreditatem aditam valet, & præjudicat repudianti, & causam ab eo habenti, (quidquid secus dici possit in præjudicium creditorum) ac impedit quamcumque transmissionem, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 687. *num* 8. & 9. vide *in* §. *Hæreditas*. vide De Luc. *de Donat. disc.* 21. *n.* 8. *vers. licet. Conflict. observ.* 141. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *n* 406. *vers.* & *quamvis tom.* 8. *fol.* 215.

5 Quòd repudiatio hæreditatis, etiam aditæ, possit validè fieri mediante beneficio restitutionis in integrum, quod competit ex capite enormissimæ læsionis, quam hæres pateretur, si de propriis bonis, quæ ignoranter credebat hæreditaria defuncti, illius debita solvere teneretur Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 266. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Hæres n.* 31.

6 De repudiatione hæreditatis, cæterorumque jurium, Bertachin *in Repertor. verb. Repudiatio*, Thoro *Compend. dec. Neapol. part.* 2. *Verb. Repudiatio*, ubi de repudiatione legati tacitè resultante ex non adimplemento conditionum, & non acceptatione expressa mandata à testatore, & ex contraventione præcepti testatoris, Castejon. *Alphab. juridic. verb. Repudiatio*, ubi tangit plura dubia curiosa, & utilia de hac materia, de qua etiam tractantes indicat Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *cod. verb. fol.* 528. Brunnemann. Faber. & alii Duran. *de repudiat.* Barii pariter *de repudiat.* Donad. *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. & *seqq. tom.* 2. *verb. repudians* & *verb. Repudiatio* Card. De Luc. *in Indic. generai. verb. repudiatio* Balduc. Altimar. Mans. Palm. & alii moderni.

7 Repudiatio an veniat appellatione alienationis Jovi. *de solemnit. in contract. minor. glos.* 16. §. 7. *nu.* 240. Calà *de restitut. quæst.* 44. *n.* 16. & 17. Mesa *var. resol. lib.* 2. *cap.* 41 *num.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *n.* 406. *fol.* 215. *tom.* 8.

8 Pubes potest hæreditatem repudiare, tàm si habeat curatorem, quàm si non habeat Narbon. *de ætat. ann.* 24. *quæst.* 16. *n.* 2. 6. 9. Altimar. *dict. nu.* 406. *vers. quod pubes*.

9 Repudiatio in suis hæredibus etiam post aditionem est intra triennium permissa *l. fin. C. de repud. hæredit.* Altimar. *dict. n.* 406. *vers. cæterum*. Quod secus est in extraneis hæredibus *l. quod si minor. ff. de minor.* Marin. *lib.* 2. *cap.* 96. *n. pr.* Altimar. *dict. vers. cæterum*. Et quod debeat fieri intra tempus, a lege præfixum Balduc. *tit.* 3. *dec.* 25. *n* 29. ubi etiam an fieri possit ex intervallo.

Filius tamen non potest hæreditatem adire jam repudiatam, intra triennium, si repudiatio esset jurata, vel bona essent à creditoribus distracta Altim. *ubi supra*.

Et minor repudians hæreditatem, ea distracta non auditur ad eam recuperandam, nec per restitutionem in integrum Valasc. *in prax. partit. cap.* 15. *n.* 81. impress. inter ejus decis. Calà *de restit. cap.* 44. *a n.* 26. Altimar. *loc. cit.*

10 Minor decedens sine declaratione, si velit, nec ne delatam sibi hæreditatem adire, vel repudiare non transfert beneficium abstinendi, vel repudiandi in filios minores Calà *loc. cit. n.* 40. Altimar. *loc.* pariter *cit.*

11 Hæres admissus ad hæreditatem repudiatam fingitur hæres a die mortis testatoris Calà *loc. cit. nn.* 50. Altimar. *ubi supra*. Et non tenetur servare gesta per curatorem hæreditatis jacentis Calà & Altimar. *loc. cit.*

12 Repudiatio, & aditio hæreditatis a pari procedunt & eisdem regulis regulantur Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 25. *n.* 35. & 36.

13 Non est citandus is, qui hæreditatem repudiavit, sed sufficit pro validitate actus in jus vocare curatorem deputatum hæreditati jacenti Maniss. ad De Luc. *lib.* 13. *dec.* 27. *n.* 7. *vol.* 4.

14 Repudiatio hæreditatis jam aditæ non admittitur in præjudicium juris tertio acquisiti Balduc. *tit.* 3. *dec.* 18. *n.* 15. & *dec.* 25. *n.* 42.

15 Repudiatio hæreditatis an fieri valeat in præjudicium creditorum De Luc. *de Donat. disc.* 21. *nn.* 8. *vers. licet Conflict. obser.* 141. Et an possit debitor repudiare hæreditatem, vel legatum in præjudicium creditorum Rocc. Episc. *cap.* 49. *a num.* 6. *libr.* 1. & vide eumdem *in Indic. verb. debitor*.

16 Repudiare potest filius legitimam, ejusque supplementum in præjudicium creditorum, etiam cum hypotheca ante agnitionem, & aditionem expressam, seu tacitam Noguerol. *alleg.* 19. *n.* 64. Hodien. ad Surd. *dec.* 140. *a n.* 8. Bich. *dec.* 292. *nn.* 27. Rocc. Episc. *d. cap.* 49. *n.* 15.

Adeo ut filius adhuc vivente patre valeat præstare consensum gravamini super legitima imposito, quam creditores revocare non possunt Noguerol. & Rocc. *loc. cit.*

17 Repudiatio hæreditatis an fieri valeat per filium in præjudicium patris De Luc. *de Donat. disc.* 7. *num.* 6. Et quid de jure quærendo De Luc. *de Credit. disc.* 237. *nn.* 3. *cum seqq.* & vide eumdem *in Indic. verb. debitor quoad repudiationes* & *de success. disc.* 35. *n.* 7.

Repudiatio juris quærendi fieri potest per matrem in præjudicium filiorum quorum favore disponere tenetur vigore Statuti De Luc. *de success. d. disc.* 35. *n.* 7.

18 Repudiare non potest hæres legatarii jus agnoscendi legatum ad ipsum transmissum in creditorum præjudicium, licet legatarius defunctus id agere potuerit Rocc. Episc. *cap.* 49. *nn.* 13. *lib.* 1.

19 Repudiatione hæreditatis non obstante, potest Paterorus vindicare partem sibi debitam Rocc. *loc. cit. n.* 13. Cyriac. *contr.* 47. *num.* 6. Castill. *lib.* 5. *contr. cap.* 112. *n.* 6.

20 Repudiatio hæreditatis induci potest per epistolam Genu. *de privat. script. lib.* 3. *quæst.* 20. & 21. Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 25. *n.* 44.

21 Recedi potest a repudiatione expressa hæreditatis ex actibus aditionem inferentibus Balduc. *d. decis.* 25. *n.* 25. & 31. Mans. *consult.* 786. *tom.* 8. Bich. *decis.* 66.

22 Repudiatio juris quærendi Ecclesiæ an fieri valeat per Prælatum De Luc. *de Donat. disc.* 23. *num.* 16. Repudiatio hæreditatis non aditæ an, & quando fieri

fieri valeat per Prælatum sine solemnitatibus Idem De Luc. *de Alien. disc.* 20. *a n.* 2. *de Hæred. disc.* 24. *n.* 5.

23 Repudiatio hæreditatis semel editæ fieri non potest De Luc. *de Hæred. disc.* 23. *n.* 1. Quid attenta consuetudine Baren. *ibid.* n. 3. *& seqq.*

24 Repudiatio unius beneficii non infert repudiationem alterius Brunnemann. *l. suum hæredem n.* 4. *C. de Jur. deliber.* Sed hoc limita, ut per Bald. Castrens. Salyc. & Brunnemann. *in cit. leg.*

25 Repudiare quis non potest, quod habere non potest Fagnan. *in cap. nos quidem n.* 71. *de Testam. lib.* 3. *Decretal.*

§. REPULSA. XVIII.

1 Repulsa testium circa tria principaliter versatur, nam aut opponitur contra personas, quòd non potuerint esse testes, vel sint tales, ut ei sit minuendum de fide, excepto tamen producente, qui censetur personas approbasse, & non potest contra illas opponere, sed tantùm contra dicta; aut opponitur contra depositiones arguendo illos de falso, contradictione, variatione, obscuritate, defectu rationis in causa scientiæ, singularitate, & hujusmodi; aut opponitur contra examen, ut quia fuerint examinati parte non citata, non super interrogatoriis datis, sine juramento, quòd non fuerit publicatum examen, vel factum post publicationem, vel post dicta testificata, vel à Judice Incompetente, vel contra formam, ut benè summatim colligit ex Farinac. *de testibus, quæst.* 56. *& aliis*, Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 1268. *& seqq. ad* 2300. *fol.* 372. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 13. *n.* 8. Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judicial. cap.* 62. *&* 63.

Qualiter repulsa testium sit utroque jure permissa, & durante illius termino conquiescat officium Judicis, nec ideò possit ad sententiam deveniri absque vitio nullitatis, Pract. Papp. *form. juram. testam. gloss. Protestante num.* 1. *& seqq.* Marant. *de ordin. jud. part.* 6. *actu* 13. *tit. de repuls. testium*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 32. *& lib.* 2. *cas.* 239. Gabriel. *consil.* 43. *n.* 42. *lib.* 2. Cabal. *cons. dec.* 53. *lib.* 2. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 7. *& seqq.* ubi tamen quòd est odiosa, & restringenda, & currit de momento ad momentum, nisi adsit legitimum impedimentum, ac illa denegata, non annullantur acta, sed opus est appellatione. Vide Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.* Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 13. *per tot. tom.* 2.

An autem minor si læsus sit ob non factam repulsam, debeat in integrum restitui ad repulsandos testes, diversas opiniones, & rationes transeundo eum affirmativa ubi in repulsa consistit victoria causæ, & non detegitur calumniosa, refert D. Fulv. Majoran. *d. cap.* 6. *n.* 31. *& seqq. fol.* 170.

2 Repulsæ circa personas testium non competit producenti, nec ubi agatur de criminibus exceptis, in quibus etiam inhabiles testes solent admitti nisi inhabilitas proveniat ex causa tangente eum, contra quem fuerunt examinati, ut inimicitia, nam tunc repelluntur etiam in criminibus exceptis; nec admittitur repulsa in judicio summario, in quo levis, & apparens sufficiat probatio, secus si plena, vel semiplena requiratur, vel si ex inspectione depositionis eorum defectus apparens sit, & sic ex eisdem actis; nec quando agitur de delictis occultis, & difficilis probationis, nec generaliter in omnibus illis casibus, in quibus testes inhabiles solent admitti, ut dixi in §. *Testes n.* latè Farinac. *quæst.* 62. *n.* 81. *et seqq.* cum aliis summatim per Jordan. *d. tit.* 18. *num.* 1282. *et seqq. ad* 1287. *fol.* 373. Ricc. *Collect.* 734. Conciol. *resolut. crim. verb. Repulsa, resolut. pr. per tot.* ubi quòd repulsa non datur in causis læsæ majestatis divinæ, vel humanæ, nec blasphemiæ, licèt alii contra, nisi ex causa inimicitiæ capitalis, nec in aliis casibus, de quibus ibidem, & infra Joseph Feliv. *in Margar. variar. conclus. verb. Repulsa fol.* 66. ubi quòd in criminibus exceptis est prohibita repulsa, nisi procedat ex capite inimicitiæ capitalis, vel ex contrarietate ipsorum testium, & plura ad rem D. Fulv. Majoran. in *Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 9. *& seqq. per tot.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 13. *n.* 12. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 13. *a n.* 23. *tom.* 2.

Quòd etiam in causa blasphemiæ, & hujusmodi sit admittenda repulsa testium indistinctè probat novissimè Raynald. *Syntax. prer. crimin. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *n.* 220. *& seqq.*

Quòd in judiciis summariis non detur repulsa testium, nisi oriatur ex inspectione ipsiusmet scripturæ, cùm possit posteà fieri in ordinario judicio, Capyc. *dec.* 55. *per tot.* Gratian. *discept. forens. c.* 236. *n.* 44. *etc.* Afflict. *decis.* 351. Sanfelic. *in Praxi sect.* 57. *n.* 13. Ludovis. *dec.* 449. *nu.* 10. *et* 11. ubi quòd in possessorio summariissimo non admittuntur exceptiones contra testes, nec etiam quòd sint interessati, D. Fulvi. Majoran. *loc. cit. n.* 9. ubi quòd etiam in summariis ex justa causa arbitrio Judicis æstimanda potest dari repulsa. Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 62. *n.* 11. *vers. in judicio manutentionis, & d. cap.* 63. *n.* 6. Altimar. *loc. cit. n.* 23. Crescin. ad Abcceles. *obser.* 95. *n.* 10. *part.* 1.

Repulsa testium debet fieri ante publicationem processus, nisi qui opponere vult, facto Judicis impediatur, vel nisi inhabilitas illorum sit talis, quæ consensu partium tolli non possit, vel nisi fuerint producti absente parte, licèt ea, vel procuratore citato, vel nisi oppositiones de novo ad notitiam pervenerint: An autem sint statim recipiendæ probationes super objectis ad effectum impediendi examen testium, vel sint reservandæ post illorum examen, & publicationem, & an possint recipi in causa appellationis, Menoch. *de arbitr cas.* 239. *per tot.* Vivi. *communn. opin.* 926. *per tot.* de quo ultimo, an scilicèt testes non repulsati in prima instantia, possint repulsari in causa appellationis, Conciol. *resol. crim. verb. Repulsa resolut.* 2. *per tot.* ubi ponit regulam negativam, quam limitat non procedere in minore, nec quando fuit petita, & non concessa, vel non probare repulsa. Vide Carol. Ant. De Luc. *d. cap* 62. 3

Quòd quidquid sit de jure, tamen de consuetudine procedatur in negotio principali, & examinentur testes salvis exceptionibus tam contra dicta, quàm contra personas, & dato posteà termino ad repulsam; testatur de tota ditione Ecclesiastica, & plures ita servasse Joseph. Ludovic. *dec. Perus.* 86. *nu.* 12. *&* 13. prout & ego testari possum, etiam de partibus Etruriæ, in quibus de stylo fit repulsa testium (dato ad id termino) post publicationem processus tantùm, ut dixi in Praat in Præfatione *nu.* 81. Vide Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 62.

Quòd repulsa testium fieri debeat ante publicationem processus, intellige quoad protestationem, nam quando producunt testes, & citatur pars ad videndum jurare, debet protestari, quòd intendit ipsos tamquam minus idoneos post illorum publicationem improbare, alioquin post publicationem posset, cum videretur malitiosè obiicere postquam cognoverit contra se probationem facere, & ita loquitur Menoch. *d. cas.* 239. *n.* 2. *& seqq. per text.* ubi Abb. & Felin. *in cap. præsentiam de test.* Afflict. *dec.* 351. *n.* 8. Pac. Jordan. *Lucubrat. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 1271. *& seqq. fol.* 372. ubi quòd etiam tunc facta dicta protestatione admittitur oppositio, præstito juramento, quòd non facit ad malitiam, vel quòd exceptio opponenda sibi noviter venerit ad notitiam, & ideò meliùs esse dictam protestationem non facere, & nihil ante aperturam processus opponere, cùm sibi salvum sit hoc remedium, nam illa facta oritur præjudicium protestanti, & opponenti, ut si testes aliquid deponant ad ejus favorem sibi non prosit, & non possit illis uti, juxta consilium Specul. *de test. §. pr. nu.* 67. *vers. Item quod &c.* Et ita semper vidi servari quod facta, vel non facta dicta protestatione detur terminus ad repulsam post publicationem processus, etiam sine dicto juramento malitiæ, vel novæ notitiæ, & dixi *in Pract. in præfact. n.* 81. Vide Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 62.

Quòd

Quòd admissus vigore dicti juramenti ad repulsandum testes, si defecerit in probatione objectorum, non sit condemnandus in expensis, Speculat. *de testium.* §. 2. n. 68. quem sequitur Jordan. *ubi sup.* n. 1274. *fol.* 373.

4 Repulsa testium ob crimen est inepta, & non admittenda, neque attendenda, si non fuerint servatæ solemnitates, l. *libellorum ff. de accusat.* debet enim crimen objectum concludenter probari cum loco tempore, ac aliis circumstantiis, Addit. ad Marant. *part. 5. distinct.* 1. n. 38. Clar. § *fin. quæst.* 12. Adde quod hæc conclusio Vivi. *commun. opin.* 915. *per tot.* Guaz. *deff.* 28. *cap.* 8. vide *in §. Testes nu.* 12. Farinac. *quæst.* 56. n. 142. & *quæst.* 62. n. 371. Conciol. *resolut. crim. verb. Repulsa resolut.* 1. n. 13.

Quòd oppositio debeat esse specifica, ut quia testis furatus fuerit talem rem, & non sufficiat generalis oppositio quòd sit fur, vel hujusmodi, Gramat. *dec.* 86. Marant. *part. 6. tit. de repuls. in princip.* & n. 4. Farinac. *de testib. quæst.* 36. n. 142. & *quæst.* 62. *limit.* 12. n. 308. Vivi. *d. comm. opin.* 915. Conciol. *loc. cit.* Grival. *dec.* 100. *per tot.* Pac. Jord. *Lucubr.* vol. 3. *lib.* 14. *tit.* 18. n. 1277. *fol.* 373. ubi etiam n. 1279. quòd opponens crimina adversus testes debet facere cum protestatione *citra injuriam & animum injuriandi*, aliàs teneretur injuriarum, quòd puto intelligendum, si crimina objecta non sint vera, & non probentur, vide D. Fulvi. Majoran *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 29. & 30. *fol.* 169. ubi quæ mala eveniant ob falsas repulsas, & ob id puniendos illas astruentes, vide in §. *Testes* n. 52. Crescin. ad Abeccles. *observat.* 81. n. 7. *part.* 1.

An autem testi falso, & iniquo possit obiici crimen falsum ad infirmandum ejus dictum, latè Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *res.* 43. ubi refert diversas opiniones.

An possint detegi crimina occulta ad infringendum testimonium, Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 31. *Dubit.* 1.

Ex quibus causis possint repulsari testes, vel non, veluti ex capite inimicitiæ, quæ est potentior, & firmior repulsa, ac ideò in quocumque crimine admittenda, qualis debeat esse inimicitia, quomodo probata cum sua sufficienti causa, juxta ea, quæ dixi in §. *Inimicitia*, vel ex capite excommunicationis, infamiæ ex pluribus resultantis, & hujusmodi defectuum latè D. Fulv. Majoran. *in Opoprax crim. lib.* 2. *cap.* 6. *per tot.* & ego dixi in §. *Testes per tot.* Vide Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 62. *num.* 10. & 11. ubi quinam testes repulsam patiantur.

Repulsa testium per fiscum examinatorum competit reo, tamquam species defensionis; non tamen daretur repulsa repulsæ, ne procedatur in infinitum, Clar. §. *fin. quæst.* 53. n. pr. Marant. *part.* 6. *act.* 13. n. 16. &c. Guaz. *deff.* 28. *cap.* 7. 8. & 9. Sanfel. *in Praxi sect.* 57. n. 19. ubi allegat Jul. Cæsar. Umbrian. *tractat. de repulsa, & repulsæ*, & tenet dari repulsam repulsæ si petatur in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ, sequitur Majoran. *loc. cit.* n. 41. Donadeus *tractat. de renunciat. cap.* 25. *per tot.* ubi plura de repulsa, & an renuncians defensionibus videatur etiam renunciasse termino repulsæ, vide in §. *Renunciatio* n. 20. De Repulsa repulsæ plura Peregr. *in prax. vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 10. ubi in civilibus, & *part.* 4. *sect.* 13. ubi in criminalibus. Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 63. *per totum*. Altimar. *loc. cit.* n. 32.

5 Quòd repulsa testium ad defensam examinatorum non detur fisco, quamvis possit dari accusatori, vel adhærenti ad fiscum, Clar. *quæst.* 23. *vers. rutia autem*, Franch. *dec.* 100 *et decis.* 182. *et decis.* 460. Guaz. *deff.* 28. *cap.* 7. Conciol. *resol. crim. verb. Repulsa resolut. pr.* n. 8. *et* 9. D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 6. n. 5. *et* 6. *fol.* 165. Pellegrin. *loc. cit. d. part.* 4. *sect.* 13. n. 1. *vers. sed nota.* Altimar. *d. rubr.* 13. *quæst.* 13. n. 20. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 99. n. 3. *et* 4. *part.* 1.

Quòd in repulsa repulsæ possit poni idem, & de directo contraria, quando quis vult reprobare testes reprobatorios partis adversæ, & confirmare suos, Capyc. *dec.* 62. Sanfelic. *in praxi sect.* 58. n. 14.

6 Repulsa contra scripturas, an sit concedenda postquam fuit lapsus terminus ad repulsandum testes, videtur quod sic, cùm aliud sit repulsare scripturas, aliud repulsare testes, nisi insimul datus esset terminus ad utramque repulsam faciendam, non tamen conceditur post publicationem in causa, nisi post terminum fuit præsentata, Capyc. *dec.* 68. *per tot.* vide Sanfelic. *in praxi sect.* 57. n. 20.

Repulsa testium non est permissa in aliquibus casibus, nempè quando ante publicationem non fuit protestatum de repulsa, de quo dixi sup. *nu.* 3. nec in causis summariis, nec in fisco, qui loco repulsæ solet dare interrogatoria, nec si fuerint examinati, vel aliter approbati à volente illos repulsare, Sanfelic. *in praxi sect.* 57. n. 12. *et seqq.* & benè Conciol. *resol. crimin. verb. Repulsa resol.* 1. *per tot.* ubi alios casus adducit, & declarat, dixi sup. n. 2. adde Donad. *loc. supra cit.* vide Reveit. ad De Marin. *in add. dec.* 262. *et* 393. Altimar. *d. rubr.* 13. *quæst.* 13. *a n.* 23. *usq.* 2. 7

Repulsa concessa post publicationem processus, an possit probari in ejus termino negativa, loco, & tempore coarctata, circa personam rei, vel testium, vide in §. *Negativa* n. 19. 8

Repulsa testium quoad personas non admittitur, sed tantùm quoad dicta quando reus fuit interrogatus, an illos habeat pro viris probis, & respondit quod sic, & idem si dixerit non habere cum illis inimicitiam, nam non potest postea ex capite inimicitiæ repellere, sed abstinendum esse ab hujusmodi interrogationibus, Conciol. *resolut. crim. verb. Reus resolut.* 2. *per tot.* vide in §. *Testis* n. 32. 9

De repulsa testium quando, & in quibus casibus admittatur, vel non, Joseph. Feliv. *in Marg. var. concl. verb. Repulsa*, ubi probat nō admitti in criminibus exceptis, & præcipuè læsæ Majest. Divinæ, & humanæ, Simoniæ, Sodomiæ, & blasphemiæ ob hujusmodi scelerū immanitatē, nisi proveniat ex capite inimicitiæ capitalis, vel ex contrarietate ipsorum testium. Alia de repulsa testium, & scripturarum, & an ad eam probandam sint dandæ litteræ remissoriales, Thoro *Comp. decis. Neapolit. part.* 1. & 2. *verb. Repulsa*, vide in §. *Remissoria*. Altimar. *dict. quæst.* 13. *n. n.* 23. 10

De repulsa testium plura Borell. *in Summ. decis. tit.* 15. & 25. *lib.* 2. Carol. Pellegrin. *in prax. part.* 2. & alii citati à Com. August. Fontan. *Bibl. orb. legal. par.* 5. *verb. Repulsa fol.* 528. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. dict. cap.* 62. *et* 63. *per tot.* Altimat. *dict. rub.* 13. *quæst.* 13. *per tot. tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 95. 96. & 99. *part. pr.* 11

Terminus ad reprobandum testes & scripturas an sit de substantia Judicii latè Altimar. *de nullit. rub.* 13. *quæst.* 13. *per tot. tom.* 2. 12

Reprobatio testium non conceditur, quando quis vult reprobare testes approbatos, & a se productos Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 9. n. 12. Altimar. *de nullit. rub.* 13. *quæst.* 13. n. 31. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 96. *n. pr. part. pr.* 13

Sed ita distinguendum, aut quis vult reprobare testes a se inductos ex nova causa superveniente, & tunc potest, aut vult illos reprobare ex causis antiquis, & tunc non potest Pellegrin. *dict. nu.* 12. Altimar. *dict.* n. 31. Crescin. *ubi supra* n. 2.

Quis non potest reprobare testes a se inductos in una causa, nec etiam in alia causa, nisi exceptiones de novo emerserint Farinac. *de Testib. quæst.* 62. *nu.* 215. Pellegrin. *supra nu.* 12. Crescin. *loc. cit.* n. 4. 14

Approbatio personæ qualitercumqua facta tollit beneficium reprobationis ad text. *in cap. quod semel placuit de regul. jur. in* 6. Crescin. *supr.* n. 5.

Et testes rogati reprobari non possunt Pellegrin. *dict.* n. 12. Crescin. *supr.* n. 6. & 7.

Postquam verò per resignatarium fuit capta possessio ei datur manutentio non obstante nullitate resignationis, vel exceptione non implementi conditionum, ita ut si resignans spolietur à resignatario non possit agere spolio, Ludovis. *decis.* 364. *n. 3. & 4.*

Resignatarius tamen (si agatur cum tertio) tenetur docere de titulo, vel saltem pacifice triennali possessione resignantis, à quo jus suum metitur, ac etiam de publicatione resignationis infra terminum sex mensium à Constitutione Gregorii XIII. præfixum, vel alium à Papa præscriptum, aliàs tertius docens de sua anteriori possessione debet manuteneri, ed tradita per Bich. *decis. 253. per tot. & decis. 358. n. 28.* ubi de prælatione danda primo publicanti, licèt habenti gratiam posteriorem in data, quando plures impetrarunt ex causa resignationis, vel ob illius non publicationem.

Stante triennali possessione præsumitur resignationis publicatio, Lap. *alleg.* 89. nisi appareat de spolio, cùm possessio spoliativa sit improba, & sine aliquo juris fomento, Rot. *part. 2. divers. decis. 190. num. 4. &c.* vide Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 35. num. 21 et 22.* Rot. *part. 16. recent. decis.* 39. ubi qualiter resignatarius, qui triennio pacificè possedit, nulla alia probatione gravetur circa requisita resignationis. Rota coram Pen. *decis.* 1274.

De dicta publicatione resignationis qualiter sit facienda, Rot. *d. part. 2. div. dec. 282. cum aliis quinque segg. de ead. materia, & in eadem causa*, Ricc. *Collect.* 4005. vide Const. Gregor. XIII. *in Bullar. novo* 85. §. 5. Paris. *de resign. lib. 11. quæst.* 8. Rot. *part. 9. recent. decis. 218. num. 8. et seqq. et part. 10. decis. 14. per tot.* ubi quòd debet fieri infra sex menses, vel alium terminum à Papa prorogatum, vel concessum, an autem hujusmodi prorogatio emanate lite pendente suffragetur, non facta mentione de lite, latè ibidem discutitur, & affirmativè resolvitur, quando non erat oppositum de defectu publicationis, aliàs secus, & ferè Bich. *dec.* 301. vide Em. De Luc. in suis operibus *in Indic. general. verb. Resignatio*. Caprar. *decis. 575. num. 18. part. 2.* Emerix jun. *decis. 2030. n. 3. & 10. et decis. 1046. ferè per tot. & decis. 1242 n. 7.*

Publicatio resignationis est actus reiterabilis, & ideo non sequitur publicationem extra tempus excludere, ut non sit facta intra illud Rot. coram Pen. *decis.* 361. *n.* 3.

De dicta publicatione necessaria, Rota *part. 10. recent. decis. 85. num. 6. &c. & dec.* 140. ubi qualiter non facta publicatione resolvatur jus resignatarii, & beneficium dicatur vacare in Curia, nec possit ab alio, quam à Papa conferri, *& par. 11. decis. 322. per tot.* ubi quòd dicitur omninò jus abdicatum à resignante, ita ut non possit de novo resignare, *par. 12. decis. 256. 357. & part. 17. decis.* 270. ubi qualiter resignatio obtenta in forma gratiosa tribuat jus plenum resignatario, etiam ante adeptam possessionem, ita ut eo defuncto dicatur vacare beneficium per obitum, & non per resignationem non publicatam, & ideò jus Ordinarii salvum remaneat. Rot. coram Emerix Jun. *decis. 1030. n. 3. et dec. 1046. n. 1. & 4.*

Aliam Constitutionem S. Pii V. circa resignationes vide registratam apud Pac. Jordan. *d. vol. 2. lib. 10. tit. 35. fol. 146.* ubi plura de resignationibus ab Episcopo, vel alio Collatore non admittendis, nisi in casibus à dicta Constitutione expressis, etiam ad effectum permutationis, & de non conferedis beneficiis resignantis, personis in ea enumeratis, & alia, latiùs Paris. *de resignat. part. pr. lib. 5. quæst. 6. per tot.* Bich. *decis.* 358. ubi qualiter beneficium non vacat per obitum resignantis, sed ob non publicationem.

De Constitutione sanctæ memoriæ S. Pii V. prohibente resignationes in favorem consanguineorum resignantium, & qualiter sit usu recepta in Germania, Rot. *part. 27 recen. decis. 260. per tot.* Corradin. *in Prax. benefic. libr. 3. cap. 4. num.* 10. Tondut. *quæst. benef. tom. pr. cap.* 33. Caprar. *decis. 674. n. 2.*

Qualiter per resignationem ex causa permutationis inducatur vacatio beneficii, etiam si resignatio esset nulliter facta, ut coram Ordinario de beneficio Papæ affecto, & à permutatione non possint partes recedere, Merlin. *decis. 412. per tot.* Caprar. *decis. 300. a n. pr. part. 2.*

Resignatio, sive renunciatio, vel permutatio beneficii, an & quando præsumitur facta in fraudem, 5
& præsertim expectantis primum beneficium vacaturum, Menoch. *lib. 6. præsumpt. 78. per tot.*

Ex quibus conjecturis resignatio simoniaca, & confidentialis detegatur, Menoch. *de arbitr. cas.* 566. vide *in §. Simonia num.* 10. Rot. *part. 12. rec. 256. num. 19. & seqq. & dec. 409, et 420. per tot.* Et de hac materia vide Fagnan. *in cap. dilecto n. 6. de præbend. in cap. non sine n. 33. de arbitr. in cap. ex parte n. 13. et 14. de Offic. Deleg.*

Quòd resignatio facta per metum sit nulla, & metus justus ad hunc effectum dicatur carceratio fratris pro obtinenda resignatione, Rot. *part. 10. rec. decis. 132. per tot. et decis. 341. per tot.* Bich. *decis.* 395. & latiùs Rot. *part. 16. recent. decis. 172. et 212. per tot.* ubi plura de resignatione facta per metum resultantem ex carceratione renunciantis, ut sit nulla, nec privet resignantem sua possessione, ad quam sit manutenendus, & alia ad rem, vide *in §. Permutatio num.* 3. Latè Altimer. *de nullitatib. rubr. pr. quæst. 14. n. 597. tom. 3. fol.* 345.

Resignatio jurispatronatus, vel permutatio facta 6
scienter ab instituto, & præsentato est nulla ipsius culpa, & facit statim vacare beneficium, ita ut liceat alium præsentare, nec amplius resignante possit admitti etiam stante clausula, *non alias*, *nec alio modo*, quidquid secus dici posset stante ignorantia, vel probabili dubietate existentiæ jurispatronatus, Gratian. *disceptat. forens. cap. 835. per tot.* Rot. *part. 3. div. decis. 198. per tot. libr. 2.* Quarant. *in summ. Bullar. verb. beneficiorum permutatio ubi Addit* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. pr. lib. 10. tit. 7. num. 167. fol. 241. & nu. 307. & seqq. fol.* 252. Tusch. *littera R. conclus.* 262. ubi an & quando valeat sine patrono, Rot. *part. 10. recent. decis. 68. per tot.* dixi *in §. Juspatronatus n.* 13. Rot. *part. 18. recent. decis. 725. num. pr.* ubi quòd resignatio jurispatronatus requirit consensum patroni, aliàs est nulla, vel saltem eo volente annullanda, Francisc. de Magist. *in Silv. Eccles. part. pr. lib. pr. tit. 12. cap. 7. fol.* 362. *&c.* Rot. coram Emerix jun.

jun. *dec.* 305 *num. pr.* Vide Episc. Piton. *de Jurepat. allegat.* 60. *n.* 22. *& alleg.* 73. *sub n.* 2. *vers. hinc videmus tom.* 2., ubi an consensus Patroni in resignatione, vel permutatione requiratur de necessitate, vel honestate. Ansald. *decis.* 35. *a n. pr. & decis.* 83. *a n. pr.*

Si tamen resignatio, vel permutatio fuit facta bona fide, & absque culpa, licèt sit nulla non abdicat jus à resignante, sed illi datur regressus ad beneficium permutatum mediante tamen nova gratia, vel collatione, etiam invitis patronis, Rot. *par.* 10. *rec. decis.* 149. *per tot.*

Quòd si resignatio sit facta ad favorem certæ personæ, si pro ea non sit admissa, & sic effectum non habeat, nulla reddatur, nec vacationem induat, & ideò non efficiatur locus novæ præsentationi, nec institutioni, Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 207. *per tot.*

7 Resignatio simplex non favore alicujus, nec sub aliqua conditione, statim extinguit titulum in resignante, qui si voluerit ad beneficium redire, debet novam collationem obtinere, sed non recuperat prærogativas, nec præcedentias sibi antea vigore illius competentes, quamvis recuperet omnia alia jura beneficii, nisi ad illud rediret vigore regressus sibi reservati, Gratian. *disceptat. for. cap.* 746. *n.* 25. *&c. cap.* 814. *per tot. cap.* 845. *n.* 10. Merlin. *decis.* 214. ubi qualiter extinguat etiam possessionem tam civilem, quam naturalem, quando fuit pura, & simplex, secus si sub conditione, quæ eget purificatione, *decis.* 231. facit Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 184. *n.* 11. ubi quòd renunciatio facta in manibus non superioris tenet quoad renunciantem, ut ex capite hujus delicti possit privari beneficio, licèt antequam privetus non amittat beneficii proprietatem, & alia *infra n.* 11.

8 Resignatio facta favore alicujus, vel correspectiva, sive conditionalis, vel ob causam, non extinguit jus, neque titulum in resignante, nec dicitur beneficium vacare antequam fuerit sortita effectum in resignatario, vel causa sequuta, seu conditione impleta, Ita ut nec opus sit novis literis collationis, si non habuit effectum, Mohed. *decis.* 25. *&* 36. *de renunc.* Gratian. *dict. cap.* 746. *num.* 20. *&c. ubi num.* 15. *&c.* quòd si resignatio non fuit sortita effectum, potest resignans absque nova collatione ad illud redire, cum non dicatur dimissum, nisi sequuta effectuatione resignationis, & semper intelligatur clausula, *rebus sic stantibus*, adde Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 207. *& decis.* 322. *num.* 3. *& seqq.* ubi benè declarat, quando ista conclusio procedat, vel non, Ludovis. *decis.* 138. Merlin. *decis.* 156. *per tot. & decis.* 538. *per tot.* ubi quòd per resignationem non quæritur jus resignatario, nisi litteris expeditis, & verificatis, adeò ut si interim decedat resignans, dicatur beneficium vacare, & possit impetrari, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 90. *num.* 9. *& seqq. per tot.* ubi quando resignans debeat manuteneri adversus resignatarium non obstante resignatione, *& par.* 11. *decis.* 302. *per tot.* ubi fuit concessa manutentio ei, qui dimiserat beneficium animo aliud assequendi, si illud non fuit assequutus, & licèt alter de dicto beneficio fuerint provisus, Possent. *sing.* 138. ubi quòd resignato beneficio favore certæ personæ, maximè cum clausula, *non aliter nec alio modo*, si eidem personæ non quæratur beneficium, veluti quia non fuerit reperta idonea, non vacat, sed remanet ipsius resignantis. Rot. coram Emeria jun. *decis.* 543. *n.* 3. *&* 4. *& dec.* 5363. *a n.* 8. & coram Caprar. *decis.* 165. *a n.* 5. *cum seqq. part.* 1. & coram Ansald. *decis.* 72. *n. pr.*

9 Resignans, vigore regressus sibi reservati, ob non solutionem pensionis, dicitur jus suum continuare, & potest etiam propria auctoritate sine ulla declaratoria Judicis ingredi possessionem, & erit manutenendus, ad tradita per Grat. *discept. forens. cap.* 921. *per tot.* ubi tamen in fine testatur contrarium per Rotam fuisse decisum, & manutentionem concessam resignatario, vide in §. *Pensio n.* 9. facit Rot. *d. decis.* 90. *num.* 9. *& seqq. part.* 2. *recent. & decis.* 209. *per tot. d. part.* 9. Bich. *dec.* 53. ubi qualiter sit locus regressui ob moram in solutione pensionis, juxta conventiones initas, & auctoritate Apostolica confirmatas, absque alia declaratione super lapsu temporis, vel mora.

Quòd resignans beneficium, reservata sibi certa pensione, *& non aliàs nec, alio modo*, non dicatur in minori summa præstitisse consensum, ita ut pensio sit individua, & quid istud importet, Gratian. *discept. forens. cap.* 995. *num.* 15. facit Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 70. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 209. *per tot. & part.* 14. *decis.* 310. *num.* 7. *& seq.* ubi quòd resignatarius non potest dicere de nullitate pensionis retento beneficio, sed debet vel illam solvere, vel dimittere beneficium, ita ut talis regressus competat non tantùm ipsi resignanti, sed etiam alteri, in quem fuerit legitimè pensio translata, quid si nullitas pensionis proveniat ex culpa resignantis ob falsam expressionem valoris beneficii resignati, & alia, *& dict. part.* 14. *decis.* 419. ubi fuit confirmata prima decisio.

Resignans beneficium, si decesserit antequam resignatarius justificaverit litteras suas, & gratiam obtentam in forma dignum, dicitur vacare beneficium per obitum resignantis, & non per resignationem, quia gratia in forma dignum continet mandatum de providendo, & sic ante justificationem non abdicat jus à resignante, Burat. *dec.* 830. *num.* 3. 11. *& seqq.* Merlin. *decis.* 156. *&* 538. *in recent. par.* 6. *decis.* 92. *num.* 3 12. *& seqq.* 10

Istud tamen procedit quando resignatio non potest habere effectum, ut quia resignatarius non sit idoneus, vel non justificetur narrativa, vel ob sequutum obitum resignantis infra 20. dies, secus verò quando resignatio potest suum sortiri effectum, nam tunc dicitur beneficium vacare per resignationem, quamvis ante justificationem, & approbationem resignatarii decesserit resignans, & debet resignatarius idoneus repertus, & gratia justificata in beneficii possessionem immitti, Paris. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 76. *&c.* Lotther. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 14. *n.* 58. *& seqq.* Gabriel. *cons.* 186. *num.* 3. *&* 9. *lib. pr.* latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 218. *num.* 3. *& per tot. & part.* 12. *decis.* 256. *num.* 3. *&c.* Vide Caprar. *decis.* 53. *a n.* 9. *cum seqq. part. pr.*

Qualiter resignatarius probare debeat resignationem fuisse legitimè sequutam in concursu possessoris, qui per obitum provisionem obtinuit ab Ordinario, & alia, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 85. *per tot. & part.* 13. *decis.* 480. *per tot.* ubi plura de hac materia, & qualiter possit impetrari beneficium à Sede Apostolica prævia derogatione regulæ de viginti.

Resignatio beneficii debet fieri in manibus Superioris Ecclesiastici, aliàs facta in manibus laici quacumque dignitate etiam Ducali, Regali, vel Imperiali præfulgentis, & patroni est ipso jure nulla, nec vacationem induit, quia non accedente Superioris Ecclesiastici admissione non potest beneficiatus se liberare ab Ecclesia, cui est obligatus per quasi contractum acceptationis, ita ut nec confirmationem recipere possit per ratificationem à Superiore factam ad effectum retroactionis, quidquid sit ubi esset facta coram Ecclesiastico inferiore, & alia latè Rot. *par.* 20. *recent. decis.* 180. *per tot.* vide supra *n.* 6. *&* 7. 11

Resignatio beneficii facta per procuratorem in Curia Romana ab eo, qui præsens sit, est nulla, ita ut durante illius successiva præsentia non possit sustineri, secùs autem si constituens postea recesserit, & post ejus discessum fact. fuerit resignatio per procuratorem, Paris *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 8. *num.* 23. *et lib.* 9. *quæst.* 12. Rota *part.* 14. *recent. decis.* 510. *n.* 6. *& seqq.* ubi etiam quod ad sustinendam resignationem sufficit possibilis absentia, & præsentiam non esse per necesse, & concludenter probatam. 12

Resignatio locorum Montium quomodo fiat, quid importet, & alia in materia locorum Montium dixi in §. *Loca*. 13

Resignatione beneficii facta simpliciter, dicitur resignans à se abdicasse omne jus, & possessionem, & ideò non potest amplius percipere fructus, & quos percepit tamquam malæ fidei possessor tenetur illos restituere; quò verò ad pendentes tempore resignationis spectant pariter ad successorem, & resignatarium, sicut & civiles, quales sunt, census, pensiones domorum, responsiones, & similes, quorum solutionis eundem venerat dies tempore resignationis; sed quoad naturales, & industriales si sint à solo separati spe- 14

spectant ad resignantem, etiam si fuerint locati, & dies solutionis affictus nondum venerit, & sic in istis non consideratur dies solutionis affictus, sed tempus perceptionis ipsorum fructuum, pro quibus solvitur affictus, ut benè distinguit Rot. in selectis per; Farinac. p. 1. tom. 1. decis. 240. per tot. vide in §. Fructus num. 38. ubi plures allegavi.

Si tamen resignatio fuerit nulla, potest resignans tamquam spoliatus restitui ad beneficium resignatum, & procurator ad resignandum constitutus non potest nisi semel resignare, Rot. d. part. pr. tom. pr. decis. 423. per tot.

15 De resignatione, & renunciatione beneficiorum Parisius, & Butilletius in tract. de resignat. Tondut. quæst. canon. 169. 170. 178. 179. 180. part. 3. ac alibi, Jul. Capon. tom. 1. discept. 19. & tom. 4. decis. 244. ubi an fieri possit à reo homicidii ante sententiam, & quomodo, Barbos. d. Episcop. allegat. 69. lib. 3. & de jure Ecclesiast. cap. 15. Rebuff. Prax. benefic. part. 3. de resignat. aliique plures citati à Castejon. Alphab. jurid. verb. Beneficia num. 40. & verb. Renunciatio Resignatio num. 14. & seqq. & à Com. August. Fontan. Biblioth. legal. part. 5. verb. Resignatio fol. 538. Plura etiam Em. De Luc. Emerix jun. & Ansald. in dec. verb. Resignatio. Caprar. pariter in decis. Mantiss. ad eumdem De Luc. Pignatell. Ursaya Piton. & alii moderni.

16 Resignantes beneficia contra formam juris, & non servatis Constitutionibus de hac materia disponentibus, quas pœnas incurrant, & alia ad tem, Carol. Anton. Thesaur. de pœn. Ecclesiast. part. 2. verb. Resignatio fol. 305. &c.

17 De resignantibus cum pensione, & regressu, & plura de hujusmodi regressu, & ejus effectibus, Tondut. cap. 45. 46. 47. & 48. per tot.

18 Resignatarius expensas reficere non tenetur nisi pro rata temporis, quo litem sustinuit. Text. in l. 1. & 2. C. si plures una sententia condemnati. Emerix Jun. dec. 83. n. 1.

19 Mandata re-exara contra resignantem possunt exequi contra Resignatarium. Rot. decis. 339. part. 3. recent. Emerix Junior. dict. decision. 83. numer. 3. Hoc tamen procedit quoad consequutionem Beneficii, non quoad expensas Emerix Jun. loc. cit. nu 4.

20 De Differentia inter Resignatarium, & Successorem ex vacatione. Card. D. Luc. de Pens. disc. 12. nu. 13. disc. 13. n. 8. & disc. 14. n. 3. 10. et 13. Piton. de Jurep. all. 56. n. 52. tom. 2.

21 Resignatarius dicitur legitimus contradictor resignantis in casu regressus juxta formulam antiquam, secus juxta formulam modernam De Luc. de Benefic. disc. 73. n. 47. & 48.

22 Resignatarius alimenta præstare tenetur resignanti ad pauperem redacto De Luc. de Benefic. disc. 37. n. 15.

23 Resignatarius admittitur ad more purgationem pro impediendo regressu De Luc. de Pens. disc. 13. n. 11.

24 Resignatarius succedens in omne jus resignantis non obtinet primum stallum in choro, sed intrat optio ad favorem antiquioris De Luc. de Pens. disc. 76. n. 17.

25 Resignans non dicitur legitimus contradictor resignatarii, etiam quod sit citandus De Luc. de Benefic. disc. 73. n. 47. Et vide disc. 37. n. 8. disc. 48. num. 6.

26 Resignans nullam ratam fructuum prætendere potest, nisi illos sibi reservavit De Luc. de Benefic. disc. 34. n. 3. & 6. & disc. 84. a nu. 5. ubi quod in Episcopatu, beneficiis curatis &c.

27 Si Resignans contendat cum resignatario, cui danda sit manutentio De Luc. de Benefic. disc. 37. a n. 5. cum seqq.

28 Resignans plus juris transferre non potest, quam ipse habeat Paris de Resignat. lib. 1. quæst. 15. n. 9. Caprar. dec. 80. n. 5. part. 1.

29 Resignans dicitur in culpa, & dolo exprimendo majorem valorem, ideoque ab illo dicitur jus abdicatum ac resignatione nulla Garz. de Benefic. part. 11. cap. 3. n. 38. Caprar. dec. 120. n. 9. part. pr.

Quod tamen intellige juxta tradita per Lotter. de re benef. libr. 1. quæst. 38. n. 52. & 53. Rosam de exeq. litt. apost. cap. 14. n. 83. in fin. Caprar. loc. cit.

Resignans non cadit à Jure regressus nisi peccaverit in falsa expressione valoris. Piton. de Jurep. all. 56. n. 49. tom. 2. Hæc conclusio procedit etiam in resignatione conditionali ibid. n. 50. Sed limita, ut ibid. n. 67. & seq. Immo & in resignatione munita cum clausula = & non aliàs = sub insinuata tamen limitatione ibid. n. 51. Expressio falsi valoris facta per procuratorem an præjudicet Resignanti ibid. n. 61. Per usum litterarum reservationis præsumitur resignans ratificasse dictam expressionem. ibid. n. 62. In quibus intret dicta conclusio ibid. n. 63. 30

Resignans an possit ante perfectam resignationem revocare mandatum, affirmative resolvunt D. Luc. de Benefic. disc. 38. n. 6 Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 1. n. 186. tom. 3. 36

Superventa notitia obitus resignantis post signatam supplicationem ante præstitum per Procuratorem consensum, & adnotatam de more a tergo ejusdem supplicationis per Notarium Cancellariæ notulam consensus, gratia remanet imperfecta, & consensus non est amplius extendendus; Et alia plura Emerix jun. dec. 1149. per tot. 32

Beneficium semel resignatum amplius resignari non potest Paris. de resignat. libr. 1. quæst. 15. Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 12. n. 9. tom. 1. 33

Etiam Rector cogitur ad resignandam Parochialem si sit invisus populo. Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 100. n. 400. tom. 2. 34

Status provisionum apostolicarum per reservationem, vel coadjutoriam non attenduntur pro observantia providendi de reservato, & de ratione Piton. dict. alleg. 100. n. 417. tom. 2. 35

In resignatione dantur duo consensus, alter causalis, & alter extensus, seu formalis, & ex primo tantùm perficitur gratia Episc. Piton. disc. Eccles. 5. a n. 34. tom. 1. & de Jurepatr. alleg. 4. n. 28. tom. 1. 36

Resignatio facta de Beneficio, ad cujus titulum quis fuit ordinatus, non valet non facta de hoc expressa mentione. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 2. Emerix Jun. dec. 1024. nu. 4. Limita in resignatione necessaria ex causa commissæ Simoniæ Garz. de Benef. part. 2. cap. 5. num. 29. & plurib. seqq. Rot. dec. 151. n. 16. vers. non obstat part. 4. rec. tom. 1. Emerix Jun. d. dec. 1024. n. 6. Et vide etiam De Luc. de Benefic. disc. 37. n. 14. disc. 41. nu. 4. & 5. annot. ad Concil. disc. 14. n. 32. 37

Resignatio fieri nequit de Beneficio unito. Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de reform. in fin. Paris. de resignat. lib 2. quæst. 9. num. 1. & seq. Emerix Jun. dec. 244. n. 5. 38

Resignationis appellatione ex proprietate vocabuli venit etiam dimissio. Gloss. in verb. Dimissa de præpend. lib. 6. Fagnan. in cap. Non sine n. 44. de arbitr. tom. 1. 39

Resignationes reciprocæ parentum Clericorum in favorem filiorum reprobantur à Concilio Tridentino. Fagnan. in cap. Ad extirpandas n. 41. de Filiis Presbyter. tom. 1. Et alia quoad conjunctos resignantis, vel Ordinarii De Luc. annot. ad Concil. disc. 49. num 4. 40

Resignatio providet personis, non beneficio, permutatio verò providet beneficiis non personis Gonzal. de regul. Cancel. gloss. 14. n. 51. cum seq. Ansald. dec. 35. n. 16. part. 1. 41

Resignatio Beneficii ad favorem certæ personæ extorta per fraudem & machinationem irrita est. Paris. de resignat. lib. 13. quæst. 3. num. 1. & seqq. Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 766. n. 5. & seq. coram Card. Cerr. dec. 214. nu. 5. Ansald. dec. 83. num. 20. part. 2. 42

Quando fit resignatio in Patronum Papa derogat Juripatronatus, ubi Compatronus supplicat pro se ipso. Paris. de resign. lib 2. quæst. 4. n. 57. Card. De Luc. de Jurep. disc. 65. n. 36. Piton. de Jurep. all. 8. n. 20. 29. & seq. tom. 1. 43

In Resignationibus Beneficii, quæ fit Compatrono derogatur Juripatronatus. Rot. coram Puteo dec. 106. lib. 3. in corect. Piton. de Jurep. all. 6. nu. 27. in fin. tom. pr.

Re-

Resignatio facta favore Compatroni cum derogatione Jurispatronatus est subreptitia, si stante Turno, tunc illi non competebat Juspræsentandi Vivian. *de Jurep. lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 137. Piton. *de Jurep. d. all.* 8. *n.* 29. *tom.* 1.

Derogatio Jurispatronatus in totum lite pendente locum habet non solum *in* casu vacationis Beneficii per obitum, ;sed etiam per Resignationem. Piton. *de Jurep. all.* 16. *n.* 8. *tom.* 1.

Resignatio Beneficii facta sine mentione Jurispatronatus litigiosi non sustinetur. Rot. *dec.* 77. *nu.* 4. *part. pr. & decis.* 172. *sub num.* 9. *vers. & prædicta part.* 3. *rec.* Piton. *de Jurep. all.* 16. *n.* 11. *d. tom.* 1.

44 Tutor potest præstare consensum resignationibus Beneficiorum. Piton. *de Jurep. all.* 38. *n.* 15. *tom.* 1.

45 Facultas semel præsentandi in casu mortis Beneficiati, an dicatur consumpta per consensum præstitum resignationi, seu permutationi. Piton. *de Jurep. all.* 100. *n.* 69. *tom.* 2.

46 Patronus consumit Turnum consentiendo resignationi, seu permutationi. Rot. coram Otthobon. *dec.* 90. *n.* 7. *& in rec. dec.* 150. *n.* 4. *part.* 16. Piton. *loc. cit. n.* 72.

47 Juspatronatus ex privilegio an suffragetur in casu resignationis in manibus Papæ. Piton. *loc. sup. cit. n.* 208.

48 Stante lite super pertinentia Jurispatronatus Sedes Apostolica providet derogando illi in totum etiam in vacatione voluntaria per resignationem pensionis. Piton. *de Jurep. all.* 16. *n.* 9. *tom.* 1.

49 Resignatio in favorem certæ personæ fieri unicè potest in manibus Papæ. Paris *de resignat. quæst.* 2. *lib.* 1. *n.* 4. *& seq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 14. *nu.* 26. *vers. tum quia Beneficia*. Rot. apud eumd. Piton. *de Jurep. all.* 48. *n.* 32. *tom.* 1. Ex prædicta resignatione in favorem facta in manibus Papæ non potest argui ad libertatem beneficii Rot. apud Piton. *ubi supra*. Et vide *infra n.* 56. *&* 57.

50 Si resignatio sub reservatione certæ pensionis facta sit, & resignans obierit, antequam resignatarius hujusmodi reservationi consensum præstiterit resignatio nullius est roboris. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 4. *n.* 12. *lib.* 12. *vol.* 4. Fallit si Vicelegatus derogavit regulæ dicti consensus. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 13. Derogatio præfata referenda est ad consensum formalem, non autem ad causalem Mantiss. ad De Luc. *loc. cit. n.* 14. Sed hæc distinctio non habet locum in collatione facta favore absentis Mantiss. *ibid. n.* 15.

51 Clausula *non alias, aliter, nec alio modo*, licèt non apposita in mandato procuræ ad resignandum, ea inclsa subintelligitur Paris. *de Resignat. lib.* 1. *quæst.* 2. *n.* 17. *& seq.* Caprar. *dec.* 235. *n.* 5. *part.* 1.

52 Resignatio Parochialis si per Papam fuit admissa mediante Collatione ad favorem Resignatarii, non potest per obitum Resignantis eadem Parochialis ab Ordinario conferri. Paris. *ubi sup. lib.* 1. *quæst.* 4. *n.* 96. Caprar. *dec.* 58. *n.* 1. *&* 2. *part.* 1.

53 Resignatio ubi facta est cum reservatione pensionis, & sub conditione, si ea subsisteret, cum clausula *non aliàs, aliter, nec alio modo*, & à Summo Pontifice admissa cum dicta reservatione Pensionis, & cum expressa conditione, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, si Pensio corruit ex defectu narrati valoris, Litteræ Resignationis non sunt exequibiles Caprar. *dec.* 120. *nu.* 2. *part.* 1. *& dec.* 235. *num* 1. *part.* 1.

Cum resignatio sic ut supra facta non sustineatur, nec jus à Resignante abdicetur, nisi doceatur, Pensionem fuisse validè reservatam. Rot. *dec.* 480. *n.* 9. *& seq. part.* 13. *rec.* & coram Burat. *dec.* 437. *n.* 8. *& per tot.* Caprar. *dec.* 120. *num.* 3. *part.* 1., *& dec.* 183. *n.* 1. *part.* 1. *pag.* 303.

54 Resignatio Beneficii uniti est subreptitia, non expresse narrata Unione, quatenus ea est subjectiva, & extinctiva, cum indigeat particulari expressione, ut dicatur illi derogatum. Rot. cor. Buratt. *dec.* 929. *n.* 5. Caprar. *dec.* 418. *n.* 10. *part.* 1.

55 Resignatio Beneficii spreto Patrono, est nulla & subreptitia Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 66. *n.* 2. Rot. *dec.* 168. *n.* 47. *part.* 10. *rec.* Caprar. *dec.* 64. *nu.* 7. *part.* 1.

56 Resignationes conditionales, & ad favorem certæ personæ, solus Papa potest admittere. Rot. *dec.* 190. *n.* 4. *part.* 5. *& dec.* 177. *n.* 16. *part.* 11. *& dec.* 329. *n.* 14. *part.* 18. *tom. pr. rec.* Caprar. *dec.* 79. *num.* 1. *part.* 1. Ita ut satis non sit quod expleantur coram Ordinario. Caprar. *dec.* 575. *n.* 14. *part.* 2. Vide supra *n.* 49.

57 In resignationibus ad favorem certæ personæ consideratur Simonia quæ purgatur, & omnino tollitur interveniente Summi Pontificis autoritate. Fagnan. *in cap. Ex parte n.* 13. *& seqq. de offic. Deleg.* Caprar. *dec.* 575. *n.* 15. 16. *&* 17. *part.* 2.

58 Per resignationem in casu, quo vacet beneficium datum mandatum non extenditur ad casum, in quo vacet per mortem. Fab. de Anna *cons.* 84. *nu.* 3. *& duob. seq.* Episc. Rocc. *cap.* 25. *n.* 26. *part.* 1.

59 Resignanti an debeatur pensio, vel resignatario, quoties, resignationis tempore, fructus beneficii reperiebantur à solo separati. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 160. *n.* 38. *vers. sed neque*. Rot. *dec.* 278. *n.* 2. *part.* 2. *rec.* Episc. Rocc. *cap.* 124. *n.* 6. *part.* 2.

60 Ad resignationem faciendam mandatum habens, sibi ipsi resignare non valet. Menoch. *cons.* 296. *nu.* 20. Paris. *de resign. lib.* 9. *tit.* 17. *n.* 102. Episc. Rocc. *cap.* 101. *n.* 18. *part.* 2.

61 Resignatio facta ab amente nulla est Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 41. *n.* 3. Quæ autem mentis habetudo requiratur *ibidem n.* 9.

62 Resignatio fieri potest, licèt fructuum commoditas fuerit alteri cessa De Luc. *de Pensionib. disc.* 68. *num.* 27.

63 Resignatio cum reservatione pensionis quare fieri soleat De Luc. *de Pensionib. disc.* 12. *n.* 14.

64 De resignatione Locorum montium De Luc. *de Alien. disc.* 12. *n.* 4.

65 De resignatione officiorum De Luc. *in Indic. gen. verb. resignatio officior.* Caprar. *dec.* 297. *n.* 4. *&* 6.

§. RESISTENTIA. XXIV.

a RESistentia non potest fieri Curiæ exequenti, nisi fiat ante capturam simpliciter fugiendo, vel nisi captura esset notoriè injusta, vel executores modum excedant, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 30. *§.* 10. *&* 11. *num.* 26. *& seqq. fol.* 290. *&c. §.* 12. *ad* 14. *n.* 16. *& seqq. fol.* 297. ubi admittit interpretationem hic à me factam, Guaz. *defens.* 5. *cap.* 4. *&* 5. ubi etiam qua pœna sint plectendi hujusmodi resistentes, & an Bulla Sixti V. locum habeat contra eximentes se ipsos, Cabal. *resolut. crim. cas.* 8. *num.* 28. *&c. cas.* 132. *per tot.* Marant. *disput. pr. per tot.* Card. Tusch. *litt. E, conclus.* 587. Boer. *decis.* 170. Boss. *tit. de captura*, Farinac. *quæst.* 32. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 100. *per tot. vol. pr.* ubi remissivè an credatur executoribus de injuria illis facta, *& decis.* 152. *num.* 4. *vol.* 2. Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 13. *ampliat.* 48. ubi quod pœna rigorosa dictæ Bullæ non habet locum in resistentia facta occasione executionis civilis, & ita fuisse pluries judicatum contra opinionem Farinac. *dict. quæst.* 32. *n.* 58. dixi *§. Resistentia num. pr. &c.* ubi de lege municipali Florentiæ, quæ punit resistentes etiam si captura esset, vel dici posset injusta, vel nulla; non tamen loquitur (judicio meo) quando esset notoriè nulla, vel injusta, ac ideò potest ut supra de jure interpretari, & sustineri. Resistentia an sit licita executoribus, nec nè Panimoll. *dec.* 75. Vide etiam Doctores *in l. contra C. de execut. & exact. libr.* 12. Rebuff. *de lit. requis.* Spad. *cons.* 2. *a nu.* 10. *& cons.* 60. *a n.* 4. *vol. pr.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 8. *n.* 22. *& seqq.*

Qualiter dicti resistentes teneantur etiam, & condemnari debeant ad satisfactionem creditorum, pro quibus erat facta, vel facienda executio, *l.* 3. *C. de exact. tribut. libr.* 10. Jas. *in l. admonendi num.* 165. *ff. de jurejur.* Salyc. *in l. fin. C. de aper. libert.* Card. Tusch. *litt. E, concl.* 587. *num.* 7. *&c.* vide *in §. Carcer. nu.* 24. *&c.* Crescin. ad Abecclel. *obser.* 150. *n.* 2. *part. pr.*

A quo

A quo autem puniri debeant dicti reſiſtentes, an à judice ordinario aliarum cauſarum criminalium, vel à judice Curiæ, ſive familiæ, cui facta fuit reſiſtentia, Franch. *deciſ.* 147. *per tot.* ubi concludit eſſe locum præventioni, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 335. *verſ. Addo*, ubi quod puniuntur à judice, cujus familiæ fuit facta, reſiſtentia, ut dixi *in §. Eximeas num.* 4. Carrat. *dec. crim.* 96. *& ult. per tot.* ubi quòd habet locum præventio quando reſiſtentia fuit facta per laicos birruariis Curiæ Eccleſiaſticæ. Creſcin. *loc. ſupra alleg. n.* 3. *&* 4.

Quòd inquiſitus de delicto reſiſtentiæ, ſi alleget per modum exceptionis nullitatem capturæ ſit audiendus, & interim ſuperſedendum in cauſa reſiſtentiæ, cùm cauſa nullitatis capturæ civilis ſit præjudicialis cauſæ criminali, & prius cognoſcenda, retento tamen interim carcerato inquiſito, deciſum refert Ludovic. Peguer. *deciſ.* 9. *per tot.* quem refert, & ſequitur Antonin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 289. *c.* 2. *in fine*, vide *in §. Cauſa n.* 9.

Reſiſtentia tunc propriè dicitur ubi pertinaciter inſiſtitur, & devenitur ad manuum operationem; poteſt excuſari ſi officialis excedat modum, ſi ſit ſine ſolito ſigno, ſi prorumpat ad injurias, ſi non oſtendat litteras ſuæ poteſtatis, ſi reſiſtens habebat licentiam armorum, & non permiſit ſe expoliari; intelligendo ubi notoriè injuſta eſſet captura, neque recurri poſſet ad Superiorem, & damnum eſſet irreparabile, latè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap* 3. §. 10. *&* 11. *per tot. et §.* 12. *ad* 14 *per tot.* alioſque citatos à Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Reſiſtentia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 339. vide Farinac. *quæſt.* 32. Decian. *tractat. crimin. lib.* 7. *cap.* 21. cum aliis quos refert, & ſequitur Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 7. *per tot.* ubi plura de hac materia. Vide Tranched. *conſult.* 74.

Quòd offendens officiales non ex cauſa officii, nec in odium Principis, ſed ex privata cauſa, vel inimicitia non incurrat pœnas læſæ majeſtatis contra dictos offendentes ſtatutas, Bajard. ad Clar. *§. Læſæ Majeſtatis num.* 2. Farinac. *quæſt.* 112. *num.* 150. *et quæſt.* 117. *n.* 37. *et* 38. *et conſ.* 205. *lib.* 3. Conciol. *reſol. crimin. verb. Officialis reſol.* 3. *per tot.* ubi benè declarat.

Qualiter reſiſtentia cum armis facta miniſtris juſtitiæ redundet in injuriam Principis, & Curiæ, & ideò pœna arbitraria poſſit extendi uſque ad mortem incluſivè juxta facti, & perſonarum qualitatem, Boſs. *tractat. crim. tit. de injur. num.* 30. Farinac. *quæſt.* 17. *n.* 36. Menoch. *de arbitr. caſ.* 263. *num.* 6. Theſ. *deciſ.* 229. *num. pr.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. tract.* 34. *num.* 35. *et ſeqq.* noviſſime Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 3. *§.* 10. *et* 11. *num.* 33. *et ſeqq. per tot.* ubi latè materiam reſiſtentiæ declarat, tam ſi executio erat facta, vel facienda pro cauſa criminali, vel pro debito civili, *et §.* 12. *ad* 14. *per tot.*

2 Cum armis venienti armis reſiſtere licet Brunnemann. *ſup. ff. libr.* 43. *tit.* 16. *leg. pr. n.* 19. *tom.* 2. *et in l. pr. a n. pr. C. de Rip. munien.*

3 Jus reſiſtendi quale, & quando licitum Brunnemann. *ſup. ff. lib. pr. tit. pr. leg.* 3. *a num.* 13. *et ſeqq. tom. pr. et tit. de Exequut. a nu.* 14. *et in l. unic. C. de prohib. ſequeſtr.* Mevi. *part. pr. deciſ.* 134. *part.* 5. *deciſ.* 308. *et deciſ.* 369., ubi plurima circa hanc materiam.

4 Reſiſtentia juris an excludat manutentionem De Luc. *de Judic. diſc.* 44. *nu.* 89., & vide eumdem *in Indic. general. verb. aſſiſtentia.*

§. RESTITUTIO. XXV.

1 Reſtitutio in integrum nil aliud eſt quàm in priſtinum ſtatum repoſitio, cùm tantumdem reſtituere debeat quantum abſtulit læſio, *l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor*, ubi Bart. & alii, Odd. *de reſtit. in integr. part. pr. quæſt. pr. art.* 4. *per tot.* Tuſch. *lit. R, concluſ.* 276. *per tot.* Maurit. *de reſtit. in integr. cap. pr.* Ridolphio. *in Prax. part. pr. cap.* 13. *num.* 413. *etc.* Cavaler. *deciſ.* 180. *n.* 3. Petr. de Onnate *de contract. tom. pr. tract.* 6. *diſput.* 22. *fol.* 658. *et ſeqq.* ubi plura de materia, latè Caldas Pereyr. *tract. de reſtit. in integr.* ad interpretationem text. *in l. ſi curatorem habens, C. de reſtitut. minor.* ubi eſt ſedes materiæ iſtius *per tot.* Add. *Manſ. conſult.* 373. 374., *et* 376. De Luc. *de hæred. diſc.* 12. *num.* 17. Rocc. *reſp.* 24. *n.* 2., *et ſeq. tom.* 1., & alios quos citat Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæſt.* 38. *nu. pr.*, *et ſeq. tom.* 6. Manſ. *conſult.* 373. *et conſult.* 374. Saminiat. *contr.* 48. *n.* 4. *et contr.* 54. *n.* 56. Palm. nep. *alleg.* 591. *n.* 14. *tom. pr.*

Quot modis accipiatur hoc verbum *reſtituere*, quomodo reſtitutio in integrum differat ab appellatione, à ſupplicatione, ab indulgentia, à reductione, & à querela, quo jure, & quare introducta, & alia, latè idem Odd. *d. qu. pr. per tot.* Tuſch. *loc. cit. et concl.* 277. Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *reſ.* 27. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 119. *cum pluribus ſeqq. vol.* 2.

An poſſit renunciari beneficio reſtitutionis in integrum, ſaltem cum juramento, Cæſar. Cala *tract. de feriis quæſt.* 5. *n.* 565. *et ſeqq.* Altimar. *loc. cit. à d.* 42. *et a* 56. *et ſeqq.* ubi quid ſtante juramento.

An autem in reſtitutione in integrum veniant etiam fructus, idem Chriſtin. 123. *n.* 4. *et ſeqq. vol.* 2. *infra n.* 31. De Luc. *in Indic.* Altimar. *dict. quæſt.* 38. *per tot. tom.* 6.

Plura de reſtitutione in integrum remiſſivè Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. jurid. verb. Reſtitutio.*

Reſtitutio in integrum eſt duplex, nempè gratiæ, 2
& juſtitiæ; gratioſa petenda eſt, & obtinenda à Principe, non autem ab inferiore, cùm ad Principem ſpectet tantùm facere gratias, & gratioſa dicitur illa, in cujus petitione pro cauſa nulla alia adducitur, quàm clementia, & pietas ipſius Principis; illa verò juſtitiæ poteſt peti, & concedi à quolibet judice ordinario, prout de jure, intelligendo ſuper eo, quod ipſe Ordinarius, vel prædeceſſor, vel æqualis, vel inferior fecerit, non autem contra decretum, vel factum Superioris, & juſtitiæ dicitur, in cujus petitione pro cauſa adducitur, quod jure ſit concedenda; utraque continet ſub ſe alias ſpecies, de quibus Odd. *de reſtit. in integr. part. pr. quæſt. pr. art.* 15. *& per tot. tractatum, & quæſt.* 32. *num.* 28. *& num.* 131. *& ſeqq.* Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 2. *num.* 26. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol* 3. *lib.* 14. *tit.* 29. *nu.* 15. *& ſeqq. ad* 43. ubi plura ſummorum de more, Tuſch. *lit. R. concluſ.* 277. *& ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 13. *n.* 414. *& ſeqq.* Caldas Pereyr. *cod. tract. verb. implorandum fol.* 428. *&c.* ubi plura de modo petendi reſtitutionem in integrum, & coram quibus judicibus ſit petenda, ac alia. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæſt.* 38. *num.* 33. *tom.* 6. Creſcin. ad Aveccleſ. *obſer.* 176. *part. pr.*

Reſtitutio in integrum quando principaliter peti- 3
tur, debet peti coram judicibus cauſarum ordinariis, delegatis ad univerſitatem cauſarum, vel delegatis ſpecialiter à Principe, vel coram Civitatis adminiſtratoribus, ubi verò petitur incidenter, poteſt tractari coram judice illo, coram quo cauſa principalis diſcutitur *l. ultim. C. ubi, & apud quem in integr. reſtit.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 72. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 13. *nu.* 420. *& ſeqq.* Paul. Chriſt. *deciſ. Belgic.* 134. *per tot. vol.* 2.

Quòd poſſit per Principem concedi, etiam ſine citatione, Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 711. *n.* 15. *&c.*

Quòd ſit à Principe petenda, qui committit cognitionem cauſæ judici ejus, contra quem petitur, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 119. *num. pr. vol.* 2. *& deciſ.* 134. *d. vol.* 2. ubi etiam an ſit committenda judici domicilii rei conventi, vel rei ſitæ, vel loci contractus, & cujus loci conſuetudines, vel ſtatuta ſint attendenda, an contractus, vel ſolutionis, vel rei ſitæ, latè Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 21. *per tot.* ubi plura, apud quem judicem cauſa reſtitutionis in integrum agitari debeat.

Reſtitutio in integrum qualiter detur adverſus om- 4
nes actus judiciales, tam ante litis conteſtationem, quàm poſteà, adverſus lapſum inſtantiæ, adverſus ſententias tam interlocutorias, quàm deffinitivas, adverſus omiſſam, vel non proſequutam appellationem, & ſimiles, ac ex quibus cauſis, latè Odd. *de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſt.* 64. *cum pluribus ſeqq.*

Paul. Christin. *decis. Belgic.* 124. *per tot. vol.* 2. ubi an, & quando detur adversus rem judicatam, & quæ cognitio præcedere debeat, *& decis.* 103. *vol.* 6. ubi an, & quando adversus lapsum fatalium.

Quòd detur adversus rem judicatam ex clausula generali, *si qua justa causa*, Gratian. *discept. for. cap.* 408. *num.* 9. *&c.* Tusch. *littera R*, *conclus.* 191. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 169. *num. pr. &c.* intelligendo tamen stante læsione ut infra. Latissimè Idem Crescin. ad Abceeles. *observ.* 175. *part. pr.*

Qualis debeat esse læsio, sine qua non datur restitutio, Magon. *decis. Flor.* 10. *num.* 22. *&c. decis.* 204. *num.* 25. *decis.* 133. *num.* 6. Cabal. *conf. decis.* 115. *lib. pr.* ubi quòd adhoc ut detur restitutio in integrum adversus rem judicatam etiam minori requiritur plena, & clara læsionis probatio, ita ut iniquitas, & injustitia evidenter appareat, quæ si reddatur dubia, & incerta, excludatur restitutio. Altimar. *de nullitat. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 33. *tom.* 6. Corradin. *de Prælation. quæst.* 66. *n.* 9. Lara *de vita hominis cap.* 25. *n.* 54. Barra *controvers.* 55. *nu.* 7. *&* 8. Morla *in Empor. tit.* 5. *in Præmiss. n.* 13.

Quòd non detur ex negligantia procuratoris, Merlin. *decis.* 362.

Ista tamen restitutio non potest dari nisi ab ipso Principe, Magon. *decis. Flor.* 26. *n. pr.* Vide Abceeles. & Crescin. *obser.* 175. *part. pr.*

Florentiæ non consuevisse dari per judices ordinarios, sed tantùm per Principem, testatur Ger. Spin. *cons.* 29. *n.* 7. vide *in §. Sententia num.* Crescin. *loc. cit. num.* 5.

Romæ etiam petendam esse à Signatura justitiæ, non autem à judicibus ordinariis, & quare, Scacc. *de appellat. qu.* 16. *remed.* 2. *num.* 83. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 29. *n.* 57. *fol.* 612. Crescin. *ubi supra n.* 6.

Ad hoc autem ut concedatur, debet constare, quòd petens restitutionem, omninò reportaret sententiam pro se, si lapsa non essent fatalia, sive illam petat jure minorum, sive jure majorum, & sive sit actor, sive reus, & non docens de læsione, & causis legitimis, dicitur calumniosè petere, ac tunc est denegenda, Cabal. *conf. decis.* 27. *per tot. lib. pr. & cons.* 515. *d. lib. pr.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 762. *nu.* 28. *&c.* ubi plura considerat pro deneganda restitutione adversus rem judicatam, *& cap.* 907. *nu.* 23. *&c.* Rota *in Bononien. Pecuniaria de Blanchettis* 15. *Januar.* 1631. coram Coccino *in Novis. part.* 6. *decis. pr. n.* 5. *&c.* Merlin. *decis.* 33. Rot. *part.* 10. *recent. decis* 236. *num.* 2. ubi quod non conceditur nisi clarè, & concludenter appareat de injustitia, undè deducitur læsio, *part.* 12. *decis.* 35. *n. pr. et seqq. part.* 13. *decis.* 219. *n.* 12. *&c.* ubi quòd non datur sine læsione, & læsio cessat deficiente nullitate, & injustitia sententiæ, *et decis.* 222. *n.* 16. *eadem part.* 13. *et decis.* 244. *per tot.* Crescin. ad Abceeles. *dict. obser.* 175. *a n.* 8. *et seqq. part. pr.*

Quòd non detur restitutio nisi probata injustitia sententiæ, ex qua resultat læsio, ad effectum tamen audientiæ, & introductionis causæ restitutionis, sufficit solus fumus injustitiæ, vel semiplena probatio, sed ad effectum reportandi victoriam, & retractationem sententiæ requiritur plena probatio, ut benè distinguendo concordat opiniones Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 459. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *qu. pr. sect. pr. n.* 754. *vers. restitutio competit tom.* 8. Lat. *de Vit. Homin. cap.* 25. *n.* 61. *&* 62. Emeria jun. *dec.* 1365. *n.* 12. Crescin. ad Abceeles. *dict. obser.* 175. *nu.* 8. *&* 9. *part. pr.*

Ubi quando detur dicta restitutio &c. Adde plenè Fontanell. *decis.* 268. *cum pluribus seqq.* ubi de restitutione in integrum adversus duas, vel tres conformes sententias, an, & quando sit concedenda, vel non, & coram quo Judice, quæ requirantur, & alia ad rem. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *per tot. tom.* 6. *& dict. rubr.* 1. *et* 2. *quæst. pr. sect. pr. n.* 754. *& seqq. et alibi tom.* 8.

Ex quibus causis soleat concedi in integrum restitutio Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 13. *num.* 442. *et seqq.* ubi decem causas enumerat. Card. De Luc. *in Indic. general.* Calà *de restit.* Jovi. *de solemnit.* Altimar. *loc. cit.*

Quòd constito de bono jure petentis, etiam non docto de notoria injustitia sententiæ, detur restitutio, Gratian. *discept. forens. cap.* 763. *num. pr. etc.* Ridolphin. *loc. cit. num.* 449. *et seqq.* Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 53. *num. pr. etc.* ubi ampliat præsertim in supremis Tribunalibus, in quibus sententiæ revocantur ubi ex actis de injustitia constat.

Quòd stante injustitia sententiæ, ex qua dicitur resultare læsio, detur restitutio, etiam quòd transierit in judicatum, Durand. *decis.* 458. *num. pr. etc.* Ridolphin. *ubi supra n.* 449. ubi plures decisiones allegat Merlin. *decis.* 362. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 169. *n. pr. etc. part.* 10. *decis.* 46. *nu. pr. etc.* ubi quòd non denegatur adversus sententiam nullam, & injustam, *et d. part.* 10. *decis.* 364. *n. pr. &c.*

Restitutio in integrum petita adversus sententiam, 5
facit cessare illius executionem, vel eam retardat, nisi prius fuerit petita executio, & sic attendenda est præventio in petitione restitutionis, vel executionis, Cavaler. *decis.* 495. *n.* 5. ubi quòd Rota semper sequuta est hanc opinionem, Leoncil. *decis. Fer.* 16. *per tot.* vide *in §. Executio num.* 26. *& § Manutentio, num.* 17. *infr. n.* 7. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 124. *num.* 5. *& seqq. per tot. vol.* 2. *et decis.* 137. *d. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 188. 1182. 3775. ubi ponit alias limitationes, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 295. *nu.* 35. ubi pluribus concordantibus adductis firmat restitutionem non concedi, quando præcessit petitio executionis. Crescin. ad Abceeles. *obser.* 174. *part. pr.* & ad Pen. *decis.* 982. *et decis.* 1405. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 6. *num.* 48. *tom. pr.* De Luc. *de Judic. disc.* 38. *a n.* 13.

Quid autem si eadem hora, vel tempore fuerit petita restitutio, & executio, ut sæpè contingit? dic tunc recurrendum esse ad justitiam causæ, ut si non appareat de malitia, semper restitutio intelligatur prius petita, ne cum executione fiat alteri præjudicium, ut resolvit Martha *vot. Pis.* 147. & idem puto servandum in allegatione nullitatis juxta ea quæ dixi *in §. Nullitas, num.* 27.

Restitutio in integrum competit tam adversus sen- 6
tentias ex sui natura inappellabiles, quàm propter excellentiam Judicum, qui pronunciarunt, quia prohibita appellatione, non intelligitur prohibita restitutio in integrum, Odd. *de restit. in integr. part. pr. quæst.* 15. *art.* 2. *per tot. & art.* 6. *per tot.* Scacc. *de appellat. quæst.* 19. *remed.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 29. *n.* 5. *&c. fol.* 608.

Restitutio in integrum petita intra decem dies im- 7
pedit sententiæ executionem ad instar appellationis, nisi appareat de præsumpta calumnia, quo casu fit executio præstita cautione de restituendo in casu victoriæ petentis restitutionem quidquid exequens medio tempore perceperit, & ubi constaret de manifesta calumnia indistinctè fit executio sine ulla cautione, Magon. *decis. Flor.* 133. *num.* 4. *& seqq.* vide latè Odd. *de restit. in integr. quæst.* 43. *art.* 5. *per tot.* Cabal. *cons.* 128. *per tot. lib. pr.*

Et generaliter, an, & quando pendente judicio restitutionis in integrum adversus sententiam, impediatur illius executio, vel aliquid innovari possit, latè idem Odd. *d. tract. quæst.* 42. *&* 43. *per tot.* ubi per plures articulos totam materiam benè declarat Tusc. *litt. R. conclus.* 293. *per tot.* Ridolphin. *in Praxi part. pr. cap.* 13. *num.* 473. *& seqq.* Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 117. *& seqq.* Scacc. *de appell. quæst.* 19. *remed.* 2. *nu.* 110. *& seqq.* facit quod dixi *in §. Executio, n.* 16. Pellegrin *in prax. Vicar. par.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 11. *num.* 24. *&* 25. Vide Rot. coram Pen. *decis.* 45. *decis.* 48. *decis.* 982. *& decis.* 1405., ubi Add.

Quod regulariter restitutio in integrum impediat executionem rei judicatæ, & quando secùs, *l. pr. C. in integr. restit. postul. ne quid novi fiat*, Odd. *d quæst.* 42. *&* 43. Capyc. *decis.* 53. Gratian. *decis.* 172. *& discept. forens. cap.* 531. *nu.* 88. *&c. cap.* 667. *nu.* 26. *cap.* 762. *num.* 13 ubi tamen quòd ante omnia debet constare de læsione, & de causa restitutionis, Magon. *decis. Flor.* 104. *n.* 24. *&c.* Franch. *decis.* 86. *nu.* 8. *decis.* 702. Scacc. *de appell. quæst.* 19. *remed.* 2. *concl.* 3. *num.* 64. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.*

24. *tit.*

24. tit. 29. nu. 43. &c. ad 69. fol. 610. Altograd. conf. 40. nu. 7. etc. lib. pr. ubi quod cessantibus calumniæ præsumptionibus, & dato boni juris fumo supersedendum est in executione, etiam si restitutio requirat altiorem indaginem, & licèt peteretur adversus plures sententias conformes, & quamvis pars prævenerit in petendo executionem, dummodo non sit concessa executio facti, loquitur tamen in restitutione propter instrumenta de novo reperta, ex quibus datur restitutio juxta ea, quæ dixi in §. Sententia num. 31. vide Urceol. Consult. forens. cap. 23. per tot. Tusch. d. conclus. 293. Ridolphin. loc. cit. Paul. Christin. decis. Belgic. 124 nu. 5. & seqq. vol. 2. et decis. 537. per tot. d. vol. 1. ubi etiam an impediat executionem contractus. Pen. & Add. locis supra citatis.

Cessat autem dicta regula quotiescumque suboritur aliqua calumniæ præsumptio, & suspicio, Altograd conf. 24. num. 20. lib. pr. Urceol. d. cap. 23. nu. 18. etc. vide supra in princ. hujus numeri. Vide Abecceles. & Crescin. observat. 174. part. pr.

Quòd post tres conformes præsumatur calumnia, & ideò non conceditur restitutio, nisi prius parito judicato, Scacc. ubi supra n. 95. etc. Jordan. loc. supra cit. n. 60. et 61. Vide Crescin. ad Pen. decis. 163.

Item restitutio in integrum, non videtur posse retardare executionem trium conformium, Magon. decis. Flor. 104. n. 24. etc. 133. num. 10. cum aliis supra citatis, quibus adde Mascard. de probat. volum. 3. conclus. 1274. per tot. ubi quid probare debeat petens restitutionem adversus tres conformes, nempè in primis summariè de aliqua nova causa, vel injustitia earumdem sententiarum, alloquin non sit audiendus, & alia.

Item non retardat executionem obligationis Cameralis, nec sententiæ Principis, Marant. de appell. num. 109. Gregor. decis. 120. nu. 17. Zacch. ad Gales. de obligat. Cameral. quæst. 37. num. 58. Fenzon. ad statut. Urb. cap. 50. n. 15. &c. vide Odd. de restit. in integr. quæst. 42. art. 6. per tot. ubi videtur contrarium tenere, non tamen loquitur de obligatione Camerali, sed de alio publico instrumento etiam quarantigiato, cujus executionẽ vult impediri per petitionem restitutionis in integrum contra illud, etiam si vigore statuti habeat executionem paratã, nisi creditor esset in quasi possesione exequendi, vide Ridolphin. d. cap. 13. n. 483. &c. Burat. decis. 945. &c. Abecceles. & Crescin. dict. observ. 174. part. pr. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. n. 229. tom. 6.

Item pendente reclamatione à denegata restitutione, fit executio sententiæ, Franc. dec. 702. ubi vide modern. Add.

Alias limitationes, & declarationes vide latè per Doctores supracitatos. Abecceles. & Crescin. loc. cit.

8 Restitutio in integrum jure minorum competit omnibus Communitatibus, Castris, & Villis, quæ per suos officiales reguntur propter multas mulieres, pueros, & infantes, qui in eis reperiuntur, & in Universitate non congregantur, l. Respublica C. quibus ex caus. major. ubi gloss. & DD. Caldas Pereyra Tract. de restit. in integr. per tot. ita ut si talis restitutio incidenter petatur, sit petenda coram eodem judice, coram quo causata fuit læsio, ut latè probat Altograd. conf. 41. per tot. lib. 1. ubi loquitur de restitutione adversus lapsum instantiæ appellationis, quam ostendit peti posse coram eodem judice, coram quo instantia periit; si tamen non petatur, ut præambulum; quo casu satis constare diceretur de læsione ex lapsu temporis, sed ut uno, & eodem actu, & tempore concedatur restitutio, & terminetur causa principalis appellationis, necesse est probare læsionem, & dare fumum sui boni juris, Altograd d. conf. 41. n. 41. & seqq. ubi plures allegat vide in §. Universitas, n. De Luc. de Feud. disc. 40. n. 13.

Quòd restitutio in integrum competat minoribus 25. annis, item in omnibus æquiparatis ipsis minoribus, nempè Ecclesiis, hospitalibus, locis piis, Communitatibus, Reipublicæ, & Fisco, furiosis, prodigis mutis, & surdis, infirmis perpetuò morbo laborantibus, aliisque miserabilibus personis decrepitis, rusticis, militibus, mulieribus, pauperibus,

ac aliis ex clausula generali, ubi subest justa causa aliàs secùs, Ridolphin. in prax. part. 1. c. 13. num. 432. & seqq. Paul. Christin. dec. Belg. 140. vol. 2. juxta tit. C. quibus ex caus. major in integr. restit. De quibus late Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. n. 400. tom. 6.

Restitutio, quæ petitur incidenter adversus lapsum fatalium, non requirat libellum, litis contestationem, nec aliàs judicii solemnitates, sed solùm allegari instantiam non esse peremptam, quatenus perempta esset petendo in integrum restitui adversus instantiæ lapsum, & citando tantùm ad videndum restitutionem concedi juxta praxim, quam servandam docet Altograd. d. conf. 41. n. 8. &c. lib. 1. ubi etiam n. 10. &c. quòd idem est, & eodem modo incidenter petitur licèt lata sit pronuncia super desertione appellationis & n. 22. &c. respondet objectis, & ostendit pluribus modis restitutionem incidenter peti, sed principaliter esse petendam contra sententiam in meritis latam, vel omissas probationes, In quibus terminis procedunt contraria. De Luc. dict. disc. 40. n. 13. 9

Quòd Rota non soleat interloqui super restitutione in integrum, sed illam prout justitiæ, & æquitatis ratio postulat concedere, vel denegare per processum ad ulteriora, Cesar de Grass. dec. 3. nu. 13. Mantic. dec. 315. n. 15. cum aliis per Rot. part. 10 rec. dec. 8. n. 7.

Restitutio in integrum adversus non confectum 10
inventarium ex capite minoris ætatis datur per quadriennium post illam completam, & qui allegat fuisse lapsum hujusmodi quadriennium tenetur probare, cùm petenti sufficiat probare se fuisse minorem tempore contractus, Gratian. disceptat. forens. cap. 797. n. 1. &c. Surd. dec. 136. per tot. Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 87. art. 7. n. 41. Rot. part. 2. rec. dec. 132. n. 1. part. 13. dec. 381. n. 3. & post Urceol. de transact. dec. 79 num. 11. & 12. & dec 87. nu. 4. latè Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 2. fol. 450. Cald. Perayr. tract. de restit. in integr. verb. infra legitimam tempus fol. 415. Andreol. controvers. 101. ubi an detur etiam majoribus 25. annis, ubi quòd majoribus non datur post quadriennium, & dec. 88. nu. 1. nisi doceatur de magna læsione, Tusch. litt. R. conclus. 298. ubi quòd regulariter non datur post quadriennium, & quando secùs adde Dian. part. 11. tract. 3. resolut. 28. &c. Rot. part. 12. recent. dec. 33. ubi ex quibus causis sit concedenda dicta restitutio, infra n. 13.

Quòd tamen jus quæsitum creditoribus ex lapsu temporis ad conficiendum inventarium præfixi, non possit illis inauditis auferri, Rota part. 12. recent. dec. 118. in fine, vide in §. Hæres n. 31. & §. Inventarium n. 8.

Quòd sit petenda, & obtinenda intra quadriennium, & quando possit peti, & obtineri etiam post quadriennium, Diaz. reg. 635. per tot. ubi adducit decem casus, in quibus etiam post quadriennium peti, & obtineri potest; de quo quadriennio, quando incipiat, currat, & finiat, latè Odd. de restit. in integr. quæst. 19. & quæst. 20. per tot. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. n. 458. & seqq. vide Pellegr. in prax. vicar. part. 2. sect. 2. subsect. 9.

Quòd post quadriennium non detur, nec ubi quis sciens & volens renunciavit, nec stante juramento, nec ubi quis fecit actum laudabilem, & bonam fidem recognovit Altograd. conf. 5. nu. 89. & seqq. lib. 1.

Quòd stante enormissima læsione concedatur restitutio, etiam post quadriennium, & quæ dicatur enormissima læsio, Gratian. discept. for. cap. 148. n. 19. &c. cap. 601. n. 45. &c. Sperel. dec. 135. n. 147. &c. ubi etiam ponit alios casus, in quibus non obstat lapsus quadriennii, & Ridolphin. d. cap. 13. n. 455. & seqq.

Item propter notoriam injustitiam conceditur restitutio etiam post quadriennium, Grat. discept. for. cap. 907. n. 13. &c.

Item non attenditur lapsus quadriennii stante ignorantia, cùm incipiat currere non à die læsionis, sed à die scientiæ, Gratian. discept. for. cap. 303. n.

36. *capit.* 408. *numer.* 21. *&c.* Sperel. *decis.* 135. *numer.* 144. *&c.* Altograd. *consf.* 94. *numer.* 69. *lib.* 1. ubi etiam, quòd de hoc quadriennio excipitur minor ætas, justa absentia, & omne aliud impedimentum, vide latè Odd. *de restit. in integr. quæst.* 20. *per tot.* Ridolphin. *d. cap.* 13. *nu.* 455. *& seqq.* ubi quòd de stylo Curiæ constito de bono jure, non attenditur lapsus quadriennii, nec in aliis casibus, de quibus ibidem. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 114. *tom.* 6.

Quadriennium istud, intra quod competit restitutio in integrum pro gestis in minori ætate, incipit tantùm post completam majorem ætatem 25. annorum juxta terminos juris communis, sed à quo tempore incipiat ubi per legem, vel statutum taxatur ætas (prout Florentiæ) ut dicatur major, & pro majori habeatur in annis 18. completis, sive conceditur venia ætatis, vide Franch. *dec.* 650. *per tot.* ubi videtur concludere, quòd dictum quadriennium currat finitis illis annis à lege, vel statuto taxatis, secus autem in venia ætatis, impetrata per text. *in l. ea quidem C. de tempor. in integr. restit.* vide *in §. Statutum num.* Odd. *de restit. in integr. quæst.* 53. *n.* 41. *&c.* ubi tenet quòd currat etiam post impetrationem veniæ ætatis, quando fuit solemniter impetrata, aliàs secùs juxta text. *in l.* 2. *Cod. de his, qui ven. ætat.*

11 Restitutio in integrum non competit post quadriennium Ecclesiæ, Civitati, vel similibus privilegiatis adversùs sententiam, vel contractum, sive alium actum læsivum, ita ut istud quadriennium in his casibus incipiat statim à die perfectæ læsionis, nec sit expectandum quòd fiant majores, cùm semper fungantur vice minorum, & in civile sit ut nullo unquam tempore sint tuti contrahentes à restitutione, aliàs nemo cùm hujusmodi privilegiatis vellet contrahere, quod & illis damnosum esset, nisi essemus in casu, in quo læsio quotidie originetur, vel nisi vivat adhuc Prælatus, qui læsit Ecclesiam, &, in similibus, Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *qu.* 20. *art.* 3. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 601. *n.* 28. *&c.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *nu* 460. *& seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 121. *n.* 8. *vol.* 2. ubi quòd dictum quadriennium est continuum, *juxta l. ultim. C. de tempor. in integr. restit.*

Amplia dictam conclusionem, ut nec detur restitutio ad petendam restitutionem adversus lapsum quadriennii, nisi essemus in casu enormissimæ læsionis, Gratian. *d. c.* 601. *n.* 41. *&c.*

Cui autem incumbat onus probandi non esse lapsum tempus petendæ restitutionis in integrum, benè declarat Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1376. *per tot.*

An, & quanto tempore præscribatur jus petendi restitutionem in integrum, Altograd. *consf.* 94. *n.* 70. *&c. lib.* 1. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 139. *vol.* 2. Pereyr. *de restit. in integr. verb. infra legitimum tempus, fol.* 415. *&c.* ubi latè, & magistraliter intra quòd tempus sit petenda restitutio, à quo tempore currat quadriennium, & alia juxta *tit. C. de temp. in integr. restit.*

12 Restitutio in integrum competit Ecclesiæ, cui fuit relicta hæreditas, vel legatum, dummodò infra annum ædificaverit monasterium sub pœna privationis, si non implevit tempore debito; & an eodem modo competat minori adversus omissum implementum conditionis, Gratian. *discept. for. cap.* 607. *n.* 52. *&c.*

Competit etiam confraternitatibus laicorum tamquam locis piis, idem Gratian. *cap.* 481. *n.* 27. *cap.* 517. *n.* 2. *&c.*

13 Restitutio in integrum ex clausula generali, stante justa causa datur etiam majori adversus non confectum inventarium post aditam hæreditatem, Gratian. *discept. for. cap.* 797. *n.* 19. *&c.* Orior. *in §. Extraneis, n.* 5. *Instit. de hæred. qualit. & differ.* Maurit. *de restit. in integr. cap.* 140. *n.* 6. Odd. *de restit. in integr. part.* 2. *quæst.* 62. *art.* 14. *n.* 133. *& quæst.* 89. *art.* 7. *n.* 52. *&c.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 82. *per tot. & part.* 13. *dec.* 381. *nu.* 4. *&c.* Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 181. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clausf.* 7 *gloss.* 3. *part.* 2. *fol.* 450. *&c.* De Luc. *de Hæred. disc.* 12. *n.* 14. *&* 15. ubi hoc declaratur *disc.* 18. *n.* 7. *disc.* 22. *n.* 15. *disc.* 59. *n.* 8.

Maximè si possit liquidò constare de vera, & integra existentia bonorum hæreditariorum, & quæ sint justæ causæ dictæ restitutionis, idem Gratian. *cap.* 656. *per tot. & cap.* 721. vide Rot. cum aliis citatis *dict. dec.* 85. *per tot.* quæ est in Romana, seu Florentina restitutionis in integrum 10. Maii 1641. coram Panzirolo, in terminis statuti Florentiæ, quod tollit beneficium inventarii, & ideò non est conveniens ut tollat etiam beneficium restitutionis in integrum, etiam majoribus; quidquid alias juxta multorum opinionem videatur illis denegandum, cùm potuerit uti beneficio inventarii, ut benè ponderat Rot. *loc. cit.* & Paul. Rub *in Annot. ad decis.* 195. *n.* 145. *&c. d. part.* 6. *supra nu.* 10. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 793. ubi fuit denegata majori quia de concludenti statu hæreditatis non constabat, eidem erant non debita testatoris, lapsum erat quadriennium, ac de læsione, quæ non modica requiritur, non apparebat.

Non tamen simpliciter conceditur, sed cum hoc, ut petens restituat omnia accepta, & consumpta de hæreditate, etiam in se alendo, & comedendo, licet non fuerit allegatum, quòd illa fuerint versa in ejus utilitatem, idem Grat. *cap.* 720. *num.* 12. *&c. cap.* 767. *n.* 47. *&c.* ubi pulchrè quando dicatur sufficienter reddita ratio, & quòd semper hæres teneatur reddere hujusmodi rationem ad instantiam interesse habentium, idem Gratian. *c.* 981. *n.* 27. *&c.*

Quòd sit concedenda hospitali Ecclesiastico adversus aditionem hæreditatis, Martha *vot. Pis.* 269. *n.* 10. *& seqq.*

An, & quando restitutio in integrum detur majori ex clausula generali, *si qua justa causa &c.* latè Tusch. *litt. R. concl.* 289. *& seqq.* Paul. Christin. *dec.* 140. *vol.* 2. Vide De Luc. *locis supra citatis.*

Qualiter restitutus in integrum debeat omnia accepta restituere saltem quatenus factus est locupletior, latè Caldas Pereyr. *d. tract. vers. Per quod pristinum jus recuperant. fol.* 445. *&c.* dixi in *§. Minor, n.* 37. *& §. Impugnatio, n.* 3. Et recuperans rem suam malè alienatam ex capite restitutionis in integrum, vel nullitatis una cum fructibus, debet pretium etiam cum usuris, & fructibus recompensativis emptori restituere, vel saltem compensare, ut latè probat Rot. Senen. apud Cabal. *consf. dec.* 147. *n.* 19. *& seqq. per tot. lib.* 1. & dixi plures allegando *in §. Fructus num.* 9.

Restitutio in integrum non competit mulieribus ex sola sexus fragilitate, nisi alia concurrant, puta quòd non potuerint consulere peritiores, quia in his, quæ sunt inducta ad rigorem juris conservandum, & in judicialibus non succurritur mulieribus, rusticis, & similibus, Gratian. *discept. for. c.* 604. *n.* 7. *&c. cap* 767. *n.* 16. *&c.* Paul. Christ. *dec. Belgic.* 140. *n.* 13. *&c. vol.* 2. 14

Facit contrarium idem Gratian. *cap.* 668. *per tot.* vide Altog. *consf.* 94. 33. *& seqq. lib.* 1. latè Odd. *de rest. in integr. q.* 9. *&* 10. *per tot.* ubi de simplicitate rusticana, & sexu muliebri, an, & quando sint justa causa restitutionis in integrum ex capite ignorantiæ juris, & imprudentiæ.

Restitutio in integrum an detur adversus lapsum temporis appositi in pacto de retrovendendo, ex capite minoris ætatis, vel ignorantiæ, vide *in §. Minor, n.* 15. *§. Tutela, nu.* ..... *§. Venditio num.* 59. latè Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 63. *num.* 18. *& seqq. per tot.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *qu.* 38. *sub n.* 59. *tom.* 6. 15

Et generaliter quòd adversus lapsum termini conventionalis inchoati cum defuncto non detur restitutio etiam minori, Magon. *decis. Luc.* 31. *nu.* 21. *&c.* Rot. *d. dec.* 63. *nu.* 20. *&* 21. *d. part.* 9. *recent.* Tiraquel. *de retract. convent.* §. 1. *glos.* 2. *n.* 16. *& seqq.*

Restitutio in integrum conceditur adversus præscriptionem longam, vel longissimam, cum titulo, & bona fide, ex capite ignorantiæ, quæ præsumitur in facto alieno, nam ignoranti, & impedito agere 16

agere non currit præscriptio, Afflict. dec. 37. Grat. discept. for. cap. 118. per tot. cap. 403. n. 35. &c. c. 807. n. 26. &c. ita ut nec attendatur lapsus quadriennii, ut dixi supra n. 10. vers. Item non attenditur. Et ad evitandos circuitus quandoque habeatur pro concessa, Magon. dec. Flor. 79. in fin. Vide De Luc. de Regal. disc. 41. n. 11.

Debet tamen probari ignorantia verisimilis, justa, & probabilis, ac nulla scientiæ præsumptione, vel negligentiæ suspicione labefacta, Altograd. cons. 94. n. 29. lib. 1. ubi n. 38. & seqq. quòd sufficeret etiam ignorantia juris dubii, & perplexi, quæ æquiparatur ignorantiæ facti, Rot. part. 18. rec. decis. 443. ubi quòd debet concurrere probabilis ignorantia, quæ est omninò necessaria, ac citra omnem conjecturam scientiæ, &c.

Quòd detur restitutio contra præscriptionem statutariam ex capite ignorantiæ, Cavaler. decis. 189. n. 5. &c. Sperel. dec. 135. n. 138. & seqq. Rot. part. 18. rec. dec. 443. ubi dummodò ignorantia sit certa, & nulla scientiæ conjectura labefactata.

Quòd imò adversus præscriptionem longissimam non concedatur restitutio, Gratian. discept. for. c. 433. n. 67. etc. ubi reprobat alios contrarium tenentes, vide in §. Præscriptio nu. Addit. ad Magon. dec. Luc. 31. n. 22. Sperel. dec. 135. n. 138. et seqq. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. nu. 473. etc. fol. 506. plenè Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 90. per tot. quos vide, quia plures casus distinguunt, & varias declarationes adducunt, adde Tusch. litt. R, concl. 297. per tot.

17 Restitutio in integrum non datur in contractibus, qui se habere possunt ad damnum, & lucrum, cùm tunc nulla possit considerari læsio, sine qua non datur restitutio, vide in §. Læsio num. et §. Divisio num. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. sub n. 38. tom. 6.

Quòd detur ad evitandum damnum, & pœnam, non autem ad captandum lucrum in præjudicium alterius, Ludovis. decis. Perus. 54. nu. 8. & 9. Rot. part. 12. recent. decis. 252. nu. 9. & 10. Vide Altim. loc. cit. quæst. 38. n. 39. tom. 6.

18 Restitutio in integrum non denegatur minori ob solum juramentum in contractu simpliciter appositum, nisi dolosè juraverit se esse majorem, quo casu cessat ratione minoris ætatis, sed posset concedi ex alia causa, propter quam competeret etiam majori, vide Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 24. per tot. Felic. de societ. cap. 5. n. 48. &c. Dian. par. 12. tract. 3. resol. 30. &c. Paul. Christin. dec. Belg. 125. per tot. vol. 2. ubi multa circa Auth. Sacramenta puberum, C. si adversus vendit. an habeat locum in contractibus juratis pupillorum, & dec. 225. vol. 5. ubi plura, & quòd si dict. Auth. servaretur, esset mora, & destructio adultorum, Caldas Pereyra de tract. verb. Minoribus n. 2. & seqq. fol. 193.

Qualiter juramentum excludat jurantem à beneficio restitutionis in integrum, Altograd. cons. 5. n. 91. lib. 1. ubi plures allegat, vide Ludovis. decis. 120. n. 4. &c. Odd. ubi supra & dixi in §. Minor nu. 11. & 14. Dian. loc. cit. Vide Altimar. de nullit. rub. 2. part. 4. quæst. 38. a n. 43. tom. 6. Bonden. collect. 41. num. 60. 63. & 66. vol. 2. Jovi. de Contr. minor. gloss. 16. § 8. n. 30. & gloss. 19. §. 5. a n. 25.

19 Restitutio concessa minori an prosit illius fidejussoribus, Pract. Papp. libell. restit. in integr. glos. eumdemque n. 4. l. fin. C. de fidejuss. minor. l. minor, ff. de minor. Duen. reg. 330. per tot. ubi ponit regulam negativam, quam sex modis limitat, Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 9. § 13. n. 12. ubi n. 17. videtur negativè concludere, et in §. 19. etc. vide latè Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 48. per tot. Dian. part. 11. tract. 3. resol. 29. Paul. Christin. dec. Belg. 122. n. 5. etc. vol. 2. ubi tamen videtur in fine concludere quòd debeant reddi indemnes à minoribus. Jovius de Solemnit. gloss. 22. §. 20. et 24. Brunnemann. in l. 1. C. de fidejussor. minor.

20 Restitutio in integrum non datur minori legum Doctori, cum videatur repugnare suæ professioni, & ideò si fuerit læsus, debet sibi imputare, vide in §. Doctor. nu. 8. & idem in similibus læsis in arte,

quàm profitebantur, Bart. in l. 1. C. qui, et advers. quos, Addit. ad Marant. de ord. jud. vers. an judex sit competens nu. 125. Joseph Feliv. in Margar. var. concl. verb. Restitutio fol. 69. col. 2. plenè Rot. part. 18. recent. tom. 1. decis. 59. ubi intelligit quando erratum esset in allegatione juris, quæ perceptione clausularum, vel renunciatione legum, circa quæ versatur jurisprudentia, cujus ignorantiam turpe esset Doctori allegare, secùs concludens in reliquis negotiis, quæ sunt facti, in quibus majori facilitate potest decipi Doctor studiis addictus, cùm aliorum negotiatorum astutia Salamantinam, ac Bituariensem jurisprudentiam vincat, &c. Optime Episc. Rocc. cap. 153. n. 2. & 3. lib. 2.

An detur prodigo dixi in §. Prodigus nu. 4. De Luc. de Alienat. disc. 36. n. 22.

Restitutio in integrum numquam datur, nisi probata læsione, etiam si sumus in minore, Gratian. discept. forens. cap. 767. num. 41. &c. cap. 797. num. 24. &c. Magon. decis. Luc. 31. num. 28. Altogr. cons. 5. num. 88. & cons. 24. num. 30. lib. pr. De Luc. de fideicomm. disc. 155. num. 9. Caprar. decis. 220. nn. 40. decis. 367. num. 4. Emerix jun. decis. 21. nu. pr. decis. 297. num. pr. & decis. 648. num. 2. & alibi sæpe, & vide insta in novissimis additionibus Crescin. 21

Quæ sint probanda, vide in §. Minor nu. 8. & seqq. latè Tusch. litt. R, conclus. 286. & 287. Mascard. de prob. vol. 3. concl. 1273. per tot. & seqq. Paul. Christin. decis. Belgic. 119. & seq. vol. 2. Rota par. 9. recent. decis. 63. num. 23. &c. vide Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. à num. 22. tom. 6.

Restitutio prædicta datur solum re integra, unde post distractionem, exactionem, vel alienationem non competit hæredi adversus aditionem, vel non confectionem inventarii, nisi restitutis omnibus habitis per minorem, vel illorum sufficienti reddita ratione, Grat. discept. for. cap. 767. num. 45. &c. Odd. de restit. in integr. part. pr. quæst. 44. per tot. 22

An, & qualiter restitutio detur minori, vel mulieri adversus aditionem, vel omissionem hæreditatis, vel lapsum temporis adeundi, sive inventarii conficiendi tot. tit. C. si minor ab hæred. abstin. & tit. seq. Paul. Christin. decis. Belgic. 127. & 128. per tot. vol. 2. & decis. 180. vol. 5. vide in §. Repudiatio num. 2.

Quòd re non integra, & ubi minor tractat de lucro captando, non detur restitutio, Altograd. cons. 85 n. 45. lib 2.

Quòd regulariter non detur post cœptam executionem, nisi constet de aliquo falso supposito, Cavaler. decis. 153. per tot. Et quod, quando præventum est in petitione exequutionis, restitutio in integrum non retardet exequutionem, ut supra num. 7. Addo Staiban. resol. 55. n. 4. Molegnat. altercat. 91. nn. 18. Saminiat. contr. 142. n. 14. Jovi. de solemnit. in contr. minor. gloss. 15. §. 4. n. 11. Palm. decis. 160. nn. 9. & per tot. Alex. ad Consult. Capyc. Latr. obser. 100. nu. 6. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 70. sub num. 12.

Qualiter detur minori, Ecclesiæ, Fisco, Universitati, & similibus privilegiatis adversus licitationem de illorum bonis factam, si posteà reperiatur qui plus offerat, & cum qua circumspectione, Cabal. cons. decis. 130. lib. 1. & dixi plures allegando in §. Subhastatio num.

Restitutio in integrum an detur ex eo solo quod fuerit alienata res majorum suorum propter præsumptam affectionem absque alia probatione læsionis, Tiraq. de retract. lignag. in præfat. n. 34. vide in §. Minor. n. Vide Altimar. loc. cit. n. 35. ubi pro utraque sententia Faber. in Cod. tit. de restit. minor. defin. 10. Fontanell. decis. 47. n. 16. Larrea decis. 70. nn. 2. & 3. Rocc. resp. 8. n. 14. & resp. 99. n. 15. lib. 2 Corradin. de Prælat. quæst. 64. n. 19. & quæst. 46. n. 2. 23

An eo ipso quod minor emit molendinum, affirmat Menoch. lib. 3. præsumpt. 83. per tot. ubi etiam quòd datur quando minor incidit in malum vicinum, vel in malam aeris temperiem propter contractum ab eo celebratum.

Restitutio in integrum non potest peti nisi ab habente speciale mandatum, maximè si principaliter petatur, Gratian. discept. forens. cap. 762. nu. 9. 24

etc. vide in §. Mandatum num. Tusch. litt. R, conclus. 279. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. n. 426. &c. Odd. de restit. in integr. quæst. 31. art. 12. ubi pluribus modis limitat, & Paul. Christin. decis. Belg. 219. n. 8. vol. 2. et decis. 136. d. vol. 2. Rot. part. 9. recent. decis. 63. n. 19. Pellegrin. in prax. Vicar. part. 2. sect. 2. subsect. 11. n. 7. Faria ad Covar. var. resol. lib. 1. cap. 6. Card. De Luc. de Judic. disc. 6. n. 8.

Quòd requiratur specialis petitio, nec sufficiant clausulæ generales, jus, et justitiam ministrari, Altograd. cons. 83. num. 41. lib. 1. Tusch. litt. R, conclus. 292. ubi quando dicatur petita, vel non. Vide Balduc. de Dot. tit. 4. decis. pr. n. 54.

Quòd sit petenda, alias judex illam non concedat, & quando dicatur petita, Magon. decis. Luc. 31. num. 23. &c. ubi Addit.

Quòd sufficiat petitio per æquipollens, Duran. decis. 402. num. 12.

Videtur autem per judicem denegata per progressum ad ulteriora in processu, nec est necessaria aliqua specialis pronunciatio, & ideò opus est appellare ab hujusmodi progressu ad ulteriora, quia ex hoc sententia non esset nulla, Gratian. discept. for. c. 762. n. 1. c. 938. n. 6. etc.

Quòd non soleat pronunciari super petita restitutione in integrum, ne detur materia appellandi, sed præmissa debita cognitione, absque alia pronuncia ad ulteriora procedi, Scacc. de appellat. quæst. 59. remed. 2. conclus. 4. nu. 132. et seqq. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 29. num. 69. etc. fol. 611. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 417. etc. Rot. part. 2. recent. decis. 13. num. 1. part. 6. dec. 275. num. 6. et par. 12. decis. 333. n. 2.

25 Restitutio in integrum qualiter transmittatur ad hæredes, Gratian. discept. forens. cap. 711. n. 16 cap. 761. n. 29. cap. 820. n. 20. etc. latè in terminis l. Putonius, ff. de acquir. hæredit. & stante probabili causa absentiæ, vel ignorantiæ in defuncto, Altograd. cons. 94. in princip. et per tot. lib. 2. vide in §. Hæredita nu. latè Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 30. per tot.

Quòd beneficium restitutionis in integrum sit reale, & ob id transeat non solùm ad hæredes, sed ad universales successores, Mynsinger. cent. 4. observ. 18. et 19. Paul. Christin. decis. Belg. 21. n. 1. etc. vol. 2. Vide Emeric jun. decis. 283. n. 2. Captat. decis. 404. n. 12.

Et qualiter residuum quadrienii, quod supererat defuncto tempore mortis suæ, transmittatur ad hæredes, ad petendam restitutionem in integrum, l. interdum, ff. de minor. l. ea quæ, C. de tempor. in integr. restit. ubi DD. Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 20. art. 8. Afflict. decis. 271. n. 3. Ursill. decis. 224. num. 1. Dian. part. 11. tract. 4. resol. 23. vers. Et hujusmodi. Vide Emeric jun. & Captat. locis citatis.

An, & quando restitutio in integrum detur majori hæredi minoris, & è converso, latè Tusch. litt. R, conclus. 88. per tot.

26 Restitutus in integrum ex capite minoris ætatis, non tenetur reficere expensas adversario, & quatenus reficeret ob contumaciam, constito de læsione, illas recuperat, ut post multa hinc inde videtur concludere, Thes. decis. 9. per tot. ubi in aliis contrarium innuit per text. in cap. 1. de in integr. restit. ubi latè Abb. & alii, vide in §. Contumacia, num. 4. et §. Minor, n. 46.

27 Restitutus per Principem adversus sententiam, vel bannum, an probare debeat suam innocentiam, vel potiùs in ea habeat intentionem fundatam ex præsumptione juris, & fiscus teneatur probare delictum, Cabal. res. crim. cas. 110. nu. 28. etc. dixi in §. Admissio de nov. deff. num.

28 Restitutus à Principe recuperat omnia jura, & bona in fiscum translata, quæ in tertium non fuerint alienata, Grivell. decis. 7. per tot. qui distinguit inter restitutionem gratiæ, ut tunc non recuperet, & restitutionem per viam justitiæ, & tunc recuperet etiam, & bona confiscata, honores, & alia, & cum aliis distinctionibus, & declarationibus ibidem adductis, & Carol. Tap. decis. 59. per tot. & quando per tollerantiam quis dicatur restitutus, vel per admissionem ad contrahendum cum Principe, vel per assumptionem ad gradum, quem alias gerere non poterat, Magon. decis. Flor. 26. nu. 54. per tot. Marth. Medic. Exam. 25. per tot. cum Addit. vide in §. Bannitus nu. 21. Cabal. cons. dec. 73. num. 14. & seqq. lib. 1. ubi quòd gratia non retrotrahitur in præjudicium juris medio tempore alteri quæsiti, Bartel. de ultim. volunt. dec. 96. per tot. Vide Card. De Luc. de Regalib. disc. 148. nu 44. cum seqq. & disc. 160. num. 34. cum seqq. Episc. Rocc. cap. 71. per tot. lib. 1. Emeric jun. decis. 1094. à n. 8.

De omnibus prædictis, & aliis similibus quæstionibus, maximè verò quando quis esset restitutus ad gratiam, & bona vigore capitulorum, & fœderum pacis publicæ inter Reges, & Principes sequutæ ob bonum publicum videndus plenè Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap 29. per tot.

Quòd restitutus plenariè recuperet omnia bona confiscata, non obstante possessione interim durante banno per alium capta, quæ resolvitur resoluta possidendi causa, Cavaler. decis. 255. per tot. & decis. 313. num. 2. ubi intelligit dummodò non sit translata per fiscum, & quòd non recuperet alienata per fiscum, Diaz. reg. 652. Rot. part. 14. recent. decis. 271. per tot. et part. 15. decis. 25. per tot. ubi quando, & ex quibus dicatur plenè restitutus, vide Seraph. decis. 965. & 998. plenè Guaz. de confisc. bon. concl. 28. Marth. Medic. decis. 41. per tot. cum Addit. pleniùs Odd. de restit. in integr. part 2. quæst. 96. et seqq. Tusch. lit. R, concl. 299. et seqq. Paul. Christin. decis. Belg. 289. vol. 1. ubi quòd quando restitutio fit Rebellì ob bonum pacis, vel per viam justitiæ, recuperat etiam alienata, & fit compensatio damni privato per Principem, vide in §. Vassallus n. 10. latè Merlin. decis. 125. per tot. ubi ex quibus arguatur dicta restitutio plena, & qualiter extendatur ad omnia, etiam in tertium translata, vel à Barone Principis supremè capta, & confiscata, idem Merlin. decis. 168. per tot. Beltram. ad Ludovis. decis. 114 num. 9. ubi quòd restitutio plenaria banniti reintegrat illum etiam ad bona in tertium translata, ac etiam si ex dispositione testatoris, bona essent propter delictum in substitutum translata, quia dicta restitutio reducit causam ad non causam, titulum ad non titulum, ideò præjudicat substituto, & valet etiam absque derogatione regulæ de jure quæsito non tollendo, adde Rot. part. 14. rec. decis. 271. & part. 15. decis. 25. latè Costa de ratione ratæ q. 30. per tot. de re integ. Distinct. 30. per tot. & de retrotract. cap. 8. cas. 17. ubi an, & quando restitutio banniti retrotrahatur, ita ut fingatur numquam bannitus, vide in §. Fideicommissum n. 19. in fine, ubi quando non admittatur ad fideicommissum in casu delicti ordinatum. De quibus etiam tractat Tepat. tit. 45. latè Balduc. de Legat. tit. 3. decis. 22. à n. 30. cum seqq.

Florentiæ non solet fieri hujusmodi plenaria restitutio, sed tantùm nominatim quoad pœnas afflictivas, & ideò restitutus non recuperat bona, nisi expressè dicatur in gratia, quod numquam vidi, sed tantùm quandoque suspendi sententiam quoad confiscationem, vide in §. Gratia, nu. 20. ubi quòd ita est de jure per plures ibi allegatos.

Quòd restitutus plenissimè, reponatur in pristinum statum, locum, & gradum, etiam quo ad præcedentias, licet secus sit in restituto simpliciter, qui non recuperat primum locum, tamquam agat novo titulo, non veteri, Gratian. discept. forens. cap. 845. num. 19. &c. latè Odd. d. qu. 96. per tot. & quæst. 98. Portugal. loc. cit. nu. 45. per tot.

Quando restitutus ad partiam dicatur etiam restitutus ad bona, Menoch. lib. 5. præsumpt. 46. & 47. per tot vide in §. Bannitus n. 21. Rot. part. 18. recent. tom. 1. decis. 25.

Restitutus sub conditione, si pacem habuerit ab offenso; donec docuerit de hujusmodi implemento, etiam per declaratoriam judicis habetur pro bannito quoad omnes & quo ad omnia, præterquam quo ad fiscum, cum quo potest semper opponere de gratia, & docere de implemento conditionis si capiatur, licèt secundum alios etiam ante hujusmodi declaratoriam judicis, quam nos acceptationem, vel 29

iaß-

insinuationem gratiæ apud acta dicimus, habeatur pro restituto, si conditio sit impleta, ita ut sit capax privilegiorum suæ Civitatis, & aliorum jurium, Grat. *discept. forens. c.* 309. *num.* 1. *&c.* Peregr. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 81. *&c.*

Quòd si gratia non sub conditione, sed sub modo fuerit concepta, statim sortiatur suum effectum, licet restituto incumbat onus servandi modum, & possit ad id compelli, remanente gratia semper in suo robore, non obstante contraventione, Cavaler. *decis.* 255. *num.* 5. *&c.* Franch. *decis.* 509. secùs autem si gratia contineat commutationem pœnæ, nam tunc si gratiatus illa non utatur, in nihilo suffragatur, nec dicitur restitutus in gratiam Principis, neque ad succedendum habilitatus, ut benè declarat Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 512. *n.* 21. *& seqq.*

30 Restitutus ad gratiam propter occisionem banniti, si detegatur subreptio, eo quia appareat bannitum fuisse ab alio occisum, reincidit in primam pœnam, & ulterius est puniendus, Cabal. *res. crim. cas.* 151. *per tot.*

31 Restitutus ex justitia, veluti ex causa absentiæ, recuperat omnia amissa, & fructus etiam bona fide consumptos, refusis tamen expensis, & melioramentis per possessorem factis cum interesse lucri cessantis, & damni emergentis, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 807 *nu.* 22. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 123. *nu.* 4. *& seqq. vol.* 2. ubi generaliter quocumque restituto. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

32 Restitutus ad gratiam, (cum per confiscationem bonorum fuerit liberatus à debito, ut dixi *in §. Debitor num.* 51.) non potest amplius conveniri, licèt ad pinguiorem devenerit fortunam nisi fuerit plenè restitutus, etiam quoad bona, vel pro quota bonorum, quamvis ipse neglexerit recuperare bona à fisco, Gratian. *discept. for. cap.* 423. *num.* 35. *& seqq. ad* 60. P. Manara *Noct. Malencol. Interrog.* 45. *circa medium fol.* 83. vide Merlin. *decis.* 271. *& decis.* 703. ubi tamen quod si confiscatio non fuit generalis, sed particularis, tenetur in bonis postea quæsitis, & alia.

Quòd debitor per confiscationem liberetur, nec restitutus ad gratiam possit molestari, etiam in bonis postea quæsitis, intellige quando penes fiscum extant bona condemnati sufficientis ad satisfactionem creditorum, aliàs secùs, cùm fiscus non teneatur ultrà vires bonorum, etiam nullo confecto inventario, Raynald. *Syntax. rer. Crim. Prœm. §.* 12. *num.* 29. *& seqq. per tot.* nec etiam dicta liberatio procedit ubi recuperavit bona amissa, vel partem sub nomine quotæ, quia tunc proportionabiliter tenetur ad debita antiqua, præcipuè quando creditores in termino solitorum bannimentorum comparuerunt, & jura sua deduxerunt, ita ut alio non docto plena esse intelligatur restitutio, ad tradita per Cabal. *cons. decis.* 132. *nu.* 4. *& seqq. lib.* 1. & melius Caren. *resol.* 100. *per tot.* ac ego dixi *in Praxi §. Debitori nu.* 10. *in Addit. novæ impressionis*, Costa *de ratione ratæ qu.* 120. *per tot.*

33 Restitutus ad castrum, vel ad feudum, & jurisdictionem, an dicatur habere antiquum feudum, vel potius novum, quasi primum fuerit extinctum, ita ut nulla sit habenda ratio gravaminis in eo existentis, maximè si ex propria pecunia, & industria illud recuperaverit, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 839. *n.* 9. *&c.* latè Odd. *de restit. in integr. p.* 2. *q.* 98. *art.* 2. *per tot.* Vide Card. De Luc. *de Feud. disc.* 5. *sub n.* 25.

34 Restitutio in integrum quibus personis competat, vel non, quibus ex causis concedatur, & præcipuè ex causa læsionis, absentiæ, erroris, ignorantiæ, simplicitatis, imprudentiæ, sexus muliebris, impedimenti provenientis ex persona impediti, vel ex persona adversarii, vel utriusque, vel judicis, vel aliorum, vel casu fortuito, & ex clausula generali, *si qua justa causa videbitur*; quibus ex causis cesset beneficium restitutionis in integrum, eo quia sit prohibita à lege, vel statuto, vel fuerit alias concessa, sive denegata, vel sit superflua stante remedio ordinario, vel propter privilegium adversarii, vel quia sit lapsum tempus ad illam petendam, vel quia fuerint adhibitæ solemnitates in actu necessariæ, vel quia malitia, sive prudentia superet ætatem, vel quia minor se majorem asseruerit, vel quia factus major ratum habuerit, vel quia renunciaverit, vel quia juraverit, vel quia allegatum impedimentum fuerit affectatum, vel dolo causatum, vel ob negligentiam non remotum, vel non protestatum, vel impeditus procuratorem dimisit, per quem agere, & defendi posset, vel quia illum non dimisit; per quas personas peti possit restitutio, & contra quos, coram quo judice, quo ordine, cum qua causæ cognitione, an cum citatione partis, libello, & contestatione litis; quæ sint probanda, de qua probatione læsionis, minoris ætatis, vel alterius impedimenti, ad quem spectet, & de sententia; quos effectus operetur dicta restitutio antequam petatur, postquam fuerit petita, & sic illa pendente, & postquam fuerit obtenta, an procedat quoad jus alteri quæsitum, & re non integra, an extendatur ad fructus, usuras, & interesse, an ad litis consortes, an ad adversarium quoq; illum reponendo in pristinum statum, an ad fidejussores, an ad patrem, an possit cedi, & vendi, an & quomodo transeat ad hæredes, & alia plurima latè tradit videndus D. Sforz. Odd. in suo celeberrimo, & notissimo tractatu de hac materia, ad quem semper habeas recursum *par.* 2. *per tot.* Tusch. *litt. R*, *concl.* 278. *cum pluribus seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 219. *cum multis seqq. vol.* 2. Ricc. *Collect. in repert. verb. Restitutio*, Fontanell. *decis.* 100. *& seqq.* Caldas Pereyr. *loc. cit.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 37. *per tot. tom.* 6. & Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 11. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 70. *per tot.* Card. De Luc. *de Judic. disc.* 38., & alibi.

Restitutio in integrum qualiter competat adversus malè gesta, tam à minoribus, quàm à majoribus, & præcipuè adversus obligationes ex contractu, veluti mutuum, solutionem, depositum, commodatum, pignus, litterarum obligationem, fidejussorum novationem, liberationem, & quamlibet aliam stipulationem, adoptionem, emancipationem, manumissionem, mandatum, societatem, locationem, conductionem emphyteusim, permutationem, emptionem, venditionem, donationem, dotem, donationem propter nuptias, sponsalitias largitates, matrimonium tam carnale, quàm spirituale. 35

Item adversus quasi contractus, veluti consensum in aliorum contractibus præstitum, negotia pro aliis gesta, tutelas, fideicommissa, legata, vel alia onera acceptata, aditionem hæreditatis, vel illius repudiationem, sive omissionem.

Item adversus judicialia gesta, vel omissa ante litis contestationem, post litem contestatam, post conclusionem in causa, adversus lapsum instantiæ, adversus sententias interlocutorias, in possessorio, ac etiam definitivas, adversus omissam appellationem, vel lapsum temporis ad appellandum, adversus non prosequutam appellationem, & lapsum fatalium, adversus rem judicatam, ex capite ætatis, vel ex clausula generali, vel propter instrumenta de novo reperta, vel quia lata fuerit sententia ex falsis probationibus, vel ex falsa causa, vel contra jus litigatoris.

Item adversus delicta in genere, vel in specie, tam in committendo, quàm in omittendo consistentia, adversus dolum proprium.

Item contra distractus ob non implementum ex parte sua, & commissam stipulationem, pœnamve incursam, contra renunciationes proprii juris expressas, vel tacitas, veluti præscriptiones conventionales, legales, mixtas, vel propter non completam præscriptionem contra alios.

Item de restitutione in integrum gratiosa, quæ à solo Principe bannitis, & condemnatis concedi solet, quando dicatur simplex, vel plena, quos effectus utraque operetur quoad convalidationem novorum, quæ interim invalidè gesta fuerunt, quoad bona, gradus, dignitates, jura, & actiones, feuda, & similia, an faciat interim dum pendet supersedere in executione sententiæ, an transeat ad hæredes, & alia plenè idem D. Sforz. Odd. *d. tract. de restit.*

Digitized by Google

restit. in integr. part. 2. *per tot.* quem semper adeas in his materiis, Tusch. *litt. R. conclus.* 276 *& seqq. ad* 302. Maurit. *de restitut.* & Franc. Cald. Pereyr. *eod. tract.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 519. *cum multis seqq. vol.* 2.

Quando autem, & in quibus casibus denegetur restitutio in integrum minoribus, aliisque privilegiatis, latè declarat Hier. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. per tot.* vide in §. *Minor n.* 47. *& per tot.* ac alibi opportunè. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect* 21. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 70. *per tot.* Card. De Luc. *de judic. disc.* 38. & alibi Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 38. *per tot. tom.* 6., & alibi.

36 Restitutio non datur spoliato in beneficialibus, & aliis, nisi doceat de titulo canonico, & quomodo illud intelligatur, vide Tusch. *litt. R, concl.* 301. *per tot.* & lariùs *litt. S. concl.* 398. *per tot.* Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.* 14. *num.* 122. plenè Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1322. *&* 1323. *per tot.*

37 Restitutio famæ an, & quando sit de necessitate facienda, vel non dixi *in §. Fama n.* 4. latè Caspens. *Curs. Theol. tract.* 18. *de restit. disput.* 10. *per tot. fol.* 227. *&c.* Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *art.* 4. *per tot. fol.* 677. Tamburin. *in præcept. Decalog. lib.* 9. *cap.* 3. *§.* 1. *& seq.*

De restitutione ex causa homicidii, dixi *in §. Homicidium num.......* Caspens. *loc. citat. Disput.* 3. *per tot. fol.* 193. *&c.* Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tractat. de restitut. cap.* 2. *§.* 3. *per tot. fol.* 55. *&c.* Tamburin. *loc. cit. libr.* 6. *cap.* 4. *per plures §.*

De restitutione ex causa furti, dixi *in §. Absolutio, n.* 33. *§. Furtum, n.* 4. *et* 17. *§. Debitor nu.* 81. Caspens. *loc. cit. disput.* 5. *per tot. fol.* 204. Gibalin. *loc. cit. c.* 9. *fol.* 682. Tamburin. *loc. cit. lib.* 8. *tract.* 3. *per plura cap.*

De restitutione ex causa stupri, dixi *in §. Stuprum n.....* Caspens. Gibalin. *loc. cit. disput.* 4. *per tot. fol.* 201. ubi etiam de restitutione ex causa adulterii, Vasquez *loc. cit. c.* 3. Tamburin. ubi supra *lib.* 7. *cap.* 3. *§.* 4.

Ubi de variis restitutionibus, nempè famæ, ex causa homicidii, furti, & hujusmodi, ex quibus causis possint differri vel omitti, &c. adde Less. *de inst. et iur. lib.* 2. *cap.* 16. *per tot* plenè Valer. *de differ. utriusque fori verb. Restitutio per tot.*

De restitutione gabellæ indebitè exactæ, vide in §. *Gabella n.* 28. Caspens. *d. tract.* 18. *disp.* 8. *fol.* 220. ubi etiam de restitutione ex turpi lucro, & ludo, *et disput.* 7. ubi de restitutione ex incertis debitis, & inventis, & hujusmodi, de quibus omnibus latè Vasq. *d. tract. de restit. per tot.* Vide Card. De Luc. *de Regal. disc.* 71. *n.* 4. *et* 5

Plures causas excusantes ab obligatione restituendi, partim ex parte debitoris, partim ex parte creditoris, partim ex parte utriusque, & partim ex parte rei, & alias non excusantes refert Diana *part.* 11. *tract.* 6. *res.* 20. *vers. nota hic obiter*, & singillatim explicat Joseph Roccafull. *in prax. Theol. moral. tom.* 2. *lib.* 5. *de septimo præcept. Decalog. tract.* 4. *cap. ultim. num.* 405. *et seqq.* Caspens. *Curs. Theol. tract.* 18. *de restit. disput.* 1. *sect.* 13. *et* 14. *per tot. fol. mihi* 184. *etc.* ubi decem causas excusantes adducit, & benè declarat, & alia plura de restitutione in communi, & in particulari per totum dictum tractatum, de qua materia plenè etiam P. Steph. de Neapol. *tract. de restit. per tot.* vide *in §. Peccatum nu.* 10. Gibalin. *de univers. negot. lib.* 6. *tom.* 2. *cap.* 5. *per tot. fol.* 638. *&c.* plenè Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. per tot. fol.* 37. *& seqq. ad* 186. *infra nu.* 40. Francisc. de Magistr. *in Sil. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 6. *&* 7. *per tot. fol.* 352. *& seqq.* ubi de aliis causis excusantibus à restitutione, de quibus latè etiam Bonac. *Theol. moral. tom.* 2. *tract. de restit. et contract. disput.* 1. *qu. ult. per tot.* ubi plura de causis, ob quas differri, vel omitti possit restitutio, vel non.

38 Restitutio in integrum, an detur minori adversus alium minorem, vel Ecclesiæ adversus Ecclesiam, & hujusmodi æqualiter privilegiatos, diversæ sunt opiniones, Fontanel. *decis.* 500. *per tot.* & an data restitutione, sint etiam restituendi fructus percepti, & alia de hac materia, maxime pro foro conscientiæ, Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *resol.* 31. *per tot. cum aliquibus præcedentibus*, vide *in §. Fructus num.* 9. *&c. §. Minor n.* 8. latè Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. denegan. quæst.* 1. & melius *quæst.* 35. *per tot.* dixi *in §. Privilegium, n.* 9.

Restitutio in integrum est remedium subsidiarium, & extraordinarium, & ideò quotiescumque pupillo, vel minori potest esse consultum pro sua indemnitate contra tutorem, vel alia via ordinaria, non est illis concedenda restitutio *tot. tit. C. in quibus caus. restit. necess. non est.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 129. *per tot. vol.* 2. & idem in similibus, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 294. *n.* 11. *&c.* De quibus latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *par.* 4. *quæst.* 38. *d nu.* 499. *tom.* 6. De Luc. *de Judic. disc.* 38. *nu.* 2. Rovit. *Pragm.* 1. *de Minor. n.* 20. Zarat. *dec.* 29. 39

An detur contra compromissum, laudum, vel transactionem, stante enormissima læsione, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 143. *per tot. vol.* 2. facit quod dixi *in §. Transactio n.* 17.

De restitutione in integrum adversus transactionem qualiter competat tam minoribus, quàm majoribus, quæ læsio requiratur, & alia ad rem, latè Urceol. *tract. de transact. quæst.* 5. *per tot.* vide in §. *Minor n.* 51.

De restitutione in integrum adversus propriam confessionem tam in civilibus, quam in criminalibus, an, & quando competat minori, vel etiam majori, & Ecclesiæ, & quibus ex causis, sive etiam contra confessionem à tutore, vel curatore in præjudicium pupilli, vel minoris emissam, quæ sint probanda, & alia ad rem, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 23. *per tot.* vide in *§. Minor, & §. Læsio.*

Restitutio qualiter sint facienda ab omnibus illis, qui aliquo modo cooperantur damno alterius veluti in furto, homicidio, vel alia actione injusta, quorum aliqui dicuntur cooperari positivè, alii verò negativè ut insequentibus versibus causas omnes cooperantes complectentibus, videlicet. 40

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus.
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

An aliquando possit excusari, eo quia, etiam sine illorum opera, & auxilio damnum fuisset sequutum.

An omnes teneantur in solidum, vel aliquando tantùm pro parte ad eos deventa, aut cujus causa fuerunt.

An uno restituente, cæteri liberentur, vel teneatur restituere ei, qui pro ipsis satisfecit;

An si ille, qui damnum passus est remittat uni gratis obligationem, alii remaneant liberati.

Quid si paulatim damnum intulerint, & alia plura notabilia, & scitu digna in materia restitutionis, maximè pro foro conscientiæ, latè explicant D. Thom. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 7. ubi Cajet. & alii, idem Cajet. *in Sum. verb. restitutio*, Silvest. *in Sum. verb. Restitutio*, Angel. *in Sum. verb. Furtum*, Navar. *in Sum. cap.* 17. *nu.* 17. *& seqq.* Covar. *in reg. Peccatum part.* 2. *§.* 12. Gabr. Vasq. *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 9. *per tot. fol.* 144. *& seqq.* P. Steph. de Neapol. *tract. de præcip. jur. & just. part. nempè de restit. & contract. lib.* 1. *c.* 1. *cum pluribus seqq.* & alii per me citati supra *n.* 37. quibus adde Turrian. *tract. de justit. in* 2. 2. D. Th. *d. quæst.* 62. *per tot. fol. mihi* 98. *& seqq.* Zamor. *tract. de compensat. disp.* 5. *cap.* 16. *per tot.* Tamburin. *in præcept. Decalog. lib.* 8. *tract.* 3. *per tot.*

De circumstantiis in restitutione servandis, quo loco, ordine, & expensis, cujus sit facienda restitutio, latè idem Vasquez *d. tract. cap.* 10. *per tot. fol.* 161. *& seqq.* Turrian. *loc. cit.* Zamoran. *loc. cit.*

De restitutione incertorum quomodo sit facienda in commodum animarum eorum, quibus verè debentur, quando ignorantur personæ læsæ, & quando dubitatur de obligatione, qualiter vel sit deponendum dubium, vel facienda restitutio pro malè ablatis incertis, quomodo interpretandum sit legatum ex dicta causa factum, & subjaceat Fabricæ S. Petri, ac alia ad rem, Carol. Marant. *contr. par.* 4.

res-

respons. 92. *per tot.* & *par.* 5. *respons.* 42. 43. & 44. *per tot.* Vide Card. De Luc. *de Regal. disc.* 58. & *disc.* 71. *n.* 9.

Quibus autem ex causis possit differri, vel omitti restitutio, vide DD. citatos *supra num.* 37. *vers. plures causas*.

41 De restitutione in integrum adversus plura, ac de aliis restitutionibus multas implet paginas Berrach. *in Repert. verb. Restitutio*, Joseph. Feliv. *Margar. var. conclus. eod. verb.* Thoro *Compend. dec. Neap. part.* 1. & 2. *verb. Restitutio*, Odd. *tract. de restit. in integr.* Cala *de restitut. in integris. deneg.* Grivel. *decis.* 7. *per tot.* Capue. *in Prax. tom.* 1. *part.* 3. *capit.* 10. aliique multi indicati à Com. Augustinus Fontan. *Biblioth. legal part.* 5. *verb. Restitutio fol.* 542. *et seqq.* qui tractant materias omnium restitutionum. Brunnemann. Fagnan. Card. De Luc. Rocc. Altimar. Pellegrin. Carol. Ant. De Luc. Ansfeld. Emerix Caprar. Mantiss. ad Card. De Luc. Jovi. Constantin. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

42 De restitutionibus diversis, quibus sint faciendæ, vel non in utroque foro, & præcipuè ex causa læsæ immunitatis Ecclesiæ, furti venditionis, homicidii, stupri, consilii, turpiter accepti, impedimenti dati, mutui à filiosfamilias recepti, ludi eleemosynæ receptæ, damni dati amplioris, & venditionis rei furtivæ, delicti à pluribus simul commissi, comestionis rei furatæ, munerum per fœminas à suis amatoribus delusis receptorum, dotis in fraudem creditorum constitutæ, pœnarum remissarum à custodibus, columbariorum, delicti negati, & hujusmodi; an paupertas excuset a restitutione, qualiter teneantur hæredes, quid si malefactor fuerit judicialiter statutis pœnis punitus, an condemnatus ad pœnam pro damno dato teneatur insuper ad emendationem damni, aliaque plura ad rem, tradit Valer. *de differ. utriusq. fori verb. Restitutio per tot.* & P. Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ disput.* 34. 35. & *tract. de Jur. Acad. in locis cit. in Indice verb. Restitutio*.

43 Restitutio in integrum datur ante definitivam sententiam a Judice *a quo* adversus omne, quod coram ipso, vel æquali, vel inferiori omissum, vel malè gestum est, & post definitivam datur ad appellandum; Et eodem modo datur a Judice *ad quem*: Sicut & de recursu Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 11. *quæst.* 20. *n.* 11.

44 Petens restitutionem in integrum contra sententiam emanatam cum aliis dicitur fecisse acta sua, perinde ac si ea contra ipsum emanassent Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 405. *tom.* 2.

35 Sacerdotes mali Sacramenta administrando se tantumodò lædunt. Fagnan. *in cap. Vestra n. 9. de cohabit. Cleric. & Mulier. tom. 3.*

36 Sacerdotes, & Pastores Ecclesiæ sunt medici spirituales, qui medentur languoribus animarum. Concil. Trident. *sess. 14. de Penitentiæ Sacramento, cap. 5. vers. Si enim erubescat ægrotus.* Fagnan. *in cap. Ne innitaris n. 296. de Constit. tom. 1.*

37 Sacerdotis officium est nulli nocere, omnibus autem velle prodesse Fagnan. *in cap. Cum Sacerdotis n. 3. de postul. tom. 1.*

38 Sacerdos in actu Confessionis est Vicarius Dei specialis. Fagnan. *in cap. Officii, n. 30. de pœnit. & remiss. tom. 5.*

39 Sacerdos proprius quis dicatur. Fagnan. *in c. Omnis n. 55. & seq. de pœnit. & remiss. tom. 5.*

Sacerdos proprius dicitur is, in cujus Parochia quis habitat de præsenti. Fagnan. *in cap. Significavit n. 31. & seq. usq. ad n. 40. de Paroch. tom. 3.*

40 Sacerdos non potest dici subditus Civitati, neque de ejus corpore. Surd. *cons. 301. n. 12.* Episc. Rocc. *cap. 4. n. 19. part. 1.*

41 Sacerdos an sit capax succedendi in Majoratu. Aldobrand. *cons. 3. n. 2. lib. 2.* Mart. *de success. leg. part. 1. quæst. 2. art. 4. nu. 19. & seq.* Episc. Rocc. *d. cap. 4. n. 7.* De jure communi succedit in fideicommissis cum aliis filiis Palm. nep. *alleg. 273. c. 5. n. 105. tom. 3.*

42 Sacerdos jurat tacto pectore. Farinac. *de testam. quæst. 74. n. 82. et 2481.* Vestr. *in prax. lib. 6. c. 6. n. 7.* Pellegr. *in prax. Vic. part. 2. sect. 2. subsect. 6. n. 8. pag. 133.*

Ex Juramento facto per aliquem tacto pectore more sacerdotali, præsumitur, quod sit Sacerdos Abb. *in cap. cum in causa num. 6. circ. med. de Juram.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 23. lib. 12. n. 13. vol. 2.*

43 Verbum Sacardos stare potest taxativè, vel demonstrativè. Rot. *dec. 184. nu. 11. & 12. part. 12. rec.* & coram Buratt. *dec. 92. n. 3. &* coram Merlin. *dec. 825. num. 12.* Piton. *de Jurep. all. 17. num. 2. & 7. tom. 1.*

44 Verbum Sacerdos derivat à sacrificando Piton. *de Jurep. all. 33. n. 10. tom. 1.* Et Sacerdos dicitur, qui sacra dat Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract. 4. quæst. 1. n. 2.*

45 An fundator loquens promiscuè de Sacerdote, & Presbytero nomen Presbyteri intellexerit de Sacerdote. Piton. *de Jurep. d. all. 33. n. 12.*

46 Praxis Datariæ dispensandi, & derogandi legi fundationis quoad qualitatem Sacerdotalem. Rebuff. *in prax. benef. in part. 3. Signatur. in verb. nec non Jurepatronatus. n. 72.* Piton. *de Jurep. all. 17. nu. 21. tom. 1.*

47 In Cappellaniis Sacerdotalibus sequiritur servitium personale per seipsum. Rocc. *cap. 190. num. 21. & seqq.* Piton. *de Jurep. al. 27. n. 12. tom. 1.*

48 Urgente necessitate an excludenda sit in Cappellaniis de sanguine Testatoris interpretatio inductiva qualitatis Sacerdotalis Piton. *de Jurep. all. 33. n. 4. tom. 1.*

49 Ad excludendam qualitatem Sacerdotalem attenditur ultimus Status. Rot. *dec. 223. n. 24. part. 19. rec.* Piton. *de Jurep. all. 42. n. 18. tom. 1.*

50 Primi ordines sunt grados ad Sacerdotium. Rot. coram Merl. *dec. 685. n. 23. & seq.* & coram Priol. *dec. 41. n. 13. & 14.* Piton. *de Jurep. all. 17. n. 14 tom. 1.*

51 Ubi Fundator requisivit Sacerdotium in habitu præfertur ille, qui est Clericus de tempore vacationis alteri, qui est laicus, & clericatum assumpsit tempore quadrimestris. Piton. *de Jurep. all. 85. n. 13. tom. 2.*

52 Episcopus an cogere possit ad Sacerdotium Canonicos de Jurepatronatus in Collegiata. Piton. *de Jurepatr. all. 100. n. 30. tom. 2.*

In casu necessitatis Ecclesiæ cogi possunt Canonici de Jurepatronatus ad suscipiendum Sacerdotium, & quomodo. Piton *d. all. 100. n. 31.*

53 Fundator potuit requirare Sacerdotium in Clericis de sanguine, ut alliceret ad illud, alias substituris Sacerdotibus extraneis. Piton. *de Jurep. all. 33. sub n. 18. vers. Verum est tom. 1.*

54 Lex fundationis requirens Sacerdotium sine dubio est servanda, ubi non agitur inter Clericum de Sanguine, & Sacerdotem extraneum. Piton. *loc. sup. cit.*

55 An, & quando verbum = Præsbyter = accipiendum sit in sensu rigoroso actualis Sacerdotii. Rot. apud Piton. *de Jurep. all. 42. n. 30. & 31. tom. 1.*

56 In Beneficio Sacerdotali sufficit Sacerdotium habituale tam si agatur de provisione legis, quam hominis. Piton *de Jurep. all. 17. nu. 3. vers. sed ubi tom. 1.* Vide supra n° 21.

57 Cappellaniæ simplices Sacerdotium non requirunt Piton. *de Jurepatr. alleg. 17. n. 4. tom. 1.* Quod procedit tam de jure communi, quam ex generali consuetudine *ibidem n. 3. vers. eo magis.*

58 Sacerdotis fides facit adminiculum non leve pro corroborandis aliis probationibus Palm. nep. *alleg. 10. n. 2. tom. 2.*

Sacerdotis dictum æquipollet duobus testibus Calderon. *resol. 92. n. 40. resol. 75. n. 18. tom. 1. part. 2.*

Sacerdoti est fides præstāda nō obstante exceptione amicitiæ Calderon. *resol. 98. n. 56. tom. 1. part. 2.*

59 Non Sacerdos confessionem simulans, & solicitans non incurrit pęnas contra sollicitantes in confessione, quod si absolutionis verba proferat punitur Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth. tract. 10. qu. 15. num. 54.*

60 An Sacerdotes, & clerici torqueri possint, affirmativè resolvit Pellegrin. *in Pract. Vicar. part. 4. sect. 5. n. 40.* ubi loquitur de consuetudine, licet de jure contrarium verius videatur.

61 Sacerdotibus pro crimine famoso, & non notorio indicitur canonica purgatio, & si in purgatione defecerint, sunt deponendi Fagnan. *in cap. vestra nu. 51. de cohab. cler. & mulier.*

62 Sacerdos qui deposito habitu, & tonsura in sævis enormitatibus deprehenditur, non gaudet privilegio canonis Fagan. *in cap. contingit il 2. nu. 13. & seq. de sent. excom.* Gaudet tamen privilegio fori, nisi ter monitus non desistat *ibidem.*

63 Sacerdos excommunicatus denunciatus non potest sacramentaliter absolvere pęnitentem etiam in articulo mortis Fagnan. *in cap. quoniam nu. 28. de Constit.*

64 Sacerdos existens in peccato mortali, si tempus ita urget, potest ministrare sacramentum absque peccato Fagnan. *in cap. ne innitaris n. 279. de Constit.*

§. SACRILEGIUM. II.

1 Sacrilegium propriè committitur, rem sacram de loco sacro publico suffurando, & punitur pœna mortis, & quandoque mitiori, vel ratione tenuitatis rei, vel ætatis, vel aliis justis de causis arbitrio

bitrio judicis æstimandis, Bartol. *in l. Sacrilegii, ff. ad Cod. Juliam peenl.* Boll. *tit. de Sacrileg. num.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 389. *nu.* 2. *&c.* Francb. *decis.* 402. *per tot.* Decian. *tract. criminal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *&c.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 6. *per tot.* Clar. & Bajard. *in §. Sacrilegium*, Bonifac. *de furt. §.* 5. *num.* 18. *&c. ad* 28. Farinac. *quæst.* 172. *per tot.* ubi etiam declarant, quisnam dicatur locus sacer, vel res sacra ad effectum ut procedat pœna sacrilegii, Ricc. *Collect.* 795. 1865. 2230. & benè Sanfelic. *dec.* 35. *per tot.* ubi quòd est sacrilegium non solum, quando res sacra de loco sacro surripitur, sed etiam quando res non sacra, sed cultui divino dicata, de loco sacro aufertur, licet non adeò grave, & exemplificat in pluribus, pro quibus refert bis fuisse fures laqueo suspensos, idem Sanfelic. *decis.* 243. ubi etiam quando quis dicatur verè sacrilegus, & pœna sit exasperanda, trahendo ad caudam equi, in frusta scindendo, truncatis prius manibus, & immunitate Ecclesiæ non gaudeat, adde Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 36. *ubi volum.* 50. *& seqq.* dicit veram, & magis receptam resolutionem esse, ut si res profana de loco sacro auferatur, puniatur gravius quolibet alio simplici furto; si res non sacra, sed usui Ecclesiæ dicata, ulterius exasperatur pœna, sed citra mortem; si verò res sacra, & ritè consecrata de loco sacro, furto subtrahatur, pœna mortis omni jure imponatur, Discard. *Pratic. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 110. *fol.* 105 & quid servandum in statu Florentino, vide legem municipalem latam sub die 9. Septembris 1681. *nu.* 5. *& nu.* 6. Pignatell. *consult.* 111. *per tot. tom.* 4. Vide Fagnan. *in cap. immunitatem n.* 19. *de Immun. Eccles* Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 10. *cap.* 7. *fere per tot. tom.* 2. *pag.* 171.

2 Sacrilegium committitur in multis aliis casibus, veluti rem sacram è loco sacro privato surripiendo, vel è loco non sacro, vel rem non sacram è loco sacro, & tunc punitur pœna judicis arbitraria, secundum qualitatem facti, loci, rei, & personarum, Menoch. *dict. cas.* 389. *num.* 9. *& seqq. ad* 15. plenè Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 27. *per tot. fol. mihi* 1129. *&c.* Farinac. & alii supracitati, Baldel. *Theol. moral. tom.* 2. *lib.* 4. *disput.* 18. *& ult.* ubi plura de sacrilegio, quid sit, quomodo cognoscatur, & alia ad rem, D. Raymund. *in summa lib.* 1. *tit. de Sacrileg. fol.* 115. *&c.* Marcellin. de Pise *Encycloped. moral. tom.* 4. *fol. mihi* 644. *&c.* Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 3. *fol.* 386. *&c.* Hieron. Cala *in Pragm.* 11. *de empt. & vendit. sive de furt. part.* 2. *nu.* 85. *& seqq. fol. mihi* 85. ubi plura notabilia de sacrilegio proprio, & improprio in materia furti, & remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Sacrilegium* Card. de Luc. *miscell. disc.* 20. *per tot.* Layman. *loc. supra cit.*

3 Sacrilegium dicitur etiam committi, impias manus in clericos, vel alias personas Ecclesiasticas inferendo, & de jure civili pœna mortis plectitur si percussio sequatur dum divina celebrantur, in Ecclesia, & cum perturbatione divinorum officiorum, alioquin deficiente aliqua ex his conditionibus, pœna solius exilii punitur: De jure autem canonico statim incurritur major excommunicatio, à qua nonnisi Summus Pontifex absolvit, etiamsi violentia tantùm in vestes fuerit commissa, *l. si quis in hoc genus, Cod. de Episc. & Cler. cap. si quis suadente diabolo* 17. *quæst.* 4. *ubi glos. & DD.* Menoch. *de Arbitr. d. cas.* 389. *num.* 15. *&c.* Farinac. *quæst.* 172. *num.* ubi quòd sunt quatuor species sacrilegii, nempè ratione personarum offendendo, ut supra personas Ecclesiasticas, ratione coitus cum monialibus, ut infra, & ratione materiæ furando res sacras, ut supra, de quibus etiam Bajard. ad Clar. in *d. §. Sacrilegium*, Decian. Azor. & alii supra relati, vide in *§. Episcopus num.* *& §. Excommunicatio num.* Layman. *loc. cit. n.* 3.

4 Sacrilegium committitur violando virginem Deo dicatam, ut monialem professam carnaliter cognoscendo, quo casu de jure divino statim incurritur excommunicatio, & de jure Canonico si committens sit Clericus deponitur ab ordine, privatur beneficio, & perpetuò monasterio includitur, si verò sit laicus excommunicatur, & pœna mortis de jure civili punitur, Clar. *in §. Fornicatio, vers. cum Moniali*, ubi Bajard. Menoch. *d. cas.* 389. *num.* 22. *&c. ad* 31. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 6. *num.* 13. Farinac. *d. qu.* 172. *num.* latè Sperel. *decis.* 136. *&* 137. *per tot.* ubi qualiter puniatur tam Monialis, quàm stuprator, quot delicta committat, & quomodo tunc dicatur constare de corpore delicti absque inspectione Monialis, vide *in §. Corpus delicti num.* *§. Stuprum num.* 3. *& §. Coitus num.* 14. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 39. *per tot.* Pellizar. *de Monialibus cap.* 4. *sect.* 2. *n.* 79. Layman. *loc. cit. n.* 3. *&* 4. Bellegrand. *in cap. rer. crim. method. tract.* 10. *qu.* 9. *num.* 5.

Quot modis committatur Sacrilegium in materia carnis, & luxuriæ, optimè Azor. *Instit. Moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 27. *per tot. de Sacrileg. fol. mihi* 195. *&c.* Sperel. *dict. decis.* 136. *&* 137. Vide Layman. *ubi supra*.

Quòd Sacrilegium non committatur cum Moniali nondum professa, quia Monialis non professa est sui juris, nec venit appellatione Monialium, nec est exempta à jurisdictione sæculari, quinimò matrimonium carnale contrahere potest ad libitum, exire, & discedere à Religione, ac ideò permittens carnaliter cognosci indicat nolle amplius in Religione permanere, & sic ipsa non potest aliquo modo puniri, ac etiam vir debet absolvi, quia fornicatio simplex de jure civili non punitur, ut concludit Thom. Trivis. *decis.* 57. *per tot. lib.* 2. cujus tamen resolutio mihi non placet, quia etiam sacrilegio excepto, si mulier non erat aliàs corrupta, sed virgo, ut est præsumendum donec aliter constet, tenetur illam carnaliter cognoscens saltem de stupro, ac etiamsi non pœna ordinaria, saltem extraordinaria gravi ratione loci, abductionis, vel habitus violati, ac ita semper ratione scandali intrepidè judicarem non attenta dicta decisione.

Sacrilegium committitur etiam per delictum (licèt sui natura sæculare) patratum à laicis in Ecclesia, vel alio loco sacro, cum ob id Ecclesia dicatur violata, & pro hoc sacrilegio, quod est mixti fori procedere potest tam judex Ecclesiasticus, quàm sæcularis, ita ut inter eos sit locus præventioni; pro delicto verò principaliter commisso, puta pro homicidio, sive vulneribus, & sic ubi agitur de delicto merè sæculari, licèt in loco immuni patrato à personis laicis, potest tantùm cognoscere judex sæcularis, & non Ecclesiasticus, ut latè probat Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 389. *num.* 32. *&c.* Tusch. *litt. S. conclus.* 6. *num.* 13. *&c.* Paul. Christin. *decis.* 200. *nu.* 9. *& seqq. vol.* 4. Clar. §. *fin. quæst.* 38. *nu.* 17. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 34. *& cap.* 29. *num.* 5. dixi latè in meis resolutionibus, *cap.* 9. *per tot.* vide Sperel. *decis.* 3. *&* 4. ubi sequitur dictam distinctionem, & illam à contrariis tuetur, quamvis *in d. decis.* 3. *num.* 8. testatur de quadam observantia contraria, sed non obstat, per ea, quæ dixi *in §. Delinquens num.* 5

Quòd sacrilegium sit mixti fori, probat Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 237. *&c. fol.* 84. vide *in §. Laicus num.* 4. *etc.* Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 81. Marth. *vot. Pis.* 235. ubi quòd ideo, quando judex laicus prævenit in cognoscendo contra occisorem clerici, non potest Ecclesiasticus se ingerere, & tantò minus si Princeps laicus, generalem fecerit abolitionem, vide *infra num.* 10. Fagnan. *in cap. nullus n.* 27. *de For. compet.* Et vide eumdem *in cap. cæterum num.* 32. *de Judic.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 17. *num.* 6. *tom. pr.*

Qualiter sacerdos pro offensa sibi facta à laico possit agere coram judice sæculari, vide *in §. Clericus num.* *§. Sacerdos num.* 14.

6 Sacrilegium an dicatur committi per delictum sæculare à laicis commissum non in Ecclesia, sed in locis Ecclesiæ annexis, veluti in Parlatorio Monialium, in Sacristia, Tecto, Campanili, Turri, Portico, Ostio, & similibus, ad hoc ut judex Ecclesiasticus possit procedere ratione sacrilegii cum præventione, Sperel. *decis.* 62. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones,

niones, & tandem præter omnem morem suum, negativè concludit contra Ricc. *decis.* 176. *part*, 3. sed postea fortè pœnitentia ductus *in addit. de anno* 1666. dicit à Sacra Congregatione Immunitatis fuisse resolutum, intelligi sacrilegium in omni loco, qui gaudeat immunitate, & dictas causas esse mixti fori ratione sacrilegii sub die 27. Martii 1640. in quadam causa Faventina.

7 Sacrilegium in aliquibus casibus habet secum annexam ipso jure excommunicationem, & in aliis non ipso jure, sed tamen omnes sacrilegi saltem sunt excommunicandi, Soccin. *reg.* 434. *per tot.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 6. *nu.* 17. Azor. *Instit. Moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 27. *quæst.* 10. *& seqq. fol. mihi* 1132. Farinac. *d. quæst.* 172. *num.*

8 Sacrilegium impropriè dicitur disputare de Principis, vel Pontificis auctoritate, sive legem divinam offendendo, ac quovis modo illius intellectum violando, pro quo est imposita pœna judici arbitraria, Menoch. *de arbitr. cas.* 389. *num.* 19. *&c.* vide *in §. Princeps num.* Facit Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *qu.* 6. *n.* 71. *tom.* 2.

9 Sacrilegi omnes, & perjuri hodie gaudent immunitate Ecclesiæ præter occidentes, & mutilantes in Ecclesiis, vel Cæmeteriis, Cart. *decis. crim.* 7. *num.* 60. Sperel. *decis.* 22. *num.* 10. Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *resolut.* 39. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 68. *et part.* 9. *tract.* 5. *resolut.* 26. *quæst.* 6. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 330. *in fine*, vide *in §. Immunitas num.* 17. *et* 18. *et num.* 5. Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 24. *sect.* 8. *fol.* 79. *et sect.* 12. *fol.* 81.

Quòd imò verè sacrilegus per surreptionem rei sacræ de loco sacro, non gaudeat immunitate Ecclesiæ, tam attento jure communi ante Bullam Gregorianam, quàm post promulgationem dictæ Bullæ, Guttierez *pract. quæst. lib.* 3. *et* 4. *quæst.* 1. *num.* 32. Ital. *tract. de immunitat. lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. Mut. *dec.* 50. *nu.* 2. *et* 14. & alii relati per Sanfelic. *decis.* 243. *n.* 1. *et* 2. ubi de eo, qui surripuerat pyxidem valoris ducatorum 30. in qua erat repositum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & fuit in eadem Ecclesia deprehensus, & acerrimæ morti juxta merita traditus, cùm incidisset in crimen læsæ Majestatis Divinæ, & sic inter excepta in dicta Bulla, facit idem Sanfelic. *decis.* 402. *num.* 7. *et seqq.* ubi etiam an privetur immunitate pro aliis delictis extra Ecclesiam commissis, ita ut si pro uno non gaudeat etiam pro aliis, vide *in §. Immunitas num.* 23. *et §. Furtum nu.* 9. Pignatell. *consult.* 111. *n.* 5. Vide Fagnan. *in cap. immunitatem n.* 19. *de Immunit. Eccles.*

10 Sacrilegium est delictum mixti fori, ut dixi *supra num.* 5. quod est verum etiam in sacrilegio proprio rei sacræ de loco sacro, ita ut quamvis ratione puri, & meri sacrilegii, videatur competere punitio Judici Ecclesiastico, tamen ratione furti commissi competit etiam Judici sæculari, quando scilicet animus furantis confessione, vel aliis legitimis documentis percipitur, sacrilegium non commisisse cum voluntate abutendi rebus sacris (quo casu cognitio omninò ad Ecclesiam spectaret) sed ut lucretur pretium, quòd ex rebus sacris percipere posset, veluti quando subtracta pyxide, in qua servabatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reliquit particulas consecratas in Altari, & vendidit aurum, vel argentum illius, ut frequentius contingit, nam isto casu saltem cum præventione cognitio spectat ad judicem sæcularem, ac ita in contingentia facti scio pluries servatum Florentiæ, & ejus Statu, conniventibus etiam Ecclesiasticis, ut hujusmodi delinquentes debitis magis afficerentur pœnis per text. *in cap. cum sit generale, et cap. conquestus de for. compet.* Clar. *§. fin. quæst.* 38. *nu.* 18. Farinac. *de furt. quæst.* 172. *part.* 1. *num.* 24. 31. *et* 62. Sanfelic. *decis.* 243. Borell *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 71. *num.* 334. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 39. Faber. *in suo Cod. tit. de crim sacrileg. defin.* 1. cum aliis, quos refert, & sequitur Hieron. Cala *super Pragm.* 21. *Regn. Neapol. de empt. et vendit. sive de fortis part.* 2. *n.* 97. *fol. mihi* 88.

11 De Sacrilegio, & ejus pœnis, cognitione, &c. agunt Bertachin, *in Repert. verb. Sacrilegium*, Thoro Comp. *decis. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* Silvestr. Rayner. Clavas cæterique Summistæ antiqui, & moderni *in verb. Sacrilegium*, plenè Vela *in prælect. ad cap.* 1. *de Offic. Jud. Ordinar. part.* 1. *de Episcop. & Brach. sæcul. num.* 49. *& seqq. ad* 62. habetur hic *tract. post Differt. ejusd. Velæ fol. mihi* 330. *&c.* Suarez *de Relig. lib.* 3. *de Sacrileg.* Panimol. *decis.* 64. & alii plures citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Sacrilegium*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 570. Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Sacrilegium fol.* 312. *&c.* ubi de sacrilegio in genere, & de sacrilegio in exercendo jurisdictionem laicalem contentiosam in loco sacro, in spoliando Ecclesias, in auferendo ornamenta, vel lapides Ecclesiarum Urbis Romæ, in celebrando in Ecclesia polluta, &c. Layman. *in Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 10. *cap.* 7. *per tot. tom.* 2. *pag.* 171.

Quid sit Sacrilegium Layman. *loc. cit. n.* 1. Bouden. *collect. legal.* 18. *n.* 7., Et quot ejus species Layman. *loc. adduct. n.* 2. 12

Indigna tractatio Sacræ Eucharistiæ omnia Sacrilegia gravitate superat Layman. *loc. supra adduct. num.* 11. 13

Sacrilegium quod committitur indigna tractatione rerum sacrarum varios gradus habet secundum varietatem ipsarum rerum Layman. *ibid. n.* 13. 14

Sacrilegii crimen est si Sacramenta indignè administrentur, vel suscipiantur, si sacra scriptura pervertatur; Sacra vasa ad usus prophanos adhibeantur Layman. *ubi supra n.* 13. §. *in tertiò.* 15

Qui calicem Sacrum e loco non Sacro surripit, propriè dictum Sacrilegium committit Layman. *ubi supra n.* 17. 16

Qui crumenam v. g. alicui in Ecclesia abscindit, videtur esse fur Sacrilegus, licèt in externo foro non ita puniatur Layman. *loc. relat. n.* 18. 17

Qui furtum Sacrilegum cum violenta effractione committit, ipso jure excommunicatus est Layman. *loc. cit. n.* 19. 18

Sacrilegus est, qui jurat servare illicita Passerin. *in cap. contingit.* 1. *n.* 13. *&* 25. *de Jurejur. in* 6. 19

Sacrilegium committit, qui reliquias Martyrum amovet. Brunneman. *in Cod. lib.* 1. *tit* 2. *leg.* 3. *nu.* 3. *pag.* 5. *tom* 1. *col.* 2. 20

Sacrilegium Jure Civili quomodo committatur, & quæ pœna illius Menoch. *cas.* 389. *nu.* 2. *&* 12. Brunneman. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 29. *leg.* 1. *n.* 2. *tom.* 2. *pag.* 903. *col.* 2., Vide infra *n.* 24. *&* 25. 21

Si quis articulos fidei vel ignoret, vel discere contemnet, Sacrilegium facit Brunneman. *d. leg.* 1. *num.* 5. 22

Sacrilegium Jure Civili propriè non est quando res prophana in loco Sacro ablata est, secus autem Jure Canon. & Carolin. Brunneman. *in Pandectas lib.* 48. *tit.* 13. *l.* 5. *n.* 1. *tom.* 2. *pag.* 417. 23

Pœna Sacrilegorum quænam Carpz. *quæst.* 89. *num.* 21. Brunn. *d. lib.* 48. *& tit.* 13. *leg.* 6. *n.* 2. 24

Sacrilegii pœna in hæredes transit Brunnemann. *ad leg.* 1. *n.* 4. *C. si reus vel accusat. mort. & ad l.* 2. *n.* 3. *C. ad l. Jul. repet. & ff. lib.* 48. *tit.* 13. *leg. ult. nu. unic. pag.* 418. 25

§. SALARIUM. III.

Salarium non conventum regulariter non debetur, nisi simus in solito locare operas suas, & solito conducere alienas, vel in eo, qui inservivit alicui mercatori, Felic. *de societ. cap.* 18. *num.* 92. Duran. *decis.* 259. *nu.* 20. latè, & pulchrè Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 102. *per tot.* ubi ponit dictam regulam negativam, quam decem modis limitat, ut ibi per eum adde Tusch. *litt. S. conclus.* 7. Bich. *decis.* 67. Ricc *Collect.* 656. 1504. 1885. 3960. ubi plura quando salarium non conventum debeatur, vel non, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 367. *nu.* 26. *& seqq.* ubi quòd licèt non conventum peti non possit actione ex locato, & conducto, tamen non prohibetur implorari officium judicis nobile pro constitutione mercedis, & dicta regula cessat Romæ, ubi quilibet est solitus locare operas suas, & loquitur de procuratoribus, vel sollicitatoribus, 1

&

& eadem Rot. part. 14. deciſ. 84. per tot. ubi plura de ſalario, etiam non convento, procuratori ſolvendo, de illius taxatione, & non præſumpta ſatisfactione ex temporis lapſu, & alia, Rot. in ſelect. per Farinac. part. 1. tom. deciſ. 238. & 291. latè Pacion. de locat. & conduct. cap. 35. num. 59. & ſeqq. per tot. Barboſ. vot. 74. Vide Bertachin. vot. 67. n. 6. & 7. & vot. 75. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 8. à n. 375. tom. 3.

Intellige dictam regulam in famulis, & aliis vilibus perſonis, quæ ſæpè pro victu ſine ſalario ſervirent, aliàs autem ſecus, Seraph. deciſ. 849. num. 2. de qua materia idem Seraphin. deciſ. 65. deciſ. 74. & deciſ. 532. Cavaler. deciſ. 400. deciſ. 416. & dec. 511. per tot. Caroc. de locat. & conduct. part. 1. quæſt. 10. Ricc. Collect. 656. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 257. per tot. Leoncil. deciſ. Ferraricn. 37. n. 13. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. 49. num. 1. & ſeqq. volum. 3. Martha vot. Piſ. 998. ubi quòd non conventum non debetur à Domino ſcholaſtico, & quare, vide Pacion. loc. citat. latè Rot. part. 18. recent. deciſ. 315. per tot. ubi fuit denegatum ſalarium famulo, qui victum, & veſtitum, aliaque vitæ neceſſaria receperat, quia ſic præſumebatur conductus, & habuerat etiam commoditatem ſtudendi, ac ex aliis rationibus. Vide Rubeu. de confuſ. jur. cap. 18. n. 266. Bertachin. loc. ſupra cit. Altimar. loc. cit.

De ſalario famulorum, an & quando etiam non conventum debeatur, latè Lanfranc. Zacch. de ſalar. & merced. quæſt. 68. per tot. Tuſch. lit. S. concluſ. 7. per tot. alia vide in §. Famulus, Pacion. loc. cit. num. 69. & ſeqq. Bertachin. ubi ſupra Altimar. pariter ubi ſupra.

Et quomodo ſalarium fuiſſe conventum probari poſſit, & quòd poſſint per judices etiam oretenus recipi probationes, idem Zacch. d. tract. quæſt. 100. per tot. Rot. part. 9. recentior. deciſ. 367. num. 30. & ſeqq. ubi quòd ſufficit quælibet promiſſio in genere, ut intret officium judicis in determinanda quantitate, facit Rot. per Farinac. part. 1. deciſ. 330. Et contra, ex quibus præſumatur non conventum, & non debeatur famulo, latè Rot. part. 18. recent. dec. 815. per tot.

Quòd ſalarium etiam non taxatum debeatur Aſſeſſori arbitrio judicis, juxta conſuetudinem, & & qualitatem ipſius Aſſeſſoris, Menoch. de arbitr. caſ. 254. Zacch. de ſalar. dec. 101. n. 10. dec. 108. n. 9. Creſcin. ad Pen. deciſ. 28. Bertachin. loc. cit.

Quid in penſione domus, an non cōventa debeatur, latè Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 88. per tot. Pacion. loc. cit.

Quòd etiam non conventum debeatur Advocato, & taxari debeat arbitrio Judicis juxta qualitatem cauſæ, laboris, & conſilii pluribus probat Ricc. Collect. 3743. Pacion. loc. cit. num. 77. & ſeqq.

Item debeatur etiam aliis de æquitate canonica, qua cavetur dignum eſſe operarium mercede ſua, cap. quicumque ſuffragio 12. quæſt. 2. cap. cum ſecundum de præbend. Rot. Florent. 16 Januarii 1601. Mot. lib. 88. Pacion. dict. cap. 35. per tot. ubi plura.

2 Salaria Judicum, & Advocatorum habent privilegium prælationis inter omnes creditores, ſicuti ſalaria hoſpitum, & laboratorum, & ſimilium, Rodriquez de concurſ. cred. part. pr. art. 3. n. 18. etc. Gratian. diſcept. forenſ. cap 57. 41. cap. 257. num. 17. &c. Merlin. de pign. lib. 3. titul. pr. quæſt. 5. nu. 32. & quæſt. 21. Gait. de Credit. cap. 4. n. 1566. & num. 2016. &c. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 2. lib. 12. tit. 1. num. 19. fol. 555. Pacion. de locat. & conduct. cap. 41. nu. 30. & ſeqq. Honuphr. Cigala tract. de act. §. 28. num. 9. & ſeqq. Fontanel. deciſ. 423. & ſeqq. ubi plura Ramon. conſ. 27. cum annot. Jacob. Balduc. vide in §. Advocatus num. 9. in fine, &c. An, & quando creditores ſalarii, & mercedes præferantur in concurſu aliis creditoribus anterioribus ejuſdem debitoris communis, Lanfranc. Zacch. tract. de ſalar. & merced. quæſt. 9. per tot. & quod habeat tacitam hypothecam, ideòque illi dari Salvianum, idem Zacch. quæſt. 94. per tot. Marth. Medic. deciſ. 19. in Addit. nu. 2. ubi plures allegat Sanfelic. deciſ. 113. ubi quòd præferuntur aliis creditoribus, etiam anterioribus, & hypothecariis, Benedict. Carpzov. in Prax. crim. part. 3. quæſt. 138. n. 83. et 84. ubi de expenſis cauſarum criminalium aliis creditoribus in concurſu præferendis, Duran. dec. 53. num. 8. & 9. Salgad. Labyrint. credit. par. 3. cap. 9. num. 18. & ſeqq. 30. & poſteà viſ. Urceol. de tranſact. qu. 30. n. 33. et 34. Pacion. de locat. & conduct. cap. 41. per tot. ubi infert ad plures caſus particulares. Card. De Luc. de cred. diſc. 158. per tot. & diſc. 17. n. 4.

Poſſuntq; dicta ſalaria executivè exigi in eodem foro litis peractæ, licèt alias ibidem litigantes non eſſent ſubjecti, Grat. diſcept. for. c. 56. num. 7. Lanfranch. Zacch. d. tract. q. 91. nu. 9. & ſeqq. ubi latè quòd nam forum ſit competens in cauſis ſalarii, & mercedis.

(Item poſſunt dicta ſalaria judicum, & ſuorum miniſtrorum exequutivè exigi, non obſtante appellatione ad Superiores interpoſita, Carl. de judic. tit. pr. diſput. 6. per tot. fol. 293.)

Qualiter poſſint exigi etiam à ſucceſſore in beneficio, Pac. Jord. Lucubr. vol. 2. lib. 12. tit. pr. nu. 13. & ſeqq. fol. 555. vide in §. Succeſſio n.

3 Salaria Judicum, Advocatorum, & Procuratorum qualiter debeantur de jure communi, & in qua ſumma, ubi non appareat de certa quantitate petita, vel controverſa, & quòd debeant attendi ſtatuta locorum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 55. per tot. & cap. 56. Magon. dec. Florent. 21. n. 2. &c. Menoch. de arbitr. caſ. 513. per tot. ubi etiam quòd licèt non fuerint promiſſa, debentur arbitrio Judicis, Merl. deciſ. 108.

An Advocato debeatur ſalarium in quantitate conventa, ſi lis fuerit per tranſactionem finita, Franch. dec. 265. vide in §. Advocatus n. 19. infr. num. 26. Card. De Luc. de judic. diſc. 39. num. 24.

De ſalario procuratorum ad lites, latè Lanfranch. Zacch. de ſalar. & merced. q. 82. per tot.

De ſalario procuratorum ad negotia, idem Zacch. d. tract. qu. 51. per tot.

4 Salarium Advocati, & procuratoris debet taxari cum aliis expenſis ad favorem victoris, etiam ſi gratis patrocinium habuerit, propter obligationem, quæ remaneat ad antidora, qua ceſſante non eſſet taxandum, ut poſt multa concludit Lanfranch. Zacch. d. tract. qu. 110. per tot. Fontanel. dec. 426. ubi etiam an poſſit exigi contra partem adverſam in expenſis condemnatam. Golin. d. Procurat. par. 4. c. 5. n. 27.

Idem eſt, ſi quis cauſam propriam defenderit, ut poſſit ab adverſario repetere ſalarium; quod veriſimiliter ſolviſſet, ſi alium conduxiſſet, Zacch. d. tract. qu. 109. nu. 16. &c. vel ſaltem tanquam damnum, & intereſſe, ſi ob id occupatus non potuit aliorum cauſas agere, ſecundum opinionem Men. de arbitr. caſ. 154. n. 5. & dixi in reſ. c. 41. nu. 12. §. Advocatus num. 7.

5 Salarium duplex an debeatur ei, qui eodem tempore duobus inſervivit, Boer. dec. 320. n. 13. Addit. ad Sanfelic. dec. 380. Rot par. 16. rec. dec. 264. num. 12. ubi quid ſit. Bobadill. lib. 2. Pollit. c. 21. n. 246.

Item an duplex debeatur ei, qui fungitur officio duorum, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 652. nu. 10. Tuſch. lit. S. concluſ. 15. vide infrà nu. 25. Rot. part. pr. recent. dec. 354. nu. 4. ubi quod ſic, in terminis computiſtæ, & reviſoris. Carol. Ant. De Luc. de Plural. Homin. legal. cap. 87. per tot.

Quod gerenti duo negotia duplex ſalarium debetur, Rot. in Noviſſ. part. 6. deciſ. 10 nu. 13. &c. & multa ſimilia adducit Gratian. deciſ. 121. nu. 11. et 12. Sanfelic. deciſ. 380. cum addit. ubi plura Rot. part. 16. recent. deciſ. 264. num. 13. Bertachin. vot. 67. per totum Carol. Ant. De Luc. loc. cit.

Quando quis fuit functus officio procuratoris, & Advocati poteſt juſtè prætendere, & habere duo ſalaria, Gayl. obſer. 44. lib. pr. Rot. Flor. in mott. lib. 506. à 324. dixi in reſol. cap. 41. n. 13.

6 Salarium minui debet pro rata diminuti laboris, Men. de arbitr. caſ. 223. licèt in ſalario convento, & taxato alii contrarium ſentiant, Magon. deciſ. Flor. 12. num. 10. & 18. Pacion. de locat. cap. 50. n. 86. & ſeqq. ubi latè declarat, & diſtinguit.

Sicut etiam è contra augeri debet ſalarium, aucto labore, Grat. dec. 101. per tot. Menoch. d. caſ. 223.

ubi in utroque capite infert ad plura, & reddit rasionem, quia labor, & pecnnia recipiunt divisionem, & quia quæ ob causam fiunt à modo ipsius causæ formam, & determinationem recipiunt, Ricc. *part.* 23. *recent. decis.* 121. *num.* 11. *&c.* Sanfel. *decis.* 380. *cum addit.*

Quòd aucto labore, augeri debeat salarium, ita ut Principe negligente illud augere, possit Officialis aliquid ea se recipere ab illis, quorum causa auctus fuit, si tamen versetur in eo, ad quod ex officio non teneatur, Menoch. *de arbitr. cas.* 514. *n.* 20. *de quo infr. num. seq.* Mastril. *de Magistrat. lib. pr. capit.* 21. Rota *part.* 11. *recent. decis.* 352. *n.* 9. *&c.*

Quando augendum, vel minuendum sit salarium ratione aucti, vel diminuti laboris, laté Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.* 11. *per tot.* Matlin. *dec.* 108. *per tot. ubi num.* 3. benè distinguit, quòd debeat augeri quando quis pro certo officio, vel munera locavit operas suas, si emergant aliæ occupationes ad officium suum non spectantes, secùs autem si connexionem habeant cum munere suscepto, idem Merlin. *decis.* 162. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 328. *in fine*, *& dec.* 389. Pacion. *de locat. c.* 51. *n.* 29. *& seqq.* Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 815. *n.* 29. *& seqq.* ubi quòd aucto labore tunc augeri debet salarium quando ab initio quis fuit assumptus pro certo, & determinato servitio, secus autem quando quis fuit generaliter conductus, & indeterminatè ad serviendum, quia tunc tenetur omnia facere pro domino, nulla habita ratione multiplicitatis servitiorum absque augmento salarii. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cas.* 223. Latissimè Card. De Luc. *de Regul. disc.* 121. *nu.* 3. *&* 6. *de Camb. disc.* 2. *num.* 14. *de Canon. disc.* 14. *n.* 12. *in fin. de Paroch. disc.* 28. *nu.* 5. *&* 11. Bertachin. *vot.* 67. *n.* 4.

7 Salarium justum, & competens debet à Principe, & Superiore constitui suis Magistratibus, & jusdicentibus, ita ut Princeps debeat etiam habere rationem, quòd Judices, & Officiales illi servientes possint ea suo salario aliquid annuatim in arca reponere pro consulendo illorum senectuti, vel posteritati, aliàs culpæ, & avaritiæ ipsius Principis adscribendum, si judices, & Magistratus coguntur quodammodò justitiam vendere, cùm paria sint non habere salarium, vel habere minus competens, & incongruum, ut benè explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 514. *per tot.* ubi etiam, an, & quando Officialis, vel Magistratus debeat dimittere officium, vel possit in supplementum salarii, aliquid accipere ab illis, quibus servit; vide Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.* 9. *num.* 4 *&c.* ubi dissentit à Menoch. & illius rationibus respondet, quoad hoc ut possit aliquid recipi à privatis ratione tenuitatis salarii, cum distinctionibus tamen per eum allatis, & generaliter agit quale salarium dicatur competens, vel non, vide *in §. Judex num.* 21. *vers. Quod non teneatur*, Paul. Christin. *decis.* 137. *num.* 27. *& seqq. ad leg. Municip.* Mechlin. *tit. pr. ar.* 2. *num. pr.* Mastril. *de Magistratibus l. pr. cap.* 21. Cresp. de Valdaur. *observ.* 109. *num.* 5. *&c.* Noguerol. *Alleg.* 5. *per tot.* Zamoran. *tract. de compensat. disput.* 5. *cap.* 14. *per tot.* ubi latè an Magistratus, & Judices, aliique Ministri justitiæ non habentes salarium competens possint, & à quibus justam compensationem accipere.

Sed an prædicta servent Principes, qui etiam vendunt, sive vendi permittunt ipsa officia, & persæpe quandoque indignis plus offerentibus, posthabitis aliis dignis, sive dignioribus, sciunt cuncti, qui versantur in aulis, & etiam verba, ac fumum vendunt, de quibus fumi venditoribus, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 344. *per tot.* Cabal. *cas.* 67. Scanarol. *de visitat. carcer. lib. pr.* §. 13. *c.* 6.

Sed isti Aulici, qui Principum mores corrumpunt, vel Auctores, & ministri sunt injustarum cupiditatum, & avaritiæ Principum, vel in proprio corpore, vel in posteritate puniuntur, ita ut illorum posteritas diuturna non sit, sed mox post illos intercidat, sicuti ex sapiente Anon. refert D. And. Rosotto *in suo opere infrascripto*, *le Peripetie della Corte fol.* 168.

Advertant igitur ipsi Principes, quia hæc, & similia sunt illorum propria peccata, de quibus Azor. *Instit. Moral. p.* 2. *lib.* 11. *cap.* 6. *fol.* 690. ubi plura de Regum, sive Principum vitiis, & peccatis.

8 Salarium debetur Officiali non à die electionis, sed à die adeptæ, sive cœptæ administrationis, nisi differret ex licentia, & permissione Principis, vel ob casum fortuitum, & quando decederet ante cœptum officium deberent illius hæredibus refici damna, ex expensæ causa hujusmodi officii factæ in se ad illud præparando, Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. et Merced. q.* 15. *per tot.* Carol. Tap. *dec.* 60. *per tot.* ubi etiam an debeatur in principio, de quo latè, & distinctè Cabed. *dec.* 8. *per tot.* Et juxta consuetudinem, & observantiam deberi, idem De Luc. *de Regul. disc.* 21. *sub n.* 5. Bertachin. *vot.* 56. *n. pr. et* 2. *et vot.* 67. *n.* 2.

Quòd ultimum de refectione damnorum, & expensarum in se præparando, intelligendum puto quando ea motu proprio Principis, vel contra propriam voluntatem fuisset electus, aliàs secus.

9 Salarium consuetum debet æqualiter dividi inter Officiales, si ad officium, quod per unum exerceri solebat, duo eligantur, & quando secus, Zacch. *d. tract. qu.* 13. *per tot.* Pacion. *de locat. c.* 50. *n.* 93. *&* 94. vide *sup. num.* 5. *& infrà num.* 23.

10 Salarium an, & quale debeatur tutoribus, vel curatoribus, Menoch. *consil.* 228. Franch. *decis.* 122. *& decis.* 340. idem Menoch. *de arbitr. cas.* 512. *per tot.* ubi etiam quòd debeatur tantùm finita administratione, & redditis rationibus, nisi aliter sit conventum, & idem est in similibus vide *in §. Tutela num.* 23. Paul. Christin. *decis.* 153. *et* 154. *vol.* 3. Ricc. *Collect.* 27. *&* 28. Caball. *cons. dec.* 40. *lib.* 2. ubi quòd regulariter non debetur, nisi adsit consuetudo, *& cons.* 13. *lib. pr.* Bondea. *collect.* 50. *nu.* 23. Vide infra *in novissimis addit.* Crescin.

An debeatur testibus, vide *in §. Testes n.*

11 Salarium debetur filio, qui vivente patre administravit & negocia domus gessit, sicut cuilibet alteri negociorum gestori, vide *in §. Peculium nu.* 5. *&* 8. *Frater num.* 8. hanc sequitur Dian. *p.* 4. *tract.* 4. *res.* 66. ubi qualiter possit illum clam accipere si aliter consequi non posset, computatis tamen computandis, adde Zamoran. *tract. de compensat. Disput.* 4. *cap.* 24. *per tot.* ubi declarat procedere stante protestatione expressa, vel tacita, & constituto quòd pater non erat per se facturus, nec inventurus alium, qui gratis, vel pro minori pretio ageret, &c.

Contrarium autem tenet Menoch. *de arbitr. cas.* 512. *n.* 9. *&* 10. ubi admittit deberi tantum pro administratione facta post mortem patris, & ita etiam probat Lanfranc. *tract. de salar. & merced. q.* 51. *nu.* 19. *&c.* alios refert Dian. *loc. cit.* ubi tamen ipse tenet primam opinionem, ut suprà; sed vide eumdem Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 33. *vers. Ex doctrina*, ubi declarat dictam primam opinionem procedere quando filius vivente patre convenit, vel protestatus est de pretio sui obsequii, & servitii, & semper habuit in animo non inserviendi gratis, alias censetur fecisse amore filiali, nec potest aliquid prætendere, vide Pacion. *de locat. & conduct. c.* 35. *n.* 112. *& seqq.* ubi refert diversas opiniones, & declarationes, & Zamoran. *loc. sup. cit.*

12 Salarium integrum debetur ei, qui fuit conductus ad certum tempus, licet ante illud finitum fuerit licentiatus propter dissolutionem negotii, vel alia de causa, cùm per illum non steterit quominus præstaret operam conventam, sed per conductorem, text. *in l. qui operas* 41. *ff. loc.* Bart. *in l.* 1. §. *Divus n. pr. ff. de var. & extraord. cognit.* Natt. *cons.* 452. *num.* 2. cum aliis per Rot. *par.* 11. *rec. decis.* 286. *per tot.* ubi etiam quid si impedimentum ex facto Principis proveniat, Cavaler. *decis.* 520. *per tot.* ubi quid si alteri post datam licentiam inservivit, & se refert *ad l. diem functo, ff. de off. Asses. & l. diem functo ff. locat.* vide *in §. Medicus n.* 11. *in meis Resol. c.* 43. *per tot. & in Pract. §. Medici n.* 7. Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 14. *&* 15. vide *in §. Advocatus n.* 16. Zacch. *de salar. quæst.* 19. *per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 40. *num.* 15. *& seqq. per tot.* ubi benè declarat, *et n.* 79. quòd de consuetudine in pluribus locis vix solvitur salarium temporis decursi Officiali vivente, ut testatur

Digitized by Google

statur etiam Zacch. *d. tract. qu.* 21. *in fine.* Vide Bertachin. *vot.* 69. *per totum*.

Quòd sit solvendum pro tota die ei, qui fuit conductus ad diem, licet media die dimittatur, Novar. *quæst. forens.* 40. *n.* 9. *tom.* 1. Ricc. *Collect.* 3442. & ubi laboratores sunt pauperes, debetur in principio saltem pro medietate, licet alias debeatur tantùm in fine laboris, idem Ricc. *Collect.* 3461. Zacch. *de salar. dec.* 22. *n.* 27.

Operatio autem casualiter impedito debetur merces tantùm pro rata diei, maximè si impedimentum fuit notabile, & non momentaneum, vel intereà operarius se applicuit alteri negotio, latè Costa *de ratione ratæ q.* 128.

Qualiter salarium debeatur, vel non Officiali, Doctori, & Lectori, etiam impeditis, vel defunctis ante finitum officium, Jas. Bolog. Cagnol. & alii *in l. diem functo ff. de off. Assessor.* latè Tusch. *lit. S. conclus.* 8. *& seqq.* vide *in §. Officium num.* 51. & latè Zazz. & Pacion. ubi supra (Ubi qualiter debeatur salarium Officiali etiam impedito, Caldar Pereyr. *q. for. cap.* 3. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 18. *n.* 5., ubi quod hoc salarium transmittitur pro anno incæpto Altim. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 17. *num.* 235. *tom.* 4. Practicam, quæ observatur in hac Universitate Parmensi quoad salaria Lectorum transmittenda ad eorum hæredes, Ego Leopoldus Joseph Crescini adduxi supra in hoc Oper. *§. Doctor nu.* 17. *tom. pr.*, ubi retuli casum contra me decisum per Illustrissim. D. Gubernatorem Civitatis Parmæ & Reformatores Universitatis ejusdem Civitatis.

Quòd si famulus, vel famula ex se non expulsi recedant à servitio ante tempus conventum non debeant habere salarium pro tempore, quo servierunt, & si habuerint teneantur restituere, & sicut & vestes, vel livreas, & si remanent debitores domini, potest ipse Dominus illorum bona retinere donec, solvant, sicut etiam pro damno recepto: E contra autem si per eos non steterit, ut quia sine justa causa fuerint expulsi, & alteri servire non potuerint, debetur eis salarium pro toto tempore convento, si tamen fuerint à domino requisiti redire ad serviendum pro tempore convento debent redire alias salarium illis non debetur, ut colligitur ex traditis per Zacch. *de salar. q.* 68. Pacion. *de locat. cap.* 50. *n.* 34. *&c.* & alios citatos per Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eug. libr.* 5. *Rub.* 39. *per tot.* vide *in §. Famulus n.* 3. *&c.*)

23 Salaria medicorum sunt magis privilegiata, quàm illa Advocatorum, neutris tamen debentur pro cura, vel consilio diebus festivis facta, vel reddito, ad tradita per Magon. *dec. Flor.* 11. *num.* 8. *per tot.* cum aliis per Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib.* 6. *tit. pr. qu.* 8. *num.* 16. *& seqq.* ubi tamen testatur de contraria consuetudine, & contrarium benè probat Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.* 25. *num.* 5. *&c.* Cæsar. Cala *tract. de feriis qu.* 4. *nu.* 227. *& seqq. fol.* 199.

Alia de salariis medicorum vide *in §. Medicus nu.* 51. *&c. & Pract. §. Medici n.* 7. *& seqq.*

24 Salarium debetur ad rationem conventam exactori publico, non tantùm pro exactionibus pecuniariis, sed etiam pro bonis adjudicatis juxta illorum æstimationem, imò etiam pro actionibus redactis, & acquisitis, Magon. *decis. Flor.* 66. *per tot.* Rom. *cons.* 434. vide *in §. verba num.* Tusch. *litt. S. consil.* 11. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 203. *vol. pr.*

Si fuerit promissum ad rationem tot pro centenario exactori debetur ad rationem ratæ pro exactis infrà centum, & alia ad propositum, Rom. *cons.* 434. Franch. *dec.* 228. Rot. *p.* 12. *rec. dec.* 414. *num.* 35. *& seqq.*

25 Salarium, fructus, & similia quando debeantur absentibus ab Officio cum licentia Superioris, vel aliàs legitimè impeditis sine illorum culpa, Grat. *discept. for. c.* 166. *per tot. & in meis resol. c.* 43. *per tot.* vide *in §. Absentia n.* Ricc. *Collect.* 3386. latè Pacion. *de locat. c.* 50. *num.* 15. *& seqq.* Zacch. *de Salar. q.* 19. *per tot.*

An salarium debeatur famulo infirmo, consanguineo, scholari, & similibus, Gratian. *dec.* 53. *in Addit. num.* 5. vide *in §. Famulus num.* 3. Pacion. *de locat. cap.* 50. *n.* 12. *& seqq.* Caldas Pereyra *qu. For. cap* 3. *nu.* 27. *&c.* Cabed. *decis.* 8. *num.* 30. *&c.* ubi quoad famulum infirmum refert contrarias opiniones, & veriorem non deberi profitetur, nisi contraria extet consuetudo ad Zacch. *de salar. qu.* 19. *n.* 30. Bertachin. *vot.* 69. *n.* 6.

Salarium an, & quando sit solvendum in principio, vel in fine, & quando debeatur pro tempore, quo quis fuit absens, Grat. *dec.* 200. *&* 201. *per tot.* de primo latè Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.* 14. *per tot.* & de secundo *quæst.* 20. *per tot.* Tusch. *lit. S. conclus.* 10. *per tot.* Ricc. *Collect.* 179. 2207. 2466. ubi alia plura de materia salarii, *& Collect.* 3461. de primo, quo scilicet tempore sit solvendum salarium, vel alia merces, plenè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 37. *per tot.* 16

Salarium licèt conventum non debetur nautæ, vel vecturali, nisi doceat merces transtulisse ad locum conventum, & destinatum, imò acceptum restituere tenetur, etiamsi casus aliquis evenerit sine ejus culpa, nisi tamen evenerit ex culpa conductoris, qui forsan res prohibitas sine consensu vecturalis immisisset, & fuerint confiscatæ, ita ut cessante culpa dicti conductoris non debeatur etiam pro rata itineris facti, quidquid alii contrarium teneant, quorum opinio procedere posset quando salarium fuisset promissum pro mercibus imponendis, quia tunc eo ipso quòd fuerant impositæ dicitur satisfactum promissioni, & debetur salarium, secus autem si pro illis ad certum locum transportandis, quid præsumendum in dubio, & alia, Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.* 88. *num.* 19. *& seqq.* Signorol. *cons.* 195. *n.* 5. *&c.* Card. Tusch. *lit. V. concl.* 37. dixi *in Pract. §. Vecturali n.* 14. adde Paul. Christin. *dec. Belgic.* 202. *n.* 5. *& seqq. vol.* 2. Pacion. *de loc. cap.* 50. *nu.* 64. *& seqq.* ubi benè conclusionem declarat. 17

Salarium indebitè solutum, potest ad instar alterius indebiti soluti repeti, vel etiam ex eo, quòd operæ promissæ non fuerint præstitæ ex culpa tamen operarii promittentis, Lanfranch. Zacch. *d. tract. q.* 97. *per tot. facit quod in §. Exceptio n.* 18

Salarium an possit sequestrari, vel aliàs in eo executio fieri, dic regulariter quod non, si agatur de salario in futurum præstando, vel si agatur cum Officiali publico necessario, vel ubi adsunt alia bona debitoris, aliàs autem posse sequestrari, & in executionem capi cum nonnullis aliis distinctionibus, Lanfranch. Zacch. *d. tractat. qu.* 98. *per tot.* Cresp. de Valdaur. *observ.* 109. *per tot. fol.* 235. Carlev. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 18. *per tot.* Brunnemann. *supra C. lib.* 8. *tit.* 19. *leg. ultim. pag.* 779. *num.* 5. *tom.* 2. 19

Salarium videtur remissum, & non potest amplius peti, si fuerit reddita ratio nulla de eo facta mentione, Seraph. *dec.* 1322. Thomat. *dec.* 14. *num.* 6. Leoncil. *dec. Ferr.* 37. *n.* 7. vide Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 168. *per tot.* ubi plura ad hoc propositum, 22, & quando administrator præsumatur satisfactus de salario, donec rationem non reddiderit, vel si illam reddiderit, nulla facta salarii mentione. 20

Salarium ex sola taciturnitate non censetur remissum, nisi concurrente legitima præscriptione, Seraph. *d. dec.* 1322. *num.* 4. Cavaler. *dec.* 409. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 168. *nu.* 21. Vide Caprar. *decis.* 357. *n.* 5. Crescin. ad Pen. *dec.* 238. 21

Quòd tamen præscriptio debeat allegari, & qualiter salarium maximè famulorum præscribatur per triennium, Surd. *dec.* 24. *per tot.* Grat. *dec.* 53. *n.* 5. *&c.* Duen. *reg.* 306. *per tot.* ubi duodecim modis limitat Ricc. *Collect.* 179. *in fine*, *& Collect.* 3787. *per tot.* ubi plura, & loquitur in terminis statuti, allegat Lautcat. *decis. Avenion.* 56. Giurb. *dec.* 13. Thom. Hurtad. *resol. moral. part.* 2. *tract.* 8. *resol.* 15. *fol.* 78. Gamm. *dec.* 334. *& alios*; quibus adde Leoncil. *dec. Ferr.* 37. Lanfranch. Zacch. *de salar. & merced. quæst.* 105. Pacion. *de locat. & conduct. c.* 52. *per tot.* Cresp. de Valdaur. *observ.* 44. *per tot. part* 2. *fol.* 18. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 815. *nn.* 5. *& seqq.* at de præscriptione salarii causidicorum. Card. de Luc. de Alien. *disc.* 65. *nu.* 3. *de Judic. in*

Annot. n. 32. et seqq. Vide Crescin. ad Pen. *loc. cit.* Bertachin. *vol. 76. n. 7.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 5. quæst. 43. a n. 325. tom. 7.*

Sed salarium præscribi per triennium, vel quinquennium dùm multi Doctores affirmant, sunt intelligendi juxta particulares locorum Constitutiones, vel consuetudines; nam illis cessantibus de jure communi non præscribitur minori spatio triginta annorum, sive sit debitum jure actionis, sive officio Judicis, & quoniam in omnibus ferè locis adsunt hujusmodi constitutiones, quæ dictum tempus arctant, illæ sunt omninò servandæ, etiam quoad Forenses, qui in loco ubi vigent, servitia præstiterunt, non tamen egrediuntur personas, & casus expressos, nec procedunt contra impeditos, & non valentes agere, nec contra pupillos, nec lite pendente, nec impediunt exceptionem, nec habent locum nisi opponantur, nec si veritas appareat in contrarium, ut quia constaret, ex libro rationum Domini non esse solutum salarium, nec ubi fuisset præscriptio interrupta, vel debitum recognitum, nec ubi debitor esset in mala fide, ut latè probat Lanfranc. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst. 105. per tot.* & Pacion. *de locat. & conduct. cap. 52. per tot.* dixi *in Practica §. Servitori n. 22. &c.* ubi de lege Municipali Florentiæ, quòd salarium peti debeat in judicio infra quinquennium continuum, à die quo finiverit servitium, aliàs intelligatur præscriptum, & non possit amplius peti, nisi de eo appareat recognitio per scripturam, vel contractum, quo casu non curreret dicta quinquennalis præscriptio, nisi modo, & forma juris. Crescin. & Bertachin. *locis supra cit.* De Luc. *Conflict. legal. obser. 304.*

An autem hujusmodi statuta sint licita, & excusent debitores salarii in foro conscientiæ, vide Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 1. cap. 18. quæst. 9. vers. alicubi statuta fol. mihi 65.* Caroc. *de locat. & conduct. part. 5. tit. de statut. nu. 5. & seqq. fol. mihi 452.* Pacion. *d. cap. 52. n. 33. & seqq.* dixi in *§. Famulus n. 10.*

21 Quòd non sit necessaria singulorum annorum præscriptio, sed una à die discessus pro omnibus sufficiat, & alia ad rem, Giurb. *dec. 13. n. 13. & per tot.* Cresp. de Valdaur. *d. observ. 44.*

22 Salarium, quot, & quantum esse debeat ubi non est taxatum remittitur arbitrio Judicis, & quæ considerare debeat Judex in hujusmodi taxatione, Menoch. *de arbitr. cas. 515. per tot.* Cabal. *decis. 162. part. 1. & dec. 167.* Rot. *part. 12. recent. dec. 3. per tot.* ubi plura de solito attendendo, vel non, & in selectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. dec. 314. per tot.* Bertachin. *vol. 67. n. 2.*

Quòd salarium alioquin tenue censeatur justum propter alia commoda, quæ recipit famulus, ut puta aliquod tempus diei ad discendum aliquam artem, vel legere, & scribere, cùm hujusmodi commoda partem salarii constituant, idem Menoch. *de arbitr. cas. 214. n. 18.* Rot. *par. 12. rec. dec. 3. n. 13.* ubi si dominus famulo emolumenta ab extra paravit, ad ea etiam est habenda ratio in judicanda congruitate salarii, & plenè Rot. *part. 18. rec. dec. 815.* ubi pro exclusione salarii ex aliis commoditatibus à domino receptis.

23 Salarium solvi solitum antecessori, debetur regulariter successori, Bald. *in l. licet num. 18. C. locat.* Surd. *cons. 42. n. 13.* Rota *p. 2. diversf. dec. 88. nn. 5. & 9.* Intelligendo quando est à lege taxatum, secus si variè constituatur secundum merita personarum; item de solito ultimis annis; item quando successori nihil fuit adhuc solutum, nam si minus fuit solutum, & recipiens acquievit, intrat alia potentior præsumptio conventionis, prout hæc, & ad propositum, latè explicat Rot. *par. 12. recent. dec. 3. per tot.* vide *in §. Locatio n. 2.* Noguerol. *alleg. 5. per tot.* Bertachin. *vol. 56. n. 4. cum seqq.*

24 Salarium, vel merces aliàs constituta Doctori, vel famulo, censetur in reconductione reconventa, quoties ad idemmet servitium reconducitur, secus si ad gravius onus, vel servitium nam tunc debet augeri, Rot. *part. 13. recent. dec. 121. n. 10. & seqq.* *§. Conductor n. 24. & 40. §. Locatio n. 2.*

Salarium duplicatum debetur Officiali, qui eodem tempore duo officia inter se compatibilia exercuit, ut benè probat Sansel. *dec. 328.* in terminis juris communis, secus autem Consuetudinis Neapolitanæ, secundum quam debetur unicum salarium, & omnia emolumenta incerta, quia salarium dignitatem respicit, incerta verò laborem, & ideo debetur pro utroque officio, sicut etiam aliæ honorantiæ, quas nos mancias appellamus, facit idem Sanselic. *dec. 380. cum. addit.* ubi etiam quando possint exerceri duo officia incompatibilia, Zacch. *de Salar. dec. 21. num. 5.* Bertach. *vol. 67. n. 4. & 5.* Carol. Ant. De Luc. *de Plural. homin. leg. cap. 87. per tot.* 25

An, & quando gerenti duo officia debeatur duplex salarium, vel non, adde Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. c. 35. nu. 24. & seqq.* Bertachin. *loc. cit.* Carol. Ant. De Luc. *loc. supra cit.*

Permissum est etiam recipere mercedem pro delegationibus sibi factis ultra administrationem, & onus proprii officii, Mastril. *de magistr. c. 31. nu. 79. lib. 1.* Sansel. *dec. 320. num. 11. et dec. 380. cum addit.*

Item si quis in uno die expediat, id quod erat in duobus expediendum, non prohibetur duplicatum, seu duorum dierum salarium exigere, & idem est si eodem tempore vacet duobus negotiis distinctis, & compatibilibus, vel si agatur de officiis in labore consistentibus; quod exercens *pro interim* officium non consequatur nisi medietatem salarii ordinarii, & alia, Sansel. *cum addit.* & aliis citatis *d. dec. 328. per tot.* facit Dian. *resol. mor. d. 3. tract. 5. res. 77.* ubi an Commissarii possint tantùm à singulis exigere, quantum ab uno solo possent, ubi sunt plures inquisiti, &c.

Quòd salarium duplex pro quolibet die possit exigi ubi Judex, vel commissarius duobus negotiis vacat, nec unum per aliud impediatur, quia ex hoc fiscus non est in damno, cùm secundùm negotium alteri commisisset, cui fuisset solutum salarium, judicatum referunt in causa cujusdam Magistri Actorum, Franc. Merlin. *contr. for. part. 2. c. 7.* & Joseph. Feliu. Cerezo *in Margar. var. conclus. verb. Salarium col. 1.* facit Pacion. *de locat. cap. 50. nu. 97. et 98.* ubi de conducto ad negotium intra certum tempus peragendum, ut totum salarium consequatur, si breviori tempore negotium perfectè egerit, & de iter facere debente, quòd si uno die faciat quantum deberet in duobus, salarium habeat pro duobus. Vide Card. De Luc. *de Judic. disc. 24. n. 5.*

An autem salarium exigendum a pluribus reis tam ex contractu, quàm ex delicto possit ab uno insolidum exigi, cæteris existentibus non solvendo; & alia plura ad rem, latè Carlev. *de judic. tit. 2. Disput. 5. per tot. fol. mihi 285. etc.* ubi pro affirmativa cum pluribus declarationibus, & illationibus practicis.

Salarium promissum procuratori, & conventum in certa annua quantitate, debetur ei, etiamsi in causa nihil fecerit, quando per eum non stetit, cùm sufficiat, quòd eveniente occasione esset paratus operas suas præstare, maximè ubi fuit simpliciter, & liberè constitutum, & non intuitu, & contemplatione certorum laborum, *l. salarium ff. mandat. l. 1. C. eod. l sed addes §. cum quidam, l. si operas ff. locat.* Natt. *cons. 452. num. 2.* Surd. *cons. 306. nu. 9. lib. 3.* Rot. in selectis per Farinac. *p. 1. tom. 1. dec. 330. per tot.* Cavaler. *dec. 502.* Lanfran. Zacch. *de salar. et merced. q. 23. num. 30. et seqq.* Pacion. *de locat. c. 50. n. 2. et seqq.* ubi latè declarat; & an indistinctè procedat tam in operibus in probitate virtutis, quàm in simplici labore consistentibus. Bonden. *collect. 50. n. 5.* 26

Salarium conventum tempore conductoris, censetur repetitum etiam pro tempore, quo quis in servitio continuavit, & ad rem, Rot. *par. 15. recent. dec. 206. per tot. & par. 16. dec. 264.* ubi etiam quòd non dicitur immutatum per novam conventionem, & augumentum eidem factum pro novo labore, & industria præstanda, cum in dubio novatio non præsumatur, nisi fiat verbis expressis, vel per incompatibilitatem. 27

Sala-

28 Selarium debitum proaenetæ pro conclusione contractus, etiam matrimonii, est solvendum, etiamsi postea contractus effectum non sortietur, & quere, ac plura de utilitate officii proaenetarum in Civitatibus, Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 146. *per tot.*

Alia de diversis saleriis, & eorum privilegiis remissivè, Ægid. de Castejon, *in Alphab. jurid. verb. Salaria.*

29 De salariis diversorum plura notat Bertachin. *in Repert. verb. Salarium*, Thoro *Compend. decis. Neap. p.* 1. *et* 2. *eod. verb.* ubi refert multas decisiones factas circa diversa saleria, Cabed. *dec.* 8. *par.* 1. ubi de Saleriis Senatorum, & aliorum Officialium, *decis.* 94. ubi an salerium debeatur Canonico existenti in servitio Episcopi, *decis.* 62. ubi de salario famulorum, & an debeatur pueris ante 14. annos, *et dec.* 214. ubi de salerio Advocatorum, & Procuratorum, *et part.* 2. *dec.* 29. ubi de Capitaneo, qui tamquam Donatarius per se non servit, sed Rex alium Capitaneum exercentem facit, an teneatur solvere salarium substituto, vel ipse substitutus serviat expensis ejusdem Regis, & alia per Mastril. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21. Larrea *dec. Granat. part.* 2. *quæst.* 85. vide de salariis Judicum, & administratorum, an in concursu creditorum sint præferendi, Flores de Mena *lib.* 1. *quæst.* 8. Fernand. de Ottero *tract. de Official. Republ. cap.* 16 *per tot. fol. mihi* 206. Cresp. de Valdaur. *in repertor. verb. Salarium*, Zacchia, & alii plures citati à Com. Auguil. Font. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Salarium fol.* 573. etc. Brunnemann. De Luc. Altimar. Bertachin. Mans. Palm. & alii moderni.

30 Salarium debetur ex publico cuilibet Judici ordinario Fagnan. *in cap. præterea n.* 49. *ne Prælat. vices suas.* Judices Ordinarii hodie debent habere salaria a Principe, qui tenetur subditis gratis justitiam ministrare Crescin. ad Abecclet. *obser.* 19. *n.* 2. *part.* 1.

31 Nemo cogitur sine stipendiis, aut salario militare Crescin. ad Abecclef. *d. obser.* 19. *nu.* 3. *part.* 1. ex quo infert Judicem, qui non habet salarium, posse a Partibus litigantibus sportulas exigere, quod etiam extendit ad Judicem, qui habet salerium tenue, & insufficiens.

32 Causæ mercedis, & salarii expediri possunt diebus feriatis Zach. *de Salar. et merced. quæst.* 92. *per tot.* Crescin ad Abecclef. *obser.* 77. *n.* 33. *part.* 1.

33 In causis salarii appellatio admitti non potest Zech. *de salar. quæst.* 107. Sanfelic. *dec.* 132. Altim. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 4. *n.* 7. *et* 8. *tom.* 3. Crescin. ad Abecclet. *obser.* 166. *n.* 17. *part.* 1.

34 Salarium debetur etiam exercenti munus alteri demandatum, si in tali ministerio non sit electa industria personæ, sed tantum effectus operæ Fagnan. *in cap. gravius n.* 81. *et* 93. *de restitut. spoliat.*

35 Inserviens alicui sub spe futuræ remunerationis non potest prætendere salarium. Rot. cor. Mantic. *dec.* 666. *nu.* 6. & coram Pamphil. *dec.* 64. *num.* 4. Bertachin. *vot.* 75. *n.* 11.

36 Salarium denuò est solvendum Operariis conductis ab alio, cui Dominus fundi salarium eo signavit, & aufugit, & quando Bertachin. *Vot.* 45. *per tot.*

37 In discrepantia quantitatis salarii attenditur ratio minor Feat. *in leg. qui Concubina* §. *cum ita ff. de leg.* Rot. *dec.* 3. *nu.* 5. *et* 6. *part.* 15. *rec.* Bertachin. *vot.* 56. *n.* 2.

38 Salerium est solvendum ab eo, qui aliquid fieri mandat, licet in commodum tertii Bertachin. *vot.* 45. *n.* 6. Limita in Ministris, tutoribus, & aliis similibus. Bertachin. *ibid. n.* 7.

39 Victus, & Vestitus cedunt in causam, & satisfactionem salarii, nisi constet de contraria conventione. Rot. coram Caval. *dec.* 400. *nu.* 5. Bertech. *vot.* 75. *n.* 9.

40 Salerium ad peculium quasi castrense spectet. Brunnemann. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 52. *leg.* 7. *n.* 5. *col.* 2. *tom.* 2. *pag.* 75.

41 Speciali Principis mandato ad salarium constituendum opus est Brunnemano *in Cod. lib.* 10. *tit.* 36. *leg. unic. n.* 4 *tom.* 2. *pag.* 966. *col.* 2.

42 Salarium liberali studio promissum quando debeatur. Brunnemann. *in C. lib.* 2. *tit.* 7. *leg.* 25. *num.* 3. *pag.* 109. *col.* 2. *et lib.* 2. *tit.* 8. *l.* 7. *n.* 14. *pag.* 112. *col.* 2. *tom.* 1.

Observantia satis attenditur in hac materia an ab uno, vel ab altero debeatur salarium. text. in *l. si de interpret. ff. de legib.* Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 32. *ex nu.* 17. *et* 25. *cum seq.* Card. De Luc. *de Regal. disc.* 21. *n.* 5. 43

Salarium debitum ex operibus animalium potius eorum fructus dicitur, & debetur absque conventione. Card De Luc. *de Emphyt. disc.* 4. *nu.* 2. Immò dicitur pars substantiæ eorumdem animalium. Card. De Luc. *ibid. n.* 5. 44

Salerium an peti valeat per hæredem gravatum, ubi ei sit prohibita Trebellianica. Card. De Luc. *de Legit. disc.* 33. *n.* 5. 45

Salarium debetur tutori, & cuicumq; administratori etiam fideicommissi. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 588. *n.* 52. *de Tutor. in Sum. num.* 58. Et vide infra *n.* 60. 46

Sequestratarius an salarium consequi debeat Card. De Luc. *de Judic. disc.* 13. *n.* 19. 47

Salarium arbitri quale sit. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 12. *n.* 14. 48

Salerium Judicis pro accessu ad aliquem locum quale sit. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 24. *num.* 4. ubi de dicta legali. 49

Salarium causidicorum in Romana Curia quale sit. Card. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 46. *nu.* 47. ubi plenè agitur de taxa Juliorum viginti quatuor. 50

Salarium Causidicorum solvi solet menualiter absque receputa. Card. De Luc. *de Judic. in Ann. nu.* 33. & 35. 51

In concursu Advocatorum, Procuratorum, & Copistarum cuinam debeatur prælatio pro eorum salariis. Card. De Luc *de Cred. disc.* 118. *per tot.* Et an Advocatus in criminalibus sit præferendus. Card. De Luc. *ibid. n.* 3. 52

Salarium non debetur, sed servandum est quod inter partes actum est. Bald. *cons.* 155. *nu.* 2. *juxta med. vers. sed quando lib.* 5. Rot. *dec.* 118. *num.* 1. *part.* 4. *divers.* Capiat. *dec.* 357. *n.* 2. *part* 5. Et de circumstantiis illud excludentibus Capiet. *ibidem.* 53

Salarium pro sententia solvendum, seu sportulæ Judiciales, quando debeantur, & quomodo, & in quibus causis, & qua ratione, tàm de Jure, quàm ex consuetudine & adducitur Decretum de Saleriis & juxta styl in Baxeri. Rub. *de Consuet. Jur. in Summar. cap.* 3. *à nu* 204. *ad nu.* 400. ubi latè de hac materia, et vide eumd. *in Judic. verb. Sportulæ.* 54

Salarium exactoris, & computistæ est bonificandum ab eo, cujus favore fructus fuerunt exacti, & investiti. Rot. *decis.* 584. *n.* 3. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Et salarium debetur Administratori ex bonis administratis Emerix jun. *decis.* 916. *n.* 1. 55

Salarium conventum cum medico per infirmum, si sit justum, & moderatum est solvendum, non solum ab ægroto, sed etiam ab ejus hæredibus Afflict. *dec.* 123. ubi etiam Urill. Magon. *dec Flor.* 11. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 14. *sect.* 3. *n.* 32. *tom.* 3. 56

Salarium certum dicitur, si fuerit constitutum juxta solitum. Bald. *in l. binos, sub n.* 4. *C. de Advocat. divers. Jud.* Zachias *de salar. quæst.* 9. *num.* 34. Emerix Jun. *dec.* 1255. *n.* 1. 57

Salarium taxatum in albo familiæ Exactori censetur ab ipso approbatum, si habita de illo scientia continuavit in exactione. Emerix Jun. *dec.* 862. *n.* 4. & *dec.* 884. *n.* 7. Adeo ut non possit majus peti sub prætextu, quod antecessori suo majus fuerit constitutum. Emerix Jun. *d. dec.* 862. *nu.* 5. Vide Bertachin. *vot.* 56. *n.* 7. & 8. *et vot.* 75. *per tot.* 58

Exemptio ab oneribus, quamvis ampla, non comprehendit ea, quæ pro mercede solvuntur, cum salerium non sit onus, sed merces laboris. Menoch. *cons.* 297. *nu.* 20. *et seq.* Bursat. *cons.* 161. *nu.* 47. *et seq.* Galeot. *contr.* 54. *n.* 53. *lib.* 2. Episc. Rocc. *cap.* 70. *n.* 22. *lib.* 1. 59

An tutori, vel curatori pupilli, vel minoris debeatur salerium Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *qu.* 5. *sect.* 1. *n.* 1278. *fol.* 352. *tom.* 8. ubi etiam de decima, quæ eis datur in aliquibus Provinciis; Et quòd si salarium non fuerit ab initio petitum *ibidem* & quid 60

si non fuerit conventum, seu desinitum *ibidem*, debetur tutori, vel curatori alicujus Principis *ibid. vers. et debetur fol.* 353. an debeatur Patri balio filii *ibidem vers. secus esset et vers. patri balio*, debetur balio, quamvis tutor renunciet salario *ibidem vers. et debetur*, ab uno tutore an possit præstari alteri *ibidem n.* 1279. *vers. ab uno tutore*, in quibus casibus debeatur tutoribus *ibidem num.* 1279. *vers. sed hæc conclusio cum seqq.* & ex quibus causis debeatur tutori, vel curatori *ibidem*, debetur balio de bonis pupilli feudatarii, & an debeatur patri feudatarii, *ibidem n.* 801. *vers. balio debentur expensæ*; Et alia plurima circa hanc materiam Altimar. *loc. sup. cit.*

§. SALVIANUM. IV.

1 SAlvianum interdictum est actio in factum prætoria in rem scripta, & mixta magis participans de reali, & causa possessionis adipiscendæ competens domino fundi, vel alteri creditori habenti res coloni, vel alterius debitoris obligatas pro pensione, & damnis illatis, vel pro alio credito §. *Interdictum quoque*, ubi DD. *Instit. de interdict. tot. tit. ff. de Salvin. interd.* Marat. *part.* 4. *distinct.* 7. *n.* 11. Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 229. *fol.* 180. Scapuc. de Salvian. *lib.* 1. *q.* 1. *et q.* 4. Pacific. *eod. tract. Inspect.* 1. *cap.* 1. ubi etiam unde dicatur, & à quo fuerit inventum, Tusch. *litt. S. conclus.* 18. *&c.* ubi quid sit, quando, & contra quos competat, quando, & ex quibus dicatur intentatum, & qualiter differat ab hypothecaria, vide latè Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *per tot.* ubi ponit formulas omnium actorum, & sententiæ cum pluribus observationibus circa judicium Salviani, Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 19. *n.* 1.

Quòd debeat continere summam certam, ut possit possessor si velit, offerre, & immissionem impedire, Duran. *dec.* 268. *n.* 17. Ridolphin. *d. c.* 6. *nu.* 202. *&c.* vide *in §. Externum nu.* 8. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. judical. cap.* 6. *sub nu.* 14. *vers. exprimenda* Pellegrin. *loc. cit. n.* 16.

2 Salvianum est duplex, directum, & utile; directum datur locatori contra conductorem prædii rustici, utile verò contra conductorem prædii urbani, vel quemlibet alium debitorem pro adipiscenda possessione rerum obligatarum, vel etiam contra tertios possessores vigore hypothecæ, cùm sit in rem scriptum, & sequatur possessorem, Jas. *in § Item serviana nu.* 100. *&c.* ubi etiam Aret. *nu.* 9. *Instit. de act.* Scapuc. de Salvian. *quæst.* 2. ubi quomodo differat à serviana actione, & hypothecaria, Gratian. *discept. for. cap.* 166. *n.* 20. *&c.* Pac. Jordan. *loc. supr. cit. nu.* 230. Put. *dec.* 207. *lib.* 1. Tepat. *var. resol. tom.* 1. *tit.* 186. Ridolphin. *d. cap.* 6. *nu.* 53. *& seqq.* Paul. Christin. *dec.* 145. *vol.* 4. Ricc. *Collect.* 3914. *&c.* Pellegrin. *d. intersect.* 19. *n.* 12.

3 Salvianum ut habeat locum, debent concurrere requisita necessaria, nempè creditum ex parte actoris cum hypotheca, possessio debitoris de tempore factæ obligationis, vel postea, & possessio rei conventi de tempore moti judicii, Seraph. *dec.* 1415. Rota per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *dec.* 294. Ludovis. *dec.* 491. *n.* 6. Scapuc. *d. tract. lib.* 1. *quæst.* 33. *& quæst.* 25. ubi etiam quòd si contingat disputari de identitate rei, est probanda per actorem, & quòd solent fieri in calce libelli interrogatoria, an conventus possideat, vide Ridolphin. *d. cap.* 6. *n.* 69. *& seqq.* Merlin. *decis.* 21. *& decis.* 487. *per tot. dec.* 624. *& dec.* 895. Ricc. *Collect.* 1262. 2967. *&c.* Peregr. *dec.* 48. Rot. *p.* 9. *rec. vol.* 1. *dec.* 7. *& dec.* 161. *n.* 1. *&c. d. par.* 9. *& dec.* 167. ac alibi sæpè, *& par.* 10. *dec.* 30. *n.* 1. *& seq. dec.* 172. *n.* 1. *& seq. dec.* 204. *n.* 2. *&c. p.* 12. *dec.* 393. ubi etiam qualiter probentur dicta requisita *part.* 13. *dec.* 230 *n. &c. dec.* 455. *nu.* 1. *& seqq. p.* 14. *dec.* 108. *per tot. & dec.* 353. *per tot. & part.* 15. *dec.* 384. ubi etiam quod concurrentibus dictis requisitis, omnes aliæ rejiciuntur exceptiones *p.* 16. *dec.* 97. *per tot. & p.* 18. *decis.* 520. *per tot. et* 681. Statil. de Salvian. Interd. *dec.* 5. *nu.* 8. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. num.* 14. *vers. requisita*. Vide Pellegrin. *d. intersect.* 19. Emerix jun. *dec.* 59. *n.* 1. *et* 2. *dec.* 347. *n.* 2. *dec.* 446. *n.* 1.

Quòd in specie debeat constare de credito, Grat. *discept. for. cap.* 22. *per tot.* & certo, & liquido, & quare Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 187. *n.* 12. *et seqq.* dixi *in §. Extremum n.* 8.

Quòd non sufficiat constare de credito in genere, sed apparere debeat, de illius specifica, & determinata quantitate, aliàs sit deneganda immissio ex Salviano Bich. *dec.* 183. *n.* 4. ubi plures concordantes allegat.

Quòd dictis tribus requisitis concurrentibus certum sit intrare Salvianum, Duran. *dec.* 401. *n.* 1. *etc.* latè Altograd. *cons.* 4. *nu.* 2. *et seqq. lib.* 1. ubi duo tantùm extrema constituit, sed in substantia coincidunt cum prædictis, de quibus etiam Ridolph. *d. cap.* 6. *num.* 69. *et seqq.* Merlin. *d. dec.* 487. *per tot. dec.* 624. *et dec.* 895. Rot. *d. dec.* 7. *part.* 9. *rec. par.* 13. *dec.* 230. *nu.* 1. *etc. part.* 14. *dec.* 440. *nu.* 1. *etc. part.* 15. *dec.* 384. *par.* 16. *dec.* 97. *per tot. et part.* 18. *dec.* 520. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. & Pellegrin. *loc. cit.*

Quomodo autem dicta extrema probentur dixi *in §. Extremum*. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Et quòd dictis extremis, vel aliquo eorum deficientibus cessat Salvianum, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 253. *nu.* 1. *etc.* Bich. *dec.* 144. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 191. *n.* 2. *etc.* Vide Carol. Ant. De Luc. & Pellegrin. *ubi supra*.

Salvianũ datur nõ solùm ubi adest expressa hypotheca, sed etiã ubi adest tacita, & attenditur tempus promissionis, non numerationis, unde competit pro fideicommissis, & pro legatis etiam annuis, sive consistant in quantitate, sive in specie, Scapuc. de Salvian. *lib. pr. quæst.* 6. 7. 8. ubi multis allegat, Grat. *discept. forens. cap.* 62. *num.* 31. *et* 41. *&c.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 19. *n.* 10. *&* 11. 4

Quòd competat fideicommissario probatis requisitis, propter hypothecam, quam habet in bonis testatoris, Duran. *decis.* 432. *in fine*, Urceol. *Consult. for. cap.* 19. *n.* 3. vide in *§. Fideicommissum n.* 45. Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 64. *&c. & cap.* 7. *num.* 87. Argel. *de acquir. possess. quæst.* 8. *art.* 33. *per tot.* Merlin. *decis.* 186. *per tot.* Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 38. *per tot. & part.* 18. *decis.* 216. *n.* 2. *&c.* Pellegrin. *dict. n.* 11.

Item etiam legatario juxta communem, & veriorem sententiam, Caval. *dec.* 420. Duran. *dec.* 352. *num. pr.* Scapuc. *d. quæst.* 7. *nu. pr. & seqq.* Ferentil. ad Burat. *decis.* 286. *n.* 19. Rot. in selectis per Farin. *par. pr. dec.* 387. *per tot.* cum aliis per Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 61. *et seqq.* ubi quòd datur non solùm contra alia bona per testatorem possessa, sed etiam contra ipsas res legatas, ac contra mobilia, pecunias, & nomina debitorum. Statil. *d. tract. dec.* 2. *n.* 3. *et dec.* 292. *n.* 1. Pellegrin. *dict. n.* 10.

Salvianum utile competit mulieri agenti ad dotem præ inopia viri, contra tertios possessores, Scapuc. de Salvian. *lib. pr. quæst.* 10. 5

Item datur soluto matrimonio, si confessio dotis non patiatur defectum, & sit vera, non simulata, nec in fraudem creditorum, Scapuc. *loc. cit. q.* 11.

Item datur quando mulier agit in subsidium contra possessorem rei æstimatæ in dotem traditæ, vel emptæ ex pecunia dotali, Scapuc. *loc. cit. quæst.* 12. *&c.* vide *in §. Mulier num.*

Item competit etiam creditori conditionali purificata conditione, Scapuc. *ubi supra quæst.* 13. vide *in §. Hypotheca num.*

Item competit creditori census, vel alterius annuæ præstationis, & non tantùm pro decursis, sed etiam pro decurrendis ad effectum solvendi adveniente tempore, Scapuc. *d. tract. q.* 14. *per tot.* nisi obstet præscriptio, cùm Salvianum præscribatur decennio regulariter, non tamen incipit, nisi à die, quo debitor census cessat solvere, nec currit stante mala fide, Duran. *decis.* 401. *num.* 13. *&c.* vide *in §. Præscriptio num.* 16. Cenc. *de cens. quæst.* 98. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 353.

Item competit non obstante clausula *constituti*, Pacific,

cific. de Salvian. *inspect.* 3. *c.* 2. *n.* 107. *&c.* Scapuc. *eod. tract. q.* 15. obi probat Bellon. & alios contrarium tenentes, vide *in §. Constitutum num.* Bich. *dec.* 136. *num.* 11. *& seqq.* & est ratio quia constitutum est modus fictus acquirendi, & proindè agi potest ad consecutionem possessionis per modum verum & actum facti.

Item datur etiam creditori habenti specialem hypothecam, & dominii reservationem super re vendita, vel aliter alienata; non obstantibus contrariis, quibus respondet Scapuc. *dict. tract. quæst.* 16. *&c.* Statil. Pacif. de Salvian. *interd. dec.* 29. *num. pr.*

Item datur creditori creditoris contra tertium possessorem bonorum sui debitoris, Franch. *decis.* 75. *num.* 8. Thomat. *decis.* 44. *num.* 2. Rot. *decis.* 760. *n. pr. part.* 2. *recentior.* Gregor. *decis.* 362. *num.* 8. *&c.* Rota *part.* 10. *recent. decis.* 118. *num.* 10. *&* 11. *part.* 24. *decis.* 394. *per totum*, ubi etiam de extremis, & aliis probandis ab agente contra debitorem debitoris, ex hoc remedio Salviani, *& part.* 15. *decis.* 209. *nu.* 9. *&* 10. dixi *in §. Nomen*, Merlin. *decis.* 2. ubi quòd nec extinguitur hypotheca, & consequenter neque Salvianum per transactionem, vel cessionem factam à debitore debitoris, sed tantùm per veram solutionem. Contrarium firmat Scapuc. *d. tract. quæst.* 17. vide *in §. Creditor num.* 34. *& §. Debitor num.* 66.

Item datur hæredi creditoris, & hæredi hæredis in infinitum, ac etiam cessionario, Scapuc. *d. tract. quæst.* 18. Duran. *decis.* 401. *num.* 4. *&* 5. ubi quòd datur cessionario, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 65. *&c.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 19. *n.* 9.

6 Salvianum competit non solùm pro sorte principali, sed etiam pro damnis, & interesse propter moram passis, Scapuc. de Salvian. *quæst.* 19. Pacific. *eod. tract. Inspect.* 4. *cap.* 201. Cabal. *cons. decis.* 53. *num.* 9. *& seqq. lib. pr.*

Et potest intentari adversus omnia bona debitoris obligata, ut tandem tædio affectus citius solvat, Scapuc. *dict. tract. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 4.

7 Salvianum non competit filio pro consequenda legitima, vel ejus supplemento super bonis paternis, cùm in eis non habeat hypothecam, Scapuc. de Salvian. *lib. pr. quæst.* 9. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *qu. pr. & quæst.* 7. vide *in §. Legitima num.*

8 Salvianum non datur contra anteriorem creditorem, qui solvit pretium rei cum reportatione jurium, vel etiam sine cessione ex æquitate, Scapuc. *lib.* 2. *quæst.* 6. Bich. *dec.* 144. *n.* 24. vide *in §. Emptio n.*

Qualiter competat creditoribus hypothecariis super commoditate usufructus bonorum maternorum, vide in *§. Ususfructus num.*

Et qualiter super commoditate locorum Montium, Rot. post Pacific. de Salvian. *decis.* 29. Gratian. *discept.* 943. *n.* 22. & Jo. Bapt. de Luc. *tract. de Reg. lib.* 2. *disc.* 38. *per tot.* vide in *§. Loca.*

9 Salvianum potest in eodem libello cumulari cum hypothecaria, & sic cum petitorio, quo casu si non probetur in petitorio, erit tantùm ferenda sententia in possessorio, & valebit, Scapuc. de Salvian. *libr.* 5. *quæst.* 21. Pacific. *eod. tract. Inspect.* 1. *cap.* 3. *&* 4. Duran. *decis.* 327. *n.* 5. *&c.* vide *in §. Hypotheca nu.* 59. *& §. Libellus num.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 398. *n* 40. *& seqq.* Cabal. *cons. decis.* 53. *per tot. lib.* 1.

Quòd Salvianum videatur intentatum per clausulas salutares solitas poni in libello, videlicet *petens*, *&c. deducens*, *&c.* dummodò fuerit narratum quid, ex quo possit oriri Salvianum, Scapuc. *d. tr. lib.* 1. *qu.* 22. Gratian. *dec.* 71. *n.* 17. *&c.* Cabal. *loc. cit.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 6. *n.* 14.

10 Salvianum datur ad hoc ut creditor immissus in possessionem sibi satisfaciat de fructibus, (nisi agatur de creditore bonorum, cui etiam competit Salvianum ad effectum consequendi rem ipsam) non autem ut possit vendere, vel sibi facere adjudicare pignus, nisi prius agat petitorio, vel obtineat licentiam à Principe, quæ solet concedi, quando aliàs nisi post longum tempus non potest esse consultum creditori ex fructibus, ut benè probat Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 90. *& seqq.* & dixi *in §. Creditor num.* 26. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 19. *n.* 12. Emerix jun. *decis.* 9. *per tot. & decis.* 737. *n.* 11. Ansald. *decis.* 97. *n.* 18.

Salvianum quas exceptiones admittat, vel non, dixi latè in *§. Exceptio num.* 17. *& seqq.* Cabal. *cons.* 53. *num* 8. *lib.* 1. ubi quod non admittit excussionem. Pellegrin. *allegat. intersect.* 19. *nu.* 17. Ansald. *decis.* 89. *num.* 46. 11

Item an admittat appellationem, vel non, dixi in *§. Appellatio nu.* 51. *& seqq. in §. Ægidiana per tot.*

Qualiter præscribatur, vel non, Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 204. vide in *§. Præscriptio num.* 16. Rot. *part.* 18. *decis.* 191. *num.* 10. *&c.* cum aliis pluribus ibi relatis, *& part.* 19. *decis.* 26. *per tot.* ubi quòd præscribitur per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, quia tanto tempore præscribitur hypotheca, sine qua non datur Salvianum, vide *in §. Hypotheca num.* 53. Si tamen possessor scientiam habuerit de credito, & sic versetur in mala fide, non potest dicta præscriptione juvari, Rot. *dict. part.* 19. *decis.* 231. *per tot.* ubi fuit recessum à priùs decisis in eadem causa. Statil. *d. tract. decis.* 27. *num.* 8.

Salvianum non competit Judæis ex defectu hypothecæ pro illorum creditis, ut dixi in *§. Judæi num.* 26. Merlin. *de pign. lib. pr. tit.* 3. *quæst.* 16. *nu.* 5. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 225. *per tot.* Card. de Luc. *de Cred. disc.* 151. *num.* 12. *de judic. disc.* 44. *nu.* 52. ubi etiam de forensibus. Rocc. Episc. *cap.* 139. *per tot. tom.* 2. 12

De Salviano interdicto (ultra jam citatos) aliqua norant Bertschin. *in Repertor. verb. Salvianum*, Joseph. Feliu. *Margarit. var. eod. verb.* Cyriac. *contr.* 191. *&* 192. Marescott. *lib.* 2. *var. cap.* 117. *& seqq.* Camil. Capuc. *in Prax. tom.* 2. *part. pr. cap.* 6. *per tot.* Gob. *consultat.* 96. *&* 97. Marchesius *tract. de Salvian.* aliique plures citati à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Salvianum*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 576. *&c.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersf.* 19. *per tot.* Carl. Ant. De Luc. *in Practic. judic. cap.* 6. Card. De Luc. *in Indic. general.* Episc. Rocc. 13

De Salviano, ut competat tantùm locatoribus, & non aliis creditoribus, atque impediatur per exceptionem excussionis, demonstrare ex multis satagit Andreol. *contr.* 383. *per tot.* loquitur tamen, ut ipsa agnoscit, contra communes opiniones, vel debet intelligi juxta per me in hoc *§. notata*, *& in §. Excussio*, ac alibi. 14

Salvianum datur propter hypothecam Rot. *decis.* 15. *n.* 1. *decis.* 26. *n.* 1. *et decis.* 126. *n.* 1. post Pacif. *de Salvian.* Pellegrin. *loc. cit. n.* 4. Captar. *decis.* 357. *n.* *n. part.* 1. 15

Cum hypotheca sit mater, & fundamentum Salviani Rot. *in recent. part.* 1. *decis.* 385. *n.* 3. Pellegrin. *loc. cit.*

Et an sufficiat hypotheca quæ est in obligatione camerali De Luc. *de Judic. disc.* 44. *n.* 47., vel hypotheca tacita, de qua *ibidem*

Et cessante hypotheca cessat Salvianum Rot. *rec. decis.* 285. *n.* 5. *part.* 4. *decis.* 17. *n.* 27. *part.* 5. *& dec.* 206. *nu.* 2. *part.* 7. Pellegrin. *ubi supra* Emerix jun. *decis.* 26 *n.* 2. *decis.* 1164. *n.* 5. Caprar. *decis.* 24. *n.* 2. *et decis.* 175. *n.* 1. *part.* 1.

Salvianum non datur nisi contra possidentem Pellegrin. *ubi supra n.* 5. 16

Et quando datur Salvianum, præsupponitur quod Reus jam possideat, alias non daretur Pacil. *de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 435. Pellegrin. *dict. n.* 5.

In Judicio Salviani disceptatur de sola possessione Tiber. Salust. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 10. Pellegrin. *ubi supr. n.* 14. 17

Et possessio sola avocatur Rot. post Pacific. *de Salvian. decis.* 2. *n.* 8. Pellegrin. *loc. cit.*

Non avocatur proprietas, sed tantum commoditas percipiendi fructus Emerix jun. *decis.* 131n. *n.* 6.

Ideòque immissus in possessionem rei vigore Salviani, non acquirit nisi solam detentionem rei Seraphin. *decis.* 725. *num.* 4. Butatt. *decis.* 240. *num.* 11. Pelleg. *loc. cit.* Rocc. Episc. *cap.* 139. *n.* 32. *lib.* 2.

Et sic creditor non sibi, sed debitori possidet Tiber Salust. *dict. cap.* 2. *nu.* 36. Rot. *decis* 172. *num* 8. *part.* 5. *rec.* Pellegrin. *ubi supra*. Et sic æquiparatur co-

colono Episc. Rocc. *dict. cap.* 139. *n.* 35. *lib.* 2.

Consequenter penes debitorem remanet vera possessio Duran. *decis.* 70. *n* 5. Rot. *decis.* 49. *nu.* 1. *part.* 5. *recent.* Pellegrin. *ubi supra* Rocc. Episc. *cap.* 139. *n.* 32. *lib.* 2.

Et Salvianum non tribuit dominium, nec possessionem, sed utrumque remanet penes debitorem De Luc. *de Judic. disc.* 44. *n.* 27. & 73.

Fructusque tantùm computantur in extinctionem debiti ad commodum ejusdem debitoris Pellegrin. *ibidem.*

Et Salvianum dirigitur propriè ad fructus Ansald. *decis.* 89. *n.* 43.

18 Ex quibus colligitur quod postquam creditor satisfactus fuerit de suo credito ex fructibus rei, in cujus possessionem immissus fuit per viam Salviani ad effectum se satisfaciendi, restituere tenetur rem ipsam debitori Rot. *recent. part.* 6. *decis.* 161. *num.* 3. Pellegrin. *loc. cit.*

Quod si illicò non restituat spoliare dicitur, & proinde intentari potest contra illum actio spolii, & sic interdictum recuperandæ Pellegrin. *ibidem.*

19 Ex quibus etiam constat in Salviano per solam immissionem non dici factum locum evictioni, quia per Salvianum sola detentio avocatur, ut diximus, non autem possessio Episc. Rocc. *cap.* 139. *num.* 33. *lib.* 2. & vide De Luc. *de Credit. disc.* 135. *n.* 11.

20 Licèt Rovit. *in Pragm. de assist.* affirmet Salvianum non dari contra tertium possessorem, attamèn illum nominatim refellunt Gait. *de credit. quæst.* 7. *n.* 775. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 6. *n.* 54. *vers. scio.*

21 Salvianum retardari nequit de credita posteriora Emerix jun. *decis.* 639. *n.* 1. & *decis.* 1164. *n.* 5.

Et in Salviano ad impediendam immissionem à creditore anteriore petitam, solutiones factæ à possessore convento posterioribus creditoribus non suffragantur ad text. In *l. cum qui à debitore* 17. *ff. qui potior. in pignor. habeant* Episc. Rocc. *cap.* 139. *n.* 2. *lib.* 2.

22 Salvianum datur substitutis in testamento Cavaler. *decis.* 357. *n.* 1. Pellegrin. *ubi supra n.* 9.

23 Salvianum datur cessionario Creditori Duran. *dec.* 401. *nu.* 2. Rot. *rec. part.* 4. *decis.* 28. *nu.* 1. Pellegrin. *dict. n.* 9.

24 Actio Salviani conceditur in bonis post contractam hypothecam à debitore acquisitis Urceol. *consult.* 24. *nu.* 12. 23. & *seq.* Rot. *dec.* 407. *nu.* 9. *part.* 5. *rec.* & coram Seraph. *dec.* 935. *nu.* 1. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 45. *lib.* 8. *n.* 2. *vol.* 3.

25 Immissio in vim Salviani creditori hypothecario adversus possessorem rei semel à debitore possessæ conceditur Rot. coram Gregor. *dec.* 491. *nu.* 6. & coram Merlin. *dec.* 487. *n.* 1. & coram Priol. *dec.* 9. *nu.* 5. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 10. *n.* 1. *lib.* 9. *vol.* 3.

26 Salvianum interdictum competit creditoribus defuncti contra bona hæredis Salgad. *Labyr. credit. part.* 2. *cap.* 25. *n.* 53. & *seq.* Rub. *de Confus. Jur. cap.* 22. *n.* 3.

27 Non mittitur executioni immissio ex Salviano ante liquidationem. Vide Surd. *dec.* 27. Rub. *de Confus. Jur. d. cap.* 22. *n.* 18.

28 Impeditur Salvianū oblatione solutionis crediti, pro qua terminus debitori condemnato concedi debet Rot. post Pacif. *de Salv. dec.* 78. *nu.* 1. & 2. Rub. *de Confus. Jur. ibid. n.* 23.

29 Impeditur oblatione cum fidejussoribus de solvendis in futurum annuis præstationibus, & damnis, & expensis facta liquidatione Pacif. *de Salv. insp.* 5. *cap.* 1. *num.* 11. *vers. Tertio tollitur cum seqq.* Rub. *de Confus. Jur. ibid. d. n.* 23.

30 Salvianum est dividuum, & tendit ad solutiones interpolatas Pacif. *de Salv. insp.* 3. *cap.* 2. *n.* 542. Rub. *de Confus. Jur. d. cap.* 22. *n.* 40.

31 Quando Salvianum contra plures intentatum divisionem crediti inducat, & quid inde sequatur Rub. *de Confus. Jur. d. cap.* 22. *n.* 34. 40. 42. & *seq.*

32 Salvianum competere nequit contra tertium possidentem ex credito anteriore *l.* 2. *ff. qui potior. in pignor. hab.* Pellegr. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 29. *n.* 17. *vers. Prout pag.* 234.

Salvianum non competit Creditori jam immisso in alio fundo, nisi doceatur ex illo satisfieri non potuisse Surd. *cons.* 413. *n.* 18. *lib.* 3. Rot. *dec.* 161. *nu.* 23. & 24. *part.* 7. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 1164. *num.* 3. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 49. *n.* 8. *vol.* 3. 33

Salvianum non competit agenti adversus bona fideicommissaria, nisi probatis per eum singulis detractionibus, earumq; quantitate Emerix Jun. *dec.* 1305. *n.* 5., Maxime quando creditor consensit possessioni fideicommissariorum Emerix Jun. *ibid. n.* 6. 34

Creditor possidens in Salviano, vel titulo associationis bona sui debitoris, præsumitur integrè satisfactus de suo credito, nisi probet negativam ejus integralis satisfactionis Ansald. *dec.* 97. *nu.* 10. *part.* 2. Et talis negativa non probatur ex notula jurata per eum exhibita, quoties ipse agit adversus alia bona debitoris ex capite non integræ satisfactionis Ansald. *ibid. num.* 15. 35

Notulæ juratæ exhibitæ per Salvianistam vel Associatarium standum est circa quantitatem fructuum perceptorum ex bonis debitoris Ansald. *d. dec.* 97. *n.* 11. *part.* 2. Amplia licet talis notula in alio Judicio, vel Instantia fuisset minus justè rejecta Ansald. *ibid. n.* 16. Non tamen impeditur debitor justificare errorem, seu defectum talis notulæ. Ansald. *ibid. n.* 12. Dummodo ejusmodi error, seu defectus concludenter probetur Ansald. *ibid. nu.* 13. & *nu.* 17., Et vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 49. *nu.* 9. & 10. *tom.* 3. 36

Salvianum competit vigore crediti hypothecarii anterioris contra tertium possessorem bonorum debitoris. Vide Andreol. *contr.* 170. Ansald. *dec.* 89. *nu.* 13. *part.* 2. 37

Fructus in Judicio Salviani non debentur à die litis contestatæ, sed solum à die latæ sententiæ Rot. post Gob *tract. var. dec.* 10. *nu.* 22. & *dec.* 12. *nu.* 10. Ansald. *dec.* 98. *n.* 37. *part.* 2. 38

Omnes exceptiones quæ obstarent defuncto si viveret, & agere vellet hoc interdicto, obstant etiam ejus hæredi *l. scju ff. de evict. l. venditrici C. de reb. alien. non alienand.* Pellegr. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 19. *n.* 17. *pag.* 234. 39

Salvianum dari potest in locis Montium, & annuis redditibus Card. De Luc. *de Feud. disc.* 92. *sub n.* 5. *de Regal. disc.* 38. *n.* 4. *disc.* 43. *nu.* 3. *de Cred. disc.* 13. *n.* 18. 40

Salvianum exerceri non potest super proprietate rei non existentis in Commercio, sed bene super ejus Comoditate Card. De Luc. *de Regal. disc.* 38. *n.* 5. *de Cred. disc.* 41. *n.* 46. & *seq. disc.* 151. *n.* 7. & 14. 41

Salvianum quid importet Card. De Luc. *de Dot. disc.* 184. *sub n.* 10. 42

Immissus in Salviano tenetur solum de perceptis, & de iis, qui ex culpa lata percepti non fuerunt Card. De Luc. *de Dot. disc.* 201. *nu.* 3. *de Cred. disc.* 551. *n.* 13. 43

Immissus in Salviano ad bona Ecclesiæ non potest detinere ultra triennium Card. De Luc. *de Alien. disc.* 1. *n.* 36. *in fin.* 44

Salvianum an detur contra bona hypothecari, & alienari prohibita Card. De Luc. *de Judic. disc.* 44. *n.* 47. & 49. 45

Immissus in Salviano quam potestatem habeat in locatione, vel administratione bonorum Card. De Luc. *de Judic. d. disc.* 44. *n.* 27. 46

Salvianum non datur ubi certa, & liquida non est crediti quantitas Caldeson. *resol.* 52. *nu.* 9. *tom.* 1. *part.* 2. Et qualiter hæc non dicatur liquida *ibidem d. nu.* 10. & liquidum dicitur quod proximè venit liquidandum *ibid. nu.* 11. Et liquidum sufficit haberi posse etiam post sententiam, dummodo ante exequutionem *ibid. n.* 12. 47

§. SALVUSCONDUCTUS. V.

SAlvusconductus, quiquid aliqui opinati fuerint, dicitur favorabilis, & non odiosus, ac ideò latè interpretari debet, cùm nemini noceat, & dicatur gratia, vel beneficium Principis, Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *num.* 17. 23. & *seqq.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 23. *per tot.* Conciol. *res. crim. verb.* 1

Sal-

Digitized by Google

Salvusconductus resol. 4. *num.* 5. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 29. *n.* 36. *& seqq.* facit quod dixi in *§. Privilegium n.*

Ac idem est in dilationibus, Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. *§. pr. cap. pr. per tot.*

2 Salvusconductus per quos concedi possit, & quibus concedi debeat, vel non, & ad quem finem, & effectum, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *&* 337. *per tot.* Guaz. *deff.* 12. *cap. pr. num.* 44. *&c.* Clar. & Bajard. *quæst.* 32. *vers. tu scis*, Cabal. *resol. crim. cas.* 50. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 21. *&* 22. Farinac. *dict. quæst.* 29. *per tot.* Conciol. *res. crim. verb. Salvusconductus resol. pr. per tot.* Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 10. *num.* 11. *& seqq. per tot.* Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 106. *&* 107. Valasch. *allegat.* 67. *per tot.* Costa *de remed. subsid. remed.* 20. Capyc. Latr. *decis.* 105. *per tot.* ubi plura pro nullitate Salviconductus ex defectu potestatis, voluntatis, formæ, & doli impetrantis, Cyriac. *contr.* 473. Brunnemann. *sup. ff. lib.* 48. *tit.* 19. *leg.* 4. *n.* 4. *tom.* 2., ubi quod potest dari a quocumque Judice.

Quòd non possit concedi per Advocatum, vel Procuratorem Fiscalem, Ursil. ad Afflict. *dec.* 4. *per tot.* Farinac. *d. quæst.* 29. *n.* 98. Conciol. *loc. cit. num.* 9. Cartar. *decis. crim.* 44. *num.* 24.

Quòd non possit concedi Bannito ob crimen læsæ Majestatis, nisi ab ipso Principe, & concessus ab inferiore non valeat, nec debeat servari; bannito verò ad tempus propter aliud crimen possit concedi à judice ordinario, si ipse, vel ejus in officio antecessor condemnavit, aliàs secùs si fuerit condemnatus à Superiore, vel de ejus ordine, Cabal. *resol. crim. cas.* 50. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 337. *num.* 10. *&c.* dixi *in Pract. §. Salvicondotti num.* 8. ubi quòd in statibus Etruriæ, (ac idem alibi servatum vidi, & audivi) quando adhuc sumus in fabricatione processus, solet concedi salvusconductus à judice causæ inquisitis ad effectum se constituendi intra aliquod breve tempus ad arbitrium judicis, postquam verò fuit lata sententia, qua mediante quæsitum est jus fisco debet impetrari à Principe. Matthæu. *de re crimin. controv.* 20. *à num.* 11.

Quòd salvusconductus debeat servari quando fuit concessus, etiamsi concedi non debuisset, nisi adsit totalis defectus potestatis in concedente, Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *num.* 33. *cas.* 337. *n.* 5. *& seqq. ad* 23. Tusch. *litt. S. conclus.* 22. *nu.* 14. *&c. conclus.* 24. *per tot.* Sperel. *decis.* 148. *nu.* 48. *&c.* Conciol. *verb. Salvusconductus res. pr. nu.* 6. *et seqq.* vide Matthæu. Sanz. *d. contr.* 10. *num.* 11. *et seqq. per tot.* Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 106. *per tot.* Altiman *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 33. *a n.* 72. *et præsertim n.* 82. *tom.* 2.

Et ideò quandoque vidi salvumconductum concessum à judice alicui condemnato, licèt non debuisset concedi juxta prædicta, fuisse servatum, ne quis decipiatur sub fide publica, & cum in judice non dicatur adesse totalis defectus potestatis, sed benè ipsum judicem concedentem fuisse inquisitum pro hujusmodi concessione ad illum non spectante. Quando autem cesset dictum motivum, ne quis decipiatur sub fide publica, & salvusconductus non sit attendendus, Matthæu. Sanz. *d. contr.* 10. *per tot.* Vide Altimar. *loc. supra cit.*

3 Salvusconductus quibus ex causis possit, vel debeat concedi bannito, qua pœna sit puniendus violator hujusmodi salviconductus, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 337. *per totum*, Tusch. *litt. S. conclus.* 24. *per tot.* Farinac. *quæst.* 29. *n. pr. &c.* Didac. Maria ad Gizatel. *decis.* 81. *num.* 9. *&c. infrà num.* 7. Costa *de remed. subsid. remed.* 20. *per tot.* Capyc. Latr. *dict. dec.* 105. Vide Altimar. *dict. quæst.* 33. *a nu.* 66. Brunnemann. *sup. Cod. libr. pr. tit.* 12. *leg.* 5. *nu.* 4. *fol.* 47. Carpzov. *in Prax. quæst.* 112. *n.* 80.

An sit concedendus ad effectum ut possit venire ad ferendum testimonium in causis gravibus, vide in §. *Bannitus nu.*

Et an debeat offerri in citatione quando citatur aliquis pro uno delicto, qui jam pro alio erat contumax, vel bannitus, Sanfelic. *decis.* 236. ubi quòd si petatur, debet, ut locus sit tutus, concedi, aliàs sententia erit nulla; secùs autem si non petatur, & ideò non debet offerri, ac ita verè semper practicatum vidi Florentiæ, adde Farinac. *quæst.* 11. *nu.* 58. *&c.* dixi *addit. ad meam Practicam, §. Salvocondotto num.* 26. ubi plura.

Contrariam autem opinionem quòd debeat offerri aliàs sententia sit nulla, vel rescindenda sustinent, Farin. *loc. cit.* Conciol. *resolut. criminal. verb salvusconductus res.* 3. & alii ab ipsis citati, Zuff. *de legit. process. in annot. ad Coust. Barber. num.* 292. *& seqq. fol.* 397.

Salvusconductus an possit citato per judicem dari, est in ejus arbitrio inspecta qualitate personæ, & delicti, Bart. *in l. is, qui reus, ff. de publ. jud. & in leg. pr. ff. ad leg. Jul. majest.* Pract. Papp. *for. Inquisit. gloss. hæc est quædam num.* 32. 4

Quòd possit concedi à judice habente arbitrium, non tamen perpetuò, nec pro crimine læsæ Majestatis, Menoch. *de arbitr quæst.* 81. *per tot.*

Quòd Salviconductus à jure permittantur, & sint latè interpretandi *leg. releg. ff. de pœn.* Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *num.* 25. *& cas.* 337. ubi latè de hac materia, de qua etiam Farinac. *quæst.* 29. *per tot.* & Conciol. *resol. crim. verb. Salvusconductus resol.* 4. *per tot.*

Salvusconductus incipit statim currere à die concessionis, & non à die, quo pervenit ad notitiam illius, cui fuit concessus, cum sit continuus, & currat de momento ad momentum, Guid. Papp. *quæst.* 109. *num. pr.* Cabal. *resol. crim. cas.* 249 *per tot.* Genu. *de script. privat. tit. de litt. dilat. & morat. quæst.* 5. *fol.* 175. ubi loquitur de dilatione ad solvendum, & vult quòd incipiat à die concessionis, & non à die notificationis factæ creditoribus, Card. Tusch. *litt. S. concl.* 23. *num.* 25. 5

Salvusconductus non prodest pro delictis post illud obtentum commissis, imò pro illis, pro quibus fuit concessus, si malitiosè, & causa fraudandi Rempublicam, & delinquendi fuit impetratus, Cabal. *resol. crim. cas.* 218. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 337. *n.* 13. *etc.* Franch. *dec.* 258. *& dec.* 717. Surd. *dec.* 307. Capyc. Latr. *dec.* 105. *nu.* 32. *& seqq.* Conciol. *verb. Salvusconductus res.* 4. *num.* 6. *& seqq. & resol.* 5. *per tot.* Farinac. *quæst.* 29. *n.* 59. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 49. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2231. Sanfelic. *decis.* 48. Romaguer. cum pluribus aliis per ipsum citatis in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 9. *num.* 5. *& seqq.* ubi plura, an, quando delinquens sub assecuratione illum amittat, *et decis.* 49. *nu.* 6. *et decis.* 50. *per tot.* ubi de assecurato sub conditione, ne ingrediatur in aliqua civitate, vel loco, an deprehensus in continentiis illius Civitatis, vel loci gaudeat securitate. 6

Prodest tamen pro delictis occultis anteà commissis, pro quibus condemnatio non fuit sequuta, dummodò sint minora expressis, Men. *dict. cas.* 337 *num.* 8. Moron. *de treg. & pac. quæst.* 106. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 23. *n.* 26. *&* Farin. *quæst.* 29. *nu.* 57. Conciol. *d. res.* 4. *num* 12.

Quòd Salvusconductus habeat tacitam conditionem, nisi sequatur aliquid, per quod lex capturam permittat, adeòut qui deliquit sub salvoconductu, vel guidatico non solùm possit puniri de præsenti ultimo delicto, sed etiam de aliis, pro quibus fuit guidatus, vel assecuratus, intelligendo quando ultimum delictum fuit ex proposito, & non casu, vel ad defensam, Bart. *in leg bis qui servum ff. de verb. obligat.* Bursat. *cons.* 345. *num.* 34. *lib.* 4. Farinac. *quæst.* 29. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 10. *num.* 36. Conciol. *loc. cit. resol.* 5. *per tot.* Surd. *cons.* 270. *lib.* 2. ubi de assecurato cum clausula, ut in casu revocationis per decem dies ante certificetur, facto proclamate, ut non assecuretur, comprehenditur etiam jam assecuratus, cùm supervenerit casus, in quo non debeat assecurari ob conventionem inter Civitates factam.

Salvusconductus indeterminatè concessus, an pro una vice tantùm intelligatur, vel pluribus, Hercul. *tractat. de caut. de non offen. cap.* 37. *n. pr. &c.* Men. *de arb. cas.* 336. *n.* 36. Gabr. *comm. concl. lib.* 6. *tit. de leg. conclus.* 2. *nu.* 7. Tusch. *litt. S. conclus.* 23. *nu.* 20. & pro una vice tantùm Cartar. *decis.* 44. *numer.* 6. 7

Fagnan.

Digitized by Google

Fagnan. *in cap. innovamus a n. 4. de Tregu. & Pac.*

Quòd pendente salvoconducto nihil possit innovari, & debet ita intelligi, ut assecuratus nullam patiatur violentiam, nec cum armis, nec sine armis, nec judicialiter, nec extrajudicialiter, & ideò nec etiam possit citari, ad effectum ut tanquam contumax condemnetur, aliàs sententia fundata in hujusmodi contumacia sit nulla, Franch. *dec.* 673. & 674.

Quòd ego intelligo quoad causam, vel delictum, pro quo fuit assecuratus, & non pro aliis causis, vel delictis, vide §. *Bannitus num.* 25.

De processu contumaciali prosequendo adversus reum, qui ad se defendendum pro aliis delictis obtinuit salvumconductum, & se præsentavit, latè Cresp. de Valdaur. *observat.* 85. *per tot.* ubi junctis tribus Aulis fuit resolutum prosequi posse processum contumacialem, non obstante præsentia, & salvoconductu, dum salva remaneat persona, ad quam salvusconductus restringitur.

8 Salvusconductus concessus Christiano pro se, & sociis, prodest etiam judæo, qui una esset cum eo, cui fuit concessus, non tamen prodest hæretico, vel saraceno, nec aliis, qui fortuitò in itinere secum associarentur, & quando fuit concessus pro se, & tot personis, ac rebus suis, prodest nuncii, & sociis missis da per se, licèt ipse principalis domi remanserit, ac benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *n.* 4. *et seqq.* ubi etiam latè explicat quibus pœnis efficiantur offendentes hujusmodi assecuratos, & salvumconductum habentes, quòd in dictis violatoribus possit considerari crimen læsæ majestatis.

Quòd censeatur etiam concessus pro familia necessaria, & non solùm pro eundo, sed etiam redeundo, nisi ex subjecta materia appareat per solam itionem, & profectionem fuisse consumptum, & incipit vim sortiri statim à die concessionis, ita ut securitatem præstet non solùm foris, & itinere, sed etiam domi per aliquot dies, dum assecuratus se itinere præparat, Menoch. *d. cas.* 360. *nu.* 8. *& seqq. ad* 33. Card. Tusch. *littera S. conclus.* 23. *nu.* 14. *& seqq.* Farinac. *d. qu.* 29. Paul. Christin. *dec. Belg.* 70. *in fine vol.* 2. ubi quòd litteræ dilatoriæ incipiunt currere à die impetrationis, & non præsentationis, *& dec.* 59. *vol.* 5. ubi qualiter prosit non tantùm pro eundo, sed etiam pro redeundo, & ad *l. municip.* Meclin. *tit.* 2. *art.* 8. *num.* 2. Conciol. *resol. crim. verb. Salvusconductus resol.* 2. ubi quòd concessus pro eundo intelligitur etiam pro redeundo, nisi ea subjecta materia aliter appareat. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 33. *a num.* 66. *& præcipuè num.* 98. *tom.* 2. Brunneman. *sup. Cod. lib.* 11. *tit.* 1. *leg.* 1. *nu.* 8. *fol.* 992. *tom.* 2.

9 Salvaguardia in effectu parum differt à salvoconducto, solùm à Principe conceditur, cum is solus habeat usum armorum, & dicitur illa defensio, & protectio, quam potentior minus potenti præstare promittit, præstatur non tantùm pro persona, sed etiam pro bonis, quando est generalis non requirit citationem, certus si contra certam personam, nam tunc causa cognita conceditur, vel saltem per præceptum cum clausula justificata, *si senseris te gravatum compareas Justitiæ implementum recepturus*, & semper est servanda ob Principis voluntatem, & jussum antequam ab ipso revocetur, hucusque salvæguardiæ solent signa in prædiis, vel valvis domus aliqua insigi, ut omnibus innotescat, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 338. *per tot.* ubi etiam qua pœna puniantur violatores salvæguardiæ, & quod in ista violatione crimen læsæ majestatis considerari potest, & quando excusetur, vide Clar. *§. fin. quæst.* 47. *nu.* 3. *in fine*, Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 169. *num.* 5. *litter. S. conclus.* 24. *per tot.* latè Calvin. *tract. de æquitat. lib.* 3. *cap.* 228. Paol. Christin. *dec. Belgic.* 49. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 275. ubi quòd non præjudicat jurisdictioni inferiori, Gutierez *in Prax. qu.* 12. ubi de salvaguardia concedenda Vassallis adversus Dominos propter litem. Latè Abecclef. *obser.* 185. *part.* 1. ubi Crescin. *in Annot.* refert hunc locum.

Quòd occidens aliquem, qui stabat sub side, & securitate Principis, vel etiam ejus locumtenentis, dicatur committere crimen læsæ majestatis, & non gaudet indulto, Marcha *vot. Pis.* 141. *per tot.* Ballic. *dec. crim.* 2. *n.* 39. *& dec.* 9. *n.* 13.

Salvusconductus cessat, cessante illius causa, intelligendo de causa finali, Corn. *cons.* 122. *lib.* 4. Imol. *cons.* 33. Tiraq. *tract. Cessante causa verb. salvusconductus num.* 238. *&* 239. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 26. *per tot.* Caitar. *d. dec.* 44. *n.* 27. 10

Salvusconductus, vel dilatio ad solvendum potest regulariter à Principe concedi, etiam sine peccato, & de honestate justitiæ, stante magna difficultate, vel impossibilitate solvendi, ut tamen prosit impetranti debet in precibus exprimi qualitas debiti, an sit justum, fiscale, ex delicto, ex causa pensionis, Ecclesiasticum, cum Pupillo, vel vidua, quo tempore, & loco fuerit causatum, an aliam dilationem obtinuerit, & similia narrare, quæ possent Principem removere à concedendo, vel saltem difficiliorem reddere, Menoch. *de arbitr. cas.* 203. *num.* 14. *& seqq.* Carol. de Grass. *de except.* 32. *n.* 31. *& seqq.* Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de litt. dilat. vel morat. fol.* 171. M. Ant. Cuch. *tract. de Morat. nu.* 14. *& seqq. ad* 44. ubi plures adducit ampliationes, & à *n.* 45. *usque ad* 156. plurimas limitationes, latè etiam Dian. *part.* 7. *tract.* 8 *resolut.* 23. *& seqq. per tot.* Paul. Christin. *dec Belgic.* 130. *vol.* 1. *et dec.* 70. *et* 71. *vol.* 2. Novar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 51. *per tot.* latè Capyc. Latr. *dec.* 192. *per tot.* Vide Abecclef. & Crescin. *observ.* 123. *part.* 1. 11

Quod pro debito in civilibus non possit concedi salvusconductus ab alio, quàm Principe si ex mera gratia procedat, secùs autem si ex justitia, ut in dilatione quinquennali, quæ concurrente majori parte creditorum, potest per quemcumque judicem concedi, Genu. *d. tract. tit. de litt. dilat. quæst.* 2. *fol.* 175 Farinac. *quæst.* 29. *nu.* 20. *etc.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. *§.* 1. *cap.* 2. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 8. Tusch. *litt. M. conclus.* 383. *per tot.* ubi etiam qualiter tunc debitor teneatur satisdare de solvendo finita dilatione, de qua satisdatione, Dian. *par.* 7. *tract* 8. *resol.* 34. Sanfelic. *dec.* 305. *sub n.* 7. ubi etiam quomodo possit remitti, & in *Praxi sect.* 27. *n.* 6. *et* 7. ubi limitat nisi fuerit concessa dilatio sine dicta cautione, Marcha *vot. Pis.* 158. *per tot.* Gutierez *in Prax. quæst.* 114. ubi plura de salvoconductu concesso debitori ex causa civili, an & quando sit servandus, sive ad quæ debita extendatur, vel non, & quando substineatur Card. De Luc. *de cred. discurs.* 152. *per tot.*

Quòd dilatio annalis, vel quinquennalis, non autem longior possit concedi debitori per Principem, concurrente majori, vel æquali parte creditorum respectu summæ, imò ad petitionem solius debitoris, etiam ignorantibus, & invitis ipsis creditoribus, Costa *de ratione ratæ quæst.* 139. Vivi. *dec.* 39. *per tot.* ;Genu. *de script. priv. lib.* 3. *tit. de annal. & quinqu. dilat. per tot. fol.* 176. *etc.* ubi etiam an interim cautio sit præstanda, de qua diximus in §. *Debitor nu.* 43. facit Uiccol. *tract. de transact. quæst.* 85. *per tot.* ubi an, & quando transactio facta à majori parte creditorum præjudicet minori, & diximus in *§. Transactio n.* 13. *in fine.*

Salvusconductus, vel dilatio ad solvendum non est concedenda debitori, qui in contradictorio judicio fuit condemnatus per sententiam ad solvendum, nec concessa valet, sine clausula, *non obstante sententia in judicatum transacta*, prout nec prodest illi, qui debitum negavit, nec quando fuisset ei expressè cum juramento renunciatum, nisi absolutione obtenta, Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de litt. dilat. n.* 30. *& seqq. ad* 48. *fol.* 171. Novar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 51. ubi plura. 12

Item non potest concedi debitori pro pretio rerum comestibilium in publico mercato emptarum pro contantibus nec prodest debitori ex causa depositi, nec debitori guloso, lusori, vel aliter vitam inhonestam degenti, nec ei, qui dilationem aliàs sibi concessam obtinuerit, Genu. *loc. cit. n.* 70 *& seqq. per tot. fol.* 173. Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 1. *§.* 1. *quæst.* 5. *per tot.* ubi quibus negari debeant dilationes, Boer. *dec.* 296. Sanfelic. *in Praxi sect.* 27. *n.* 7. *&c.* Novar. *d. Collect.* 51.

An

Digitized by Google

An lite pendente circa exactionem debiti possint debitores impetrare dilationes moratorias, vide Thes. dec. 186. Guid. Pap. decis. 97. Graff. de except. 32. n. 44. Dian. p. 7. tract. 8. res. 35., & quos comprehendant, De Comit. dec. Flor. 40. n. 11.

13 Salvusconductus concessus à Principe sæculari, non prodest pro debito Ecclesiæ, cùm circa illud non possit Princeps sæcularis dispensare, vel disponere, & sic salvumconductum contra Ecclesiam concedere, Menoch. de arbitr. cas. 203. n. 20. & seqq. dixi in Pract. §. Salvicondotti nu. 17. &c. ubi qualiter sit recurrendum ad Principem pro revocatione: Multa pro hac opinione, licèt posteà pro contraria concludat, & servari testetur, maximè in dilatione annali, vel quinquennali, sive indulto, Sanfelic. dec. 187. per tot. dec. 210. n. 10. & dec. 305. per tot. Novar. Collect. 51. Fontanel. dec. 297. n. 16. etc. Antun. Portug. de donat. Reg. lib. 3. cap. 42. n. 35. & seqq. per tot. ubi plenè qualiter ad Regalia Principis pertineat dilationes ad solvendum debitoribus concedere, quæ debita comprehendant, vel non, nisi fuerit de illis facta expressa mentio, & alia plura ad rem, juxta hic notata n. 11. & seqq. ad 20.

An autem adversus debitum pupillare propter æquiparationem possit concedi, affirmat Menoch. loc. cit. n. 22. &c.

Sed quòd imò adversus pupillum, viduam, vel similes personas privilegiatas non extendatur, nisi de illis sit facta mentio, nec possit concedi adversus Ecclesiam, vel pium locum, Carol. de Graff. de except. except. 32. n. 31. &c. Genu. de scripi. priv. lib. 3. de litt. dilat. vel morat. n. 67. fol. 173. Dian. part. 7. tract. 8. res. 28. & seqq.

Contrarium in Ecclesia, & pio loco post multa concludit, & decisum pluries testatur Sanfelic. dec. 187. per tot. vide in §. Indultum idem Sanfelic. decis. 210. & 305.

14 Salvusconductus concessus per Principem sæcularem, non extenditur ad debitum juratum, imò adversus hujusmodi debitum juratum, nō potest concedi, Fontanel. dec. 297. num. 15. Everard. loc. à vi, et energ. jurament. n. 31. Ferret. caut. 55. Ursil. ad Afflict. dec. 5. Menoch. de arbitr. cas. 337. n. 19. etc. Scaglion Prag. Reg. alleg. 5. nu. 38. fol. mihi 380. idem Menoch. de arbitr. cas. 203. n. 14. et seqq. ubi reddit rationem quia Princeps sæcularis non habet facultatem solvendi vinculum juramenti, & ideò cautus debitor obtineat etiam ab Episcopo absolutionem à juramento si potest, vide Dian. part. 7. tr. 8. res. 29. &c. Rot. par. 9. rec. dec. 179. n. 68. &c.

Contrarium tamen in multis locis de consuetudine servatur, & non immeritò, cùm tanta non debeat esse virtus juramenti, quod hodie ex abrupto in omni contractu, vel obligatione apponitur, ut tollat ordinariam Principis potestatem concedendi hujusmodi salvosconductus, vel dilationes; puto tamen in precibus exprimendam esse qualitatem debiti jurati, etiamsi obtineatur à Papa, cùm certè possit multum retrahi Princeps propter hujusmodi expressionem, ut benè probat Genu. de script. priv. lib. 3. fol. 171. Boer. dec. 296. Gabriel. comm. concl. tit. de jurejur. conclus. 5. n. 22. in resol. cap. 95. n. 9. & in Pract. & §. Salvicondotti n. 15. Dian. d. resolut. 29. vers. Verum observat. Paul. Christ. d. dec. Belgic. 70. n. 6 vol. 2. Surd. con. 99. n. 18. &c. Rot. dict. dec. 179. num. 68. & seqq. ubi tamen primam sequitur opinionem Navat. in prax. Regn. Collect. 51. numer. 9. & seqq. ubi de consuetudine multorum locorum, quæ facit licitum, quod aliàs illicitum esset, Anton. de Ballis tract. variar. lib. 5. tit. de dilat. fol. 220. ubi quod de consuetudine comprehendit debitum juratum, ac etiam de jure stante propter inopiam, vel impotentia debitoris, aliàs peccaret Princeps concedendo divitibus dilationes, De Luc. d. disc. 152. n. 23.

15 Salvusconductus non comprehendit debitum ex causa alimentorum, Grat. discept. for. cap. 236 n. 51. &c. Surd. dec. 323. Genu. de scripi. priv. lib. 3. tit. de litt. dil. n. 64. Surd. de alimentis tit. 8. priv. 70.

Item non prodest debitori ex causa dotis, Genu. loc. cit. n. 62. Cresc. ad Abec. obser. 123. n. fin. par. 1.

Item non comprehendit debitum ex causa locationis, vel conductionis, nisi de illo sit facta specialis mentio, Menoch. de arbitr. cas. 203. n. 18. &c. Genu. loc. cit. n. 61. fol. 172.

Item non extenditur ad debitum ex delicto, nec ad debitum fiscale, nisi de eo sit facta mentio in rescripto, Everard. loc. à vi juram. nu. 31. &c. Ursil. ad Afflict. dec. 5. n. x. Menoch. d. cas. 203. nu. 16. &c. Genu. loc. cit. n. 48. & seqq. ad 61. Tusch. litt. S. concl. 23. n. 4. &c. Dian. p. 2. tract. 8. resol. 26.

Plures alios casus, ad quos non extenditur salvusconductus sive dilatio pro debito, vide apud Fabrum dec. 20. Novar. in Prag. Regn. Neapol. Collect. 51. per tot. Anton. de Ballis tractat. variar. lib. 5. tit. de dilat. fol. 220. ubi de mutuò ex causa feminia, ad Vivi. dec. 72. n. 3. & hujusmodi, & an possit dictis dilationibus etiam futuris renunciari saltem cum juramento, & concludit residere in arbitrio, & potestate Principis. Abeccles. & Crescin. observ. 123. part. 1. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 1. subsect. 6. intersect. 4. n. 6.

16 Salvusconductus, vel dilatio pro delicto, semper intelligitur cum clausula, rebus sic stantibus, & dummodò impetrans non abutatur, vel non contineat subreptionem, & ideò non prodest debitori fugitivo, vel de fuga suspecto, & quando secùs, vide Surd. decis. 307. per tot. & cons. 281. & 298. Bald. cons. 400. n. 3. lib. 1. Farin. qu. 29. n. dixi in Pract. §. Salvicondotti n. 24. ubi quòd quicquid sit de jure, salvusconductus, etiam subreptitius non debet violari, sed ad Principem pro revocatione recurri.

Item non extenditur in præjudicium futurorum creditorum, & sic non prodest pro debito posteà contracto, Genu. de script. priv. lib. 3. tit. de litt. dilat. qu. 5. in fine, Tusch. litt. S. conclus. 23. n. 15. Guid. Pap. qu. 109.

17 Salvusconductus concessus pro certis personis tantùm, non prodest si obtinens molestetur ab aliis, licet ex illorum molestia resultet etiam commodum cis, contra quos fuit concessus, Menoch. de arbit. cas. 337. n. 21. & facit in casu 338. n. 19.

Quod si non sit generalis, præsumatur concessus non motu proprio, sed ad petitionem partis, Genu. de script. priv. lib. 3. tit. de litt. dilat. q. 3.

18 Salvusconductus, vel dilatio concessa debitori non transit ad illius hæredes, sed expirat per mortem, vel decoctionem ipsius debitoris, Genu. loc. cit. q. 4. fol. 175. Altograd. cons. 55. in fine lib. 2. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 1. subsect. 6. intersect. 4. n. 7.

Si tamen sint hæredes cum beneficio legis, & inventarii posse se tueri dilatione concessa defuncto ad impediendam bonorū illius venditionem, Franch. dec. 179. Nov. in Prag. Regn. Neap. Coll. 51. n. 28.

19 Salvusconductus concessus principali debitori tanquam respiciens illius personam, non prodest fidejussoribus in eo non nominatis, intelligendo quando fuit concessus ad petitionem partis, secùs si motu proprio Principis, vel ab ipsismet creditoribus, nam tunc prodesset etiam fidejussoribus, sicut & illis prodest quando non renunciaverunt beneficio cedendarum actionum, vel ubi agitur de obligatione faciendi, vel si alias remaneret inutilis respectu principalis, ubi bene declarat Genu. de script. priv. tit. de litt. dilat qu. 1. per tot. fol. 174. Barz. decis. Bononien. 77. Cuch. tract. de morat. num. 122. et seqq. Matescott. var. res. lib. x. cap. 159. Graff. de except. except. 32. n. 37. etc. Marsil. de fidejuss. n. 290. Menoch. de arbitr. cas. 203. n. x6. et cas. 337. nn. 22. Migon dec. Florent. 49. Novar. super Prag. Regn. Neap. Collect. 51. n. 33. Ursil. ad Afflict. dec. 5. n. 3. etc. Surd. decis. 301. per tot. Scanarol de visitat. carcer. lib. 3. §. pr cap. 3. per tot. Dian. part. 7. tr. 8. res. 32. per tot. Muscatel. de fidejuss. quæst. 9. Paul. Staib. jun. resol. 46. Fontan. decis. 471. 472. et 473. Sanfelic. in prax. sect. 27. n. 10. et 11. ubi etiam an transmittatur ad hæredes, de quo Brun. tract. de cess. bon. qu. 9. n. 4. & Franch. dec. 179. Martha vot. Pis. 44. n. 3. ubi quòd non prodest fidejussori si sic principali nomine, & insolidum obligatus, idem Martha vot. 158. n. 2. etc. Guttieres. in Prax. quæst. 214.

Digitized by Google

2,4. *n.* 13. *etc.* Vide Pellegrin. *d. intersect.* 4. *num.* 8. Hodiea. ad Surd. *dec.* 301.

An autem competat, sive prosit sequestiario, Surd. *dec.* 301. *per tot.* ubi quòd sic, quando principalis suscipit pro eo causam, vel si alias esset inutilis ipsi principali. Hodiern. ad Surd. *cit. dec.* 301.

20 Salvusconductus pro debito Florentiæ operatur non solùm quoad executionem, sed etiam quoad judicium, & acta, ita ut illo durante, nec agi possit ad faciendum declarare creditum, vide Dec. *cons.* 51. Tusch. *litt. S, concl.* 23. *n.* 29. De Comit. *d. dec. Flor.* 40. *art.* 2. *pag.* 631.

Quomodo autem, & ubi registrari debeat Florentiæ, diai *in Pract.* §. *Salvicondotti n.* 23. ubi etiam cum quibus conditionibus soleat concedi, & de taxa solvenda, de conditionibus, & illarum declaratione, Mart. *vot. Pis.* 96. *n.* 4. *&c. vot.* 158.

An autem pendente salvoconductu, vel dilatione currat usura, vel interesse, vide Salycet. *in l.* 2. *C. de praecept. Imper. offer.* Cuch. *de morat. num.* 148. Boer. *dec.* 296. & alios relatos per Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 33. ubi adducit varias opiniones, Paul. Christin *dec. Belgic.* 70. *n.* 11. *vol.* 2. ubi quòd non, & allegat Bieh. *de jur. sistend. c.* 45. *nu.* 2 Mastrill. *dec.* 56. Novar. *in Prag. Regni Neap. Collect.* 51. *n.* 49. ubi attenditur an antea cucurrerint, & an sit expressum, ut idem servetur, Emerix. *dec.* 688. *per tot.*

21 Salvusconductus à Principe delinquenti concessus, est ei punctualiter servandus, ita ut assecuratus non possit carcerari, molestari, nec offendi, quia turpe esset fidem fallere nisi superveniat nova causa, ex qua possit revocari, vel non servari, vel nisi postea delinquat, vel nisi sit conditionalis, & conditio non sit impleta, vel nisi sit subreptitius, vel ad tempus, & transacto tempore, quod incipit à die datæ, etiamsi assecuratus de illo notitiam non habuerat, ut benè singillatim probat, Conciol. *resolut. criminal. verb. Salvusconductus resolut.* 4. *per tot.* latè Gutierez *in Prax. quæst.* 113. *per tot.* ubi quòd quoad bannitos, & condemnatos spectat ad solum Principem concedere salvumconductum, qualiter concessus sit omninò servandus, & ad quid extendatur, vel non.

22 Salvusconductus concedi potest, vel debet accusato, sive inquisito de pluribus delictis, si velit se purgare ab aliquo ipsorum tantum, & non solum quando delicta sunt penitus separata, sed etiam quando non sunt separata, ad tradita per Dec *cons.* 96. *n.* 8. *lib.* 3. Guaz. *defens.* 1. *cap.* 1. *n.* 58. Conciol. *res. crim. verb. Salvusconductus resol.* 6. *per tot.* ubi tamen quando delicta non sunt separata, contrarium firmat cum voto D. de Rubeis Fisci Apostoli Advocati impresso in fine resolutionum cum declarationibus, de quibus in dicto voto.

23 Plura de salvoconducto, vel guidatico concesso venientibus ad habitandum in aliquo loco, quæ delicta, & quæ debita comprehendat; vel non, & alia, latè Fontan. *dec.* 297. *per tot.* Rom. *cons.* 51. *cum annot. Balduc.*

24 An autem salvusconductus proficiat, vel suffragetur ei qui dum esset carceratus pro uno crimine illum impetravit pro alio crimine, de quo timebat futuram accusationem, vide Grivel. *dec. Dolan.* 65. *per tot.* ubi distinguit, si pars contradicat, vel non, & in supplicatione fuerit expressa carceratio, vel non.

25 Quando salvusconductus sit nullus ex defectu potestatis, & voluntatis concedentis ob subreptionem, vel obreptionem ipsius, & quando delinquentes capti sint reponendi in pristinam libertatem, latè videndus Capyc. Latr. *decis.* 105. *per tot. lib.* 1. *cum observ. Gizzii* de Comit. *dict. dec.* 40. *num.* 30.

26 De salvisconductibus, & guidaticiis habentur plura etiam per Cresp. de Valdaur. *in suis observat. prout in Indice verb. Salvusconductus*, Cyriac. *controv.* 399. *&* 473. Carleval. *de Judic. lib.* 1. *disput.* 19. Mastrn. *de confisc. quæst.* 5. Merlin. Pignatel. *tom.* 1. *contr.* 53. ubi de salvoconductu observando ob publicam fidem, etiam si fuerit concessus per Judicem non habentem potestatem assecurandi, & contra formam legis, & alios citatos à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Salvusconductus*, & Com. Augustin. Fontan. *Bibliotb. legal. p.* 5. *eod. verb. fol.* 578. Carpzov. Brunnemann. Altimar. *loc. supra cit.* Abecclef. & Crescin. *dict. obser.* 123. *part.* 1. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 6. *intersect.* 4. *à n.* 4.

Salvusconductus, qui conceditur ingredientibus in Portum quomodo sit servandus, & de quibus bonis intelligatur Card. De Luc. *de Regal. disc.* 120. *n.* 2. 27

Salvusconductus ad publica pacta pertinet Brunneman. *in Pandect. lib.* 2. *tit.* 14 *l.* 5. *n.* 21. *tom.* 1. 28

Salvusconductus est, vel generalis, vel specialis Carpz. *lib.* 2. *Resp.* 85. *& seq.* Brunneman. *in Pandect. lib.* 48. *tit.* 19. *l.* 4. *n.* 5. *tom.* 2. 29

Ad Salvumconductum concedendum causæ cognitio requiritur, & informatio Mevius *part.* 5. *dec.* 131. Brunneman. *in Pandect. lib.* 48. *tit.* 19. *dict. leg.* 4. *n.* 6. 30

Salvusconductus eundi, & redeundi datus alicui pro pace facienda, intelligitur, ut possit ire, & redire, donec pendet tractatus pacis arg. *l. Continuus*, §. *Item qui insulam ff. de verb. oblig. l. Veteres, cum l. seq. ff. de itin. act. privat.* Fagnan. *in cap. Innovamus n.* 9. *de tregua, & pace tom.* 1. *pag.* 637. 31

Salvoconductus non tenetur quia credere, quando habet in loco capitales inimicos Fagnan. *in cap. Ad supplicationem nu.* 7. *de Renunciat. tom.* 5. *pag.* 333. 32

Salvusconductus dicitur fragilis cautio Scacc. *de Judic. cap.* 32. *n.* 27. Baron. *de citat. quæst.* 37. *nu.* 11. Antonel. *de Loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 33. *n.* 71. *tom.* 2. 33

An per Salvumconductum tollatur exceptio loci non tuti, latissimè Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 33. *à n.* 66. *cum seqq. tom.* 2. 34

Salvusconductus solum datus à Papa servari debet in statu Ecclesiastico per Constit. Pii Quarti, & Pii Quinti Cartar. *de exeq. sent. cap. fin. post nu.* 355. Farinac. *quæst.* 29. *n.* 84. *&* 97. Altimar. *loc. supra cit. num.* 83. 35

Salvusconductus datus à Fiscali, aut Notario, aut Barricello non debet servari Farinac. *dict. quæst.* 29. *n.* 48. Ubert. *de citat. quæst.* 2. *n.* 98. Altimar. *ubi supra n.* 83. 36

Recipiens Salvumconductum ne decipiatur, tria cavere debet, de quibus Altimar. *loc. supra adduct. n.* 93. *cum seqq.* 37

Salvusconductus, etiam dubius debet interpretari contra concedentem Farinac. *dict. quæst.* 29. *nu.* 39. *&* 53. Pistor. *cons.* 49. *n.* 56. Merlin. *contr.* 54. *num.* 3. *lib.* 1. Altimar. *loc. cit. n.* 100. 38

§. SATISDATIO. VI.

Satisdatio intelligitur propriè de promissione cum fidejussoribus, vel pignoribus, & ideò qui satisdare tenetur debet præstare fidejussores, vel pignora, *l. Sancimus, C. de verb. signific. l. pr. ff. qui satisd. cog.* Maur. *de fidejuss. part. pr. princip. cap.* 8. *n.* 2. *sect.* 2. Tusch. *litt. S. conclus.* 40. *&c.* 1

Satisdatio de judicio sisti quid sit, & importet, & ejus natura, à quibus præstari debeat, vel non, quamdiu duret, vel finiatur, quomodo differat à satisdatione de judicato solvendo, & alia, latè Tusch. *lit. S. conclus.* 38. *& seq. ad* 45. Ricc. *Collect.* 2074. *&* 2761. de utraque plenè Ant. Picard. *Pract. Instit. disp.* 3. *fol.* 195. *& seqq. per tot.* & plura vide apud de Comit. *in decis.* 29. ubi usque dum ea præstetur, juxtà censuram Statuti Florentini *num.* 12. *pag.* 525. Et circa hanc satisdationem vide Abecclef. & Crescin. *obser.* 42. *à n. pr. part. pr.* 2

Reliqua de satisdatione, vide in §. *Cautio*, *&* §. *Fidejussio per tot.* & remissivè per Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Satisdatio.*

De satisdationibus diversis, Bertach. *in Repertor. verb. Satisdatio*, Arismin. Tepa. *var. sent. tit.* 98. *et tit.* 472. Stephan. Daoiz. *in suo Indice*, & alii indicati à Com. Aug. Fontan. *Bibliotb. legal. p.* 5. *verb. Satisdatio fol.* 581. Pellegrin. *in Prax. Vicar. verb. cautio & fidejussio* Altimar. *in dict. verb.* Abecclef. & Crescin. pariter *in dict. verb.* Nicoli. & alii moderni. 3

Satisdatio necessaria quæ sit, & ubi obtineat. *l. fin. Cod. de petit. bæred.* Brunnemann. *in Pandect.* 4

lib.

lib. 2. *tit.* 8. *leg.* 8. *n.* 10. *& seq. tom.* 1.

5 Satisdatio a parentibus etiam, sed qualiscunque, & sine juramento præstanda. Conas. *in Misc. lib.* 4. *cap.* 10. *per tot.* Brunnemann. *in pandect. tit.* 6. *lib.* 2. *leg.* 2. *n.* 1. *tom* 1. *pag.* 59.

6 Satisdatione à procuratore præstita resilire à procuratore non potest. Gaill. *l.* 1. *obs.* 46. *n.* 1. *& seq.* Brunnem. *in pand. lib.* 3. *tit.* 3. *leg.* 8. *n.* 23. *tom.* 1. *pag.* 124.

Satisdatione præstita res desinit esse integra. Gaill. *ubi supra n.* 4. Brunnemann. *loc. prox. cit. n.* 23. *&* 24. *pag.* 125.

7 Satisdatio an sit de natura usufructus. *l. sed si possessori §. Item si juravero in fin. ff. de Jure Jur.* Castill. *de usufr. cap.* 15. *n.* 8. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 7. *sect.* 3. *n.* 96. *pag.* 138. *tom.* 3.

8 Satisdatio an debeat in tutela intervenire. Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 11. *art.* 3. Antonell. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 9. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 1. *n.* 39. *tom.* 3. *pag.* 95. Et quid in tutela legitima. Altimar. *ibid. n.* 117. *pag.* 98.

9 Quomodo caveant Clerici conventi Brunneman. *Cod. lib.* 1. *tit.* 3. *leg.* 25. *n.* 6. *&* 8. *pag.* 25. *col.* 2. *tom.* 1.

10 Quam cautionem præstare teneatur actor, antequam reo libellus porrigatur, & is sportulas solvat. Ad *Auth. generaliter de Episc. & Cler.* Carpzov. *part.* 1. *constit.* 5. *defens.* 1. Brunnemann. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 2. *pag.* 26. *col.* 1. *tom.* 1.

11 Satisdatio regulariter est medicina sequestri Tort. *ad Statut. Pap. fol* 356 *n.* 49. Rot. Genuens. *decis.* 190. *n.* 2. Abecceles. *obser.* 202. *n.* 12. *part.* 1.

§. SCIENTIA. VII.

1 SCientia non præsumitur, sed est per allegantem probanda, Gratian. *discept. for. cap.* 758. *nu.* 9. Ricc. *Collect.* 1959. ubi qualiter probetur, Vivi. *com. opin.* 835. ubi aliquibus modis limitat, nempè in his, quæ publicè fiunt ut quando quis tenetur scire, &c. Palm. nep. *decis.* 167. *n.* 55. *tom.* 2. *& decis.* 256. *nu.* 28. *tom.* 3.

Probatur tamen ex pluribus præsumptionibus simul junctis, Magon. *decis. Florent.* 49. *num.* 7. *&c.* Altograd. *cons.* 97. *num.* 75. *&c. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 89. *nu.* 17. *&c.* Mascard. *de probat. conclus.* 1299. *lib.* 3. Pac. Jordan. *Lucubrat. vol. lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 559. *& seqq. fol.* 301. ubi quòd est probanda plenè, & concludenter quando agitur de privatione alicujus juris ob scientiam, vide Rot. cum aliis citatis *par.* 10. *rec. dec.* 268. *n.* 19 *& seqq.* Costa *de scient. et ignorant. inspect.* 64. *et alibi.* Palm. nep. *decis.* 46. *n.* 22. *tom. pr. et decis.* 197. *tom.* 2. *et decis.* 341. *n.* 20. *et* 21. *tom.* 4.

Quòd in iis, quæ afferunt commodum præsumatur scientia, vel saltem solis præsumptionibus, & conjecturis probetur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 84. Rot. *part. pr. recent. dec.* 262. *num.* 6. Beltramin. ad Ludovil. *dec.* 97. *nu.* 8. *in fine.* Palm. nep. *decis.* 66. *n.* 7. *tom. pr.*

2 Scientia præsumitur ratione conjunctionis cohabitationis, & communionis, Gratian. *discept. forens. cap.* 796. *num.* 18. Magon. *decis. Florent.* 26. *num.* 16. *etc. n.* 42. *etc. decis. Luc.* 33. *num.* 45. Surd. *decis.* 342. *num.* 9. *lib.* 2. ubi ampliat etiam in actibus momentaneis, & non successivis, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 356. *n.* 8. ubi quòd præsumitur ex cohabitatione, & simul ratificatio in favorabilibus, Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 73. *&* 74. ubi an inter conjuges, & inter patrem, & filium scientia præsumatur. Emeria. *dec.* 534. *n.* 12. præsertim quando agitur de actu notabili. *n.* 23. & de Comit. *dec. sen.* 17. *n.* 27. Palm. nep. *dec.* 66. *n.* 5. *tom. pr. et dec.* 399. *n.* 13. *tom.* 4. Bertachin. *vol.* 4 *n.* 7.

Sed quod ex conjunctione non præsumatur scientia quoad actus momentaneos, Altograd. *cons.* 43. *n.* 68. *libr.* 2. Palm. *dict. decis.* 399. *n.* 13. *tom.* 4. Caprar. *decis.* 336. *n.* 16.

An, & quando scientia testamenti præsumatur in hæredibus, idem Altograd. *cons.* 53. *num.* 1. 44. *& seqq. ad* 52. *lib.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 265. ubi quòd præsumitur ratione sanguinis, & cohabitationis, ac ex perseverantia in actu post habitam notitiam, & in omnem casum ignorantia excusaret tantùm à pœna, non autem à nullitate. Vide Palm. nep. *decis.* 8. *n.* 9. *tom. pr.*

Plura alia, ex quibus arguitur scientia, idem Altogr. *cons.* 94 *num.* 17. *et seqq. lib.* 1. Tusch. *litt. S. conclus.* 62. 63. *et* 64. *per totum* Mascard. *de probat. concl.* 1104. 1231. *et* 1293. *per totum*, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 76 *num.* 16. *et seqq.* ubi ad effectum ut quis teneatur ex facto alterius. Bertachin. *vol.* 4. *n.* 5. 6. 7.

Qualiter præsumatur in eo, qui tenetur indagare, eum scire, vel scire debere, & posse paria sint, Ricc. *Collect.* 3328. *et* 2828. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 175. *num.* 7. *et* 8. ubi quòd pro sciente habetur qui scire non vult, Costa *de facti scient. et ignor. inspect.* 65. ubi quòd regula procedit in his, quæ sunt juris, secus in his, quæ sunt facti, cùm ignorantia facti peritissimos, quosque excuset, nisi agatur de facto proprio recenti, & claro; vel etiam alieno, quando quis tenetur investigare. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 76. *n.* 8. intellige, *ut n.* 19. *et* 29. Palm. nep. *decis.* 8. *n.* 33. *tom. pr.*

Quòd ex actuum multiplicatione, & temporis diuturnitate præsumatur scientia, Seraph. *decis.* 306. *n.* 5. *etc.* Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 225. *nu.* 4. *part.* 11. *decision.* 184. *num.* 4. *etc.*

Item præsumitur, & probatur in eo, qui se refert ad aliquas scripturas, quoad contenta in ipsis scripturis, Rot. *p.* 14. *recent. dec.* 393. *num.* 9. Vide Palm. nep. *decis.* 328. *nu.* 11. *tom.* 4. Caprar. *decis.* 8. *a n. pr.*

Qualiter scientia fideicommissi ad effectum renunciationis possit probari non solùm per conjecturas, sed etiam per testes singulares, vel per unicum testem, & data scientia in renunciante, non sit necessaria specialis expressio fideicommissi, cui renunciatur, Bich. *dec.* 18. *per tot. & dec.* 31. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, adde Peregrin. *de fideicommiss. art.* 52. *n.* 104. *et seqq.* Intrigliol. *de substitut. cent.* 3. *q.* 94.

Scientia non præsumitur, vel præsumpta non attenditur ubi agitur de incurrenda pœna, intelligendo respectu pœnæ corporalis, nam secùs est in pœna pecuniaria, quæ potest incurri, & imponi etiam ex præsumpta scientia, Surd. *decis.* 342. *n.* 9. *&* 14. *lib.* 2. Tusch. *litt. S. conclus.* 61. *per totum*, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 76 *num.* 16. *& seqq.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 769. Hieronym. Cala *super Pragm. XI. de empt. & vendit. rer. furat. part.* 3. *cap.* 16. *fol. mihi* 21. *num.* 56. ubi quòd scientia præsumpta rei furtivæ sufficit ad imponendam pœnam extraordinariam fustigationis, carceris, vel exilii, & quandoque remigationis juxta quantitatem, & valorem rerum furatarum, si indicia scientiæ sint ultrà torturam. Ex quibus autem arguatur dicta scientia, dixi in *§. Emptio nu.* 58. Palm. nep. *decis.* 81. *n.* 51. *tom. pr. & decis.* 142. *n.* 18. *tom.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 127. *n.* 21. *& cap.* 130. *a n.* 9. ubi latè idem Palm. *decis.* 340. *n.* 16. *& decis.* 342. *n.* 11. *tom.* 4. *& decis.* 378. *n.* 4. *eod. tom.* 4. Caprar. *decis.* 336. *n.* 13. *&* 14. Card. De Luc. *de Emphyt. disc.* 36. *n.* 12. *de Locat. disc.* 7. *sub n.* 11. & alibi sæpe. 3

Et in terminis fideicommissi in casu alienationis, quòd ei possit esse locus ex præsumpta scientia prohibitionis alienationis ex mollis conjecturis elicita, plenè Cavaler. *dec.* 151. *per tot.* Idem De Luc. *de Cred. disc.* 36. *sub n.* 14.

Scientia non inducitur absque certioratione omnium qualitatum, maximè ad incurrendam pœnam ita ut sufficiat præsumpta, Gratian. *discept. forens. cap.* 633. *num.* 22. Cavaler. *d. decis.* 151. Duran. *decis.* 426. *num.* 16. *&c.* vide in *§. Ignorantia num.* Tusch. *litt. S. concl.* 66. Costa *de facti scient. & ignor. inspect.* 63. *per tot.* 4

Quòd sit necessaria scientia, & patientia illorum, quibus præjudicatur, Grat. *discept. for.* 870. *n.* 23. *etc.* vide in *§. Ratificatio*, ubi qualiter sit necessaria in ratificante.

An, & in quibus scientia, & patientia noceat, quando inducat consensum, & quando non operetur, Tusch. *litt. S. concl.* 68. 69. *&* 70. *per tot.* plenè Mascard.

card. *de probat. vol. 3. conclus.* 1153. *per tot.* Costa *d. tract. inspect.* 67. *per tot.* ubi de multiplici effectu scientiæ facti.

5 Scientia tutoris, procuratoris, officialis, vel administratoris, qualiter præjudicat pupillo, vel Domino, Grat. *disceptat. forens. cap.* 957. *num. pr. etc.* vide in §. *Procurator num.* Ricc. *Collect.* 2865. Costa *d. tract. inspect.* 78. *et* 79. *per tot.* Galganet. *de tut. & cur. lib.* 3. *quæst.* 46 *n.* 20. Vide Palm. *nep. dec.* 455. *n.* 6. 7. 8. *tom.* 5. De Luc. *de Jurep. disc.* 64. *n.* 9.

De scientia Officialis quando præjudicet Domino, vel non, Capyc. *decis.* 57. *per tot.* Sord. *decis.* 181. *per tot.* Rot. *decis.* 507. *part. pr. noviss.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 563. *&c. fol.* 301. ubi ponit regulam affirmativam, quam quatuor modis restringit, & loquitur de Officiali Principis, Ant. Gob. *tract. ad l. benè à Zenone*, *C. de quadr. præscript. q.* 2. *num.* 35. *etc.* Costa *de facti scient. et ignor. inspect.* 72. *per tot.* Palm. nep. *decis.* 334. *n.* 4. *tom.* 4. De Luc. *de Regal. disc.* 47. *n.* 11.

Quòd in individuis scientia unius aliis præjudicet, Tiraquel. *de retract. consang.* §. *pr. gloss.* 13. *n.* 29. Magon. *decis. Lucens.* 33. *num.* 46.

6 Sciens delictum futurum, de jure civili non tenetur illud detegere, & illi obviam ire, nec tacens punitur secundùm multos, licèt secundùm alios, cùm non omni scrupulo societatis occultæ careat, possit aliqua pœna arbitraria propter suam desidiam, & negligentiam puniri; & ubi ageretur de crimine læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ tenetur sciens illud omninò detegere, aliàs punitur eadem pœna, vel arbitrio judicis, si possit illud probare, si verò non possit probare, non debet se in periculum injicere, sed solùm per viam admonitionis detegere, id quod scit, & eo modo, quo scit, pro ut etiam filius, servus, uxor, vassallus, pater, & alii consanguinei usque ad quartum gradum tenentur conspirationem contra patrem, dominum, maritum, filium, & alios consanguineos factam revelare sub pœna judici arbitraria, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 355. *num.* 7. *et seqq. per tot.* facit quod dixi in §. *Sacerdos num.* vide Tusch. *litt. S. conclus.* 67. *per tot.* plenè Latrea *alleg. fisc.* 65. *per tot.* Capyc. *decis.* 130. *n.* 65. *etc.* Clar. *cum addit.* §. *fin. quæst.* 87. *per tot.* Cacheran. *decis. Pedemont.* 79. *et* 80. Sanfelic. *decis.* 30. *num.* 7. *etc.* ubi de uxore conscia de nece viri, & *dec.* 37. *in addition. vers. licèt ex sola*, *etc.* ubi quòd sola scientia delicti sine alia participatione non est punibilis, nisi in casibus, ut supra exceptis, Vivi. *comm. opin.* 694. ubi quòd sola scientia in crimine læsæ majestatis, & parricidio punitur pœna mortis juxta opinionem Bart. in *l. utrum ff. ad l. Pomp. de parricid.* quam tuetur, & vindicat ab impugnantibus, pluresque Bononiæ, & Florentiæ servatam auctores testantes refert; sed in materia ista gravissima tu consule supracitatos, & alios, Farinac. *quæst.* 51. *n.* 12. *et seqq.* Costa *de facti scient. et ignorant. inspect.* 68. *per tot.* Palma *cons.* 97. *nu.* 6. *et seqq.* ubi quòd excepto crimine læsæ majestatis, & parricidii, in aliis delictis privatis extraneis, & ordinariis, sola scientia non est punibilis; nisi concurrat participatio, vel nisi aliter sit statutum per bannimenta, quæ tamen restringenda sunt, ut minus lædant jus commune quàm fieri possit.

De omnibus notat sub hoc numero, ac aliis quæstionibus, quando quis teneatur revelare, & detegere delicta committenda, ne sequantur, vel jam commissa, ultra jam citatos novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap* 2. §. 2. *per totum*.

In foro autem conscientiæ sciens delictum futurum tenetur illud detegere, & obviare, ne sequatur, aliàs peccat, ut ille delinquens, secus est in delicto præterito, & quoad restitutionem, ad quam conscius non tenetur, nisi esset ex illis, qui tenentur obviare, Menoch. *d. cas.* 355. *num.* 2. *et seqq. et num.* 10. *etc.* ubi etiam *num.* 6. quid sit dicendum de jure canonico in foro contentioso, & testatur communem esse opinionem non teneri revelare, & delicto obviare, nisi ut supra de jure civili, vide in §. *delictum num.* 12. *et* §. *Malum*, *num.* 7.

Licèt verò possit, & debeat delictum futurum, ut suprà detegi, ne sequatur, non tamen potest manifestari certa persona, quæ illud perpetrare decrevit, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *sub num.* 40. *et cas.* 537. *num.* 27. *et seqq. ad* 33.

Quod delictum jam commissum nemo revelare teneatur, nisi favore fidei, vel nisi agatur de crimine læsæ majestatis, vel nisi extent bannimenta id præcipientia, & alia ad rem quando quis teneatur denunciare, vel non tam delicta commissa, quàm committenda juxta superiùs dicta, Conciol. *resol. crim. verb. delictum resol.* 6. *per tot.* ubi intelligit probata certa scientia, cùm aliàs præsumatur ignorantia, & nisi sciret sub secreto, excepto crimine læsæ majestatis, & delicto futuro, in quibus non est servandum secretum, Palma *cons.* 97. *per tot.* ubi quòd dicta bannimenta, uti valdè exorbitantia non obligant consanguineos, affines, nec eos, qui sciunt in secreto, vel probare non possunt, & scientia debet esse certa ex proprio sensu, ut ibidem pluribus citatis singillatim declarat, & probat. Basil. *dec. crim.* 6. ubi delinquentem detegere an quis teneatur. *n.* 22.

Item intellige nisi quis examinetur, ut testis, nam tunc tenetur dicere veritatem juxta notata in §. *Testes*.

Scientia litteralis est habitus animæ de difficili acquisibilis, & acquisitus de difficili mobilis, & ideò longo tempore adiscitur, quibus maximè conveniat, an quis possit plures scientias habere perfectè, & alia, Tusch. *litt. S. concl.* 18. *et seqq.* 7

Quòd scire sit rem per causas cognoscere, & alia plura ad intelligentiam termini scientiæ, & quænam sit vera scientia, Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 61. *per tot.* & remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab jurib verb. scientia*.

Scientia eorum, quæ publicè fiunt de jure præsumitur, ut inferendo ad proclamata, vel banna publicè emanata, ut ad omnium notitiam pervenisse præsumantur, & hujusmodi, probat Vivi. *comm. opin.* 691. *per tot. et opin.* 835. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1231. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de crim. contr.* 76. *nu.* 86. *et seqq.* 8

Scientia citationis supplet defectum personalis executionis, Bich. *decis.* 491. *num.* 7. ubi reddit rationem, *et decis.* 514. *num.* 7. dixi plures allegando in §. *Citation.* 46. Palm. nep. *decis.* 179. *n.* 22. *tom.* 2. 9

Quòd sciens non amplius certificari, vel moneri debeat, nisi à lege, vel statuto aliquis actus positivus ultra scientiam requiratur, cùm forma sit ad unguem servanda, Costa *de facti scient. et ignor. inspect.* 70. *per tot.*

De scientia, & scientibus ad diversos effectus plura notant Bertachin. *in Repertor. verb. Scientia*, Joseph. Feliv. *in Margar. var. conclus. eod. verb.* & alii relati à Castejon. *Alphabetic. jurid. verb. Scientia*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 184. *&c.* Card. De Luc. *in Indic. gen. verb. scientia fol. n.* 583. Mantiss. ad eumdem De Luc. Altimar. Bertachin. Rocc. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni. 10

De scientiis, & quicquid ad cognitionem humanam humanitus acquisibilem attinet, & scientia de scientia plenè R. P. Sebast. Izquierd. *in volumine inscripto Pharus scientiarum per tot.* 11

De scientia, quæ necessaria est in Judice Abecclesi. & Crescin. *in præfat. ad Obser. Forens. Senat. Pedem, in princ. part.* 1. 12

Scientia Juris contra Jurisperitum facilius præsumenda Episc. Rocc. *cap.* 130. *n.* 11. *lib.* 2. 13

Scientia unius non est scientia alterius Palm. nep. *dec.* 261. *n.* 5. *tom.* 3. Posth. *de manut. obser.* 40. *sub num.* 30. 14

Scientia de præsenti non arguit scientiam de præterito Palm. nep. *dec.* 260. *nu.* 7. *tom.* 3. Dunozett. *jun. dec.* 574. *n.* 7. Vide Bertachin. *vor.* 197. *n.* 5. 15

Scientia non suffragatur, quando ultra eam aliquid a Lege, vel Statuto requiritur, cum forma sit servanda ad unguem Mangil. *de Evict. q.* 4. *nu.* 26. Rot. *dec.* 246. *n.* 1. *part.* 1. *in novissim.* Palm. nep. *dec.* 208. *n.* 9. *tom.* 3. Vide Card. De Luc. *de Feud. disc.* 87. *a n.* 5. 16

Plura de scientia in materia appellationis Palm. nep. *dec.* 360. *n.* 135. & 139. & *dec.* 363. *n.* 15. *tom.* 4. 17

Alti-

4. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 4. *a nu.* 111. *tom.* 1.

18 Plura de scientia in materia fideicommissi Palm. nep. *dec.* 379. *n.* 6. *dec.* 382. *n.* 9. *tom.* 4. Caprar. *decis.* 374. *n n.* 4. & *dec.* 490. *nu.* 14. *decis.* 202. *nu.* 2. *dec.* 168. *n.* 11. *dec.* 78. *n n.* 10. & *n.* 17. *dec.* 407. *n.* 2. Emerix jun. *dec.* 636. *nu.* 10. De Luc. *de Credit. disc.* 36. *n.* 14.

19 Scientia respectu unius rei probata dicitur in eo, qui eam descripsit in inventario Rot. coram Emerix jun. *dec.* 892. *n.* 16.

20 Scientia licet conjecturata, & adminiculativa inducit malam fidem Card. De Luc. *de Regul. disc.* 22. *n.* 5.

21 Scientia præcisa requiritur ad effectum ratificationis. Rot. *dec.* 260. *n.* 11. & 12. *par.* 6. *dec.* 262. *nu.* 14. & 15. *part.* 9. *dec.* 80. *n.* 3. & 4. *part.* 10. *decis.* 98. *n.* 78. & *seq. par.* 11. *rec.* Palm. nep. *dec.* 26. *n.* 34. & 35. *tom.* 1. & *decis.* 242. *nu.* 19. *et* 20. *tom.* 3. *decis.* 308. *n n.* 9. *tom.* 4.

Scientia ad effectum ratificationis debet esse perfecta, & tam facti quam Juris. Text. *in l. de his C. de transact.* Urceol. *de transact. quæst.* 47. *per tot.* Palm Nep. *dec.* 17. *nu.* 8. *tom.* 1. De Luc. *de Feud. disc.* 24. *sub n.* 8. *de Donat. disc.* 33. *n.* 18. *de Alien. disc.* 28. *n* 18.

22 Scientia probatur conjecturis, & præsumptionibus, & taliter probata idem operatur, ac vera Scientia. Palm. Nep. *dec.* 8. *n.* 53. *et* 54. *tom.* 1.

23 Scientia generica, & confusa alicujus rei, non arguit scientiam præcisam, & individuam ejusdem Macerat. *variar. resol. part.* 3. *resol.* 10. *num.* 73. Rot. *dec.* 601. *n.* 15. *part.* 5. *tom.* 2. Palm. *d. decis.* 8. *n.* 58. *tom.* 1. Vide infra *n.* 29.

24 Scientia Testamenti non infert ad scientiam Codicilli, maximè quando Codicillus est factus post testamentum. Palm. Nep. *loc. sup. cit. n.* 59.

Scientia generica testamenti non influit ad scientiam particularem contentorum in testamento. Peregr. *de fideic. art.* 54. *nu.* 21. Cyriac. *controv. for.* 80. *n.* 93. *cum duob. seq.* Palm. nep. *d. dec.* 8. *n.* 60.

25 Scientia bonorum immobilium in hærede facilè præsumitur. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsump.* 95. *num.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 531. *nu.* 71. Palm. Nep. *dec.* 46. *n.* 20. *tom.* 1.

26 Scientia majoris partis populi deducitur ex sententia lata in judicio contradictorio. Coler. *de process. execut. part. pr. cap.* 3. *n.* 37. Palm. Nep. *decis.* 60. *n.* 48. *tom.* 1.

27 Scientia tacita Principis inducit approbationem. Palm. Nep. *d. dec.* 60. *n.* 50. Et juncta cum temporis diuturnitate supplet vices expressæ approbationis. Palm. Nep. *ibid. n.* 51.

28 Scientia Principis non requiritur quando observantia non tangit ipsius interesse. Alex. *conf.* 6. *lib.* 1. *vers. item, et quia* Palm. Nep. *d. dec.* 60. *n.* 53.

29 Scientia Instrumenti arguit scientiam omnium in eo contentorum. Rot. *dec.* 504. *n.* 5. *par.* 3. *dec.* 206. *n.* 9. *et dec.* 459. *n.* 11. *part.* 9. *rec.* Gratian. *cap.* 853. *n.* 51. Palm. Nep. *dec.* 67. *n.* 4. *tom.* 1. Bertachin. *vol.* 87. *n.* 34. *et* 35. Vide supra *n.* 23. *et seqq.*

Scientia generica Instrumenti non inducit scientiam individualem de pactis, & conditionibus in eo insertis. Palm. Nep. *dec.* 92. *n.* 36. *tom.* 1.

Scientia unius capitis testamenti, seu Instrumenti non influit ad scientiam alterius capitis ejusdem scripturæ. Palm. Nep. *d. dec.* 92. *n.* 37.

30 Scientia Instrumenti in quo quis intervenit præsumitur. Palm. Nep. *dec.* 170. *n.* 32. *tom.* 2. Episc. Rocc. *cap.* 164. *n.* 7. *part.* 2.

31 Scientia in dividente non præsumitur ad effectum sibi ex divisione præjudicandi. Palm. Nep. *dec.* 92. *n.* 34. *tom.* 1.

32 Scientia specifica requiritur in præjudicialibus Rot. *dec.* 532. *tom.* 2. *par.* 4. *rec.* Palm. Nep. *d. dec.* 92. *n.* 35. De Luc. *de Credit. disc.* 75. *n.* 3. *de Benefic. disc.* 35. *n.* 11. *disc.* 65. *n.* 9. & alibi sæpe.

33 Scientia, & patientia Domini est necessaria ad hoc, ut sit locus præscriptioni in servitutibus. Palm. Nep. *dec.* 96. *n.* 40. *tom.* 1.

34 Scientia præsumpta in præjudicialibus cum patientia non sufficit ad inducendam approbationem, sed requiritur aliquis actus positivus, ex quo talis approbatio deducatur. Gal. *cons.* 46. *n.* 62. *vol.* 1. Ventur. *cons.* 6. *n.* 34. *et* 35. Palm. Nep. *d dec.* 96. *n.* 46.

Scire non dicitur, qui scit factum in genere, circumstantias autem, & qualitates ignorat. Cephal. *cons.* 247. *n.* 3. Mascard. *de Probat. concl.* 1299. *num.* 13. Cyriac. *contr.* 519. *n.* 3. Palm. Nep. *dec.* 8. *n.* 61. *tom.* 1. 35

Scientia debet concludenter probari ad hoc ut solvens indebitum scienter censeatur donare. Text. *in l.* 1. *ff. de condit. indeb.* Merlin. *dec.* 409. *num.* 27. Palm. Nep. *dec.* 314. *n.* 77. *tom.* 4. 36

Sciens reputatur ille, qui non vult scire. Palm. Nep. *dec.* 360. *n.* 142. Sciens, & scire dissimulans est in culpa. Palm. Nep. *d. dec.* 360. *n.* 143. *tom.* 4. 37

Scientia deducta ex edictorum affixione tanquam præsumpta in præjudicialibus non attenditur. Palm. Nep. *dec.* 413. *n.* 8. *tom.* 5. 38

Scientia præsumitur ex iis, quæ communiter contingere solent Cyriac. *contr.* 533. *n.* 8. *et* 9. Rot. coram Cerr. *dec.* 34. *n.* 41. *et* 42. Palm. Nep. *dec.* 417. *n.* 20. *tom.* 5. 39

Scientia præsumpta aliud est, aliud scientia probata ex præsumptionibus, & conjecturis; hæc enim dicitur scientia vera etiam ad effectum inducendi malam fidem. Rot. *dec.* 390. *n.* 23. *part.* 16. *rec.* & coram Cerr. *dec.* 132. *n.* 8. & coram Ansald. *dec.* 11. *n.* 7. Palm. nep. *dec.* 455. *n.* 12. *et* 13. *tom.* 5. 40

Scientia præsumpta in quo differat a vera cum præsumptionibus probata De Luc. *de Usur. disc.* 34. *num.* 11.

Scientia quando est in populo, multo magis præsumitur in interessatis Palm. nep. *dec* 417. *nu.* 25. *tom.* 5. 41

In Loco parvo minuta negotia habent speciem notorii, & quilibet scit, quanta ova faciant gallinæ. De Luc. *de Usur. disc.* 34. *sub n.* 12. 42

Scientia oneris doti impositi non præsumitur in muliere ad effectum arguendi illius acceptationem Emerix jun. *dec.* 48. *n.* 2. *et dec.* 63. *n.* 4. 43

Scientia tituli lucrativi inducit præsumptionem acceptationis non autem è converso. Card. De Luc. *de Don. disc.* 56. *n* 9. *et* 10. *de Legit. disc.* 30. *n.* 6. 44

Scientia legati an inducat illius acceptationem. Rot. post Zach. *de oblig. cam. dec.* 189. *n.* 15. *et in rec. decis.* 356. *part.* 9. Cardin. De Luc. *de Legat. disc.* 28. *n.* 3 *et seq.*

Scientia in incorporalibus stat loco possessionis necessariæ ad præscriptionem, & alia præjudicialis. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 9. *n.* 7. 45

Scientia vacationis requiritur omnino certa, & concludens, ut currat tempus Patronis. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 1. *n.* 4. *et* 5. *et disc.* 64. *nu.* 5. 46

Ignorantia tamen crassa, & supina non suffragatur. Card. De Luc. *d. disc.* 64. *n.* 7. Non præsumitur, quando beneficiatus decessit in captivitate. Card. De Luc. *de Jurep. d. disc.* 1. *n.* 9.

Scientia Patroni, vel Ordinarii respectivè requiritur una cum patientia, ut quis acquirat quasi possessionem præsentandi. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 63. *n.* 22. An autem vera requiratur, vel sufficiat præsumpta. Card. De Luc. *ibid. n.* 24. 47

Scientia indignitatis, vel incapacitatis præsentati requiritur in patrono ad effectum, ut privetur jure suo pro ea vice Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 43. *num.* 11. 48

Scientia Regulæ præsumitur in Religioso. Rot. *dec.* 3. *n.* 27. *part.* 7. *rec.* & apud Cavaler. *dec.* 77. *n.* 7. *et dec.* 91. *n.* 10. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 2. *n.* 16. 49

Scientia probatur ex antecedentibus, & subsequentibus, maximè in sanguine conjunctis. Buratt. *dec.* 143. *n.* 23. *et seq.* Emeric Jun. *dec.* 27. *n.* 2. 50

Scientia relaxationis mandati una cum censuris supplet defectum intimationis, & arctat citatum ad parendum, ac si intimatio legitimè executa fuisset Felin. *in cap. cum sit Romana, num.* 15. *de appell.* Rot. *dec.* 236. *n.* 4. *part.* 14. *rec. et* cor. Bich. *dec.* 159. *n.* 11. *et dec.* 642. *num.* 2. *et* 3. *et seq.* Emerix Jun. *dec.* 422. *n.* 4. 51

52 Scientia supplet defectum interpellationis, & certiorationis Gratian. *discept.* 380. *n.* 17. Modern. Lucen. *consult.* 330. *n.* 31. Caprar. *dec.* 88. *n.* 3. *part.* 1.

53 Testamentum apud se habens, præsumitur habere scientiam Fideicommissi, & omnium in eo contentorum Peregr. *de Fideic. art.* 52. *num.* 104. *vers. octavus*. Cyriac. *controv.* 325. *n.* 14. Caprar. *decis.* 345. *n.* 13. *part. pr. et dec.* 374. *n.* 5. *part.* 1.

54 Scientia requiritur, ubi principaliter agitur de abdicatione Juris, & in materia renunciationis; secus ubi agitur de titulo lucrativo, & susceptione onerum, quæ veniunt in consequentiam. Caprar. *dec.* 78. *n.* 17. *part.* 1.

Scientia ubi agitur de remissione propriorum Jurium debet esse certa, & indubitata, alias ignorantia semper præsumitur Rot. *dec.* 504. *n.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 130. *n.* 26. *part.* 6. *et dec.* 157. *n.* 20. *et seq. part.* 8. *rec.* & coram Ubald. *dec.* 402. *num.* 9. Caprat. *dec.* 614. *n.* 1. *p.* 2.

Scientia vaga, & incerta, & præsumpta, sufficiens non est ad inducendam remissionem propriorum Jurium. Rot. *dec.* 360. *n.* 3. *part.* 6. *et dec.* 48. *n.* 16. *et seq. part.* 8. *et dec.* 735. *n.* 18. *et seq. part.* 19. *rec.* Caprar. *d. dec.* 614. *n.* 2.

55 Scientia resultans ex publica subhastatione præviis edictis ad valuas: attenta vastitate Urbis, & negotiorum affluentia & tenuitate rerum sub hasta positarum, & qualitate personarum potens non est ad arguendam scientiam certam requisitam in materia præjudiciali: quidquid esset si ageretur de aliquo corpore insigni primariæ Familiæ, vel in aliqua parva Civitate, ubi fama rerum citius vulgatur. Caprar. *dec.* 336. *n.* 6. *part.* 1. Et scientia de his, quæ sunt nota in Civitate, satis dicitur probata in habitante in eadem Civitate Caprat. *dec.* 659. *num.* 15. *part.* 2.

Scientia resultans ex publicis subhastationibus dicitur præsumpta, quæ sufficiens non est ad effectum præjudicii, sed debet esse certa, & indubitata. Rot. coram Dunozet. Jun. *dec.* 917. *n.* 10. Caprat. *dict. dec.* 336. *n.* 7. & *n.* 11. *d. part.* 1.

56 Scientiæ præsumptio nequit allegari, nisi probetur factum, unde illa resultet. Rot. *dec.* 658. *n.* 4. *part.* 18. *rec.* Caprar. *dec.* 208. *n.* 29. *part.* 1.

57 Scientia Papæ debet esse certa, & indubitata ubi agitur de præjudicio tertii Laici. *alleg. fisc.* 92. *nu.* 16. & 17. Cavaler. *dec.* 91. *sub n.* 7. Caprar. *decis.* 386. *n.* 11 *part.* 1.

58 Scientia Papæ non infertur ex scientia Ministrorum Cameræ Ferrariæ, & ex ista ad scientiam Ministrorum Urbis, tamquàm illationes nimis remotæ Caprat. *d. dec.* 386. *nu.* 11. Et scientia Nuncii non infertur ad scientiam Papæ *ibidem nu.* 13. Scientia Officialium debet esse specifica, & illorum, per quos actus geritur *ibidem nu.* 16. Ex scientia Officialium non suffragatur, ubi requiritur licentia Principis derogare debentis Juri Tertii *ibidem n.* 17.

59 Scientia præsumpta non admittitur, ubi requiritur vera Rot. *recent. part.* 10. *dec.* 346. *nu.* 7. Bich. *dec.* 500. *n.* 47. Caprar. *dec.* 386. *n.* 15.

§. SCRIPTURA. VIII.

1 Scriptura privata dicitur illa, quæ fit à privatis personis, vel etiam à notario, tamquam privato, & non in forma publica; non habet per se auctoritatem nisi recognoscatur per confessionem, vel comparationem, etiam si fit facta à judice, & cum testibus, cùm non sit officium judicis scribere, sed tabellionum, Genu. *de script. privat. lib. pr. q. pr.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 74. *num.* 19. &c. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 5. &c. *fol.* 390. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 373. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1294.

Quando autem dicatur publica, Bart. *in l. si quis ex argentariis §. initium ff. de edend.* Tusch. *litt. S. conclus.* 75. *per tot.*

Quid operetur sigillum in scriptura appositum, Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1302. *per tot.* Marabæu. *de re crimin. controv.* 45. *a n.* 11. Latè Crescin. ad Pen. *decis.* 59. *et decis.* 1038. vide infra *n.* 7. *vers. quid.*

Scriptura privata est triplicis generis, nam aut est *Liber rationum*, de quo diximus in *§. Liber*, aut *Epistola*, de qua in *§. litteræ*, aut *Syngrapha*, de qua nunc sermo noster, & ista quando est recognita judicatur tamquam instrumentum, & illius appellatione continetur, Genu. *d. tract. lib* 1. *q.* 2. & 3. Pac. Jordan. *d. tit.* 2. *num.* 14. & *seqq. fol.* 391. 2

Scriptura privata in genere sumpta regulariter nihil probat, præcipuè autem quando non est recognita, nec justificata etiam si essent plures scripturæ simul junctæ, ac etiam si agatur de favore fisci, vel piæ causæ, *l. instrumenta C. de probat. l. nuda C. de donat. l. exemplo, & l. rationes C. de fid. instrument.* latè Genu. *de script. priv. lib.* 1. *quæstion.* 4. *num. pr.* & *seqq. ad* 70. *fol.* 6. &c. Tusch. *litt. S. conclus.* 76. *per tot.* Ansald. *decis.* 47. *nu.* 4. & 5. & *decis.* 87. *num.* 18. 3

De chirographo, idest scriptura illa, in qua debitum continetur, an, & quando probet, vel non, latè idem Genu. *in addit. tit. de chirograph. per tot. fol.* 21. &c. Sanfelic. in *Praxi sect.* 51. & *seqq.* ubi etiam plura de appositione sigilli publici, vel privati quid operatur.

Scriptura privata probat in multis casibus, nempe quando fuit inter partes diu observata; quando agitur de modica summa arbitrio judicis, quando est aliunde adminiculata puta ex qualitate scribentis, verisimilitudine, vel aliis conjecturis, quando qui illam confecit fatetur esse sua manu scriptam, licet neget contenta in ea esse vera, ac etiam si agatur de crimine probando; quando agitur de solo præjudicio scribentis, vel hæredum, vel habentium causam ab eo contra quos omnes, modò sit recognita, & causam contineat, plenè probat, etiam si careat die, & Consule, ac subscriptione, pro scribente verò non probat, sed aliqualem tantùm præsumptionem inducit, nisi sit ab adversario approbata, etiam generaliter confitendo quod scribens semper fuit persona veridica in ejus dictis, & scriptis, vel nisi sit verisimilis, & jurata, vel nisi fuerit producta; nam censetur à producente tàm pro se, quam contra se approbata, nisi sit producta ad impugnandum. Item probat solutionem quando reperitur penes debitorem; item quando fuit per sententiam approbata, vel in actis reperta cum subscriptione actuarii, vel in judicio confecta; item quando agitur de declaranda mente disponentis, quando agitur de probando debitum contra suspectum de fuga; quando continet aliquid, quód respiciat officium scribentis; quando agitur inter liberos; quando est sculpta in marmore, monumentis, & lapidibus; quando vigore statuti, vel consuetudinis fidem facit; quando est à debitore, & tribus testibus suprascripta; quando agitur de probanda ætate filii; quando est sigillata cum sigillo Principis, vel Communitatis, sive alterius publici Officialis; quando pars, contra quam producitur, nihil opponit nec in specie, nec in genere; quando versamur in antiquis; quando ageretur de probanda donatione, vel societate; quando sumus in tempore pestis, & in aliis casibus, modò semper sit expressa aliqua causa debiti, ad latè tradita per Genu. *de scrips. privat. lib. pr. quæst.* 4. *num.* 70. & *seqq. ad* 177. *fol* 11. &c. Card. Tusch. *litt S, concl.* 76. *per tot.* Mascard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1294. Gratian. *discept. forens. cap.* 951. *num.* 1. &c. ubi quòd de æquitate canonica habet vim confessionis, & probat contra scribentem, etiam sine die, & anno, stantibus adminiculis, & alicujus temporis observantia. De Comit. *decis. Flor.* 33. *num.* 15. *pag.* 587. Emerix jun. *decis.* 463. *num.* 10. Caprat. *decis.* 61. *nu* 4. & 5. Bertachin. *vol.* 28. *num.* 2. *vol.* 88. *num.* 52. 55. & 56. 4

Quid, & quantum probet scriptura reperta impressa in lapidibus, parietibus, & monumentis, Menoch. *libr.* 2. *præsump.* 59. *per tot.* Genu. *loc. cit. n.* 287. &c. *ad* 297. *fol.* 19. Tusch. *litt. S. conclus.* 84. Sanfelic. *in Praxi sect.* 53. *num.* 12. &c. Episc. Piton. *de jurepatr. alleg.* 43. *n.* 1. 4. 6. *tom* 1.

Quód scriptura privata valde adminiculata probet etiam pro scribente, vel dictante, veluti stante nobilitate illius, legalitate, bona fama, sit conscripta ante motam litem, tempore non suspecto, & hu-

Digitized by Google

hujusmodi, ac omnia ista morte scribentis sit comprobata, latè Rot. *p.* 17. *rec. dec.* 314. *per tot.* Card. de Luc. *de Feud. disc.* 94. *n.* 8.

5 Scriptura sumpta ex archivio publico, vel cancellaria publica, ratione loci publici, ex quo desumitur non tantùm probat, sed etiam notorium facit, modò sit antiqua, habita pro publica, inter alias publicas scripturas inventa, & in loco, in quo non consueverunt reponi nisi scripturæ veræ, & autenticæ, vel pro talibus habitæ, & ab Officiali publico custoditæ, aliàs autem commixtio tolleret probationis virtutem, & in omnem casum probat tantùm inter subditos illius loci publici, in quo fuit reperta, etiam alibi litigantes, non autem contra forenses, nisi essent de alio loco confederato, nec probaret ubi ageretur de delicto, nec pro tertio contra tertium, latè Genu. *de script. privat. lib.* 1. *quæst.* 2. *per tot. fol.* 28. *&c.* Joseph de Sesse *decision.* 21. *per tot.* Card. Tusch. *litt. A. concl.* 486. idem Genu. *d. tract. lib.* 5. *de lib. rat. in arch. pub. repert. per tot. fol.* 265. *&c.* ubi *num.* 18. videtur firmare, quòd talis scriptura sumpta ex archivio publico cum subscriptione, & testimonio Archivistæ plenè probet de jure communi, & sic ubique locorum eundem effectum probationis operetur, etiam inter forenses, & non subditos illi Archivio, quòd ego verissimum arbitror, & ita semper servari vidi in scripturis ab Archivio in forma extractis, Caballin. *Milleloq.* 58. *in fine*, cum aliis per Genu. *loc. cit.* ubi etiam an sit necessaria citatio partis in hujusmodi extractionibus scripturarum ab Archivio, vide in §. *Copia num.* 3. Ludovis. *decis.* 432. *&* 550 *cum Beltram.* ubi qualiter exemplum exempli, vel sumptum ex alio sumpto non probet, etiam si primum exemplum fuerit solemniter extractum, & alia ad rem, vide in §. *Instrumentum num.* 6. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 305. *num.* 3. *& seqq.* ubi plura quando copia, sive exemplum scripturæ probet concurrentibus præsumptionibus, & adminiculis, & *decis.* 473. *num.* 1. *&c.* ubi quòd copia instrumenti in actis producti, & parti prævia collatione restituti, probat sicut originale. Et quando copia scripturæ etiam informis probet, plenè Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 460. *per tot. & dec.* 552. *per tot.* Emeria. *dec.* 14. *n.* 5. Latè Mantiss. ad De Luc. *lib.* 13. *decis.* 8. *la* 2. *nn.* 5. *vol.* 4., ubi quod probat etiam sine originali De Luc. *de Fideicomm. disc.* 180. *n.* 5. & vide Crescin. ad Pen. *decis.* 276.

Quòd scripturæ repertæ in archivio non probent sine subscriptione archivistæ cum attestatione, quod sint de archivio Gratian. *discep. forens. cap.* 582. *per tot. cap.* 736. *n.* 35. *&c. cap.* 859. *per tot.* ubi quòd archivium non probat contra non subditos, & *cap.* 869. *num.* 38. *&c.* Duran. *dec.* 337. *n.* 60. Bich. *decis.* 246. *num.* 19. ubi quòd archivium probat tantùm inter personas illius territorio subjectas, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 453. ubi quòd archivium publicum non tribuit robur scripturis informibus, cùm potuerint ibi reponi ab interesse habentibus, & tantò minus archivium particulare, vel privatum, quod *nec* etiam probat contra non subditos.

Item non probant etiam cum subscriptione archivistæ, quando ipse archivista, & custos archivii esset suspectus, aliàs posset de facili fraus committi, recondendo ibi scripturam privatam, ut postea auctoritate archivii probaret, sicuti benè ponderat Rot. *par.* 2. *divers. dec.* 183. Bich. *dec.* 246. *nu.* 9. *& seqq.* ubi etiam quòd judex compulsorialia debet prius per se videre originalia an sint viciata, probari de quo tempore fuerint ibi repositæ, cùm potuerint reponi de recenti, aut post motam litem recognosci manus Notariorum, & alia, sine quibus dictæ scripturæ non probant.

Quòd scriptura privata non archiviata non mereatur fidem, neque executionem obstantibus Constitutionibus Apostolicis, Rot. apud Zacch. *de oblig. Cam. dec.* 132. *n.* 3. Urceol. *in Append. ad cap. pr. n.* 55. *vol.* 2. ubi tamen quòd istud fallit in instrumento publico, ante erectionem Archivii, quando fuit confessata, & non oppositum, ad tradita per Conciol. *alleg.* 55. *n.* 43. *& seqq.*

Quòd defectus archiviationis scripturæ non obstet, stante legalitate, & veritate ipsius scripturæ, aliunde benè probata Rot. *p.* 23. *rec. dec.* 407. *n.* 19.

Scriptura privata non requirit de necessitate diem, 6
neque annum quando agitur de probando tantùm contra scribentem, secùs autem si agatur de præjudicio tertii, vel de prioritate temporis, vel quando tempus esset de substantia probationis, vel si sit in libro rationum, vel ubi actus mutari solet, vel ubi redigitur ad publicum instrumentum, vel ubi agitur de legitimatione filiorum, & in aliis casibus, Caballin. *Milleloq.* 665. Tusc. *litt. S. concl.* 81. *per tot.* Genu. *de script. priv. lib. pr. qu.* 2. *per tot. fol.* 30. *&c. infra n.* 17.

An autem requirat locum? dic quòd non, nisi quæstio penderet à loco, vel nisi aliqua de causa assumere deberet robur publici instrumenti, Genu. *loc. cit. n.* 59. *&c.* Tusch. *loc. cit.*

Scriptura manu propria scripta, non indiget quod 7
ejusdem scriptoris manu subscribatur, etiam si nullum ipsius scribentis signum sit appositum, & quamvis qui scripsit non asserat de manu sua scripsisse, cùm satis sit constare scripturam esse manu illius scriptoris scriptam ad hoc ut illi præjudicet, & eum obliget, quatenus causam aptam contineat, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 66. *num.* 2. *&c. & de arbitr. cas.* 94. *num.* 13. *&* 21. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 28. *& fol.* 392. ubi firmat idem in epistola, & qualibet alia apocha privata per text. in *l. cum antiquitas §. cum autem C. de testam.* ubi Bald. *nu.* 6. Castr. *num.* 7. Jas. *num.* 12. *& alii*, vide in §. *Litteræ n.* 8. Crescin. ad Pen. *decis.* 276.

Notulæ tamen factæ pro memoria scribentis si nihil concludant, scribenti non præjudicant, Rot. coram Buratt. *dec.* 66. *n.* 11. & apud Post. *de manut. dec.* 314. *nu.* 4. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 308. *num.* 7.

Quid & quantum operetur sigilli appositio in scriptura, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 113. *per tot.* Crescin. ad Pen. *decis.* 59. *et decis.* 1038. De Luc. *de Judic. disc.* 29. *num.* 47. Balduc. *tit. pr. decis.* 9. *nu.* 9. *&* 10.

Quòd requiratur nomen, & cognomen illius, qui in scriptura obligatur, Genu. *de script. privat. libr. pr. quæst.* 4. *n.* 128. *fol.* 15. *& num.* 139. *& seqq.* ubi videtur tenere, quod sufficiat constare, à quo fuerit scripta, & hoc etiam tenet Grat. *decis.* 237. *nu.* 13. *& in Addit. num.* 4. vide in §. *Litteræ n.* 8.

Scriptura facta ab uno, alio dictante præjudicat 8
scribenti, ita ut si in ea supponantur hypothecæ illius bona, videatur consensum præstitisse, & remaneant obligata, *l. fidejussor § Pater ff. de pign.* latè Duran. *decis.* 388. *n.* 1. 45. *et seqq. per tot.*

Quòd scriptura præsumatur unà cum omnibus in ea contentis approbata à scribente, etiam si nomine alterius scripserit, si contineat causam aptam, & idoneam, alias secùs Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 66. *num. pr. & seqq.* vide Duran. *d. decis.* 368. ubi benè declarat, & dixi in §. *Litteræ n.*

An autem, & quando copia, sive exemplum ipsius privatæ scripturæ probet, vel non, latè Genu. *de script. priv. lib. pr. q.* 16. *per tot. fol.* 59. *&c.*

Quando scriptura dicatur approbata per recipientem sine contradictione, vide in §. *Litteræ n. infra num.* 23.

Quando possit pro parte acceptari, & pro parte reprobari, vide in §. *Confessio num.* §. *Debitor n.* §. *Liber num.* §. *Litteræ num.*

Quòd potiùs attendatur subscriptio scripturæ, quam id, quod in ejus corpore continetur, quia subscriptio est illa, quæ dat robur scripturæ, intelligendo quando in subscriptione declaratur, vel restringitur substantia, & tenor ejusdem scripturæ, Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 386. *n.* 1. *&* 7.

Scriptura non scripta, nec subscripta, vel suprascripta 9
dicitur à suprascribente approbata, & illi suprascribenti præjudicat, licet in testamentis, & aliis, quæ requirunt subscriptionem non sufficiat suprascriptio, Menoch. *libr.* 3. *præsumpt.* 66 *num.* 32. *&c. cum declarationibus adductis num.* 15. *& seqq.* vide Put. *dec.* 226. *nu.* 4. *&c. libr. pr.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 26. *&c. fol.* 392. Genu. *de script. priv. lib.* 1. *quæst.* 2. *nu.* 6. *fol.* 95. ubi latè de scriptu-

ra manu creditoris conscripta, quæ nihil pro illo probat, nisi sit etiam subscripta, vel suprascripta à debitore uti obligato, & non uti teste, vel simpliciter præsente, & eum notitia contentorum in illa, vel nisi roboretur testibus, vel nisi creditor sit mortuus, quo casu aliqualis fides oritur ad favorem hæredum, quid si testes sint mortui, & alia, ut ibi per eum.

Non igitur refert an scriptura sit scripta, subscripta, vel suprascripta, dummodò semper qui vigore illius obligatur, notitiam habeat de contentis in ea, alias subscriptio, vel suprascriptio folii albi, vel suprascripta facta epistolæ nihil operatur, &c. Plura de subscriptione scripturæ Card. De Luc. *de Dot. disc. 33. n. 6. de Credit. disc. 81. de Judic. disc. 29.*, & latissimè *in Indic. gener. verb. subscriptio* Crescin. ad Pen. *dec. 276.* Orthobon. *decis. 40.*

Quòd subscriptio, vel suprascriptio folii albi, & nondum scripti non præjudicet, Card. Tusch. *litt. F. concl. 409.* Geno. *de scriptur. privat. lib. pr. q. 4. num. 120. fol. 14.* vide in *§. Ratificatio n. 8.* Merlin. *dec. 90.* Rot. *par. 13. rec. dec. 308. nu. 2. & seqq.* ubi tamen quòd limitatur regula quando probatur subscribentem notitiam habuisse eorum, quæ scribenda erant in folio albo, vel aliter ex præsumptionibus, & facti circumstantiis id deprehendi possit, quod benè probat etiam Cab. *cons. dec. 12. per tot. lib. 1.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 76. num. 95.* ubi quòd procurans sibi subscribi, vel aliter subsignari chartas vacuas, ut postea in illis ponat, quod voluerit, falsum committit, ad Farinac. *qu. 150. n. 92.* Emerix. *dec. 1251. n. 17. & seqq. & decis. 1261. & 758.* De Luc. *de Credit. disc. 81. n. 6. de Jud. disc. 29. n. 27. disc. 20. n. 7. 10 27.*

Cavendum tamen est valde à subscriptione folii albi, vel alterius scripturæ sine prævia matura, ac diligenti lectura, quia præsumptio stat contra subscribentem, & non est audiendus, nisi concludenter probet se fuisse deceptum, quicquid alii contrarium defendere nitantur, Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 25. fol. 391.* Duran. *decis. 368. n. 29. & 30.* Gratian. *discept. 936. nu. 27.* Menoch. *libr. 3. præsumpt. 66. per tot.* quia scriptura videtur in totum à subscribente approbata, & est in totum illi attribuenda, nisi probet se fuisse deceptum, vel nisi alieno nomine subscripserit, vel ratione officii, vel si non fuerit lecta; an autem præsumatur lecta, Menoch. *loc. cit.* adde Rot. *par. 10. rec. decis. 225. num. 25. & seqq.* ubi quando ex subscriptione non inducatur approbatio omnium contentorum, & *par. 13. dec. 243. num 13.* ubi quòd scribens scripturæ non lectæ, non dicitur consentire, nec illam approbare, & *decis. 308. d. part. 13. & dec. 388. n. 7.* ubi quòd præsumptio est contra subscribentem, & subscribere est approbare, & confirmare, adde Seraph. *dec. 973.* Zecch. *de oblig. Cam. quæst. 21.* Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib. 2. q. 8.* ubi quòd subscribens censetur fateri omnia in scriptura contenta, nisi probet se fuisse deceptum, vel non legisse, nec notitiam habuisse, &c. De Luc. *de Judic. dict. disc. 29.* Crescin. ad Pen. *decis. 1038.*

20 Scriptura privata, attenta allusione vocabuli, venit propriè appellatione instrumenti, quicquid attento communi usu loquendi contrarium sit dicendum, Magon *dec. Luc. 25. n. 4 &c.*

Sed quòd imò secundum veriorem opinionem ex propria significatione scriptura privata non veniat appellatione instrumenti, & tantò minus attento communi usu loquendi qui prævalet in omni dispositione si ab allegante probetur, nisi ipsa scriptura privata esset jam recognita, & de se probans, vel nisi in ea militaret eadem ratio, quæ in publico instrumento juxta mentem statuentium, nam his casibus veniret appellatione instrumenti, etiam juxta communem usum loquendi, & haberet executionem paratam sicut publicum instrumentum, latè Genu. *de script. privat. lib. pr. dub. pr. n. pr. & seqq. fol. 26. & 27.* Constantin. *ad statut. Urb. annot. 12. num. 1. 2. et 6. 7. pag. 191.*

Idem ego puto quando esset trino teste munita, & à partibus subscripta, quia tunc æquiparatur publico instrumento, juxta *text. in l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.* de quo infrà, vel quando ex conventione partium haberetur pro publica, & jurata, de quo pariter infra dicam, & vide Ruginel. *Pract. Quæst. cap. 7. per tot.* Cardin. Tusch. *lit. S. concl. 235.*

An autem appellatione instrumenti veniat probatio facta per testes, Menoch. *de arbitr. cas. 63. n. 6. &c.* vide in *§. Instrumentum num.*

Scriptura privata quantumcumque recognita non 21 habet executionem paratam, sicut instrumentum publicum, quia sive publica, sive privata, etiam confessata, & recognita, de jure communi non habet executionem paratam, nisi tribuatur vigore statuti, vel consuetudinis, Covar. *var. resol. lib. 2. c. 11. num. 4.* Borgon. *de tut. num. 87.* Genu *de scrips. privat. lib. pr. qu. 4. num. 111. fol. 14. et lib. 3. tit. de litt. Camb. q. 6. num. 11. fol. 161.* Vide Balduc. *tit. 4. decis. 3. n. 10 et decis. 8. a n. 2.* Abeccles. *obser. 108. n. 6. part. pr.*, ubi Crescin. *in addition.*

Quòd accedat publico instrumento, si ei de jure, vel speciali consuetudine credatur, ut habeat executionem paratam vigore statuti, Magon. *dec. Luc. 15. num 17. et seqq. et num. 31. etc.*

Quòd apocha manu Cardinalis subscripta habeat vim publici instrumenti, & executionem paratam vigore Statuti Urbis, Rot. per Farinac. *dec. 372. nu. pr. in Noviss.*

Stante Statuto, quòd scriptura manu propria debitoris scripta habeat executionem paratam, procedit etiam in scriptura manu alterius scripta, & à debitore subscripta, propter relationem, quam habet subscriptio ad totam scripturam præcedentem, Magon. *dec. Luc. 30. n. 14.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 22. etc.*

Qualiter intelligatur statutum dans executionem scripturis privatis, & quando procedat, vel non, Card. Tusch. *litt. S. concl. 131. per tot.* Magon. & Menoch. *loc. cit.* Conciol. & Romiguet. *ad Statut. Eugub. libr. 2. Rub. 32. per totum*

Quando habet executionem paratam, intellige contra debitorem, non contra tertium, Genu. *de script. priv. lib. pr. qu. 4. n. 226. fol. 22.* Vide Balduc. *dict. decis. 8. a n 2. et 4.*

Qualiter Florentiæ habeat executionem si sit recognita, vel pro tali declarata vigore legis Municipalis, dixi in Pract. §. *Scritte num. 13.*

Scriptura privata à tertio de alterius ordine, & 22 mandato scripta, vel subscripta, non solùm debet quoad manum recognosci, sed etiam probari ordo, & mandatum per duos testes, vel alio modo legitimo, de illam conscribendo, nec creditur scriptori asserenti de ordine, & mandato alterius scripsisse, vel subscripsisse, Gratian. *decis. 114. n. 8. et seqq. et discept forens. cap. 767. num. 16. etc. cap. 948. nu 15. etc.* Post. *de manut. observ. 98. num 10. etc.* Genu. *de script. privat. lib. 2. quæst. 3. nu. 22. etc. fol. 99.* vide in *§. Liber n. et §. Testis n.* Urceol. *Consult. forens. cap. 9. num. 10. etc.* in meis resol. *cap. 66. num. 14. etc.* Rot. *par. 18. rec. dec. 77. nu. pr.* ubi etiam si subscribens esset maritus, qui uxori non præjudicat sine speciali mandato. Crescin. ad Pen. *decis. 276.*

Quòd quis possit cogi recognoscere scripturam manu tertii, de ejus tamen ordine, & mandato scriptam sicuti propriam, Card. Tusc. *litt. S. concl. 640.* Genu. *d. tractat. lib. 2. quæst. pr. num. 32. fol. 81.* ubi quod idem est in domino, qui tenetur recognoscere manum sui administratoris, & in similibus.

De apocha manu tertii conscripta, an, & quando probet, vel non, & quid operetur assertio illius tertii attestantis de consensu ambarum partium scripsisse, latissimè Genu. *d. tract. lib. 2. quæst. 3. nu. 1. & seqq. ad 114. fol. 98. &c.* sequitur Rot. *part. 12. recent. dec 139. n. 22.* coram Bichio *inter ejus impressas dec. 664.* ubi quod & pluribus simul junctis probatur epistolam fuisse de alicujus ordine scriptam.

Quòd ex recognitione, & assertione illius tertii inducatur plena probatio, tenuit Mandel. *cons. 660.* Dec. *consil. 56. n. 4. & cons. 650. nu. 9.* Reprobantur tamen, & rectè per Geno. *loc. cit. num. 34. & seqq.* nisi aliæ conjecturæ, & adminicula veritatis concurrant, ut ibi latè per eum, & Menoch. *de arb. cas.*

Digitized by Google

cas. 99. *n.* 17. Farinac. *qu.* 63. *c.* 4. *num.* 22.] dixi in Pract. §. *Scritt n.* 18.

Datur tamen cautela ad probandum cum facilitate hujusmodi mandatum, ut nempè testes in suis subscriptionibus dicant se fuisse præsentes, & de voluntate ambarum partium præsentium, & sic mandantium subscripsisse, vel ille tertius scriptor dicat, quòd de mandato talis, ac in præsentia infrascriptorum testium, & subscriptorum scripsit, nam postea testes videntur omnia, & sic etiam dictum mandatum probare, ut benè docet Genu. *d. tract. lib.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 54. *&c. fol.* 101. Scacc. *de jud. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 1102. dixi in Pract. §. *Scritt n.* 19. & in hoc Opere §. *Assertio n.* 24.

Quòd ex pluribus conjecturis simul unitis probetur, epistolam, vel aliam scripturam fuisse de alicujus ordine scriptam, Menoch. *de arbitr. cas.* 99. *n.* 17. *&c.* Farin. *de test. quæst.* 63. *cap.* 4. *num.* 221. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 139. *n.* 15. Et quomodo scriptura privata conscripta per tertium de ordine debitoris sit recognoscenda late Bertachin. *vol.* 39. *nu.* 17. & 18. Cyroch. *cap.* 75. & alii, quos refert Crescin. ad Abecclef. *obscr.* 49. *n.* 9. *part.* 2.

23 Scriptura privata, etiam non recognita, nisi alius patiatur defectus, fidem facit parte non opponente, & si in termino dato ad opponendum nihil fuerit dictum, eo elapso non potest opponi de defectu recognitionis, & valet sententia, etiam non facta recognitione, quæ semper fieri poterit quando pars opponit, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 551. *n.* 37. & *cap.* 669. *n.* 10. *&c. cap.* 944. *nu.* 28. *&c.* Post. *de manutent. obscr.* 98. Duran. *dec.* 18. *n.* 23. *etc.* Rot. *par.* 1. *rec. dec.* 487. *nu.* 6. *part.* 3. *dec.* 522. *num.* 7. *part.* 9. *dec.* 230. *n.* 14. 15. *et* 16. ubi quòd ita servatur de stylo Rotæ, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 373. *versus finem*, Genu. *de script. privat. libr.* 1. *quæst.* 4. *n.* 210. *etc. ad* 224. *fol.* 21. ubi multa quando dicatur approbata per non oppositionem, & quòd non dicatur approbata si reus petat absolvi, vel quod petita fieri non debeant, vel similia, cùm tunc dicatur satis opponere contra scripturam, & quod recognitio semper potest etiam post conclusum in causa, & in causis appellationis fieri, ut ibidem *num.* 231. Abecclef. & Crescin. *observ. for. part.* 2. *observat.* 48.

Sed quòd imò non sufficiat dicta generalis oppositio sed requiratur specifica, alias dicatur approbata scriptura per non oppositionem specialem, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 46. *n.* 29. *infra n.* 23. vide in §. *Productio n.* 3.

Quòd si non fuit facta recognitio in prima instantia, nec de illius defectu oppositum, non possit ampliùs opponi, Cavaler. *dec.* 142. *n.* 6. ubi etiam *n.* 8. quòd non est necessaria recognitio, quando scriptura est de per se nota. Crescin. ad Abecclef. *loc. cit. n.* 9.

Item scriptura privata stante temporis antiquitate probat sine recognitione, Put. *decis.* 151. *lib.* 1. Gratian. *discept. for. cap.* 653. *n.* 61. *c.* 754. *nu.* 23. *c.* 857. *n.* 19. *etc.* Merlin. *dec.* 244. *n.* 15. *etc.* De Comit. *dec. Flor.* 28. *n.* 45.

Qualiter probet in antiqua etiam contra tertiùm, modò non controvertatur esse illius, qui dicitur, eam scripsisse, latè Genu. *de script. priv. lib.* 1. *qu.* 4. *n.* 232. *etc. ad* 244. *fol.* 22.

Plura de recognitione scripturæ, & jurium quando sit necessaria, vel non, & qualiter facienda, Tusch. *litt. R. concl.* 50. *et si per tot.* Paul. Christin. *dec.* 37. *num.* 11. *et seqq. vol.* 5. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 373.

24 Scriptura privata qualiter sit recognoscenda, & quomodo eligendi periti pro comparatione facienda, quid, & quantum operetur comparatio, & quæ requirat, Menoch. *de arbitrar. cas.* 114. *per tot.* Magon. *dec. Flor.* 81. *per totum*, Gratian. *discept. for. cap.* 235. *n.* 20. *etc. cap.* 429. *nu.* 9. *etc.* Post. *de manutent. observ.* 86. *per tot.* Genu. *de script. privat. lib.* 1. *quæst.* 14. *per tot. fol.* 55. *et quæst.* 16. *concl.* 3. *nu.* 48. *et seqq. fol.* 70. Concinl. & Romaguer. *loc. supra citat.* Vela *Disser.* 22. *et seqq. vol.* 1. ubi recognita habeat execqutionem, & alia ad rem, ubi qualiter sit facienda recognitio, & de comparatione, & de ejus effectibus, latissimè Genu. *d. tract. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 25. *et seqq. per tot.* vide in §. *Comparatio n.* 1. *etc. et* §. *Testes n.* 45. plenè Paul. Rub. *in suis Practicab. concl. cap.* 28. 29. 30. 31. 32. ubi plures casus discutit, & omnia requisita cumulat. Carol. Anton. De Luc. ad Grat. *cap.* 235. ubi latè. De Luc. *de Judic. disc.* 29. *a n.* 29. Rocc. *cap.* 126. *n.* 14. *et* 15. *lib.* 2. Baldue. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 30. *n.* 14. *et* 15. Ansald. *dec.* 8. Caprar. *dec.* 480. *nu.* 24. *et dec.* 561. *n.* 4. *part.* 2. Abecclef. & Cresc. *observ.* 48. *et* 49. *part.* 2.

Quod recognitio, quæ fit per comparationem, sit facienda cum scriptura certa, & indubitata; scriptura autem ad dictum effectum comparationis dicatur certa, & indubitata quinque præcipuè modis; Primò, si sit tribus testibus munita, & ab ipsis, vel saltem duobus ex illis recognita; Secundò, si sit scriptura forensis idest in foro, vel judicio facta, licet non in forma publica; Tertiò, si sit scriptura publica, idest manu tabellionis facta, & in publicam formam redacta, Quartò, si sit ab adversario producta; Quintò si sit ex publico archivio desumpta, ut benè explicant Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de fid. instrum. resol.* 7. *n.* 2. Farin. *in fragment. litt. C. n.* 457. & *seq.* Cavalcan. *lib.* 2. *dec.* 27. *n.* 52.

Quòd recognitio fiat per confessionem partis, quæ scripsit, vel adversarii, per examen testium, per comparationem, & per contumaciam partis non recognoscentis, latè Scacc. *de Judic. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 933. & *seqq. ad* 1055.

Qualiter scriptura famuli, factoris, administratoris, & scribani sit recognoscenda à Domino, & idem est in patre, filio, & uxore, prout etiam hæres tenetur recognoscere scripturam sui defuncti, Cavalcan. *dec.* 27. *n.* 55. *etc. lib.* 2. Genu. *de scrip. priv. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 31. *fol.* 81. Card. Tusch. *litt. S. concl.* 640. Vide Abecclef. & Crescin. *d. obscr.* 48. *part.* 2. De Luc. *de Judic. disc.* 29.

Quòd autem recognitio facta post mortem debitoris parum prosit, Maynard. *dec. Tolos.* 42. *lib.* 2, refert Genu. *in Addit. fol.* 63. *n.* 10.

Quòd stetur dicto filii in recognitione manus patris, Cavaler. *dec.* 122. *n.* 20. Abecclef. & Crescin. *d. obscr.* 48. *part.* 2.

Quòd recognitio sit facienda, exhibita, visa, & perspecta tota scriptura, & non in sola subscriptione, & quare, Franch. *dec* 304. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 94. *n.* 4. Jo. Bapt. Costa *de retrotract. fol. mihi* 89. *n.* 18

An autem scriptura postquam fuit recognita per testes habentes notam manum, sit iterùm instante parte, etiam per comparationem recognoscenda, Rot. *part* 16. *recent. dec.* 328. ubi fuit admissa comparatio cum debitis requisitis de æquitate, ac pro majori dilucidatione, licèt alias sit remedium subsidiarium, ut dixi in §. *Comparatio nu.* 1. & §. *Testes n.* 45. ubi qualiter testes deponere debeant in recognitione scripturæ.

Scriptura patris, vel matris, etiam sine testibus reperta in capsa, sive aliter benè custodita, si contineat perfectam voluntatem, & consensum est servanda inter liberos; & descendentes tanquam solemne testamentum; non tamen aliquid operatur respectu dispositionum concernentium extraneos; qualiter sit recognoscenda, & alia in hac materia benè Clar. §. *Testamentum quæst.* 8. & *seqq.* Seraphin. *dec.* 810. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 235. *per tot. cap.* 969. *n.* 27. *&c. cap.* 902. *num.* 15. *&c.* idem Gratian. *decis.* 207. *per totam*, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 7. *per tot.* late Genu. *de script. priv. lib.* 6. *c.* 1. *per tot. ad n.* 298. ubi 26. casus considerat, plures quæstiones format, & multa requisita cumulat, & quid servetur in Dominio Venetorum, adde Tusch. *litt. T. concl.* 101. *per tot.* ubi quando hujusmodi scriptura probat etiam quoad extraneos, *et concl.* 113. *per tot.* Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 41. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 7. *n.* 1. & *dec.* 8. *per tot. vol.* 4. & *dec.* 199. *vol.* 5. Merlin. *dec.* 806. *n.* 3. *&c.* ubi quando substineatur etiam ad favorem extranei, & *dec.* 862. *n.* 11. *&c.* Peregr. *decis. Pat.* 33. *per tot.* 25

obi

Digitized by Google

ubi latè Rot. part. 9. recentior. dec. 177. nu. 1. &c. part. 13 dec. 472. ubi de identitate, recognitione, & perfectione voluntatis, sine quibus nec inter liberos sustinetur, adde latè Cabal. cons. dec. 106. lib. 2. Rot. part. 16. recent. dec. 327. per tot. ubi an, & quando valeat etiam favore extranei, vel non. Carol. Anton. De Luc. in add. ad Grat. dict. cap. 235. ubi latè in add. ad dict. dec. 207. Card. De Luc. de Testam. disc. 14. n. 7. disc. 26. n. 5. & 7. disc. 27. n. 6. disc. 75. & disc. 85.

Quòd prædicta procedant, etiam si non servetur æqualitas inter liberos, latè idem Genu. loc. cit. nu. 216. & seqq. ad 222. Christ. d. dec. 8. nu. 3. vol. 4. Cabal. d. cons. 106. n. 33. & seqq. ubi nisi inæqualitas esset magna, & excessiva, adde Ferdinand. de Escanno tract. de testam. cap. 8. De Luc. de Testam. d. disc. 26. n. 17. d. disc. 27. a n. 7. d. disc. 86. a n. 2.

An sustinestur respectu dationis tutoris in ea factæ, vide Clar. §. Testamentum qu. 10. Montan. de tut. cap. 8. n. 7. & seqq. dixi in resol. 8. n. 68.

Qualiter testamentum patris factum inter filios habeat locum etiam quoad fideicommissum universale factum extraneæ personæ, Martha vot. Pis. 60. per totum, vide Rot. cum pluribus citatis part. 16. recent dec. 327.

Quòd dicta scriptura patris, vel matris hoc casu recognoscatur per solam litterarum comparationem ad effectum plenæ probationis, nisi excedat valorem unius libræ auri, vel per testes deponentes se præsentes fuisse dum scriberetur, & scivisse quid scribebatur, vel asserentes habere notum characterem juxta praxim ferè ubique receptam, quicquid sit de jure intelligendo, ubi scriptura ipsa negatur, probatur etiam sine testibus, Genu. de script. priv. lib. 6. cap. 1. n. 52. & seq. ad 79. vide Cabal. d. cons. 106. ubi quando recognitio non sit necessaria.

An autem prædicta procedant quoad filios naturales, spurios, legitimatos, & hujusmodi; an in patre cæco, usurario, bannito, prodigo, judæo, damnato, & similibus, Genu. loc. cit. num. 113. & seqq. ubi se remittit ad Natt. in l. hac consultissima, §. Ex imperfecto n. 67. & seqq. Clar. §. Testamentum quæst. 12. Thes. dec. 94. Fachin. contr. jur. lib. 4. cap. 3. & alios Paul. Christin. dec. 8. n. 6. vol. 4. & dec. 199. vol. 5. Ferdinand. de Escanno tract. de testam. cap. 8.

Quòd testes recognoscentes hujusmodi scripturam, debeant de jure deponere se fuisse præsentes, & vidisse illam scribi; de stylo verò Curiæ Romanæ sufficiat si dicant habere notam manum scribentis, cùm agatur, de actu, in quo testes non requiruntur præsertim concurrentibus adminiculis, Rot. part. divers. dec. 124. per tot. Pac. Jordan. Luc. vol. 3. lib. 24 tit. 20. n. 406. & seqq. fol. 416. ubi benè declarat, & vide in §. Testes Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. cap. 235. n. 9. & seqq.

26 Scriptura simplex à testatore subscripta etiam absque testibus, vel aliis solemnitatibus, habetur pro testamento favore piæ causæ, ita ut secundum veriorem opinionem valeat non tantum quoad institutionem piæ causæ, sed etiam quoad legata extraneis facta, Gratian. discept. forens. cap. 605. nu. 20. &c. cap. 895. nu. 21. &c. ubi etiam de recognitione quando dicatur legitimè facta, & cap. 969. n. 27. &c. Cavaler. decis. 553. per tot. latè Genu. de script. priv. lib. 6. cap. 2. per tot. ubi plures casus distinguit, & ferè ex omnibus recedit ab opinione Clari in §. Testamentum quæst. 7. &c. vide Paul. Christin. dec. 199. n. 2. &c. vol. 5. Rot. part. 2. divers. dec. 74. per tot. ubi sequitur dictam conclusionem favore piæ causæ, intelligendo tamen de pia causa respiciente amorem Dei, & saltem animæ, non autem solam pietatem humanam, latè Rot. par. 10. recent. dec. 289. per tot. ubi quod meretur executionem, & immissionem ex remedio, l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. ut notant ibidem DD. & præcipuè Menoch. de adipisc. remed. 4 n. 312. Argel. de acquir. poss. quæst. 6. art. 9. nu. 163. & 172. Rot. part. 12. recent. dec. 150. nu. 20. & seqq. Intellige dummodò constet de originali, & identitate scripturæ, ac de voluntate omninò perfecta, alias non datur immissio, Rot. part. 13. recent. dec. 472. De Luc. de Testam. disc. 14. per tot. disc. 15. a n. 2. cum seqq. de Fideicommiss. disc. 108. nu. 11. & 12.

Quod imperfectio voluntatis faciat corruere dictam scripturam etiam inter liberos, & ad piam causam, ita ut tunc hæres nec teneatur in foro conscientiæ, quicquid aliud sit in imperfectione solemnitatum, Gratian. discept. forens. cap. 763. n. 18. &c. cap. 764. num. 25. &c. latè videndus Genu. de script. priv. lib. 6. cap. 1. num. 123. & seqq. ad 176. fol. 12. &c. vide in §. Testamentum n. 13. & num. 18. in fine, Rot. part. 13. recent. dec. 210. n. 5. etc. ubi quòd supplet defectum solemnitatum, non autem voluntatis, quæ saltem est per duos testes comprobanda, & dec. 275. n. 4. et seqq. ubi quòd voluntas testatoris testamento vires attribuens secundùm terminos juris gentium, debet elucescere, vel ex scriptura characteris subscripta formiter recognita, vel ex bona testium depositione cum partis citatione sequuta, alias dispositio uti ratione voluntatis imperfecta neque inter liberos, neque ad piam causam sustinetur, Rot. part. 13. recent. dec. 472. ubi pro nullitate ob non probatam identitatem scripturæ, & ea voluntate imperfecta, & ex quo voluit testator scripturam ab eo esse subscriptam, & non constabat de subscriptione, & ideò dicitur imperfecta voluntas, quæ non subsistit, non obstante aliqua observantia, quæ solùm supplet defectus solemnitatùm, & non voluntatis, adde Ferdinand. de Escanno tract. de testam. cap. 6. & 7. ubi plura de testamento imperfecto ratione solemnitatis, ut sustineatur favore aliorum, & piæ causæ, secus autem si sit imperfectum ratione voluntatis, & ea quibus cognoscatur perfecta, vel imperfecta scriptura in arca reperta. De Luc. de Testam. disc. 8. nu. 6. disc. 11. n. 8. disc. 12. n. 14. disc. 13. n. 5. disc. 15. n. 4. disc. 16. n. 10. disc. 26. n. 6. & 15. disc. 75. a n. 2. disc. 86. n. 5.

Scriptura prædicta sive inter liberos, sive ad pias causas, an requirat appositionem diei, & anni, Gratian. discept. for. cap. 895. n. 40. etc. n. 90. etc. cap. 245. nu. 7. ubi quòd sic, sed quando secus, Cabal. cons. decis. 106. nu. 22. et seqq. lib. 2. Antonell. de temper. legal. lib. 2. quæst. 2. n. 5. & Buratt. decis. 475. n. 1. ubi quod non requiritur appositio diei, si adsit appositio anni. Vide Card. De Luc. de Testam. disc. 75. n. 5. 10. & 11. disc. 14. n. 13. disc. 15. n. 4. 27

Quòd requirat diem, & annum, cùm plures testamenta mutari soleant, & ultimum prævaleat, Genu. de script. privat. lib. 1. quæst. 3. n. 13. et lib 6. cap. 1. n. 176. fol. 15. ubi quòd sint plura testamenta, in dubio servari debet illud, quod continet æqualitatem, & quod requirat diem, imò etiam horam, latè idem Genu. lib. 6. cap. 1. n. 107. et seqq. ad 218. fol. 17. vide Cabal. d. cons. 106. num. 21. et seqq. per tot. lib. 2. Fontanel. de pact. nupt. claus. 1. n. 9. Cancer. part. 1. cap. 4. num. 5. Carol. Ant. De Luc. ad Grat. cap. 235. n. 6.

An aliæ scripturæ requirant diem, & annum, Gratian. discept. 951. n. 1. etc. supra n. 4. in fine, et num. 6.

Scripturæ plures, sive debiti, sive solutionis, an, & quando præsumantur duplicatæ, & eandem summam continere, ita ut unica sufficiat solutio, vel non sit locus repetitioni, si ob duplicitatem quietationis prætendatur bis fuisse solutum, vide latè Menoch. d. arbitr. cas. 213. per tot. ubi undecim casus distinguit, & illum sequitur Duran. dec. 319. per tot. vide in §. Confession. et §. Legatum n. Rot. part. 17. recent. dec. 378. nu. 17. etc. ubi quòd diversitas unius diei non concludit, sed potius excludit diversitatem solutionum quia præsumitur error. 28

Scriptura una alterius scripturæ confirmatoria non probat, nisi quatenus appareat de illa prima, sive antiqua confirmata, Auth. si quis in aliquo, C. de edend. 29

Quòd referens se ad aliam, non probat, si alia ad quam fit relatio non exhibeatur, prout idem est in instrumento, Rom. cons. 305. nu. 6. Mascard. de prob. concl. 954. Genu. de script. priv. lib. 1. quæst. 4. n. 5. & 6.

et 6. fol. 6. vide in §. Relatio n.

20 Scriptura non probat sine expressione causæ, propter quam dicitur esse debitum, Alex. cons. 3. lib. 2. Pract. Papp. for. opposit. contr. Instrumen. glos. ultim. in add. latè Duran. dec. 259. n. 6. et seqq. ubi multia probat in casu suo constaia de causa, quæ etiam aliunde, & præsumptivè colligi potast, Genu. de script. priv. lib. 1. quæst. 4. n. 106. etc. ubi limitat nisi adsit juramentum, quod habet vim causæ, & latiùs ibidem n. 252. etc. et lib. 2. q. 1. n. 2. et seqq. fol. 78. vide in §. Obligatio n.

21 Scriptura quando ea conventione partium dicatur da substantia contractus, vel potiùs ad simplicem probationem, ita ut illa nondum confecta habeatur contractus pro imperfecto, & possit esse locus pœnitentiæ, vel non, Thes. decis. 197. Magon. decis. Florent. 135. num. 11. etc. dec. Luc. 95. per totum, Cuct. jun. cons. 303. et 304. Gratian. dec. 71. nu. 7. etc. discept. forens. cap. 564. n. 29. etc. cap. 842. n. 28. etc. Rot. part. 3. divers. dec. 34. Cavsler. decis. 2. lib. 2. n. 38. etc. Sperell. dec. 91 num. 21. et seqq. num. 40. etc. Menoch. lib. 3. præsumpt. 148. per tot. Franch. dec. 278. n. 3. ubi remissivè in quibus casibus requiratur scriptura, & 145. casus hujusmodi summatim refert de more, & alios remissivè in quibus est necessaria scriptura; vel ad essentiam contractus, vel ad probationem, Pse. Jord. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. n. 515. et seqq. fol. 421. Sanfelic. dec. 403. cum plena addit. vide in §. Contractus nu. 7. §. Instrumentum nu. 16. §. Venditio num. 1. et juresol. cap. 1. num. 18. 19. & 20. ubi quòd in dubio intelligitur fieri scriptura ad meram probationem, & non pro substantia, Barbos. in l. contractus num. 3. C. de fid. instrum. Gizzarel. decision. 75. num. 5. &c. latè de omnibus Tusch. litt. S. conclus. 87. 88. 89. 90. & 91 per totum, infr. num. 35. Cabal. cons. 120. num. 1. & seqq. per tot. lib. 2. plenè Velasc. allegat. 72. per tot. Rot. part. 9. recent. dec. 291. num. 22. &c. ubi quòd licet conventum fuerit de instrumento conficiendo, si illud non sit de substantia, sed ad meram probationem, non potest à contractu recedi, quamvis non fuerit celebratum instrumentum, quod latiùs comprobat Rot. in eadem causa decis. 353. num. 1. & seqq. dict. part. 9. respondendo objectis, ea quibus prætendebatur instrumentum fuisse de substantia vigore conventionis, Bich. decis. 638. ubi instrumentum esse de substantia ex quibus arguatur, ita ut ante illius confectionem contractus non habeatur pro perfecto, & possit ab illo recedi, quid in dubio, &c. adde Urceol. tract. de transact. quæst. 58. num. 8. & seqq. quæst. 59. & quæst. 88. nu. 2. et seqq. dixi in §. Solutio num. 4. Fagundez. de contract. lib. 1. cap. 28. et 29. per totum, ubi plura, & in quibus contractibus de jure Lusitano requiratur scriptura publica, Hermosil. ad leg. Partit. glos. 1. et seqq. tom. 2. leg. 6. tit. 5. fol. 455. &c. ubi etiam qualiter quis possit compelli ad faciendam scripturam, vel instrumentum de sua obligatione, vide in §. Obligatio num. 5. De Luc. de Regal. disc. 81. num. 3. de Alienat. disc. 44. per tot.

22 Scriptura mortui magis probat, quàm scriptura viventis, ut dixi in §. Liber num. §. Mors num. Ricc. Collect. 1790. Rot. part. 17. recent. decis. 314. num. 6. &c.

Intelligendo quoad ea, quæ morientes dixerunt, vel scripserunt, vel jam scripta confirmarunt, secùs in aliis, quorum verisimile sit non fuisse recordatos tempore mortis, Genu. de scriptur. priv. tit. de lib. rat. lib. 4. num. 65. fol. 194.

Quòd scripturæ defuncti magis quàm viventis credatur, cùm non sit verisimile quod moriens talem scripturam reliquisset, nisi vera esset, latè idem Genu. dict. tract. lib. 1. quæst. 12. per tot. fol. 55. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 5. per tot. ubi etiam declarat propositionem illam huic contrariam, quod non omnis moriens præsumatur S. Joannes Baptista.

23 Scriptura in judicio producta, non videtur per producentem tacitè approbata pro vera, si de per se non sit authentica, & solemnis ad probandum, Addit. ad Afflict. dec. 25. vide in §. Productio n. 3. & 4. ubi etiam Crescin. in novissimis additionibus n. 25.

Quòd imò ex productione fidem assumat, & plenè probet contra producentem, nisi sit suspectus de falso, latè Genu. de script. priv. lib. 1. quæst. 4. num. 151. & seqq. ad 160. fol. 17.

Scriptura privata quoad vim hypothecæ incipit tantùm habere prælationem à die recognitionis, nisi esset trino teste munita, & à partibus scripta, quia tunc habet vim instrumenti, & præfertur à die obligationis, l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab. Rodriquez de concur. cred. part. 2. art. 1. num. 14. &c. Negus. de pign. part. 5. membr. 2. num. 47. Genu. de script. priv. lib. 1. quæst. 4. num. 9 &c. num. 116. &c. num. 205. et num. 230. Gratian. disceptat. for. cap. 183. cap. 501. nu. 14. cum Addit. in fine tomi, Rot. in Ravennat. pecuniaria, 6. Novembris 1624. coram Merlino post Fenzon. ad stat. Urb. decis. 48. & 49. & inter impressas ejusdem Merlin. decis. 135. part. 1. idem Gratian. discept. 873. nu. 18. etc. Magon. decis. Flor. 122. per tot. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæst. 15. per tot. Urceol. Consult. for. cap. 1. per tot. et in Append. num. 57. in fine 2. vol. vide in §. Hipotheca num. 45. et seqq. §. Testes num. 45. dixi in resol. cap. 66. per tot. & in Pract. §. Scritte num. 14. plenè Tusch. litt. S. concl. 79. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 146. vol. 1. et decis. 186. num. 16. et seqq. vol. 5. Ricc. Collect. 19. Sanfelic. decis. 373. cum Addit. latè Thom. Trivis. decis. 40. lib. 1. Costa de retrotract. cap. 8. cas. 6. per tot. ubi plura de dicta recognitione, an, & quomodo retrotrahatur, vel non vide Bonden. docum. 78. Brunnemann. in d. l. Scripturas De Luc. de Judic. disc. 29. n. 5. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 5. nu. 101. & tot. tom. 3. Crescin. ad Abecelel. obser. 50. part. 2. 24

Et est ideo necessaria subscriptio trium testium pro forma ad effectum, ut scriptura privata possit concurrere cum publico instrumento, & habere prælationem à die obligationis secundùm terminos d. l. scripturas, quòd non sufficiat aliud signum, sive etiam sigillum fieri, & apponi loco subscriptionis, & ideò hujusmodi testes debent scire scribere, aliàs quodlibet signum per eos appositum, & etiam recognitum non sufficit per ea, quæ tradit Surd. dec. 137. per tot. vide Bonden. docum. 76. & seqq. Vide De Luc. de Judic. disc. 29. n. 7. Bich. decis. 10. à num. 12. Altimar. loc. cit. nu. 108. Crescin. ubi supra observ. 51. part. 2. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 30. n. 14.

Ad hoc ut creditor ex scriptura privata prior præferatur posteriori instrumentario quinque requiruntur; primò, subscripto trium testium; secundò, recognitio eorundem; tertiò, ipsarum ambarum partium subscriptio; quartò testium integritas, quintò approbatio creditoris, ut colligitur ex d. l. scripturas & tradunt Covar. Pract. quæst. cap. 22. Franc. Viv. decis. Neapol. 277. Scacc. de jud. lib. 2. cap. 12. num. 1070. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 1294. vol. 3. Menoch. cons. 787. per tot. aliique relati per Paul. Christin. dec. Belgic. 88. num. 16. &c. vol. 2. Martha vot. Pis. 53. per tot. Brunnemano in dict. l. scripturas De Luc. dict. disc. 29. à nu. 5. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 5. nu. 111. & seqq. tom. 3. Abecelef. & Crescin. dict. obser. 52. part. 2.

Item est necesse, ut omnes illi tres testes recognoscant suas subscriptiones, ita ut si duo tantum recognoscerent, & attestarentur etiam de subscriptione tertii absentis, vel mortui, cessaret privilegium, d. l. scripturas, nisi illi duo deponerent de veritate rei gestæ inter partes, idem Surd. decis. 71. per tot. infr. num. 25. vers. si tamen. Sed vide Hodiern. ad Surd. loc. cit. Carol. Ant. De Luc. loc. cit.

Quòd scriptura trino teste munita probet anterioritatem de tempore illius datæ in concursu cujuslibet publici instrumenti non tantùm quoad formam, sed etiam quoad interesse, maximè quando fuit promissum ab eodem fortia debitore, juxta d. leg. scripturas, Duran. decis. 259. num. 2. et seq. vide Gabriel. commun. conclus. tit. de probat. conclus. 9. 10. et 11. per totum, Mascard. de probat. conclus. 285. Cardin. Tusch. litt. S. conclus. 79. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 79. et alios supracitatos.

Item

Item probat etiam de tempore si fuerit recognita ante confessionem publici instrumenti, & sic à die recognitionis, licèt non sit subscripta à testibus, cùm stante præcedente recognitione cesset omnis suspicio antidatæ, Guttierez *Pract. quæst. lib. 1. quæst. 1125. num. 6. et 7.* Genu. *in addit. ad tract. de script. privat. ad 3. conclus. ex d. leg. scripturas, fol. mihi 34. vol. 2.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 5. n. 107. tom. 3.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 50. num. 5. part. 2.* Carol. Ant. De Luc. *ubi supra.*

An autem sit satisfactum legi, vel statuto requirenti subscriptionem testium per illorum interventum, & adnotationem scriptam à Notario, licèt ipsi non se subscribant, vide Gratian. *decis. 186. per tot.*

Qualis debeat esse subscriptio debitoris, ut contineatur hypotheca, Gratian. *discept. forens. cap. 391. num. 46.* dixi in *§. Hypotheca, num. 4.*

Quòd scriptura privata probet contra subscribentem, & ejus hæredes, etiam si careat testibus, Gabriel. *de probation. concl. 9. num. 1. et 2.* Ludovis. *decis. 328 num. 2.*

25 Scriptura privata trino teste bonæ opinionis, & famæ munita, ac ab ambabus partibus subscripta si agatur de contractu hincinde obligatorio, vel à debitore, si ex parte unius tantùm constituatur obligatio, præfertur publico instrumento posteriori, quoad pignus, & hypothecam juxta *l. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* Sanfelic. *decis. 373. per tot. cum Addit.* ubi quòd non est necessaria subscriptio creditoris, nisi sit ultrò, citròque obligatoria.

Intelligendo ut talis numerus testium sit de essentia, ita ut scribens, nec mediator possit inter eos connumerari, dicta qualitas bonæ conditionis, & famæ sit articulanda, & probanda, debeant ipsi testes cognoscere contrahentes, esse masculi, & non fœminæ, recognoscere suam subscriptionem, dicendo quod fuerunt præsentes, de illa benè reminiscuntur, idest fuisse factam illa die, de qua fit mentio, cùm ad hunc effectum requiratur dies, mensis, annus, & locus, & quod dicant vidisse partes ipsas scribere, ut benè omnia comprobat Genu. *de script. priv. lib. 1. quæst. 16. conclus. 3. num. 1. & seqq. ad 52. fol. 67. &c.* Thom. Trivis. *dec. 50. per tot. lib. 1.* vide in *§. Testes num. 45.* Sanfelic. *decis.* 373. ubi quoad qualitatem testium articulandam, & probandam limitat, nisi esset notoria, nam tunc sufficit allegare notorium absque alia probatione, plura Bouden. *dict. docum. 76. & 77.*

Si tamen unus ex dictis testibus sit mortuus sufficit recognitio duorum superstitum, & si omnes sint mortui, comparatio litterarum, Gratian. *decis. 94.* Trentacinq. *resol. 12.* cum aliis per Genu. *dict. concl. 3. num. 53. & seqq. ad 121.* vide *supra num. 24. vers. Item est necesse* Bouden. *docum. 77. num. 20. & 66. num. 27.* Vide Hodiern. ad Surd. *decis. 71.* Carol. Ant. De Luc. *loc. supra adduct.*

Quòd fœminæ non admittantur in testes pro scriptura privata, imò nec in instrumentis, Farinac. *quæst. 59. cas. 2.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 18. num. 533. &c. fol. 331.* vide *in §. Mulier num.*

26 Scriptura privata quotiescunque cessat suspicio antidatæ ex adminiculis, vel aliàs legitimè, probationem facit de tempore etiam in præjuditiom tertii, & tunc non attenditur dispositio *d. l. scripturas, C. qui pot.* Gratian. *discept. forens. cap. 964. num. 28. &c.* Magon. *decis. Florent. 222. num. 10. &c.* Genu. *de script. privat. lib. 1. quæst. 4. num. 10. &c. fol. 6 & qu. 16. concl. 2. num. 8. &c. fol. 65.* Cabal. *cons. decis. 121.* Rot. per Farinac. *decis. 100. & 101. per tot.* Bardellon. *cons. 163. per tot. lib. 2.* Gratian. *decis. 94. nu. 22. &c.* Cavaler. *decis. 446. num. 7. & 8.* Urceol. *consult. forens. cap. 1.* Franch. *decis. 95. per tot.* Rot. *in Ravenat. pecuniaria 6. Novembris* 1524. coram Merlino inter impressas ejusdem *decis. 135. per tot.* ubi colliguntur plura adminicula, ex quibus cessat suspicio antidatæ, Rot. *part. 9. recent. decis. 242. num. 11. &c. part. 13. decis. 335. num. 7. &c. & decis. 241. nu. 6. & seqq. & part. 14. decis. 97. num. 8. & seqq.* Bich. *decis. 10. num. 12. & seqq.* ubi reddit rationem, quia modus præscriptus in *dict. leg.* scripturas non est pro forma, sed ad evitandas fraudes antidatæ, & ideò sufficit quomodocumque evitetur dicta suspicio, quod benè comprobat Rot. *part. 17. recent. decis. 276. num. 2. & seqq. & part. 18. decis. 255. num. 2. & seqq.* Carol. Anton. De Luc. ad de Franch. *decis. 95. n. 3.* Nicol. Catan. *dec. 6. ex num. 45.* Vela *discrt. 21. num. 34.* ab Eccl. *observ. forens. part. 2. observ. 51. nu. 12.* Scopp. ad Gratian. *dec. Marcb. 94. à num. 32.* Rocc. *select. disp. jur. cap. 111. num. 2.* Mans. *consult. 569. nu. 19.* Rot. coram Ansald. *dec. 24.* Bouden. *docum. 77. in princ.* De Luc. *de feud. disc. 94. num. 6. de judic. disc. 29. num. 6.* Rot. coram Cels. *decis. 41. num. 2. & 3.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 50. & 51. part. 2.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. dict. cap. 30. à nu. 14.*

Plura notabilia quando scriptura privata probet etiam de tempore in præjudicium tertii, etiam deficientibus requisitis, *d. leg. scripturas*, Gratian. *discept. forens. cap. 391. per tot.* Merlin. *dict. decis. 135. per tot.* Rot. *d. part. 13. recent. decis. 335. per tot. & decis. 421. nu. 6. & seqq. & part. 14. dec. 97. nu. 8. & seqq.* Cabal. *consil. decis. 121. per tot. lib. 1.*

Quòd probet favore uxoris, quæ cum simplici scriptura mariti attestantis res in domo existentes esse paraphernales, potest illas defendere, ne ab aliquo occupentur, Genu. *de script. privat. lib. 1. quæst. 4. num. 169. &c. fol. 18.* ubi intelligit dummodò sint res muliebres, & uxor sit in illarum detentione.

Item dispositio *d. l. scripturas, C. qui pot.* requirentis subscriptionem trium testium, procedit tantùm quando debitum excedit libram auri, nam si libram auri non excedat sufficit subscriptio duorum: libra autem auri antiquitus constabat, sive importabat summam scutorum 72. hodie verò secundùm aliquos conficit summam scutorum 96. vel 107. vel 120. de quo vide Gratian. *discept. forens. cap. 51. per tot* Genu. *de script. privat. lib. 2. quæst. 1. nu. 98. et seqq. fol. 86.* ubi quòd quando excedit libram auri, non etiam est locus comparationi litterarum, & quot auri nostri temporis conficiant libram auri, *et lib. 6. cap. 1. num. 61. fol. 8.* De Luc. *de judic. disc. 29. num. 12. et 13.* Carol. Ant. De Luc. *dict. cap. 30. num. 14.*

Quòd dispositio *d. l. scripturas* procedat tantùm in scripturis obligatoriis, non autem in liberatoriis, veluti receputis, & quietantiis, in quibus trium testium subscriptio non desideratur, Rot. *part. 15. recent. decis. 396. num. 22. & 23.* Ansald. *decis. 24. à num. 23.* ubi plura.

Scriptura privata etsi non subscripta, nec alia continens requisita *d. l. scripturas, C. qui pot.* probat quoad 27
hypothecam etiam in præjudicium tertii si per testes, vel alio modo probetur de substantia obligationis, & veritate contentorum in illa, vel si debitor antequam ad favorem alterius per publicum instrumentum obligetur, fassus fuerit in judicio se bona sua hypothecasse per scripturam privatam, vel si habens publicum instrumentum fateatur scripturam privatam confectam fuisse eo tempore, quo asseritur in illa, vel si privata scriptura ante confectionem publici instrumenti fuit lecta, recognita, & intellecta per testes in ea nominatos licèt non subscriptos, Gabriel. *commun. conclus. tit. de probat. concl. 10. nu. 9. & seqq.* Cabal. *cons. dec. 121.* Gratian. *discept. forens. cap. 391. n. 2. & seqq.* Genu. *de script. privat. lib. 1. quæst. 16. conclus. 2. num. 51. &c. fol. 64.* Bardellon. *cons. 163. per tot. lib. 2.* Gratian. *decis. 94. nu. 5.* ubi etiam si nulla scriptura intercessisset, probaretur per duos testes obligatio cum hypotheca, ista prævaleret publico instrumento posteriori, Surd. *decisian. 71. nu. 4. & seqq. per tot.* Cavaler. *decis. 492.* vide in *§. Hypotheca num* tantò magis igitur prævalere debet scriptura, si duo testes explicitè deponant de substantia, & veritate contentorum in ea, & de tempore præciso; tunc tamen fides non oritur ex scriptura, sed ex depositione testium, qui ideò debent formiter, & servatis servandis examinari, vide Thom. Trivis. *decis. 40. lib 1.* Vide Crescin. ad Abecclef. *obser. 50. part. 2.* Carol. Ant. De Luc. *dict. n. 14.*

Quod scriptura privata præferatur publico instrumento posteriori, etiamsi non sit trino teste munita, si per duos testes probetur illius substantia, & hypo-

Digitized by Google

hypotheca, latè probat etiam Rot. Januen. *dec.* 188. *per tot.*

28 Scripturæ plures privatæ simplices, si hinc inde producantur, habet locum regula, *Qui prior tempore potior est in jure*, nisi una illorum esset solemnizata cum requisitis *l. scripturas Cod. qui pot. &c.* vel aliter indubitata quoad datam, & tempus, nam tunc ista licèt posterior esset præferenda aliis non ita solemnizatis, *gloss. & DD. in d. leg. scripturas*, Cabal. *cons.* 121. *num.* 8. *&c. lib.* 1. & si inter se diversæ, vel contrariæ, standum est habentibus meliores conjecturas, Seraphin. *decis.* 529. *nu.* 3. Card. Tusch. *litt. R. concl.* 83. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 5. Mandel. *cons.* 224. *n.* 9. Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 16. *conclus.* 3. *nu.* 108. *& seqq. fol.* 73. *& in addit. ad dict. conclus.* 3. *fol.* 35. *col.* 1. Merlin. *decis.* 135. *in fine*, ubi quòd creditor ex privata scriptura non postponitur aliis eodem genere probationis tantùm munitis.

29 Scriptura privata quoad actionem personalem, vel etiam realem si contineat hypothecam, licèt non sit à testibus subscripta, nec alia concurrant requisita *d. leg. scripturas C. qui pot. &c.* vim publicæ obtinet contra ipsum debitorem fatentem in ea contenta esse vera, vel aliàs legitimè recognita, Gabriel. *commun. conclus. tit. de probat. conclus.* 9. Genu. *de scriptur. privat. lib.* 1. *quæst.* 16. *concl.* 1. *fol.* 62. vide in *§. Hypotheca num.*

Quòd probet contra scribentem intellige ubi utraque parte præsente fuit facta, & sic concurrente simultaneo consensu, qui etiam potest ex facto intervenire per receptionem scripturæ factam à creditore absente tempore illius confectionis, nam si præsentetur, vel recipiatur post mortem scribentis non officit, ut dixi in §. *Literæ num.*

Quo verò ad hypothecam in præjudicium posteriorum creditorum, vel cujuslibet alterius tertii ex publico instrumento hypothecam, & causam habentis non probat, nisi sit à partibus subscripta, & trino teste bonæ opinionis, & famæ munita, cum aliàs sit validè suspecta de antidata etiam si secundùm aliquos præcessisset mandatum per instrumentum publicum ad obligandum per dictam scripturam privatam, & etiam si concurreret cum habente titulum lucrativum, puta donationis per instrumentum, latè Gabr. *commun. conclus. tit. de probat. conclus.* 10. *nu.* 1. *& seqq.* cum aliis per Genu. *dict. tract. & dict. quæst.* 16. *conclus.* 2. *num.* 2. *& seqq. fol.* 63.

Quòd ubi agitur de præjuditio tertii semper militat suspicio antidatæ in apocis privatis, etiam recognitis, quia recognitio non probat in præjuditium tertii fuisse factas de tempore ibi descripto, Bichius *decis. num.* 16. *&* 17. intellige de apocis obligatoriis, secùs autem in liberatoriis, ut dixi supra *num.* 26. *in fine.*

30 Scriptura privata habens vigore statuti vim, & efficaciam publici instrumenti, licèt careat requisitis, *leg. scripturas C. qui pot. &c.* habet omnia privilegia, & prælationes etiam in præjudicium tertii, latè Genu. *de scriptur. priv. lib.* 1. *quæst.* 16. *conclus.* 2. *num.* 28. *& seqq. per totum*, *fol.* 65. Gratian. *discept. forens. cap.* 171. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 48. *sub num.* 4. ubi in terminis Statuti Florentini, vide in *§. Liber num.*

Contrarium quòd imò non præjudicet tertio, sed procedat tantùm respectu scribentis, Magon. *decis. Flor.* 122. *num.* 4. *&c.* & aliis relatis per Genu. *loc. cit. num.* 39. *&* 40. ubi tamen illorum fundamentis, & rationibus respondet, ac priorem sequitur sententiam, quam etiam uti veriorem dicit tenuisse Mantic. & alios plures, quos allegat, vide Gratian. *decis.* 303. *per tot.* ubi distinguit inter libros mercantiles, in quibus cessat suspicio antidatæ, & simplices apocas, in quibus major viget suspicio, dixi in *resol. cap.* 66. *num.* 11. *&c.*

Quòd probet stante statuto, vel consuetudine, quod ei fides adhibeatur etiam si in alio loco ubi non vigeat statutum producatur, dummodò ab allegante probetur hujusmodi consuetudo, vel statutum, Genu. *de script. priv. lib.* 2. *qu* 4. *n.* 200. *etc. fol.* 20.

31 Scriptura privata habens vim, & efficaciam publici instrumenti non vigore statuti, vel consuetudinis, sed vigore pacti, & conventionis inter partes, non præfertur publico instrumento, etiam posteriori, nisi habeat omnia requisita, *l. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* de quibus dictum est supra, cum hujusmodi pactum habeat locum inter ipsas partes tantùm, & non possit præjudicare tertio, Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 11. *tit.* 24. *num.* 6. Genu. *de script. privat. lib.* 1. *quæst.* 16. *concl.* 2. *in fine fol.* 66. & dixi *in resol. cap.* 66. *n.* 10. Abeccles. *observ.* 108. *n.* 15. Ansald. *de commerc. et mercat. disc.* 55. *num.* 19. Bonden. *docum.* 76. *n.* 31.

Quòd valeat pactum, ut detur plena fides scripturæ privatæ, vel quòd habeat vim publici instrumenti, non tamen quoad omnes, sed inter ipsas partes tantùm, latè idem Genu. *lib.* 1. *quæst.* 4. *n.* 34. *et seqq. ad* 54. *fol.* 8. Altograd. *cons.* 72. *n.* 6. *lib.* 1.

An autem dicatur continere juramentum stante clausula quod habeatur pro jurata, vide *in §. Juramentum n.* ubi etiam quòd si in fine dictum sit, *In fede della verità.*

Scriptura privata concedens venditori facultatem 32
redimendi, non præjudicat viciniis volentibus ex forma statuti retrahere, cum non faciat fidem de tempore in præjudicium tertii, facile enim esset idem subvertere, nisi sit trino teste munita, Tiraquell. *de retract. convent. §.* 1. *glos.* 7. *n.* 43. *&c.* ad quem se remittit Genu. *de scriptur. priv. in Addit. q.* 18. *fol.* 37. facit Gratian. *discept. for.* 183. *n.* 22. *& cap.* 287. *per totum.*

Scriptura falsificata si nulli noceat an faciat falsi- 33
sium incidere in pœnam *l. Corneliæ de falsis.* Alex. *cons.* 74. *lib.* 1. Afflict. *dec.* 21. *n.* 22. ubi plura ad excusandum falsarium, *& decis.* 404. *n.* 12. *&c.*

Sufficit tamen sola potentia nocendi, licèt actu non noceat, & facit esse locum pœnæ extraordinariæ arbitrio Judicis, vide Genu. *de scriptur. priv. lib. pr. quæst.* 4. *per tot. fol.* 33. *&c.* latè Farinac. *de falsit. quæst.* 150. *per tot.* Card. Tusch. *litt. F. conclus.* 49. *per tot.* dixi *in §. Falsitas num.* 13.

Scriptura arguitur falsa ad hoc ut ei tollatur fi- 34
des (non autem ut scriptor possit criminaliter pœna falsi puniri) ex apostilla, & additione illi facta, sive eodem, sive diverso atramento, ex cancellatione, interlineatione, vel abrasione in ea reperta in loco suspecto, & substantiali, ex diversitate manus, contrarietate scripturarum, ex mala qualitate scribentis juncto aliquo vitio visibili, ex diversitate styli, & modo insolito, ex clausulis insolitis, & non habentibus rectam constructionem, ex diversitate chartæ, & ejus signi, ex dissimilitudine quinternorum in eodem libro ligatorum, si in charta de recenti fabricata scripta reperiatur apoca antiqua, ex inverisimilitudine, & restrictione rigarum, vel linearum, quando testes appositi omnes sunt mortui, ex tarditate in producendo scripturam ex incisione chartæ, & maculis in charta existentibus, ex defectu solemnitatum, & declaratione, quod nolit ea uti in judicio, vel obscura responsione, quando examinantur tantùm aliqui testes in ea descripti, ex magna diligentia, & solertia adhibita, ut admittatur ex qualitate personæ, quæ cognosci non potuit quando fuit clam confecta, vel inter ignotos, ex perquisitione similis scripturæ, ut inde posset exemplum sumi, ex falsitate causæ expressione, ex ipsius scripturæ occultatione, ex productione manca, & mutilata, ac ex aliis signis, & conjecturis juxta facti, & personarum qualitatem, latè cumulatis per Genu. *de script. privat. lib. pr. quæst.* 6. *prin. dub.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7. *per totum*, *fol.* 38. *& seqq. ad* 52. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *per tot. & de arbitr. cas.* 187. *n.* 34. *&c.* Card. Tusch. *litt. F. conclus.* 44. *per tot.* Farinac. *de falsitat. quæst.* 152. *&* 153. *per tot.* vide Jacob. Emerix *decis.* 633. *à nu.* 3. *decis.* 758. *à num.* 5. *decis.* 1251. *&* 1261. *per tot.* Bertachin. *vot.* 196. *per tot.* Balduc. *tit.* 3. *decis.* 30. *n.* 21.

Qualiter autem, & ex quibus causis dictæ conjecturæ dilui possint, Menoch. *dict. præsumpt.* 20. *nu.* 44. *& seqq.* Farinac. *d. quæst.* 153. *part.* 10. *per tot.* De Luc. *de Feud. disc.* 94. *n.* 8. 10. *&* 11. Piton. *de Jurep. in supplem. n.* 203. *et* 104. *tom.* 2.

Quòd

Quòd si scriptura reperiatur alterata, & correcte circa millesimum, præsumatur id factum potiùs causa corrigendi, quàm committendi falsum, quia magis præsumitur error, licèt crassus, quàm malitia, & falsitas, nisi aliud ex circumstantiis appareat latè Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 135. *per totum*, quia data possibilitate erroris, non sequitur de necessitate falsitas concurrente tamen diversitate attramenti, & inverisimilitudine erroris, fuit tentum, & decisum in dicta causa iterùm proposita scripturam uti de falso suspectam non facere fidem, Rot. *d. part.* 2. *diversf. decis.* 137. *per tot.*

35 Scriptura in quibus casibus sit necessaria, vide *gloss. & addit. in cap. pr. §. postquam de cens. in* 6. ubi enumerantur 34. casus, licèt non in omnibus de necessitate, & remissivè Ricc. *Collect.* 240. *supra nu.* 21. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 388. *num.* 10. *& seqq.* ubi quòd licèt scriptura in quibusdam casibus requiratur, non inde sequitur, quòd per scripturam sit probatio facienda, sed tantùm quando est requisita pro forma, & solemnitate actus, secùs autem si pro majori auctoritate solùm requiratur, quia tunc non excluditur quin ex diuturnitate temporis, ac observantia, vel aliunde solemnitas probari possit. Abecclef. & Cresc. *obser.* 26. *part. pr. obser.* 38. *obser.* 39. *obser.* 43. *ead. part. pr. et obser.* 64. *part.* 2. In quibus casibus exigatur, vel non exigatur scriptura latè Card. De Luc. *in Indice verb. scriptura*. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 4. *n.* 27.

36 Scripturas occultans, vel exhibere procrastinans, inducit contra se præsumptionem quod ei noceant, & habeantur pro perfectis, & sufficientibus con ra illum DD. *in l. hæredes §. fin. ff. ad l. Falcid.* Rot. *part.* 2. *recentior. decis.* 418. *num.* 5. *p.* 8. *decis.* 237. *num.* 5. *& p.* 9. *decis.* 410. *n.* 24. *&c. par.* 13. *dec.* 194. *nu.* 7. *& par.* 14. *decis.* 198. *n.* 11. Ansald. *decis.* 22. *n.* 14. & Captat. *decis.* 298. *n.* 24. *& decis.* 329. *n.* 14. *part. pr.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *decis.* 11. *num.* 20. *&* 36. *vol.* 3.

Et præsumitur occultata ab habentibus interesse De Luc. *de judic. disc.* 28. *ex num.* 26. *&* Dec. Sicul. *nu.* 422. impressa apud eumdem.

37 Scriptura repetta in filcia Notarii, in qua aderant aliæ scripturæ aliorum manibus scriptæ, & à Notario non subscriptæ, an fidem faciant, latè Martha *vot. Pis.* 219. *per tot.* ubi plura ad sustentationem dictarum scripturarum in filcia Notarii existentium, licet ab eo non subscriptarum, vide in §. *Instrumentum nu.* 7., ubi Crescin. *in noviss. addition.*, Vide etiam Caprar. *decis.* 287. *a n.* 2. *part. pr.*

38 Scriptura producta, licet minùs solemnes, non potest in parte acceptari, & in parte impugnari, etiam si capitula contineat separata, licet alii contrà cum declarationibus, de quibus Vivi. *comm. opin.* 696. & dixi in §. *Productio*.

39 Scriptura privata quamvis inserta in publico instrumento non probat, nisi mandato, & auctoritate judicis fuerit inserta, Afflict. *decis.* 273. *nu.* 4. *in fine*, Butat. *decis.* 108. *nu. pr.* cum aliis per Rot. *p.* 18. *rec. decis.* 620. *n.* 19. facit quod dixi in §. *Mandatum n.* 2.

40 De scripturis diversis varia, & ad diversos effectus notant Bertachin. *in Repert. verb. Scriptura*, Joseph Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compen. decis. Neap. par.* 1. *&* 2. *verb. Scriptura*, Laurent. Ursel. *concl.* 123. Capue. *in Prax. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 5. *per tot.* Scace. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 1168. *& seqq.* aliique plures indicati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Scriptura*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *eod. verb. fol.* 589. *&c.* qui tractant etiam plura de Scriptura Sacra. Plura Em. De Luc. *in Indic. gener. verb. script.* Pigant. *ad stat. Ferrar. rubr.* 21. *per tot. tom. pr.* Altimar. Rocc. Calderon. Mantiss. ad eumdem De Luc. Alter De Luc. Ansald. Emeria Caprar. Mans. Palm. Piton. Crescin. & alii moderni. Et de scriptura Sacra latè Fagnan.

De scriptura continente clausulam solvendi, *à chi*
41 *presenterà, ò a chi per lui, &c.* vide in §. *Solutio nu.* 31. *& num.* 68. *in his Addit.*

42 Scripturarum exhibitio quando sit facienda Bertachin. *vot.* 8. *per tot. & in Indic. verb. exhibitio* Crescin. ad Abeccl. f. *observat.* 47. *& plurib. seqq. part. pr.* De Luc. *de Regal. disc.* 151. *a n.* 3.

Scripturarum amissio quomodo probetur maxime 43
ad effectum evitandi exhibitionem Crescin. ad Abeccles. *obser.* 51. *a n.* 24. *part. pr.*

Tenor scripturæ amissæ quomodo possit probari per testes De Luc. *de Jurisdict. disc.* 31. *num.* 6. *de Hæred. disc.* 19. *n.* 5. *&* 6. *de Benefic. disc.* 8. *n.* 9. *de Judic. disc.* 28. *a n.* 26. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 23. *num.* 17. 18. 20. *&* 23.

In odium dependentium habetur pro extante De Luc. *de Jurepatr. disc.* 3. *n.* 20. *de Judic. disc.* 28. *n.* 28. *de Credit. disc.* 94. *n.* 4.

Antiquitas scripturam non defendit à vitiis, & de- 44
fectibus substantialibus. Rot. *dec.* 187. *n.* 13. *part.* 5. *rec.* & coram Gregor. *dec.* 393. *per tot.* Emerix Jun. *dec.* 281. *n.* 6. Nec dat illi robur, nisi concurrat ejus effectuatio, & observantia. Emerix Jun. *d. dec.* 281. *num.* 7.

Scriptura falsa præsumitur, si fuerit tardè producta. 45
Noguerol. *alleg.* 26. *n.* 126. Rot. coram Cavaler. *dec.* 455. *sub n.* 4., & coram Cels. *dec.* 280. *n.* 9. Emerix Jun. *dec.* 667. *n.* 26. Vide infra *n.* 53.

Scriptura suspecta est, si in ea apparet aliquid su- 46
peradditum in aliquo illius spatio. Gratian. *discept.* 277. *n.* 7. Rot. coram Gregor. *dec.* 575. *n.* 6. Emerix Jun. *dec.* 758. *n.* 5. *& seq.*

Scriptura falsificata præsumitur ab eo, in cujus com- 47
modum sonat. Farinac. *de falsit. quæst.* 153. *nu.* 209. Emeria Jun. *dec.* 505. *n. pr.*

Scriptura dubia recipit declarationem ab aliis cer- 48
sis. Rot. *dec.* 686. *n.* 17. *part* 4. *tom.* 3. *& dec.* 209. *n.* 36. *part.* 16. *rec.* & coram Coccin. *dec.* 235. *nu.* 10. Ansald. *dec.* 30. *n.* 20. *part. pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 75. *n.* 13. *vol.* 4.

In ambiguitate interpretatio est desumenda potius e prima scripturæ transcriptione, quàm ab aliis Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 75. *n.* 15. *vol.* 3.

Et una pars scripturæ aliam declarat Calderon. *resol.* 34. *num.* 26. *tom. pr. part. pr.* Rocc. Episc. *cap.* 107. *n.* 60. *lib.* 2.

Scriptura, quæ caret rogitu Notarii, & testibus 49
diei non valet publicum Instrumentum. Text. *in cap. fin. de fid. Instrum. & in §. Sed etsi Instrumenta Authen. de Instrum. caut. et fid.* Ansald. *dec.* 47. *num.* 3. *part. pr.*

Scriptura quæ caret die mense, & anno, ac rogitu Notarii, & est sumptum de alio informi sumpto, tanquam scriptura informis nullam meretur fidem. Caprar. *dec.* 595. *n.* 16. *part.* 2.

Scriptura ineffectuata non habetur in consideratio- 50
ne. Lother. *de re benef. lib. pr. quæst.* 28. *num.* 181. Rot. *dec.* 446. *n. pr. et* 17. *part.* 4. *tom.* 2., *dec.* 337. *ex n.* 20. *ad fin. et dec.* 371. *n.* 13. *et seq. part.* 9. *rec.* Ansald. *d. dec.* 47. *n.* 5.

Scriptura in parte ineffectuata in totum præsumitur Ineffectuata. Rot. *dec.* 628. *n.* 21. *vers. tum ex eo*, *et n.* 22. *et seq. part.* 18. *rec.*, & coram Pen. *decis.* 1379. *n.* 4. Ansald. *dict. dec.* 47. *n.* 6.

Nemo potest aliquid sibi adscribere in testamento 51
Bertachin. *Vot.* 53. *per tot.*

Scriptura etiam informis sumit vires ab observan- 52
tia. Rot. *dec.* 69. *n.* 4. *part.* 19. *rec.* Bertachin. *Vot.* 28. *n.* 2. *et Vot.* 88. *n.* 12. 55. *et* 56. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 26. *nu.* 11. *et* 12. *et disc.* 66. *num.* 8. *et* 9. Crescin. ad Pen. *dec.* 272.

Scriptura dicitur suspecta ex tarditate in illam pro- 53
ducendo. Bertachin. *Vot.* 39. *n.* 19. Captat. *dec.* 586. *n.* 10. *part.* 2. *et in Indice verb. Productio*. Vide supra 45.

Adminicula non possunt mutare substantiam, & 54
qualitatem scripturæ informis, eamque perfectam, & authenticam reddere. Caprar. *dec.* 595. *num.* 18. *part.* 2.

Scripturæ recisio, quoties non tangit illius substan- 55
tiam, nullam reddit suspicionem. Caprar. *dec.* 485. *n.* 5. *part.* 2. Et corrosio scripturæ proveniens ex edacitate diuturni temporis non tollit illi legalitatem Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 8. *la* 2. *n* 7. *vol.* 4.

Inverisimilitudo adimit fidem scripturæ. Cephal. 56
cons 287. *n.* 21. *et seq.* Thesaur. *quæst. for. lib. pr. qu.* 47. *n.* 11. Rot. *dec.* 162. *nu.* 15. *part.* 55. *rec.* Captar. *dec.* 42. *n.* 7. *part. pr.*

Scri-

57 Scriptura, & dispositio non vitiatur ex aliquo defectu datæ. Rut. cor. Burat. dec. 475. num. 9. & 11. Fontanell. de Pact. Nupt. clauf. pr. sub n. 4, & sub an. 11. Caprar. dec. 57. num. 8. part. pr. Vide Episc. Piton. de Jurep. alleg. 100. in supplem. n. 101. tom. 2.

58 Scripturæ legalitas ex quo desumatur. Vide Caprar. dec. 257. n. 6. part. pr. Et scripturæ illegalitas quando non possit allegari Piton. de Jurepatr. in supplem. n. 97. et 98. tom. 2.

59 Scripturarum restitutio ex lapsu triginta, & amplius annorum, præsumitur facta usque de tempore, quo ratio fuit reddita Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. n. 3. Mascard. de probat. concl. 1329. n. 17. Rot. dec. 143. n. 9. part. 4. tom. 2. rec. Caprar. dec. 572. n. 6. part. 2.

60 Lex, quæ tollit scripturæ fidem, non impedit aliam probationem. Card. De Luc. de Feud. disc. 29. n. 2. in Ann. n. 2. de Regul. disc. 196. n. 14. Neque operatur, ut debitor liberationem obtineat. Card. de Luc. d. disc. 196. n. 14.

61 Scriptura per excusum quando sit videnda, & non sit fidendum summariis. Card. De Luc. de Fideic. disc. 261. n. 8.

62 Scriptura super conventione reciproca, & correspectiva, quando valeat cum subscriptione unius tantùm. Card. De Luc. de Dot. disc. 128. n. 8.

63 Scriptura si est in parte vera talis etiam dicitur respectu aliarum partium De Luc. de Credit. disc. 68. n. 21. Caprar. decis. 639. n. 10. Et scriptura si probat, vel probat in omni parte, vel nihil Calderon. resol. 96. n. 3. tom. pr. part. 2.

64 Scripturæ dispositiva pars est potius attendenda quam proœmium. Card. De Luc. de Cred. disc. 104. n. 4. & 15.

65 Scriptura unica continere potest plures, diversosque contractus. Gratian. discept. 858. num. 2. et seqq. Rot. dec. 154. n. 12. part. 8. dec. 6. n. 26. & 27. part. 11. rec. Card. De Luc. de Testam. disc. 70. n. 24.

66 Scriptura duplex ubi reperiatur, qualis dicatur matrix. Baldus conf. 408. lib. 2. & conf. 14. lib. 4. Card. De Luc. de Testam. disc. 65. ex n. 4.

67 Scriptura communis inter plures fratres debet stare penès natu majorem. Card. De Luc. de Fideic. disc. 3. n. 4.

68 Scriptura privata cum obligatione camerali, licèt in praxi habeat paratam executionem, contrarium tamen est verius. Card. De Luc. de Feud. disc. 29. sub num. 4.

69 Scriptura privata ubi non probat contra scribentem, multo minus contra tertium, non autem è converso: Card. De Luc. de Jud. disc. 29. n. 2.

70 De suspicione antidatæ in beneficialibus per scripturam privatam. Card. De Luc. de Judic. dict. disc. 29. n. 18.

Antidata dicitur falsitas in dubio non præsumenda. Burat. dec. 47. n. 8. Farinac. de falsit. quæst. 150. nu. 99. Card. De Luc. de Feud. disc. 94. n. 3.

71 Scriptura privata sufficit ad faciendam præsentationem. Card. De Luc. de Jurep. disc. 64. n. 13. Et ad probandum præsentationes in jurepatronatus potentium. Card. De Luc. Ann. ad Conc. disc. 11. n. 23.

72 Scriptura Notarii suspensi ab officio non meretur fidem. Menoch. de præsumpt. lib. pr. præsumpt. 99. n. 5. Rot. coram Cavaler. dec. 455. n. 5. & 2., & coram Cels. dec. 230. n. 14. & in rec. dec. 624. num. 18. part. 19. tom. 2.

73 Scripturæ probant articulos, & quomodo præsentandæ Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 2. subsect. 5. n. 11. pag. 129.

74 Scripturas in Archivio conservatas quoties quis recusat exhibere, præsumptio est, quod faciant in contrarium Episc. Rocc. cap. 67. n. 20. libr. 2.

75 Scriptura ab authore approbata nequit per hæredem impugnari Bich. decis. 643. n. 9. et a n. 10. & Rot. decis. 15. num. 11. & 12. post Add. ad Ramon. Mantiss. ad De Luc. libr. 10. dec. 79. n. 2. vol. 3.

76 Scriptura semel approbata non potest amplius impugnari Mantiss. ad De Luc. lib. 13. decis. 30. n. 3. et decis. 41. n. 3. vol. 4.

77 Recipiens scripturam, eaque utens, omnia in ea contenta approbasse censetur l. cum tabernam §. idem

quæsivit in fin. ff. de pignor. Mantiss. ad De Luc. lib. 13. decis. 68. n. 28. vol. 4.

Oppositio facta contra legalitatem scripturæ nimis serotinè, & post longam litem non attenditur Mantiss. ad De Luc. libr. 3. decis 27. n. 13. et decis. 28. n. 13. vol. pr.. Maximè si aliàs fuit in Judicio scriptura admissa dict. decis. 28. n. 13. 78

Exceptio illegalitatis scripturæ in prima instantia non opposita, amplius attendi non debet Mantiss. ad De Luc. lib. 10. decis. 80. n. 6. vol. 3.

Scriptura facta coram Judice plenam fidem facit etiam sine testibus, & Notario Crescin. ad Abecclef. obser. 29. n. 10. part. pr. 79

Signum, & subscriptio Notarii an exigantur in scripturis, ut dici valeant authenticæ Crescin. ad Pen. decis. 59. et decis. 253. & ad Abecclef. obser. 29. n. 10. part. pr. 80

Successores in officio possunt scripturas, & acta quæcumque extrahere sine partium citatione, aliisque solemnitatibus, & eadem sic extracta dicuntur in forma probanti Crescin. ad Abecclef. observat. 32. n. 12. part. pr. pag. 32. 81

An post conclusum in causa possit committi recognitio scripturarum Sanfelic. decis. 146. Crescin. ad Abecclef. obser. 104. n. 5. part. pr., ubi affirmativè. 82

Post conclusum in causa possunt recipi scripturæ ad declarationem scripturarum in termino productarum Sanfelic. decis. 313. Crescin. ubi supra n. 6. 83

Testis per scripturam deponens probat de peritia artis, vel ubi per viam articulorum proceditur Bellegrand. in compend. rer. crim. method. tract. 11. qu. 51 num. 6. 84

Scriptura, & instrumentum publicum, quando in se est crimen, ut usuræ, conjurationis, juxta veriorem probat in civilibus, vel de crimine civiliter ad pœnam pecuniariam: Criminaliter verò solùm facit præsumptionem, quia Reus non loquitur ex se, sed Notarius Bellegrand. loc. cit. tract. 7. quæst. 8. num. 5. et 6. 85

Scriptura privata, quæ est intrinsecè delictum, ut hæresis, minæ &c., vel delictum separatum continet, ut homicidium, recognita in criminalibus confessioni extrajudiciali æquivalet, quia scriptor loquitur ex se, & non per notarium Bellegrand. loc. cit. n. 7., Et quid in Praxi ibidem n. 8.

§. SENATUSCONSULTUM ET §. SENATUS. IX.

SEnatusconsultum Macedonianum, sic dictum à Macedone usurario qui mutuabat pecuniam filiisfamilias, & posteà docebat illos interficere parentes, ut sic hæreditatem consequerentur, & debitum mutui solverent, fuit inductum ad obviandum hujusmodi fraudibus, & usuris, ita ut filiusfamilias si mutuo accipiat pecuniam, neq; etiam ipse postea sui juris factus, neque pater efficaciter conveniri possint, sed mutuans repellatur per exceptionem S. C. Macedoniani, l. pr. et tot. tit. ff. & C. ad S. C. Maced. ubi glos. et DD. Vinot. Instit. de acquis. per arrogat. num 9. Hermosil. ad leg. partit. tom. pr. tit. pr. leg. 9. glos. pr. et seqq. fol. 50. etc. ad 70. vide plenè Mantic. de tacit. et ambig. lib. 8. tit. 7. per tot. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. pr. per tot. Staiban. de Interess. lib. 2. tit. 11. quæst. pr. num. 57. et seqq. ad 83. ubi ampliat procedere in filiofamilias spurio per rescriptum legitimato, in Clerico, in Nepote ex Filio, in fœminis, in Filio arrogato, & in eorum hæredibus, ac fidejussoribus, cùm hujusmodi exceptio sit realis, & non personalis, ac non obstante juramento, & in aliis casibus, de quibus Mantic. loc. cit. n. 10. et seqq. Dian. part. 9. tract. 9. resol. 13. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 35. per tot. vol. 3. Novar. in Pragm. Regn. Neap. Collect. 208. per tot. Rot. par. 18. recent. decis. 348. num. 5. et seqq. ubi plura. Nicoli. Instit. quod cum eo, qui etc. nu. 8. De Luc. de Cred. disc. 146. num. 3. Latissimè Palm. nep. alleg. 344. n. 38. et 39. et alleg. 348. a nu. 18. et alleg. 359. n. 15. et alibi tom. 4. 1

Quòd dicta exceptio competat etiam fidejussori, licet uti principali, & in solidum obligato, cùm dicatur

eatur id actum in fraudem legis, nisi animus donandi intercesserit, vel ipse pecuniam receperit, vel nisi pater ratum habuerit mutuum, ita ut subsequens ratificatio patris retrotrahatur in præjudicium fidejussoris filii ad initium, & tempus contractus, *l. et si pater ff. non solum*, ubi Bart. & alii *ff. ad Maced.* Maur. *de fidejuss. part. 2 sect. 9. §. 13. nu. 18. et §. 29.* Staiban. *ubi supra num. 66. et 67.* Bardalion. *cons. 188. num. 7. etc.* Christin. *d. decis. 35. nu. 5. vol. 3.* Palm. nep. *alleg. 347. sub n. 6. tom. 4.*

Senatusconsultum Macedonianum non suffragatur quando filiusfamilias habebat peculium castrense, nec quando mutuans probabiliter credidit illud esse patrem familias; nec si mutuans erat minor 25. annis, vel filiusfamilias, & mutuavit pecuniam paternam, nec si alium contractum præter mutuum inivit, cum procedat tantùm in mutuo pecuniæ, & non in aliis contractibus, nisi sint facti in fraudem mutui, nec quando fuit facta numeratio postquam filiusfamilias exivit de patria potestate, licèt præcesserit stipulatio dum adhuc erat in patria potestate, vel quando ipse non recepit mutuum, sed pro recipiente fidejussit, nisi fiat in fraudem, *l. usque ad quantitatem cum l. seqq. ff. ad Maced.* ubi Castr. & alii *l. pr. & tot. tit. C. eod.* ubi Salyc. Bald. & alii, Dian. *part. 9. tract. 9. resol. 13. per tot.* Paul. Christin. *decis. 35. num. 6. & seqq. vol. 3.* Harmosil. *ad leg. partit. tom. pr. titul. pr. leg. 4. glos. pr. & seqq. fol. 50. &c. ad 72.* vide Nicoli. *loc. cit.*

Quòd Macedonianum cesset in filiofamilia milite, & idem sit quo ad milites Cœlestis militiæ, & justitiæ, nempè Clericos, Judices, & Advocatos habentes peculium quasi castrense, Gratian. *disceptat. for. cap. 576. n. 3. &c.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 68. num. 10.* Staiban. *de Interesse lib. 2. tit. 11. quæst. pr. num. 73. etc.* Aluys. Ricc. *Prax. var. resol. cap. 121.* quem tamen impugnat, contrarium resolvendo ne clerici sint deterioris conditionis, quàm sæculares, Mich. Ferro Mantiq. *Quæst. Vicar. 10. per tot. part. 2.* Palm. nep. *alleg. 350. n. 12. alleg. 351. n. 29. & 30. alleg. 382. n. 21. & alleg. 400. n. 21. & 22. tom. 4.*

Item cessat in filiofamilia scholari recipiente mutuum in studio pro se alendo, & in necessarios usus convertendo pro quantitate, quam pater subministrare solebat, non autem pro excessu, *l. Macedoniani, Cod. ad Maced.* Duen. *reg. 370.* ubi quatuor modis ampliat, & quinque limitat, Menoch. *d. præsumpt. 68.* ubi quòd obligatur etiam pater, cum non filio, sed patri videatur mutuatum, in cujus rem præsumitur versum, & idem est in filio absente causa legationis, vel militiæ, Michalor. *de fratr. part. pr. cap. 26. num. 8. &c.* Vide Palm. nep. *alleg. 351. nu. 13. & 14. alleg. 400. n. 26. tom. 4.*

Item cessat accedente consensu patris expressè, vel tacitè, antè, vel post contractum, imò sufficeret sola patris scientia absque contradictione, Grat. *discept. for. cap. 667. num. 9. &c.* Palm. nep. *alleg. 350. num. 21. tom. 4.*

An cessat quando pater recepit merces, Idem Grat. *cap. 699. num. 19.*

Item non patrocinatur filiofamilias juranti habitare seorsum à patre propter mendacium, cum replicatio de dolo impediat hujusmodi exceptionem, *l. pr. C. ad Maced.* Grat. *d. cap. 667. num. 2.* & Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 19.*

Item cessat quando filius mortuo patre bonam fidem agnovit partem debiti persolvendo, ita ut ista ratificatio tamquam à lege proveniens, & in actu non prorsus, & re ipsa, sed per exceptionem nullo, retrotrahatur ad initium, & tempus contractæ obligationis, & valeat non tantùm ex nunc, sed ex tunc de tempore initi contractus, etiam in præjuditium tertii, cui interim esset jus quæsitum, Bardallon. *cons. 188. per tot. lib. 2. per textum in l. Zenodorus Cod. ad Maced. l. sed Julianus §. ult. et l. seq. ff. eod.* Mantic. *de tacit. lib. 8. tit. 7. nu. 24. &c.* Staiban. *de Interesse lib. 2. titul. 11. quæst. pr. num. 79.* vide in *§. Ratificatio num. 5. et 6.*

Item cessat quando recipitur mutuum à fratre, Duen. *reg. 369. limit. pr.* Grat. *discept. for. cap. 879. num. 16.*

Item cessat in foro conscientiæ, nam filiusfamilias qui verè numeratam pecuniam mutuo accepit, & in suos usus convertit, tenetur illam restituere, & peccat si exceptione Macedoniani utatur, Duen. *d. reg. 369. limit. 2.* Specl. *decis. 163. num. 42.* ubi quòd secùs est si non sit factus locupletior, secundum Rot. *decis. pr. nu. 10. & seqq. part. 5. recent.* vide Mantic. *ubi supra num. 16.* Laurent. *decis. Avenion. 124. nu. pr.* Valer. *de diff. utriusque fori verb. Restitutio diff. 18.* Gutier. *de juram. confir. par. pr. cap. 44. num. 6.* Staiban. *d. quæst. pr. num. 68. &c.* ubi videtur firmare quòd nec in foro fori suffragetur dicta exceptio, quando filiusfamilias verè pecuniam numeratam mutuo recepit, & in suum beneficium convertit, cùm tunc dicatur mutuum naturale, & validè obligetur per text. *l. si filiusfam. l. seq. & l. sed Julianus §. Mutui ff. ad Maced.* vide Mant. & Laurent. *loc. cit.* Mich. Ferro Mantiq. *Quæst. Vicar. 10. n. 7. par. 2. et qu. 105. nu. 37. & seqq. d. part. 2.* Nicoli. *Instit. quod cum eo, qui etc. dict. n. 8. vers. quarto limita.*

Contrarium quòd imò filiusfamilias etiam si mutuum sit versum in ejus utilitatem, possit se tueri exceptione Macedoniani, & excusetur à restitutione, etiam in foro conscientiæ, latè probat Escobar. *tract. de utroq; for. art. pr. n. 150.* Dian. *part. 8. tract. 7. resol. 7.* ubi utramque opinionem probabilem putat, *et part. 9. tract. 9. resol. 13 per tot.* ubi probat hanc partem non obstante juramento, cùm sit contra publicam utilitatem.

Alius casus, in quibus cessat Macedonianum, vide per Carol. de Graff. *de excep. excep. 27. nu. 8. &c.* ubi refert decem casus, Ant. Hering. *tract. de fidejuss. cap. 7. num. 327. &c.* Mantic. *de tacit. lib. 8. tit. 7. per tot.* Cancer. *var. resol. lib. 2. cap. pr. per tot.* Reg. Rovit. *ad Pragmat. Regni tit. de S. C. Maced.* Staiban. *loc. sup. cit. num. 68. & seqq. ad 83.* ubi præter supradictas limitationes limitat etiam ut procedat in filiofamilias mercatore, nec si creditum fuerit tertio delegatum postquam filiusfamilias est factus sui juris, nec si in necessarias causas pecuniam mutuo acceperit, etiam si postea perdiderit, addu Dian. *part. 9. tract. 9. resol. 13. vers. hoc tamen*; ubi ponit sex casus, Paul. Christin. *decis. Belgic. 35. per tot. vol. 3.* Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect. 208. per tot.* ubi plura notabilia, Palm. nep. *in Indic. allegat. tom. 4.*

Quòd filiusfamilias de jure communi, excepto mutuo, possit obligari in omnibus contractibus, Rot. *par. 18. recent. dec. 548. n. 26.* vide in *§. Filius n. 35.* Vide Palm. nep. *alleg 344. n. 30. tom. 4.*

Senatusconsultum Vellejanum succurit mulieribus se pro aliis obligantibus fidejubendo, vel alias in se obligationes aliorum transferendo, ut contra illas ex hoc capite non detur actio, nec petitio, ne propter illarum sexus fragilitatem, vel imbecillitatem decipiantur; secùs autem si callidè ad alios decipiandos vertentur, nam jura deceptis, & non decipientibus opitulantur, vel si pro aliis solvant, vel in rem propriam, & pro contractu proprio obligentur, vel pro suo creditore in tantùm quantùm illi debent, *l. pr. cum seqq. ff. & C. ad S. C. Vellejan. ubi per tot. tit.* plures referuntur casus, in quibus cessat exceptio S. C. Vellejani, Oinot. *§. fin. num. 3. Instit. de fidejuss.* vide latè Paul. Christin. *decis. Belgic. 36. per tot. vol. 3.* Ricc. *Collect. 295. & 3361.* Novar. *in Prag. Reg. Collect. 209. per tot.* Nicoli. *Instit. de fidejussor. n. 14.*

Quòd Senatusconsultum Vellejanum prosit regulariter omnibus mulieribus indistinctè, sive sint Virgines, sive nuptæ, sive viduæ, Franch. *decis. 623. nu. 8.* Sanfelic. *decis. 133.*

Item juvat non tantùm in foro contentioso, sed etiam in foro animæ, & conscientiæ coram Deo, exceptis tamen multis casibus, de quibus infrà, Maur. *de fidejuss. p. 2. sect. 8 cap. 3. n. 137.*

Item potest opponi non obstante statuto reiiciente omnes exceptiones, Maur. *ubi supra n. 138.* vide in *§. Statutum reiiciens num.*

Item prodest non tantùm mulieribus fidejubentibus, sed etiam pro aliis pignus dantibus, *l. si mulier, C. ad Vellejan. loc. cit. num. 138. vers. Quarta.*

Item potest opponi etiam lata sententia definitiva,

non

non tamen in judicatum transacta, nec solutione secuta, Maur. *ubi supra in fine*, Paul. Christin. *d. decis.* 36. *n.* 9. *vol.* 3.

Item potest opponi non tantum per ipsam mulierem, sed etiam per illius fidejussores si adessent, *l. si Mulier §. fin. ff. ad Vellejan.* Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 9. §. 13. *num.* 11. & §. 29. Nicol. *loc. cit. vers. secundò amplia.*

Item transit ad hæredes mulieris, per quos potest opponi, sicut per ipsam mulierem, *l. mulierem, & l. hæredes, C. ad Vellejan.* Maur. *d. tract. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *n.* 138. *vers. Secunda*, Nicol. *loc. adduct. vers. tertiò amplia.* Hodiern. ad Surd. *decis.* 164. *n.* 2.

Item dat facultatem repetendi per condictionem indebiti, si quid ex causa fidejussionis per mulierem fuerit solutum, nisi sit solutum in vim sententiæ in judicatum transactæ, *l. qui exceptionem ubi gloss.* & Bart. *ff. de condict. indeb.* Maur. *d. cap.* 3. *num.* 138. *vers. quinta*, Franc. *decis.* 279. vide in §. *Mulier n.* Paul. Christin. *d. decis.* 36. *per tot. vol.* 3. ubi de omnibus prædictis.

Senatusconsultum Vellejanum cessat in Reginis, Ducissis, Marchionissis, Comitissis, & similibus Illustribus personis (hodie autem plusquam illustrissimis) habentibus jurisdictionem, & sedentibus pro tribunali ad jus reddendum, & negotia virilia, & magnæ importantiæ sustinentibus, Ant. Henriq. *de fidejuss. cap.* 7. *num.* 517. de quibus vide Maur. *cod. tract. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *n.* 134. ubi videtur contrarium firmare, Vide Card. De Luc. *de Alienat. disc.* 33. *n.* 18. & 32.

Non etiam potest opponi quando mulier, vel uxor se obligat principaliter, & maritus; vel alius pro illa fidejubet, nisi fiat in fraudem legis, Gail. *observ.* 90. *n.* 8. *lib.* 2.

Nec quando mulier intercedit ex causa libertatis, studiorum, piæ causæ, vel pro dote ad effectum, ut alia mulier nubat, sive sit filia, sive extranea, Ang. et. *in §. Item si qui n.* 31. *&c. Instit. de except.* Onof. *in §. fin. n.* 3. *Instit. de fidejuss.* Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *n.* 28. *& seqq.* Gratian. *discep. for. cap.* 669. *n.* 23. Franch. *dec.* 182. *per tot.* Cabal. *cons. dec.* 2. *per tot. lib.* 1. Vide Hodiern. ad Surd. *dec.* 164. De Luc. *de Donat. disc.* 27. *n.* 5. *disc.* 50. *nu.* 18.

Quòd sit nulla obligatio mulieris promittentis pro dote una cum viro suo, Bart. *in l. jubemus §. fin. Cod. ad Vellejan.* Surd. *dec.* 164. vide in §. *Statutum requirens n.* Hodiern. ad Surd. *ubi supra.*

Nec suffragatur Vellejanum quando mulier induendo se veste virili, dolosè pro alio fidejubet, *l. si fidejussores, & l. seq. ff. ad Vellejan.* Maur. *ubi suprà n.* 34. *&c.* Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 19. *n.* 6. facit Nicol. *Instit. de fidejuss. nu.* 24. *vers.* 8. *si decipiendi animo intercesserit.*

Nec quando pro fidejussione pretium recepit, quantum autem debeat esse, relinquitur arbitrio judicis, Maur. *loc. cit. n.* 38. Grat. *discept. for. cap.* 669. *n.* 20. Menoch. *de arbitr. cas.* 234. *per tot.*

Nec quando mulier habet relevatorem, vel non remanet indotata, nec obligata ultra medietatem dotis, Urceol. *Consult. for. cap.* 28. *n.* 22. *&c.*

Nec si mulieri fidejubenti promittatur indemnitas cum datione pecuniæ, vel pignorum de facili vendibilium, Maur. *de fidejuss. part.* 2 *sect.* 8. *cap.* 3. *n.* 119. *&c.*

Nec quando mulier ipsa promittit indemnitatem, Maur. *loc. cit. n.* 131.

Quid si promittat indemnitatem pro tutoribus, vel curatoribus filiorum, vide *tit. Cod. si mater indem. promitt.* Paul. Christin. *dec.* 159. *vol.* 3.

Nec quando mulier geminatâ ex intervallo, & post biennium à die primæ cautionis promittit, Everard. *loc. à vi geminat.* Maur. *d. cap.* 3. *n.* 41. & *seqq. ad* 60. Grat. *discept. forens. cap.* 669. *num.* 19. 24. *etc.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt* 21. ubi quòd ratificando post biennium præsumitur ad sui commodum intercessisse, & ideò non juvatur Vellejano, non tamen retrotrahitur ad initium, sed sumit vires tantùm à die ratificationis.

Nec quando mulier sibi ipsi, & in rem propriam, per emendo, & vendendo contrahit, *l. si mulier, ff. ad Vellejan.* Maur. *loc. cit. num.* 60. *etc. ad* 72. Franch. *dec.* 279. *et dec.* 623. ubi quòd si promittat de rato, pro eo, quod ipsa gerit, vide Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *loc. cit.* & Em. De Luc. *de censib. disc.* 39. *n.* 2.

Nec quando mulier se obligat, vel alienat ob necessitates, & urgentias filiorum, parentum, vel mariti, ut pro liberando aliquem ex eis à carceribus, vel hostibus, sive impediendo ne carceretur, vel pro alenda familia, & generaliter pro causa concernente pietatem, Maur. *ubi supra nu.* 73. *et seqq. ad* 86. Gratian. *disceptat. forens. c.* 107. *et* 108. *per tot.* Franch. *decis.* 279. *et dec.* 578. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 133. *per tot.* Cabal. *cons. dec.* 2. *per tot. lib.* 1. vide Carol. Ant. De Luc. ad De Franc. *loc. cit.* & facit Em. De Luc. *de Alienat. disc.* 31. *n.* 16. *disc.* 33. *n.* 18. *disc.* 64. *per tot. et disc.* 67. *n.* 9. Bertach. *vot.* 86. *per tot.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 7. *dec. s.* 32. 33. *et* 34. *vol.* 1.

Nec quando mulier se obligat per publicum instrumentum guarantigiatum, juratum, confessionatum, & obligatione Camerali vallatum, cum dispositio quantumvis ampla, & continens decretum irritans numquam comprehendat actum juratum, Maur. *ubi suprà n.* 87. *etc. ad* 92. Cabal. *cons. dec.* 180. Urceol. *Consult. for. cap.* 28. *n.* 40. ubi quòd sufficit juramentum etiam absque certioratioratione ad excludendum beneficium Vellejani, Ludovil. cum Beltramin. *dec.* 321. ubi intelligunt nisi mulier remaneat indotata, vel nisi juramentum à statuto præsumatur per dolum, vel fraudem extortum, ut dixi in §. *Mulier*, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 291. *n.* 6. ubi quòd stante juramento, vel obligatione Camerali non obstat Senatusconsultum Vellejanum.

Et quomodo possit substineri obligatio etiam si non appareat de dicta certioratione expressa, Bardellon. *cons.* 113. *per tot.*

Quòd cesset Vellejanum, quando præcedenta certioratione, quæ videtur omninò necessaria, fuit illi per mulierem expressè renuntiatum, nisi fidejubeat pro viro, & remaneat indotata, quia tunc non obligatur, licet præcedente certioratione renunciaverit cum juramento, stante enormissima læsione, Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *n.* 93. *&c. ad* 124. Thesl. *dec.* 222. & 213. *per tot.* Grat. *discep. forens. cap.* 108. Nicol. *d. tit. de fidejussor. nu.* 14. *vers nec quandò mulier, & seq.*

Item cessat Vellejanum cessante dolo, & fraude, ut si clarè constet mulierem non fuisse seductam dolo, in quo fundatur, Maur. *ubi suprà num.* 124. Franch. *dec.* 623. *n.* 11. *&c.* ubi quòd Vellejanum subvenit tantùm deceptis, & non decipientibus.

Item cessat quando mulier sive pro viro, sive pro extraneo solvit, & non simpliciter intercedit, cum facilius præsumatur se obligare, quàm solvere, & donare, Maur. *d. cap.* 3. *num.* 70. Franch. *dec.* 279. Gratian. *cap.* 669. *n.* 11. *&c.*

Item cessat quando creditor ad instantiam mulieris liberavit suum debitorem, contra quem non potest ampliùs habere regressum, Maur. *ubi supra num.* 125.

Item cessat quando mulier apud minorem, vel ad ejus favorem pro alio intercessit, *l. si apud. ff. de minor.* Bart. *in l. fin. C. ad Vellejan.* Maur. *loc. cit. n.* 127. *n.* 135. *&c.* Quòd si contrahat cum alia muliere De Luc. *de Donat. disc.* 27. *n.* 14.

Item cessat quando mulier recipit à debitore, id pro quo intercedit, Maur. *ubi supra n.* 127. Franch. *dec.* 624. *n.* 19. *&c.* vide in §. *Nullitas n.*

Item cessat quando mulier veteri debitori succedit, & illius hæres efficitur, *l. quamvis §. Plane ff. ad Vellejan.* Maur. *loc cit. n.* 128.

Prædictis omnibus adde Paul. Christin. *dec. Belg.* 36. *per tot. vol.* 3. ubi latè de hujusmodi Senatusconsulto Vellejano, & Novat. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 109. *per tot.*

Quòd cesset beneficium Vellejani quando mulier mortuo viro in paupertate se obliget solvere creditoribus ipsius viri pro exoneranda illius conscientia; & maximè si debita fuerint contracta pro alen-

& alii Theologi morales, ac Summistæ in verbo *Jejunium*.

7 Senes ad quam usque ætatem generare possint tam masculi, quàm fœminæ, ex multorum sententia declarant Menoch. *de arbitr. cas.* 89. *n.* 55. *& seqq. ad* 64. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. leg. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 9. *n.* 50. *et seqq. ad* 22. *et cons.* 75. *per tot. vol.* 2. Rot. in *Romana Primogeniture* 7. *Maii* 1657. *coram Dunozetto*, *et in Romana filiationis* 22. *Junii* 1657. coram Verospio apud Zacchiam *d. tract. tom.* 2. *decis.* 99. *et seq.* dixi in Pract. *§. Figliuoli n.* 28. ubi quòd terminus communis in masculis est 60. annorum, vel ad summum 65. sed rarissimè; in fœminis autem est annorum 45. vel ad summum 50. Zech. *d. quæst.* 9. *n.* 56. *etc.* ubi citat Mascard. *de probat. concl.* 1147. *n.* 5. *etc. tom.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 313. *n.* 14. *et alios*, vide in §. *Ætas* c. 12. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 263. *quæ est in d. Romana filiationis*, ubi de 60. annis in masculis. Vide De Luc. *in annot. ad disc.* 1. *de Feud. n.* 2. *&* 4.

8 Senes septuagenarii non possunt pro debito carcerari, nisi debitum sit contractum postquam ad dictam ætatem pervenerint, vel nisi hujusmodi beneficio expressè renunciaverint cum juramento Gratian. *discept. for. cap.* 328. *per tot. cap.* 506. *& cap.* 805. ubi plura de senibus Anchar. *cons.* 336. *n.* 2. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 243. *litt. B n.* 7. Ofasch. *dec.* 223 *n.* 3. Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 14. *n.* 346. Sanfelic. *in praxi sect.* 31. *n.* 37. *& seqq.* ubi etiam quòd soleat assignari domus loco carceris, adde Francisc. Ant. Tranchedin. *Consult.* 94. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 73. *sub num.* 6. *pag.* 241.

Quando sequestrum fit ante litem motam pro assecuratione ejus, quod venit postea in actione, deducendum, non inducit litis pendentiam, neque requirit partis citationem in illius concessione, sed benè in illius confirmatione, vel revocatione, cùm dicatur præparatorium litis futuræ, & tamquam abstractum à petitione expectet post se oblationem libelli, citationem, ac juris sequestrantis probationem, & tunc solùm dicitur lis introducta, ad tradita per Magon. *decis. Flor.* 31. *num.* 12. *&c. ubi etiam per tot.* quòd si judicium non possit sustineri ex primo sequestro nullo, sustinebitur ex secundo cautelosè facto in supplementum primi, Pract. Papp. *for. sequestr. glos. audeat, vel præsumat n.* 6. ubi quomodo sit procedendum facto sequestro, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 906. *n.* 20. *&c.* dixi *in resolut. cap.* 95. *nu.* 24. *&* *in Practica*, *§. Sequestri num.* 5.

Licèt autem judicium non possit incipere à sequestro, tamen sustinetur si postea medianta petitione legitimè intimata judicium instituatur, & prosequatur docendo de credito, & obtinendo decretum super consignatione rei sequestratæ, ad tradita per Caroc. *de sequestr. part.* 3. *qu.* 37. *n. pr.* Rot. *p.* 6. *rec. dec.* 22. *nu.* 2. *&c.* An judicium possit incipere a sequestro vide Rot. coram Jacob. Emerix. *dec.* 1348. *n.* 6. *&* 7. Crescin. ad Abeccles. & ad Pen. *locis citatis*.

8 Sequestri officium dicitur voluntarium, & non necessarium, ac ideò nemo invitus cogitur acceptare sequestrum, sed potest contradicere, & refutare, si tamen non contradicat censetur acceptasse, & tenetur de rebus penes eum sequestratis rationem reddere, Cardin. Tusc. *litt. S. conclus.* 204. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 29. *nu.* 21. *&c.* Curt. *de sequest. nu.* 25. *&* *26.* Abeccles. & Crescin. *observat.* 125. *part. pr.*

Quòd ea causa possit Judex compellere ex officio ad acceptandum sequestrum cum hoc ut sequestrarius nihil de suo impendat, sed solùm operam ponat, *l. fin. §. fin. C. de bon. auct. jud. poss.* Bald. *in l. pr. ff. ubi pupil. educ. deb.* Curt. *ubi supra*. Et postquam fuerit acceptatum non potest reddi, & officium deponi sine justa causa, & prævio Judicis decreto, Magon. *dec. Flor.* 115. Curt. *loc. cit. nu.* 27. dixi in *resol. cap.* 95. *nu.* 17. 18. *&* 19. *in Pract. §. Sequestri nu.* 7. Abeccles. & Crescin. *dict. observ.* 125. *part. pr.*

Quòd sequestrarii dicantur custodes, & depositarii, ad quæ teneantur, qua actione conveniantur, & alia, Ridolphin. *in prax. p.* 1. *c.* 14. *num.* 135. *& seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 7. *vol.* 3. Nicoli. *loc. cit. n.* 34. Abeccles. & Crescin. *obser.* 126. *part. pr.*

9 Sequestro pendente, si ille contra quem fuit obtentum percipiat scienter fructus post illorum sequestrationem incidit in pœnam, *Clem. pr. de sequestr. poss.* etiamsi sequestrarius non acceptaverit sequestrum, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 274. *per tot.* Cardin. Tusch. *litt. S. concl.* 211. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 16. ubi quando sequestrum beneficii dicatur violatum. De Luc. *de Benefic. disc.* 98. *n.* 29. *et* 30.

Quas pœnas incurrat violans sequestrum, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 42. *& seqq. fol.* 245. ubi quatuor recenset pœnas, & alia specialia in materia sequestri, & an possit opponi nullitas sententiæ ad impediendum sequestrum.

Qualiter sequestrum habeat in ventre inhibitionem, ita ut stante scientia sequestri, si pars, contra quem fuit obtentum percipiet fructus, vel alium judicem adeat pro revocatione, dicatur attentata committere, & teneatur illa purgare, latè Rot. *p.* 9. *recent. dec.* 332. *per tot. vol.* 2 & facit *p.* 16. *dec.* 15. *&* 16. *per tot.*

Si tamen dominus rei sequestratæ non habeat aliundè vivere, esset ex ejus fructibus alendus, & idem in delinquente bonis propter delictum sequestratis, licèt malè de facto servetur, Costa *remed. subsid.* 106. *illat.* 4.

10 Sequestrum fieri non potest super locis Montium, vel eorum fructibus, Cenc. *de Cens. qu.* 29. *num.* 13. Grat. *discept. for. c.* 730. *nu.* 47. vide *in §. Loca nu.* Vide De Luc. *de Judic. disc.* 13. *n.* 14.

An super salario, & mercede, vide *in §. Salarium num.*

11 Sequestrarius solvendo de judicis mandato an liberetur, Grat. *discept. for. cap.* 485. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 137. *n.* 13. *&c.* ubi videtur tenere quòd liberetur, declarat tamen aliquibus modis.

Quòd non possit solvere sine contradictione, & debeat appellare, idem Grat. *cap.* 704. *num.* 37. *&c. cap.* 906. *n. pr. &c. cap.* 960. *nu.* 15. *&c.*

Qualiter dilatio, vel securitas concessa debitori prosit etiam sequestratio, & possit ab eo allegari, Grat. *discept. forens. c.* 12. *nu.* 13. *etc.* Surd. *dec.* 302. vide in *Salvusconductus num.*

12 Sequestrarius obligatur ad reddendam rationem de rebus penes eum sequestratis, ac tenetur de dolo, lata & levi culpa; excusatur tamen si dominus fregit sequestrum, & res sequestratas abstulit, Cardinal. Tusch. *litt. S. conclus.* 205. *per tot.* Paul. Christ. *decis. Belgic.* 7. *n* 10. *&c. vol.* 3. Abeccles. & Crescin. *observat.* 126. *part. pr.*

13 Sequestrum procuratum, sive affectatum, & ex sola confessione debitoris justificatum, illum non relevat quin teneatur solvere suo creditori non obstante sequestro, quia factum procuratum non relevat, Bald. *cons.* 195. *l. pr.* Tusc. *ubi supra conclus.* 208. *per tot.*

14 Sequestrum factum à judice incompetente qualiter inducat spolium, factum verò à judice competente privet possessione, Tusch. *litt. S. conclus.* 206. *per tot.* Rot *p.* 2. *divers. dec.* 273.

An possit fieri sequestrum per judicem Ecclesiasticum in manibus laicorum, Cabed. *decis.* 86. *par. pr.* ubi negativè concludit per doctrinam Bart. *in leg. Mulier, ff. de leg. commiss. &c.* vide Olivam *de for. Eccles. quæst.* 29. *part.* 2. ubi an idem è contra facit ad rem, Carol. Anton. Thes. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Sequestrum fol.* 322. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 252. *a n.* 5. *part. pr.*

Quando sit concedendum sequestrum, an debeat revocari nondum finita lite, ac alia de sequestro, & descriptione fructuum, Gratian. *discept. for. cap.* 314. *&* 232. *per tot.*

Quòd possit fieri etiam diebus feriatis in honorem Dei, & in quacumque instantia ubi subest timor dilapidationis, ac pro debito in diem, & non purificato quando subest causa suspicionis, ac pro alimentis à custode carcerum præstitis, Tusch. *lit. S. concl.* 207.

Quando sequestrum dicatur nullum, vel injustum, & sit revocandum, cum refusione damnorum, & expensarum, idem Tusch. *ubi supr. concl.* 209. *et* 210.

Quòd sequestrum necessarium non privet possidentem sua possessione, nisi aliter de mente judicis appareat, quia censetur appositum causa custodiæ, etiamsi possessor consenserit sequestro cum clausula, *sine præjudicio suorum jurium*, & alia de hac materia, Ludovis. *dec.* 9. ubi Beltram. *in Addit. per tot.* Nicoli. *Instit. tit. quibus modis re contrahi obligat. d. num.* 30.

15 Sequestrum tollitur, & revocatur per satisdationem de stando juri, & judicatum solvendo, an autem hujusmodi satisdatio finiatur lata sententia, vel duret etiam in causa appellationis, & quid si sequestrum esset ad effectum exequendi, Gratian. *discept. forens. cap.* 232. *num.* 16. *&c. cap.* 348. *num.* 23. *&c. cap.* 531. *num.* 85. *&c.* Manr. *de fidejuss. part.* 2. *cap.* 48. latè Ridolphin. *in Praxi part. pr. cap.* 54. *num.*

168.

168. &c. Paul. Christio. *decis.* 7. *nu.* 11. *et* 12. *volum.* 3. Ricc. *Collect.* 2536. Cardinal. Tusch. *litter. S. conclus.* 212. *per tot.* ubi *num.* 5. quòd justa fidejussio debet tria continere nempè de judicio sisti, de re non barattenda & restituenda sine procrastinatione, & alia, ad cujus favorem sit dande quando fuit sequestrata pecunia apud debitorem, vide De Luc. *de judic. decis.* 13. *n.* 13. *de benefic. disc.* 98. *n.* 25.

Quòd sequestrum regulariter tollatur data fidejussoria cautione non solum de judicio sisti, sed etiam de re non alienanda, & restituenda in casu succumbentiæ, quod est intelligendum ante condemnationem, nam sequte sententia opus est satisfactione, non satisdatione; admitteretur tamen etiam post sententiam fidejussio de judicatum solvendo in forma depositi, quia hujusmodi satisdatio habet vim solutionis, & ita passim in Urbe practicari testatur Farinac. *quæst.* 3. *num.* 27. & 28. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 15. *num.* 34 & *seqq. fol.* 244. vide Ridolphin. *cap.* 14. *num.* 171. & *seqq.* Nicoli. *loc. cit. num.* 31. *vers. quarto.*

Quòd ultimum porro intelligendum quando esset locus appellationi, & fuisset appellatum, aliàs enim obligatus solvere non liberatur dando fidejussorem, vel quoad obligatos in forma Cameræ, contra quos sequestrum factum, an tollatur satisdatione controversum est, ad tradita per Ridolphio. *loc. cit. num.* 180. & *seqq.*

Alios quatuor casus, in quibus sequestrum satisdatione non tollitur, nempe in terminis *Clem. pr. de sequestr. Constit. Pii IV.* In sequestro beneficii, & ad effectum obtinendi absolutionem à censuris incursis ob violationem sequestri, ponit Jordan. *loc. cit. num.* 36. & 37. In casu *dict. Clement.* De Luc. *de Benefic. disc.* 98. *n.* 25.

Item non tollitur sequestrum satisdatione, quando est factum, ut solvat, vel propter vitanda scandala, vel inter personas, inter quas non cadit satisdatio, vel præcepto Principis, Jason. *in leg. si fidejussor*, §. *fin. nu.* 17. *ff. de satisd. cog.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 212. *num.* 12. Ridolphin. *dict. cap.* 14. *num.* 71. & *seqq.*

Quòd sequestrum factum pro executione sententiæ, & sit ad effectum exequendi satisdatione non tollatur, sed opus sit solutione, sicut etiam generaliter non tollatur per satisdationem quando non fuit præstita intra tempus à statuto præfixum, nam eo elapso quidquid fit, nullum est, & si disponat esse satisdandum ante sententiam, intelligitur in prima instantia, & satisdatio præstita in secunda non relevat, Magon. *decis. Florent.* 98. *per tot.* & *decis.* 31. *num.* 5. &c. Curt. *de sequestr. num.* 55. Cavaler. *decis.* 567. Costa *de fact. scient.* & *ignorant. distinct.* 51. *cent.* 2. dra i *in resol. cap.* 91. *num.* 15. &c. Ridolphin. *loc. cit.* Joseph. Felin. *in Margar. var. concl. verb. Sequestrum fol.* 82. ubi quando est factum pro executione sententiæ non tollitur nisi solutione, ut supra. Ansald. *decis.* 53. *num.* 7. Rot. post Constantin. *ad Statut. Urb. decis.* 32. *n.* 7. *tom.* 3.

Quando sequestrum non tollatur satisdatione, vide Baron. *de cit. in Addit. ad quæst.* 18. *num.* 56. &c. *tom.* 2. Ridolphin. *d. cap.* 14. *num.* 172. & *seqq. ad* 190. ubi ponit decem casus, in quibus sequestrum satisdatione non tollitur. Nicoli. *loc. cit. d. vers. quarto*, obi ponit duos casus.

Item tollitur sequestrum, si actor differat litem in justificatione sequestri, vel non liquidando illud intra tempus à statuto præfixum, & si non adiit statutum speciale intra tempus generalis instantiæ aliarum causarum, Megon. *decis. Flor.* 113. *num.* 4. & 5. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 212. *in fine*, ubi quòd Januæ ex forma statuti habetur pro revocato, si obtinens non exhibuerit petitionem pro illius confirmatione infra octo dies, & *conclus.* 213. *num.* 2. *etc.* ubi quòd idem est de jure communi, & Florentiæ non durat ultra sex menses.

Item tollitur judicis mandato, lite finita, & solutione debiti, non tamen potest sequestrarius reddere sequestrum, & officium deponere sine legitima causa, sed prævio judicis decreto, Magon. *d. dec.* 115. *per tot.* Tusch. *dict. concl.* 213. *per tot.* Rice. *Collect.* 2536.

16 Sequestra rerum, sicut sunt prohibita juxta superius dicta, ita & multò magis prohibita sequestra personarum in domo ob solùm scandali timorem, vel puras rixas, cùm essent species servitutis, & possit alio modo provideri, nempe per divisionem viarum, & civitatis, ob delictum tamen commissum essent permissa, Bajard. ad Clar. *quæst.* 31. *num.* 18. Cyriac. *contr.* 10. *num.* 54. Conciol. *resol. crimin. verb. Sequestratio resol. pr.*

Florentiæ vidi sæpè fieri sequestrationes personarum in domo, donec sedatæ fuerint rixæ subortæ, maximè inter potentes, & nobiles, vel aliter provisum per præcepta, & cautiones de non offendendo, nunquam autem per dictam divisionem contractuum, vel Civitatis, licèt mihi quandoque non displiceret.

17 Non etiam possunt sequestrari cadavera debitorum ob quæcumque debita, nec illis impediri sepultura sub pœna amissionis crediti confiscationis tertiæ partis bonorum, infamiæ, & erogationis tantundem hæredibus defuncti, juxta text. *in auth. item qui domum*, *C. de sepulcr. viol.* Menoch. *de arb. cas.* 387. *n.* 16. Farinac. *quæst.* 29. *num.* 119. & *seqq.* Gratian. *discept. forens. c.* 243. *n.* 19. *et* 20. Marchet. *de sepul. tit.* 4. *num.* 36. & *seqq.* Conciol. *d. verb. sequestratio resol.* 2. *per tot.* dixi in §. *Cadaver num.* 8. & in §. *Sepultura n.* 3.

18 Sequestrarius, & similes alieno nomine tenentes nō possunt de proprietate litigare, nisi re exhibita, & quando possint opponere de dominio proprio, vel alieno, Salyc. & Bart. *in l. qui rem*, *ff. de deposit.* Joseph. Felin. *in Margar. var. conclus. verb. Sequestrarius fol.* 81. vide in §. *Conductor num.* 15. & 28.

Quòd sequestrarius possit executivè conveniri uti depositarius, *l. pen. ff. deposit.* Roland. *cons.* 17. *lib. pr. num. pr.* Joseph. Felin. *loc. cit.* Card. De Luc. *de Judic. disc.* 13. *num.* 17. Abeccles. & Crescen. *observ.* 107. *n.* 9. & *observat.* 126. *part. pr.* Cels. *dec.* 75. *n.* 5. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 13. *n.* 17.

Depositarius tamen sequestratus tenetur non solvere creditori sui creditoris sequestrati, Gratian. *discept. for. c.* 485. *in princ. part.* 11. *recent dec.* 443. *in fine*, & *part.* 15. *dec.* 176. *num. pr.* & *seqq.*

19 De sequestris, & sequestrariis habentur multa penes Bertachin. *Repertor. verb. Sequestrum*, Joseph. Felin. *in Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Comp. decis. Neap. part. pr.* & 2. *eod. verb.* Caldas Pereyr. *quæst. for. cap.* 21. *per totum*, Conciol. & Romaguer. *Statut. Eugub. Rub.* 32. *per tot.* Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 4. Larrea *decis.* 58. Cyriac. *controv.* 207. Castil. *de aliment. cap.* 13. Amator. Rodrig. *de concurs. credit. part. pr. art.* 6. Jul. Capon. *tom. pr. disceptat.* 18. & *tom.* 5. *discept.* 351. Capuc. *in Prax. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 9. Mauson. *de caus. execut. ampliat.* 37. Altismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 263. Tranchedin. *Consult.* 34. Joan. Anton. Abeccles. *part. pr. Observat.* 125. 200. & *seqq.* aliique multi citati à Callejon. *Alphabet. jurid. verb. Sequestrum*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 1. *red. verb. fol.* 611. &c. Brunnemann. Em. Card. De Luc. Mantiss. ad eumdem Emerix Caprat. Mans. Palm. Gresein. & alii moderni.

20 De sequestro eo, & quando inducat præventionem, vel non, Tondut. *tract. de prævent. part. pr. cap.* 23. *n.* 22. & *seq.*

21 Sequestrum an possit fieri pendentibus nullitatibus adversus Decretum latè Altimar. *de nullit. rubr.* 6. *quæst.* 14. *per tot. tom. pr.*

22 Sequestra, & captura debent justificari ex præcedentibus Rot. post Scanarol. *de Visitat. Carcer. dec.* 33. *num.* 6. & 5. *fol. mihi* 123. *in appendic.* Bertachin. *vot.* 182. *n.* 8.

23 Sequestrum factum contra hæreditatem jacentem, nullo dato curatore, est merè præparatorium Palm. nep. *alleg.* 302. *n.* 53. *tom.* 4.

Et sequestrum quando fit vigore publici instrumenti dicitur potius præparatorium exequutionis, quàm judicii Palm. nep *decis.* 154. *n.* 4. *tom.* 2.

24 Sequestri ad revocationem admittitur etiam Procurator sine mandato Palm. nep. *alleg.* 302. *n.* 60. *tom.* 4.

25 Sequestrum provisionale non tollit possessionem; nec

Digitized by Google

25 seu impedit manutentionem. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 127. *n.* 9. *de Judic. disc.* 13. *n.* 15. ubi declaratur. Neque inducit vitium litigiosi. Card. De Luc. *de Judic. dict. disc.* 13. *n.* 15. Revocari potest cum alio decreto provisionali. *ibid. nu.* 16.

26 Sequestrum sive justum, sive injustum excusat. Card. De Luc. *de Usur. disc.* un. *n.* 13. Fallit, ubi esset collusivum, & affectatum. Card. De Luc. *d. disc.* 22. *n.* 14 An excuset si supervenit post moram. *ibid. n.* 15. Non excusat à fructibus recompensativis, nisi fiat depositum. *d. disc.* 22. *n.* 16.

27 Sequestri quando sit locus, & expediat illud intentare. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 249. *n.* 6.

28 Sequestrum quando propriè intret, & quando intrent termini assecurationis Judicii. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 114. *n.* 4. Vide Palm. nep. *alleg.* 302. *n.* 51. *tom.* 4.

29 Sequestrum quando dicatur attentatum. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 13. *n.* 3. & *n.* 5.

30 Sequestrum in beneficialibus appositum vigore *Clementinæ* privat possessionem, & aliis etiam honorificis. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 98. *n.* 28.

31 Tertius veniens ad causam Sequestrum impedire non potest. Card. De Luc. *de Benefic. dict. disc.* 98. *num.* 31.

32 Sequestrum in beneficialibus tollitur de consensu partia nisi post appositionem admittatur tertius ad causam. Gonzal. *ad reg.* 8. *§.* 7. *proemiali num.* 100. Card. De Luc. *de Benefic. ibid.*

33 Sequestrum peti potest coram Judice à quo, etiam si ab ejus sententia fuerit appellatum. Vest. *in Prax. part. pr. cap.* 14. *n. pr.* Caprat. *dec.* 67. *num.* 3. *part. pr.*

Sequestrum fortius peti potest quando appellans neglexit curare committi causam appellationis. Rot. cor. Bich. *dec.* 120. *n.* 9. Caprar. *d. dec.* 67. *n.* 4.

34 Sequestrationi fructuum locus est, quoties agitur inter Provisum Apostolicum, & Provisum ab Ordinario, qui sit in possessione, constito summariè de reservatione. Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 98. *n.* 12. Rot. coram Zarat. *dec.* 47. & coram Priol. *dec.* 262. *utrobiq. n. pr.* Caprar. *dec.* 501. *n. pr.* & 2. *par.* 2. Rejectu quacumque exceptione in Judicio ordinario cognoscenda. Rot. coram Zaratt. *loc. sup. cit.* Caprar. *ibid. n.* 3.

35 Sequestrum non datur contra pacificum triennalem possessorem. *Clement. unica de sequestr. possess. & fruct.* Caprar. *d. dec.* 67. *n.* 5. *part. pr.*

Possessor tamen pacificus non dicitur, contra quem post obtentam Collationem Beneficii fuerunt illatæ molestiæ Judiciales, eæque prosecutæ usque ad sententiam revocatoriam in Curia, & ob id effugere nequit sequestrum. Put. *dec.* 346. *n.* 2. & 4. *vers. Præsertim in fin.* Rot. coram Priol. *dec.* 412. *n.* 2. Caprar. *dict. dec.* 67. *n.* 6.

36 Sequestrum in re aliena, & non debitoris appositum, non substinetur. Alex. *cons.* 6. *num pr. vol.* 4. Cancer. *Var. Resol. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 32. *vers. Estq; ratio.* Caprar. *dec.* 635. *n.* 3. *part.* 2.

37 Sequestratarius consignare non potest mobilia, nisi facta illorum descriptione, & æstimatione. Cyriac. *contr.* 165. *n.* 31. & *controv.* 180. *nu.* 19. Emerix Jun. *dec.* 54. *n.* 6. & *dec.* 109. *n.* 3.

38 Sequestrum durat regulariter usque ad finem litis. Test. *in Clem. prima de Sequest. possess. & fruc.* Rot. *dec.* 136. *per tot. part.* 4. & *dec.* 333. *num.* 20. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Emerix Jun. *dict. dec.* 109. *n.* 2.

39 Remissoria non solet in beneficialibus concedi nisi cum clausula, *apposito sequestro*, & non possessori cum clausula, *renunciata sequestra* Rot. *dec.* 585. *per tot. part.* 5. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 503. *num. pr. et dec.* 1075. *n.* 2.

40 Sequestrum fructuum ex Constitutione fori Archiepiscopalis Bononiæ prohibetur adversus possidentem bona stabilia Ansald. *dec.* 2. *n.* 7. Non tamen sufficit bonorum possessio, nisi probetur quod sint æquivalentia debito. Ansald. *ibid. n.* 11. *et* 13. *part.* 1.

Sequestrum fructuum fieri potest absque præcedenti liquidatione, dummodo liquidatio fiat ea post. Rot. coram Gregor. *dec.* 220. *nu. pr.* Ansald. *d. dec.* 2. *num.* 9.

Sequestrum, & occupatio fisci possessionem non interrumpit, nec præscriptionem tollit. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 361. Rot. *dec.* 604. *num.* 1. *part.* 1. *rec.* Ansald. *dec.* 35. *n.* 39. *part.* 1. 41

Sequestrum quando concurrunt necessaria requisita fieri potest in quacunque Judicii parte. Rot. post Toadut. *de pens. dec.* 30. *sub n.* 5. Ansald. *dec.* 53. *n.* 6. *part. pr.* 42

Sequestrum aliquando fit etiam quoad personas, quando lis est super fædere Matrimonii. Ansald. *d. dec.* 53. *nu.* 8. Item quando est lis super separatione thori. Ansald. *dict. dec.* 53. *n.* 9. 43

Sequestrum inhibet, ut res sequestrata alicui tradi, & consignari non possit. Rot. coram Caval. *dec.* 223. *n.* 3. coram Cerr. *dec.* 154. *n.* 2. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 14. *lib.* 6. *n.* 5. *vol. pr.* 44

Sequestrum magis propriè, & facilius debet apponi super mobilibus propter facilem eorum dissipationem, & occultationem. Test. in *l. Si fidejussor, §. si satis datum ff. qui satisd. cogunt.* Roman. *cons.* 241. *nu.* 9. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 8. *lib.* 7. *n. pr. vol. pr.* 45

Ad evitandum sequestrum non sufficit cautio juratoria oblata à persona, qui possidet bona restitutioni obnoxia. Mandell. *cons.* 161. *n.* 5. *lib pr.* Cost. *de remed. subsid. prælud.* 5. *nu.* 10. Mantiss. ad De Luc. *loc. cit. n.* 2. 46

Creditores quibus nulla competit defensio, non sunt citandi in appositione sequestri, sed sufficit, ut citetur principalis possessor. Giurb. *dec.* 62. *n.* 17. *in fin.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 40. *lib.* 10. *n. pr. vol.* 2. 47

An sequestratarius possit petere Salarium pro custodia rei sequestratæ, Card. De Luc. *de Jud. disc.* 13. *n.* 19. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 125. *n.* 5. *part. pr.* 48

Sequestratarius non potest sine causa mutari, neque potest ab illo onere se eximere, nisi vocatis vocandis, & Judicis auctoritate. De Luc. *d. disc.* 13. *nu.* 18. Crescin. ad Abeccles. *ibid. n.* 6. 49

Quid facere teneantur sequestres. Vest. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 4. Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 14. *nu.* 135. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 126. *n. pr. part. pr.* 50

Sequestratarius tenetur de dolo, lata, & levi culpa, excusatur tamen si dominus fregit sequestrum, & res sequestratas abstulit. Tusch. *lit. S. concl.* 205. *per tot.* Crescin. ad Abeccles. *d. obser.* 126. *n.* 10. 51

Si sequester non est solvendo, tenetur Judex, qui illum deputavit. Rot. *dec* 629. *nu.* 1. & 2. *part. pr. rec.* Card. De Luc. *de Judic. disc.* 13. *n.* 22. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 127. *n.* 2. *part. pr.* 52

Sed intellige in subsidium juxta regularem Magistratuum obligationem. Vide Card. De Luc. & Rot. *ubi sup.* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 152. *n.* 4. *par.* 1.

Sequestratario existente non solvendo Judex tenetur de proprio. Crescin. ad Abeccles. *ibid. n.* 3.

Si serviens eligat Sequestrarium non idoneum, ipse tenetur. Crescin. ad Abeccles. *d. obser.* 127. *num. pr. part. pr.*

Nemo ex litigatoribus, sed medius debet esse sequester Crescin. ad Abeccles. *d. obser.* 152. *n. pr.* Sed plures DD. contrarium sustinent. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 98. *n.* 37. Rot. *dec.* 286. *nu.* 14. *part.* 10. *rec.* Crescin. ad Abeccles. *ibid. n.* 2. 53

Sequestrum potest ex triplici capite sustineri, vel de novo apponi. Doctores in *Clem. prima de sequestr. possess. & fruct.* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 190. *num.* 9. *part. pr.* 54

Referuntur hæc tria capita, ex quibus sequestra sustineri, vel de novo apponi possunt. Crescin. ad Abeccl. *d. obser.* 190. *n.* 10.

Sequestrum propriè apponitur super mobilibus Crescin. ad Abeccles. *obser.* 201. *n.* 4. *part. pr.* 55

Sequestrum minus propriè dicitur apponi super stabilibus. Ridolph. *in prax. p. p. cap.* 14. *n.* 130. Crescin. ad Abeccles. *ibid. n.* 5.

Sequestrum potest fieri super fructibus, qui sunt pars rei immobilis, seu Fundi. Ridolphin. *loc. sup. cit. n.* 134. Crescin. ad Abeccles. *ibid. n.* 7.

Sequestra hodie permittuntur de stylo, & consuetudine, licet regulariter sint prohibita tàm de jure civili, quàm canonico, ut supra dictum fuit. Palm. nep. *decis.* 98. *nu. pr. et* 2. *tom. pr.* Sed hoc intellige contra debitorem, non contra Tertium *ibidem n.* 3. 56

Se-

57 Sequestro consentire videtur, qui non reclamat. Posth. *de Manutent. obser.* 79. *n.* 7. Rot. Bonon. *decis.* 30. *n.* 22. Palm. nep. *decis.* 156. *n.* 14. *tom. pr.*

58 Sequestrum deservit loco petitionis Bartol. *in extravag. ad reprimen. in verb. figura n.* 8. Palm. nep. *dict. decis.* 156. *n.* 16. *tom.* 2.

59 Sequester Beneficii debet esse de gremio Ecclesiæ, in qua est beneficium, imò collitigans pro Judicis arbitrio Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 98. *n.* 37.

60 Sequester tenatur conficere librum adinstar Administratoris Card. De Luc. *de Judic. disc.* 13. *n.* 20.

61 Sequestratio puellæ ad effectum explorandi voluntatem an, & quando fieri valeat a laicis De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 26. *n.* 40. & 41. Quid occasione divortii, vide eumd. *de matrim. disc.* 11. *a n.* 3.

§. SERVITUS. XIV.

1 Servitus in genere dicitur jus illud, quòd habemus in re alterius, ut is patiatur aliquid in re sua fieri, vel ipse non faciat aliquid in se propria, *l. quoties* 2. §. *fin. ff. de servit.* Oinot. *Instit. de servit. rustic. & urb. præd. in princ. n.* 3. *in fine*, ubi etiam Soac. *n.* 2. & alii.

2 Servitutum plures sunt species, quædam enim dicuntur merè personales, quæ à persona personæ debentur, ut in hominibus servilis conditionis, qui dominis suis servire coguntur; quædam quæ à persona rei debentur, ut quando persona tenetur assistere certo loco, de quibus non erit sermo noster, sed illarum materia habetur *in tit. ff. de stat. hom. & Institut. de jure pers. & l. Mevia ff de manu & leg. servos, ff de alim. & cib. leg.* plenè Dian. cum aliis ab eo citatis *d. part.* 7. *tract.* 7. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 175. *vol.* 2. & plura remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Servitus*. Nicoli. *Instit. tit. de Jur. personar. & tit. de servit. rustic. & urban. præd. n.* 2. Vide Brunneman. *in l. citat. & in l.* 1. *ff. de servit.* Walzenegger. *de Servit. person.* Baumgartner. *eod. tractat.*

Servitutes autem de quibus nos agimus aliæ sunt personales simpliciter, quando scilicet res immediatè servit personæ, ut est ususfructus, usus, & habitatio, & dicuntur personales à persona dominante, cum semper à nobiliori parte sit sumenda denominatio, vel etiam dicuntur mixtæ ad differentiam merè personalium de quibus supra.

Aliæ dicuntur merè reales, & sunt jus in re aliena, quòd per se non stat, nec personam respicit, sed cohæret prædio dominanti activè, & prædio servienti passivè, augens utilitatem prædii dominantis, & minuens libertatem servientis, & istæ vel sunt urbanæ, quæ scilicet urbanis prædiis debentur, vel rusticæ, quæ rusticis prædiis debentur, urbana autem, & rustica prædia distinguuntur non à loco, sed à materia, & usu.

Item servitutes generaliter aliæ sunt nominatæ, quia proprium nomen à jure sortiuntur, ut iter, actus, via, & aliæ innominatæ, quæ non habent speciale, nec proprium nomen, ut quando aliquid constituitur in alieno prædio, quòd aliàs de jure fieri non poterat.

Item aliæ dicuntur dividuæ, aliæ individuæ.

Item aliæ continuæ, & aliæ discontinuæ.

Item aliæ affirmativæ, aliæ negativæ, de quibus, & similibus distinctionibus, plenè Cæpol. *tract. de servit. cap.* 1. 2. & *seqq. per tot.* Oinot. Soac. & *alii instit. de servit. rustic. & urb. præd. & in §. Æquæ Instit. de act.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 222. & 223. Rot. *part.* 1. *recent. dec.* 199. *per tot.* Francisc. Maria Pecc. *in suo novissimo tract. de Æquæduct. c.* 1. &c. remissivè Castejon. *loc. sup. cit.* idem Nicoli. *Instit. tit. de servit. rusticor. & urban. predior.* Verd. *Instit. eod. tit.* Brunnemann. *in l.* 1. *in l.* 3. *in l.* 15. *ff. de servit. l.* 2. & *seq.* & *l.* 15. *ff. de servit. urb. prædior.* & *l.* 1. & 3. *ff. de servit. rust. præd.*

3 Servitutes rusticæ sunt plures, nempè *Iter*, quòd est jus eundi, ambulandi hominis per fundum vicini, non autem jumentum, nec vehiculum ducendi. *Actus*, & est jus ut supra eundi, ac etiam jumentum, & vehiculum ducendi per alienum fundum, non autem trahendi lapides, nec trabes. *Via*, quæ est jus ut supra, & insuper lapides etiam, trabes, & tigna trahendi, & rectam hastam ferendi per alienum. *Aquæductus*, idest jus, sive facultas ducendi aquam per fundum alterius. *Aquæ haustus*, jus scilicet hauriendæ aquæ ex fonte privato pro utilitate fundi vicini, vel pro laborantibus in eo. *Pascendi*, id est jus pascendi pecoris in alieno fundo. *Pecoris ad aquam appulsus*, *calcis coquendæ*, *arenæ fodiendæ*, *cretæ*, *vel lapides eximendi figulinæ habendæ*, *secandi ligna*, & similes, de quibus *in l.* 1. *veluti*, *ff. de servit. rustic. præd.* & *instit. eod. tit.* ubi Oinot. Soac. & alii Cæpol. *tract. de servit. rust. præd.* Nicoli. *loc. cit. n.* 4. & *seq.* Brunnemann. *in d. l.* 2. & 3. *ff. de servit. rust. præd.*

Servitutes urbanæ pariter sunt plures, nempè *oneris ferendi*, quando scilicet imponitur servitus ædibus vicini mei, ut columna, vel paries ejus perpetuò ferat onus meæ domus; *tigni immittendi*, per quam conceditur vicino facultas immittendi tignum, vel trabem in prædium, vel parietem vicini, quæ aliàs de jure non competit; *stillicidii avertendi*, & *non avertendi*, vel hic est affirmativa, quando quis habet jus, ut à tecto suo possit avertere, sive derivare aquam pluvialem in aream, curtem, vel tectum vicini, quòd aliàs de jure non permittitur, vel negativa, quando is, cujus stillicidium cadit in aream meam, illud non potest avertere ad domum suam, ut quia debeat implere meam cisternam, vel hortum irrigare; *altius tollendi* affirmativa, & *altius non tollendi* negativa, affirmativa, ut quando jure servitutis possum cogere vicinum ad altius tollendum suas ædes, vel parietem; negativa, ut quando contra naturalem libertatem ædificandi possum impedire vicino ne altius tollat ædes suas, vel parietem; *Ne luminibus officiatur*, per quam prohibetur vicino lumina ædium vicini minuere altius tollendo, vel deprimendo. *Luminum* quando scilicet vicinus cogitur habere fenestram apertam, vel foramen in suo pariete, quo ædes alterius vicini lumen recipiant. *Prospectus* ne scilicet prospectui quem quis habet in hortum, vel campum vicini officiatur, *projiciendi*, *protegendi*, & similes, de quibus *tot. tit. ff. de servit. urb. præd.* & *in prædiorum urbanorum*, *Instit. eod. verb.* ubi Oinot. Soac. & alii, plenè Cæpol. *d. tract. de servit. urb. præd. per tot.* Nicoli. *ibidem n.* 14. & *seqq.* Brunnemann. *in dict. l.* 2. & *seq.* & *l.* 15. *ff. de servit. urb. prædior.* 4

De servitute altius non tollendi ne impediatur prospectus, & de prospectu sæcularium in locum Religiosum prohibito plura Ganavet. *dec.* 10. *per tot.* vide *in §. Ædificium*. Nicoli. *loc. cit. n.* 19.

Servitus nunquam præsumitur, sed ab allegante est probanda, cum quælibet res in sui origine libera existat, *l. altius*, *C. de servit. & aqua*. Oinot in §. *fin. nu.* 1. &c. *Instit. de serv. rust. & urb. præd.* Card. Tusch. *litt. S. concl.* 227. *per tot.* dixi *in resol. c.* 7. *n.* 1. &c. *cap.* 14. *n.* 4. & *cap.* 15. *num.* 1. ubi ampliatur etiam dato illius usu, & quasi possessione, Rot. *p.* 24. *recent. dec.* 416. *nu.* 1. &c. *part.* 17. *dec.* 31. 348. & 394. ubi ad effectum ne possit impediri apertio novæ fenestræ. De Luc. *de servit. disc.* 94. *n.* 3. *disc.* 39. *n.* 10. *de Decim. disc.* 18. *num.* 11. *de Jurepatr. disc.* 69. *n.* 15. Rocc. Episc. *c.* 175. *n.* 39. & 41. *lib.* 2.

Quòd præsumatur libertas, nisi probetur servitus, latè idem Tusch. *litt. L. conclus.* 338. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 177. *num.* 6. &c. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2646 ubi infert allegationes Novari.

Quòd servitus sit probanda per pactum clarum, & expressum, vel per legitimam præscriptionem, aliàs cùm sit contra regulas juris, omissum habeatur pro omisso, Gratian. *discept. fur. cap.* 572. *num.* 58. &c. *cap.* 755. *nu.* 1. &c. ubi de servitute piscandi, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 89. *per tot.* vide Ricc. *loc. cit.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 416. *n.* 2. & *seqq.* & *part.* 17. *dec.* 30. 348. & 349. ubi ut possit impediri prospectus per novam fenestram, de quo in §. *Fenestra*. Rota coram Caprar. *decis.* 68. *nu.* 12. *part.* 1. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 22. *n.* 10.

Quòd sit adeò probanda, ut non sufficiat probare illius usum, sed quod usus fuerit jure servitutis constitu-

titulo, bona fide, aliisque requisitis, de quibus Menoch. *de retin. poss. remed.* 5. *n.* 18. *& seqq. ad* 32. ubi colligit octo requisita, Gratian. *discept. forens. cap.* 559. *n.* 11. *&c.* Surd. *dec.* 127. *per tot.* Rot. *part.* 4. *rec. tom.* 2. *dec.* 101. *et part.* 14. *dec.* 398. *n.* 4. *et dec.* 416. *per tot. part.* 15. *dec.* 9. *n.* 6. *et seqq.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. a n.* 9. *et seqq.*

Item sciente, & patiente domino, idem Gratian. *discept. forens. cap.* 560. *n.* 30. *etc.* Rot. *d. dec.* 101. *n.* 10. *et dict. dec.* 398. *nu.* 7. *et decis.* 416. *num.* 13. *part.* 14. *rec.*

Quòd in dubio inter consanguineos, vel etiam tantùm amicos, aut vicinos, actus præsumatur factus non jure proprio, nec servitutis, sed simplicis familiaritatis, jure Menoch. *de arbitr. cas.* 160. *n.* 17. *et seqq.* Alrograd. *cons.* 22. *n.* 24. *lib.* 1. *in Rota Romana servitutis* 15. *Maii* 1619. *coram Ubaldo*, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *n.* 407. *in fine fol.* 501. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. nu.* 10. *vers. inter infra.*

Quando præsumatur usus jure servitutis, qui utitur itinere per fundum alterius, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 89. *in fine.*

Qualiter probatur servitus viæ, vel itineris ad effectum manutentionis in quasi possessione, qualiter præscribatur, per quos actus acquiratur, Gratian. *discept. for. cap.* 681. *per tot.* ubi plenè pro manutentione probato usu, Pac. Jordan. *loc. sup. cit. num.* 403. *et seqq.* ubi quæ requirantur in præscribende servitute.

5 Servitutem transitus, vel itineris, sive similem discontinuam non præsumi, sed ab allegante esse probandam, quamvis esset in illius quasi possessione docendo de titulo, vel de immemorabili, de scientia, & patientia adversarii, quòd usus fuerit jure servitutis, cùm aliàs in dubio potiùs præsumatur usus jure familiaritatis, etiam si non posset aliundè transitus haberi, cùm non sufficiat allegare necessitatem pro titulo, & in omnem casum solvendum esse pretium, & tantò minus posse per alienum fundum prætendi transitum, ubi adest alia via, plenè Rot. *part.* 4. *tom.* 2. *recentior. dec.* 101. *per tot.* dixi in *Resolut. cap.* 14. *per tot.* & latiùs in eadem causa scripsi in alio consilio penes me vulgari idiomate (Florentino more) de anno 1663. impresso, in secundo volumine mearum *Allegat. divers. fol.* 31. *etc.* juxta quòd fuit Florentiæ judicatum per Magistratum Partis sub die 4. Januarii dicti anni, de quo etiam memini *in Pract.* §. *Vendere n.* 11. *infra n.* 22. & latè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 173. *vol.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 397. *per tot. & dec.* 416. *per tot.* Vide De Luc. *de servit. disc.* 23. *disc.* 95. *de Regal. disc.* 136. *&* 137. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 10. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 6. *a n.* 9. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 43. *n.* 233. *tom.* 7.

Licèt autem servitus non præsumatur, sed sit plenè, & concludenter probanda; tamen potest probari non minus per testes, vel alias legitimas probationes, quàm etiam per conjecturas, & signa ex inspectione loci resultantia, ita ut admittantur etiam testes de auditu in antiquis, licèt non nominent auctorem, (cùm hoc in civilibus non sit necesse) Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 276. ubi adducit plures conjecturas ad inducendam servitutem non aperiendi fenestras atrium alterius respicientes. De Luc. *de Servit. disc.* n. *n.* 11. *disc.* 3. *nu.* 3. *Miscell. disc.* 38. *n.* 13. Captat. *dec.* 534. *n.* 10. *part.* 2.

6 Servitutes pluribus modis possunt constitui, & acquiri, nempè pactis, & conventionibus per contractus inter vivos, veluti stipulationem, emptionem, & similes; Secundò in ultimis voluntatibus, testamento, vel codicillis ut si testator damnet hæredem, ut patiatur aliquam servitutem ad favorem alterius; Tertiò per sententiam; Quartò per consuetudinem; Quintò per præscriptionem; §. *fin.* ubi Mysinger. & alii *Institut. de servitut. rustic. & urban. præd. et tot. tit.* ubi DD. *ff. de servit. legat.* Cardinal. Tusch. *litter. S. conclus.* 221. *&* 224. *per tot.* ubi plura de modo acquirendi servitutem per præscriptionem, & per laudum, Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 31. 348. *et* 394. ubi de servitute prospectus. Nicoll. *Instit. tit. de servit. rustic. et urban. prædior. n.* 24. De Luc. *de Regal. disc.* 144. *n.* 13. ubi per donationem Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 8. *nu.* 7. *pag.* 213. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 22. *num.* 10. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *qu.* 43. *n.* 219. *tom.* 7. *fol.* 341.

Quot, & quibus modis servitus aquæductus, & per quos constitui possit, latè Franc. Maria Pecch. *tract. de aquæduct. libr.* 1. *cap.* 3. *et* 4. *per tot.* ubi plures quæstiones examinat, quæ deserviunt etiam ad intelligentiam aliarum servitutum circa illarum constitutionem, & acquisitionem. Vide infra *in collect. alleg. ad hanc* 4. *tom.*

An autem res incorporales, & præcipuè servitutes usucapi possint, & an admittenda sit communis distinctio inter servitutes continuas, & discontinuas, Mella *de usucap. et præscript. p.* 1. *cap.* 6. *per tot.* quod quælibet servitus acquiri possit per immemorabilem consuetudinem dicit Rot. coram Ansald. *dec.* 36. *n.* 21. Altimar. *loc. supra cit. n.* 233. *et* 264.

Servitus ut mediante præscriptione acquiratur plura sunt necessaria, latè Caldas Pereyr. *quæst. for. c.* 5. *per tot.* Parlador. *rer. quotid. lib. c.* 1. §. 8. *per tot.* ubi *n.* 9. *et seqq.* explodit differentiam, quam communiter tradunt interpretes inter servitutes continuas, & discontinuas, Rot. *Luc. in Lucana manutentionis* 17. *Novembris* 1685 ubi latè de manutentione super libertate bonorum possessorum ex præsumptione naturæ, non concludenter probata servitute, maximè discontinua, ut transitus, & itineris per alienum fundum habetur apud Jacob. Balduc. *in Observat.* ad Roman. *dec.* 50. Altimar. *d. nu.* 264. 7

Primo, quasi possessio ipsius servitutis, quæ in negativis acquiritur per unicum actum prohibitionis cum patientia adversarii; in affirmativis verò, aut agitur de illis, quarum usus potest esse per modum facultatis naturalis, ut ire per fundum alienum donec prohibeatur à domino, & in istis quasi possessio non acquiritur per unum simplicem actum, sed per actus continuatos eundi per triginta dies sciente, & patiente domino, ita ut constet quòd incipiat possidere animo acquirendi servitutem, aut agitur de illis, quarum usus non ita de jure gentium, & mera facultate competit, sed actus potius per modum debiti geruntur, ut immittere tignum in alienum, & simile, qui citrà jus servitutis non competunt, & in istis quasi possessio acquiritur per unicum actum sciente, & patiente domino factum. Altimar. *d. n.* 264.

Secundò, requiritur scientia, & patientia adversarii nempe domini fundi servientis, nam si quis utatur servitute, vi, clam, vel precario; illam non præscribit; nisi probet de usu tanti temporis, cujus initii non extet memoria, vel de longissimo tempore 30. vel 40. annorum, vel nisi habeat titulum à tertio, qui putabatur dominus fundi, nam his casibus non est necesse probare scientiam, & patientiam adversarii, sive veri domini, sed stante titulo procedit præscriptio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, si alia concurrant requisita, vide Rot. *p.* 14. *rec. dec.* 416. *per tot.* Altimar. *d. n.* 264.

Tertiò requiritur, quòd præscribens usus fuerit jure servitutis, eo scilicet animo, ut etiam invito adversario uti possit dicto jure, & non jure familiaritatis, vel amicitiæ, quia tunc numquam præscriberet, & hoc dignoscitur ex qualitate actuum. Altim. *d. n.* 264.

Quartò, requiritur bona fides, nempè ut præscribens credat sibi servitutem competere, quæ bona fides stante titulo, vel cursu triginta annorum præsumitur, nisi mala probetur, deficiente verò titulo, vel dicto tempore non præsumitur, sed ab allegante est probanda; non tamen in præscribendis servitutibus requiritur titulus, licèt in præscribendis aliis rebus corporalibus sit omninò necessarius, ut dixi §. *Præscriptio nu.* vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 299. *n.* 25. *& seqq. per tot.* Altimar. *d. nu.* 264.

Quintò, requiritur tempus legitimum, & continuatum, nam si agatur de servitute habente causam continuam, vel quasi continuam, ut quando in illius

lius exercitio factum hominis non requiritur; sed semper ex se actualiter, & potentialiter, vel saltē potentialiter tantùm est in usu, & præscribitur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, nisi agatur contra Ecclesiam, quia tunc requiruntur quadraginta anni; si verò agatur de servitute habente causam discontinuam, quæ scilicet non semper est in usu, actu, neque potentia, ut quia in illius exercitio requiratur factum, & opera hominis, qui non semper potest operari, non præscribitur longo, neque longissimo tempore, sed immemorabili tantum, cujus scilicet initii non extet memoria; intelligendo de servitutibus realibus, & cessante titulo, nam personales, quæ scilicet debentur à re personæ, vel stante titulo, non obstante causa discontinua, præscribuntur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, si alia non deficiant, de quibus requisitis plenè Oinot. in §. *fin. nu.* 6. & *seqq. ad* 19. *Instit. de servit. rustic. & urb. præd.* Peregr. *tract. var. lib.* 3. *tit. de poss. & propriet. num.* 52. & *seqq.* Cæpol. *de servitut. urb. præd. cap.* 20. *per tot.* Bald. *tract. de præscript. part.* 2. *part.* 4. *princip. quæst.* 1. *cum pluribus seqq. per tot. fol. mihi* 81. & *seqq.* Cardin. Tusch. *littera S. conclus.* 224. *per tot.* dixi *in resolut. cap.* 14. *n.* 22. & *seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 177. vol. 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 300. *per tot. quæ est in Narnien. juris pascendi* 17. *Junii* 1644. *coram Verospio, & rursus in eadem causa* 26. *Maii* 1645. *d. part.* 9. *decis.* 347. *per tot.* & *part.* 12. *dec.* 219. *n.* 25. & *seqq. per tot.* ubi de servitute aquæductus & *part.* 13. *dec.* 9. ubi plura quomodo probetur, vel non servitus ducendi aquam ex fundo alterius, & *part.* 17. *dec.* 132. *per tot.* vide in §. *Aqua*, Mella *de usucap. & præscript. part.* 1. *cap.* 6. ubi damnat dictam distinctionem inter servitutes continuas, & discontinuas, sed nihilominus ab ea non recedas, quia communis est, & ab omnibus ferè recepta, ut ipsemet fatetur. De quibus plura Nicoli. *Instit tit. de servit. rusticor. & urban. prædior. n.* 25. DeLuc. *de Servit. disc.* 32. *n.* 8. Altimat. *dict. n.* 264.

De servitute juris pascendi quando, & quomodo possit præscribi, latè Surd. *dec.* 236. *per tot.* Tusch. *litt. P. conclus.* 111. & *seqq.* ubi quando possit induci, an sit prędialis, vel personalis, qualiter probetur, & alia, Rot. *d. part.* 9. *recent. dec.* 300. *per tot.* & *dec.* 347. *in eadem causa d. part.* 9. & *part.* 14. *dec.* 416. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 75. & 76. ubi quòd servitus, & jus pascendi competens civibus originariis, & naturalibus, competit etiam aggregatis, nec potest mutari contra voluntatem eorum, quibus dicta servitus competit, etiam in statum meliorem, & tantò minus locus serviens ad culturam reduci, sed semper liber ad pascendum juxta antiquam, & consuetam formam teneri. Altim. *loc. supra adduct. n.* 245.

Quòd servitus non acquiritur ex facto, & patientia domini utilis in præjudicium domini directi, & sine illius scientia, & patientia, Cavaler. *dec.* 56. *n.* 2. Quia licèt Emphyteuta, vel similis durante jure suo servitutem imponere, finitur tamen resoluto jure suo, & res libera ad dominum revertitur, idem Cavaler. *dec.* 213. *n.* 3. &c. Castr. *in l. & in provinciali, C. de servit.* Oinot. *in* §. *Ideo autem num.* 3. *institut. cod.* vide Balduc. *de Dot. tit.* 4. *dec.* 6. *n.* 27.

Servitutes reales non possunt acquiri, neque con-
8 stitui nisi ab habentibus prædia urbana, vel rustica, cùm non possit sine prædio dominante, & serviente consistere; possunt itaque imponi à domino habente plenum dominium, & item à domino directo tantùm, à proprietario, vassallo, emphyteuta, Principe, & Senatu, dummodò in omni casu non tendant in alterius præjudicium, & finito jure concedentis, finiantur; non autem possunt imponi in re cōmuni sine omnium sociorum consensu, nec per maritum in fundo dotali, nec per usufructuarium; quicumque verò potest imponere servitutes, tantò magis potest illas acquirere, dummodò habeat fundum cui deberi possint, Oinot. *in* §. *Ideo autem*, ubi etiam Soac. *institut. de servit. rustic. & urb. præd.* Cæpol. *tract. de servit. urb. præd. cap.* 14. & 15. *per tot.*

Servitutes tamen sui natura reales, possunt quandoque effici personales, nempè si ad personam tantùm referantur, quòd est maximè notandum, & præcipuè quià reales transeunt ad quoscumque cum ipsa re, personales verò non, sed cum persona extinguuntur, ut benè explicat Soac. *in* §. *Ideò autem num.* 2. & 3. ubi etiam docet quando alicujus juris concessio dicatur realis, vel personalis, vide Cæpol. *de servit. cap.* 2. *num.* 5. &c. dixi *in resolut. cap.* 14. *num.* 14. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 228. *per tot.* Rot. *part.* 2. *recent. decis* 199. Surd. *cons.* 17. *numer* 30. *lib.* 2. ubi qualiter etiam personales possint transire ad successores per jurium cessionem.

Quòd servitutes non possint imponi, nec remitti in fundo minoris sine solemnitatibus, *l.* 3. §. *Simili*, *ff. de reb. cor.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 121. &c.

Item in re communi nec acquiri, nec constitui possunt servitutes sine alterius socii consensu, & usus in dubio præsumitur nomine sociali, vel precario, non autem animo acquirendi servitutem in præjudicium socii, Menoch. *de arbitr. cas.* 442. *per tot.* Duran. *decis.* 450. *num.* 13. &c.

Servitutes reales, ut possint prædio constitui requi- 9
ritur, quòd nullum prædium alienum sit intermedium, quia impediret servitutem, nisi esset locus publicus, per quem transitus haberi posset, vel privati consentientis, Bart. *in leg. si prius*, *ff. de aqua pluv. arcend.* Cæpol. *de servit. urb. præd. cap.* 58. Bertazol. *de Claus. claus.* 23. *gloss.* 2. Surd. *dec.* 177. *per tot.* ubi pulchrè qualiter prædium liberum intermedium impediat servitutem, Ricc. *Collect.* 3620.

Quòd servitutes reales transeant hincindè activè, & passivè ad successores universales, & singulares, ex quibus cognoscantur reales, ac in dubio tales præsumi, Cabal. *cons. dec.* 113. *per tot. lib.* 2.

Servitutes non possunt dilatari, neque duriores ef- 10
fici, nec respectu temporis, nec respectu fundi adjecti, sed sunt restringendæ arbitrio boni viri ad tempus necessitatis pro cultura, & recollectione fructuum prædii dominantis dumtaxat, Surd. *cons.* 27. *num.* 7. &c. Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 331. *n.* 12. & *cap.* 338. *num.* 2. *vol.* 2. Costa *de ratione ratæ qu.* 132. *n.* 19. De Luc. *de servit. disc.* 29. *n.* 5. *Miscell. disc.* 38. *n.* 14.

Et generaliter quòd servitutes non extandantur de una ad aliam, Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 229. nec de uno casu ad alium Jacob. Emerix *dec.* 548. *num.* 5. & *dec.* 584. *num.* 6.

Quòd tamen servitus debita pro uno fundo possit extendi ad alium fundum contiguum, dummodo ob id durior non efficeretur, idem Surd. *cons.* 41. *num.* 1. *vers. nunc tamen & per tot.* Thes. *Quæst. forens.* 81. *per tot. lib.* 1. dixi *in resolut. cap.* 14. *num.* 26. & 27. facit Francisc. Maria Bich. *tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 15. ubi latè an aquæductus pro bonis alicujus concessus extendatur ad bona postea quæsita, ita ut concedens teneatur majorem quantitatem aquæ dare pro illis irrigandis, idem Pecch. *d. tract. cap.* 7. *qu.* 2. *per tot.*

Et quòd possit dominus fundi servientis mutare locum, & alium æquè idoneum, & commodum subrogare ad usum fundi dominantis, benè probat Giovagn. *consil.* 36. *num. pr. et seqq.* sequitur Rot. *Bononien. ibidem num.* 21. & Altograd. *consil.* 97. *num.* 97. *et seqq. lib.* 2. Costa *de ratione ratæ quæst.* 132. *num.* 8 *et seqq.* Paul. Christ. *decis. Belgic.* 177. *nu.* 11. *volum.* 2. facit latè Francisc. Maria Pecch. *tract. de aquæduct. lib. pr. cap.* 3. *quæst.* 14. ubi cujus sit electio in faciendo aquæductu in fundo serviente.

Servitus itineris, vel viæ, per quam dabatur aditus, 11
& ingressus in fundum venditum, mediante alio fundo contiguo ipsius venditoris, non censetur in emptorem translata, nisi exprimatur, cùm simus in contractu, & agatur de servitute discontinua, quidquid contrarium sit in servitutibus continuis, & quando essemus in ultima voluntate, in qua fit latior interpretatio, vel quando in contractu fuisset expressa clausula, *cum accessibus et introitibus, etc. l. in tradendis*, §. *Interpositis*, *ff. com. præd. l. in vendendo*, §. 1. *ff. de contrah. empt.* Cæpol. *de servit. urban. præd. cap.* 38. *numer.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 144. *per tot.* Capyc. *dec.* 187. *per tot.* Surd. *cons.* 17. *n.*

6. et

Item an ſi cum pacto de redimenda penſione, vel dandi fidejuſſorem, ſive aliam hypothecam pro illius ſolutione, & ſimilibus oneribus, quæ de jure non inſunt, vel reficiendi expenſas, quas reſignans fecit in acquiſitione beneficii, Leſſ. *lib. 2. c. 35. dub. 15. n. 93 et ſeqq.* Caſtr. Palaus *tom. 3. diſput. 3. de ſimon. punct. 17. num. 14. etc.* Dian. *part. 10. tract. 14. reſol.* 1. qui videntur concludere ſimoniam adeſſe in dictis caſibus, penſionem ſic conſtitutam poſſe non ſolvi,

& beneficium tamquam vacans propter simoniam impetrari, secus tamen si ad hujusmodi onera obligaretur resignatarius post constitutam pensionem, cùm tunc præsumatur se liberè obligasse.

An autem resignatio facta per simoniam, & sic nulla abdicet jus à resignante, vel possit resignans beneficium retinere, vide Paul. Christin. & alios ab ipso citatos *decis. Belgic. 66. per tot. vol. 1.* ubi quòd uterque privatur si fuit sciens, Rot. *par. 12. rec. dec. 256. n. 19. et seqq. et decis. 357. et dec. 419. et 420.* ubi qualiter dicatur vacare beneficium ob simoniam, & possit impetrari, quo casu tamen requiritur plena probatio ipsius simoniæ.

Plura de pœnia simoniæ confidentialis, Dian. *part. 11. tract. 5. resol. 20. per tot.* vide *suprà num. 7.*

Ex quibus præsumatur, & probetur confidentia beneficialis, ex qua resultat simonia confidentialis, Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1306.* Pen. & Crescin. *dict. decis. 156. et 270.* & de Judice confidentiarum Pen. & Crescin. *decis. 231. et decis. 246.*

51 Simonia quando non fuit completa, & executa, ut quia intervenerit quidem promissio, & conventio dandi pecuniam, vel quid aliud temporale pretio æstimabile, sed postea non fuerit adimpleta, an induat pœnas nullitatis tituli, sive provisionis beneficii, illiusque privationis ipso jure, affirmant multi asserentes simoniam indui, & causari ex sola promissione, inter quos Abb. & Felin. *in cap. nobis de simon.* Lambert. *de jurepatr. 1. part. 2. lib. quæst. 9. art. 11. et 2. part. 2. lib. quæst. 9. art. 3. num. 8.* Garz. *de benef. tom. 2. par. 8 cap. 16. n. 18.* Martha *vot. Pis. 10.* vide *in §. Electio n. 7.* Negant alii relati per Garz. *loc. cit. num. 19.* tenentes quòd nulla simonia conventionalis (excepta ea, quæ confidentialis dicitur) induat ipso facto pœnas juris positivi, maximè secundum stylum Curiæ Romanæ, juxta quem ad illas incurrendas videtur requiri simonia realis utrinque completa, non obstante Bulla S. Pii V. hac de re edita, quæ non fuerit usu recepta, vide Dian. *part. 10. tract. 16 resol. 11.* ubi adhæret primæ opinioni affirmativæ tamquam probabiliori, licèt etiam negativam satis probabilem, & tutam putet; vide eundem Dian. *part. 11. tract. 6. resol 30. per totum.*

An autem beneficium ut suprà obtinens cum promissione pecuniæ, & illam post multum tempus solvens incidat taliter in pœnas simoniæ, ut ipsæ pœnæ quoad omnes effectus censeantur incursæ usque ab initio, & sic retrotrahantur ad diem promissionis, dic quod in foro externo, & sequuta condemnatione, secus autem in foro conscientiæ, in quo nulla pœna, vel censura contrahitur, quæ retrotrahitur ad tempus pactionis, ut probat Dian. *d. part. 10. tract. 16. resol. 15. vers sed his positis per tot.*

52 Simonia, an, & qualiter committatur inter permutantes beneficia, vel alia jura spiritualia auctoritate privata, sine Superiorum consensu, *cap. cum olim, cap. quæsitum de rer. permut. cap. Majoribus de præbend. c. ult. de pact.* ubi DD. & latè Dian. *part. 10. tract. 16 resol. 16. per tot.* ubi plura de effectibus hujusmodi simoniæ. Layman. *in Theol. moral. libr. 4. tract. 10. cap. ultim. num. 50. et seqq. tom. 2. pag. 186.*

53 Simonia an committatur vendendo sepulchra, capellas, jus tenendi arma, sive insignia, sedendi, & hujusmodi, vide *in §. Sepulchra num. 1. §. Arma num. 6. et §. Locus num. 7.*

54 Simonia à tertio commissa, veluti à patre, vel amico, ignorante ipso proviso, & possessore beneficii, postquam ad ipsius beneficiati notitiam devenerit, illum obliget saltem in foro conscientiæ ad resignandum beneficium ita per simoniam obtentum, & quid de fructibus perceptis durante ignorantia, vel post scientiam, affirmant multi, & alii negant, ad tradita per Dian. *part. 11. tract. 5. resolut. 56. per tot.* ubi vide, facit quod dixi *in §. Clericus num. 21. §. Episcopus num. 12.* Paul. Christin. *decis. Belgic 66. vol. 1.* Costa *de facti scient. et ignorant. distinct. 11. cent. 2.* vide Nicoli. *Instit. Imper. tit. de public. judic. n. 41.* Crescin. et Pen. *decis. 270.* ubi plura.

Quòd simonia à tertio commissa alteri non præjudicet, Mantic. *decis. 211. num. 12.* Pen. *decis. 271. num 5.* Rot. *part. 12. recent. decis. 132. num. 11.* vide *in §. Electio num. 7.* Candid. *Disquisit. moral. tom. 1. Disquisit. 18. art. 40. per tot. fol. 207.* ubi resolvit plures dubitationes circa simoniam à tertio commissam.

55 Simonia an committatur si habens jus litigiosum in beneficio det aliquid alteri prætendenti tale jus, ut illud non prosequatur, vel si possidens recipiat aliquid, ut alteri prætendenti beneficium dimittat, affirmativa videtur communior, negativam tamen defendit Dian. *part. 11. tract. 6. resol. 7. per tot.* vide *in §. Episcopus n. 12.* Rot. *part. 11. recent. decis. 177. nnmer. 21. & seqq.* ubi pro exclusione simoniæ, latè Carol. Maraci. *contr. part. 4. respons. 44. per tot.*

56 Simonia an, & quando committatur, vel non, & quomodo puniatur in procuratione, & institutione Abbatiarum, & Prælaturarum, & an possint hujusmodi dignitates per externos favores procurari, quid si fiat ad redimendas vexationes, & alia, P. Ascan. Tamburin. *tract. de jur. Abbat. & Prælat. tom. 2. disput. 10. per tot.* Vide Fagnan. *in cap. nobis de simon.* Layman. *loc. cit. §. 2. n. 23.*

Qualiter simonia, etiam mentalis ad effectum perducta obliget ad restitutionem omnium utrimque acceptorum, latè explicat, & probat Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 4. quæst. 6. per tot.*

57 Simonia committitur etiam in transactione inita super validitate professionis, vel statu religioso, cum datione, vel promissione pecuniæ, sive alterius rei spiritualis, & quando possit esse licita transactio super re spirituali, latè Rot. *part. 23. recent. decis. 187. per tot.* dixi *in §. Transactio num. 25.*

58 Simoniæ crimen qualiter præscribatur spatio viginti annorum, sicut alia delicta, cùm non reperiatur exceptum a regula *text. in l. querelam, C. de fals.* (quicquid nonnulla in contrarium adducat) probat, & decisum testatur Thom. Trivis. *decis. 3. per tot. lib. 2* vide *in §. Delicta num.* & in Pract. § *Maleficij num. 13.* ubi contrà. Bertachin. *vol. 214. sub num. 2.*

59 Simonia non est (secundum aliquos) dare temporale pro spirituali, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituale, aut è contrà.

Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quam res spiritualis.

Sed istæ propositiones, prout jacent, sunt expressè reprobatæ, atque damnatæ à Sancta Matre Ecclesia juxtà Decretum Innocentii Papæ XI. Romæ editum 4. Martii 1679. sub num. 45. & 46. & hic ad impugnandum tantùm per me relatæ. Vide Lumbier. *in tract. de proposition. damnat.*

60 De Simonia tradit etiam aliqua Bertachin. *in Repertor. verb. Simonia,* Suarez *de Relig. lib. 4. de Simon.* Guttierez *lib. 2. Canon. quæst. 23.* Mendo *benign. Dissert. 2. quæst. 22. & seqq.* Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Simonia,* Jul. Capon. *tom. 4. Discept. 250.* Castejon. *Alphab. jurid. verb. Simonia,* ubi tangit plures quæstiones de materia, & indicat Doctores illas tractantes, prout facit etiam Com. Augustin. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Simonia fol. 623.* & plura Carol. Anton. Thesaur. *tract. de pœn. Eccles. part. 2. verb. Simonia fol. 314. & seqq.* de Simonia in genere super quacunque re spirituali, & in specie super Ecclesiis, Monasteriis, vel beneficiis, realiter, vel confidentialiter commissa, de Simonia in examine ad Parochias, in procurando beneficia in Curia Romana cum intentione super eis contractandi, vel pro se, vel pro aliis cum pensione, vel spe consequendi præmium temporale; super beneficiis Turnorum lucra dando, vel recipiendo; super electione Papæ; super jure patronatu, vel præsentatione; super collatione, vel receptione ordinum; super religionis ingressu; super indulgentiis, vel facultate absolvendi à reservatis, aut privilegiis circa interdictum, vel baptismi; super electione sepulturæ;

re; super dispensatione matrimoniali, circa sacram
Pœnitentiariam; supar datis, vel promissis pro gra-
sia, vel justitia obtinenda in Curia Romsna, sive
pro grasia, vel justitia obtinenda de pecuniis, sive
bonis Communitarum, vel Universitatum Status
temporalis Ecclesiæ Romanæ; super pensionibus Ec-
clesiasticis; super jurisdictione spirituali, & hujusmo-
di cum suis pœnit, & præjudiciis in unoquoqua ex
prædictis casibus Plura tradunt de Luc. & Pignatell.
Latissimè Fagnan. *supra Decretales in Indic. gene-
ral. verb. Simonia*, ubi de Simonia in communi, de
Simonia quoad absolutionem, & dispensationem, de
Simonia in admissione ad canonicarum, de Simonia
in beneficio, de simonia in electione, de simonia
in exequutione litterarum Apostolicarum, de simo-
nia in officio, in ordine, in pensione, in præsen-
satione in sacramentis, & in sepultura, & de simo-
nia mentali Layman. *in Theologia moral.*, ubi pari-
ter latissimè Ursaya Piton. & alii moderni.

21 Quòd Simonia non habeat locum in Curia Roma-
na, nec ambitus in Curia Principum juxtà ea, quæ
dixi in hoc §. *sub num.* 5. intellige in foro externo,
secus autem in foro conscientiæ, ut probas Valer.
de differ. utriusque fori verb. Simonia differ. 2.
per tot.

22 Cautelam autem ad beneficium simoniacè obten-
tum non dimittiendum, sed retinendum tuta con-
scientia, nempè obtinenda à Papa dispensatione,
& revalidatione tituli, vel à Dataria, vel à Pœni-
tentiaria, si crimen sit occultum, vel ab Ordinario,
si provisus sit paupar, & quomodo benè docet Valer.
loc. cit. differ. 2. *num.* 2. *& seqq. per tot.*

23 Simonia non committitur vendendo, aut emendo
Comendas, & habitus equestres, nec dando dotes
pro Monialibus, & alia, Mendo *tract. de Ordin. Mi-
lit. Disquisit.* 1. *num* 231. *& seqq. Disquisit.* 10. *num.*
64. & alibi, ut in Indice *verb. Simonia*, *& in Elu-
cidat. Bullæ Cruciatæ*, ut in Indice *verb. Simonia*,
& in tract. de jur. Academ. in Indic. eod. verb.

24 Simoniæ sola diffamatio sufficit, ut quis repella-
tur ab assecutione Beneficii, quidquid sit ad effectum
privationis. Lothet. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *nu.*
146. *& seq.* Card. De Luc. *de Benef. disc.* 70. *nu.* 3.
Rot. cor. Bich. *dec.* 653. *n.* 12. *et dec.* 660. *n. pr.* Ca-
prar. *dec.* 500. *n.* 6. *part.* 2. Vide eumd. De Luc. *de
Pens. disc.* 30. *sub n.* 15.

25 Pacta supas relevatione indemnitatis, conventa
ante consensum præstitum reservationi Pensionis, si
non fuerunt Papæ narrata, tamquam Simoniaca gra-
tiam irritant. Caprar. *dec.* 115. *n.* 3 *part. pr.* Decla-
sa, conclusionem non procedere, ubi pacta præcesse-
runt consensum formalem, qui extenditur in Can-
callaria ad effectum expeditionis litterarum Aposto-
licarum juxta Regulam 45. Cancellariæ; sed quan-
do præcesserunt consensum causalem præstitum, &
in supplicatione narratum, cum in illo substantie-
sur Gratia Papæ, & si pacta fuerunt successive in-
nita, redarguunaquunt de Simonia, nec possunt tol-
lere perfectionem gratiæ. Caprar. *d. dec.* 515. *n.* 4.
5. *& 6. dict. part. pr.*

26 Simoniam non importat conventio, seu explica-
tio eorum, quæ implicitè continentur in Decreto
Papæ, Paris. *cons.* 535. *n.* 21. *vol.* 4. Rot. coram Coc-
cin. *dec.* 468. *n.* 2. Caprar. *ibid. n.* 10.

27 Valet donatio ad præcisum effectum suscipiendi
Sacros ordines, & non alias nec intrat simonia Card.
De Luc. *de Benef. disc.* 127. *n.* 6.

28 Simonia quando inducatur ex mandato dato ad
consentiendum pensioni ad favorem Patroni. Card.
De Luc. *de Jurep. disc.* 48. *n.* 5.

29 Simonia commitsitur si in translatione jurispatro-
natus intetveniat aliquod temporale. Card. De Luc.
de Jurep. disc. 5. *num.* 10., *&* 11. *& disc.* 56. *n.* 18.
Etiam si accadat ordinarii consensus. Card. De Luc.
d. disc. 56. *n.* 19.

Non incutitur Simonia accedense reservatione
beneplaciti Apostolici, quantumvis pacta essent simo-
30 niaca. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 48. *n.* 2. *disc.* 64.
n. 27. *de Canon. disc.* 29. *n.* 4. *de Benef. disc.* 36. *n.* 23.
& 24. *disc.* 39. *sub n.* 7. *et disc.* 79. *n.* 6. Declara dumodo
actus non fuerit jam perfectus, & consumatus. Card.
De Luc. *de Benef. disc.* 36. *n.* 24. *et disc.* 79. *num.* 7.
Quando autem dicatur consumatus vel non, Idem
Card. De Luc. *d. disc.* 36. *n.* 24. *& d. disc.* 79. *n.* 8.

In Simonia non attenditur spiritualitas, quæ se- 31
quitur accessoriè Rot. *d. c.* 18. *n. pr. & seq. part.* 4.
rec. tom. 2. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 47. *n.* 9.

Prædicatores accipientes mercedem in pecunia an 32
simoniam committant. Rip. *cons.* 26. *num.* 54. Surd.
cons. 254. *num.* 25. *& seqq.* Card. de Luc. *Miscell disc.*
27. *num.* 10.

Synodalibus Examinatoribus dando aliquid simo- 33
nia committitur Card. De Luc. *Ann. ad Conc. disc.*
32. *num.* 16. *de Benefic. disc.* 70. *num.* 9. *&* 11.

Simonia inficit actum etiam quod non fuerit cul- 34
posa. Pac. Jordan. *var. elucubr. tom.* 2. *l.* 10. *tit.* 11. *n.*
9. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 70. *n.* 9.

Simonia an sit dare aliquid ut dignior non post- 35
ponatur minus digno. Card. De Luc. *de Benef. d.
disc.* 70. *n.* 10.

Fundare, vel dotare Beneficium cum pacto ut il- 36
lud sibi conferatur, sive cum reservatione Juris præ-
standi seipsum, sive quod ipse fundator debeat esse
primus Beneficiatus an sit simonia. Piton. *de Jurep.
all.* 54. *n.* 14. *tom.* 2. *& n.* 15. *&* 18.

Passive vocatus, qui in ultimo statu cessis Juri
suo ad Beneficium, recipiendo pecuniam amittit jus 37
passivum, ita ut reddatur incapax ad assequendum
idem Beneficium in futurum. Piton. *de Jurep. all.*
300. *n.* 662. *tom.* 2.

Stante relevantia admittendi sunt articuli in ma- 38
teria simoniæ. Piton. *de Jurep. all.* 60. *n.* 15. *part.* 2.

Capellania merè laicalis non est materia Simoniæ. 39
Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 55. Basbos.
de Jur. Eccles. lib. 3. *cap.* 5. *num.* 3. *in fin.* Piton. *de
Jurep. all.* 67. *n.* 2. *et* 7.

Recensentur resolutiones S. Congregationis Con-
cilii improbantes quascunque pactiones temporales,
seu pecuniarias super Capellaniis laicalibus. Piton.
de Jurep. d. all. 67. *n.* 38. *&* 39.

Donans Juspatronatus contemplatione matrimonii 40
an simoniam committat Bertachin. *vol.* 114. *n.* 4.

Simonia est conferre Beneficium sub conditione, 41
ut quis resignet aliud, quod habet. Piton. *de Jurep.
all.* 100. *n.* 152. *tom.* 2. Limita, ut per eumdem Pi-
ton. *loc. cit.*

Exceptio simoniæ an retardet executionem gratiæ. 42
Rot. coram Bich. *dec.* 669. *n.* 9. & coram Emerix Jun.
dec. 814. *n.* 7. Piton. *de Jurep. all. g.* 60. *n.* 13. *tom.* 2.

Quando sit simoniacum pactum factum super ex- 43
pensis litis pro acquirendo beneficio Bertachin. *vol.*
214. *n.* 3. *&* 5.

Pro excludenda simonia sufficit sola possibilitas in 44
contrarium, & omnis est capienda interpretatio Ber-
tachin. *dict. vol.* 114. *sub n.* 3.

Exceptio simoniæ non est amplius allegabilis, si 45
adversus illam sit judicatum Rot. *recent. par.* 17. *dec.*
207. *n.* 4. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 23 *num.*
53. *vol.* 4.

Simoniæ labes in reservatione pensionis de qua agi- 46
tur, excluditur, ac probari debet pactum, seu con-
ventionem præcessisse reservationi pensionis, ac lit-
terarum reservationi: Præstito consensu per Titola-
rem in supplicatione, & in litteris facilius pactum
simoniacæ conventionis excluditur, nec ad illud
inducendum sufficiunt actus postea subsequuti, præ-
sertim si sint præjudiciales Tertio, cui antea jus sit
quæsitum, latè Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.*
648. *a n. pr.*

Simoniacum, & dolosum arbitrium non valat Fa- 47
gnan. *in cap. non sine n. pr. de arbitr. lib.* 1. *Decret.*

Simonia non inducit datio mutua spiritualium, & 48
temporalium nisi actus sint correspectivi, & unus cau-
setur ab alio Fagnan. *in cap. præterea num.* 97. *ne
Prælat. vic. suas.*

Simonia non committitur in Romana Curia in his, 49
quæ simoniaca sunt, quia prohibita, si fiant Princi-
pe authorizante, & sciente Fagnan. *in dict. cap. præ-
terea n.* 3. *ne Prælat. vic. suas*, Secus in his, quæ
prohibita sunt, quia simoniaca *ibid. n.* 4.

Simoniaca quædam dicuntur, quia prohibita, quæ-
dam prohibita, quia simoniaca Fagnan. *in cap. ex
pur-*

Digitized by Google

parte il pr. n. 57. de offic. Deleg., Et ita convenienter sic distinguant Canonistæ Fagnan. *in cap. cum pridem a n. 2. de Pact.*

Simoniam an inducat sola voluntas in his, quæ simoniaca sunt, quia prohibita Fagnan. *in cap. ex parte n. 18. de Offic. Deleg.*, Vide infra *sub n. 51.*

50 Simonia Judicio Ecclesiæ non committitur in parvis rebus Fagnan. *in cap. tua nos nu. 37. de Simon.* Simonia tamen apud Deũ est in parvis, & in magnis muneribus si animus Judicis eis flectatur *ibid. nu. 39.*

51 Simonia punibilis non committitur absque peccato Fagnan. *in cap. nobis nu. 72. de Simon.* Simonia non cadit in ignorantem Fagnan. *ibid n. 74. & 77.* Simonia solo affectu animi non committitur, sed aliquo dato vel recepto Fagnan. *in cap. mandato de simon. n. 2.*, Vide supr. *sub nu. 9.* Et si pactum nec expressè, nec implicitè interveniat non est simonia Layman. *loc. cit. libr. 4. tract. 10. cap. ult. n. 26. tom. 2.*

52 Simonia est morbus cancrosus, in quo est opus ferro ignito Fagnan. *in cap. accusatum n. 8. de simon.*

53 Non est simoniacum conferre rem spiritualem, v. g. beneficium, propter amicitiam, vel consanguinitatem, aut actualem injuriam tollendam Layman. *loc. cit. n. 27. & 28.* Spectata rei natura non est simoniacum non spiritualem pro spirituali commutare *ibidem n. 7.*, Neque simonia est rem temporalem remunerationis causa offerre, aut dare ei, qui spiritualia exhibet *ibidem n. 8.* Simonia non est promittere, aut donare rem temporalem sub conditione, aut modo, ut ab illo opus spirituale præstetur *nu. 21.*, Spectata rei natura non est simoniacum præstare alteri officium spirituale v. g. Sacras reliquias exhibere principaliter propter speratam eleemosynam *n. 52.* Non est simoniacum in absolutione, vel dispensatione exigere pecuniam, non ut pretium pro collata facultate; sed ut pœnam, seu mulctam *n. 24.*, Doctrinam, seu instructionem scientiarum, etiam Theologiæ pro mercede locare, & quasi vendere non est simoniacum *ibid. n. 30.* nec accipere aliquid pro Doctoratu, & collata licentia docendi *nu. 31.*, nec pro abstinendo matrimonio *n. 34.*

54 Omissio jurisdictionis spiritualis, seu ecclesiasticæ potestatis est tunc materia simoniæ quando ob illam omissionem homo auctoritativè obligatur, aut detinetur *ibid. n. 43.*

Nulla simonia juris pœnam ipso facto inducit, nisi
55 ea, quæ est in religionis ingressu, ordine, ac beneficio ecclesiastico *ibid. n. 69.*

§. SIMULATIO. XVI.

1 Simulatio est quando aliquid fingitur fieri, sed tamen illud re vera non fit, & ideò dicitur imago veri, quæ habet superficiem, sed non medullam, vel umbra sine corpore, & si appareat simulatio nihil operatur, sed perindè est ac si actus simulatus factus non esset, Bald. *consil. 65. libr. 1.* Socein. *cons. 264. lib. 2.* Rimin. junior. *cons. 62. num. 6. lib. 1.* Card. Tusch. *litt. S. concl. 257. num. 2. &c.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 30. num. 1. &c. vol. 3.* Ricc. *Collect. 194. 844. & 2556.* Donadeus *tract. de renunciat. cap. 23. per tot.* ubi plura, & an simulationi possit renuntiari, & alia de simulatione remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. simulatio.* Crescin. ad Pen. *decis. 215.* latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. sect. 3. tom. 3.*

Qualiter differat simulatio à dissimulatione Alvarez de Velasc. *de judic. perfect. Rub 14. annot. 4. n. 32.* ubi quòd sunt opposita, etsi vicina, & propè eadem videantur, quia dissimulatio celat quod est, simulatio autem quod non est, indicat, aut manifestat, prima est virtus quandoque laudabilis, altera verò vitium, cùm mendacium contineat.

2 Simulatio triplex est, vel tribus modis considerari potest.

Primò quando verè agitur inter partes ut unus actus celebretur, & alius simuletur, de qua specie simulationis est *text. in l. empti fides C. de contrah. & tot. tit. plus valere, quòd agitur, &c.* Paul Christin. *d. decis. 30 per tot. vol. 1.* Crescin. *loc. cit.* Altim. *loc. c.*

Secundò, quando actus verè celebratur, sed brevi duraturus per pactum, de qua *in l. 3. §. Si ab ignoto ff. de manumiss.* & istæ duæ species simulationis, non sunt damnabiles, nec actus inficiunt, cùm habeant fomentum ex radice alicujus veritatis subsistentis. Crescin. *ubi supra* Altimar. *loc. cit.*

Tertiò, quando actus extrinsecè quidẽ celebratur, sed re vera ex partiũ mente, & voluntate nihil actũ intelligitur, & hoc modo verè, & propriè simulatio cõmittitur, quæ actum reddit omninò nullum, & inefficacẽ ex defectu consensus, de qua in *l. Nuda ff. de contrah. empt. & in l. imaginaria ff. de reg. jur.* & de his tribus simulationis speciebus adest celebre, & magistrale *cons. Bart. 65. lib. 1.* quem sequuntur omnes, Card. Tusch. *litt. S. concl. 257. n. 6. & seqq.* Buratt. *dec. 724.* Farinac. *de simulat. quæst. 162. n. 7.* Altograd *cons. 21. n. 4. & seqq. lib. 2.* Fabrit. Pontisol. *suejus Responsio Ravennæ impresso de anno 1658. in causa propria*, Paul. Christin. *d. dec. 30. vol. 3.* ubi qualiter committatur de re ad rem, de contractu ad contractum, & de personam ad personam. Rot. coram Jacob Emeria. *dec. 1292. nu. 13.* Crescin. *loc. supra adduct.* Altimar. *ubi supra.*

Quòd sit licita simulatio de contractu valido ad alium contractum validum, non autem de contractu invalido, qui verè celebretur, ad validum, qui simuletur maximè in fraudem, & perniciem alterius, Farinac. *d. quæst. 163. n. 43. 52. etc.* Altograd. *cons. 90. n. 33. etc. lib. 2.*

Quòd imò simulatio cum dolo, & præjudicio alterius sit punibilis, quicquid aliud sit cessante fraude, Gratian. *discept. forens. cap. 924. n. 8.*

Quæ autem sit pœna simulationis Card. Tusch. *litt. S. concl. 271.*

Item licita est simulatio de persona ad personam sine alterius præjudicio, nec ista requirit causam, ut quando unus habet nudum nomen in contractu, & substantia ad alium spectat, Gratian. *discept. forens. c. 950. n. 46. &c.* Sperel. *dec. 28. n. 5.* vide *in §. Persona n.* Merlin. *dec. 321. 423. & 714. nu. 1. &c. dec. 737.* Rot. *part. 14. rec. dec. 198. num. 1. et seqq. et part. 17. dec. 54.*

Conjecturam hujusmodi simulationis, vide per Menoch. *lib. 3. præsumpt. 125. per tot.* Magon. *dec. Flor. 9. num. 9. et seqq. per tot. et num. 21. et seqq.* ubi illis respondet, *& dec. 77. per tot.* Merlin. *decis. 714. & dec. 737.* Rot. *d. part. 14. rec. dec. 198. & part. 17. dec. 54. per tot.* ubi removet conjecturas, & illis non obstantibus concludit pro veritate contractus, cui jura assistunt.

Simulatio verè, & propriè accepta ut suprà *vers.* 3
Tertiò, ad hoc ut possit allegari requirit causam, quæ debet deduci, & probari ab allegante, ac etiam quod exprimatur modus, & species simulationis, quæ omnia intellige quando pars opponit, & declarationem hujusmodi petit, vel quando de dissimulatione plenè non constat, nam si pars non opponat, vel de simulatione plenè appareat non requiritur alia causæ probatio, Gratian. *discept. for. cap. 255. nu. 24. cap. 600. n. 19.* Add. ad Ludovis. *dec. 157. n. 27. vers. prædicta procedat*, ubi plura de causa necessaria, vel non, Altograd. *cons. 21. n. 10. et seqq. lib. 2.* ubi etiam *n. 13.* quòd causa liberandi bona à molestiis creditorum reputatur sufficientissima, vide Card. Tusch. *litt. S. conclus. 218 per tot.* Rot. *part. 9. recent. decis. 121. n. 5. &c.* Urceol. *tract. de transact. quæst. 100. n. 1. et seqq.* ubi qualiter simulatio annullet transactionem, de qua simulatione latè Rot. *part. 18. recentior. dec. 546. per totum.* Rot. coram Jacob. Emeria. *dec. 57. dec. 238. dec. 936. dec. 1045. dec. 1120.* ubi plura de ista causa. Latissime Crescin. ad Pen. *dec. 215.*

Quòd probetur ex confessione ejus, cujus nomen in contractu fuit oppositum, & tunc obstat etiamsi causa non proponatur, Merlin. *decis. 321. n. 2. etc.* Rot. *part. 9. recent. dec. 388. n. 11. part. 11. decis. 262. n. 14. et seqq.* Bich. *dec. 49.* Crescin. ad Pen. *ubi supra.*

Quòd causa debeat probari, & debeat esse ad propositum, probabilis sufficiens, & verisimilis, adeò ut sit verisimile propter eam deventum fuisse ad simulationem, alias si allegetur causa, quæ sit extrà

pro-

propositum, perindè sit, ac si nulla causa fuerit allegata, Mandel. *cons.* 9. *n.* 7. *et* 8. Alograd. *cons.* 90. *n.* 29. *etc. lib.* 2. Sperel. *dec.* 28. *n.* 1. *et seqq.* ubi etiam quando non sit necessaria causa, latè Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 23. *n* 11. *et seqq. per tot.* ubi quòd causa debet esse probabilis, & verisimilis, aliàs nihil operatur, *part.* 4. *dec.* 273. *n.* 21. *et seqq. part.* 16. *dec.* 258. *n.* 8. *et seqq. et part.* 18. *dec.* 155. ubi quòd debet probari de tempore contractus, & partes simulare voluisse, quando simulatè, & verè contrahi poterat, *et dec.* 423. *d. part.* 18. ubi plenè ad exclusionem simulationis in donatione ex defectu, & inverisimilitudine causæ simulandi, *et part.* 19. *dec.* 53. *per tot.* in eadem causa, ubi fuit revocata prædicta decisio, & conclusum constare de simulatione donationis, ex conjecturis, & causa saltem opinata, quæ sufficit ad infringendam donationem. Rot. coram Jacob. Emerix. *dec.* 1056. *n.* 3. *dec.* 1120. *nn.* 2. *et* 3. Rot. *rec. par.* 19. *tom.* 2. *dec.* 529. *n.* 3. Crescin. ad Pen. *dec.* 215. *et dec.* 1594.

Quando simulatio requirat causam, vel non, & quod non præsumatur in muliere, minore, rustico, & milite, Gratian. *discept. for. cap.* 600. *n.* 12. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 157. *n.* 27. Bich. *dec.* 49. *per tot.* Nec in probo, nobili viro, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 258. *in fine*.

Quòd sufficiat causa à partibus opinata, & verisimilis, Rot. *in Vetulana Molendini* 12. *Januar.* 1652. coram Othobono *n.* 5. *etc.* dixi *in resol. cap.* 5. *nu.* 43. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 148. *num.* 2. *etc.* ubi etiam quòd non requiritur causa quando simulatio non deducitur ex solis conjecturis, sed ex confessione partis, licèt extrajudiciali, Urceol. *de transact. quæst.* 100. *n.* 13. *et seqq.* ubi quòd stante causa simulatio probatur levioribus conjecturis, ea verò deficiente requiruntur urgentiores, liquidæ, claræ, &c. Rot. coram Ansald. *dec.* 89. *num.* 18. Benincas. *dec.* 218. *nu.* 20. Palm. nep. *alleg.* 75. *num.* 13. *et* 14. *tom.* 1. Crescin. ad Pen. *citat. dec.* 215. Caprar. *dec.* 7. *n.* 3. *part.* 1. *dec.* 480. *n.* 16. *part.* 2.

Quòd parte non opponente, & non petente non sit necessaria expressio causæ, Gratian. *discept. for. cap.* 255. *n.* 140. *etc.* Altograd. *cons.* 21. *n.* 12. *lib.* 2.

Quòd tunc causa sit necessaria, quando simulatio allegatur per unum ex contrahentibus, secùs verò cum à Tertiò simulatio, fraus, & fictio arguitur, Aret. *cons.* 159. *num.* 12. Menoch. *de arbitr. cas.* 39. *n.* 26. Crescin ad Pen. *dict. dec.* 215. Vide Staiban. *resol.* 156. *a n.* 80. *lib.* 2. *et resol.* 9. *n.* 8. *lib.* 1. Roec. *cap.* 46. *n.* 7. Spad. *cons.* 38. *n.* 5. *lib.* 1.

4 Simulatio non præsumitur in dubio, sed ab allegante est probanda, ut latè declarat Card. Tusch. *litt. S. concl.* 259. *per tot.* Sperel. *dec.* 27. *nu.* 50. *etc.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 123. *num.* 2. Mascard. *de probat. lib.* 1. *conclus.* 488. *n.* 1. Farinac. *quæst.* 162. *n.* 94. *&c.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 1. *&c.* Urceol. *de transact. d. quæst.* 100. *n.* 12. *& seqq.* Rot. coram Ansald. *dec.* 40. *n.* 34. De Luc. *de Dot. disc.* 24. *n.* 6. Cels. *dec.* 306. *n.* 12. Crescin. ad Pen. *d. dec.* 215.

Probatur tamen per conjecturas, si subsit causa simulandi, Boss. *tit. de part. supp. nu.* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 628. *nu.* 15. *cap* 729. *num.* 28. Cavalet. *dec.* 407. *per tot.* Sperel. *decis.* 27. *numer.* 51. *& seqq. per tot.* ubi an sufficiant præsumptiones hominis, vel debeant esse legis, & quales, Farinac. *quæst.* 62. *part.* 3. *per tot.* Merlin. *decis.* 714. 737. 885. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 121. *&* 269. *num* 1. *et seqq.* Bich. *decis.* 69. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 102. *per tot.* ubi ponderat quinque urgentes conjecturas, *dec.* 148. ubi alias quinque conjecturas adducit ad prætensi mutui simulationem detegendam, *et decis.* 258. ubi quòd non extante, vel exclusa verisimili causa simulandi, non potest vis fieri in conjecturis maximè si etiam constet de veritate, & realitate actus, *et part.* 17. *dec.* 54. plenè Noguerol. *alleg.* 10. *per tot.* ubi viginti conjecturas ponderat Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 13. *per tot.* ubi in terminis donationis. Rot. coram Jacob. Emerix. *dec.* 7. *n.* 3. *dec.* 1181. *n.* 5. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 596. *n.* 3. *et dec.* 673. *n.* 5. Card. De Luc. *de Credit. disc.* 77. *num.* 6. Crescin. ad Pen. *loc. cit.* Caprar. *dec.* 69. *a n.* 15. *part.* 1.

Quòd sufficiant duæ, vel ad summum tres conjecturæ, idem Sperel. *dec.* 28. *n.* 6. Farinac. *loc. cit.* Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 348. *n.* 4. *et part* 18. *dec.* 546. Benincas. *dec.* 33. *n.* 25. 17. *et* 19. Crescin. *ubi supra*.

Quòd prudens Judex in æstimandis hujusmodi conjecturis perpendere debeat personarum qualitatem, famam loci, antecedentia, & subsequentia contractus, ac personas interpositas, Menoch. *de arbitr. cas.* 247. *n.* 3. Sperel. *d. dec.* 27. *n.* 77. *& dec.* 28. *num.* Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 148. ubi in causa mutui. Vide Crescin. ad Pen. *d. dec.* 215. *et dec.* 258.

Multa de simulatione an contractus sit pignoratitius, vel emptionis, & venditionis, Menoch. *de præsumption. lib.* 3. *præsumpt.* 122. Rot. *part.* 2. *div. dec.* 116. *per tot.* Gratian. *discept. for cap.* 255. *per tot. cap.* 479. *num.* 59. & Magon. *dec. Lucens.* 25. *n.* 5. *etc. ubi Addit. et n.* 18. *etc.* Farinac. *quæst.* 163. *per tot.* ubi plures conjecturas refert, vide *in §. Venditio n.*

Quòd simulatio probetur per unicum testem, maximè concurrentibus adminiculis, & data causa simulandi, quæ sufficit, ut fuerit à partibus opinata, & verisimilis, Rot. *in Vetulina Molendini* 12. *Januarii* 1652. coram Othobono *nu.* 5. *etc.* ubi etiam quòd probatur conjecturis, Paul. Christin. *dec. Belg.* 30. *n.* 3. *et* 4. *vol.* 3. ubi quod probatur per duos testes, ac etiam per conjecturas. Rot. coram Emerix. jun. *dec.* 449. *n.* 2.

Quòd simulatio numerationis probetur per conjecturas stante causa simulandi saltem opinata, & per testes etiam singulares, & de auditu, non obstante juramento, & quibuscumque clausulis, cum ex defectu consensus reddantur inefficaces, Rot. *in Avenion. Simulationis* 29. *Januarii* 1635. coram Panzirolo *per tot. in Noviss. part.* 7. *dec.* 11. & latè Sperel. *dec.* 27. *et* 28. *per tot.*

Simulatio potest duobus modis probari, nempè 5
per plenas, & concludentes probationes, veluti per confessionem partium, vel quando partes inter se expresso pacto declarant per scripturam, vel aliter per modum probabilem, quod actus gestus illis præjudicare non debet, nec possit, & per præsumptiones, vel conjecturas Castr. *cons.* 388. *lib.* 2. Farinac. *quæst.* 162. *n.* 96. *et seqq.* Altograd. *cons.* 21. *num.* 4. *etc. lib.* 2. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 386. ubi quòd probatur ex confessione, & declaratione contrahentium, & simulatio certa ab initio, non tollitur ex iis, quæ posteà fiunt, etiam si fiant in executionem ipsius contractus. Rot. coram Jacob. Emerix. *decis.* 7. *n.* 2. *et dec.* 288. *n.* 14. ubi de probatione per confessionem partium. Crescin. ad Pen. *d dec.* 215.

Quòd possit probari per testes contestes de loco, & tempore, & substantia, licet formaliter in verbis non convenientes, deponentes de confessione extrajudiciali unius partis, præsente altera facta, Bich. *dec* 49. *n.* 2. *& seqq.*

Tunc autem simulatio cum sit difficilis probationis præcipuè conjecturis probari potest, quando non agitur criminaliter ad pœnam, sed solùm civiliter ad effectum adimendi fidem instrumento, ita ut isto casu sufficiant nedum præsumptiones legis, sed hominis, & leves, Altograd. *d. cons.* 21. *n.* 40. *& seqq. lib.* 2. ubi enumerat decem conjecturas, ut si non appareat de veritate causæ contractus, si non fuerit adhibita diligentia in solidatione computorum, & æstimatione bonorum, si appareat de observantia diversa à contractu, si possessio remanserit penes partem, si agatur de omnibus, vel majori parte bonorum, si constet de modicitate pretii, si bona remanserunt descripta in decima, vel æstimo dantis in solutum, si adsit conjunctio inter contrahentes, si appareat de inverisimilitudine, vel si constet de pacto simulandi inter partes, etiamsi tale pactum esset nullum, cum ex eo licet nullo satis resultet conjectura voluntatis. Vide Caprar. *dec.* 69. *a n.* 15. *part.* 1. *& dec.* 480. *a n.* 9 *part.* 2.

Quæ sint conjecturæ simulationis, latè Card. Tusch. *litt.*

Digitized by Google

litt. S. concl. 260. & seqq. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. num. 63. & seqq. ad 83. Farinac. qu. 162. part. 4. per tot. & part. 5. ubi ultrà 20. conjecturas refert Merlin. dec. 714. & dec. 737. dec. 835. per tot. Noguerol. alleg. 10. ubi viginti conjecturas ponit, Ricc. Collect. 194. 844. 2556. Rot. part. 9. recent. vol. 1. dec. 3. ubi de simulatione dotis, & dixi in §. Dos n. 37. Rot. part. 11. recent. decis. 262. n. 14. & seqq. & part. 16. dec. 102. per tot. ubi de simulatione donationis, & conjecturis illam probantia, Mascard. de probat. concl. 438. & seqq. vide in ʃ. Contractus nu. 44. Bich. dec. 69. Cabil. cons. 38. lib. 2. ubi quando venditio facta per cessantes præsumatur simulata in terminis statuti Mercantiæ Florentiæ Rub. 11. Vide Rot. coram Jacob. Emerix. dec. 7. à n. 4. dec. 238. n. 12. & 13. dec. 1281. dec. 1256. n. 1. Crescin. ad Pen. decis. 446. & dec. 1375. Caprar. dec. 7. decis. 69. a num. 15. part. pr. & dec. 480. num. 9. part. 2.

An autem ad probandam simulationem admittatur juramentum suppletorium, vide Sperel. dec. 28. n. 39. n. & 69. &c. facit quod dixi in ʃ. Juramentum n.

Quòd sola consanguinitas absque aliis urgentibus conjecturis, non arguat simulationem, ubi maximè validæ præsumptiones veritatis concurrunt, Rot. par. 23. recent. dec. 335. n. 24. &c. Bich. dec. 69. nu. 20. et seqq. Rot. part. 18. recent. dec. 423. per tot. ubi plura ad exclusionem simulationis. Crescin. ad Pen. decis. 446.

6 Simulatio per viam actionis potest allegari usque ad triginta annos, & per viam exceptionis in perpetuum, Farin. quæst. 162. num. 15. &c. Altograd. cons. 22. n. 20. et 30. lib. 2. ubi n. 29. ampliat non obstante renunciatione simulationis, cum hujusmodi renunciatio sicuti actus principalis dicatur simulata, Card. Tusch. litt. S. concl. 267. ubi intelligit coram Judice sæculari, nam coram Ecclesiastico, vel ubi contractus est usurarius, vel in fraudem usurarum, numquam præscribitur simulationis allegatio, & concl. 270. per tot.

7 Simulatio non potest regulariter allegari per ipsos contrahentes, qui illam commiserunt, quia dicerentur allegare propriam turpitudinem, quæ ideò illos non relevat, intelligendo de simulatione commissa in fraudem alterius, aliàs secùs, & nisi allegans, vel excipiens tractet de damno vitando, & alter de lucro captando; ubi tamen adesset juramentum, esset prius obtinenda absolutio, Bart. cons. 65. lib. 1. Castr. cons. 58. n. 2. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 876. num. 15. etc. Card. Tusch. litt. S. conclus. 266. n. 2. & seqq. Magon. dec. Luc. 25. n. 35. idem Gratian. cap. 826. n. 2.

Quòd imò verius sit posse dici de simulatione ab ipsis contrahentibus, qui non dicuntur proponere propriam turpitudinem, sed potius defectum proprii consensus, & tantò magis ab eorum hæredibus, quod & maximè procedit ubi agitur de simulatione de persona ad personam nemini perniciosa, benè probat Merlin. dec. 737. n. 2. et seqq. Bich. dec. 49. num. 30.

8 Simulatio non admittitur contra publicum instrumentum, quia contra illud requiruntur probationes luce meridiana clariores, & testes omni exceptione majores, Cenc. de Cens. quæst. 48. n. 32. Rot. post illum dec. 136. n. 8. etc. Gratian. discept. forens. c. 628. n. 14. &c. cap. 875. nu. 23. &c. Ludovis. decis. 295. vide in §. Numeratio n. ʃ. Exceptio n. 29. Rot. part. 17. rec. dec. 54. & dec. 378. n. 2. & seqq. ubi etiam quòd pro evitanda simulatione est capienda omnis possibilis interpretatio, & part. 18. dec. 423. n. 2. & seqq. & dec. 509. per tot. ubi plura, & maximè deficiente causa, & dec. 591. n. 10. et seqq. ubi etiam quòd capienda est omnis possibilis interpretatio pro exclusione simulationis, & veritate actus. Et quod sit capienda omnis possibilis interpretatio exclusiva simulationis Crescin. ad Pen. dec. 225.

Tantò minus ubi instrumentum esset juratum per juramentum assertorium omnia in eo contenta fuisse, & esse vera, & in specie renunciatum cum juramento exceptioni simulationis, nisi obtineatur absolutio, vel nisi agatur per viam denuntiationis, vel nisi simus in minore, vel in tertio, vel in simulatione nutritiva peccati, & in aliis casibus, de quibus latè Card. Tusch. litt. S. concl. 266. n. 12. et seqq. per tot. Afflict. dec. 60. n. 1. Magon. dec. Flor. 118. n. 7. Everard. loc. à vi juram. nu. 19. vide Farinac. quæst. 162. part. 2. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 255. per tot. cap. 479. n. 59. cap. 826. n. 30. cap. 878. n. 18. etc. Rot. part. 11. recent. dec. 75. nu. 39. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. num. 65. fol. 427. Rot. part. 17. recent. dec. 378. n. 2. et seqq. vide in §. Juramentum nu. 30. Paul. Christin. decis. Belgic. 30. n. 5. vol. 3. ubi quòd juramentum in contractu simulato non operatur, quia caret consensu; nec opus est absolutione, imò neq; exceptioni simulationis renunciari possit. Crescin. ad Pen. decis. 1688.

Quòd ubi agitur de illa simulationis specie, per quam partes aliquid apparenter agunt, sed in rei veritate nihil agere intendunt, & sic quando deficit substantia, & consensus, instrumentum non mereatur nomen instrumenti substantialiter, sed tantum superficialiter, & ideò sit nullum ipso jure, probat Altograd. cons. 5. n. 31. & seqq. lib. 1. Jord. ubi suprà n. 70. Merlin. dec. 714. n. 1. & seqq. ubi quòd simulatio de persona ad personam, probatur conjecturis etiam contra publicum instrumentum, & obligationem Cameralem, & licet non probetur adfuisse causam simulandi.

Admitti simulationis allegationem contra instrumentum supponit idem Altograd. cons. 90. num. 26 etc. lib. 2. ubi tamen vult esse probandam vel per aliud publicum instrumentum, vel aliis certis, & dilucidis probationibus, & cum probatione causæ, cùm instrumentum habeat pro se præsumptionem veritatis, solemnitatis, & consensus partium, ut dixi in §. Instrumentum n. Rot. part. 16. recent. dec. 354. n. 14. ubi quòd conjecturæ debens esse claræ, & concludentes, et part. 18. dec. 223. per tot. Rot. coram Jacob. Emerix. dec. 744. n. 2. Caprar. dec. 480. n. 2. part. 2.

Quòd simulationis allegatio non retardet executionem obligationis Cameralis, nisi sit concludenter probata Rot. post Cenc. de Cens. dec. 5. in fine, et dec. 259. n. 3. Ludovis. dec. 195. n. 16. Rot. part. 2. divers. decis. 123. n. 11. Gratian. discept. for. c. 981. n. 8. etc. Cenc. de Cens. quæst. 48. num. 32. in fine. Non etiam admittitur in judicio manutentionis Post. de manutent. observ. 63. n. 1. Rot. part. 16. recent. dec. 354. n. 13. Rot. coram Jacob. Emerix. dec. 449. n. 12. dec. 936. n. 1.

Quòd probata simulatione non sit locus executioni obligationis Cameralis, Gales. de oblig. Camer. part. 4. quæst. 2. Farinac. qu. 162. nu. 64. Buratt. dec. 76. Merlin. decis. 835. num. 1. etc. Rot. part. 12. recent. decis. 126. num. 43. etc. ubi ex conjecturis, Urceol. de transact. quæst. 100. num. 17. et seqq. ubi quòd probata simulatione, admittitur etiam contra publicum instrumentum juratum, & obligatione camerali vallatum, cùm tunc omnes clausulæ pariter fictæ, & simulatæ censeantur, de quo latè etiam Jo: Dominic. Pansut. contr. for. cap. 5. per tot. ubi in terminis consuetudinis Neapolitanæ. Rot. cor. Ansal. dec. 74. n. 1. Spad. cons. 212. n. 9. lib. 2.

Simulatio non attenditur ubi actus habet fomentum ex veritate causæ præcedentis, Corn. cons. 241. 9
n. 6. lib. 3. Bart. in l. sicut ʃ. Supervacuum ff. quibus modis pign. vel hypoth. Rota in Romana Census 13. Junii. 1633. coram Motman. post Cenc. de Cens. decis. 553. nu. 6. idem Cenc. d. tract. quæst. 48. nu. 32. &c. Addit. ad Gregor. dec. 157. nu. 7. idem Greg. dec. 195. n. 10. & dec. 459. num. 8. Farinac. quæst. 162. nu. 2. &c. Pontitol. in Responsio Ravennæ impresso de anno 1658. in causa propria, vers. neque ambo, Bich. dec. 85. ubi quòd semper cessat simulationis suspicio quando constat de præexistente causa obligationis, nec tunc quidquam operantur conjecturæ, quæ alias ad probandam simulationem sufficerent, idem Bich. dec. 123. n. 8. & seq. et decis. 166. per tot. Rot. coram Jacob. Emerix dec. 936. n. 4. et 6. dec. 1045. n. 13. dec. 1288. n. 4. dec. 1251. n. 10. Vide Caprar. dec. 317. a nu. 4. part. 2. Calder. resol. 53. n. 21. tom. 1. part. 1.

Mul-

Digitized by Google

Multa ad excludendam simulationem, & ejus causam, qua cessante, cessat & simulatio, Altograd. *con.* 90. *per tot. lib.* 2. Merlin. *dec.* 609. *n.* 4. *et seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 236. *n.* 5. *et seqq. per tot.* Ludovis. *dec.* 195. *per tot.* Rot. *in Neritonen. pecuniaria* 10. *Junii* 1675. coram Bouilemont. post Urceol. *de transact. dec.* 78. in donatione qualiter excludatur simulatio, & in alia causa *part.* 18. *rec. dec.* 423. *per tot.* Nicolius *Instit. tit. de Empt. et vendit. n.* 77. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 11. *n.* 11. *et* 12. *vol.* 3. Calderon. *resol.* 53. *num.* 16. *tom.* 1. *part.* 1.

10 Simulationis præsumptio excluditur per observantiam, & confirmationem plurium annorum, Grat. *discep. for. cap.* 816. *n.* 35. Crescin. ad Pen. *dec.* 215.

Et nihil operatur in præjudicium tertii, cui fuit jam quæsitum, idem Gratian. *discept.* 876. *n.* 18.

Excluditur etiam ex qualitate, & nobilitate personarum, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 107. *n.* 16. vide *in* §. *Nobilitas*. Crescin ad Pen. *dec.* 215. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 1. *decis.* 1. *n.* 11. *vol.* 1.

11 Simulatio licet arguatur ex eo, quod alienans remanserit in possessione, tamen cessat hæc præsumptio ubi respondit emptori, & acquirenti de fructibus, vel stante constituto, vel stante juramento, vel ubi ratione ætatis aliter sit dicendum, vel si non ipse acquirens, sed ejus hæredes hanc possessionem sic dimiserint penes venditorem, vel si alienans continuet possidere, quia non sit solutum totum pretium, vel titulo conductionis, vel custodiæ causa, vel si acquirens sit impeditus, vel quando non adest causa simulandi, vel ubi alienans sibi retinuit usumfructum, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 39. *per tot.* Card. Tusch. *litt. S concl.* 261. vide *in* §. *Constitutum n.* 17. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 136. *n.* 16. ubi quòd stante contradictione, & impedimentis, vel defectu causæ ista conjectura nihil operatur, *et part.* 18. *dec.* 413. *per tot.* Crescin. ad Pen. *decis.* 446. *et decis.* 1290. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 5. *decis.* 5. *nu.* 20. 39. *et* 56. *vol.* 1.

Quòd simulatio etiam confessata excludatur si constet aliunde de veritate, vel si fiat novus contractus verius inter partes, vel stante judiciali cognitione, Licentia, sive decreto Judicis, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 168. *et* 169.

Quamvis simulatio arguatur ex conjunctione sanguinis, tamen quandoque eadem ratione, etiam excluditur, Altograd. *cons.* 90. *nu.* 83. *etc. lib.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 236. *num.* 14. *et* 15. Vide Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 446. Caprer. *decis.* 480. *num. n.* 14. *part.* 2. Emerix jun. *decis.* 91. *n.* 8. *decis.* 936. *n.* 8. *et decis.* 1045. *n.* 16.

12 Simulatio an, & quando dicatur adesse in donatione in fraudem fisci, vel in alia alienatione, & ex quibus conjecturis arguatur hujusmodi fraus, & simulatio, latè Farinac. *quæst.* 16. *rec. decis.* 102. *per tot.*

Item quando dicatur adesse simulatio in revocatione donationis, ne bona donata vadant ad fiscum, Gratian. *discept. for. cap.* 586. *n.* 34. *etc.* facit *in cap.* 252. *n.* 18. *etc.*

De collusione autem, quæ est similis simulationi, ex quibus conjecturis arguatur, & alia, late Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 268. *n.* 41. *et seqq. per tot. et decis.* 303. *n.* 8. *et seqq. de probat. concl.* 322. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 107 *n.* 11. *et seqq.*

Qualiter, & ex quibus arguatur simulatio etiam in testamentis per institutionem hæredis fiduciarii, Rota *part.* 17. *recent. dec* 23. *per tot.* vide *in* §. *Hæres n.*

13 Simulationis exceptionem non censeri rejectam à statuto generaliter reiiciente omnes exceptiones, quibusdam tantùm reservatis, vide *in* §. *Statut. reiiciens nu.* 3. *vers. Decimo octavo.* Crescin. ad Abecedes. *obser. for. part.* 1. *observ.* 118. *n.* 16.

14 Simulatio quid, & quotuplex sit, quomodo probetur, quid operetur, & alia (ultra jam citatos) Bertachin. *in Repertor. verb. Simulatio*, Joseph. Ludovic. *tract. de Simulat. concl.* 1. *per tot.* habetur totet *Com. opin. tom.* 3. *lib.* 7. *fol.* 543. *&c.* ubi 32. conjecturas simulationem indicantes adducit Castill. *lib.* 2. *contr. cap.* 25. Vela *dissert.* 38. Jul. Capon. *tom.* 4. *discept.* 275. Farinac. *quæst.* 162. *& seqq.* Cyriac. *contr.* 428. *nu.* 8. *& seqq.* Tondut. *lib.* 2. *quæst.* 39. Castejon. *Alphab. jurid. verb. Simulatio*, ubi plures alios allegat, & de simulationis artibus, quomodo cognoscantur, an sit licita, quandoque prosit, & alia remissivè Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 624. ubi citat Andreol. *contr.* 8. Ciarlin. *contr.* 9. Staiban. *resol.* 9. Grass. *except.* 12. Carpol. Leotard. Trentacinq. Tepat. aliosque plures materiam tractantes. De Luc. Mantiss. ad eumd. Castald. Bertachin. Altimar. Roec. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

15 De simulatione ex conjecturis resultante causa simulandi, plura etiam *Rot. Civil. Florent. sub die* 23. *Junii* 1688. *in Pistorien. retractus de Galeotis, et Hippolytis art.* 5. *per tot. in lib. Mot.* 131. *ad* 346. Mans. *cons.* 314. *et* 315. *lib.* 4. plenè Ant. Gob. *consult.* 87. cum pluribus sequentibus, ubi de simulatione numerationis pecuniarum, ex quibus conjecturis præsumatur, vel non.

16 Simulatio est probanda per concludentes, & expressas conjecturas, maximè ubi agitur contra publicum, & solemne instrumentum Caprar. *decis.* 435. *n.* 10. *&* 11. *& decis.* 541. *num.* 10. *&* 11. *part.* 2. Rot. *part.* 17. *decis.* 54. *n.* 8. *part.* 18. *decis.* 423. *n.* 2. Sed vide Calderon. *resol.* 6. *n.* 5. *tom. pr. part. pr.*

Itèm quando agitur de magno præjudicio, nempe privationis prædii, & amissionis pretii in illius acquisitione erogati Caprar. *dict. decis.* 541. *num.* 9. Rot. *recent. part.* 17. *decis.* 54. *nu.* 8. *&* 9. *& sub nu.* 17. *vers. quin. imo.*

17 Exceptio simulationis, uti respiciens proprietatem, & defectum tituli non est apta impedire judicia possessoria Rot. *dec.* 69. *n.* 21. coram Bich. *decis.* 184. *n.* 8. coram Alex. VIII. *decis.* 541. *nu.* 9. coram Caprar., Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *qu. pr. sect.* 3. *a.* 216. *tom.* 3.

18 Plura de simulatione Apochæ Emerix. jun. *decis.* 449. *a n.* 3. *& decis.* 1252. *a n.* 7.

19 Plura de simulatione impositionis census Emerix jun. *decis.* 936. *a n.* 2

20 Plura de simulatione dationis in solutum maximè inter conjunctos Emerix jun. *decis.* 1268. *a nu.* 5. *cum seqq.*

21 Plura de simulatione devolutionis ob non solutos canones Emerix Jun. *decis.* 57. *a n.* 8. *cum seqq.*

22 Plura de simulatione donationis, maximè factæ personæ confidenti Emerix jun. *decis.* 7. *a n.* 6. *decis.* 138. *a n.* 3. *decis.* 938. *n.* 8. *decis.* 1181. *num.* 6. *& seq.* Card. De Luc. *de Donat. disc.* 59. *a n.* 4.

23 Plura de simulatione dotis Emerix jun. *decis.* 705. *& decis.* 744. Caprar. *decis.* 7. *a n.* 7. *par. pr.*

24 Simulatio excluditur si actus publicè, & palam, ac auctoritate judicis expletus fuerit Mantiss. ad De Luc. *decis. pr. n.* 9. *libr. pr. vol. pr.*

Item in actibus factis de voluntate Senatus, seu Principis Balduc. *tit.* 4. *decis.* 33. *n.* 32.

25 Simulatio annullat actum, ac si factus non esset Emerix jun. *decis.* 7. *n.* 11. *& decis.* 91. *n.* 9.

26 Actus simulatè gesti non sunt manutenibiles Emerix jun. *decis.* 1268. *n.* 4. Peuting. *decis.* 3. *nu.* 17. *&* 18. Rot. *rec. part.* 18. *decis.* 2. *n.* 13. *&* 14.

27 Actus facti in sequelam actus simulati, præsumuntur & ipsi simulatè gesti Rot. *decis.* 13. *n.* 28. *part.* 19. *rec.* Emerix jun. *loc. cit. n.* 3.

28 Actus gesti per debitorem post contractam litem a Creditoribus sunt vehementer suspecti de simulatione Emerix jun. *decis.* 1292. *n.* 13.

29 Simulatio cessionis bonorum facta a Patre ære alieno gravato in filios præsumitur Emerix *decis.* 851. *n.* 3. *&* 4.

30 Simulatio emptionis factæ nomine unius ad commodum alterius quomodo probetur Emerix jun. *decis.* 472. *per tot.*, Et vide eumd. *in Indic. verb. emptio.*

31 Simulatio locationis factæ per tertium post motam litem, & imminente deliberatione præsumitur Emerix jun. *dec.* 1268. *nu.* 2., ubi refert alias decisiones.

32 Simulatio venditionis quomodò probetur Emerix jun. *dec.* 91. *a n.* 7.

33 Simulatio non inducitur ex actibus, qui validè fieri

Digitized by Google

fieri possunt Mantiss. ad De Luc. *libr.* 8. *decis.* 23. *n.* 8. *vol.* 3.

Et non præsumitur gatera actum simulatum, qui habet potestatem illum verè, & realiter perficiendi Mantiss. *loc. cit. libr.* 8. *decis.* 24. *n.* 9. *vol.* 3.

34 Ratificatio tollit omnem suspicionem simulationis Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 23. *n.* 12. *vol.* 3.

35 Simulatio quàm maximè intervenisse præsumitur, ubi adhibetur nimia, & affectata cautela in explendo actu De Luc. *de Alien. disc.* 29. *num.* 17. Palm. nep. *alleg.* 8. *n.* 45. *tom. pr.* Ansald. *de Comerc. & Mercat. disc.* 50. *n.* 35. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 12. *decis.* 10. *n.* 16. *vol.* 4.

36 Judicium simulationis judicio, & prudentiæ Judicis reservatur Faber. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 54. *defin.* 60. *in fin.* Caprar. *decis.* 480. *n.* 9. *part.* 2.

37 Simulatio ex insolitis, & multum non verisimilibus inducitur Rot. *decis.* 3. *n.* 5. *part.* 9. & *decis.* 148. *n.* 17. *part.* 16. Caprar. *decis.* 295. *n.* 16. *part. pr.*

38 Simulationis maximum argumentum præbet longa taciturnitas creditoris in non petendo a debitore summam pro ipso solutam, si verè illam solvisset Caprar. *decis.* 7. *n.* 13. *part. pr.* Bich. *dec.* 69. *num.* 9. Orthob. *decis.* 205. *n.* 6.

39 Simulatio, & insubsistentia crediti resultat ea non opposita compensatione Cels. *decis.* 268. *nu.* 10. Caprar. *dict. decis.* 7. *n.* 14. *part. pr.*

40 Simulatio arguitur ex multiplicitate apocharum factarum sub eadem die stipulati instrumenti Nogueroll. *alleg.* 10. *a n.* 8. & 33. Peuting. *decis.* 21. *nu.* 36. Orthob. *decis.* 191. *n.* 9. & 10. Caprar. *dict. decis.* 7. *n.* 21. & 22., ubi plura.

41 Simulatio potest quandocumque opponi Rot. *rec. part.* 2. *decis.* 63. *num.* 11. Caprar. *decis.* 480. *num.* 3. *part.* 2.

42 Simulatio desumitur ex fidejussione præstita pro emptore Rot. post Zacch. *de oblig. Cam. decis.* 207. *n.* 12. Caprar. *decis.* 480. *n.* 11. *part.* 2.

43 Simulatio desumitur ex falsa enunciativa in instrumento adiecta Caprar. *dict. decis.* 480. *n.* 20.

44 Simulatio non intrat in Feudis, neque titulus *plus valere quod agitur &c.* sed dicitur Feudatarius ille, quem Dominus investivit, licèt ipse simulatè pro alio quæsierit De Luc. *de Feud. disc.* 7. *n.* 19. *disc.* 24. *n.* 2. & *in annot. n. pr. disc.* 30. *n.* 7. *disc.* 106. *n.* 9. *de Regal. disc. pr. n.* 3. *disc.* 15. *n.* 6. *disc.* 17. *n.* 9., & alibi sæpè.

Nisi Principis scientia & approbatio accedat Idem De Luc. *de Feud. dict. disc.* 24. *in annot. n. pr.*

Idemque procedit in officiis, & beneficiis De Luc. *de Feud. dict. disc.* 7. *nu.* 20. *dict. disc.* 24. *in annot. num. pr.*

Et quæ simulatio permittatur in officiis Idem De Luc. *de Regal. disc.* 2. *n.* 18.

Et quid prosit declaratio facta per Emptorem *de Feud. disc.* 24. *n.* 3. *disc.* 106. *n.* 21.

§. SYNDACI. XVII.

1 SYndaci constituuntur per castra, & parochias tanquam Officiales ad denuntiandum maleficia, illisque ideò creditur in suo officio, & tenentur denuntiare non solum delicta publica, & notoria, sed etiam occulta, nisi essent adeò occulta, ut ipsi possent excusari, cessante tamen omni præsumptione doli, vel culpæ in occultando; item tenentur etiam denuntiare delicta à jure impunita, ut si occidatur bannitus, vel aliquis submergatur in flumine, & in similibus casibus, cùm ad illos non spectet judicare an sint punibilia nec ne, Clar. §. *fin. quæst.* 7. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 198. *n.* 28. *etc.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *nu.* 206. *etc. fol.* 280. Card. Tusch. *litt. D. concl.* 192. *et* 193. *per tot.* Farinac. *quæst.* 52. *nu.* 167. *etc.* Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 21. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 35. *et* 36. *per tot.* latè Bertach. *Repert. verb. Syndicus denuntiat. ult. fol. mihi* 169. *etc.* Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *fol.* 474. *Rub.* 3. *per tot.* ubi plura de istis syndicis, & denuntiatoribus maleficiorum, qui ex necessitate eorum officii tenentur crimina denuntiare, & si dolosè omittant puniuntur, sicut etiamsi calumniosè aliquem accusent; licèt aliàs de præsumpta calumnia tanquam coacti delatores non teneantur, sed tantùm de evidenti; ad quos spectet illorum deputatio, quando possint excusari non denuntiando delicta occulta, vel si fuerint præventi ab offensis, vel si ipsi fuerint delinquentes, vel ratione minoris ætatis, & alia ad rem, de quibus etiam Carpzov. *in prax. part.* 3. *quæst.* 104. de Philippis *Dissert.* 3. Pegas *ad Ordinat. Regn. Portug. tom.* 6. *tit.* 73. *gloss.* 1. *ad Rub. per tot.* Fragos. *de Regim. Reip. Christ. par.* 1. *lib.* 5. *Disput.* 12. §. 3. *n.* 73. *et seqq.* Guazin. jun. *ad defens. animar. lib.* 2. *defens.* 2. *cap.* 16. *et* 17. ubi etiam quoad forum conscientiæ. An vice testium fungantur, & alii Bursatt. *cons.* 154. *n.* 19. *et seqq. vol.* 1. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *c.* 163.

Quòd dicti syndaci debeant cum magna diligentia omnium crimina deferre, imò etiam propria; excusantur tamen si non denuntiant delicta, quæ ignorant; dicuntur prævaricatores, & possunt puniri si probationes subticeant, Menoch. *de arbitr. cas.* 323. *n.* 15. *et* 19. Farinac. *quæst.* 4. *num.* 18. *et seqq.* ubi quòd non denuntiando delicta, sive subticendo probationes, vel delinquentes, possunt uti prævaricatores puniri pœna Judici arbitraria, Pal. Christ. *ad l. Municip. tit.* 1. *art.* 35. *n.* 4. *etc.*

Et si omiserint denuntiare delictum recepta promissione indemnitatis, ad nihilum agere possunt, si postea puniantur à Judice, Marsil. *de fidejuss. n.* 317. Cabal. *resol. crim. cas.* 115. *per tot.* vide *in §. Promissio num.* . . . . .

Syndaci prædicti non denuntiando delictum qualiter possint excusari ratione minoris ætatis, vel dubietatis, an fuerit commissum in jurisdictione Judicis, vel in suo quarterio, vel ex eo, quia fuerint præventi ab offenso, vel ab alio syndaco vicino, vel quia fuerit commissum ultima die illorum officii, & hujusmodi de causis, Grat. *dec.* 109. *per tot. et discept. for. cap.* 163. *per tot.* Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 7. *nu.* 9. *etc.* Loseus Licolaus *de jur. universit. c.* 5. *part.* 4. *n.* 62. *et seqq.* Carol. Ant. De Luc. ad Grat. *loc. cit.* 2

Quòd homicidium dicatur commissum de tempore dati vulneris & non sequutæ mortis, *leg. hac scripturæ, ff. ad l. Aliquam*, & ideò spectet ad syndacum, qui tunc temporis erat, & non ad successorem, cujus tempore sequitur mors, denuntiare delictum, Costa *de retrotract. cap.* 2. *ampl.* 7. *n.* 8.

Nec syndacus dicitur nec tenetur, nec potest denuntiare delicta antequam juraverit officium, Bald. *in l.* 5. *n.* 2. *C. de bon. vacant. lib.* 10. Losens *ubi suprà n.* 62.

Quòd syndaci non teneantur denuntiare delicta extra territorium, licet à subdito commissa, nec tempore prædecessoris patrata, Gabriel. *cons.* 101. *lib.* 1. Bald. *in l.* 2. *C. ubi de crimin. ag. oport* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 2. *n.* 5. & *vol.* 2.

Quòd etiam excusentur non denuntiando vulnera parvi momenti, Ricc. *Collect.* 2746.

Syndaci, vel similes officiales deputati ad denuntianda maleficia, non sunt in expensis condemnandi ratione præsumptæ calumniæ, eò quia non probaverint delictum denuntiatum, cùm id agant ex necessitate eorum officii: non excusantur tamen à vera calumnia, sed si appareat per calumniam denuntiasse debent non solum in expensis condemnari, sed insuper arbitrio Judicis puniri, Clar. §. *fin. quæst.* 7. *vers. ultimo*, Gratian. *discept. for. c.* 33. *nu.* 37. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 198. *nu.* 33. *&c. cas.* 321. *n.* 21. *&c.* Card. Tusch. *litt. D. concl.* 194. *per tot.* Farinac. *qu.* 16. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 35. & 36. 3

Alia de hujusmodi Syndacis vigore legum Municipalium Status Florentini, dixi in Pract. §. *Syndaci per tot.*

Syndaci in alio significatu à nomine græco defensionem important, & defensores dicuntur, æquiparantur procuratoribus, & sicuti procuratores non præsumuntur nisi doceant de mandato, ita nec syndaci, nisi doceant de legitima illorum deputatione, & electione, non possunt esse testes in causis ab illis 4

Digitized by Google

Iis administratis, ex quibus probentur legitimè constituti à Canonicis, vel à Capitulo, sive ab alia universitate, & alia ad rem, Mascard. *de probat. vol. 3. concl.* 1307. *per tot.* Nicoli. *Instit. tit. de except. n.* 11. ubi de mandato. Brunnemann. *ff. lib. 3. tit. 4. leg. 6. nu. 8. & 9.* ubi quæ de procuratore dicuntur, de syndico etiam dici possunt *& ibidem l. 3.* ubi quod constituuntur a majori parte Collegii.

5 Syndaci plures constituti cum generali mandato non intelliguntur in solidum, nec unus sine altero admitti debet, nisi sit adddita clausula, *in solidum*, vel per verba æquipollentia, veluti *cum libero & pleno mandato*, vel cum dictione, *quemlibet eorum*, vel *utrumque ipsorum*, & hujusmodi verbis distributivis; & intelliguntur habere mandatum, etiam in his, quæ speciale mandatum requirunt, non tamen possunt donare, nec gratis remittere, ut per Mascard. *de probat. vol. 3. concl.* 308. *per tot.* vide *in §. Procurator n. 18. &c. §. Administrator, & §. Tutor.* vide Altimar. *de nullit. tom. 2. rubr. 11. qu. 24. n. 47.* Barbos. *in cap. si duo de Procur. in 6. n. 4.*

De syndacis, & procuratoribus Terrarum, Civitatum, & aliarum Universitatum, quomodo eligantur, quæ facere possint, vel non, quando excusari & alia de eorum officio, latè Bertachin. *Repert. verb. Syndicus*, Thuro *compend. decis. Neap. part. 1. & 2. verb. Syndicus*, & latiùs, ac melius Otter. *de Official. Reip. cap. 8. & seqq.* cum multis ab eo citatis, & aliis indicatis à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Syndicus*, & à Com. August. Font. *Bibliath. legal. part. 5. eod. verb. fol.* 701. Pigant. *ad Statut Ferrar. lib. 1. rubr. 42. tom. 1.* Altimar. *loc. cit. qu.* 34. Abeccles. & Crescin. *observat. 162. part. 1.* Brunnemann. *sup ff.*

6 Absque Syndaco an Civitas possit agere Brunnemann. *supr. ff. libr. 3. tit 4. leg. 3. n. 2. vol. pr.*

7 Syndacus ante litem contestatam non potest procuratorem constituere Brunnemann. *sup. ff. libr. 3. tit. 3. leg. 74. vol. pr.*

8 De executione instrumenti, aut sententiæ in bonis, aut personis Syndacorum, seu Decurionum Abeccles. *obscr. 162. part. pr.*, ubi Crescin. *in Annot.*

Syndaci, aut Consiliarii Universitatis, seu Communitatis de Jure canonico excommunicantur pro debito Universitatis, seu Communitatis, si fuerint in mora imponendi collectam post factam interpellationem Abeccles. & Crescio. *loc. cit.*

9 Syndacus ad actum deputatus a lege habet personam omninò legitimam in illo actu Balduc. *tit. 3. de Legat. decis. 9. n. 31.*

10 Syndaci, & Electi Universitatum si offendantur, a quo cognoscantur offensores Altimar. *de nullit. rubr. 9. quæst. 23. num. 19. tom. pr.* Quid si delinquant *ibidem n.* 42.

11 Syndacus alicujus Universitatis si simpliciter contrahat, an censeatur nomine proprio contrahere Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 10. n. 76. tom. 3.*

12 Syndaci, Procuratores, Sacristæ, & alii Ministri, qui sine ulla jurisdictione officium aliquod habent, non dicuntur in dignitate constitui, etiamsi sint perpetui Fagnan. *in cap. dolentes num. 36. & 54. de celebr. Miss.*

13 Syndacus durat sine præjuditio alternativæ si dilatum fuerit per aliquod tempus parlamentum De Luc. *de Regal. disc. 6. n. 17.*

14 Syndacus Universitatis an possit esse procurator privatorum Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæst. 31. n. 220. tom. 2.*

Quis sit, quomodo constituatur, & quæ possit facere, & tota ejus materia *ibidem quæst. 34. a num. 35.*

15 Syndacus an debeat citari, an verò debeant citari omnes de Universitate Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæst. 9. a n. 60. tom. 2.*

16 Syndacus Ecclesiæ non potest sine decreto vendere, & contractus est nullus, & sola Ecclesia potest illum convalidare Altimar. *ibid. rubr. pr. part. 5. q. 8. n. 257. tom. 7.*

§. SYNDACATUS. XVIII.

Syndicatores, idest Officiales deputati ad syndicandum Judices, vel alios officiales qualiter procedant, & quomodo se gerere debeant in syndicando, formando contra illos inquisitionem generalem, Clar. *§. fin. quæst. 6. vers. cæterùm quando*, Card. Tusch. *litt. S. concl. 273. 274. & 275. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 84. vol. 2.* Novar. *Pragm. Regn. Neap. Collect.* 210. Anton. de Ballis *tract. var. lib. 6. per tot. fol.* 343. ubi per octo quæstiones materiam declarat, & alii plures relati per Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Syndicatia, & Syndicatus.* Quid sit syndicatus Brunnemann. *sup. C. lib. 1. tit. 50. leg. 1. n. 18.* 1

Quòd hodie de generali consuetudine Judices, & Officiales syndicentur de dolo, & barattaria, non autem de iniquis, & injustis sententiis, & alia ad materiam syndicatus, Scacc. *de appellat. quæst. 19. remed. 4. per tot. & quæst. 15. n. 299. &c.* Paris. de Put. & alii *tract. de syndicat.* Tusch. *litt. I. concl.* 417. *& seqq.* Paul. Christin. *d. dec. 84. vol. 2.* Ricc. *Collect.* 247. Novar. *d. Collect.* 210. Ant. de Ballis *loc. cit.* Conciol. *resol. crimin. verb. syndicatus resol. 3. per tot. & resol.* 2. ubi qualiter barattaria, & concessio sit plenè probanda, Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 31. fol.* 615. ubi etiam quòd instantia in causis syndicatus durat quinquaginta diebus, nisi brevius tempus præfigatur à statutis, prout in multis locis, & quòd Romæ officiales nullatenus syndicantur ob præsentiam Summi Pontificis, ad quem gravati possint recurrere; sicut etiam non syndicantur Vicarii Episcoporum, quidquid secus sit in Vicariis Capitularibus, Conciol. *d. resol. 3. n. 3.* Barbos *de Episcopis Allegat. 54. n. 181. & seqq.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 3. quæst.* 52. ubi quòd imo syndicantur à Sede Apostolica, vel Metropolitano, nisi contrarium servetur de consuetudine, vide *in §. Vicarius n.* 13. Conciol. cum Romagner. *ad Stat. Eugub. lib. 1. Rub.* 19. Altimar. *de nullit. rubr. 9. qu. 35. n. 46. tom. 1.* Bellegrand. *in compend. rer. crimi. method. tract. 11. quæst. 10. n. 15.* 2

Idem servatur Florentiæ ob eamdem rationem, & fortè alibi, ubi resident supremi Principes, quoad Officiales ad beneplacitum Principis electos sed malè quia non solùm ob id redduntur promptiores, sed ut de more verum ingenuè fateatur, aliqui ex illis efficiuntur iniqui, superbi, contemptiores, prævaricatores, sæpè justitiam multis passionibus ducti subvertunt, quandoque vendunt, innocentes, & pauperes conculcant, iniquos extollunt, & omnia pretio, vel gratia pro arbitratu gerunt; sed sciant isti, quod incident in manus Dei viventis, & quemadmodum justi judices multis replentur benedictionibus, ita iniqui Deum propitium non invenient, immaturè excident, incommodis afficientur perpetuis, ipsos, & illorum ædium fundamenta ignis devorabit, eorum posteritas diuturna non erit, vel eò redigetur inopiæ, ut panem ostiatim quæritet, prout sæpè docet experientia, quia malè parta malè dilabuntur, & malè acquisitis tertius hæres non gaudebit, ac jure meritò propterea quod leges, quas liberimas esse oportebat, servas quodammodò, atque captivas suorum fictorum, pravorumque judiciorum sacrilegè effecerunt; faciunt quæ dixi *in §. Judex num.* 2. & notata per Menoch. *de arbitr. in pric.* Alvarez de Velasc. *tractat. de jud. perfect. Rub. 25. annot. fin. per totum.*

Et quòd syndicatus non possit per Principem remitti, cum sit justitiæ nervus, aliàs Vassalli dicantur gravati, Novar. *in Prax. gravam. Vasal. gravam.* 189. Ricc. *Collect.* 3684. Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 210. ubi plura de syndicatu officialium, Francisc. de Angelis *tr. de confess. lib. 2. quæst.* 40. ubi etiam qualiter officialis aufugiens tempore syndicatus habeatur pro confesso de omnibus querelis contra eum porrectis. Caput. *de Regimin. Reipubl. cap. 7. §. 9. n. 1. & 61.* 3

Contra tamen Officiales reiicienda est omnis scrupulosa inquisitio, & syndicari debent de baratteriis, & illicitis extorsionibus tantùm, non autem de omni 4

ni colpa levi, & negligentia, aliàs frangeretur nervus Justitiæ, auctoritasque judicum oimium deprimaretur, ac vilesceret, lantoqua gradu, vel calce procederent successores io Officio, nam etiam ut loquit Cicer. *in Oratione pro Lucio Flavio pars 2. ò conditiones misera administrandarum Provinciarum, in quibus diligentia plena simulatum est, negligentia vituperationem, ubi severitas periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes Rhetores expectantur, præsentibus inserviunt, & abeuntes deserunt*; prout refert Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst. 73. n. 36. & seqq.* ubi etiam alios allegat, & quando officialis dicatur deliquere in officio, & possit puniri, facit quod dixi *in §. Princeps n. 43.* ubi qualiter officiales fustioeri debeant à Principe. Vida Abecclef. *in præfat. a numer. 10. part. 1. obser. for. Senat. Pedemont.*

Officiales, qui fecerunt quod sui prædecessores, excusantur, benè Fontanel. *decis. 356. num. 11. & 12. decis. 479. num. 10.* ubi quòd non sindicantur de eo, quod faciebant sui prædecessores, si illud continuarunt, *& decis. 295. num. 8.* Joseph. de Rosa *consult. 46. num. 9. & seqq.* De Ponta *decis. 37. nu. 2. & seqq.* ubi firmat id procedere etiamsi illud solitum esset delictum in se, seu consuetudo prædecessoris reprobata, nam adhuc qui juxta solitum exercuit officium, nullam patitur pœnam, & Noguerell. *allegat. 5. nu. 14. et sequent.* De negligentiis, & omissionibus quando non sit curandum, Caten. *resol. 9. n. 17.* ubi quòd sola negligentia dolosa, ubi dolo proxima syndicatur, & non aliæ, Bobadil. *Politic. lib. 5. cap. 1. & seqq.* ubi etiam an expediat syndicatos, & alia multa.

De Notario actuario non citò processum criminalem suæ Curiæ deferente ad Auditorem, qualiter possit excusari cessante dolo, & lata culpa, vel baratteria, de quibus tantùm Officiales syndicantur, Tondut. *quæst. civil. 126. per totum part. 2.*

Quòd in delictis extra officium commissis, communi jure sit judicandi officiales, & non spectant ad cognitionem judicis syndicatoris, sed judicis ordinarii, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 74. num. 28. &c.*

5 Quòd factis proclamatibus per syndicatores, quod volentes querelate veniant intra certos dies, aliàs non audiantur, transactis illis diebus, non amplius querelantes sint admittendi, nec officiales sint ulterius molestandi, cùm lapsus temporis inducat renunciationem, imò sit fortior defectus, quàm ipsa renunciatio, benè probat Thomat. *decis. 25. per tot.* Gomez *tom. 3. variar. cap. 1. num. 23. in fine*, Farinac. *quæst. 111. num. 235.* Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub. 9. annot. 11. num. 29.* ubi tamen quòd dicta monitione, vel declaratione non facta, possunt judices de excessibus in officio commissis, in foro suo juxta naturam actionis conveniri, etiam post syndicatum, Mut. *decis. Sicil. 5.* Novar. *Pragm. Reg Neap. Collect. 211.* Conciol. *resol. crim. in verbo Absolutio resol 3.* ubi quòd absoluti à syndicatoribus in syndicatu non possunt amplius coram aliis judicibus molestari, quia obstat exceptio rei judicatæ cum aliquibus tamen declarationibus, de quibus *loc. cit. resol. 1. & in verbo syndicatur resol. 5. per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 71. num. 17. & 18.* ubi simpliciter quòd absolutos in syndicatu, non potest amplius molestari, cum absolutione extinguatur crimen, seclusa collusione, & fraude, Thoro *Compend. decis. Neapol. part. 1. verb. Syndicatus*, ubi allegat Mutam *decis. 4.* & de Ponte *decis. 26.* & cum illis concludit non obstante liberatione semel obtenta per sententiam syndicatorum, posse officiales etiam *ex* officio per viam inquisitionis iterùm molestari de malè gestis non tamen cognitis in syndicatu præstito. Cancer. *var. resol. part. 3. cap. 12. n. 42.* Thomat. *dec. 25.*

6 Qualiter offendens judices, vel officiales tempore syndicatus ratione officii puniri debeat prout si offendisset durante officio, & idem post syndicatum intra tempus componendi sarcinulas, nisi prius ipsi offendentem prorogassent, est nisi sequatus ex odio, & particulari inimicitia extra causam officii, Clar. *§. fin. quæst. 68. vers. injuriam faciens*, Put. *de Syndic. in verb. Officialis offensa cap. 1.* & alibi, Farinac. *quæst. 18. num. 38.* Conciol. *resolut. crim. verb. Syndicatus resol. 1.* ubi refert Menoch. *de arbitr. cas. 263. num. 10. & seqq.* Olea *de cess. jur. tit. 3. quæst. 3. num. 27.* & alios contrarium tenentes.

7 Quòd judices, & officiales durante officio, non possint accusari, nec syndicari, nisi agatur de crimine baratteriæ, vel aliàs circa officium, nam tunc possunt accusari, & puniri, etiam durante officio, Conciol. plures allegans *in verb. syndicatus resol. 4. per totum* dixi *in §. Officiales num. 2. & 15.*

8 An autem in judicio syndicatus possint personæ miserabiles querelantes declinare, & variare forum, contrarias opiniones refert idem Conciol. *verb. Syndicatus res. 6.* vide Novat. *de variat. for. tom. 2. sect. 3. q. 10.*

9 An officialis confirmatus in officio teneatur stare syndicatui pro tempore præterito, vel possit expectate finem officii, Fontanel. *decis. 157. & 158.* Mastrill. *de Magist. lib. 6. cap. 5. num. 39. &c.* ubi distinguit inter confirmationem, & prorogationem, &c.

10 De syndicatu officialium, ejus forma, de quibus possint officiales syndicare, per quantum tempus, an possint per procuratorem respondere, an teneantur pro eorum ministris, & domesticis, quomodo honorandi, & faciendi, an teneantur solvere sportulas, an syndicandi de omissionibus, an de commissis extra officium, de pœna accusatorum in probatione deficientium, an delatores satisdare teneantur, an detur appellatio, an syndicati possint carcerari, an fugientes habeantur pro confessis, an sint suspendendi ab officio, an possint ad aliud officium promoveri ante causam finitam, & alia plura de hac materia Bobadil. *lib. 5. Polit. cap. pr. & seqq.* Cancer. *var. resol. cap. 12. per tot. part. 3.* aliqua plures citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Syndicatio, Syndicatus per tot.* & à Com. August. Fontan. *Bibliot. leg. part. 5. cod. verb. fol. 700.* ubi inter alios allegat Bonden. *Collect. leg. 32.* Laream *decis. Granat. p. 2. decis. 98.* Mastril. *de Magistrat.* Scacc. Parid. de Put. & alios qui particulares tractatus de hac materia ediderunt. Plura etiam Brunnemann. & Altimar.

11 An Vicarius Episcopi finito officio Vicariatus teneatur dare Syndicatum, & reddere rationem suæ administrationis, negativè concludunt Barbos. *libr. 1. de Jur. Eccles. cap. 32. n. 156. & part. 3. de Potest. Episc. alleg. 54. n. 183.* Genuens. *in Prax. cap. 58. in nov. edit.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. pr. sect. 2. subsect. 5. n. 23. pag. 23.*

12 Vicarius Capitularis potest syndicare officiales Rot. *decis. 166. nu. 3. & 4. part. pr. recent.* Pellegrin. *loc. cit. part. pr. sect. 4. subsect. 2. n. 54. pag. 42.*

13 Syndicare est actus jurisdictionis. Paris. de Put. *de Syndic. rubr. de offic. syndic. §. Judices ad Syndic. n. 9.* Pellegrin. *dict. n. 54.*

14 Syndaci an sint judices delegati, an verò Ordinarii Altimar. *de nullit. rubr. 3. quæst. 10. n. 21. tom. pr.*, & quam jurisdictionem habeant an Ordinariam, vel delegatam Idem *ibidem rubr. 10. quæst 2. n. 67. tom. 2.*

15 Syndicatores an cognoscant de nullitate eorum Decretorum Idem Altimar. *dict. tract. de nullit. rub. 3. quæst. 7. num. 61. tom. pr.*

16 Syndicatores, si graventur, ad quem appelletur Idem Altimar. *eodem tract. rubr. 3. quæst. 31. n. 29. et 30. tom. pr.* Minad. *cons. 24.* Caput. *de Regim. Reip. cap. 7. §. 9. n. 57.*

17 Actio de Syndicato non transit ad hæredes Brunnemann. *lib. 5. tit. pr. leg. 26. n. pr. vol. pr. in Pand.*

18 Syndicorum sententiæ an admittant appellationem Altimar. *rubr. 5. quæst. 27. tom. pr.*, & an admittant nullitatem *ibidem*.

19 Syndicatores infra quantum tempus debeant sententiare contra Officiales Idem Altimar. *eod. tract. rubr. 9. quæst. 36. n. 94. tom. pr.*

20 Syndicatui Officialis, qui non paruit, non potest exercere aliud officium Altimar. *ibidem rubr. 10. qu. 12. tom. 2.*

21 Syndicandus Officialis an, & quando possit discedere a loco Syndicatus Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 27. n. 31. tom. 2.

§. SOCER. XIX.

1 SOcer restituendo dotem nurui, & filio recedentibus ab eo, an sui, & liberationem bonorom consequatur, Pract. Papp. libel. de dot. & usumfruct. glos. pervenit, Afflict. dec. 349. Becc. cons. 43. lib. 2. vide in §. Pater n. 1. & seqq. ubi etiam qualiter teneatur se obligare, vel remaneat obligatus pro dote nurus. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. n. 1094. tom. 3.

De socero obligato cum hypotheca ejus bonorum pro restitutione dotis nurui, latè Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. gloss. part. 2. tom. 2. fol. mihi 383. & ego dixi distinguendo in §. Pater n. 1. & seqq. ubi videas, & Mant. Consult. 212. lib. 3. Andreol. controvers. 393. per tot.

2 Socer potest à nuru conveniri sine venia mortuo filio, quia dicitur dissoluta affinitas, ex quo sequitur, ut nec etiam sit locus compromisso necessario vigore statuti inter affines, Ang. Aret. in §. Pœnales num. 27. Instit. de act. Marant. in Prax. par. 6 princ. vers. secundus sub nu. 15. Joseph. Feliu. & Cerezo in Margar. var. conclus. verb. nurus fol. 21. vide in §. Compromissum, & §. Statutum de compromissis.

Alia nonnulla notabilia de socero vide apud Bertachin. in suo Repert. verb. Socer per tot. & dixi ego in §. Pater num. 1. & seqq. ad ibi dicta me remitto Caldas Pereyr. cons. 14. per tot. ubi an, & quando habeat privilegium, ne conveniatur ultra id quòd facere possit, vel ne egeat, & sic an possit carcerari, de quo etiam Th. to Campend. decis. Neap. par. 1. verb. Socer., & Nicoli. Instit. tit. de Action. num. 357. Jacob Emerix dec. 985. nu. 1. Caprar. dec. 228. n. 24. part. pr. Rocc. Episc. cap. 182. à num. 23. libr. 2. Altimar. de Nullit. rub. pr. quæst. 11. nu. 107. tom. 3. & rubr. pr. part. 3. quæst. 35. n. 849 tom. 5. & rubr. pr. part. 5. quæst. 47. n. 1018. tom. 7.

3 Socer qualiter teneatur alere nurum durante matrimonio secus illo dissoluto per mortem filii, nisi ejusdem sit hæres, & in subsidium, Surd. de aliment. tit. pr. quæst. 38. num. 3. & seqq. Capyc. Galeot. contr. 36. num. 18. & seqq. lib. 2. cum aliis per Rot. par. 18. recent. tom. pr. dec. 30. per tot. & dec. 349. per tot. dixi in §. Pater num. 7. in fine. Nicoli. Instit. tit. de Jur. natur. n. 6.

4 Quòd socer exigat dotem filio promissam quando filius, & nurus cum illo habitant, quia ipse sustinet onera matrimonii, & dos debet esse, ubi sunt onera matrimonii, l. si is, qui, §. ibi dos, ff. de jur. dot. Jo. Petr. de Ferrat. in Pract. vulgò Puppien. form. libelli ad dotem verb Uxor num. 21. Mantic. de tacit. & ambigu lib. 12 tit. 30. num. 19. Gratian. discept. 244. n. 27. & seqq. & alii relati à Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. pr. par. pr. n. 41. & seqq. fol. mihi 237. ubi refert ita decisum.

5 Socer locum Patris obtinet Rocc. Episc. cap. 228. n. 19 libr. 2. ad text. in l. quin ff. solut. matrim.

6 Socer non repetit a genero alimenta præstita filiæ præter voluntatem generi Surd. de Aliment. tit. 6. quæst. 5. n. 16. Altimar. de nullit. rub. pr. quæst. 6. sect. 3 sub n. 25. tom. 3.

7 Socer an, & quando possit comparere in Judicio, & extra pro genero, & e contra Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. n. 1506. tom. 3.

§. SOCIETAS. XX.

1 SOcietas est duorum, plurimve rationabilis, & honesta conventio ad commodiorem usum, vel uberiorem quæstum, glos. in Rub. ff. de societ. Oinot. in §. 1. Instit cod. tit. num 2. Felic. de societ. cap. 1. num. 2. &c. Michalot. de fratr. part. n. cap. 1. num. 7. Paul. Christin. decis. Belgic. 206. & seqq. vol. 1. & dec. 51 vol. 3. Rot. par. 10. recent. decis. 66. num. 9. & seqq. ubi quòd est communicatio lucri, & damni, æquitatem, æqualitatemque desiderans. Quòd debeat contrahi justa, & æqua, ac in suprema bonam fidem requirat, Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 4. numer. 3. &c. Ludovis. decis. 308. numer. 4. Nicoli. Instit. tit. de societat. num. 1. Verd. Instit. lib. 3. num. 2851. Bonden. collect. 36. n. 16. Rossignol. de societat. prænot. 1. n. 2. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 25. n. 1. tom. 4.

Vel est corpus repræsentatum, quod vice unius personæ fungitur, licèt plures sint socii, vide Card. Tosch. litt. S. conclus. 279.

Ut sit licita, & justa societas, plura requiruntur, nempè quòd sit super negociatione licita, pecunia subjaceat periculo ponentis, & omnibus servetur æqualitas judicio prudentis, Christin. dec. 207. n. n. Forest. select. Jur. contrat. 2. a n. 40. cum seqq. Jovi. de solemnit. in contract. Minor. gloss. 15. §. 11. n. 46. Altimar. loc. cit. n. 6.

Qualiter autem sit probanda societas, & ex quibus conjecturis inducatur, & probetur, Mascard. de probat. concl. 1319. lib. 3. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 17. n. 669. &c. fol. 302. Tusch. loc. cit. conclus. 311. 312. & 313. per tot. Rot. part. 14. recent. decis. 241. ubi quòd non requirit scripturam, potest probari conjecturis, & testibus etiam singularibus deponentibus de actibus socialibus, & causam scientiæ reddentibus, & part. 15. decis. 58. per tot. & decis. 368. in eadem causa, & part. 16. decis. 269. pariter in eadem causa, ubi de probatione per unicum testem valdè adminiculatum & part. 17. dec. 289. per tot. ubi diluuntur adminicula ad tollendam fidem unico testi, qui in dicta causa de societate deposuerat, recedendo à prius decisis. Plura cumulat Altimar. de nullit. rubr. 1. par. 2. quæst. 25. à numer. 22. tom. 4. Vide Caren. resol. 227. Michaloc. de Fratrib. part. 2. cap. 2. & 19.

Quòd possit iniri, & probari per epistolam, vel nuncium, Genu. de scriptur. privat. lib. 3. quæst. 7. per tot. fol. 129. Mascard. dict. conclus. 1309. num. 6. &c. Altimar. dict. quæst. 25. n. 27. tom. 4.

Ad hoc autem ut societas probetur ex conjecturis, debent afferri actus, qui citra jus, & nomen societatis fieri nequiverint, Rot. par. 18. recent. decis. 675. num. 5 Merlin. dec. 251. num. 10. Altimar. loc. cit. num. 28.

Societas duobus modis præcipuè contrahitur, nempè expressè, vel tacitè: expressè quando plures consultò conveniunt de communione omnium bonorum cum signo universali, & expressione quòd sic societas universalis, & genera is omnium bonorum, vel simpliciter non adjecto signo universali omnium bonorum, vel alicujus specialis negotiationis, vel unius rei tantùm, vel victus; tacitè autem per actus sociales, maximè inter fratres simul commorantes, & in nihilo quoad substantiam differunt hujusmodi societas expressa, vel tacita, Oinot. & alii in §. 1. Instit. de societ. Michalor. de fratr. par. 2. cap. 2. num. 8. & cap. 2. & 3. Gratian. discept. forens. cap. 643. num. 10. &c. Card. Tusch. litt. S. conclus. 280. per tot. ubi considerat plures differentias inter expressam, & tacitam societatem, & conclus. 182. per tot. Mascard. concl. 1309. per tot. Nicoli. Instit. tit. de societat. n. 2. Rosignol. de societat. prænot. 1. Caren. resol. 183. & resol. 238. Gall. de Fruct. disput. 33. art. pr. n. pr. Altimar. ibidem n. 19. Capras. decis. 504. n. 5. & 6 2

Quòd societas solo consensu perficiatur, etiam nullo actu extrinseco interveniente, §. 1. Instit. de obligat. ex consensu, Rot. par. 12. rec. dec. 231. num. 2. Rosignol. de Societ. prænot. 2. Verd. libr. 3. Instit. n. 2851. Rosa consult. 8. n. 3. Catan. cons. 26. n. 1. Torr. de Pact. fut. success. decis. 189. Altimar. ubi supra n. 10. Caprar. decis. 504. n. 5.

Plura de societate remissivè de more Ægid. de Castejon. in Alphab. jurid. verb. Societas per tot.

Societas omnium bonorum ad lucrum contracta comprehendit omnia undacumque quæsita, sive titulo lucrativo, sive oneroso, sive etiam ex quocumque dono fortunæ, cum nihil præcipuum esse debeat inter hujusmodi socios, & ideò dotes etiam efficiuntur communes cum sua causa, & obligatione, feuda, emphyteusis quoad usum, & fructus, hæreditates, legata, donationes, capta, inventa, & similia, 3

ae immunitates etiam uni concessæ cæteris prosunt; lucra tamen illicita non sunt communicanda, Felic. *de societ. cap.* 12. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 243. *num.* 42. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 21. *cum sex seqq.* ubi in aliquibus recedit ab opiniona Felic. Ouot. *in §.* 1. *Instit. de societ. num.* 4. Card. Tasch. *litt. S. conclus.* 283. ubi latè quæ veniant communicanda in hujusmodi societate, & ad quæ teneantur, vel non, ad invicem dicti socii Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 100. *n.* 3. *& seqq.* ubi quòd societas omnium bonorum non inducitur ex communi habitationa, & possessione pro indiviso, sed est necessaria integra communicatio, & positio in communi arca omnium lucrurum, & redditoum etiam Ecclesiasticorum.

4 Societas simplex, & non omnium bonorum dicitur tacitè inter fratres contracta, si omnia bona paterna possideant in communi, simul habitent, vivant ad eamdem mensam communibus expensis, & omnia quæstualia undecumque provenientia, omnesque fructus communicant, Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 6. *per tot. cap.* 7. *& cap.* 11. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsumpt.* 56. *per tot.* Card. Tasc. *lit. S. concl.* 496. *per tot. & concl.* 311. *per tot.* Peregr. *dec.* 90. Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 129. ubi plura de hac materia, *& part.* 14. *decis.* 56. ubi plura de requisitis ed inducendam particularem societatem alicujus negociationis inter fratres, quibus cessantibus excluditur societas, & rescinditur transactio, sive diviso supetinde emanata, tanquam ex falsa causa, & supposito non vero procedens, ut in casu dictæ decisionis. Vide Nicol. *loc. cit. n.* 8. Ciarlin. *contr.* 232. *n.* 28. *&* 20. Cyroc. *discept.* 65. *&* 67. Paciou. *alleg.* 134. Altimar. *loc. supra cit. n.* 98.

Ut autem dicatur tacitè contracta generalis omnium bonorum ultra prædicta requisita, quæ copulativè concurrere debent, requiritur etiam quod inter eos nunquam fuerit reddita ratio, Michalor. *d. part.* 2. *cap.* 13. *per tot.* Felic. *de societ. cap.* 10. *num.* 17. Gratian. *decis.* 927. *per tot. discept. forens. cap.* 547. *per tot. cap.* 336. *cap* 725. *num.* 8. *cap.* 993. *per tot.* Menoch. *d. præsumpt.* 56 *num.* 37. *&c.* Rot. *p.* 2. *divers. decis.* 196. *per tot. ubi num.* 10. dicit tria copulativè requiri, nempè communis habitatio, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expensarum circa res, & personas, Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 283. *num.* 24. *&c. & concl.* 286. *per tot.* plenè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 129. *per tot.* ubi quando, & ex quibus inter fratres præsumatur, vel excludatur omnium bonorum societas, Martha *vot. Pisan.* 241. *n.* 3. *& seqq.* ubi quòd ad inducendam omnium bonorum societatem, etiam inter fratres, tria sunt probanda, scilicet omnium bonorum communio, eorumque promiscua possessio, lucrorum ex quacumque causa, onerum, & damnorum communicatio, & denique nunquam reddita ratio. Rosa *consult.* 8. *num.* 4. Verd. *libr.* 3. *Instit. numer.* 2863. Palm. nep. *alleg* 28.

Quòd præsumatur societas omnium bonorum inter fratres, si ille qui se fundat in ea probet infrascripta, nempè quod per longum tempus steterint in communi, vel communi nomine emerint, vel ita sit publica vox, & fama, vel unus asserat cum juramento, vel expenderint sine aliquo computo, vel se maximo amore, & charitate dilexerint, vel extrajudicialiter, vel in judicio, vel in instrumento ita fassi fuerint, vel per litteras, vel omnia possederint in communi, & in communi catastro de consensu describere fecerint, vel si aliter resultaret delictum, vel appareret ex intitulationa librorum, vel ex aliqua particulla, Michalor. *de frat. d. par.* 2. *cap.* 14. *per tot & cap.* 19. Mascard. *de probat. concl.* 1309. *lib.* 3. Menoch. *dictu præsumpt.* 56. *per tot.* Gratian. *lo. cit.* Rot. *d. decis.* 129. *part.* 10. *recent. & part.* 17. *decis.* 27. *&* 28. *per tot.* ubi plura, ex quibus resultat, & probatur societas universalis inter fratres, & nepotes, ita ut non excludatur ex acquisitionibus ab aliquo eorum proprio nomine factis, quia nihilominus societati acquiruntur, nec ex eo quod unus tantùm negotiatus fuerit, quia hoc societati non repugnat.

Societas omnium bonorum tacitè non inducitur inter fratres si unus exercens varias mercaturas illas proprio nomine exerceat, licèt alius communi nomine faciat, nisi omnia inde provenientia poneret in communi; Cessat etiam quando inter eos constat de aliquo debito, vel credito, vel de aliqua reservatione, vel si aliqua emptio appareat proprio nomine facta, nisi antea constaret de hujusmodi tacita societate, vide Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 17. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 547. *n.* 13. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 56. *num.* 43. *& seqq.* Tuschus *litt. S. conclus.* 312. *per tot.* vide Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 140. *per tot.* Andreol. *controv.* 34. *num.* 19. *&* 20. Altimar. *loc. supra adduct. n.* 106. 5

Item cessat quotiescumque non concurrunt requisita superius relata, & quando libri nomine unius tantùm sunt inscripti, vel reperiuntur codices expensarum, vel ratio reddita lucrorum, damnorum, & expensarum, vel si maxima resultet inæqualitas, vel unus neget cum juramento, vel appareat de diversitate catastri, sive æstimi, & si hinc indè adsint conjecturæ, majores, & urgantiores sunt attendendæ, observato etiam illarum numero, cum plura vincula fortiùs ligent, Michalor. *d. par.* 2. *c.* 18. *per tot.* Menoch. *d. præsumpt.* 56. *num.* 45. *et seqq.* Tasch *d. conclus.* 312. *per tot.* vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 129. *per totum.* Altimar. *loc. supra relat. n.* 107.

Cùm tamen facta sint potentiora verbis, si fuerint communicata lucra, non attenduntur conjecturæ societatis exclusivæ, cùm illis non obstantibus possit adesse societas, Gratian. *discept. forens. cap.* 547. *n.* 9. *&c. cap.* 714. *num.* 1. *&c.* Idem Altimar. *ubi supra n.* 108.

Quòd ex emptione communi nomine facta benè probetur societas, Duran. *decis.* 416. *num.* 11. nec excludatur ea quo unus sociorum solvit, & retinet claves capsæ *ibidem num* 15. & quòd litteræ præsumantur scriptæ nomine sociali, *ibid. num.* 21. Altimar. *ubi supra n.* 109.

Plura an, & quando inter fratres adsit tacita omnium bonorum societas, vel non, quot, & quæ requirantur ad illam contrahendam, quomodo probetur, an æs alienum ab uno contractum sit de communi solvendum, & alia ad rem, latè Joseph de Rosa *Consult.* 8. *per tot.* Altimar. *loc. cit. à n.* 98.

Societas omniũ bonorũ tacitè contrahi non potest inter fratres, quãdo inter eos adest aliquis infãs pupillus, vel minor, vel furiosus, vel mentecaptus, sive aliàs inhabilis ad contrahendum, nisi habeat curatorem, qui expressè, vel tacitè consentiat, vel nisi ita jusserit testator, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 15. *per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 56. *num.* 6. *& seqq. ad* 20. Card. Tasch. *litt. S, conclus.* 287. *per tot.* Felic. *de societ. cap.* 3. *n.* 29. *&c.* vide *in §. Licentia n.* §. *Minor num.* *& §. Pupillus num.* *infr. nu.* 15. Peregrin. *decis.* 90. *num. pr. &c.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 91. *num.* 27. *& seqq. per tot. & part.* 18. *decis.* 212. ubi quòd stante jussu testatoris, societas continuatur etiam cum infante, pupillo, vel minore. Ansald. *de commerc. disc.* 52. *num.* 19. Palm. nep. *alleg.* 28. *nu.* 20. Mans. *consult.* 54. *nu.* 35. Ciarlin. *contr.* 232. *num.* 19. Cyroc. *discept.* 65. *n num.* 12. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 25. *n.* 110. *tom.* 4. Bertachin. *vot.* 30. 6

Potest tamen ratificari à facto majore, ita ut participet de omni lucro data origine illius ex pecuniis communibus, vel continuationa negocii per patrem inchoati, aliàs non posset fieri ratificatio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 547. *num.* 3. *&c. cap.* 714. *per tot.* ubi respondet objecto, quòd minor non posset nisi certo lucrari, quia nisi videat lucrosam societatem non ratificabit, vide *in §. Contractus num.* Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 137. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 56. *num.* 17. *&c.* ubi etiam quòd sustinetur quoad fructus, qui in diem consumuntur, Magon. *decis. Flor.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 91. *num.* 41. *&c.* Altimar. *dict. quæst.* 25. *sub num.* 110. *tom.* 4. Calderon. *resol.* 29. *n.* 20. *tom. pr. part. pr.* 7

Quòd si testator jusserit de una societate, non possint plures contrahi, Gratian. *discep. forens. cap.* 832. *num.* 24. *&c.*

So-

7 Societas omnium bonorum non inducitur inter fratres non negociantes, vel altero tantùm negociante, Bart. *in leg. Titiam, §. Altero num. 5. ff. admin. tut.* Joseph. Ludovic. *conclus. 53. conject. 11.* Carpan. *de Statut. Mediol. part. 2. cap. 483. nu. 13.* Menoch. *libr. 3. præsumpt. 56. num. 20. & seqq.* ubi tamen aliquibus modis hanc opinionem declarat Ciarlin. *cap. 132. num. 20.* Altimar. *ubi supra.*

Contrarium illis reprobatis tenere omnes, inquit Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 16. per tot.* Vide Altimar. *loc. supra cit.*

8 Socius omnium bonorum potest filias suas dotare de bonis communibus, Fontanel. *de pactis nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 4. fol. 45.* ita ut non imputetur in partem suam, Roland. *cons. 91. lib. pr.* Gratian. *discept. forens. cap. 643. n. 13. cap. 904. num. 16.* Rot. *Flor. in causa de Fortunis 10. Maii 1565.* latè Felic. *de societ. cap. 26. num. 21. & per tot.* Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 28. per tot.* Card. Tusch. *litt. S, conclus. 283. num. 15. & seqq.* ubi refert etiam plures contrarium tenentes, & pluribus modis, declarat, vide Menoch. *lib. 3. præsumpt. 16. num. 6. &c. de arbitr. cas. 127.* Gratian. *decis. 127. in Addit.* Fachin. *contr. jur. lib. 8. cap. 4.* Gabriel. *comm. concl. tit. de jur. dot. lib. 3. conclus. 2.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 51. num. 9. volum. 3.* latè Boss. *de dote cap. 5. §. ultim. per tot. fol. 197. & seqq.* Costa *de facti scient. etc. Distinct. 95. centur. 2* Bonden. *collnct. leg. 37. nu. 24.* Altimar. *n. 244.* Bettachin. *vot. 65. n. 9.*

Contrariam opinionem pluribus citatis sequitur Cabal. *cons. 159. num. 3. lib. pr.* vide Boss. *loc. cit.* ubi refert diversas opiniones, & declarationes, transeundo eum dicta prima sententia, illa ... pluribus confirmando, & Altimar. *de nullit. ru... pr. part. 2. quæst. 25. n. 144. & seqq. tom. 4.*

9 Si Socius omnium bonorum acquirat communi nomine, ipso jure, & statim res acquisita efficitur communis, si verò nomine proprio tenetur judicio societatis communicare, quòd multum refert, nam primo casu non potest amplius sociis præjudicare alienando, vel obligando, secundo verò casu potest interim ante factam communicationem hujusmodi rem alie... re, & obligare, quid autem sit præsumendum in dubio, quando scilicet non constat an communi, vel proprio nomine acquisierit, Cravet. *cons. 159.* Felic. *de societ. cap. 14.* Roman. *cons. 291. num. 10.* Bart. Jas. & alii *in l. si socius, ff. si cert. pet.* Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 8. num. 5. &c.* ubi reprehendit Felic. aliter sentientem in loco citato. Idem Altimar. *loc. cit. n. 134.*

Qualiter socii teneantur invicem communicare lucra, & damna, & quæ, latè Tusch. *litt. S. concl. 287. per tot. cum pluribus seqq.* ubi etiam quando præsumantur ea propria, vel sociali pecunia acquirere.

Quòd stante universali societate omnium bonorum ex natura ipsius societatis non teneantur socii invicem aliquam sibi reddere rationem, cùm repugnet hujusmodi societati, ut socii constituantur debitores, vel creditores inter se, Jas. *cons. 2. num. 12. lib. 3.* Menoch. *decis. Bonon. 60. num. 7.* Decian. *cons. 36. num. 35. &c. lib. pr.* Menoch *lib. 3. præsumpt. 56. num. 4. &c.* vide in *§. Administrator num. infra num. 28.* Altimar. *de nullit. rub. pr. part. 2. quæst. 25. num. 136. tom. 4.*

10 Socii omnium bonorum paciscentes, quòd altero eorum decedente succedat superstes in omnibus, nihil agunt, cùm dicatur pactum de futura successione, & non præjudicet venientibus ab intestato, vel scriptis in testamento: quid si hujusmodi pactum sit juratum, & an revocetur ea causa ingratitudinis, vel supervenientia liberorum, Pract. Papp. *Caus. societ. glos. pr. num. 7.* Felic. *de societ. cap. 8. num. 27.* vide *in §. Pactum.*

11 Societas mensæ tacitè inter fratres contrahitur quando post mortem patris vivunt in communi ad eundem panem, & vinum, & ad eandem mensam, ac omnia ad victum necessaria ita communicant, ut nulla inter eos habeatur ratio expensarum mensæ, nec debent omnes fructus communicari, sed tantùm consumpti in mensa, alii verò remanent propria uniuscujusque, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit. 2. num. 2. &c.* Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 4. per tot.* vide in §. *Fratres nu.* Cytoc. *discept. 65. & 67.* Altimar. *ubi supra n. 113.*

Societas dicitur incidenter contrahi inter simul 12
ementes, vel conducentes aliquam rem in communi, vel quando legatur, sive donatur, vel titulo institutionis aliqua res pluribus relinquitur, & isti dicuntur potiùs inter se consortes, quàm socii, & habent actionem communi dividendo, & negotiorum gestorum, non actionem pro socio, nec continentur in statuto loquente de sociis; diligentia unius in exigendo suam portionem non prodest aliis, qui si simus in his, quæ commodam divisionem patiantur non poterunt adversus illud quidquam prætendere licèt portiones suas exigere non valeant, juxta *l. fin. ubi DD. Cod. deposit.* Gratian. *discept. forens. cap. 320. per tot. cap. 401. num. 44. &c. cap. 874. num. pr. cap. 948. nu. 42. &c.* vide *in §. Hæres num.* Rot. *part. 12. recent. decis. 91. nu. 21. & seqq.* ubi etiam in emptione communi nomine facta resultat non solùm incidens societas, ut supra, sed vera, & propria, quando ex conjecturis constat de animo illam contrahendi, & quæ sint hujusmodi conjecturæ, facit eadem Rot. *d. part. 12. decis. 221. per tot. & decis. 324. per tot.* Costa *de ratione ratæ quæst. 521. per tot.* ubi de pluribus deponentibus, quorum alter si ratam suam recuperavit, non tenetur illam aliis communicare, etiam si emergeat decoctio depositarii, ne industria pœnas desidiæ solvat, &c. De societate, & communione an, & in quibus sint inter se symbolæ, sive similes, & quomodo, ac in quibus differant, & plura ad rem, Albert. Alderis. *tract. de symbolic. contract. tit. 3. cap. pr. per tot. fol. 245.* Et quoad principalem conclusionem vide Thomat. *decis. 132. n. 7.* Ansald. *de commerc. & mercat. disc. 49. nu. 9.* Altimar. *loc. cit. num. 32.*

Societas contracta ex causa donationis, ut quia 13
unus ponit universa bona, alius nihil, non valet nec producit actionem, *l. societates in fine, ff. pro socio,* Pract. Papp. *caus. societ. gloss. ad dividendum n. 2.*

Si tamen donatio præcederet, posset validè contrahi societas, Felic. *de societ. cap. 19. num. 6. &c.* Gratian. *discept. forens. cap. 768. num. 33. &c.*

Quando ratione inæqualitatis dicatur sapere usuram, vel non Rot. *part. 2. divers. decis. 197. num. 5. infra num.*

Societas dicitur contracta per illa verba, vel pa- 14
ctum, *di stare al bene, & al male,* quia denotant lucrum, & damnum non victum, & habitationem simpliciter, Gratian. *discept. forens. cap. 948. nu. 30. etc.* Rot. *part. 12. recent. decis. 211. num. 3. & seqq.* ubi de similibus clausulis, *di correre la medesima fortuna, di stare a commodo, & incommodo, & al bene, e male,* quæ societatem important, *et d. part. 12. dec. 324.*

Societas non potest contrahi ab illis, qui ex defectu 15
naturalis sanitatis carent consensu, quales dicuntur muti, & surdi, furiosi, ebrii, amentes, stulti, fatui, lætitia perciti, irati, mentecapti, lunatici, frenetici, & prodigi, de quibus Felic. *de societat. cap. 7. per tot. facit supra n. 6.*

Societas non potest stare inter patrem, & filium 16
nisi respectu castrensium, vel quasi, vel etiam adventitiorum, in quibus patri non quæratur usufructus, licèt possit stare cum fratribus, & ideò si pater, & filius habeant societatem cum extraneo, qui non sit in illorum potestate, in divisione erunt faciendæ tantùm duæ partes æquales respectu collationis, quarum una pertinebit ad extraneum, altera simul ad patrem, & filium, qui hoc casu pro una tantùm persona reputantur, Felic. *de societat. cap. 6. per tot.* Michalor. *part. 2. cap. 35. num. 17. &c.*

Posset tamen stare, & contrahi inter virum, & uxorem tam expressè, quàm tacitè ex actibus necessariò ad societatem inferentibus, sed non dicitur probata ex cohabitatione, & operibus præstitis in apotheca mariti, cum ad id teneatur ratione matrimonii, & maximè cum mulier sine mondualdo non possit obligari, Garsia *tract. de conjugal. ac quæst. 4. per tot.* habetur post alterum Garsiam *tract. de expens. & melioram. fol. 51.* ubi qualiter quæsita constante ma-

trimonio, & quæ communicentur inter virum, & uxorem, de qua materia Covar. *lib. 3. variar. cap. 19. & de matrim. cap. 7. §. pr. n. 6. & seqq.* Gutierez *lib. 2 Pract. quæst. 64. & 95.* Ricc. *Collect.* 2121. Tondut. *lib. 2. quæst. 63* Larrea *decis.* 62. Vela *Dissert. 2. num. 67.* Carleval. *de judic. tit. 3. Disputat. 34. num. 22.* Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap. pr. glos. 6. cum plurib. seqq.* ubi plenè de materia societatis conjugalis, Gam. *decis. Lusit.* 220. 320. 357. & 358. Petr. Quæsad. & Pilo *controv. jur. cap. pr. per totum*, & alii citati à Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg. p. 5. verb. Societas, fol.* 628. Magon. *decis. Flor. 65. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 206. per totum, volum. pr.* ubi quæ inter eos ratione hujusmodi societatis sint communicanda, vel non, & *dec.* 209. *dec.* 211. & *dec.* 216. *vol. pr.* ubi qualiter communio detur inter conjuges, & quæ inter eos sint communicanda, & *decis. 51. num. 5. & seqq. vol. 3. & ad leg. municip. tit. 10. art. 4.* Olea *de cess. jur. tit. 4. quæst. 8. num. pr. & seqq.* ubi loquitur vigore consuetudinis, & legum municipalium dictam societatem inter conjuges inducentium, & an soluto matrimonio possit mulier sine cessione hæredum mariti agere ad medietates lucrorum; sed illa apud nos non servantur, vide *in §. Conjuges nu. 9.* & latè Zamor. *tract. de compensat. disp. 4 cap. 26. §. pr. per tot.* ubi qualiter attento jure Castellæ detur inter conjuges societas, vel communicatio lucri, ac quæstus, quid secùs sit de jure communi juxta veriorem opinionem, licèt nonnulli eam admittant, de qua materia plura remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vir, uxor. num. 30. et seqq.*

27 Societas inter dominum, & colonum partiarium dicitur contracta, maximè fructibus à solo separatis, & ideò inter illos datur actio pro socio, non locati, nec præscriptis verbis, aut alia, Felic. *de societ. cap. 9. num. 61.* Altimar. *loc. citat. n. 105.*

Ista tamen non dicitur propriè societas, & transit ad hæredes, Gratian. *discept. for. cap. 276. n. 60. etc.*

28 Societas ad quæstum contracta, licèt dicatur lucri, & quæstus, cum generi per speciem derogetur, non comprehendit lucra uni tantum obvenientia titulo lucrativo, etiam si obvenirent occasione societatis, nisi principaliter, & illius contemplatione obveniant, sed tantùm ea, quæ ex opera cujusque descendunt, vel ex solertia, & diligentia, negotio, super quo fuit limitatè contracta, Felic. *de societ. cap. 23. per tot.* vide *in §. Lucrum num.* Altimar. *loc. adduct. n. 221.*

Ex quibus inducatur, vel excludatur societas alicujus negociationis inter fratres, vide Rot. *part. 14. recent. decis. 56. per tot. supra nu. 4.* vide Bertachin. *vot. 30. et vot. 65. per totum.*

29 Societas cum pacto, quod capitale sit salvum, vel opera, non valet, sed transit in mutuum juxta Bullam Sixti V. de qua Gratian. *discept. forens. cap. 589. nu. 11.* Mantic. *de tacit. lib. 6. tit. 6.* Felic. *de societ. cap. 18. et 19.* Carleval. *de judic. lib. 3. Disput. 7. nu. 31. et seqq. fol. 101.* Less. *de just. et jur. lib. 2. cap. 25. dub. 3. per tot.* latè Grivel. *decis. Dolan. 38. per tot.* ubi post plura hinc inde concludit in contractu socidæ animalium, periculum capitalis commune esse inter dominum, & pastorem, vel socidam, ut etiam ego probavi in meis *resol. cap. 17. per tot.* ubi aliquo modo possit justificari hujusmodi pactum, vide Paul. Christin. *decis. Belgic. 207. per tot. vol. pr. et decis. 224. n. 15. etc. vol. 4.* ubi sequitur hanc partem, Borell. *cons. 5. n. pr. et seqq.* Vivi. *decis.* 180. Borgn. *dec. 13. n. 5. p. 2.* & alios, Ricc. *Collect.* 1688. Card. Millin. *d.* 156. ubi benè declarat, & Bich. *d. 191. n. 26.* ubi supponit nisi adsit justa recompensatio Conciol. *resol. crim. verb. Bulla resol. 7.* ubi quòd dicta Bulla comprehendit tantùm contractus de jure communi prohibitos, addendo novas pœnas, non autem eos, qui de jure communi sunt permissi vigore assecurationis, quidquid nonnulli contrarium sentiant, vide Scortiam *in select. Pontif. Constit. Epit. 142. Theorem* 364. 365. 366. 367. *et* 368. *fol. mihi* 533. *etc.* Rocc. *disputat.* 99. Actiol. *resol.* 98. Gobb. *consult. 32. n. 6.* Altimar. *loc. citat. n.* 396. Bertachin. *vot. 2. n. 2.*

An in societate possit fieri pactum, ut qui pecuniam confert, absque suo periculo rei, vel animæ aliquid lucrari certè valeat, latè Parlador. *rer. quotid. lib 2. cap. 2. per tot.* ubi pro negativa contra Navar. & alios, & videtur reprobare contractum, quem trinum alii communiter nuncupant ad salvandum contrahentes ab usuris, ut licèt possit fieri cum tribus personis, non tamen inter eosdem contrahentes, sed pro validitate, & justitia similis contractus etiam inter ipsos contrahentes multos allegat, & sequitur Anton. Gob. *Consult. 32. num. 6. et seqq.* Andreol. *controv.* 282. ubi de pecuniis datis mercatori ad negotiandum cum determinatione certi lucri, ut sit contractus validus, & licitus, ac debeatur interesse conventum, licèt mercator ex sua culpa non negotiaverit, ad tradita per Leotard. *de usur. quæst. 31. nu.* 52. ubi videas quid probandum, cum Molin. & aliis. Altimar. *dict. quæst. 25. n. 400.*

Quòd imò habet etiam in animalibus datis in socidam ad capitale salvum, vel saltem justificetur per viam tacitæ assecurationis, Michalor. *de fratr. part. 3. cap. ultimo*, dixi *in resolut. cap 17. per totum*, Conciol. *resolut. criminal. verb. Bulla resolut. 7. per totum*, vide *in §. Pactum numer.* 27. Paul. Christin. *d. decis. 207. num.* 12. Ricc. *Collect.* 1688. Garz. Cardin. Millin. *decis* 186. *et* 201. *per tot.* Bich. *decis. 191. num.* 26. ubi quòd merces tacitæ, vel expressæ assecurationis debet esse certa, alias usuraria esset conventio, per quam suscipienti periculum concederetur pars lucri quatenus certam summam excederet, secùs autem si non excedat, juxta Ruin. *cons. 102. per tot. lib. pr.* facit Rot. *part. 16. recent. decis.* 189. ubi sequitur Michalorum *loc. cit.* quòd animalia maximum reddere soleant fructum judicio peritorum æstimandum, adde Scortiam *loc. cit.* Costam *de ratione ratæ quæst. 118 per tot.* Albert. Alderis. *tract. de symbol. contract. tit. 3. cap. 3.* ubi pluta qualiter societas vulgaris sit symbola, vel similis cum societate animalium, quæ socida nuncupatur, & in quænam pacta in socidis animalium admittantur, & sint justa, & valida, vel non, Duard. *de Societat lib. 2. cap. 4. quæst. 3. num.* 27. De Luc. *de usur. disc. 2. et 40. Conflict. observat.* 162. Altimar. *loc. supra relat. n. 397.*

Socius ponens operas in societate, altero ponente 20
capitale, si capitale fortuito casu fuerit amissum, vel deterioratum, non tenetur ad aliquid *glos. in l. pr. C. pro socio*, Fachin. *controv. jur. lib. 2. cap. 95.* Mantic. *de tacit. lib. 6. tit. 6. nu. 21.* Felic. *de societ. cap. 18. per tot.* Oinot. *in §. De illa num. 6. Instit. de societ.* Less. *de Just. et Jure lib. 2. cap. 25. dub. 2. per tot.* Rocca *disput. 99. n. 20.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 25. n. 401. tom. 4.*

Contrarium autem pluribus aliis hinc inde relatis firmat Michalor. *de fratr. par. 3. cap. ult. num. 13. et per tot.* ubi respondet omnibus argumentis, & rationibus in contrarium facientibus, Hunnius *lib. 3. var. resol. tract. 7. part. 3. qu. pr.*

Quòd quando industria personæ correspondet pecuniæ, prout in dubio præsumitur, si finita societate nihil superlucratum fuerit, illa pecunia capitalis dividi debeat, ne ponens operas illas in totum amisisse dicatur, & ponens capitale nihil, Petr. de Ubald. *tract. de societ. part. 4. col. pr. vers. ex quo infertur*, Menoch. *de arbitr. cas. 125. num. 3.* ubi latè Card. Tusch. *litt. S. concl. 280. n. 25. et seqq. et concl. 295. per tot.* ubi quando socius teneatur ad casum fortuitum socii, vel non, Oinot. *in d. §. De illa num. 5.* ubi cum Bald. Castr. & aliis contrarium tenet, nempè totam pecuniam spectare ad illum, qui contulit, & si alter perdidit operas, ipse perdidit commodum pecuniæ, Duard. *de societat. lib. 2. cap. 4. quæst. 8.* Roccus *eodem tractat. num. 56.* Giballin. *de usur. cap. 6. art. 6. à num. 3.* Rocca Episc. *cap. 99. n. 24.* Altimar. *ubi supra n. 414.*

Quòd qui posuit pecuniam illam detrahat, & partem lucri consequatur in divisione, quia capitale, & ejus dominium non transfertur in socium, sed tantùm usus, Pract. Papp. *caus. societ. glos. ad dividendum num. 4.* Gratian. *discept. 360. num. 8. etc.* Oinot. *loc. cit. infra num. 40.* vide Fachin. *contr. lib. 2. cap. 94.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 207. nu. 8. etc. volum. pr.*

ubi

ubi videtur tranſire cum Ubald. & Menoch. ſupra cit. & deciſ. 51. num. 4. vol. 3. ubi concludit cum Fachin. loc. cit. quòd ſcilicet non videatur intentio ſociorum fuiſſe, ut pecuniæ proprietas ſit communicata, ſed tantùm illius uſus, & commoditas, Rot. part. 17. recent. deciſ. 238. ubi quòd capitale non communicatur ex pacto, nec de jure, ſed reperitur à ponente cum parte lucri, non autem cum fructibus etiam in pactum deductis, Vidman. de Contract. cap. 14. à num. 25. Vide Episc. Rocc. cap. 99. et cap. 100. libr. 2. Altimar. dict. n. 414.

Socius unus, ſi altero abſente vel diſſimulante totam domũ communẽ habitaverit, non tenetur ſolvere penſionẽ pro rata ſocii abſentis, vel diſſimulantis cum per eũ non ſteterit, quin etiã alter habitaret, & ideò cenſetur ſolum habitaſſe pro jure ſuo, Marant. in l. is poteſt n. 65. ff. de acquir. hæred. Bald. & Ang. in leg. duos fratres, ff. eod. Roman. conſ. 168. Alex. conſ. 44. lib. 3. Corn. conſ. 147. vol. 1. & conſ. 112. vol. 2. Peregr. dec. 153. n. 8. Mohed. dec. 13. de locat. et conduct. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 486. n. 37. Duen. reg. 295. limit. pr. per tot. ubi tenet idem quoad fundum communem ab uno tantùm ſeminatum Felic. de ſociet. cap. 28. n. 63. etc. ubi limitat niſi domus eſſet ſolita locari, Cavalet. dec. 532. n. 2. etc. ubi quando dicatur ſpoliare ſocium parte ſua, Michalor. de fratr. part. 3. cap. 36. n. 25. et cap. 35. et 37. ubi plura de habentibus prædium, domum, vel Caſtrum commune, Matth. Medic. dec. 98. per tot. cum Addit. Franch. dec. 160. per tot. Sperel. dec. 56. n. 23. etc. Pacion. de locat. et conduct. cap. 35. nu. 37. et ſeqq. ubi pluribus modis limitat, & declarat dictam principalem concluſionem, prout etiam Coſta de ratione ratæ quæſt. 55. per tot. Albert. Alderiſ. tract. de ſymb. contract. tit. 2. cap. 2. n. 5. et ſeqq. fol. 161. Vide Altimar. loc. cit. n. 231. Palm. conſult. 25. n. 23.

22 Socius in re communi, invito altero ſocio nihil facere poteſt, cùm inter eos ſit potior cauſa prohibentis, niſi diſponeret ad uſum deſtinatum, vel niſi eſſemus in fiſco, qui ex privilegio poteſt ratione partis diſponere de toto, Felic. de ſociet. cap. 28. per tot. latè Theſ. deciſ. 41. per tot. Altograd. conſ. 100. n. 35. etc. lib. 1. ubi quando poſſit aperire portam, vel feneſtram in muro communi, & ſimilia facere, Gratian. dec. 169. per tot. Sperel. deciſ. 36. per tot. ubi ponit regulam, ampliationes, & limitationes, vide in §. Sepultura num. §. Vicinus num. Ricc. Collect. 1158. Tuſch. litt. S, concluſ. 297. per tot. Paul. Chriſtin. dec. Belg. 210. per tot. vol. pr. ubi ſequitur Theſ. d. dec. 41 in omnibus, & per omnia, vide Scapp. & Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. loc. cit. Bunden. collect. 50. à num. 70. Altimar. loc. ſupra cit. a num. 233. Rocc de ſociet. mercat. not. 60. et ſeqq. n. 124. et ſeqq.

Quòd poſſit locare rem communem ſolitam tamen locari, aliàs ſecùs, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 752. n. 8. 10. etc. Menoch. de arbitr. caſ. 442. per tot. ubi an, & quando ſocius poſſit domum communem invito altero ſocio locare, & cui, & an, & quando ipſe ſit aliis præferendus, & ſeptem caſus benè diſtinguit, & declarat, vide Tuſch. litt. S, concl. 298. per tot. Paul Chriſtin. dec. 116. nu. 13. et ſeqq. vol. 3. vide Altimar. loc. ſupra adduct.

Quòd ſocius præferatur in venditione vel locatione rei communis, ſolito eodem pretio ab aliis oblato, Gratian diſcept. forenſ. cap. 526. n. 3. cap. 546. in princ. vide in §. Jus congrui n. Conciol. & Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 68. per tot. Altimar. loc. cit. n. 230. Ciroch. diſcept. 67. n. 85.

23 Socius quod poſſit locare rem communem, etiam pro portione ſocii ignorantis, eſt intelligendum concurrentibus copulativè his requiſitis, videlicet, ut locet rem tamquam communem, & communi nomine, non autem proprio, locatio ſit utilis, res ſit deſtinata, & conſueta locari, locatio ſequens ſit uniformis præcedenti, & præcedens duraverit ſaltem per decem annos, & hoc ut res poſſit dici ſolita locari, Ger. Spin. conſ. 36. n. 18. et ſeqq. per tot. vide in §. Locatio n. 3. Pacion. de locat. et conduct. cap. 9. per tot. Altimar. ubi ſupra n. 235.

Quòd ſocius non poſſit alienare rem communem non conſentiente conſocio, niſi in actu neceſſario, Merlin. dec. 639 n. 11. etc. vide in §. Frater n. 22. etc. Præſens tamen, & conſentiens dicitur ipſe vendere, Rot. part. 13. recent. dec. 377. n. 8. etc. vide Seſſe dec. 229. Altimar. ubi ſupra n. 236. et n. 237.

An, & quando ſocius, vel conſors poſſit, & quomodo, vel non, rem communem alienare, ſive aliter de illa diſponere, latè Hermoſil. ad leg. partit. tom. 2. leg. 55. gloſ. 1. & ſeqq. fol. 722. Bertachin. vot. 109. Altimar. ibid.

De ſocio autem expendente in refectione rei communis qualiter poſſit repetere, vel acquirere dominium ejuſdem rei, Conciol. & Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 69. per tot. & dixi in §. Expenſæ n. 9.

Poſſe ſocium in re communi jura dominii exercere, & rem communem locare jure proprio pro ſua portione, & uti procuratorem reſpectu portionis ſocii, maximè inter fratres, qui etiam jure familiaritatis habent liberam adminiſtrationem bonorum communium, firmat Rot part. 18. rec. dec. 620. n. 13. & ſeqq. Altimar. loc. ſupra relat. nu. 222.

Socius convertendo pecunias ſocietatis in uſus proprios, vel ad alium uſum quam deſtinatum, furtum committit Cabal. reſol. crim. caſ. 136. num. 2. etc. Gratian. diſcept. for. cap. 948. n. 48. cap. 625. num. 23. 24

Quòd habens rem communem, & illa utens, non præſumatur intervertere jus ſocii, ſed ſimpliciter uti jure ſuo, & ideò contra eum non detur actio furti, text. in l. merito, ff. pro ſocio, Duen. reg. 194. in princ. vide Sperel. dec. 24. n 53. etc. dixi in §. Furtum n.

Socius contrahens nomine proprio, etiam ad commodum ſocietatis ſolus obligatur ad favorem contrahentis cum illo, licèt per indirectum etiam alter ſocius non contrahens dicatur obligari, quia ex natura ſocietatis inter ſe ipſos ſocii obligantur, non autem extraneo contrahenti cum uno tantùm nomine proprio agente, ita ut nec ſocius, qui non contraxit poſſit agere ex hujuſmodi contractu nomine proprio ab alio celebrato, l. ſi ſocii ſumus, et l. jure ſocietatis, ff. pro ſocio, Felic. de ſociet. c. 30. n. 2. etc. Natt. conſ. 567. num. 1. etc. Michalor. de fratr. p. 2. c. 48. et ult. per tot. Tuſch. litt. S. concluſ. 299. vide Chriſtin. deciſ. Belg. 208. vol. 1. ubi quando ſocii communiter obligentur, & unus alterum obliget. 25

Intellige prædicta in ſocietate particulari, ſecus in univerſali, in qua ſocius contrahens etiam nomine proprio obligat conſocium in ſolidum, & cum hypotheca, Gratian. diſcept. for. cap. 725. nu. 4. c. 967. n. 35. Straban. de intereſſe lib. 2. tit. 8. quæſt. 2. de prædictis, latè Olea de ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 8. nu. 18. et ſeqq. ad 37. ubi an, & quando unus ſocius obligetur ex contractu alterius, vel ei quæratur actio, ut agere poſſit ſine ceſſione, Cabal. conſ. dec. 121. lib. 2. ubi quòd ſi plures ſint ſocietates diverſæ, una non trahitur ad aliam, nec lucrum, vel damnum unius alteri imputatur; imò neque eadem ſocietas tenetur ad debita ſocii in proprio, quia ſocius repræſentat duas perſonas, & in non pertinentibus ad ſocietatem habetur pro extraneo. Manſi. conſult. 193. à n. 21. lib. 1. Rocca diſp. 100. nu. 13. et 14. Vide Bertachin. vot. 65. n. 7. et 8.

Socius contrahens nomine proprio, ſi ſit tamquam inſtitor præpoſitus ſocietati expreſsè, vel tacitè obligat omnes conſocios, Felic. de ſociet. cap. 30. n. 15. etc. latè Michalor. de fratr. par 2. c. 48. nu. 13. etc. ubi ponit plura requiſita, ut quis dicatur Inſtitor, et n. 23. etc. an obliget illos in ſolidum, vel tantùm pro rata, de quo etiam Gratian. diſcept. for. cap. 279. per tot. cap. 725. n. 6. etc. cap. 967. n. 35. etc. deciſ. Pedemontan. 150. Magon. dec. Luc. 1. n. 24. etc. Gratian. deciſ. 178. per tot. Merlini deciſ. 606. num. 9. et ſeqq. et dec. 619. Rot. part. 10. recent. dec. 151. n. 1. et ſeqq. ubi quòd Inſtitor, vel complementarius obligat in ſolidum præponentes, Sanfelic. dec. 177. latè Rot. part. 15. recent. dec. 73. Fontanel. deciſ. 504. cum pluribus ſeqq. Hermoſil. ad leg. partit. tom. 1. tit. 1. leg. 7. gloſ. 1. etc. ubi ple- 26

nè

Digitized by Google

nè de materis exercitoriæ, & institoriæ actionis vide Scopp. ad Gratian. *d. dec.* 178. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *part.* 2. *quæst.* 25. *n.* 336. *tom.* 4.

Intellige dictam conclusionem si agatur de contractu, qui ad negotii, vel societatis causam omninò referri debeat: secus autem si agatur de actu indifferenti, qualis est mutuum, quod tàm ad negocium, quàm ad recipientis personam deservire potest, nam tunc nulla facta expressione, cujus nomine gestum fuerit, magis proprio quam alieno contractum fuisse præsumitur, & negocium, vel societas non obligatur, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 437. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 177. *nu.* 6. *etc.* ubi ut obligentur socii in solidum requiritur, quod pecunia recipiatur nomine pro negocio, in quo præpositus est recipiens, vel fuerit soluta pro extinguenda communi obligatione, quia tunc intrat utile negotium, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 64. *n.* 10. ubi ad hoc, ut institor obliget dominum plura copulativè requiruntur, nempè quòd pecuniam susceperit tanquam præpositus, declaraverit accepisse pro negocio, quòd tunc esset opportuna, & illam dans talem opportunitatem sciverit, recipientemque fuisse à tali domino præpositum, ut apparere dicatur de animo habendi obligatum præponentem, quod non fuerit accepta major quantitas, quam exigeret negotii necessitas, ac data fuerit in loco, in quo nausa propter quam adimpleri potuisset, alias præponens non remanet obligatus pro pecuniis ab institutore acceptis, Mansi. *consult.* 193. *n.* 14. 15. *et à n.* 20. Altimar. *loc. cit. n.* 337. Rot Lucens. *dec. unic.* post Urceol. *contr. n.* 33.

Quòd obliget consocios solum pro rata, quam habent in societate, nisi contrarium expressè appareat *d. dec. Pedemont.* 150. *nu.* 6. *etc.* cum aliis per Rot. *part.* 2. *diversi. dec.* 132. *n.* 5. 11. *et* 24. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 165. *num.* 8. *et seqq. vol.* 1. ubi tamen quòd qui contraxit tenetur in solidum, sicut etiam alii, qui administrant, & sic conclusio procedere potest solum quoad socios, qui non administrant, neque contrahunt, *et dec.* 208. *vol.* 1. *et dec.* 52. *vol.* 3. vide Merlin. *dec.* 606. *nu.* 9. *et seqq.* ubi benè declarat, *et. dec.* 619. Altim. *loc. cit. n.* 338.

Institoria tamen non probatur ex simplici confessione unius tantùm contra tertium, sed probari debet quod institor in tali negociatione publicè pro tali se gessit, Genu. *infra proximè cit. num.* 10. *et seqq.* Francisc. de Angelis *de confess. lib.* 2. *qu.* 62. *ubi citat meas resol. cap.* 37. *n.* 5. Altimar. *loc. supra adduc. n.* 339.

De hac materia Institoris, an, quando, & quomodo obliget alios præponentes, quis dicatur Institor, & alia notabilia, Genu. *de script. priv. lib.* 4. *tit. de lib. rat. Instit. per tot. fol.* 216. *& seqq. ad* 222. latè Tusch. *littera, I, concl.* 224. *per tot.* Paul. Christ. *dec. Belg.* 33. *per tot. vol* 3. Merlin. *d. dec.* 606. *per tot. & dec.* 619. Rot. *part.* 10. *recent dec.* 251. *n.* 1. *& seqq. par.* 15. *dec.* 73. *par.* 17. *dec.* 64. *per totum & part.* 18. *dec.* 146. *&* 187. latè eundem Fontanell. *decis.* 504. *& seqq.* Hermosill. *loc. supr. cit.* Ansald. *de Commerc. disc.* 45. *num.* 8. Altimar. *loc. supra cit.*

Quòd dominus obligetur ex facto Institoris, quem præposuit, Duran. *dec.* 368. *n.* 34. *&c.* vide *in §. Confessio n.* 29. *§. Dominus n.* 32. Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 73. *& par.* 17. *dec.* 64. *per tot.* Altimar. *ibidem* 341.

Quòd Institor non possit dominum absentem obligare ex causa fidejussionis, nisi concurrat scientia, & patientia, vel ratificatio ipsius domini, latè Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 132. *nu.* 9. *& seqq.* vide Tusch. *litt. S, conclus.* 301. *per tot.* ubi quando socius fidejubendo obliget socium, vel non, Merlin. *d. dec.* 606. *per tot. & dec.* 619. Altimar. *d. quæst.* 25. *n.* 342. *tom.* 4.

Quòd ubi officia sunt diversa unus officialis non possit alterum obligare, ut de Institore, & Campsorio, Duran. *d. dec.* 368. *n.* 36.

Item probata versione in utilitatem societatis contrahens cum uno tantùm ex sociis, etiam proprio nomine agente habet alios obligatos per actionem de in rem verso secundum veriorem opinionem, licet alii contrarii sentiant Grat. *discept. for. c.* 631. *n.* 6. *&c. & c.* 279. *n.* 15. *&c.* Staiban. *de Interes. lib.* 2. *tit.* 8. *q.* 2. *infra n.* 29. facit Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst.* 8. *n.* 32. ubi quòd quoties socius contrahit juxtà formam societatis, alter socius obligatur, etiam non probata versione, quæ solum est probanda à socio non contrahente si velit consocium ex suo contractu habere obligatum, non autem ab extraneo, Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 73. ubi quòd versio probatur eo ipso quòd appareret satisfactum causæ, in quam pecunia erat convertenda, & quoties concomitata est negotium, quod erat faciendum, juncta maximè temporis proximitate. Altimar. *loc. supra relat. n.* 280.

27 Socii in rebus socialibus per eos promiscuè gestis præsumuntur habere mandatum alter ab altero, adinvicemque videntur societati præpositi, ita ut in solidum obligentur, an in plures distinguatur is, qui cum uno intuitu societatis contraxit *leg. ne in plures, ubi gloss. & DD. ff. de exercit.* cum aliis per Duran. *dec.* 416. *n.* 2. Surd. *dec.* 213. Bich. *dec.* 224. *n.* 2. *&* 3. latè Tusch. *lit. S. concl.* 292. *per tot.* Ludovis. *dec.* 302. Paul. Christin. *dec.* 52. *vol.* 3. ubi quando unus obligetur ex contractu alterius, vel non, Merlin. *decis.* 606. *per tot. & decis.* 619. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 272. *nu.* 18. *&c.* ubi quod licet quoad creditores teneantur in solidum, secùs tamen est inter se, & quid si unus efficiatur decoctus. Brunnemann. *in d. leg. ne in plures ff. de exercit. act. & in l.* 2. *C. cod.*

Quod stante societate scribens litteras censeatur scripsisse nomine sociali, Duran. *d. dec.* 416. *n.* 21.

Si tamen societas erat finita non obligatur socius per contractum socii, & sibi imputet contrahens si non perquisivit conditionem, & qualitatem illius, cum quo contraxit, Castr. *in l.* 1. *§. non autem ff. de exercit. act.* Dec. & Cagnol. *in l. qui cum alio ff. de reg. jur.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 88. *num.* 4. vide *in §. Contractus n.* 17. *& n.* 46. Christin. *dict. dec.* 52. *n.* 2. *in fine vol.* 3. latè Rot. *par.* 10. *rec. decis.* 151. *n.* 4. *& seqq. per tot.* ubi declarat procedere, quando societas erat ab initio limitatè contracta, secùs autem si simpliciter sine aliqua temporis præfinitione, nam tunc etiam quoquomodo dissoluta, vel finita societate obligantur socii ex facto alterius, donec proclamare, & notificare fecerint omnibus dissolutionem, & finem societatis, atque Institoris revocationem, *infra num.* 41. De Luc. *de Camb. disc.* 25. *sub n.* 5.

Quòd singuli socii pro debitis societatis teneantur in solidum tam de jure, quàm ex statuto Curiæ Mercatorum Florentiæ *lib.* 2. *Rub.* 10. idque procedat non solum respectu sortis, & ratæ, quam unusquisque habet in societate, sed etiam respectu aliorum bonorum, quæ uniusquisque ex sociis habet extra societatem, quando omnes simul administrant, & in quibus casibus contraria procedant, plenè Ger. Spin. *cons.* 9. *&* 10. *per tot.* facit Surd. *dec.* 213. *per tot.* latè Christin. *decis. Belgic.* 165. *vol.* 1. ubi de pluribus sociis, quando possint in solidum conveniri, vel non, Merlin. *decis.* 606. *per tot. & dec.* 619. Rot. *par.* 13. *dec.* 320. *n.* 12. *&c.* Ludovis. *dec.* 302. Mans. *consult.* 193. *num.* 19. *&* 25. Cyriac. *contr.* 467. *& contr.* 477. Capyc. Latr. *contr.* 105. *nu.* 37. *&* 38. Altimar. *loc. cit. n.* 261.

Quòd si unus ex sociis solverit, possit pro rata agere contra alios consocios, ad quos negocium æqualiter spectat, & damnum debeat esse commune, & æquale inter illos, Ludovis. *decis.* 502. *per tot.* Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 168. ubi etiam quando præsumatur de proprio solvisse; vel de pecuniis societatis, & quæ actio inter eos competat.

Qualiter socius possit consocios obligare in solidum, in forma Cameræ, & cum omnibus aliis vinculis, & clausulis, Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst.* 8. *n.* 30. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 279. *nu.* 1. *&c.* Bich. *Collect.* 1376. *& Collect.* 1913. *&* 3600. quid verò stante decoctione, latè idem Grat. *cap.* 391. *n.* 33. *&c. infrà n.* 34.

Quòd plures socii unius negotiationis in diversis locis morantes censeantur ad invicem præpositi, & teneatur quilibet in solidum ex contractu alterius, intel-

Digitized by Google

intelligendo quando contrahunt nomine societatis durante societate, in cautam societatis, & pro rata quam unusquisque habet in societate, & extra hos casus unus non tenetur ex facto alterius, ut benè declarat Paul. Christin. *dec. 52. n. 2. &c. vol. 3.* ubi etiam quando dicantur ad invicem præpositi, licet in eodem loco negotiantes, vide Merlin. *dec. 606. per tot. & 619.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. par. 2. qu. 25. n. 267. tom. 4.*

28 Socius an possit sine mandato aliorum obligare fundacum, & merces communes ad favorem uxoris suæ, ita ut veniat admittenda in concursu creditorum fundaci, pulchrè Gratian. *disceptat. forens. cap. 964. per tot.* vide *in §. Uxor. n. 47.*

Quòd socius habens duas diversas societates reputetur duplex persona, & non detur compensatio de una ad aliam, Ludovis. cum Beltram. *dec. 366.* & dixi *in §. Compensatio num. 2. &c.* facit latè Cabal. *cons. dec. 121. per tot. lib. 2. supra nu. 34. in fine.* Vide Carol. Ant. De Luc. *de Pluralit. Homin. legal. cap. 72. n. 3.*

29 Socius quilibet tenetur ad solidationem computorum, & ante factam hujusmodi solidationem in nihilo potest ab alio socio conveniri, cùm sine illa non possit cognosci, an sit debitor, vel creditor, Rot. *in Noviss. part. 6. dec. 13. per tot.* Montan. *de tut. cap. 38. nu. 72.* Card. Tusch. *litt. S, concl. 303. & 304. per tot.* Bich. *dec. 226.* ubi tamen quòd executio debiti confessati, vel liquidati retardari nequit sub prætextu non redditæ rationis, vide *in §. Administrator n. 3. &c. §. Obligatio num. §. Tutela nu. supra n. 9. in fine*, Rot. *part 10. recent. dec. 66. nu. 15. & seqq.* ubi probat omnia prædicta, & quòd tamen socius etiam durante societate potest ad factum conveniri pro redditione rationis non ad effectum distrahendi societatem, sed videndi an rectè se gesserit, & gerat in administratione, vel si conferenda conferat, & lucrum communicandi, quia rationes inter socios possunt quandocumque revideri cessante calumnia, *& part. 13. dec. 534. per tot.* Cabal. *cons. 121. lib. 2.* Rot. *part. 15. rec. decis. 268. num. 16. & seqq.* ubi quòd procedit conclusio etiam si quis per alium administraverit, *& par. 18. dec. 343.* ubi quod inter socios non datur via executiva, maximè deficiente obligatione camerali, vel alia executiva, nec unus potest conveniri ad rationem reddendam, nisi ab aliis quoque reddatur, &c. Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 25. n. 537. tom. 4.* Rocc. Episc. *cap. 99. n. 23.*

Ubi semel reddiderit rationem sufficientem, bona fide, & sine fraude, & ista constet per publicum instrumentum, & confessionem partium, non potest iterùm compelli, nisi de manifesto errore doceatur, Menoch. *de arbitr. cas. 39. n. 37.* Munoz. *de ratiocin. cap. 41.* Montan. *d. cap. 38. num. 181. &c.* Bich. *dec. 326. nu. 4. &c.* Altimar. *d. quæst. 25. num. 138. tom. 4.*

Quòd si inter socios factæ fuerint duæ solidationes, vel saldi computorum concernentes diversa, & separata negotia, quantumvis ultima solidatio sit generalis non comprehendat præcedentem, nec illam innovet, & ex quibus arguatur diversitas, latè Bich. *decis. 177. & dec. 197. per tot.* in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio.

Quod socius teneatur exhibere libros tangentes negotia durante societate gesta, etiam illa finita, nec possit excusari, quando tenebatur illos habere, & custodire, nisi probetur amissio, & alia, Bich. *decis. 224. num. 11. & seqq.* Cabal. *cons. 121. & seqq. lib. 2.* Altimar. *loc. adduct. n. 139.*

Et non potest socius ad instantiam socii carcerari, cùm inter eos competat privilegium, ne conveniantur ultrà id, quod facere possint, quod procedit non tantùm in sociis omnium bonorum sed etiam in sociis particularibus, si occasione societatis inter eos nascatur obligatio, Allograd. *cons. 39. n. 4. &c. n. 14. lib. pr.* Scanarol. *de Visit. carcer. lib. 3. §. 7. cap. 5. n. 6. &c. fol. 494.* ubi tamen limitat, nisi promisissent integrè solvere, vel in forma Cameræ, vel si versentur in dolo, & aliis modis, vide *in §. Frater n.* Castagna *in tract. de benef. deducto ne ege. quæst. 23.* De Luc. *de Credit. disc. 161. a num. pr.*

De hac conclusione an, & quando socius gaudeat, vel non privilegio, ne conveniatur à socio ultrà id, quod facere possit, & sic an valeat ad instantiam socii carcerari, latè D. Gregor. Rossignol. *in Noviss. Prax. Theolog. leg. tract. de sociel. Prænot. 5. cum pluribus seqq. fol. 8. &c.* ac per totum dictum tractatum, in quo universas de societatibus controversias benè resolvit, Castagna. & De Luc. *loc. supra citat.*

Socius accipiens pecuniam pro suo particulari servitio, non acquirit ex illa quidquam societati; cum tamen facta sint potentiora verbis, si illam posuerit in communi negotio efficitur communis, ita ut probata hujusmodi versione creditor, qui pecuniam dedit, possit contra omnes agere, pulchrè Gratian. *disceptat. forens. cap. 632. per tot. supra n. 25. vers. Item proba a.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 25. n. 284. tom. 4.* 30

Quòd regulariter socius particularis non teneatur ad debita per socium contracta, & quando secus, latè Tuschus *litt. S, conclus. 296. per tot.*

Socius simplex, & non omnium bonorum aliquid communi nomine acquirens de pertinentibus ad societatem ipso jure efficitur commune, si verò sit quid extra societatem opus est ratificatione aliorum; sed si acquirat proprio nomine tenetur judicio societatis communicare si pertineat ad societatem, si verò est extra societatem, & de propriis pecuniis, vel etiam communibus non tenetur communicare, sed tantùm ad restitutionem pretii communis, Cravett. *consil. 13. num. 13.* Michalor. *de Fratr. part. 2. cap. 8. numer. 7. &c. numer. 25. &c.* vide *in §. Frater num.* Paul. Christin. *decis. 211. vol. 1.* Rot. *part. 9 r. c. decis. 227. num. 4. &c.* ubi tamen quòd in societate omnium bonorum; quidquid unus acquirit etiam nomine proprio, aliis communicare tenetur, & latiùs in eadem causa *d. par. 9. decis. 247. n. 1. & seqq.* Altimar. *dict. quæst. 25. sub n. 285. tom. 4.* 31

Quòd socius debeat laborare pro socio, & credita à debitore fallito exacta ipsi participare, Franch. *decis. 635.* ubi Addent. Altimar. *loc. cit. n. 287.*

Quòd socius emens communi nomine, in dubio præsumatur pretium de proprio solvisse, Boer. *decis. 23.* Cravett. *cons. 129.* Alex. *cons. 49 col. pen. vol. pr.* Paul. Christin. *decis Belg. 52. nu. pr. vol. 2.* ubi ampliat etiamsi sit socius omnium bonorum alicujus. Vide eumdem Altimar. *cit. quæst. 25. n. 283. tom. 4.*

Socius non potest alteri socio absenti stipulari, & acquirere, sed si fuerit stipulatus ratione juris non decrescendi sibi in totum acquirit *l. proprium ff. com. præd.* Felic. *de societ. cap. 30. num. 42.* Olea *de cess. jur. tit. 4. quæst. 9. per tot.* ubi an, & qualiter ex contractu procuratoris, vel institoris, sive obligatione inter alios ad nostrum commodum inita competat nobis actio sine cessione, vel sit necessaria cessio, vide *in §. Actio n. 21.* 32

Quòd non possit novare, vel facere pactum de non petendo in præjudicium consocii, Gratian. *discept. 401. num. 46. &c.* Altimar. *loc. supra adduct. n. 286.*

Socii plures in locando, vel conducendo an possint pro pensione agere, vel conveniri insolidum, sive pro rata, vide *in §. Conductor num. 37.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 547. num. 23. &c.* ubi etiam an socius assumptus in locum alterius habeatur pro socio, quoad omnes, vel tantùm respectu assumentis, & an requiratur consensus locatoris. 33

Quòd socius socii mei, non dicatur mihi socius, Card. Tusch. *litt. S, concl. 314.*

Socius tenetur versus socium de dolo, ita ut cùm sit contra societatis naturam, non possit remitti, etiam cum juramento, imò adversus socium dolosum datur etiam juramentum in litem, si jurans sit benè informatus, cum agatur de judicio bonæ fidei, Felic. *de societ. c. 20. per tot.* Tusch. *litt. S, conclus. 293. per tot.* Vide Duard. *de societat. libr. 2. cap. 5. quæst. 26. num. 13.* Onuat. *de Contract. disp. 99. sect. 4.* 34

Item tenetur etiam de lata, & levi culpa, quæ pariter non potest remitti, & interdum de levissima præter naturam societatis, ut quando fuit ita conventum, vel in rebus propriis erat diligentissimus, vel si

si susceperit custodiam rei, data sibi aliqua compensatione, Bart. *consil.* 193. Tusch. *d. conclus.* 293. Felic. *de societat. capit.* 21. Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 46. *&* 47. *per tot.* ubi in aliquibus discordat à Felicio, facit quod dixi *in §. Animalia n.* Oinot. & alii *in §. fin. Instit. de societ.* Alex. Trombett. *tract. de societ. c.* 4. *per tot.* Vide Duard. & Onnat. *locis citat.*

An teneatur de casu fortuito, Tusch. *litt. S, conclus.* 295. *per tot.* dixi *supra n.* 20.

Qualiter autem culpa socii possit probari, Felic. *d. c.* 21. *num.* 32. *&c.* cum aliis citatis. Quando socius dicatur culposus, & alia De Luc. *de Credit. disc.* 89. *a n.* 8. *& disc.* 62. *n.* 7.

Et qualiter possit excusari idem Felic. *cap.* 22. *per tot.* ubi quòd quælibet causa excusat, ut quando socius fecit ea, quæ solita, & consueta sunt, utitur ad usum destinatum, vel si propter suam impossibilitatem non potuit evadere, & alia, ut ibi per eum.

35 Socius, qui administravit societatem debet priùs conveniri, & excuti antequam ad alios deveniatur, *l. actione §. si communis, ff. pro socio*, Cravett. *cons.* 443. *numer.* 6. *lib.* 3. Felic. *de societ. cap.* 32. *numer.* 26. facit quod dixi *in §. Tutela num.* *supra num.* Altimar. *ubi supra n.* 276. *& n.* 277. Ansald. *de Commerc. & Mercat. disc.* 38. *n.* 11. *& disc.* 88. *n.* 4.

36 Socius imponens censum super re communi si portio sua non sit capax, an videatur pro fundo subjugare etiam partem alterius socii, qui non interfuit contractui, dixi *in §. Census num.* *§. Hypotheca nu.* *& §. Frater num.*

37 Socius itineris si aliquid inveniat in itinere non tenetur aliis communicare, Petr. De Ubald. *tract. de fratr. par.* 5. *n.* 9. Felic. *de societ. cap.* 12. *n.* 25.

An autem probet pro socio, vide D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 146. *&* 147. *fol.* 230. *infrà num.* 55. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 27. *&* 28.

38 Socius, qui, aliis discordantibus ubi vendi debeant merces, illas transportavit Venetias, vel alibi, facit suo periculo tantùm, & tenetur cæteris ad interesse, quod provenire potuisset, si in regione sua venditæ fuissent, non autem tenetur communicare lucrum Venetiis factum, Felic. *de societ. cap.* 16. *num.* 7. facit Gratian. *discept. forens. cap.* 243. *n.* 44. Oinot. & alii *in §. Illud expeditum Institut. de societ.*

39 Socius unus, qui cum altero convenit, aut ponat verbi gratia in societate tria millia, & ipse operam, cum pacto, quòd duæ partes lucri pertineant ad ponentem capitale, & tertia ad ponentem operam, potest agere ad interesse contra dictum promittentem ponere tria millia, si mille tantùm posuit, quia non ob id cessat pactum circa divisionem lucri, Felic. *de societ. cap.* 15. *num.* 81. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 125. *num.* 4.

40 Socius videns consocium ponere res malas in societate debet protestare, & contradicere, alias tacendo videtur illas tamquam bonas approbare, Afflict. *decis.* 58. *num.* 2. Felic. *d. cap.* 15. *num.* 85.

41 Socii qualiter inter se dividere debeant lucrum, & damnum, dic quòd si nihil inter eos est conventum circa hujusmodi divisionem, partes debent esse æquales cæteris paribus, vel æquales respectivè, ad id, quod unusquisque contulit in societate, nam qui plus contulit, plus pro rata consequi debet, & qui minus contulit, minus participat, cùm partes dicantur æquales respectu sortis; si verò fuit conventum, regulariter debet servari pactum, & conventio facta de lucro intelligitur etiam de damno, vel è contra, Oinot. & alii *in §. de illa Instit. de societ.* Gayl. *lib.* 2. *observ.* 34. Menoch. *de arbitr. cas.* 125. *per tot.* Gratian. *disceptat.* 622. *per tot. &* 768. *num.* 5. *&c.* vide *in §. Pactum nu.* *suprà nu.* 20. Tusch. *litter. S, conclus.* 285. *per tot* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 484. ubi etiam qualiter creditores unius ex sociis nullum jus habeant in portionem alterius socii, nec possint plus prætendere, quam illud capitale, quod suus debitor ab initio posuit in societate, &c. *part.* 19. *decis.* 91. *in eadem causa*, ubi quòd sicuti non permittitur socio post obligatum negotium suis creditoribus, illis præjudicare per assumptionem novi socii, ita nec justitia patitur, quòd ex novis mercibus ære proprio à novo socio emptis, & in societatem collatis, dicti creditores cum illius jactura locupletentur, & ideò novum socium pro mercibus suis in negotium immissis, cæteris præferendum esse resolvitur, *& decis.* 175. *per tot. in eadem causa d. part.* 19. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 25. *n.* 254. *tom.* 4. Cratlin. *contr.* 232. Andreol. *contr.* 282. *a n.* 1. *& contr.* 83. Ansald. *dec.* 53. *n.* 28. Rocc. Episc. *cap.* 99. Rossignuol. *de societ. prænot.* 15. *& seqq. fol.* 33.

Societas finitur pluribus modis. Primò morte naturali, vel civili unius ex sociis, etiam inter superstites, & quamvis esset contracta in solidum, & cum juramento, ita ut si continuetur inter superstites, dicatur nova societas, quia in societate censetur electa industria personæ, ideò non transit ad hæredes, & si transiret, tolleret liberam testandi facultatem, nec per pactum etiam juratum potest ad hæredes transire, nisi esset societas rerum publicarum, Capyc. *decis.* 174. *per tot.* Felic. *de societ. cap.* 32. Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 40. Gratian. *discept. forens. cap.* 72. *num.* 14. *cap.* 276. *per tot. cap.* 547. *num.* 36. *&c. cap.* 852. *num. pr. &c.* Magon. *decis. Flor.* 1. *in princip. & per tot.* Sperel. *decis.* 92. *nu.* 2. *& seqq. num.* 57. *&* 58. Oinot. *in §. Solvitur, Instit. de societ.* ubi videtur etiam limitare si mors ab aliis ignoretur, vel si fuerit expresse contracta pro se, & hæredibus cum juramento, vel si cautum sit ut uno decedente durare debeat inter superstites, ac emolumentum omne, & damnum societatis, actionemque pro socio ad hæredes transire, juxta *text. in l. verum* 63. *§. in hæredem* 8. *ff. eod.* vide Card. Tusch. *litter. S, conclus.* 306. *num. pr. & seqq. ad* 22. Ricc. *Collect.* 98. latè Pacion. *de locat. cap.* 61. *num.* 7. *& seqq. ad* 38. ubi quid si cum societate sit unita locatio, & conductio, quæ de sui natura transit ad hæredes, an tunc duret etiam societas, vel cum ea finiatur locatio, facit quod dixi *in §. Conductio num.* 49. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 91. *num.* 37. *&c.* ubi quòd licèt dissolvatur per mortem unius, tamen volentibus partibus potest continuari etiam cum pupillis, *et part.* 13. *decis.* 23. *et* 533. ubi de manutentione hæredis ex actis possessoriis ab ipso hærede post mortem factis, & maximè ubi industria personæ defuncti non fuit à sociis electa, Rot *part.* 14. *decis.* 4. *per tot.* ubi quòd solvitur morte unius, nec potest transire ad hæredes ex pacto, etiam jurato juxta veriorem opinionem, nisi agatur de societate privilegiata vectigalium, ut supra, ex pacto tamen potest inter superstites durare; de qua materia plenè Rot. per Farinac. *part.* 1. *tom.* 2. *decis.* 279. *per tot.* ubi quòd etiam finita societate per mortem unius ex sociis in conductione vectigalium, tamen omne emolumentum, & damnum, transit ad hæredes mortui pro toto tempore conductionis, etiamsi hæres solus posteà reconduxerit à Principe, quia non potest aliis præjudicare, ut ibidem benè declarat. Ac ferè idem esse in aliis sociis, quia negotia cœpta à defuncto transeunt ad hæredes, *qui* licèt non sint socii, sunt tamen successores commodi, & incommodi in iis rebus, quæ erant communes durante societate, sive contingat ante, sive post mortem socii, nam mors non distrahit commercia præterita, benè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 269. *num.* 26. *& seqq.* & facit *part.* 17. *decis.* 169. *num.* 42. *& seqq. infra num.* 44. *& part.* 18. *decis.* 212. ubi de jussu testatoris, *& decis.* 303. Plura cumulat Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 25. *à n.* 307. *tom.* 4. Card. De Luc. *de socie. Offic. disc.* 61. *de Regal. disc.* 90. *n.* 5. Roccus *de Societat. Mercat. notab.* 90. Ansald. *de Commer. & Mercat. disc.* 81. Gobb. *consult.* 32. *n.* 18. *& consult.* 33. *n.* 11. *& consult.* 134. *n.* 33. Rossignol. *de societ. fol.* 82. *&* 140. 42

An autem jus societatis possit alteri extraneo cedi, & admissa cessione, an societas duret tantùm per vitam cedentis, vel cessionarii, Olea *de cess. jur. tit.* 9. *quæst* 5. *per tot.* ubi quòd non potest cedi, neque ex donatione, venditione, aliove titulo transferri invitis aliis sociis, quia in societate eligitur industria personæ; illis autem consentientibus sustinetur cessio tamquam nova conventio, & extinguitur per

mor-

mortem cedentis secundum opinionem Farin. *cons. crimin.* 55. *num.* 91. licèt verior sit contraria opinio, extingui per mortem cessionarii, & non cedentis cùm sit nova conventio, & cedens non sit amplius socius, & alia quando societas solvatur morte, vel non. Vide de Luc. ad De Franc *dec.* 249. *num.* 3.

Secundò finitur voluntariè per expressam renunciationem factam aliis sociis præsentibus, & intelligentibus sine dolo, tempestivè, & finito tempore quando esset ad certum tempus contracta; vel etiam tacitè quando fuit lapsum tempus præfixum, vel per actus societati contrarios, non tamen solvitur inter omnes, si unus tantùm velit agnoscere partem suam, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 36. *per tot.* Felic. *de societ. cap.* 35. *num.* 4. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1310. Grat. *discept. forens. cap.* 697. *num. pr. &c.* Oinot. *in §. Manet autem*, *Instit. de societ*, Tusch. *d. concl.* 306. *nu.* 21. *&c.* Merlin. *decis.* 251. facit quod dixi *in §. Contractus num.* 50. Rot. *part.* 55. *recent. decis.* 233. *& par.* 16. *decis.* 372. ubi qualiter socius, qui intempestivè societatem soluit, socium à se liberet, non autem ipse à socio liberetur, ac ideò à die dissolutionis omne damnum patiatur, licet lucrum remaneat commune, & alia ad rem. Vidman. *de contract cap.* 14. *à n.* 51. Duard. *de societ. libr.* 3. *cap.* 5. *quæst. unic.* Altimar. *loc. supra cit. a n.* 558. *&* 603. Rosignuol. *de societat. fol.* 143.

Posset tamen etiam ante tempus dissolvi ob nimiam socii sævitiam arbitrio judicis æstimandam, Menoch. *de arbitr. cas.* 138. *n.* 8. Oinot. *loc. cit. nu.* 2. *in fine*.

Tertiò finitur societas peremptione, uti interitu rei, super qua fuerat contracta, non autem ex sola diminutione; sicut etiam finitur finito negotio, vel publicatis bonis, vel si socius fuerit bannitus, vel decoxerit cum cessione bonorum, vel declaratione quòd sint falliti, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 38. Felic. *de societ. cap.* 34 *num.* 1. *&c.* Oinot. *in §. Solvitur num.* 3. *&c. Institut. de societ.* Tusch. *d. conclus.* 306. *per tot.* ubi plura Pract. Papp. *caus. societ. gloss. ad dividendum num.* 3. ubi quòd deperdita pecunia, quam unus posuit, altero ponente operas, dicitur interitu rei finita societas, nec est subroganda alia tantumdem pecunia de communi, vel ab eo, qui priùs posuerat. Onoat. *De Contract. disp.* 100. *sect.* 1. *num.* 19. Altimar. *loc. cit. a n.* 591. *&* 610. Cyriac. *contr.* 357. Micha. de Loy. *de Contract. tit. de Societ. tit. ultim. n.* 4.

Quòd finiatur societas per decoctionem cum cessione bonorum unius ex sociis habentis interesse in aliqua apotheca, cujus tamen socii non tenentur concurrere cum aliis creditoribus decocti, sed fit divisio, unusquisque accipit suam partem solutis omnibus debitis illius apothecæ, & pars contingens decocto spectat ad illius creditores, ita ut in illa possit dari compensatio, ut declarat Magon. *decis. Luc.* 1. *n.* 32. *&c.* dixi *in resolut. cap.* vide *in §. Compensatio num. & §. Mercator num.* Felic. *de societ. cap.* 34. *num.* 36. *et seqq.* Cavaler. *decis.* 653. *num.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 523. *num.* 6. *et seqq.* ubi qualiter sit concludenter probanda decoctio. Onoat. *de societat. disp.* 106. *sect.* 1. *n.* 20. Rossignuol. *de societ. fol.* 143. Altimar. *loc. adduct. n.* 598. De Luc. ad De Franch *decis.* 249. *n.* 1.

Quòd imò sola decoctione unius ex sociis non solvatur societas, Cabal. *resol. crimin. cas.* 105. *num.* 25. intellige ubi non subsequitur cessio bonorum, & vide Franch. *decis.* 249. ubi quòd etiam finita societate debetur lucrum præparatum hæredibus socii. vide Gob. *consult.* 33. *n.* 20. Altimar. *ubi supra n.* 599.

Qualiter etiam dissolvatur societas per epistolam circularem ab uno ex sociis mercatoribus conscriptam; illam tamen dissolvens intempestivè, & ante tempus finitum, socium quidem à se reddit immunem, non autem se ipsum à socio, ita ut damnum successivè contingens dissolventis solummodò periculo cedat, *l. actione* 66. *§. diximus ff. pro socio*, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 36. *num.* 16. *et* 38. cum aliis per Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 123. *per tot.* ubi de societate frumenti, quæ ante illius distractionem dissolvi nequit, ut tradit Decian. *cons.* 96. *num.* 41. *et lib.* 2. adde Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 233. *per tot. et part.* 19. *dec.* 93. *per tot.* ubi quid si epistola circularis contineat tantum mutationem ministri, vel sit conditionalis non operatur finem societatis. Vide Altimar. *loc. cit. n.* 385. *et n.* 612.

An autem finita societate sit necesse finem, & dissolutionem publicare, ne amplius unus teneatur ex facto alterius, dic quòd si ab initio fuit limitatè contracta omnibus scientibus, transacto tempore non est opus alia notificatione; secùs verò si simpliciter fuerit contracta, nam quoquo modo dissolvatur debet notificari dissolutio, aliàs notificatione non facta obligantur, ut latè probat Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 551. *per tot.* vide suprà num. 26. Altimar. *loc. cit. n.* 576. Roccus *de Societ. not.* 70. *n n.* 146. De Luc. *de Credit. disc.* 75. *n.* 9. *disc.* 160. *n.* 3. *de Regal. disc.* 23. *n.* 14. De Marin. & Carol. Ant. De Luc. *libr.* 2. *resol.* 207.

An societas officii in totum dissolvatur per receptionem partis sortis principalis, Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. Pacif. de Salvian. *inspect.* 4. *c.* 1. *nu.* 75. Felic. *de societ. c.* 34. *n.* 44. Merlin. *dec.* 69. *per tot. et dec.* 290. ubi an per obitum, *et decis.* 298. De Luc. *de Cambiis disc.* 19. *ex n.* 2. *De Societ. disc.* 12. *n.* 30.

Quæ requirantur in societate officii, ut validè dicatur inita, Merlin. *decis.* 204. *per tot. et decis.* 259. *per tot. decis.* 306. & alia de hac materia Rot. *part. part.* 11. *recent. decis.* 289. *per tot. decis.* 343. vide *in §. Officia*, Ludovis. *dec.* 167. Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 451. ubi quòd societas officii contrahi potest sine numeratione pecuniæ, etiam ex credito, vel ex fructibus debitis, & non solutis, & alia, Rot. *d. part.* 18. *decis.* 548. *per tot.* ubi an, & quomodo possit contrahi à filio familias. vide De Luc. *de Societ. disc.* 12. Rocc. Episc. *cap.* 157. *n.* 15. *libr.* 1.

Qua autem forma, & quibus servatis sit facienda disdicta societatis officii, Rot. *d part.* 18. *dec.* 588. *per tot.* vide De Luc. *De Societ. disc.* 12. *et* 13. De Societate Officii vide infra *in noviss. addit.* Crescin.

Societatis in divisione habenda est ratio aviamensi 43
apothecæ, quod æstimari debet certo pretio arbitrio Judicis, vel periti, sicut etiam signum mercatoris, Grat. *discept. for. c.* 547. *n.* 17. *&c.*

Societatis divisio, licèt non præsumatur, tamen 44
secus est ubi longo tempore fratres separatim habitarunt, possidendo singuli partem suam, onera, & emolumenta, pro ea parte tantùm subeundo, nisi partes essent multum inæquales, vel quando cœperunt separatim negotiari, sive bona in catastro separatim describere, Men. *lib.* 3. *præsumpt.* 60. *per tot.* vide in *§. Divisio nu.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *qu.* 25. *nu.* 616. *tom.* 4. Ansald. *de Commerc. & Mercat. disc.* 53. *n.* 12. Gratian. *cons.* 26. *a n.* 13. *cum seqq.*

Societas postquam fuerit finita, potest iterum re- 45
novari expressè, & tacitè per novos actus sociales, qui sufficiant ad illam de novo inducendam, ut si capitale adhuc remaneret in communi, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 41. 42. *&c. per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 57. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 336. *per tot. cap.* 697. *num.* 52. *&c.* Tusch. *litt. S. concl.* 308. Merlin. *decis.* 251. Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1310. ubi quomodo societas finita, ac renovata probetur, Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 169. *nu.* 31. *et seq.* ubi quando dicatur eadem societas continuata, vel renovata, ex quibus cognoscatur, & quid importet, dixi in *§. Bona nu.* 33. *cum Addit.* Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap.* 336. Altimar. *dict. quæst.* 25 *n.* 613. *tom.* 4.

Quando autem non præsumatur renovata, idem Michalor. *loc. cit. c.* 44. *per tot.* & ex quibus arguatur renovatio, & diversitas societatis, ita non dicatur eadem, sed diversa societas, etiam si testator jusserit illam continuari, Rot. *d. p.* 17. *dec.* 169. *n.* 33. *& seqq.*

Socius etiam finita societate potest sociali nomi- 46
ne agere pro consummatione inchoatorum pendente societate, *l. nam & servus §. Si vivo ff. de negot. gest.* l. *Titium §. Alterum de admin. tut.* Intelligendo de iis, quæ ita sunt connexa, ut posterior actus alteri priori cohæreat, aliàs secus, nam finita societate, cessat inter socios mandatum, cujus vigore illa durante,

ranta, poterat unus agere in solidum contra debitores societatis, quod facere nō potest, nisi pro parte sua, illa finita Magon. *decis. Flor.* 57. *nu.* 12. *et num.* 39. *& seqq.* vide in *§. Solutio n.* 32. Idem Altimar. *dict. quæst.* 25. *n.* 619. *tom.* 4.

Quòd etiam societate dissoluta, remanentia credita ab uno ex sociis exacta, debeant aliis communicari, an unus possit insolidum exigere, vel pro sua rata tantùm, & alia, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 221. *per tot.* Bich. *decis.* 224. ubi de solidatione computorum facta ab uno ex sociis post dissolutam societatem quando afficiat, & obliget alios socios, vel non. Altimar. *præallegat. quæst.* 25. *n.* 620. *tom.* 4.

47 Societas in re turpi, & fœda contrahi, nec consistere potest, ideò non valet inter latrones, neque inter usurarios, & generaliter in omnibus malè acquisitis non subsistit, nec actionem producit, etiam si esset generalis omnium bonorum, *l. quod autem ff. pro socio*, Bald. *cons* 68. *in fine lib.* 2. Roman. *cons.* 106. *et* 168. cum aliis Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 309. *per tot.* Staiban. *de Intercess. lib.* 2. *tit.* 8. *quæst. pr. nu.* 3. Leotard. *de usur. quæst.* 77. *n.* 35. Onnat. *de Societat. sect.* 3. *num.* 48. *& disput.* 99. *sect.* 3. *num.* 31. Michal. *de Fratr. libr.* 2. *cap.* 27. *n.* 2. Altimar. *loc. cit.* n. 16.

An autem, & quomodo teneatur socius civiliter ex delicto socii, & possit conveniri non conuenuto delinquente; debeat tamen conservari indemnis tamquam fidejussor ab ipso delinquente, idem Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 294. *per tot.* ubi etiam quòd si socius capiatur à latronibus, vel condemnetur ob delictum occasione societatis, tenentur alii contribuite, nisi ipsius culpa tantum procedat, Bald. *cons.* 412. *lib.* 3. Regulariter autem socius delinquens debet solvere de proprio, etiam si deliquerit pro utilitate societatis, quia ad hoc non habet mandatum, Ang. Aret. *cons.* 105. cum aliis per Tusch. *loc. cit.* Leoncill. *dec. Ferr.* 40. *num.* 6. vide in *§. Tutela num.* 55. *§. Promissio num.* 7. *& §. Delinquens num.* 9. *& §. Homicidium nu.* 10. *in fine*.

Quando socius teneatur ad casum fortuitum socii, vel ad debita, sive non, idem Tusch. *conclus.* 295. *&* 296. *per tot.*

Si plures cooperentur ad idem damnum, vel furtum sive aliud delictum, & unus solverit totum, an possit ab aliis accipere recompensam, & alia plura ad rem, Zamaron. *tract. de compens. disp.* 5. *c.* 16. *per tot.*

48 Socius criminis de se confessus, vel legitimè convictus regulariter non potest interrogari de sociis, exceptis quibusdam casibus, ut in crimine læsæ majestatis divinæ, & humanæ conspirationis, sacrilegii, simoniæ, assassinii, maleficii, falsæ monetæ, lenocinii, partus suppositi, testis corrupti, & in similibus, quæ sine sociis committi non solent, intelligendo semper dummodò aliquæ extent præsumptiones, vel indicia, & interrogatio sit generalis, non autem suggestiva, nec particularis, nisi adesset præsumptio contra certam personam, Boss. *de indic.* num. 144. *&c.* Clar. §. *fin. quæst.* 21. *num.* 4. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *nu.* 15. *&c. ad* 41. Sanfelic. *decis.* 382. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 315. *nu. pr. & seqq.* Conciol. *resol. crimin. verb. reus resol.* 20. *per tot.* ubi etiam quid servetur de consuetudine, Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *q.* 15. idem Conciol. *verb. Socius res. pr. per tot.* Farinac. *quæst.* 43. *per tot.* Guaz. *deff.* 30. *c.* 32. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 1311. *per tot.* Alvarez de Velasch. *tract. de judic. perfect. rubr.* 14. *annot.* 45. *n.* 68. *& seqq.* ubi quando possit interrogari, & respondere teneatur, vel non sub pœna peccati mortalis, & restitutionis damnorum, tam quoad eum, quàm quoad Judicem interrogantem indebitè, vel omittentem, quid in aliis testibus, & alia de quibus dixi in *compendio de qualit. judic. perfect. c.* 19. *vers. Judex etiam & seqq. n.* 83. *&c. &* in §. *Confessio n.* 53. vide Larream *allegat.* 66. *à n.* 18. Bellegrand. in *compend. rer. crimin. method. tract.* 3. *quæst.* 24.

49 Socius criminis, ut aliquam fidem faciat contra socium plura requiruntur; primò, quòd nominatio fiat in tortura; secundo, quòd fuerit in genere interrogatus, aliàs esset suggestio; tertiò quòd aliàs sit bonæ conditionis, famæ, & non inimicus nominati, quartò, quòd ad Judicis interrogationem, & non ultroneè sua spontè nominaverit secundum aliquos; quintò, quòd dicat verisimilia; sextò, quòd deponat medio juramento, vel juxta fori praxim, lato Menoch. *de arbitr. d. cas.* 474. *nu.* 50. *& seqq. ad* 64. ubi etiam an requiratur quòd veritas aliter probari non possit, & *num.* 68. quòd ita interpretari debet statutum permittens interrogare de sociis, ut ita demum procedat, si dicta requisita concurrant, operari tamen, ut sit licita interrogatio etiam in casibus aliàs à jure communi non permissis, ut aliquid ultra jus commune operetur, vide Tusch. Farinac. *& alios supracitatos*, Carthar. *de interrog. rei lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 85. *& seqq.* ubi quòd quidquid sit de jure, hodie ex consuetudine interrogantur rei in omni casu, hancque consuetudinem ferè ubique extare, (de qua ego nihil audeo firmare) idemque asserit stante statuto, de quo supra, sequitur Addit. Sanfalic. *decis.* 382. Conciol. *resolut. crimin. verb. Socius ejus resolut.* 2. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1311. Caren. *de Offic. S. Inquisi. part.* 3. *tit.* 10. *§.* 8. ubi plura de dicto socio criminis quando afficiat, vel non socios nominatos. Bellegrand. *loc. cit. quæst.* 25.

Socius criminis, ut faciat indicium, vel probationem (juxta inferiùs dicenda) contra socium debet prius esse quoad se confessus, vel legitimè convictus, & antea etiam non solent interrogari per ea, quæ dixi in §. *Confessio n.* 53. *&c.* §. *Mandatum n.* *& in Pract.* §. *Sicarii n.* 15. Tusch. *litt. S. concl.* 315. *num.* 20. Clar. *quæst.* 64 *num.* 45. Gramar. *decis.* 34. *num.* 33. *&c.* 50

Nam si quis socius deponat contra socium spe impunitatis, sive spontè se offerat, sive invitus, à fisco oblata impunitate, non probat, cùm dicatur corruptus ex dicta promissione, ita ut juncto hoc defectu cum alio resultante ex societate in crimine perpetrato, nullam fidem, nec probationem faciat, Farinac. *quæst.* 43. *num.* 192. Cyriac. *contr.* 488. *num.* 67. *&c.* Caren. *de Offic. Sacr. Inquisit. part.* 3. *tit.* 10. *de indit. & tort. art.* 8. *num.* 55. Conciol. *verb. Socius resol.* 2. *num.* 18. *& verb. Testium Miscellanea resolut.* 4. ubi idem in aliis testibus, Baron. *de citat. tom.* 2. *sing.* 42. *num.* 6. Bardellon. *cons.* 74. *num.* 12. *lib. pr.* Anton. de Ballis *tract. variar. lib. pr. quæst.* 26. n. 62. *& seqq.* ubi plura de socio criminis deponente cum impunitate, vel præmio, an & quando probet, vel non; quid si fuerit dispensatus à Principe, ut admittatur non obstante infamia, quod Princeps facere potest; an hoc expediat justitiæ, & alia ad rem vide in *§. Testis num.* 87.

Quòd quidquid sit de jure, omnes testes etiam socii criminis de consuetudine admittantur cum tortura, etiam si mille paterentur defectus, (quod est magnum verbum) alias rarò dictum socii criminis indicium faceret, cum via reperiantur socii criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, & sic delicta remanerent impunita, dummodò quando sunt magis infames, majori efficiantur tortura, Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 24. *num.* 128. *in fine*, & dixi ego in *§. Tortura num.* 14. *in fine*, sequitur Ricc. *decis.* 149. *part.* 3. Farinac. *quæst.* 43. *nu.* 184. *versic. nisi forsan*, D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 106. *fol.* 222. Hieron. Ca a *tract. de Præmin. M. C. V. cap.* 42. n. 11. Vide Pellegrin. *in Prax. Vic. part.* 4. *sect.* 5. *n.* 65. vide Bellegrand. *q.* 23. *et seqq.*

An autem socius aggratiatus de delicto possit de sociis, & complicibus interrogari, dic quòd non, quando agitur de socio simpliciter aggratiato; secus autem in eo, qui sub spe impunitatis fateretur delictum, nam hujusmodi impunitus non dicitur propriè aggratiatus, neque restitutus, sed dispensatus, ac ideò non solùm interrogari potest de sociis, & complicibus, imò debet, ac ulterius torqueri ad purgandam maculam, & ad afficiendos socios nominatos, ad tradita per Franch. *decis.* 459. Cabal. *resol. crimin. cas.* 29. Zuff. *de legitim process. lib.* 1. *q.* 67. *per tot. Infr. nu.* 50. *vers. Quod verum est*.

Socius criminis, ut aliquod faciat indicium contra socium nominatum, ultrà juramentum debet leviter torqueri ad purgandam maculam infamiæ resultantem ex eo, quod & ipse idem delictum commiserit, licèt non sit necesse quòd posteà extra torturam ratificet id, quod in illa deposuit, Clar. *§. fin. quæst.* 51

21. versic. quæro numquid, Cabal. resol. crimin. cas. 185. num. 5. cas. 29. in fine, & cas. 33. Farinac. qu. 43. num. 134. & seqq. & quæst. 44. cons. 156. num. 49. Peguer. decis. 76. num. 3. Sperel. decis. 38. num. 9. Danz. de pugna Doct. part. 3. tit. de delict. carn. cap. pr. num. 38. Ciaz. disceptat. pr. num. 100. Conciol. verb. Socius resol. 2. num. 25. Guaz. def. 4. cap. 6. nu. 24. &c. Dian. part. 4. tract. 6. resol. 10. et 11. per tot. Sanfelic. decis. 238. num. 2. ubi quòd de jure, licèt nominatio sociorum sit facta in tortura, tamen post ratificationem debet convalidari cum nova levi tortura ad purgandam maculam (& ita servatur Florentiæ) quamvis secundum praxim Magnæ Curiæ non sit necessaria alia tortura, sed prima sufficiat Addit. ad Sanfelic. decis. 382. ubi quòd nominatio, licèt facta in tortura debet repeti in alia speciali tortura, ac idem asserit Hieron. Cala tract. de Præemin. M. C. V. cap. 42. num. 15. Carena de offic. S. Inquisit. part. 3. tit. 10. §. 8. vide Bellegrand. d. quæst. 23. et seqq.

Quòd verum est, ut possit torqueri, licèt tanquam manifestator delicti occulti obtinuerit immunitatem, & veniam pro se à Principe, Franch. decis. 459. Anton. de Ballis tract. var. lib 1. quæst. 26. num. 90. Pegner. decis. 16. num. 5. Cabal. resolut. crimin. cas. 29. per tot. imò isto casu judicio meo esset aliquantò acrius torquendus, quàm simplex socius, cùm duplicem patiatur defectum ut dixi supra num. 49. Et quanta debeat esse tortura ad purgandam maculam, vide in §. Tortura n. 14. Sententias contrarias adducit Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. decis. 459. ubi distinctionis ope conciliat.

Debet tamen omni casu si fieri possit, prius socius confrontari cum nominato sine tortura, tunc demùm torqueri ad purgandam maculam, si reus nominatus in negativa persistat, nam si fatetur delictum, non est opus torquere socium, Scacc. de judic. lib. pr. cap. 86. num. 56. & seqq. ubi etiam quòd debet in faciem rei negantis torqueri, sequitur Sperel. decis. 38. num. 9. & 10. Farinac. cons. 156. num. 50. in fine lib. 2. Vermigliol. cons. 20. num. 13. cons. 267. nu. 8. cons. 270. n. 17. Hieron. Cala loc. sup. cit.

Quòd de consuetudine etiam in aliquibus locis, & casibus non servetur dicta opinio torquendi socios criminis, Clar. §. fin. quæst. 21. num. 53. ubi quòd debet servari consuetudo loci, Peguer. decis. 1. nu. 38. &c. Farinac. quæst. 43. num. 134. Cabal. resol. crimin. cas. 84. num. 13. & cas. 185. num. 5. in fine, dixi in §. Mandatum num. 23. in Pract. §. Sicarii num. 13. 14. & 15. ubi vide, & in §. Compagni n. 4. in Addit. ubi plura Dian. p. 4. tract. 6. resol. 10. & 11. ubi quòd ista tortura, ut plurimùm non servatur in Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis, Simanc. de Catol. Institut. tit. 64. nu. 38. Pegn. in Coment. ad Direct. Emerye. Comment. 113. litt. D. Zuff. de legit. process. lib. 3. quæst. 158. num. 11. & seqq.

Item non est necessaria de jure dicta tortura, nec irrogari debet, quando socius nominans fuisset citrà illius animum, intentionem, vel consensum inductus per vim coactivam ad delinquendum, vel peccandum, quia tunc nullam incurrit infamiam, & ideò facit indicium absque tortura, Plot. cons. 132. n. 24. Cabal. res. crim. cas. 84. n. 12. Guaz. def. 19. c. 50. n. 8. dixi in §. Sicarii nu. 14. in fine, & in hoc Opere §. Sodomia n. 6.

Cessante autem vi coactiva, & concurrente tantùm interpretativa, ut sunt blandimenta, promissiones, & hujusmodi, vel propria libido, non evitatur infamia, sed opus est tortura levi ad purgandam maculam (& ita conciliari posse videntur DD. adinvicem contrarii) Farinac. qu. 43. nu. 93. & num. 101. Danz. de pugna Doct. p. 3. tit. de delict. carn. num. 30. Bertazol. cons. crim. 71. num 66. lib. pr. Thes. quæst. for. 35. lib. 2. in fine, &c. & triplicem esse violentiam, nempè amoris vel propriæ libidinis, avaritiæ, & metus, sive vis coactivæ, docet Scacc. de sentent. & re judic. gloss 14. quæst. 21. n. 58. etc.

Magna est etiam differentia inter socium criminis, & socium in crimine, nam primus est ille, qui assensit, & participavit, & in isto procedunt dicta, & dicenda, ut non probet sine tortura; alter autem est ille, qui non participavit, nec assensit delicto, & istu quia non fuit effectus infamis probat absque tortura si aliqua adsit conjectura, Cavalc. dec. 13. num. 5. lib. 5. D. Fulvi. Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. c. 8. n. 144. et 145. fol. 230.

Socius criminis nominans socium in criminibus 52
exceptis, pro quibus de se confessus, vel convictus potest de aliis interrogari, servatis aliis de jure servandis juxta superius dicta, facit indicium ad inquirendum specialiter contra socium nominatum, aliàs autem secus, Clar. §. fin. quæst. 21. vers. retenta, etc. Tusch. littera S. conclus. 315. num. 23. et seqq. Menoch. de arbitr. cas. 474. num. 41. etc. ubi quòd tale indicium facilè diluitur probando bonam famam nominati; quia depositio socii criminis etiam in casibus exceptis contra virum bonæ famæ nihil operatur, Gramat. cons. 21. num. 10. cons. 31. num. 25. 49. et 50. cons. 70. num. 7. ubi loquitur si essent plures deponentes, et decis. 28. num. 17. Menoch. d. cas. 474. nu. 42. Mascard. conclus. 1311. num. 16. Peguer. decis. 5. num. 31. vide Sanfelic. dec. 382. cum plena Addit. Vivi. comm. opin. 961. per tot. Anton. de Ballis tract. var. lib. pr. quæst. 26 per tot. latè Conciol. res. crim. verb. Socius resol. 2. Guaz. def. 9. cap. 2. n. 5. etc. ubi etiam quòd si socius nominans sit bannitus nullum facit indicium quia tunc omninò repellitur à testificando vigore Bullarum, de quibus ibi per eum, Farinac. quæst. 43. Dian. part. 4. tract. 6. resolut. 9. ubi an operetur contra virum bonæ famæ, & conditionis, negativè concludit arbitrio Inquisitorum Sancti Officii, Carena de Offic. S. Inquisit. p. 3. tit. 10. §. 8. vide Bellegrand. dict. quæst. 23. cum seqq.

Quòd in casibus, in quibus non est permissa interrogatio si fuerit interrogatus nullum faciat indicium, sed tantùm aperiat viam ad inquirendum generaliter, Menoch. d. cas. 474. num. 24. etc. Clar. §. fin. quæst. 21. num. 5. Tusch. d. conclus. 315. nu. 23. et seqq. latè Conciol. verb Socius d. resol. 2. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 3. quæst. 19. per tot. ubi quando socius criminis faciat indicium, & quale contra nominatum, vide Bellegrand loc. cit.

Socins criminis non facit indicium contra socium 53
ad torturam, nisi aliud adminiculum concurrat, sive licitè interrogetur, vel non Menoch. de arbitr. cas. 474. num. 43. & seqq. ad 48. Clar. §. fin. quæst. 21. vers. successivè quæro, Card. Tusch. litt. S. conclus. 315. n. 34. & seqq. per tot. Dian. part. 4. tractat. 6. resolut. 7. ubi quòd adminicula æstimantur arbitrio judicis, veluti fama, fuga, stricta amicitia, secreta allocutio, & conversatio, si adsint alii testes de auditu, & hujusmodi, vel si socii deponentes sint saltem duo etiam singulares, & non contestes, vide latè Sanfelic. decis. 382. cum plena additione, Martha vot. Pis. 138. ubi in sodomia attentata quando socius non faciat indicium, Conciol. resolut. crimin. verb. Socius resolut. 2. per totum, D. Fulvi. Majoran. in Opoprax. criminal. lib. 2. cap. 8. n. 96. & seqq. fol. 221. Francisc. de Angelis d. quæst. 19. n. 6 & seqq Chartar. decis. crim. 88. per tot. vide Bellegrand. loc. supra cit.

Quòd si plures sint socii, qui alium, vel alios nominent faciant indicium ad torturam, etiam sine aliis adminiculis, & si alia adminicula, vel præsumptiones urgentes arbitrio judicis concurrant cum depositionibus plurium sociorum sufficiant quandoque etiam ad condemnandum in pœnam ordinariam delicti maximè de consuetudine nonnullarum Curiarum, & secundum aliquorum opinionem sæpè practicatam in delictis gravibus, & occultis, de quibus alio modo non possit haberi notitia, ut quia alii non interfuerint, nec verisimiliter intervenire potuerint, veluti in latrociniis, assassiniis, & similibus arbitrio judicis, attenta qualitate facti, & personarum; aliàs autem regulariter juxta veriorem opinionem plures socii, etiam cum adminiculis faciunt tantùm indicium ad torturam, vel condemnandum in pœnam arbitrariam mitiorem, concurrentibus tamen aliis requisitis, de quibus dictum est supra, Boer. dec. 319. per tot. Pegner. dec. 5. nu. 37. &c. Cabal. resolut. crimin. cas. 84. nu. 7. & cas. 185. per tot. Menoch. d. cas. 474. n. 64. &c. Carolus Rota in suo Florileg. concl. 19. n. 36. & 37. Gizzarel. & Addent. dec. 78. per tot. Farinac. quæst. 43. Novar. in Pragmat. Regn. Neapol.

Collect. 202. Viv. *commun. opin.* 961. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 1. *quæst.* 26. Conciol. *verb. Socius d. resolut.* 2. *per totum*, Cartar. *decis. crim.* 91. Franch. *dec.* 570. *et* 577. dixi in §. *Mandatum n.* 23. ubi vide *in Pract.* §. *Compagni n.* 3. *&c.* & §. *Sicarii n.* 14. & 15. Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *resol.* 7. ubi quod fallitur Caballus, vide Paul. Christin. *ad l. Municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 7. *n.* 8. & *seqq. per tot.* Ricc. *Collect.* 3562. ubi plura per discursum Academicum, latè Sanfelic. *dec.* 382. *cum Addit.* ubi qualiter probent vigore Pragmaticæ Regni dummodò singillatim deponant, unus ignoret depositionem alterius benè conveniant in facto, & circumstantiis, alios non patiantur defectus, nominati sint aliàs diffamati; non fuerint torti, & nominanter sint saltem tres, neque fuerit aliquis eorum tortus tamquam cadaver, & alia plura ad rem; cum quibus convenit novissimè Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 3. *quæst.* 19. *per tot.* & plenè Hieron. Cala *in Pragmat.* 11. *de empt. & vendit. sive de furt. part.* 2. *nu.* 32. & *seqq. per tot. fol. fol. mihi* 71. *&c.* ubi quam probationem faciant, vel non socii criminis contra nominatos juxta Constitutiones, & Pragmaticas Regni Neapolitani, & Capyc. Latr. *dec.* 132. *per tot.* & latè Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *d. dec.* 570. *et* 577.

Quòd si cum indicio resultante nominatione socii concurrat aliùs testis idoneus, dicitur facta plena probatio, & quid si socius non tanquam reus, nec uti socius, sed tanquam testis deponat, vel contra tertium, vel ubi civiliter agitur, Menoch. *de arbit. cas.* 474. *n.* 64. *et seqq. ad* 68.

Qualiter socius criminis in delicto assassinii probet, Martha *vot. Pis.* 238. & dixi in §. *Mandatum num.* 22. *in fine*, & qui mandatum recusavit sit testis omni exceptione major, idem Martha *d. vot.* 238. *n.* 6. de quo vide in §. *Mandatum*.

Si socius alias fuerit perjurus, vel dum esset moriturus asservit se falsum dixisse, non faciat indicium, & multum prosit ad probandam innocentiam, idem Menoch. *lib.* 1. *quæst.* 89. *n.* 74. vide in §. *Exculpatio n.* 3. Sanfelic. *dec.* 238. *per tot.*

Quòd depositio socii criminis adminiculata, quæ aliàs sufficeret ad torquendum juxta prædicta, non sufficiat quando socius alius patitur defectus, Dian. *part.* 1. *tract.* 6. *resol.* 8. ubi tamen refert alios tenentes sufficere maximè si adminicula essent gravia, & in causa hæresis, vide supra *nn.* 49. *et in* §. *Tortura n.* 14. *in fine* Jul. Chartar. *dec.* 88. *n.* 24. *et* 38.

De fuga socii criminis in delictis carnis individuis, quam præsumptionem faciat contra socium, & an sententia contra unum vel pro uno ex illis lata præjudicet, sive prosit alteri Farinac. *quæst.* 48. *n.* 21. *et seqq.* Cravet. *cons.* 206. Alex. *in leg. sæpè* 63. *n.* 70. *ff. de judic.* Sperel. *decis.* 136. *n.* 31. vide in §. *Adulterium n.* 7. *et* §. *Fuga n.* 8. Conciol. *resol. crimin. verb. Socius resol.* 3. *n.* 5. ubi etiam quòd in aliis delictis fuga socii criminis non facit indicium contra socium cùm fuga unius tertium non afficiat, nisi sit aliis indiciis adminiculata, vide Jul. Chartar. *dec.* 49. *n.* 40.

Quod mulier etiam meretrix deponens de adulterio secum commisso, licèt se faciat sociam criminis probet adulterium ad effectum separationis thori, præsertim aliis urgentibus adminiculis, & violentis præsumptionibus, latè Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 818. *n.* 6. *et seqq.*

54 Socius criminis nominatus ab alio socio, ne videatur fateri delictum excipiendo contra nominantem debet dicere, Excipio quia tu delictum commisisti, vel quia ut dixisti te facis delinquentem, Clar. §. *fin. quæst.* 21. *num.* 13. Card. Tusch. *lit. S. conclus.* 315. *n.* 67.

55 Socii bannitorum reperti cum illis, possunt sicut ipsi banniti impunè offendi, maximè vigore bannimentorum, Farinac. *q.* 130. *n.* 172. dixi *in resp. c.* 93. *n.* 21. *in Pract.* §. *Banditi n.* 2. & *n.* 55. 59.

56 Socius criminis, vel bonorum regulariter non probat pro socio, vel ad favorem socii, & quando secùs Farinac. *quæst.* 60. *illnt.* 15. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 474. latè Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1311. & 1312. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 577. *fol.* 333. Magon. *dec. Luc.* 30. *n.* 22. ubi quód socius offensi tempore acceptæ injuriæ non probat, quia injuria facta uni, dicitur etiam facta alteri, & idem est in consanguineis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 219. *nu.* 2. Conciol. *res. crim. verb. Testis quoad personas resol.* 20. *per tot.* vide in §. *Injuria*, *num.* et §. *Testis n.* 1. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 146. *et* 147. *fol.* 230. ubi benè distinguit an, & quando socius itineris, vel in itinere probet, vel non pro socio offenso, vide Jul. Chartar. *dec.* 60. *à num.* 8. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 27. *et* 28.

Quód in civilibus socius probet contra socium, Mascard. *de probat. conclus.* 1312. *n.* 4. Farinac. *ubi supr. num.* 396. & Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 369. *num.* 7.

Quód socius criminis relevet prætensum socium, & illius innocentiam probet, duobus concurrentibus, nempè si sit in fortiis Curiæ, & in se ipsum assumat delictum, alios exculpando, Bardellon. *consil.* 123. *n.* 10. *etc. lib.* 2. Farinac. *quæst.* 43. *n.* 11. *etc.* Sperel. *dec.* 64. *n.* 14. ubi quód concurrentibus adminiculis probat pro socio, vide in §. *Exculpatio*, facit Possent. *sing.* 379. ubi quòd socius criminis non videtur admittendus in testem ad defensam socii, vide Jul. Chartar. *dec.* 87. *n.* 20. *et n.* 63.

An autem socius criminis pro suo interesse in delictis correlativis possit assumere defensiones communes alteri socio contumaci, ex quibus resultet innocentia ipsius socii contumacis, vide Farinac. *cons.* 16. *et cons.* 73. *et quæst* 99. *nu.* 132. *et seqq.* Guaz. *def.* 28. *cap.* 4. Spad. *consil.* 104. ubi videntur affirmativam probare, nisi sit addita protestatio in admissione articulorum, ut non possint prodesse contumaci, prout fieri solet per practicos criminalistas, vel prius, & melius expediri contra contumaces, facit quod dixi in §. *Adulterium n.* 6. §. *Defensio n.* 7. *suprà nu.* 52. *in fine*, & Conciol. *resol. crimin. verb. Articuli resolut.* 1. ubi quod sunt admittendi articuli pro carcerato etiam si contineant defensionem absentis, sed cum protestatione, & declaratione judicis, ut non prosint absentibus dixi *in* §. *Articuli n.* 1. Zuff. *de legit. process. libr.* 3. *quæst.* 127. *per totum*, ubi an unus socius possit juvare, vel impedire alium socium in defensionibus per repetitionem testium, & *quæst.* 211. *n.* 5. & *seqq.* ubi de dicta protestatione. 57

De ista conclusione in terminis mandati, an scilicet probationes factæ à mandatario carcerato possint mandanti contumaci, vel è contra, ac an sint admittendæ respectu contumacis, saltem cum dicta protestatione, & alia ad rem, Farinac. *quæst.* 135. *n.* 32. Caren. *de S. Offic. part.* 3. *tit.* 9. *nu.* 101. & *seqq.* Ortlia ad Campan. *resolut.* 25. *nu.* 55. & *seqq.* aliique plures antiqui, & moderni relati per moderniorem, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7. §. 2. & 3. *n.* 54. & *seqq.* qui omnes videntur post plura concludere cum his notatis.

Socius criminis de se confessus, vel convictus, 58
si alios nominavit, non debet suspendi, donec parte citata repetatur contra socios nominatos, maximè si procedatur ordinariè, & non ex abrupto, vel de facto, & juris ordine non servato, Bursat. *cons.* 243. *nu.* 8. & *cons.* 34. Franc. *in cap. benè col.* 2. *de appell.* Joan. Andr. de Nigr. *in cap. Frequens nu.* 6. & 62. facit quòd dixi in §. *Interrogatoria n.* 1. & §. *Repetitio*.

Contrarium autem, quia de stylo non servatur dicta repetitio sociorum ad instantiam nominatorum ab illis, quæ etiam non est necessaria quando sunt mortui, & probant sine illa, vel quia socii non deposuerunt ut testes, sed ut rei, & leges non dicunt reos repetendos esse parte citata, ergo etiam parte non citata probant, cùm in eis suppleat judex præsens in tortura, vel quia non requiritur perseverantia, & ratificatio extra torturam, aliàs enim si secùs fieret, esset penitus aperta via ipsi reo, ut in repetitione parte citata faceret revocare confessionem, latè probat Anton. de Ballis *tractat. variar. lib.* 1. *quæst.* 26. *nu.* 38. & *seqq.* & ego recordor

dor ita quandoque servari mandasse, non admitti interrogatoria pro repetitione sociorũ criminis, maximè ubi erat timor collusionis, licet non ignorem fuisse etiam interdum admissa, cessante dicta suspicione, numquam tamen vidi ad dictum effectum retardari executiones sententiarum in Cancellaria Magistratus DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ, dum ibi per decennium munus à secretis pro Serenissimo Magno Duce exercebam, adde Conciol. *resolut. crimin. verb. Socius resol.* 4. ubi refert contrariam opinionem, & videtur tenere, quod si non fuerint confrontati sit concedenda repetitio, secùs autem stante confrontatione, & absolutè de æquitate, etiam si fuerint confrontati concedendam repetitionem, probat Zuff. *de legitim. process. lib.* 3. *quæst.* 108. *n.* 14. *&* 15. *& quæst.* 211. *per tot.* Ego autem credo id totum prudentis judicis arbitrio remitti, cum dicta consideratione timoris collusionis, vel non, & ita in effectu concludit etiam Zuff. *loc. cit.*

Et idem est in accusatore, qui non tenetur, nec judex permittere debet, se repetere ad instantiam accusati super ejus interrogatoriis ob timorem collusionis, Clar. *§. final. quæst.* 45. *vers. Sed hic incidenter*, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 251. Michalor. *de posit. cap.* 30. *n.* 6. *&* 7. Zuff. *de legitim. process. lib.* 3. *quæst.* 80. Conciol. *resolut. crimin. verb. Accusatio resolut.* 12. dixi *in §. Accusatio n.* 17. *& in §. Positio n.* 9. *&* 10.

Quòd socius criminis, qui deposuit contra socium, possit examinari etiam pro socio ad ejus defensionem ob æqualitatem in judiciis servandam, Guazz. *defens.* 25. *cap. ultim. in fine*, Conciol. *resolut. crim. verb. Testis quoad dicta resolut.* 24. *n.* 2. Intellige quod dixi in *§. Testes n.* 85. & adde Zuff. *de legitim. process. lib.* 3. *quæst.* 211. *n.* 8. *&c. quæst.* 108. *n.* 13. *& seqq.* ubi quod in statu Ecclesiastico inolevit praxis, quòd socius criminis confrontatus amplius non repetatur, etiam cum interrogatoriis socii inquisiti ob timorem ne recedat ab ejus dicto, & sic fuisse per Sacram Consultam determinatum, ut testatur Castellus *in suo memoriali fol.* 58. ipsi Zuffo dura praxis videatur, sed concorda ut supra judicis arbitrio remittendo cum prædictis considerationibus, & ad obviandum dicto timori revocationis confessionis (ubi placeret repetitionem admittere) utaris solemni protestationi in principio, medio, & fine examinis, ut fieri solet, citrà præjudicium confessionis ipsius jam factæ, & acceptæ, & quandocumque cognoveris velle confessionem suam revocare, vel aliter tergiversari, repetitionem dimittas cum expressione causæ, ac ita puto consultum reo nominato bona fide repetitionem exoptanti, & occursum fraudibus præcogitatis confessi. Plura alia de sociis criminis vide infra *in novissim. addit.* Crescin.

59 De societate, quid sit, quando, & cum quibus dicatur contracta, quomodo dividatur, finiatur, quæ facere possit quæ non unus socius sine alio, ad quid invicem teneantur socii, & alia plura habentur penes Bertachin. *in Repert. verb. Societas*, aliqua Joseph. Feliv. *Margarit. var. conclus. cod. verb.* Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *eodem verb.* plenè, sed remissivè Castcion. *Alphabet. jurid. verb. Societas* ubi inter cætera an societas præsumatur, & ex quibus, de societate officiorum, an socius possit alium assumere socium, an partem suam invito socio alienare, vel alteri cedere, de societate animalium de pactis validis, ac invalidis, quæ inter socios communicentur, quæ inter eos sint invicem præstanda, sive de quibus invicem socii teneantur, an possint filias de bonis communibus dotare, an unus possit pro debito alterius conveniri durante societate, vel ea finita de privilegiis societatis jure competentibus, quibus modis societas finiatur, illa finita quomodo sit facienda divisio, de damnis malæ societatis, sive malorum sociorum, de bonis bonorum sociorum, de sociis criminum, & hujusmodi, de quibus etiam Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Societas fol.* 626. *&c.* ubi indicat plures Auctores de prædictis agentes. Plura etiam

Em. De Luc. *in Indic. verb. Societas, & Socius*, ubi etiam plura de societate Jesu, & de societate officii latissimè verò Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.* 25. *per tot. tom.* 4. & alibi Mantiss. ad eumd. De Luc. Bertachin. Castald. Rocc. Balduc. Ansald. Emerix Cyprar. Mans. Palm. & plures alii moderni.

Quòd melius sit habere malorum odium, quàm consortium, & alia de malis sociis tanquam peste, imò peste pejoribus vitandis, colligi possunt ex locis Biblicis, Sanctorum Patrum, & Philosophorum sententiis, ut exemplis relatis *in nova Polyanthea verb. Societas*.

Socius an obliget consocium in rebus non spe- 60
ctantibus ad societatem, ut potè fidejubendo pro extraneo, & hujusmodi, quid si sit Procurator, vel Institor, Mans. *Consult.* 194. *& seqq. lib.* 2.

Socius si fraudat gabellam consocius non perdit partem suam, Basilic. *dec.* 37. *n.* 14.

Fructus crediti socii non debentur post dissolutio- 61
nem societatis, quod tamen intellige cum limitationibus, & declarationibus, de quibus latè Emerix jun. *decis.* 576. *fere per tot.*

Utilia in societate non dicuntur, nisi quæ super- 62
sunt detracto capitali, & expensis, & quomodo debeat fieri calculus, & alia Emerix jun. *dec.* 1331. *fere per tot.*

Societas, quando dici valeat, vel potius admissio 63
ad participationem utilium Card. De Luc. *de Credit. disc.* 87. *n.* 7. *& disc.* 89. *n.* 5. & vide infra.

Socius an possit jurare suspectum de fuga alterum 64
socium ante redditam rationem. Bertachin. *vot.* 129. *num.* 1.

Socius habet suam portionem in qualibet gleba 65
ante divisionem. Michalor. *de duob. fratr. part.* 2. *cap.* 34. *n.* 11. *&* 12. Rot. *dec.* 32. *nu.* 12. *part.* 15. *rec.* Bertachin. *vot.* 109. *n.* 2. *&* 3.

Soccida, seu Societas si resolvatur ante tempus, 66
ad ratam tantum temporis debetur emolumentum Cyriac. *contr.* 317. *n.* 7. 8. 9. *&* 10. Balduc. *de Prælat. tit.* 2. *dec.* 15. *n.* 45.

Socius conventus pro redditione rationis, quan- 67
do est contumax, rectè mandatum ad factum exequi potest. Balduc. *de dot. tit.* 4. *dec.* 40. *n.* 14.

Socius, & Assecurator rectè agit adversus res so- 68
ciales. Card. De Luc. *de credit. disc.* 106. *num.* 9. Balduc. *de Assecurat. tit.* 1. *dec.* 9. *n.* 21.

Socius adversus consocium non præscribit. Rot. 69
cor. Zarat. *dec.* 74. *num.* 32. *& seq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 17. *lib.* 14. *n.* 6. *vol.* 2.

Socius alienans quid alienare videatur. Cyriac. 70
contr. 284. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.* 25. *n.* 178. *tom.* 4.

Ex sociorum quis debeat collectas, ac gabellas 71
solvere. Gratian *discept.* 547. *num.* 23. Altimar. *de Nullit. loc. cit. n.* 201.

Societas à muliere sine solemnitatibus statuti con- 72
trahi nequit Card. De Luc. *de Cred. disc.* 75. *n.* 4. Fallit in negotiis mercantilibus. Card. De Luc. *d. disc.* 75. *n.* 5. 6. *&* 12.

Societas quando dicatur inita inter pensionarium, 73
& titularem. Card. De Luc. *de Pension. disc.* 28.

Societas, quomodo inter Parochum, & Parochianos applicetur. Card. De Luc. *de Decim. disc.* 15. *nu.* 7.

Emolumenta præparata de tempore durantis so- 74
cietatis veniunt sub negotio sociali, quamvis eorum perceptio sequeretur post dissolutam societatem. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 157. *de Camb. disc.* 5. *sub n.* 10. *de Cred. disc.* 89. *n.* 9.

Socius quando gaudere valeat privilegio uni ex 75
sociis concesso, & an eo gaudere possit finita societate. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 90. *n.* 10. & vide eumdem Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *q.* 25. *n.* 135. *tom.* 4.

Socius non conficiens librum, seu inventarium 76
præsumitur in dolo. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 17. *n.* 7. Et quomodo supplere debeat defectum libri. Card. De Luc. *ibid. nu.* 8.

Inter socios attenditur factum, quod magis pro- 77
dest. Felic. *de Societ. cap.* 28. *n.* 19. *cum seqq.* Card. De Luc. *de Legit. disc.* 2. *n.* 11.

78 Socius veniens ad causam agitatam cum alio socio super re communi, an admitti debeat ex integro, vel in statu, & terminis. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 17. *n.* 8.

79 Societatis ad favorem valet pactum ponendi in ea hæreditatem obventuram taat. in *leg.* 3. §. *de Illa Gloss. verb. Juxta*, *ff. pro socio*. Episc. Rocc. *c.* 90. *n.* 8. *part.* 1.

80 Socius erogans pecunias in societate an, & quando debeat ex illius mercibus sibi satisfacere. Rot. *dec.* 380. *n.* 1. *part.* 3. *rec.* Episc. Rocc. *cap.* 100. *n.* 29. & 31. *part.* 2.

81 In societatis contractu bona fides debet exuberare. *leg.* 3. *C. pro socio*, & *l. cum duob.* 52. *ff. pro soc.* Episc. Rocc. *cap.* 101. *n.* 13. *part.* 2.

82 In societate apponi valent quæcumque pacta sociis bene visa, quoties directè substantiæ, naturæque societatis non adversantur. Episc. Rocc. *c.* 156. *n.* 2. *part.* 2. Idque etiam si pacta in aliis societatibus fortassè apponi non sint solita. Rocc. *ibid. n.* 3.

83 In Societate trinus contractus à Moralibus ita nuncupatus, an subsistat, & quomodo illius forma explicatur. Episc. Rocc. *cap.* 99. *nu.* 9. *cum seqq.* Prædicta forma contrahendi in eorumdam Moralium sententia substinetur, quamvis fiat contemporaneè cum eadem persona. Rocc. *ibid. n.* 10. *part.* 2.

84 Capitale Societatis non calculatur inter expensas Emeria Jun. *dec.* 1331. *n.* 7.

85 Creditor societatis præfertur Creditoribus socii tàm super sorte quàm super utilibus. Taat. *in l. Procuratoris*, §. *Si plures ff. de Tributor. action.* Salgad. *in labyr. cred. part.* 1. *cap.* 9. *ex nu.* 48. *usque ad fin.* & *part.* 2. *cap.* 12. *ex nu.* 73. *pariter usque ad fin.* Emeria Jun. *dec.* 663. *n.* 9.

86 Societas esse non potest sine communione, licet communio esse possit sine societate. Felic. *de Societ. cap.* 11. *n.* 2. Gratian. *discept.* 547. *num.* 28. & *seq.* Rota *decis.* 87. *nu.* 9. & 17. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Emeria Jun. *dec.* 871. *n.* 12.

87 Societas fraternitas quædam dicitur Corn. *cons.* 251. *n.* 2. *lib.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 1300. *n.* 49. Emerix Jun. *dec.* 871. *n.* 5.

88 Societas inita censetur pro æquis portionibus, quando nullæ fuerunt constitutæ partes. Emerix Jun. *dec.* 826. *n.* 14. Intellige quando constat de vera societate Idem Emeria Jun. *ibid n.* 15.

89 Pacta cum quibus fuit erecta societas debent pro lege servari *l.* 1. §. *Si convenit*, *ff. de posit.* Capon. *de pact. quæst.* 4. *n.* 5. Emeria Jun. *dec.* 909. *n.* 1. & *dec.* 1055. *n.* 1.

90 Participatio dicitur non autem societas admissio alterius ad participationem negotii sine nova scriptura, & inscriptione librorum sub ejus nomine Emerix Jun. *dec.* 826. *n.* 1. Item si negotium erat dependens ab altero jam vigente, non vero contractum per modum novæ, & diversæ societatis abrogativæ antiquæ. Emeria Jun. *ibid. n.* 2. Item dicitur simplex participatio, si antiqui socii locuti fuerunt de noviter admisso tamquam de simplici participe, illum contra distinguendo à se ipsis tanquam sociis. Emerix Jun. *d. dec.* 826. *nu.* 6. & *dec.* 871. *num.* 5. Item si fuit retticitum semper illius nomen correspondentibus, ita ut isti non fuerint secuti illius fidem Emeria Jun. *d. dec.* 829. *n.* 9.

91 Societas probata non dicitur ex actibus, qui citra Jus, & nomen socii fieri possunt. Gratian. *discept.* 993. *n.* 5. Felic. *de Societ. cap.* 10. *n.* 18. Rot. *dec.* 32. *nu.* 9. *cum seq. part.* 5. *rec.* & coram Card. Otthobon. *dec.* 40. *n.* 7. Emeria Jun. *dec.* 871. *n.* 10. Neque ex communione. Emeria Jun. *ibid. n.* 12.

92 Admissus ad societatem præstando operam liberalem debet admitti ad participationem lucri. Rot. *dec.* 116. *n.* 5. *part.* 8. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 802. *n.* 5.

93 Societas præsumitur cum eo, qui fuit admissus in Apotheca, qui ei incubuit, vendendo merces, & alia peragendo absque ullo salario. Decian. *cons.* 36. *n.* 30. *tom.* 1. Caprar. *dec.* 504. *n.* 4. *tom.* 2.

94 Societatis præcipuum requisitum est positio Capitalium. Felic. *de Societ. cap.* 9. *num.* 19. *cum seq.* Rot. *dec.* 554. *n.* 6. 7. & 10. & *dec.* 556. *n.* 3. *part.* 8. *rec.* Caprar. *d. dec.* 504. *n.* 8.

Verba *di non star più assieme*, probant prius fuisse initam societatem Rot. coram Duran. *dec.* 416. *n.* 9. *vers. secundo quia*. Caprar. *dec.* 504. *n.* 11. 95

Societas dicitur dissoluta, & extincta per petitionem, & receptionem Capitalis à Consocio. Caprar. *d. dec.* 504. *n.* 18. & *dec.* 505. *n.* 1. *part.* 2. 96

Ad probandam societatem admittuntur etiam testes singulares, ubi concurrunt adminicula. Rot. *dec.* 241. *nu.* 7. *part.* 14. *rec.* Caprar. *dict. dec.* 504. *num.* 13. 97

Societas simpliciter contracta, intelligitur pro æqualibus portionibus Menoch. *de arbitr. cas.* 255. *n.* 2. Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 1. *n.* 45. Caprar. *ibid. n.* 19. 98

Societatis Capitale præsumitur salvum. Rot. coram Cer. *dec.* 694. *n.* 2. Caprar. *ibid. n.* 16. 99

Societas ubi est inita cum extraneo, pater, & filius computantur pro unica portione. Gabr. *cons.* 143. *n.* 6. & 7. *lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *n.* 28. Caprar. *ibid. n.* 20. 100

Societatis utilia pendent à computis, & calculis faciendis, sine quibus cognosci non potest an adsit lucrum, vel damnum. *l. Mutius*, *ff. pro socio*. Giurb. *dec.* 15. *n.* 5. Caprar. *dec.* 505. *n.* 3. *part.* 2. 101

Socio, qui est particularis creditor negotii administrati, non retardatur satisfactio per exceptionem administrationis. Caprar. *dec.* 375. *n.* 6. *part.* 1. 102

Socii possunt repræsentare duplicem personam, propriam scilicet, & Societatis, Rot. coram Carr. *dec.* 494. *n.* 5. Caprar. *dec.* 503. *n.* 6. *part.* 2. 103

Socii inter quos adest universalis communio bonorum, quidquid agunt, & contrahunt, agunt, & contrahunt favore Societatis, in quam transeunt tàm jura activa, quàm passiva per eosdem acquisita. Caprar. *d. dec.* 503. *n.* 7. 104

Etiamsi in contractibus non exprimant nomen societatis, sed proprium, dummodo res in contractum deducta aliquo modo pertineat ad Societatem, & adnumeretur inter ea bona, quorum Socii habent communionem. Caprar. *d. dec.* 503. *nu.* 8.

Socius non solvens socio reficienti rem comunem expensas pro sua parte intra quatuor menses amisit dominium. Garsia de *expens. cap.* 19. *nu. ultim.* Altimar. *rubr.* 2. *part.* 2. *quæst.* 25. *num.* 259. *rub.* 1. *part.* 2. *tom.* 4. 105

Socius non tenetur erga creditores societatis ultra capitale positum in eadem societate. Rocc. *de Societ mercat. not.* 16. *n* 19. Merlin. *dec.* 606. *nu.* 9. & *seq.* Altimar. *citat. quæst.* 25. *n.* 301. 106

Socius non obligatur ex partitis descriptis in libro sociali, si non pertineat ad materiam societatis. Nogarol. *all.* 21. *n.* 162. Altimar. *ibid. n.* 323. 107

Si Socius patiatur damnum ex causa societatis debet dividi inter socios Capon. *discept.* 394. *nu.* 27. Altimar. *ibid. n.* 327. 108

Socius si sit rixosus facit dissolvere societatem. Rot. post Torr. *de pact. futur. success. dec.* 170. *nu.* 3. Altimar. *ibid. n.* 615. 109

Inter socios licet convenire circa lucrum societatis, & statur juramento Leotard. *quæst.* 76. *nu.* 41. Altimar. *ibid. n.* 625. 110

Facta divisione domus, vel fundi, si alii socii discrepent in alienatione partium, qui habet aliam domum, vel fundum contiguum, sive vicinum uni ex dictis partibus factis, præferri debet in optione illius partis sibi magis contiguæ. Michalor. *de fratrib. lib.* 3. *cap.* 38. *n.* 25. Cyriac. *contr.* 117. *nu.* 7. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 29. *nu.* 10. *tom.* 4. 111

Socius an præferatur in alienatione facta per fiscum. Castill. *de usufruct. cap.* 74. *a nu.* 11. Altim. *d. quæst.* 29. *n.* 54 *vers. Sed an præferatur*. 112

Socius itineris tenetur reddere rationem de consociis si sit servus, secùs si homo liber Calderon. *resol.* 98. *n.* 72. *tom.* 1. *part.* 2. 113

Socius itineris tenetur reddere rationem socii, quo non existente, oritur contra illum indicium non solum ad inquirendum, sed etiam ad torturam Calderon. *loc. supra cit. n.* 168.

De origine, & occasione introductionis societatis officiorum Card. De Luc. *de Societ. offic. disc.* 12. *n.* 7. 114

n. 7. Et de Apoſtolicis Conſtitutionibus deſuper editis *ibidem n.* 10. Ignota erat de Jure civili; Idem *de Judic. diſc.* 35. *ſub n.* 3.

Societas officii dicitur ſpecies negotiationis De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 192. *n.* 8. Poteſt in ea deſtinari perſona, quæ ſit ignara & non conſentiat pro periculo vitæ Idem *de Cenſ. diſc.* 42. *n.* 9. & eſt contractus licitus Mantiſſ. ad De Luc. *de Offic. ven. dec.* 1. *n.* 2.

Societas officii obliqua quænam dicatur ad differentiam directæ De Luc. *de Societ. offic. diſc.* 11. *n.* 3. *diſc.* 12. *n.* 12.

Requiſita societatis officii ſunt officium capax, & periculum amiſſionis ſortis, ſine quo contractus non ſubſiſtit De Luc. *de ſociet. offic. diſc.* 12. *n.* 14. & *n.* 16. ubi declaratur Vide Rocc. Epiſc. *cap.* 157. *n.* 25. Tranſmutatio perſonæ qualem exigat conſenſum Idem *de ſervit. diſc.* 59. *n.* 2. & de hac mutatione *de ſociet. offic. diſc.* 7. *diſc.* 12. & *alibi.*

Taxatio fructuum ab initio quare licita in Societate Officii De Luc. *de ſociet. offic. diſc.* 15. *n.* 9. Et in qua quantitate Idem *in annot. ad diſc.* 5. *de ſociet. offic.* & *eod. tract. diſc.* 12. *nu.* 22. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 4. *deciſ.* 21. *n* 6. *vol.* 1.

Fructus non debentur in hac ſocietate poſt diſſolutionem illius cum declarationibus, & alia De Luc. *de ſociet. offic. diſc.* 4. *n.* 4. *diſc.* 9. *n.* 2. *diſc.* 10. *a n.* 5. *diſc.* 12. *n.* 35. & 37.

De diſſolutione hujus ſocietatis De Luc. *de ſociet. offi. diſc.* 6. *n.* 3. *diſc.* 7. *a n.* 5. *diſc.* 12. *n.* 25. 25. & 26.

Societas officii poteſt contrahi cum fructibus primæ redactis in novum capitale Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 5. *deciſ.* 14. *n.* 6. *vol.* 1. Vide infra *ſub hoc num.*

Contractus cambii eſt incompatibilis cum ſocietate officii Mantiſſ. ad De Luc. *de Offic. venal. dec.* 2. *n.* 27. & 19.

In ſocietate officii poſſunt accedere fidejuſſores. Rocc. Epiſc. *cap.* 156. *n.* 4. & 16. ubi plura alia circa fidejuſſores in hac ſocietate.

In hac ſocietate lucrum non conſequitur, qui contractum non implevit cum declarationibus Rocc. Epiſc. *cap.* 156. *num.* 7. & *ſeqq.* De Luc. *de Cenſ. diſc.* 9. *n.* 4. & 7.

Fructus ſocietatis officii habent ſpeciem ſortis principalis De Luc. *de ſociet. offi. diſc.* 10. *n.* 4.

Societas officii an requirat pecuniam numeratam, vel fieri valeat ex credito pro alia cauſa, ſivè cum fructibus alterius ſocietatis De Luc. *de ſociet offic. diſc.* 10. *per tot.* & *diſc.* 52. *n.* 31. vide ſupra *ſub hoc numero.*

Tempus initæ ſocietatis officii quomodo ſit computandum, & quando incipiat De Luc. *de Societ. diſc.* 2. *a n.* 6.

Societas officii contracta nomine abſentis ad ejus perfectionem requirit expreſſam ratificationem De Luc. *de ſociet. diſc.* 4. *n.* 3.

Plura alia de Societate Officii Fagnan. *ſup. Decret. in Indic. general.* Card De Luc. pariter. *in Indic. gener.* Mantiſſ. ad eumd. Rocca Epiſc. Torr. & alii moderni.

515 Plura de Societate Jeſu, & de Religioſis ejuſdem Societatis De Luc. *in Indic. general. verb. Societas Jeſu*, & *verb. Societatis Jeſu Religioſi*. Et nonnulla etiam Caprar.

516 Socii criminis regulariter in criminalibus recipi non poſſunt, nec eis receptis creditur Fagnan. *in c. veſtra nu.* 142. *de cohabit. cler.* & *mulier.* Cabrun. *lucubr.* 11. *n.* 31.

Etiamſi ſint duo, vel plures contra eamdem perſonam deponentes Fagnan. *ibidem n.* 143.

Socii criminis in criminibus exceptis recipi poſſunt in teſtes, Sed probationem non faciunt Fagn. *loc. cit. n.* 147.

Socii criminis non admittuntur contra alios Socios ſine tortura Vulpel. *conſ.* 34. *n.* 4. Conciol. §. *Socius criminis reſ.* 4. *num.* 15. Cabrun. *lucubr.* 11. *n.* 32.

Socius criminis torqueri debet in faciem nominati, aliàs non probaret ad condemnandum Vulpel. *conſ.* 30. *n.* 7. & *conſ.* 83. *n.* 8. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 5. *n.* 66. Vide Zuff. *de Legitim. proceſſ. crim. libr.* 3. *quæſt.* 152. *num* 3.

Socio criminis torquendo quando danda ſit copia indiciorum Bajard. Parmenſ. *quæſt.* 20. *n.* 150. Farinac. *quæſt.* 39. *n.* 159. Pellegrin. *loc. cit. n.* 72.

Quare Socius Criminis debeat in faciem alterius ſocii torqueri Guazzin. *defenſ.* 24. *cap.* 9. *num.* 9. Zuff. *de legit. proceſſ. crim. quæſt.* 108. *num.* 7. 11. & 52. *lib.* 3.

An ſocii criminis in cauſa hæreſis torquendi ſint in faciem alterius ſocii. Zuff. *de legit. proceſſ. crim. quæſt.* 158. *n.* 11. *lib.* 3. Ubi pro, & contra. Conciliatio opinionum. *ibid. n.* 13.

Socii criminis confrontatio conſiſtit in lectura examinis ſicca. Farin. *quæſt.* 72. *n.* 139. *verſ. verum quando*. Zuff. *de legitim. proceſſ. Crim. lib.* 3. *qu.* 152. *n.* 7.

Quando Socii criminis poſſint confrontari ſimul. Zuff. *de Legitim. proceſſ. Crim. d. lib.* 3. *quæſt.* 136. *n.* 3. Declara ut per Zuff. *loc. cit. n.* 4.

Unus ſociorum criminis confrontandus cum pluribus aliis ſociis debet ſeparatim cum ſingulis confrontari, & torqueri Zuff. *d. lib.* 3. *quæſt.* 55. *n.* 5.

In Socio criminis eſt neceſſaria confrontatio. Zuff. *de legit. proceſſ. Crim. quæſt.* 152. *n.* 1.

Contra alios Socios poteſt cogi bannitus aggratiatus ad deponendum. Bajard. Parmenſ. ad Clar. *quæſt.* 21. *n.* 26. Zuff. *de Legit. proceſſ. Crim. lib.* 2. *quæſt.* 67. *n.* 1. Declara, ut *ibid. n.* 2.

Socius criminis debet in tortura confrontari cum abſente comparito, qui dumtaxat fuerit bannitus, vel contumacia fuerit nulla. Zuff. *de Legit. Proceſſ. Crim. quæſt.* 153. *n.* 5. & 6. *lib.* 3.

Socius criminis *non* eſt opus, ut cum abſente condemnato cum tortura confrontetur ſi comparitus fuit. Zuff. *loc. proximè alleg.*

Socius tortus in caput abſentis non eſt opus, quod denuò torqueatur, ſi poſtea abſens compareat. Farin. *conſ.* 85. *n.* 25. Zuff. *de legit. proc. Crim d. lib.* 3. *quæſt.* 153. *n.* 2.

Socius criminis cui aliud non obiicitur, niſi eſſe ſocium criminis eſt teſtis idoneus. Honded. *conſ.* 106. *n.* 31. Zuff. *de legitim. Proceſſ. Crimin. d. lib.* 3. *quæſt.* 211. *n.* 13. Plura alia de ſociis criminis Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth.*

§. SODOMIA. XXI.

SOdomia, (quæ à Poetis nuncupatur etiam pedecaſtia) eſt coitus contra naturam, vel propriè committitur dùm maſculus cum maſculo rem carnalem habet, ſicque appellatur à nefandiſſima urbe Sodoma igne cœlitus demiſſo à Deo conſumpta, *cap. hoc ipſum* §. *hoc autem* 33. *qu.* 2. Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 286. *num.* 3. & *ſeqq.* ubi plura ad hujus vitii execrationem, vide Cabal. *reſol. crim.* 16. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 316. *per tot.* Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 17. & 18. *per tot. fol. mihi* 181. Clar. & Bajard. *in* §. *Sodomia num.* 1. & *per tot.* Farinac. & Vulpin. *Suco quæſt.* 148. Sanfelic. *deciſ.* 354. *cum Addit.* ubi plura de hoc nefando crimine cum multis malis ab eo provenientibus, & plenè etiam Vivi. *comm. opin.* 726. *per tot* Anton. de Ballis *tract. variar lib.* 3. *cap.* 15 *per tot.* Souſa in *Aphoriſm Inquiſit. lib.* 1. *c.* 59. *per tot.* ubi plura de hoc crimine, pœnis &c. Borgn. Cavalcan. *deciſ.* 13. *tit. de delict. part.* 5. Capye. Latr. *dec.* 163. *per tot.* Zuff. *Inſtit. crim. libr.* 2. *tit.* 27. *de Sodom. n.* 9. Sanz. *controverſ.* 48. *n.* 46. a

Zenonem ſemel cum ancilla, bis cum pueris coivisſe, ne utrumque ſexum odiſſe videretur, refert Menoch. *caſ.* 286. *num.* 27.

Quòd ſub nomine ſodomiæ veniat omnis actus venereus contra naturam, etiam inter mulieres ſe invicem adhibito aliquo inſtrumento materiali fricantes, & actum venereum facientes; ſicut etiam inter maſculos propriis manibus ſe ipſos, vel ad invicem polluentes, omneſque iſtos actus inhoneſtos, eſſe pœna judici arbitraria puniendos, Menoch. *d. caſ.* 286. *n.* 36. & *ſeqq.* Cabal. *reſ. crim. caſ.* 16. *num. pr.* & *ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 316. *num.* 16. Azor. *Inſtit. mor. d. cap.* 18. *cum pluribus ſeqq.* Novar. *in Prag. Regn. Collect.* 212. *num.* 6. Vivi. *comm. opin.*

 530.

530. & nu. 726. vide in §. Mulier num. 45. Farinac. quæst. 148. Peguer. decis. 75. Joseph Mele in Addis. ad Sanfelic. decis. 354. cum Addit. ubi plura Sousa loc. sup. cit. Vide Zuff. dict. tit. 27. de Sodom.

Quòd delicta carnis cum brutis commissa veniant sub nomine Sodomiæ, & dicantur contra naturam generis humani, ac pœna mortis ignis cum ipso animali puniantur, Menoch. dict. cas. 286. num. 31. &c. Azor. Instit. moral. d. c. 17. 18. & 22. Farinac. d. quæst. 148. num. Boer. dec. 116. Novar. in prag. Reg. Neap. Collect. 212. num. 1. Villar. lib. 1. resp. cap. 4. vide Basilic. dec. 4. Crimin Zuff. loc. cit. Conciol. §. Sodom. res. 3. n. 6.

Quòd vitium Sodomiæ à mulieribus fuerit adinventum, quæ postea viros ipsos docuerunt D. August. in Serm. de Sodom. & Gomor. Boss. de stupr. detestabil. in mascul. nu. 4. Caval. comm. contr. comm. quæst. 247. nu. 12. Sperel. decis. 140. nu. 39. in fine. Et à Judæis cum fæminis, quorum errorem increpat Vivi. comm. opin. 726. num. 25.

Quidquid fabulentur poetæ fœminas lapidasse Orfeum tanquam hujus nefandi sceleris inventorem, notat Addit. ad Sanfelic. dec. 354. in fine.

Quid sit Sodomia, quomodo, & inter quos verè, & propriè committatur, & alia plura, de materia maximè quoad Clericos, & Regulares, plenè Thom. Hurtad. res. mor. p. pr. tract. pr. c. 8. per tot. à fol. 32. ad 51. Francisc. de Magistr. in Silv. Eccl. p. 2. lib. pr. tit. pr. c. 18. per tot. fol. 107. Borgon. d. dec. 13. p. 5. & remissivè ad alios Ægid. de Castejon. in Alphab. jurid. verb. Nefandum, Pignatell. consult. 14. per tot. tom. 9. Vide Zuff. ubi supra.

2 Sodomia committitur etiam inter virum, & mulierem & cum propria uxore, accedendo illi carnaliter præpostera Venere, in vase præternaturali, imò majus esset delictum cum propria uxore, quàm cum alia muliere, quidquid aliquantò minus esse dixerit Navar. consil. pr. nu. pr. lib. 2. Clar. §. Sodomia vers. vidi quandoque, Menoch. de arbitr. d. cas. 286. num. 33 & seqq. Azor. Instit. moral. dict. part. 3. cap. 20. fol. mihi 183. Farinac. dict. quæst. 148. num. Sousa loc. sup cit. Bajard. ad Clar. loc. cit. num. 5. ubi quòd mulier patiens coitum sodomiticum præsumitur coactè, & non voluntariè, & saltem metu reverentiali, allegans Socin. cons. 263. num. 5. qui tamen hoc non dicit, & loquitur in aliis terminis, quòd metus levior sufficit in muliere, Nicol. lucubr. utr. jur. lib. pr. tit. 10. de divor. num. 93.

Quòd Sodomia cum masculo, & cum fœmina, specie distinguatur, & ideò in confessione sit explicanda hujusmodi circumstantia, & scilicet fuerit cum masculo, vel fæmina, quidquid alii contra Dian. par. 9. tract. 9. res. 66. vers. quæro tertio, & alibi prout infra nu. 10. in fine.

Commissa tamen cum muliere à Clerico non facit illum incidere in pœnas Constitutionis S. Pii V. cum tamquam pœnalis sit strictè intelligenda de Sodomia cum masculo, Dian. part. 2. tract. 7. resolut. 21. in fine, num. 10.

Quòd Sodomia sit gravius peccatum, quàm si quis cum propria matre coiret, cap. Adulterii, & cap. seqq. 32. quæst. 7. Menoch. d. cas. 286. num. 9. Bajard. ad Clar §. Sodomia num. pr. Vivi. comm. opin. 726. num. 9. ubi ostendit in malitia, & gravitate superare quæcumque alia carnis delicta. Vide Peguer. decis. 75. n. 1.

Commissa cum infideli, vel Hæbreo, an habeat circumstantiam mutantem speciem necessario in confessione explicandam, contrariæ sunt opiniones, sed affirmativa probabilior, Dian. par. 9. tract. 9. resol. 3. per tot. vide in §. Coitus num. 4.

Qualiter Sodomia, bestialitas, & mollities, sive pollutio sint peccata inter se specie distincta (quidquid malè, & erroneè conatus fuerit probare ejusdem esse speciei, & sic sufficere in unoquoque ex istis peccatis exponere in confessione procurasse pollutionem Caramuel.) latè Crespin. à Borgia qu. moral. select. contra Caramuel. quæst. 5. per tot. ubi benè omnibus rationibus, & fundamentis Caramuelis satisfacit, illumque, ut decet increpat, & redarguit.

3 Sodomia commissa à laico est crimen mixti fori, & ideò potest puniri tàm à Judice sæculari, quàm ab Ecclesiastico, salva inter eos præventione, Clar. §. fin. quæst. 37. versic. item quæro, & §. Sodomia, vers. hoc crimen, Menoch. de arbitr. cas. 286. numer. 24. Tusch. litt. S. concl. 317. Conciol. resol. crim. verb. Sodomia resol. 2. num. 3. Pat. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 234. fol. 84. Julius Chartar. decis. crim. 77. num. 26. & seqq. Farinac. quæst. 8. num. 527. &c. quæst. 148. num. Novar. in Prag. Reg. Collect. 212. sub num. 12.

Quòd Sodomia à laico commissa sit crimen mixti fori, & in multis Regnis possint illud punire etiam Inquisitores Apostolici multis probat Vela in Prælect. ad cap. 1. de offic. ordin. part. pr. de Episc. num. 106. & seqq fol. mihi 343. post Dissert. ejusd. Canter. quæst. crimin. part. 5. cap. 4. de vit., & fragilit. carn. §. De Sodomia, aliique plures ab istis citati.

An autem Judex sæcularis ob sodomiam possit clericum apprehendere, & punire, vide Olivam Tract. de For. Eccles. quæst. 15. part. 2. & quæ dixi in hoc §. num. 10. infr. num. 25. in fine, Pignat. ead. consult. 14. num. 4.

Quòd in aliquibus locis, & præcipuè in Regno Portugalliæ, spectet etiam cognitio ad Tribunal S. Officii, Dian. p. 4. tract. 7. res. 20.

Sodomia sive cum masculo, sive cum fœmina ex- 4
tra vas naturale, nullam facit contrahere affinitatem, cap. extraordinaria, ubi glos. 35. quæst. 2. Cabal. resol. Crimin. cas. 44. per tot. Addit. ad Capell. Tolosan. decis. 96. Bonacois. quæst. crim. verb. Sodomia numer. vide in §. Affinitas num. 4.

An verò habens copulam sodomiticam cum affine, vel consanguineo; vel aliàs sibi conjuncto per cognationem spiritualem, teneantur hanc circumstantiam in confessione explicare, vide hinc inde per Dian. p. 3. tract. 4. res. 101. et p. 7. tract. 12. res. 17. et 18. Azor. Instit. moral. tom. 3. lib. 3. cap. 18. quæst. 4. et 5. Dian. p. 9. tract. 9. resol. 20. in fine, ubi negativam sequitur.

Sodomia potest puniri pœnis, de quibus infra dice- 5
tur, licèt non constet de corpore delicti per inspectionem, eo quod nulla remanserint signa apparentia, prout in adulterio, & similibus casibus, Boss. tit. de delict. num. 3. Bajard. ad Clar. §. Sodomia num. 18. Plot. inter cons. crimin. divers. cons. 132. num. 22. lib. pr. latè Thom. Trivis. decis. crimin. 13. per tot. lib. 2. Farinac. quæst. 2. num. 24. Sanfelic. dec. 354. num. pr. et seqq. ubi quòd probatur conjecturis quoad delictum in genere, & etiam in specie, et decis. 28. num. 4. ubi reddit rationem quia in delictis, quæ habent se etiam ad figuram non delictorum, & quæ possunt evenire, aut facto hominis, & sic cum scelere, aut etiam natura, & sic sine scelere, sufficit talis probatio ex conjecturis pro delicto in genere, Basilic. dec. crim. 4. per tot.

Solent tamen pueri prætensi sodomitati (cum fractura) visitari mediantibus Medicis, vel Chirurgis tanquam in arte peritis circa anum, nam si appareant scissuræ ani, ragadiæ dictæ, vel excoriatio, inflammatio, pruritus, color lividus, laxitas, & partis dilatatio, caruneulæ, sive carnis excrescentiæ, quæ vulgò Creste nuncupantur, & similia signa dicetur probatum corpus delicti; quamvis ex aliis etiam causis quandoque procedere possint, & ideò bonum esset, ut periti etiam deponerent undè illa possit esse causata ad Paul. Zacch. quæst medic. legal. tom. pr. lib. 4. tit. 2. quæst. 5. per tot. Farinac. quæst. 148. num. 74. Guaz. def. 4. cap. 7. num. 12. etc. dixi in Pract. §. Sodomia num. 27. latè videndus Thom. Trivis. d. decis. 13. per tot. lib. 2. quam sequitur Farinac. quæst. 2. num. 24. & Scacc. tract. de judic. caus. civil. et crim. cap. 83. nu. 3. Addit. ad Sanfelic. decis. 354. vers. Qualiter, & sic quod dicitur supra Sodomiam probari indiciis, & conjecturis, etiam quoad corpus delicti, etiamsi de eo non appareat per inspectionem, quia non remanserint signa, debet intelligi quando non prætenditur cum fractura, nam si prætendatur cum fractura, tunc illa est inspicienda per peritos, qui si asserant nullam adesse fracturam, præsumitur, quòd sicuti puer falsum dixit in hac qualitate, ita etiam dixerit in facto principali, colligitur ut ex supra-

præcitatis Doctoribus, Conciol. *verb. Sodomia resol.* 1. *num.* 3. Sanfelic. *d. decis.* 28. *num.* 4. ubi quòd sufficit fides Medici attestantis non posse apparere signa in adolescente ætatis provectæ pro probatione delicti in genere, & concurrentibus indiciis sufficientibus procedi ad torturam. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 1. *sub n.* 48.

6 Sodomiam passus propter immanitatem criminis facit Indicium ad torturam contra stuprantem, præcipuè si aliqua alia adminicula concurrant, & leviter torqueatur ad purgandam maculam, nisi fuerit per vim coactus, quia tunc non efficitur infamis, & facit indicium sine tortura secundum distinctionem, da qua dixi *in §. Societas num.* 50. *vers. Item non est necessaria*, Boss. *tit. de stupr. detest. in mascul. num.* 7. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 84. *num.* 9. *&c.* Tusch. *litt. S. conclus.* 317. *num.* 4. Martha *vot. Pis.* 138. *ubi ad defensam*, Farinac. *quæst.* 43. *nu.* 88. *et seqq.* Peguer. *decis.* 71. Ricc. *Collect. decis.* 133. *et* 523. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 382. *vers. Patiens*, ubi quòd non facit inditium ad torturam, nisi alia adminicula concurrant, de quibus Chartar. *decis.* 68. Sperel. *decis.* 38. *nu.* 7. *et seqq.* ubi quòd hujusmodi tortura debet irrogari in præsentia, & confrontatione rei nominati, qui si fateretur delictum, esset abstinendum à dicta tortura, secundum Scacc. *de judic. lib. pr. cap.* 86. *numer.* 56. *&* *libr.* 2. *cap.* 86. *numer.* 67. *Vers. Ex qua confrontandi &c.* prædictis adde Thom. Trivis. *decis.* 13. *et* 14. *per tot. lib.* 2. ubi plura da probatione hujus criminis, & quòd illud passus facit indicium ad torturam contra agentem, si constet de fractura recenti unica vice sequuta, non autem reiterata, nam argueret vitium patientis, & de mala fama inquisiti; vel si constet de vi, & metu illata patienti, nam tunc etiam non apparente fractura facit indicium ad torturam sufficiens, vide Conciol. *verb. Sodomia resolut.* 1. *num.* 5. ubi quòd non facit Indicium ad torturam sine aliis adminiculis, siva sit minor, siva major, sive masculus, sive fœmina, & sive intervenerit vis, sive non ad Farinac. *quæst.* 43. *num.* 99. Peguer. *decis.* 76. Cabal. *d. cas.* 84. *num.* 2. *et alios*, sed Trivis. & Peguer. sequitur Joseph. Felin. *in Margarita variar. concl. verb. Tortura fol.* 112. *col.* 2. Hier. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. quæst.* 37 *num.* 32. *et* 33. ubi quòd vim passo creditur sine tortura, voluntario autem cum tortura ad purgandam infamiam, idem Basilic. *dict. dec. num.* 26. Vide Pellegrin. *dict. sect.* 2. *n.* 49. Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 3. *q.* 24. *num.* 20.

Sed pro defensione inquisiti nominati à puero patiente, ne deferas videre Julium Chartar. *dict. decis.* 88. *per tot.* ubi plenè probat dictum simplex patientis sine adminiculis non sufficere ad torturam nominati, & postquam plura retulit adminicula, illa refellit, quia non essent legitimè probata per duos testes contestes, ut requiritur in probatione indiciorum remotorum, & quia agebatur da Clerico, contra quem graviora requiruntur indicia pro tortura illi inferenda, & alia ad rem.

Quòd sodomia probetur non solum per testes, qui viderint, vel audierint, sed præsumptionibus, & conjecturis, veluti ex dormitione cum prætenso stuprato, osculis, fama, dicto stuprati, & similibus arbitrio judicis ad effectum torquendi, vel condemnandi juxta gravitatem hujusmodi indiciorum, Farinac. *quæst.* 148. *versus finem*, Mascard. *de probat. conclus* 1313. Tusch. *litt. S. conclus.* 317. Sansel. *decis.* 47. *sub num.* 8. *vers. repertus fuit in Camera*, ubi refert indicia indubitata hujus criminis, ut possit pœna ordinaria puniri, *&* *decis.* 354. *per tot.* ubi de reperto in eodem lecto cum adolescente in ano vitiato, cum linteamentis spermate maculatis, & depositione ipsius pueri, ex quibus tamquam indiciis indubitatis fuit ille damnatus morte naturali tanquam sodomita in flagranti repertus; sed facta reclamatione à dicta sententia fuit tortus, cùm non præsumatur delictum consumatum, sed tantùm attentatum, & propterea non pœna ordinaria puniendum, ut ibi latiùs habetur cum notabili *Addit.* de hac materia; de qua plenè etiam Capyc. Latr. *decis.* 163. *per tot.* ubi stante simili repertione, dicto stuprati, præcedente domus præparatione publica voce, & fama, cum similibus indiciis, fuit resolutum pro executione pœnæ ordinariæ mortis, non obstantibus pluribus pro defensiona rei adductis, & Borgn. Cavalcan. *decis.* 13. *tit. de delict. seu quasi par.* 5. ubi quòd istud vitium in genere probatur etiam per testes singulares, & sodomitatas, quorum dicta conjunguntur ad faciendam plenam probationem, quia ex natura negocii, & loci veritas aliter haberi non potest, quo casu etiam socius criminis probat, saltem cum tortura, imò isti magis probant, quam alii, cum tale crimen non soleat patrari nisi cum personis inhabilibus, infantibus, & minoribus, & ideò isti sunt meliores testes aliis, quem sequitur Capyc. Latr. *d. decis.* 163. *num.* 62. *&* 63. *&* *num.* 21. *&* 46. ubi quòd probato delicto in genere dicitur etiam probatum in specie in similibus criminibus, idem Basilic. *dict. dec. num.* 18. *&* 19.

Quòd plures ab eodem sodomitati deponentes de diversis actibus, etsi singulares probent unicum delictum in genere, ita ut possit ad pœnam arbitrariam deveni, & eo magis ad torturam, etiam per tres vices interpolatis diebus Borgn. *d. decis.* 13. *num.* 11. & in fine cùm inquisitus tortus steterit in negativa fuit confinatus extra Diœcesim, videas ipsum *per tot.* Cabal. *cas.* 84. *num.* 10. *&c.* Farinac. *quæst.* 64. *num.* 223. *&* *seqq.*

Sodomita de jure statim commisso crimine amittit dominium bonorum suorum, quæ fisco applicantur, Clar. *§. Sodomia, vers. Item sodomita*, Tusch. *litt. S. conclus.* 326. *numer.* 12. Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *num.* 19. ubi tamen quòd Senatus Mediolanensis referente etiam Claro non solet pro hoc crimine indicere bonorum publicationem, & rectè quidem inspecto jure Cæsareo, secus autem inspecto jure Pontificio, vide Farinac. *quæst.* 148. *num.* 14. Novar. *in Pragm. Regni Neap. Collect.* 212. *num.* 12. Vivi. *comm. opin.* 726. *resol. crim. verb. Sodomia resol.* 3. *num.* 3. *&* *seqq.* Hermosill. *ad leg. Partit. tom. pr. gloss.* 1. *&* 2. *l.* 2. *tit.* 4. *num.* 17. *fol.* 281. ubi quòd Sodomita non potest testari, cum ipso jure amittat dominium, & fisco applicentur ejus bona, ac ita Praxis servat; sed intelligi debet juxta suas regiones, nam in his partibus non servatur, ut dixi, & probat Conciol. *dict. res.* 3. *in verb Sodomia, &* *ad Stat. Eugub. lib* 4. *Rub.* 25. *n* 6. ubi etiam Romaguer. *in Addit.* citat me & alios de hac materia tractantes. Vide eumdem Novar. *libr.* 1. *gravam.* 204. *n.* 204. 7

Quòd pro hoc crimine non publicentur bona, ita ut sententia esset nulla, latè defendit Plot. *cons.* 132. *tom. pr. consil crim n. divers.* Non. *cons.* 102. *num.* 9. Butr. *consil.* 58. *per tot.* quos refert, & sequitur Bajard. ad Clar. *loc. cit. num.* 18. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit. pr. num.* 169. *fol. mihi* 235. Farinac. *quæst.* 148. *num.* 15. ubi quòd ita servatur in Alma Urbe, Guaz. *de confisc. conclus.* 13. *limit.* 45. ubi quòd nunquam vidit pro hoc crimine pœnam confiscationis imponi, & hanc opinionem servari Florentiæ dixi *in Pract. §. Sodomia num.* 15. ac ita judicasse testatur Conciol. *dict. resol.* 3. *num.* 4. *in fine*.

Qualiter sodomita efficiatur intestabilis, ita ut omne testamentum antea conditum reddatur etiam nullum, Boss. *tit. de stupr. dest. in mascul. num* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *num. pr.* Viv. *comm. opin.* 726. *num.* 29. Farinac. *quæst.* 148. *num.* dixi in *loc. citat. numer.* 16. ubi de consuetudine non servari, quia non amittitur dominium bonorum ut supra, adde Gabriel. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 9. *Dub.* 4. *&* 5. *per tot. fol.* 351. *&* *eodem cap.* 9. *§.* 4. *Dub.* 1. *&* *seqq. fol.* 369. Pignatell. *d. consult. num.* 15.

Sodomita debet separari à conjugio, & conversationa uxoris propter suspicionem ne illam corrumpat, maximè si vir de hoc crimine uxorem tentaverit, Clar. *§. Sodomia vers. Item propter*, ubi etiam Bajard. ampliat, ut impediatur matrimonium contrahi, licèt per sodomiam non causatur affinitas, ut dictum est supra, Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *num.* 22. Conciol. *verb. Sodomia resol.* 2. *num.* 5. de quo tamen, & quomodo probari possit, vel debeat, vide Sperel. *decis.* 140. *num.* 38. *&* *seqq.* Tusch. *litt. S. conclus.* 316. *num.* 13. *&c.* Covar. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 8

7. cap.

7. *cap.* 5. *num.* 6. *fol. mihi* 269. Viv. *comm. opin.* 725.

An copula sodomitica habita à viro, sive ab uxore cum tertio, præstet conjugi innocenti justam causam divortii, etiam si fuerit imperfecta, ut quia semen non fuerit emissum, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 37. & negativam sequitur, quando fuit imperfecta, sed utroque casu mihi magis placet affirmativa, quando hujusmodi actus inhonesti, & nefandi contingunt ex parte mulieris per rationes ibidem per eum relatas, vide *in §. Matrimonium num.* 19. *et §. Adulterium num.* 12. *§. Sponsalia nu.* 5. Nicol. *Lucubr. utr. jur. d. lib. pr. tit.* 20. *de divor. num.* 93.

9 Sodomia de jure civili punitur pœna mortis tam in agente, quam in voluntariè patiente, imò de consuetudine sodomitæ comburuntur, Clar. *§. sodomia vers. sed quæro*, P. Manar. *Nost. Malcucol. Interrog.* 200. §. 5. Azor. *Instit. mor. part.* 3. *cap.* 19. *fol. mihi* 182. Farinac. *quæst.* 148. *num.* Rice. *Collect.* 184. 187. *et* 1877. Novar. *Pragm. Regn. Neap. Collect.* 212. Viv. *comm. opin.* 726. *num.* 4. *etc.* Anton. de Ballis *tract. variar. lib.* 3. *cas.* 25. ubi intelligit quando delictum est completum, & inter masculos, Conciol. *verb. sodomia resolut.* 3. *per tot.* ubi ampliat, & limitat, vide Basilie. *d. decis. num.* 11. *et ibi ejusdem divisio numer.* 12. *et* 15. Carpozov. *quæst.* 76. Brunnemann. *in l. vir nubit.* 31. *ff. ad l. Jul. de Adult.*

Non tamen comburuntur vivi, sed priùs occiduntur, & posteà corpora igni, & flammis traduntur, ne tanta morte in disperationem æternæ salutis incidant, Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. Duen. *reg.* 113. Bajard. *dict. §. Sodomia numer.* 7. *etc.* ubi quòd pluries ita servare fecit, ut scilicèt prius cum laqueo in gutture suspendantur, & postea comburantur, nec valere statuta punientia sodomitas pœna pecuniaria, & alia plura contra sodomitas, & illorum auxiliatores notabilia, sed raro hodiè nostrorum temporum corruptela practicata.

Quoad pœnam mortis naturalis intellige de sodomia consumata per emissionem seminis intra vas, & contra consessum, nam si fuerit emissum semen extra vas, vel tantummodò attentatum delictum etiam per actus proximos cum pollutione, non est locus pœnæ ordinariæ, sed aliæ extraordinariæ mitiori, vel torturæ reo negante, ad tradita per Sanfelic. *decis.* 354. *per tot. cum Addit.* Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 212. *num.* 2. & 3. Peguer. *decis.* 72.

Qualiter puniantur sodomitæ de jure Divino, naturali, gentium, civili, & Pontificio, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *num.* 5. *& seqq.* Cabal. *resol. crim. cas.* 16. *& cas.* 84. *per tot.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 316. *&c.* Farinac. *dict. quæst.* 148. *per tot.* Azor. *Institut. moral. dict. cap.* 19. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 197. *num.* 32. *vol.* 4. Anton. Pichard. *Pract. Instit. p.* 3. *n.* 214. *fol.* 105. Borgn. Cavalc. *tit. de delict. dec.* 13. & Capyc. Latr. *dec.* 163. Et de pœna hujus criminis Panimol. *dec.* 66. *& dec.* 67.

Quòd imò etiam illi, qui filiossam, & subditos sibi non corrigunt da isto vitio, digni sint eadem pœna, auctoritate Sacræ Scripturæ, benè probat Vivi. *comm. opin.* 726. *num.* 31. Intellige si probetur scientia, & patientia quoad forum externum, in interno autem omnia nuda, & aperta sunt oculis Dei.

De quodam judice iniquo, qui eum sibi hujusmodi crimen delatum rideret, & risu facinus approbare videretur, fuit ipse illa pœna affectus, qua stuprator absens affici non poterat, idem Menoch. *dict. cas.* 286. *sub num.* 7. sed væ judicibus quibusdam nostri temporis, si hujusmodi rigor esset aliqualiter cum illis servandus; quos tamen eadem justitia, quam impiè persecuti sunt, in futuro sæculo sævissimè persequetur, ut loquendo etiam de procuratoribus, & defensoribus, auctoritate S. Bernardi *Ser.* 16. *art.* 3. *cap.* 3. *per tot.* concludit Vivi. *comm. opin.* 726. *n.* 30.

Ad hoc autem ut sit locus dictæ pœnæ capitali ordinariæ debet delictum esse consumatum, & non solummodo attentatum, quamvis ob immanitatem criminis puniatur etiam solus conatus, & attentatio, sed pœna extraordinaria mitiori arbitrio judicis, Clar. *§. Sodomia versic. quæro nunquid*, Menoch. *d. cas.* 286. *n.* 10. 27. *&* 28. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 318. Farinac. *d. qu.* 148. *n.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 20. *vers. notandum*, ubi quid si semen effundatur extra vas, Sanfelic. *dec.* 47. *sub n.* 8. *vers. nam & si*, ubi quòd debet esse consumatum per pollutionē intra vas, de quo tamen sufficit constare per inditia indubitata, de quibus ibidem, *& dec.* 354. *per tot. cum Addit.*

Debet etiam haberi ratio qualitatis, & conditionis personarum, nam adolescentes, & minores mitiori pœna puniuntur, & quid si pluries in hoc deliquerint, Menoch. *d. cas.* 286. *num.* 29. *etc.* Bajard. ad Clar. *§. Sodomia n.* 13. ubi refert contrarium tenentes, nempè etiam minores in hoc crimine esse pœna mortis puniendos; quod puto intelligendum, dummodo saltem sint majores decem, & octo annis, juxta constitutiones Marchiæ *lib.* 4. *capit.* 69. & Statutum Florentinum de quo dixi *in §. Pœna num.* *et* *§. Minor num.* 2. Conciol. *verb. Sodomia resolut.* 3. *num.* 9. *& seqq.* ubi qualiter minor quatuordecim annorum excusetur à pœna saltem ordinaria, & infans, ac infantiæ proximus magis, ad Farinac. *qu.* 92. *num.* 83. Clar. *§. fin. quæst.* 60. *num. pr.* Odd. *de restitut. in integr. par.* 2. *qu.* 80. *sub num.* 44. Hieron. Cala *tract. de restitut. in integr. deneg. quæst.* 37. *num.* 29. *& seqq.* ubi quòd in hoc crimine, minor si sit agens non excusatur à pœna ordinaria, sed tantùm si fuerit patiens, nisi pluries reiteravit delictum, quia tunc nec patiens excusatur à pœna ordinaria mortis, ac ita refert pluries Neapoli judicatum, & executum, *& quæst.* 38. *n.* 70. *& seqq.*

Quomodo puniantur sodomitæ in Statu Florent. Cabal. *resol. crim. cas.* 16. *& cas.* 84. *per tot.* dixi *in Pract. §. Sodomia num. pr. &c.*

Quòd sodomia sit de delictis exceptis, & privilegiatis quoad processum, & pœnas, & habeat ferè omnia specialia læsæ majestatis *DD. in l. cum vir. C. ad leg. Jul. de adult.* cum aliis citatis per Sanfelic. *dec.* 355. *nu.* 9. ubi inter cætera quòd ejus pœna non potest minui, vel componi, aut transigi, vel gratiari, nec attenduntur privilegia personalia circa torturam, & alia, Conciol. *verb. Sodomia resolut.* 2. *per totum.*

Quòd sodomitatus per vim coactivam, nulla sit pœna puniendus, nec efficiatur infamia, & ideò faciat indicium absque tortura, Mastril. *dec.* 295. *num. pr.* Gizzarel. *dec.* 52. *num.* 33. *in Addit.* Farinac. *qu.* 148. *num.* Cabal. *resol. crim. cas.* 84. *num.* 12. *etc.* Conciol. *dict. resol.* 3. *n.* 12. Hieron. Cala *de restitut. in integr. deneg. qu.* 37. *n.* 32. *et* 33. Pignatell. *d. consult. n.* 2. ubi aliter sentit posita criminis notorietate.

Et quando puer ob teneram ætatem dicatur non habere nec velle, nec nolle, & quidquid videt ignorare, nec consensisse, sed vim passus, tamquam dormiens, & formaliter raptus, idem Cabal. *cas.* 16. *nu.* 40. ubi loquitur de puero septenni.

Sodomia à Clerico commissa, etiam si sit occulta, 10
& peracta pœnitentia, illum suspendit ab Ordinis executione, & si interim celebret efficitur irregularis, & non potest dispensari nisi à Summo Pontifice, Clar. *§. Sodomia vers. Item Clericus*, Tusch. *litt. S. conclus.* 316. *num.* 21. *&c.* Covar. 2. *par. relect. tit. de homicid. §. pr. num.* 6. *tom. pr. fol. mihi* 733. Vivi. *comm. opin.* 727. alios tenentes hanc opinionem refert Dian. *p.* 2. *tract.* 17. *resol.* 69. ubi tamen quòd ab omnibus meritò reiicitur, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 354. *vers. hujus &c.* ubi quòd Clerici sodomitæ per Bullam S. Pii V. privantur omni officio, privilegio, & beneficio, & degradati traduntur Curiæ sæculari, & notorii sunt irregulares de qua Bulla, & ejus declaratione, Scortia *in senect. Pontif. Constit. Epit.* 103. *et Theorem.* 254. *et* 255. *et* 256. *per tot. fol. mihi* 364. *etc.* Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib. pr. c.* 59. *nu.* 24. *et seqq.* latè Thom. Hurtad. *res. moral. p.* 1. *tract. pr. cap.* 8. *per tot. fol. mihi* 31. *et seqq.*, & hanc opinionem uti communem sequitur cum Farinac. *in q.* 148. Pignat. *loc. cit. n.* 3.

Quòd imò si sit occulta non inducat irregularitatem, quia nullum delictum quantumvis enorme facit irregularem, si sit occultum, Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *n.* 23. Azor. *Instit. moral. par.* 3. *lib.* 3. *cap.*

59. in

Digitized by Google

19. *in fine fol. mihi* 183. Conciol. *verb. Sodomia resolut.* 4. latè Ugolin. *de irregular. cap.* 43. *§.* 2. *n.* 4. *fol. mihi* 175. ubi sustinet hanc opinionem non solum in terminis juris communis, sed etiam in terminis Constitutionis S. Pii V. & contrariam nullo modo esse recipiendam, tamquam nullo jure, nullave ratione fulcitam, hanc etiam probat Dian. *p.* 2. *tract.* 17. *res.* 21. ubi etiam quòd nec dictæ pœnæ locum habent si sodomia committatur cum muliere, latè Thom. Hurtad. *loc. cit.* ubi plura de hac materia.

Quòd non sit locus purgationi Canonicæ, sed etiam Clericus debeat subjici torturæ, juxta qualitatem inditiorum, & puniri, Cabal. *res. crim. cas.* 84. *per tot.* Azor. *d. c.* 19. Farinac. *q.* 148. *n.*

Quòd supradicta Bulla S. Pii V. contra Clericos sodomitas pertineat tantùm ad forum externum, & non sit in foro conscientiæ usu recepta, & quatenus esset, non procedat in sodomia cum muliere in vase præpostero commissa, licèt alii contra, nec quando semen non fuit emissum intra vas, quo casu nec est casus reservatus sodomiæ; an autem habeat locum tam contra agentes, quàm contra patientes, an si semel, bis, vel ter id egerint, an si bestialitatis vitium commiserint, an requiratur sententia judicis, & alia de clericis sodomitis, Dian. *par.* 2. *tract.* 17. *res.* 61. *& seqq. per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Sodomia resolut.* 4. *per tot.* vide Scortiam *loc. sup. cit.* Sousam *ubi supra*.

Quænam circumstantiæ de hoc peccato sint exprimendæ in confessione, vel non Dian. *p.* 5. *tract.* 14. *res.* 56. *& p.* 6. *tract.* 6. *res.* 36. *par.* 7. *tract.* 10. *res.* 8. *et tract.* 12. *resol.* 15. *et seqq. et* 23.

Quod non sit necessarium explicare in confessione an quis fuerit agens, vel patiens, licèt aliqui contradicant, probat Dian. *par.* 11. *tract.* 3. *resolut.* 4. *per tot.*

Quando somodia sit casus reservatus, vel non, stante reservatione facta, Dian. *par.* 7. *tract.* 12. *resolut.* 13. *per tot.* faciat Scortia *loc. supr. cit.* de omnibus prædictis, & aliis in materia sodomiæ, præcipuè à Clericis, sive Regularibus commissæ, latè Thom. Hurtad. *resolut. moral. par. pr. tract.* 2. *cap. pr. per tot. fol. mihi* 31. *et seqq. ad* 51. Borgnin. Cavalcan. *tit. de delict. dec.* 13. *per tot. par.* 5. ubi plura de sodomia à Clerico commissa quomodo probetur, & puniatur.

21 Sodomitæ ultra alias pœnas efficiuntur infames privantur defensione advocatorum, & officio advocationis, si ipsi sint advocati, *l. cum vir. Cod. ad l. Jul. de adult.* Menoch. *de arbitr. d cas.* 286. *nu.* 20. 25. *et* 26.

Repelluntur etiam à testimonio, Bertaz. *cons. crim.* 71. *num.* 66. *volum. pr.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1313. *num.* 16.

Debent tamen eis defensiones assignari, nisi agatur de sodomia insigni, & notoria, Cabal. *res. crim. cas.* 41. Novat. *in prag. Reg. Collect.* 212. *n.* 9.

Item dùm tentant aliquem de hujusmodi vitio nefando, possunt à tentato impunè offendi, ac occidi, Ferrer. *tract. de re milit. fol.* 151. *n.* 67. Anton. Scap. *tract. de jur. non script. lib.* 5. *cap.* 143. *n.* 12. Farinac. *quæst.* 148. *n.* 18. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 354. *vers. licèt occidere*, Novat. *in Prag. Regn. Collect.* 212. *n.* 4. Bajard. ad Clar. §. *Sodomia num.* 15. ubi refert ita bis fuisse servatum in facti contingentia, facit Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.* 88. ubi quòd pro defensione pudicitiæ licitum est insidiantes occidere, & benè Conciol. *resol. crim. verb. Occisio res.* 4. *per tot.* quòd verum esse etiam in foro conscientiæ, & cum adjutorio alterius quando vim patiens aliter non potest evadere, probat Dian. *resolut. moral. par.* 5. *tract.* 4. *resol.* 34. vide in *§. Stuprum n.* 5. *in fine*, *§. Raptus n.* 9 *& §. Homicidium n.* 25. *in fine*.

22 Sodomia commissa à viro cum uxore, an possit ipsa uxor puniri ex eo, quia tacuerit, & virum non denunciaverit, vel possit excusari saltem à pœna ordinaria, Bajard. in §. *Sodomia n.* 16. *in addit. ad Clar.*

An sodomita possit se excusare, allegando quòd id egerit in somnis, cogitando accedere ad mulierem, videtur affirmare Gomez. *de edict. c.* 3. *nu.* 26. *circa finem*, Bajard. *loc. cit. n.* 21. *ubi tamen in fine*, quòd hujusmodi cantilena à bonis judicibus non est admittenda, ne se similes reo ostendant, Farinac. *q.* 148. *num.* 52. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 354. *vers. Ad do casum*.

Sodomitæ non gaudent immunitate Ecclesiæ maximè si tale crimen in Ecclesia commiserint, imò absolutè non gaudere, docent Cutel. *in l. Martini cap.* 17. Castil. *dec.* 155. *par.* 2. Barbos. *de jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 127. & alii per eos citati. 23

Contrarium autem nempè sodomitas, etiam Clericos, & delicto in Ecclesia commisso absolutè gaudere immunitate Ecclesiæ, tam in terminis juris communis, quàm Bullæ Gregorianæ, cum non sit de casibus in illa exceptis, pluribus relatis probat Dian. *resolut. moral. par.* 9. *tract. pr. resol.* 2. *vers. Unde ex dictis*, *& par.* 6. *tract. pr. resol.* 26. *quæst.* 4. Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 24. *sect.* 7. Danza *de pugna Doct. tom. pr. tit. de Immun. Eccles. cap.* 4. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 354. *versic. An sodomitæ*, *& cum non priventur*, vide Pignatel. *d. consult.* 14. *n.* 11.

Sodomia an committatur inter hermaphroditos 24 facit quod dixi *in §. Matrimonium n.* 27. vide Lauren. Matthæu. San. *de re crim. contr.* 48. *num.* 40. *& seqq. ubi num.* 45. negativè concludit, quia ad hoc ut simile peccatum, vel delictum committatur inter homines, necesse est, quòd seminis emissio fiat eo modo, quo generatio sequi non possit; natura enim per usum libidinis intendit generationem, & sic dùm fit extra vas generationi non aptum dicitur contra naturam, & hoc est perdere textum locum suum; at quando duo hermaprodiri utroque sexu potentes simul coeunt, & illis promiscuè utuntur, neque extra vas naturale operantur, neque finis naturæ generationis frustratur, cùm verè generare possint, sicut generarunt illi, & ambo fuerunt reperti prægnantes in figura matrimonii inter eos legitimè contracti, de quibus auctor *loc. cit.*

De Sodomia tractant nonnulla Bertachin. *in Repertor. verb. Sodomia*, Bobadil. *lib.* 2. *Polit. capit.* 17. *num.* 67. *&c.* Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 22. *& de matrim. cap.* 7. §. 5. *n.* 9. *&* 10. ubi an committatur inter conjuges, & pœna ordinaria plectatur, & an inter fœminas, Massin. *de confisc. bonor. q.* 9. Panimol. *dec.* 66. *&* 67. Magina Anglarien cæterique relati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Nefandum*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 1. *verb. Sodomia fol.* 629. Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. p.* 2. *verb. Sodomia fol.* 341. ubi quòd Sodomitæ ipso facto afficiuntur juris infamia, & consequenter irregularitate, stante publicitate, vel notorietate facti, vel declaratoria judicis, & quòd ex Bulla S. Pii V. 72. quæ incipit, *Horrendum*, omnes Sacerdotes, & alii Clerici sæculares, vel Regulares, ipso facto priventur omni privilegio clericali, omni officio, & dignitate, & beneficio Ecclesiastico, & per Judicem Ecclesiasticum degradati, tradendi sunt Curiæ sæculari puniendi, sequuta etiam prius sententia declaratoria, plura etiam videnda apud Basilin. *in d. dec. crim.* ubi quando minor possit pro eodem sodomiæ crimine torqueri, & de distinctione inter impuberem, & pubertati proximum, & quid de pubere n. 33. 34. *&* 36. De Sodomia aliqua etiam scribunt Panimol. Vela Danz. Zuff. Carpzov. Brunnemann. & alii criminalistæ. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 9. ubi omnia superius tradita confirmat. 25

De pœna imponenda mulieri commiscenti cum masculo præpostera venere Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 9. *sub n.* 8., ubi dicit mitius puniendam. 26

Fœmina si agat ut vir in aliam fœminam, an incurret pœna mortis Carol. Ant. De Luc. *loc. supra adduct.*, ubi Doctores pro utraque parte refert. 27

Sodomitæ secundum canones deponuntur, & in Monasterium detruduntur, ut *in cap. Clerici de excess. Prælat.* Fagn. *in cap. Cum non ab homine n.* 89. *de Judic. tom.* 2. 28

Bulla Pii V. contra exercentes Vitium nefandum non habeat locum in iis, qui unica tantum vice illud committunt Navar. *in Manual. cap.* 27. *num.* 249. *vers. Tertio dico*. Fagnan. *in cap. Ad falsariorum nu.* 28. *de crim. fals. tom.* 5. 29

Cle-

20 Clerici, qui crimen Sodomiæ exercent, seu frequentant ipso jure incurront privationem officii, ac beneficiorum, quin, & degradari debent. Abb. *in cap. atsi Clerici n. 39. de Judic.* Fagn. *in cap. Cum non ab homine n. 6. eod. tit.* Layman. *Theol Moral. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 5. n. 2. & 6. tom. pr. pag. 119.*

§. SOLEMNITAS. XXII.

1 Solemnitas est moltiplex, cum alia respicit negocium, sive contractum, alia instrumentum, sive probationem, alia substantiam, & perfectionem actus alia mixtim utromque; vel solemnitas est substantialis, vel formalis, vel effectualis; intrinseca, quæ ex significatione verborum includitur, vel extrinseca, quæ posito actu necessariò non ponitur, ut latè explicat Card. Tusch. *litt. S. conclus. 319. & 320. per tot.* cum aliis remissivè relatis per Ægid. da Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Solemnitas.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 7. sect. 4. a num. pr. tom. 3.*, ubi etiam quid sit solemnitas contractus.

2 Solemnitas intrinseca semper præsumitur, extrinseca verò debet probari, nisi lapsum fuerit diuturnum tempus, quia tunc etiam extrinseca præsumitur, latè Menoch. *præsumption. lib. 3. præsumption. 132. per tot. & libr. 4. præsumpt. 9.* Socin. *reg. 462. et 463. per tot.* Capyc. *dec. 16.* Rot. *part. 2. diversf. dec. 243.* Gratian. *discept. forens. cap. 268. per tot. cap. 318. num. 31. cap. 415. num. 19. cap. 433. nu. 51. cap. 474. num. 11. cap. 564. num. 25. cap. 590. num. 6. cap. 859. num. 15.* ubi de citatione, *cap. 867. num. 50.* ubi de beneplacito Apostolico *cap. 869.* ubi de Insinuatione, *&c. 893. n. 17.* Pac. Jord *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 21. n. 96. & seqq. fol. 429. et tit. 28. n. 29. et seqq fol. 606.* ubi distinguit tres casus, & Scacc. *de appell. q. 19. conclus. 7. n. 3. etc.* latè Card. Tusch. *litt. S, conclus. 322. cum pluribus seqq.* Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1314. 1315. & 1316. per tot.* Cabal. *cons. 66. lib. pr.* vide *in §. Beneplacitum nu. 7. §. Diuturnitas n. §. Insinuatio num. & §. Subhastatio num.* Donad. *de Renunc. cap. 18. n. 10. & 27.* Altimar. *loc. cit. n. 6. & 31.*, ubi etiam quid sit solemnitas intrinseca Crescie. ad Pen. *decis. 99.*

An hoc autem ut solemnitas extrinseca possit præsumi ex diuturnitate temporis, requiritur scientia, & patientia partis, ac ipsius actus gesti observantia, plenè Ger. Spin. *cons. 46. & 47. per tot.* ubi agit de insinuatione, vide *in §. Statutum de Solemnitatibus n. 20. in fine.* Quænam autem temporis observantia requiratur, ut præsumatur solemnitas extrinseca Card. De Luc. *tit. de Pens. disc. 53. nu. 6. disc. 77. num. 6.* Spie. *cons. 46. & cons. 47.* Altimar. *ubi supra n. 33.*

Quòd conjuncta possessione beneplacitum Apostolicum præsumatur ex cursu longi temporis, alias secus, Magon. *dec. Flor. 61. n. 18. &c.* & de cursu 30. annorum cum possessione, Rot. *p. 2. diversf. dec. 179. n. pr.* vide alios supracitatos, & *in §. Beneplacitum.* Donad. *ubi supra num. 25.* Altimar. *loc. cit. num. 35.*

3 Solemnitas extrinseca respiciens substantiam actus, temporis cursu non præsumitur, sicut nec quando sine instrumentum non facit fidem, nec quando ex inspectione actus clarè apparet solemnitatem non intervenisse, nec quando agitur de pœna, nec ubi efficacior præsumptio adest in contrarium, nec contra minorem, nec ubi actus pro solemnitate requirit scripturam, nec ubi solemnitas est posita in conditione, nec de jure Canonico, neque ubi non apparet de scientia, & patientia adversarii, vel si scivit impugnare non potuit, nec quando solemnitas non fuit enunciata, nam in his & similibus casibus præsumptio solemnitatum ducta ex temporis cursu non operatur, ut latè declarat Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. num. 67. & seqq. per tot.* Surd. *dec. 231. per tot.* Card. Tusch. *litt. S. conclus. 325. &c.* Thom. Trivis. *dec. 55. num. 51. et seqq. lib. 2.* Reverter. *dec. 223. pag. 141.* ubi quanto tempore præsumatur. Spad. *cons. 16. n. 8. & 15. cons. 77. n. 8. et 9. cons. 98. nu. 20. cons. 173. n. 55. vol. 3.* Altimar. *loc. cit. n. 40.* Crescin. ad Pen. *dict. decis. 99.*

Quoad solemnitatem, quæ potuit ante, & post actum adhiberi, ex sola inspectione actus non probatur illam non fuisse adhibitam, Gratian. *discept. forens. cap. 867. n. 53.* Altimar. *loc. supra adduct. n. 41.*

Quando verò solemnitas debuit intervenire in ipso actu, diuturnitas temporis nihil operatur, si ex inspectione actus, vel instrumenti appareat non fuisse adhibitam, Rot. *p. 2. diversf. dec. 84. n. 7. &c.* Altimar. *loc. relat. n. 42.* Crescin. ad Pen. *ubi supra.*

Solemnitas necessaria in alienatione bonorum Ecclesiæ, licèt ex cursu longissimi temporis juncta observantia præsumatur, tamen non præsumitur quando accessit aliqua solemnitas expressa non sufficient, prout nec quando est decursum post mortem illius Rectoris, qui alienavit, nisi probetur scientia, & patientia successoris, de cujus præjudicio agitur; Imò secundum aliquos, ut prædicta conclusio procedat requiritur etiam scientia Papæ, quòd pars non contradicat, neque neget solemnitates intervenisse, & quòd actus non requirat scripturam, nam ubi processus super cognitione causæ fuit redigendus in scriptis, solemnitates non præsumuntur ex quocumque temporis lapsu, prout nec quando deficit observantia actus, cujus vigore prætenditur substineri, latè Altograd. *cons. 26. n. 22. &c. libr. pr.* ubi etiam *nu. 29.* quòd dicta observantia debet esse clara, & certa, non dubia, præsumpta, nec æquivoca, Urceol. *Consult. forens. cap. 47. num. 32. &c.* Sperel. *dec. 179. nu. 51. &c.* ubi plura ad exclusionem præsumptionis solemnitatis extrinsecæ, & beneplaciti Apostolici, Rot. *par. 10. recent. decis. 209. num. 5.* ubi quòd dictum beneplacitum non præsumitur ex lapsu etiam 30. annorum, nisi simul concurrat observantia contractus, Rot. *par. 15. recent. decis. 7. num. 23.* ubi quòd ex cursu 30. annorum juncta observantia, præsumitur beneplacitum Apostolicum, non obstante Constitutione Urbani VIII. quæ dictam præsumptionem sustulit, ut dixi *in §. Beneplacitum nu. 7. &c.* Jovius *de solemnit. Gloss. 3. n. 162.* ubi pro obtentione ejusdem Beneplaciti quæ conditiones requirantur. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 7. sect. 4. num. 42. tom. 3.* 4

Quòd stante cursu centum annorum cum pacifica possessione emptoris, & sic centenaria præscriptione, solemnitates omnes præsumantur intervenisse, licèt in instrumento non sint enunciatæ, latè in terminis alienationis bonorum Communitatis Rot. *p. 18. rec. dec. 709.*

Solemnitas requisita à lege, vel statuto in actus celebratione, requiritur etiam in illius dissolutione, licèt secus sit si in celebratione fuerit adhibita non ex necessitate, sed ex voluntate partium, Gratian. *discept. forens. cap. 168. per tot.* Cardin. Tusch. *litt. S. conclus. 328. per tot.* Fagnan. *in c. recolentes n. 35. de statu Monach.* Urceol. *de Transact. quæst. 5. nu. 71. & quæst. 77. n. 13.* 5

Solemnitas canonica, quæ est necessaria in alienatione bonorum Ecclesiæ, non requiritur in alienatione rerum immobilium Confraternitatum, & Hospitalium, intelligendo de laicalibus, Gratian. *discept. forens. cap. 400. n. 22. &c.* 6

Contrarium in Ecclesiasticis, idem Gratian. *cap. 587. per tot. & cap. 838. num. pr. &c.*

Et hujusmodi solemnitates non probantur per verba enunciativa in instrumento posita, Genu. *de verb. Enunciat. lib. 2. quæst. 40. fol. 76.* dixi *in resol. cap. 25. num. 11.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 833. n. 17.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. tit. 6. n. 6.*

Quæ antè solemnitates requirantur de jure civili, & quæ de jure canonico in alienatione bonorū Ecclesiæ, dixi plenè *in resol. cap. 69. per tot.* Sperel. *dec. 154. et 155. per tot.* Borgn. *dec. 30. per tot. p. 2.* Menoch. *de arbitr. cas. 172. per tot.* Card. Tusch. *litt. S. conclus. 326. per tot.* vide *in §. Alienatio num.* Ricc. *Collect. 2201.* Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. part. 2. cap. 17. per tot. à fol. 129. ad 184.* Gibalin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 8. per tot. fol. 184. & seqq.*

Solemnitas canonica non requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ sint solita locari, & in Emphyteusim concedi; hujusmodi tamen solitum, vel consuetudo debet probari unà cum utilitate evidenti 7

denti

Digitized by Google

denti Ecclesiæ de tempore novæ concessionis, & quòd prima concessio fuerit facta cum debitis solemnitatibus, ac postea per quadraginta annos observata, vide Rot. *part.* 2. *diverſ. dec.* 60. n. 4. *&c.* Altograd. *conſ.* 27. *n.* 48. *&c. lib.* 1. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 379. *n.* 20. *&c. cap.* 813. *n.* 36. *&c.* ubi de constitutione Paulina, & de prohibitione ne alienatio fiat in consanguineos, & multa de surreptione, & *cap.* 452. *per tot* Rot. in Æsina Bonorum 27. Aprilis 1635. coram Becabella *in Noviſſ. part.* 7. *dec.* 36. *n.* 6. *& ſeqq.* facit Magon. *dec. Lucenſ.* 14. *per tot.* Rot. in Romana devolutionis Lunæ 4. Decembris 1651. coram Bichio, Altograd. *conſil.* 27. *n.* 48. *lib.* 1. dixi *in reſolut. cap.* 69. *n.* 33. *&c.* Merlin. *dec.* 756. *& deciſion.* 887. *n.* 22. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 165. *per tot. & dec.* 175. *n.* 14. *&c. part.* 13. *dec.* 113. *n.* 23. *& dec.* 191. *per tot.*

Quòd valeat consuetudo concedendi, & revocandi emphyteusim absque solemnitatibus canonicis, & sit servanda, Gratian. *diſcept. for. cap.* 913. *nu.* 33. Altograd. *conſ.* 27. *nu.* 49. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 19. *n.* 33. & dixi *in cit. c.* 69. *n.* 36. ubi latiùs.

Multa de læsione existente tempore novæ concessionis, ita ut ex ea rescindatur concessio non obstante quòd bona sint solita locari, Rot. *part.* 2. *diverſ., dec.* 331. *&* 312. *per tot. & part.* 13. *recent. dec.* 191. *per tot.*

Quòd si agatur de alienatione inter duas Ecclesias particulares facta, non habeat locum pœna *Extravagantis ambitioſæ. Paul. II. de rebus Eccleſ. non alienand. contra Rectores*, quia per eam non fit præjudicium Ecclesiæ universali, de qua loquitur dicta Constitutio, Thom. Trivis. *dec.* 56. *nu.* 17. *lib.* 2. De hujusmodi alienatione inter duas ecclesias vide De Luc. *De Regal. diſc.* 156. *n.* 9.

Tunc autem utuntur bona solita alienari quando semel fuerunt alienata cum debitis solemnitatibus, aut extant duæ concessiones cum cursu quadraginta annorum, sed omni casu essent concedenda eodem modo, & forma prout prius erant, & cum evidenti utilitate præsentis temporis, Altograd. *conſ.* 27. *n.* 48. *&c. lib.* 1. & latiùs *conſ.* 28. *n.* 17. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. ubi etiam, quid si fuerit alterata forma primæ investituræ, ut quia prima esset ad unam generationem tantum, & secunda fiat ad plures generationes, an secunda ratione dictæ mutationis in totum corruat si non fuerint adhibitæ solemnitates, vel saltem sustineatur pro tempore permisso, quo aliàs fuit facta, & sic solùm vitietur in excessu, & multis hincinde relatis distinguendo firmat utile per inutile non vitiari dixi *in reſol. c.* 69. *n.* 36. *&c.* vide Merlin. *dec.* 775. *n.* 10. *& ſeqq.* ubi quòd si fiat alteratio investituræ vitiatur in totum, non adhibito beneplacito Apostolico, Rot *part.* 10. *rec. dec.* 163. *per tot. & part.* 13. *dec.* 191. *per tot* vide in §. *Investitura.*

8 Solemnitas requisita, & adhibita in primo actu requiritur etiam in illius ratificatione, & confirmatione, ut latè declarat Card. Tusch. *litt. S. concl.* 319. *per tot.*

9 Solemnitas necessaria, si fuerit omissa, regulariter vitiat actum in omni dispositione, & quando secus, vide Card. Tusch. *litt. S. concluſ.* 330. *per tot.* dixi in *§. Forma num.*

An solemnitas loci contractus sit servanda per Forenses ibidem contrahentes, vel potius solemnitas juris communis, Tusch. *loc. cit. concluſ.* 331. *per tot.* vide in *§. Statutum num.* Ricc. *Collect.* 3780. De Luc. *de Donat. diſc.* 38. *n.* 11. *De alienat. diſc.* 59. *n.* 15. *diſc.* 67. *nu.* 12. An debeat attendi locus contractus, an locus originis Ansald. *dec.* 60 *à nu.* 37. Vide etiam Bonden. *docum.* 79. *num.* 31. Spad. *conſ.* 303. *n.* 3. *vol.* 2.

Quòd in modicis, & moram non patientibus, ac in aliis quibusdam casibus solemnitas juris non sit necessaria, & omissa non vitiet actum, Tusch. *loc. cit. concluſ.* 332. *per tot.* Fagnan. *in cap. cum Eccleſia n.* 4. *de cauſ. poſſeſſ. & fruct.*

Quando solemnitas possit remitti à partibus, vel non, idem Tusch. *concluſ.* 333. *per tot.*

Quòd si omittatur solemnitas necessaria de jure positivo (dummodò interveniat necessaria de jure naturali, gentium, & divino) non corruat actus in conscientia, nec peccetur quoad Deum, *r Collect.* 2759.

Solemnitas non necessaria si fuerit adhibita, sed minus legitimè non vitiat actum, quia abundans cautela ineptè adhibita non nocet, Felin. *in c. cum ordinem n.* 2. *&c. de reſcript. & in cap. examinata num.* 12. *de judic.* Addit. ad Sanfelic. *deciſion.* 350. *verſus finem*, ubi exemplificat in multis. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 16. *deciſ.* 5. *n.* 25. *vol.* 4. 10

Multa de variis solemnitatibus observandis in diversis actibus, quid operetur illarum omissio, & alia Bertachin. *in Repert. verb. Solemnitas*, Tepat. *var. ſent. tit.* 215. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. Camil. Capucc. *in Prax. part.* 1. *ut in Indice verb. Solemnitas*, Asin. *tract. de exe.cut. §.* 5. *per tot.* Cyriac. *controver.* 111. cæterique plures indicati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Solemnitas*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *cod. verb. fol.* 630. Plura Em. De Luc. *in Indic. gen.* & Jovins *in tract. de ſolemnit. in contract. min.* Mantiss. ad eumd. De Luc. Rocc. Castald. Altimar. Ansald. Emerix Caprar, Mans. Palm. Constantin. & alii moderni. 11

Solemnitates non requiruntur in actu utili Ecclesiæ Ansald. *dec.* 68. *num.* 15. *part.* 1. Item, quando contractus sequitur sub oculis, & cum approbatione Pontificis. Ansald. *ibid. n.* 16. 12

Justa causa contrahendi non sufficit pro sustinendo contractu Mulieris, vel minoris nisi etiam in eo serventur solemnitates statutariæ. Mart. Medic. *dec. Sen.* 93. *nu.* 9. *& ſeqq.* Ansald. *dec.* 94. *nu.* 32. *part.* 2. 13

Solemnitates statuti loci originis feudatarii an requirantur in actis, quæ fiant in feudo diversi Principatus. Card. De Luc. *de Feud. diſc.* 113. *n.* 15. Et gene aliter, an statutum loci originis, vel contractus sit servandum. Card. De Luc. *de Don. diſc.* 21. *n.* 2. *& ſeq. diſc.* 31. *n.* 16. *diſc.* 35. *n.* 17. *de Alien. diſc.* 59 *n.* 15. *diſc.* 67. *n.* 12. ubi latè. 14

Solutio totius debiti probatur per quietationem, & solutionem factam de residuo, nam residuum denotat nil aliud deberi, Maur. *de solut. c.* 4. *n.* 51. Grat. *discept. forens. cap.* 3. *num.* 2. *&c. cap.* 486. *num.* 34. *c.* 570. *n.* 33. *c.* 581. *nu.* 1. *c.* 716. *num.* 22. *etc.* Merlin. *decis.* 132. Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 261. *per tot. par.* 10. *dec.* 74. *n.* 14. *& sequentibus*, *& part.* 13. *dec.* 285. *n.* 1. *&c.* Barbos. *de claus. claus.* 108. ubi limitat nisi esset pro resto, & computatione rationum, quia tunc posset doceri de errore, vel nisi esset additum aliquando verbum restrictivum veluti pro saldo præsentis listæ, vel pro resto debiti veteris, quia tunc servit tantùm pro illo credito, & non pro aliis, Gratian. *d. cap.* 3. *n.* 2. *&c.* Barbos. *loc. cit. n.* 4. *&c. supra num.* 5. *in fine*, *& in §. Residuum num.* 1. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 253. *nu.* 8. *&* 9. ubi quòd si dictio, *per resto*, potest referri ad partitas particulares, non refertur ad omnia, *& part.* 19. *dec.* 415. *n.* 12. *& seqq.* ubi quando dicta verba, *resto*, *ò residuo*, possint etiam referri ad partem solutam, & solutionem cœptam, non autem completam significare. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 105. *n.* 7. Valenz. *cons.* 21. *à n.* 23. Rocc. *de societ. Mercat. num.* 200. Altimar. *d. quæst.* 47. *n.* 442. 20

Quòd ubi adsunt diversa computa, & distincta inter easdem partes, eo casu confessio, sive liberatio loquens *per resto*, *e saldo*, non dicatur generalis, sed referatur ad unum tantùm computum, nisi aliter appareat, Rot. *in Eugubina erroris calculi* 9. Decembris 1641 coram Carillo *in recent. part.* 9. *dec.* 54.

Quæ autem verba sint æquipollentia residuo, ac idem quod residuum denotent, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 172. *n.* 4. *et dec.* 272. *n.* 17.

E contrà etiam solutio facta ad bonum computum, & sine præjudicio, *residui*, indicat illam non esse finalem, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 56. *nu.* 4. Licet autem ut supra solutio pro residuo faciat præsumi reliquum fuisse solutum, debet intelligi quoad creditorem, non autem ut solvens possit totum repetere à principaliter obligato, Gratian. *discept.* 570. *n.* 33. Fontanell. *de pact. nupt. Claus.* 14. *glos. unic. part.* 1. *n.* 35. Amat. *resol.* 97. *nu.* 9. *et seqq.* Bich. *dec.* 373. *n.* 6.

Quòd ubi solutio pro residuo fit à fidejussore, vel alio non principali debitore, non operetur ut solvens possit totum repetere, sed tantùm partem solutam, cum aliæ partes præsumantur solutæ à debitore principali, nisi tamen creditor pro tota quantitate cessionem fecisset, Olea *de cess. jur. tit.* 6. *Miscel. nu.* 37. cum aliis per Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eug. lib* 2. *Rubr.* 29. *nu.* 18. De Luc. *de Cred. disc.* 109. *n.* 8. *&* 9. Altim. *d. n.* 442.

Solutio tamen facta pro residuo simpliciter refertur tantùm ad sortem principalem, & non ad fructus; nisi etiam præcesserit petitio fructuum, vel aliter appareat de illorum comprehensione, Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 364. *n.* 7. *etc.*

Solutio totius debiti, vel pro toto tempore in debitore annuo, vel semestrali, vel quinquennali arguitur, & probatur si ipse debitor doceat de tribus ultimis continuatis solutionibus, quia stante legalitate in solvendo continuatim per tres vices, & per tres solutiones di- 22

stinctas, silentio creditoris per hujusmodi tempus continuum, & tribus distinctis apochis, vel receptis absque ulla reservatione, & protestatione crediti præcedentis temporis, præsumitur etiam pro annis, vel semestribus præteritis solvisse, nisi per creditorem contrarium directè probetur, *l. quicumque, Cod. de apoch. pub. lib.* 10. ubi DD. & latè Menoch. *lib. 3. præsumpt.* 139. *n.* 1. *& seqq.* Costa *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 14. Maur. *de solut. cap.* 36. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 716. *n.* 12. *et seqq.* ubi de quietantiis factis à tutore, quæ cum tendant ad liberandum, nocent etiam pupillo, vide *in §. Confessio numer. et §. Debitor numer.* Franch. *decis.* 537. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 346. *n.* 4. *et seqq. per tot.* Ridolphin. *in Prax. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 244. *etc.* Mascard. *de probat. conclus.* 1320. Gabriel. *commun. concl. tit. de præsumpt. conclus.* 11. Duen. *reg.* 54. Mynsing. *obser.* 39. *cent.* 5. Gratian. *dec.* 152. Merlin. *dec.* 132. *et dec.* 839. *n.* 3. *etc.* Bich. *dec.* 373. *n.* 1. *et seqq.* ubi tamen quòd ista præsumptio non procedit contra tertium, ut infra, adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. qu.* 3. *n.* 30. Francisc. de Amaya *in d. l. quicumque, C. de apoch. publ. lib.* 10. *fol.* 179. *etc.* Caldas Pereyra *cons.* 44. *per tot.* Constantin. *ad Statut. Urb. annot.* 49. *à nu.* 16. Pigant. *ad Statut. Ferrar. tom.* 1. *rubr.* 12. *num.* 7. Gall. *de fruct. disp.* 26. *art.* 2. *n.* 7. *et* 38. Mansrell. ad Capyc. Latr. *dec.* 27. *num.* 2. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 47. *n.* 378. *tom.* 7.

Quæ quidem præsumptio locum habet in quocumque debitore tributario, emphyteutico, livellario, censuario, colono, pensionario, in solutione collectarum, decimarum, & similibus, quorum debita sint distributa per annos, vel per semestria, vel per trimestria, vel bimestria, vel quinquennia, etiam si medio juramento, & in forma Cameræ se obligaverint, & etiam si factis hujusmodi tribus solutionibus continuatis, posteà cessaverint in futurum solvere, vel etiam si in libro creditoris appareat de hujusmodi tribus continuis solutionibus, & tamen nihil in eo appareat de præteriti temporis solutionibus, ad latè tradita per Menoch. *dict. præsumpt.* 139. *n.* 6. *et seqq. ad* 24. Gratian. *d. cap.* 716. *num.* 13. *&c.* & alios suprà citatos. Constantin. *loc. cit. n.* 26. *&* 27. Altimar. *ubi supra n.* 389.

Intellige tamen, ut dicta principalis conclusio procedat tantùm in solutionibus regularibus, quæ scilicet de natura rei ita præstari solent, secùs autem in irregularibus, & ideò si quis promiserit solvere centum quolibet anno usque ad annos triginta, licèt probaretur solutio trium annorum, non præsumeretur de aliis antecedentibus, si credimus Gratian. *dec.* 152. *nu.* 4. *& per tot.* ubi alia in hac materia. Constant. *loc. cit.* Sed contra Gall. *de Fruct. disp.* 8. *art.* 1. *n.* 38. Altimar. *loc. cit. n.* 387.

Cessaret etiam dicta præsumptio contra cedentem, nam licet cessionario fuerint factæ dictæ tres solutiones continuatæ, non præjudicant cedenti quin exigere possit illud, de quo tempore cessionis remansit creditor, quia hæc præsumptio non procedit contra tertium, cui non fuerunt factæ solutiones, Menoch. *d. præsumpt.* 139. *n.* 32. Gratian. *discept. for. cap.* 716. *n.* 27. *& seqq.* sequitur Bich. *dec.* 273. *nu.* 2. *et seqq.* ubi quòd ideò si ageretur contra tertium pro repetitione solutionum annorum præcedentium non sufficeret dicta præsumptio, sed solutiones aliundè essent probandæ. Constantin. *loc. cit. n.* 40. Altimar. *loc. supra adduct. n.* 379.

Et idem est si exactores tributorum, censuum, canonum, & similium præstationum consueverint mutari, & fuerint mutati, nam tunc etiam solutiones factæ uni non præjudicant alteri, cujus negligentia, & consensus in receptione considerari non potest, Menoch. *loc. cit. in fine*, Gratian. *d. c.* 716. *n.* 28. Constantin. *ubi suprà.* Altimar. *loc. supra relat. n.* 380.

Item cessaret dicta præsumptio si hujusmodi tres solutiones factæ fuerint uno contextu, vel si de illis non appareant apochæ, cum non sufficiat probari testibus, vel si creditor protestatus fuerit de annis præteritis, vel si solutio facta fuerit per viam depositi, ad latè tradita per Menoch. *de præsumpt.* 139. *n.* 24. *& seqq. per tot.* Ger. Spin. *cons.* 17. *nu.* 18. *& seqq.* ubi declarat dicta Menoch. & aliorum, vide latè Francisc. de Amaya *in l. quicumque, C. de apoch. pub.* 10. *fol. mihi* 179. ubi plura de hac materia, Costa *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 14. *per tot.* Constantin. *loc. cit. n.* 28. Altimar. *ubi supra n.* 381.

Solutio dotis, vel alterius debiti an probetur, vel 22
præsumatur ex fide solutionis gabellæ dotis factæ à marito, vel alio debitore plene in terminis gabellæ Civitatis Florentiæ, Marth. Medic. *dec.* 87. *per tot.* ubi quòd non concludenter, sed benè præsumptivè ad effectum transferendi onus probandi contrarium in adversarium, maximè aliis concurrentibus adminiculis, & si in libro Gabellæ reperiantur scripta verba habuisse, & recepisse, Magon. *dec. Flor.* 95. *n.* 6. Card. Tusch. *litt. G. conclus.* 23. *nu.* 11. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 727. *nu.* 23. *&c.* vide in *§. Liber n.*

Solutio faciliùs præsumitur contra mulieres tan- 23
quam genus avarissimum, & in exigendo diligentiores, Menoch. *cons.* 1102. *n.* 18. *cons.* 121. *nu.* 75. Paris. *cons.* 173. *n.* 137. *n.* 23. *lib.* 4. Altograd. *cons.* 53. *n.* 36. *lib.* 3. Monach. *dec. Flor.* 2. *n.* 21. Caracciol. *decis. Panorm.* 19. *n.* 15. Caren. *res.* 108. *n.* 8. Tiraquel. *de leg. connub. leg.* 9. *nu.* 4. *et seqq.* Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 225. *nu.* 15. facit quod dixi in *§. Mulier n.* 1. Baldue. *dec. Parmens. tit. de Dot. dec.* 22. *n.* 93. Altimar. *loc. adduct. n.* 391.

Item stante bona fama debitoris, qui tanto magis præsumitur noluisse alienum retinere, nec fuisse immemor æternæ salutis, Bertazol. *cons. civil.* 118. *nu.* 13. Merlin. *dec.* 124. *n.* 22. Monach. *d. dec.* 2. *n.* 26. Caren. *d. resol.* 108. *n.* 7. Surd. *dec.* 105. *n.* 1.

Item si alias induceretur delictum in debitore, veluti si essemus in procuratore, nam ad excludendum delictum, quod ex retentione resultaret, faciliùs præsumitur pecuniam exactam restituisse, ad tradita per Caren. *resol.* 208. *n.* 9. *vers. Sexta conjectura*, Altograd. *cons.* 53. *n.* 38. *lib.* 2.

Item si agatur de credito habente executionem paratam, nam tunc faciliùs præsumitur exactio, & solutio, Rot. *Flor. libr. Mot.* 112. *à* 371. *in fine*, Sous. *dec. Lusit.* 34. *n.* 9. & novissimè me citato animadvertit D. Franciscus Ceneinius Aretinus in quodam suo responso in hac materia solutionis præsumendæ, Florentiæ impresso de anno 1666. *nn.* 82. *apud me inter allegat. civil. Divers. vol.* 1. *fol.* 259. in quo ingeniosè plurimas adduxit conjecturas, & contrariis responsum dedit; sed ferè omnes coincidunt cum supra me relatis, quas ipse prius vidit, & carpsit. Altimar. *ubi supra n.* 392.

Solutio quamvis juxta superiùs dicta possit præ- 24
sumptionibus, & conjecturis probari, maximè si sint plures, quæ possunt ad hunc effectum simul jungi, ad tradita per Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 40. *n.* 1. *etc.* Geon. *de script. priv. lib.* 2. *qu.* 1. *n.* 82. *fol.* 84. & dixi *supra n.* 7. *in fine, et n.* 5. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *par.* 5. *qu.* 47. *à n.* 306. *tom.* 7. *et nu.* 393. De Luc. *de Dot. dist.* 67. *et* 68. Gobb. *consult.* 68. *a n.* 23.

Tamen contrariis præsumptionibus, & conjecturis tolluntur, & solutio excluditur, & fortiores, sive efficaciores in conflictu prævalent, arbitrio semper judicis à jure tamen regulato, & in dubio ad favorem potius rei, quàm actoris extendendo, Marth. Medic. *Exam.* 53. *n.* 32. Rot. *part.* 21. *recent. dec.* 272. *n.* 10. *et seqq.* Bich. *dec.* 562. *num.* 8. *et seqq.* Post. *resol.* 50. *n.* 20. Natt. *cons.* 350. Honded. *cons.* 37. *n.* 52. *lib.* 2. Cravett. *cons.* 148. *in fine*, Monach. *dec. Flor.* 2. *n.* 39. & plenè in allegato Ceneini responso *n.* 62. *et seqq. per tot.* ubi ponit motiva solutionem excludentia, & contramotiva solutionem inducentia. Vide eumdem Altimar. *loc. cit. à n.* 337. ubi cumulat plures conjecturas exclusivas solutionis. Constantin. *loc. cit. a n.* 270. *cum seqq.* ubi plura.

Quòd si agatur de notabili summa non præsumatur solutio, nec sit verisimilis sine quietantiis, vel testibus, Post. *resol.* 50. *n.* 16. Marth. Medic. *Exam.* 53. *n.* 33. Conciol. *alleg.* 8. *nu.* 23. Merlin. *de pign. lib.* 3. *quæst.* 58. *n.* 51. Gregor. *dec.* 188. *n.* 3. & alii plu-

plures quos refert, & sequitur Urceol. *in Append. ad cap.* 23. *in fine* 2. *vol.* Bich. *dec.* 362. *n.* 27. *et* 18. Rot. post Urceol. *de transact. dec.* 76. *nu.* 13. Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 272. *nu.* 21. *et seqq. et part.* 58. *dec.* 488. *n.* 12. Balduc. *dec. Parmens. de Dot. dec.* 3. *n.* 34. Constantin. *loc. cit. n.* 283. Palm. *alleg.* 69. *n.* 21. Rot. post Albrit. *de Inconst. dec.* 62. *n.* 6. *et* 7. Altimar. *loc. cit.* 343.

25 Solutio particularis cum habeat multa incommoda regulariter non admittitur invito creditore, sed debet fieri de tota summa debita, nisi creditor aliter consentiat, Neguf. *de pign. par.* 5. *membr.* 3. *par.* 2. *num.* 17. Card. Tusch. *litt. S. concl.* 342. *cum seqq.* Maur. *de solut. cap.* 30. *per tot.* Catol. Rota *in Floril eg. conclus.* 37. vide in *§. Creditor num.* 30. *et §. Domus n.*

Sicut autem non potest debitor solvere partem debiti, ut supra, ita è contra non potest creditor petere partem crediti sui invito debitore, sed agere debet ad totam summam, si debitor opponat, & jus dicentis auctoritas patiatur, *l. in commodato, §. si duobus, ff. commodati*, Matthes. *not.* 215. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 137. *num.* 1. *circa medium*, quòd tamen puto limitari in illis casibus, in quibus admittitur particularis solutio invito creditore, & contrariorum sit eadem disciplina, & ne creditor, & debitor ad imparia judicentur, ac propter vim correlativorum, de quibus casibus vide Neguf. Maur. Tusch. *in loc. cit.*

26 Solutio potest fieri in quacumque moneta aurea, vel argentea, minuta, vel grossa currente tamen, & usuali in loco solutionis, nisi aliter inter partes sit expressè conventum, Franch. *decis.* 508. Maur. *de solut. cap.* 26. Gratian. *discept. for. cap.* 565. *n.* 2. *etc.* vide in *§. Legatum num.* 65. Paul. Christin. *dec.* 215. *n.* 12. *& seqq. vol.* 5. Ant. Fabr. *in Cod. tit. de solut. deffinit.* 37. Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 287. *per tot. et decis.* 300. ubi quòd potest solvi unum pro alio quando creditori non infertur præjudicium, *infra n.* 43. Rot. *par.* 19. *recent. dec.* 329. ubi quòd solutio est facienda in specie monetæ conventæ, vel saltem in moneta grossa, & non minuta. Vid. Antonell. *de loc. legal. lib* 2. *qu.* 21. *n.* 27. *et lib.* 2. *cap.* 42. Pigant. *ad Statut. Ferrer. rubr.* 132. *tom.* 2. Altimar. ad Rovit. *dec.* 33. *et* 35. Vide eumdem Altim. *de nullit. rubr* 1. *part.* 5. *quæst.* 47. *a n.* 460. *tom.* 7.

Item in ea moneta, quæ tempore contractus erat in usu, dummodo tempore solutionis sit currens, usualis & non variata, nec deteriorata, Maur. *de solut. cap.* 27. *per tot.*

Non tamen potest fieri in moneta, quæ non sit justi ponderis, nec tenetur creditor illam recipere pro tanto quanti valet, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 20. *n.* 13.

Quid si fuerit mutata in valore, vide in §. *Moneta n.* 1. *et* §. *Pecunia nu.* Ricc. *Collect.* 2896.

Stante tamen verisimilitudine, quæ oritur ea qualitate, & nobilitate rei, & personarum, veluti si agatur de summa grossa, & notabili inter Magnates, non admitteretur solutio in quatrenis, minutis, sed esset facienda in moneta aurea, vel argentea, ad tradita per Gratian. *decis.* 201. *per tot.* Christin. & Ant. Fabr. *loc. cit.* Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 329.

An autem pro nummis aureis receptis, possit debitor alterius generis nummos puta argenteos, vel æneos solvere invito creditore, & præcipuè in mutuo, negativè ex pluribus modis respondent Larrea *dec.* 21. *n.* 3. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 6. *& seqq.* Sed affirmativè magis communiter concludunt Menoch. *consil.* 49. *nu.* 38. Fachin. *lib.* 2. *contr.* 50. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 59. *per tot.* ubi benè probat, & contrariis respondet, de quo vide latè Anton. Gob. *tract. de monet. q.* 7. *&* 8. Vide Altimar. *d. quæst.* 47. *n.* 465. *tom.* 7.

Qualiter solutio sit facienda in moneta à partibus valutata, & juxta valorem taxatum, ac favore debitoris semper intelligatur de minori, Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 225. *per tot. & dec.* 230 *& dec.* 394. ubi plura quando valor monetæ alternativè promissæ stet taxativè, vel demonstrativè.

27 Solutio regulariter est facienda per debitorem ad domum creditoris, maximè ejusdem fori, Bart. *in l. item in illa, ff. de constit. pec.* Magon. *dec. Luc.* 78. *n.* 18. *etc.* Maur. *de solut. cap.* 29. Card. Tusch. *litt. S. concl.* 350. ubi pluribus limitat, Grat. *discept. for. c.* 128. *per tot.* ubi etiam ad quem spectet periculũ debitarum, si missæ fuerint in itinere, *& c.* 541. *n.* 27. *&c.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 9. *gloss.* 3. *n.* 6. Duen. *reg.* 161. *per tot.* ubi ponit regulam quòd creditor tenetur mittere ad domum debitoris pro solutione recipienda, quando certus locus non fuit expressus, quam decem, & novem modis limitat, vide in *§. Mora n.* 9. *&* 3. *Debitor n.* 80. Olea *de cess. jur. tit.* 1. *quæst.* 6. *n.* 48. *& seqq. per tot.* latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 38. *per tot.* Vide in *§. Creditor in noviss. addit.* Crescin. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *qu.* 47. *a n.* 497. & præsertim *n.* 507. *tom.* 7.

Quòd solutio sit facienda debitis, & congruis loco, & tempore, Tusch. *litt. S. concl.* 351. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 17. *vers. Nec obstat*, ubi quòd si creditor sit legitime impeditus potest alio die sibi magis opportuno receptionem solutionis differre, & si interim debitor deponat pecuniam suo, & non creditoris periculo deponet, cum culpa non possit creditori imputari, text. *in l. creditor* 102. *ff. de solut.* Altimar. *loc. supra adduct. n.* 499.

Quòd solutio, vel præstatio legati, sive alterius rei promissæ sit facienda in loco, cujus mensura fuit adjecta propter adjectionem illius mensuræ, Gratian. *discept. forens. cap.* 549. *num* 24. *&c.*

An solutio in certo loco destinata possit fieri in alio deducto eo, sive suppleto quod interest creditoris, dic quod sic, si partes sint de dicto interesse concordes, vel debitor se remittat juramento creditoris, vel si offeratur totale interesse cum omni utilitate, quam creditor potuisset habere, ea solutione in loco destinato, aliàs autem secùs si cogeretur creditor suum liquidare interesse, vel aliter laborare, ut pluribus hinc inde citatis declarat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 471. *n.* 26. *& seqq.* adde Oleam *de cess. jur. tit.* 1. *qu.* 6. *n.* 56. *&c.* Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 253. *num.* 8.

Solutio facta per decem annos, vel per aliud tempus an inducat obligationem in futurum, vel pro tempore futuro saltem favore alimentorum, vel alterius causæ privilegiatæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 562. *num.* 43. *& cap.* 716. *num.* 29. *&c. & d. cis.* 152. *in Addit.* latè Tusch. *litt. S. conclus.* 339. *per tot. & conclus.* 346. *num.* 1. *&c.* vide in *§. Alimenta num.* 20. *§. Titulus num.* 2. *et seqq. et §. Obligatio num.* 36. Peregrin. *decis.* 53. *per tot.* ubi bene declarat, *et num.* 6. quod hujusmodi solutiones saltem prosunt ad obtinendum in possessorio, facit latè Bich. *decis.* 543. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 391. *num.* 14. ubi quando diuturna solutio sub nomine census inducat præsumptionem fuisse ab initio ser. ter. censum impositum, quamvis instrumentum non appareat, & *part.* 19. *decis.* 19. *num.* 14. ubi quando solutio non inducat obligationem in futurum. Altimar. ad Rovit. *cons.* 78. *a n.* 6. *lib.* 2. Rocca *resp.* 61. *libr.* 2. Idem Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 43. *a n.* 738. *tom.* 7. Flor. de Men *quæst.* 2. Pen. & Crescin. *decis.* 183. *et decis.* 1235. 28

Si tamen solutiones detegantur erroneæ, solventibus non nocent, nec præjudicant in judicio petitorio, cùm error semper excuset, Afflict. *dec.* 83. *num.* 10. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 325. *num.* 6. *et* 7. Costa *de fact. scient. et ignorant. distinct.* 43. *per tot.* ubi quòd factæ scienter præjudicant, secùs autem si minus cautè, imprudenter, vel ignoranter. Vide Altimar. & alios supra citatos.

Solutio fructuum facta anticipatè, & incontinenti de ejusdem pecuniis receptis ad censum, vel ad societatem Officii, & sic brevi manu restitutis in parte exbursanti an reddat contractum usurarium, & an solutio anticipata faciat licitum minori emere, & quòd sit usura aliquid recipere propter anticipatam solutionem debiti, Gratian. *discept. forens. cap.* 619. *per tot.* vide in *§. Venditio num.* 49. *§. Usura num.* 6. *§. Pecunia num.* 14. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 110. *per tot.* ubi latè sustinet posse debitorem per solutionem anticipatam partis debiti, consequi liberationem à toto, quod benè declarat. 29

So-

Digitized by Google

30 Solutio facta de mandato, & jussu judicis liberat solventem, etiamsi non appellaverit, Magon. *decis. Florent.* 94. *num.* 19. *et seqq.* vide Rot. *part. pr. rec.* 345. ubi ponit tria requisita, nempè ut ille, cui solvitur sit creditor, solvens denunciet molestias, ac resistat opponendo omnes exceptiones competentes, aliàs solutio dicitur spontanea, *et part.* 17. *dec.* 112. *numer.* 30. *et seqq.* plenè ad saturitatem Calvin. *de æquit. libr. pr. cap.* 30. *per tot.* Vide De Luc. *de Credit. disc.* 58. *per tot. de Legit. disc.* 23. *n.* 6. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 47. *n.* 397. *tom.* 7.

Requiritur quòd judex sit competens, & solvens contradixerit, & opposuerit quicquid potuit, Gratian. *disceptation. forens. capit.* 485. *per tot. cap.* 636. *numer.* 2. *cap.* 704. *numer.* 37. ubi de sequestrario, qui non solùm debet contradicere, sed etiam appellare, Ger. Spin. *cons.* 5. *num.* 12. *et seqq.* facit Bieh. *decis.* 514. ubi de solvente cedenti post habitam notitiam, & intimationem cessionis, ut non excusetur, neque liberetur, vide in §. *Cessio num.* 28. Vide Theodor. *allegat.* 76. *n.* 12. Rosa *consult.* 25. *n.* 4. Catan. *dec.* 8. Altimar. *loc. supra cit.* Palm. nep. *alleg.* 207. *n.* 18. *tom.* 3.

An, & quando solvens exactè alteri, quam creditori liberetur, & quid si fuerit in mora solvendi, latè Afflict. *decis.* 150. *per tot.* ubi Ursil. *in Addit.* Menoch. *de arbitr. cas.* 137. *per tot.* ubi octo casus distinguit, & declarat, & plenè Calvin. *d. cap.* 50. *per tot.* Altimar. *loc. cit.* Ansald. *de commerc. et mercat. disc.* 25. *n.* 41. *disc.* 44. *a n.* 5. De Luc. *de Feud. disc.* 58. n. 5. *de Empt. disc.* 42. *n.* 2.

Quando, & ex quibus solutio dicatur spontanea, vel coacta, quod plurimum refert, maximè in repetitione indebiti, in qua sponte solvens tenetur probare indebitè solvisse, coactus autem transfert onus probandi debitum in exigentem, latè Bieh. *decis.* 306. *num.* 9. *et seqq. per tot.*

31 Solutio rectè fieri potest præsentatori chirographi, quando in eo adest clausula, *à chi presentera il scritto*; imò licèt aliàs solutioni adjectum non habeat jus agendi in judicio, tamen si sibi à creditore fuerit traditū chirographum hujusmodi, admittitur etiam ad agēdum, cùm per talem traditionem censeatur sibi datum mandatum ad agendum, Cost. *de jur. & fact. ignor. cent.* 1. *distinct.* 85. *num.* 6. *&c.* Genu. *de scriptur. privat. lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 98. *& seqq. ad* 103. *fol* 104. Paul. Christin. *ad leg. Municipal. tit.* 1. *art.* 48. Riec. *Collect.* 2090. *et* 3434. Olea *de cess. jur. tit. pr. quæst.* 3. *num.* 26. *&c.* ubi videtur intelligere dummodò portator litterarum cautionem præstet indemnitatis, secundùm Petr. Peech. *de jur. sisten. cap.* 3. *num.* 5. *etc.* Altimar. *dict. quæst.* 47. *n.* 415. *tom.* 7.

Quòd solvens præsentatori chirographi solutioni adjecto regulariter liberetur, cùm possit solui adjecto etiam invito stipulatore, *l. aliud, ff. de solut.* Surd. *decis.* 229. *num.* 27. *etc.* plenè Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 34. *per tot. fol.* 204. Altimar. *ubi supra alleg. num.* 415. *vers. quod solvens.*

Quòd tamen non procedit post litem contestatam cum stipulatore; nam tunc non rectè solvitur adjecto, sicut nec quando fuit adjectus in gratiam creditoris, & non in rem propriam, Magon. *decis. Flor.* 106. *num.* 2. *et seq.* Altimar. *loc. supra cit.*

Quando adjectus solutioni possit tantùm recipere à spontè solvente, & illum liberare, non autem agere, Magon. *decis. Luc.* 34. *per tot. cum Addit.* Altimar. *ibidem.*

Quòd autem si debitor solverit principali stipulatori, & posteà conveniatur à præsentatore chirographi, dic quod illum repellit, nisi chirographum nullum certum debitorem contineret, sed solùm diceret, *à chi presentarà la scritta*, quia tunc sibi debet imputare solvens, si de ipsa solutione non constat in ipso chirographo, Genu. *loc. sup. cit. n.* 104. *et seqq.* ubi etiam quòd habens chirographum cum dicta clausula, non potest illud potentiori cedere, quod ultimum probat Peregrin. *decis.* 115. *num.* 12. Trivis. *decis.* 42. *num.* 17.

Advertendum est etiam circa præsentationem chirographi, quòd si contineat clausulam, *di pagare al tale, ò a chi per lui presenterà lo scritto*, solvens præsentatori, non benè solvit, & potest iterùm exigi ab illo creditore principali nominato in chirographo, si sine illius mandato, & voluntate solvit, quia verba illa, *ò à chi per lui etc.* exponuntur idest nomine illius, vel nomine suo, de cujus voluntate igitur constare debet, de qua sine ejus mandato constare non potest, per text. *in l. si quis uxori, §. apud Labeonem, ff. de furtis*, Bardellon. *cons.* 28. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 48. Genu. *loc. sup. cit. num.* 109. *& seqq. fol.* 104. & hoc est, quod voluit dicere Magno. *decis. Flor.* 106. dum loquitur de adjecto in gratiam creditoris.

Quòd solutio possit fieri latori litterarum, quando continent clausulam, vel promissionem solvendi latori earundem, & an, & quando idem lator possit etiam transigere super debito in litteris contento, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 286. *vol.* 1. Gob. *consilc.* 120. Andreol. *contr.* 173. Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 34. Ansald. *disc.* 34. *à n.* 15.

An autem solvens litteras falsas, vel cessionem falsam, sive veras, sed personæ suppositæ liberetur, maximè si sit paratus cedere jura sua contra eum, qui per dolum pecunias suas exegit, latè Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 9. *per tot. infra num.* 35. *in fine.*

Quid si soluerit vigore cessionis non falsæ, sed invalidæ, idem Olea *d. tit.* 5. *quæst.* 10. *per tot.*

Solvens uni ex sociis æqualem, vel etiam minorem parte in societate habenti, liberatur, sicut qui solvit Institori, vel famulo præposito, sive negociatori, etiam si posteà debitum uni tantùm fuerit assignatum, Maur. *de solut. cap.* 15. *num.* 2. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 48. *nu.* 19. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 402. *num.* 45. *etc.* Magon. *decis. Luc.* 5. *nu.* 17. *etc.* ubi plura ponit requisita, vide in §. *Societas num.* 45. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 240. *num.* 2. *etc.* Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 36. *num.* 80. *et seqq.* ubi de solvente uni ex sociis quòd liberetur ut supra. Catan. *dec.* 12. *num.* 6. Altimar. *loc. cit. num.* 405. 32

Intellige conclusionem durante societate, quia tunc unus potest totum, & in solidum exigere, secùs illa finita, nam tunc solum quilibet exigit pro sua rata, & aliter solvens non liberatur, Magon. *decis. Florent.* 106. *num.* 5. *et seqq.* vide in §. *Societas num.* 45. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 240. *num* 4. ubi tamen quòd dissolutio societatis in præjudicium tertii, cui ante solutionem factam non fuit intimata, non sustinetur, sed adhuc benè solutum est, Pacion. *loc. cit.* Altimar. *ibid.*

Item intellige si socius solutionem recipiat in causam socialem, nam si recipiat in causam propriam, non liberatur solvens, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 571. *num.* 7. *etc.* Altimar. *ibidem.*

Solvens famulo misso à creditore cum chirographo ad recipiendum solutionem liberatur, licet famulus accepta pecunia posteà aufugerit, Bart. & alii *in l. cum qui §. fin. ff. commod.* Maur. *de solut. cap.* 5. *num.* 97. *etc. supr. num.* 31. Gesff. *de except.* 25. *num.* 66. *etc.* Ant. Amat. *lib. pr. resol.* 20. *num.* 14. *etc.* Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst.* 9. *num.* 14. ubi quòd secus est si famulus exegit cum falsis litteris. Ansald. *disc.* 24. Altimar. *loc. cit. n.* 416. 33

Ex litteris autem commendatitiis, vel credentialibus non obligatur dominus, nec liberatur solvens, nisi sint multum speciales, & ideò sunt benè considerandæ quid sonent, & importent, & non omni, qui loquitur est credendum, nec servitoribus ex parte domini aliquid nunciantibus, vel petentibus, aliàs dantì imputatur, si quid mali accidat, quando aliquid nomine alterius dedit, non viso expresso mandato, vel litteris specialibus sibi notis, ad tradita per Boer. *decis.* 282. *per tot.* Paul. Christin. *decis* 49. *num.* 9. *et seqq. vol.* 3. facit Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 9. *per totum.* Vide Altimar. *loc. cit.*

An autem, & quando solvens cedenti post habitam notitiam cessionis liberetur, vel non, Bieh. *dec.* 514. & dixi in §. *Cessio num.* 28. Vide Altimar. *dict. quæst.* 47. *n.* 408. *tom.* 7.

Solvens conjunctæ personæ creditoris, puta filio pro patre, vel pro matre, fratri pro fratre, viro pro uxore, vel è contra regulariter non liberatur, Alex. 34

Jas.

Jaf. & alii *in l. filius paciscendo*, *C. de pact.* Mart. Medic *Exam.* 42. *per tot. et decis.* 68. *cum Addit.* Card. Tusch. *litt. S. concl.* 336. *per tot.* Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 9. ubi firmat regulam, quòd solvena alteri, quàm verò ereditori liberatiooem non consequitur, Cabal. *conf. decis.* 75. *lib.* 2. obi quòd dos ob mortem viri restituenda, si mulier ad secundas eoovolavit nuprias, non rectè solvitur secundo viro absque illius mulieris consensu, per text. *in l. sanè* 2. *ff. de jur. dot. ec l. debitor mulieris cum l. seqq. ff. eod.* Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 36. *num.* 29. *et seqq.* ubi quòd licèt non possit solvi conjunctis personis, tameo in istis faciliùs præsumitur mandatum, si aliæ concurrant conjecturæ. Vide Altimat. *loc. cit. n.* 410.

Nisi creditor esset minor, vel prodigus, vel contraxerit nomine conjunctæ pers næ, cui posteà fiat solutio, Graff. *de Except.* 25. *num.* 57. *etc.* Maur. *de solut. cap.* 6. *num.* 43. Gratian. *discept. forens. cap.* 60. *num.* 31, *cap.* 365. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 70. *num.* 6. *etc. num.* 13. *etc.* Guid. Pap. *quæst.* 173. Get. Spin. *conf.* 41. *per tot.* Surd. *decis.* 229. *per tot.* ubi etiam quando possit solvi ei cum quo quis contraxerit, vel solutioni adjecto, vel uni ex pluribus stipulatoribus, vel uni ex pluribus reis credendi, dummodò semper constet de vera solutioee, & non de simpliei confessione, quæ regulatiter eliis nocere non potest, Matt. *vot. Pis.* 146. *num.* 6. *et seqq.* nbi quòd quando ex persona filii quæritur actio patri, vel ex persona Monachi Abbati, tune potest solvi filio, vel Monacho, & liberatur solvens, quando eutum intervenit factum patris, vel Abbatis, aliàs secùs si per eos fuerit actio in judicium deducta, & idem in iostitore, vel præposito ad contrahendum. Vide Altimat. *ubi supra sub num.* 398. 399. *et* 410. *cum seqq.*

Quòd solvens patri id, quod filio debetur consequatur liberationem, quando pater est legitimus administrator boaorum filii, alias secùs, Maur. *de solut. cap.* 6. *num.* 47. *et seqq.* Magon. *decis. Flor.* 70. *num.* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 401. *in princ.* Get. Spin. *conf.* 41. *per tot*, Costa *de remed. subsid. remed.* 39. *illat.* 2. *per tot.* ubi latè declarat. Add. Surd. *dec.* 229. Mart. *vot. Pisan.* 146. Altimar. *dict. n.* 410. Pigant. *ad Statut. Ferrar. libr* 12. *rubr.* 5. *n.* 24.

Solvens matri id, quod debetur filio, vel filiæ non liberatur, Maur. *loc. cit. num.* 48. vide tameo Gratian. *d. cap.* 401. *num.* 10. *etc.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 439. ubi quòd liberatur solvens matri tutrici, cujus nomine exegit. Pacioe. *de locat. cap.* 36. *à e.* 29. Altimar. *toties allegat. quæst.* 47. *n.* 411. *tom.* 7.

Ae autem solvens marito pecunias census dotalis sine consensu uxoris liberetur, vide in §. *Maritus n.* 22. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 87. *nu.* 9. *et seqq.* ubi quòd sic qoia in marito præsumitur mandatum; quod provenit ex dispositione legis, etiam absque cautione, loquitur tamen de fructibus, & est coram Bichio inter ejus impressas *decis.* 62. Vide Altimat. *loc. cit. n.* 412.

Quòd solvens uxori dotem promissam marito pro illa stipulanti, vel notario pariter pro ea stipulante liberetur, Gratian. *discept. for. cap.* 445. *num.* 22. *etc.* Vide Altimar. *dict. n.* 412.

Quòd census communis ab uoo tantùm ex condominis extinctus, non nisi pro medietate remanent extinctus, quia solutio facta alteri, quàm verò creditori non liberat solventem, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 316. & dixi in §. *Frater num.* 22.

35 Solvens procuratori sui ereditoris habenti mandatum generale, vel administratori, liberatur, etiam si sciret de proximo esse revocandum, sicut etiam si soluit ei, qui communi opinione reputabatur procurator ad exigendum, Maur. *de solut. cap.* 5. *num.* 54. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 505. *per tot.* vide in §. *Mandatum num.* 13. *&c.*

Quòd solvens procuratori liberetur, etiam si posteà procurator efficiatur decoctus, vel etiam si prius decoxerit ignorante ipso solvente, cum id constituenti, & non solventi imputandum sit, Merlin. *decis.* 463. *num.* 40. *& seqq.* Rot. *in selectis*, per Farinac. *part. pr. decis.* 253. *num.* 4. *&c.*

Quòd possit solvi procuratori cum libera ad omnia negotia, & ipse possit terminum prorogare, Barbos. *de Claus. claus.* 35. *num.* 11. Mattha *vot. Pis.* 51. ubi de solutione facta Oeconomo Collegii.

Quòd solvens procuratori revocato, si ignoravit revocationem, rectè solvat, Cartar. *decis.* 30. *num.* 22. Thesaur. *decis.* 105. Olea *de cess. jur. tit. quæst.* 2. *n.* 26. & Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 36. *num.* 28. Altimat. *ubi supra n.* 409. Ansald. *de Commerc. & Mercat. disc.* 30. *n.* 10.

Licet autem, ut supra possit solvi procuratori, vel adjecto ad recipiendam solutionem in gratiam creditoris; non tamen potest solvi illorum hæredibus, & solvendo quis non liberatur, *l. stipulatus sum*, *ff. de solut.* ubi gloss. & DD. & est ratio, quia mandatum sive expressum, sive tacitum morte finitur, §. *Item si instit. mandat.* Altograd. *conf.* 6. *numer.* 12. *&c. lib. pr.*

Quòd solvens procuratori non habenti mandatum, non liberetur, possit tamen repetere condictione indebiti à recipiente, Merlin. *decis.* 133. Farinac. *quæst.* 170. *part. pr.* per text. *in l. inter causas*, §. *Mandat. ff. mandat. l. si procuratori* §. *quod si*, *ff. de condit. caus. dat. l. creditores*, *Cod. de furt.* latè Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst* 9. *num.* 2. *& seqq.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 36 *num.* 18. *& seqq.* ubi quòd solvens procuratori non habenti mandatum, vel falsum non liberatur, nisi haberet justam causam credendi illum esse verum procuratorem, ut ibidem declarat, & exemplificat in multis suprà *num.* 31. *in fine*.

Solvens illi procuratori, cum quo contraxit, licèt procurator contraxerit nomine alterius, & non habeat legitimum mandatum liberatur, nam sicut per dominum fuit approbatus ad contrahendum, censetur etiam approbatus ad recipiendum solutionem, Gratian. *discept. forens. cap.* 20. *num.* 32. *&c. cap.* 514. *num.* 27. *&c.* Cavaler. *dec.* 345. *nu. pr. &c.* Franch. *decis.* 699. Surd. *dec.* 229. *num.* 8. *et per tot.* Magon. *decis. Luc.* 5. *n* 20 *&c. dec.* 34. *n.* 5. *&c.* ubi etiam quòd talis procurator agens tenetur cavere de rato, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 27. *n.* 8. *&* 9. ubi declarat istam conclusionem procedere quando verba obligatorie, & executiva sunt directa in procuratorem stipulantem, secùs autem si contractus per procuratorem stipulatus fuit ad favorem absentis, tunc enim solvendo debitor procuratori non liberatur, & eadem *part.* 13. *dec.* 226. *& dec.* 311. *num. pr. &c.* vide in §. *Administrator n.* 43. Rot. *part.* 17. *dec.* 342. *n. pr. & seqq.* ubi quod rectè solvitur ei, cum quo contrahitur, quia præpositus ad contrahendum, censetur etiam præpositus ad recipiendum, quòd latè comprobat Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 36. *num.* 2. *et seq.* quòd ubi tamen *num.* 11. *et seqq.* quòd secùs est in procuratore ad litem peragendam, cui non rectè solvitur, nisi etiam habeat mandatum speciale ad exigendum. Add. Ansald. *disc.* 25. *n.* 41. *disc.* 44. *n.* 5. *et seq.* Palm. *alleg.* 133. *consult.* 47. *à n.* 47. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 58. *n.* 5. *de Empt. disc.* 42. *n.* 2. Altimar. *loc. supra relat. sub n.* 398. | 36

Quòd jus quæsitum ministerio alterius possit per eũdem tolli, Surd. *dec.* 209. *n.* 15. Ger. Spin. *conf.* 16. *n.* 78. vide in §. *Procurator num.* 6. *suprà num.* 34. *vers. nisi Creditor in fine*.

Quòd possit solvi illi, cum quo fuit celebratus contractus, quamvis dominium spectet ad alium, *l. filius*, *C. de pacto*, Surd. *dec.* 60. *num.* 8. *& decis.* 129. *num.* 11. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 511. *num.* 32. quòd ideò depositarius rectè restituit Monacho pecuniam per ipsum depositatam, licèt dicta pecunia sit monasterii, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 231. *num.* 5. Olea *de cess. jur. tit. pr. quæst. pr. n.* 45. vide Rotam *part.* 13. *recent. decis.* 27. *num.* 8. *&c. & dec.* 226. ubi quòd non procedit in retrovenditione census, pro qua opus est speciali, & expresso mandato. Palm. *allegat.* 133. *n.* 15. *& seq.* De Luc. *de Credit. disc.* 55. *nu.* 3. *&* 5. Altimar. *sub dict. n.* 398.

Solvens capitale, & fructus census illi, qui hujusmodi censum emit, non pro se, sed pro persona nominanda in actis talis Notarii, cum certò sciret, vel scire deberet non inservire pro ipso emptore, sed pro persona nominanda, etiam sibi non facta intimatione 37

ne hujusmodi nominationis, cum ex se teneretur illam requirere, si fuerit sequuta dicta nominatio, non remaneat liberatus, Rot. in Ravennat. census 13. Junii 1607. apud Cavaler. *decis.* 3. *per tot.* vide in §. *Emptio num.*

38 Solvens creditori creditoris sui, cum ei dicatur utile negotium gerere, benè soluit, & liberatur, Afflict. *decis.* 150. *num.* 35. Magon. *decis. Flor.* 5. *nu.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 137. *num.* 2. Mart. Medic. *exam.* 42. *num.* 12. Maur. *de solut. cap.* 5. *num.* 5. *etc.* ubi etiam quid si solverit non vero, sed putativo creditori creditoris sui, Gratian. *discept. for. cap.* 388. *num.* 10. *&c. cap.* 906. *num. pr. &c.* ubi quòd debet suo creditori denunciare, vide in §. *Debitor nu. in fine num.* 47. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 47 *n.* 417. *tom.* 7.

De hujusmodi denunciatione, Magon. *decis. Flor.* 94. *numer.* 22. *&c.* ubi *num.* 20. *& seqq.* tenet dictam denunciationem non esse necessariam, nisi in colono, Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 137. *num.* 19. *& seqq.* ubi putat hujusmodi denunciationem esse quoad omnes necessariam, vide in §. *Conductor num.* Altimar. *loc. supra citat. n.* 418.

An & quando solvens creditori non vero, sed putativo liberetur, sive iterum solvere teneatur, benè Ger. Spin. *cons.* 5. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 42. *& decis.* 68. *per tot. cum Addit.* Rot. *part.* 16. *recen. decis.* 287. *num.* 19. *& seqq.* ubi quòd liberatur stante bona fide, & justo errore, aliàs secùs, Cyriac. *Controv.* 168. *n.* 37. *lib. pr. & controv.* 235. *nu.* 24. *etc. lib.* 2. Olea *de cess. jur. tit. pr. quæst. pr. num.* 47. *& tit.* 5. *quæst.* 9. ubi plura quando solvens putativo, vel falso creditori, sive procuratori, vel hæredi; & hujusmodi liberetur, si sit paratus cedere actiones suas contra eum, qui dolosè pecunias exegit. Vide Episc. Rocc. *cap.* 127. *n.* 16. *lib.* 2. Altimar. *ubi supra num.* 408. Ciroc. *disc.* 12. *a n.* 9.

An autem, & quando solvens creditori anteriori succedat in jus, ac hypothecam illius cum ejusdem privilegiis anterioratis, vide §. *Emptio num.* 22. *et seqq.* latè Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst. pr. et seqq.* ubi an, & quando solvens creditori, in ejus jura personalia, & hypothecas succedat, etiam non interveniente cessione, & generaliter de subingressionis materia per plures distinctas regulas, Carleval. *de judiciis lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 35. *per tot.* Crescin. ad Pen. *decis.* 326. De Luc. *de Credit. disc. pr. cum plur. seqq. disc.* 32. *n.* 18. *et disc.* 168.

39 Solvens anticipatè Prælato, vel usufructuario non liberatur si moriantur ante diem maturitatæ solutionis, maximè autem si soluisset illis infirmis, vel agonizantibus, Maur. *de solut. cap.* 6. *nu.* 52. *etc.* Soccin. *reg.* 481. *limit.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 505. *num.* 40. *etc. cap.* 606. *num.* 11. *etc.* videndus de solvente Prælato intruso, an, & quando liberetur, Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 36. *num.* 42. *et seqq. et cap.* 37. *num.* 38. *et seqq.* ubi plura, an, & quando solutio possit fieri ante tempus, & præcipuè iis, quorum jus erat finiturum per mortem, vide in §. *Laudemium n.* 22. *in fine.* Maufrell. ad Capyc. Latr. *dec.* 322. *num.* 23. Altimar *loc. supra adducta n.* 418.

An, & quando possit solutio fieri ante tempus invito etiam creditore, vide *in* §. *Debitor num.* 52. Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 253. *num.* 5. ubi plura, an, & quando solvens ante diem, vel in loco non contento, vel alteri quam creditori liberetur.

40 Solvens pupillo sine auctoritate tutoris, & decreto judicis non liberatur, *leg ait Prætor*, §. *Permittitur*, *ff. de Minor*, §. *At ex contrario Instit. quibus alien. licèt, vel non*, Maur. *de solut. cap.* 6. *num.* 56. Franch. *decis.* 206. facit Gratian. *disceptat. forens. cap.* 227. *num.* 32. *&c.* vide *in* §. *Debitor num.* 64. Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 37. *& seqq.*

Solvens tamen tutoribus, vel aliis de illorum mandato liberatur Altograd. *cons.* 6. *num.* 65. *etc. lib. pr.* Ger. Spin. *cons.* 45. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2278. ubi ampliat etiamsi essent falsi tutores quando cum eis actum est, nisi pecunia fuerit malè consumpta, & in utilitatem pupillorum non versa, Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 309. *num.* 14. *&* 15. vide in §. *Tutela num.* 27. *in fine*, intellige, ut ibi, ne pupillus teneatur ad restitutionem, non autem ut debitor non remaneat liberatus, & dixi in §. *Pupillus num.* 22. etiam solvens tutori putativo, Ansald. *de commerc. disc.* 25. *num.* 6. *&* 39. Jovius *de solemnit. gloss.* 16. §. 6. *num.* 14. *et* 15. Gob. *consult.* 70. *num.* 17. & contra *num.* 33. Altimar. *loc. supra citat. n.* 407., ubi ampliat etiam in tutore putativo.

Eodem modo solvens minori sine decreto judicis, & auctoritate Curatoris non liberatur, nisi quatenus minor sit factus locupletior, Gratian. *discept. for. cap.* 761. *nu.* 15. *&c.* vide *in* §. *Debitor num.* 64. §. *Minor num.* 17.

Quòd reportans quietationem à tutore per confessionem de recepto, non liberetur, nisi de effectiva numeratione pecuniarum doceat aliundè, communiter tradunt Bart. Bald. Castr. Alex. & alii *in leg.* 2. §. *ult. ff. si cert. pet.* Tiraqu. *de retract. convent.* §. 4. *gloss.* 6. *num.* 12. Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 714. *num.* 12. *& part.* 13. *decis.* 466. *num.* 2. *& seqq.* ubi tamen quòd secùs est stantibus conjecturis, & adminiculis, ex quibus desumatur veritas solutionis, nam tunc attenditur confessio ad liberationem debitoris, & pupillorum præjudicium, vide in §. *Confessio n.* 30. Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 90. *et part.* 15. *decis.* 349. ubi de executore testamenti, qui nomine matris tutricis exegerat pecunias pupillares, & eidem matri consignaverat, ut benè solverit, & molestari non possit, adde Francisc. de Angelis *d. quæst.* 12. *per tot.*

Solvens delinquenti ante confiscationem bonorum remanet liberatus à debito, etiam si anticipatè solverit, & postea sequatur delictum, Angel. *de Malef. verb. & ejus bona*, ubi August. de Arim. *n.* 39. Maur. *de solut. cap.* 5. *n.* 90. *etc.* 41

De solutione facta debitori decocto post introductum judicium concursus creditorum, an, & quando liberet solventem, vel non, latè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 4. *cap.* 12. *per tot.* ubi distinguit inter solventem bona fide, & ignorantem concursum, & solventem scienter, ut primo casu liberetur, secundo autem non, & quid in emptore bonorum concursus pendentiam ignorante, an valeat emptio, & alia ad rem *ibidem per tot.* facit quòd dixi in §. *Contractus num.* 33. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 47. *n.* 421. *tom.* 7.

Solvens hæredi creditoris non facta perquisitione cum quibus conditionibus sit hæres, vel ei, qui non habet facultatem recipiendi, non liberatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 636. *per tot.* 42

An autem, & quando solvens hæredi gravato ante restitutam hæreditatem liberetur, & quid operetur intimatio, Grat. *discept. for. cap.* 634. ubi etiam de solvente usufructuario, vide *in* §. *Debitor num.* et §. *Usufructus num.*

Solvens aliud pro alio invito creditore regulariter non liberatur Maur. *de solut. cap.* 6. *per tot.* ubi dat 26. limitationes, Tusch. *litt. S. concl.* 354. *per tot.* Barbos. *Axiom. jur. Axiom.* 210. *num.* 8. Ricc. *Collect.* 4097. Gratian. *discept. for. cap.* 94. *num.* 70. *etc. cap.* 112. *in princ. cap.* 130. *num.* 7. *etc. cap.* 610. *num.* 8. *etc.* ubi etiam quòd nec per creditorem potest aliud pro alio peti, *supra n.* 26. Gob. *de monet. quæst.* 7. Brunnem. *in l. successores*, *C. de solution.* Altimar. *loc. cit. nu.* 438. Bertachin. *vol.* 46. Crescin. ad Abecclef. *observat.* 144. *part. pr.* 43

An in foro conscientiæ possit aliud pro alio solvi invito creditore, negativè respondent aliqui, alii verò affirmativè, nisi ex hoc detur occasio contristationis, & iræ ipsi creditori, ut per Dian. *part.* 2. *tractat.* 16. *resol.* 41. Mich. Ferro Manrique. *Quæst. Vicar.* 116. *per tot. part.* 2. ubi negativam probat.

Quòd ex causa publica possit fieri solutio alterius rei, quàm promissæ etiam invito creditore, & quomodo Larrea *alleg.* 40. Altimar. *loc. cit.*

Solvens in dubio censetur solvere in executionem tituli, & causæ præambulæ, Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1319. *per tot.* Cavaler. *decis.* 466. *num.* 2. & ubi obligatio præcedens est informis, & non apparet de aliqua causa, nec aliud exprimit solvens, videtur solvere pro mutuo, vel deposito, nam quando 44

do

do accipitur pecunia sine expressione causæ, censetur causa, & titulus mutui, *l. cum quid*, ubi Bart. & alii *ff. si cert. pet.* Rom. *cons.* 232. *num.* 3. Maur. *de solut. cap.* 8. *per tot.* vide in *§. Contractus num.*

Quòd solutio præsumatur facta ex præcedenti causa obligationis, Merlin. *decis.* 398. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 139. ubi etiam, & potius in causam necessariam, quàm voluntariam, & quando secùs, si aliter de mente partium ex tacita conventione appareat, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 579.

Si quis solvat ex titulo injusto, & invalido, an dicatur illum approbare, dic quòd sic, si sciens vitium tituli solverit, & sit tale, quòd posset expresse approbari, secùs si ignorans, vel si non posset expresse approbari, Costa *de fact. scient. & ignor. distinct.* 27. *casu.* 2. *infra num.* 49.

45 Solvens proprium debitum de alienis pecuniis liberatur, maximè sequuta commixtione, & consumptione, ut evinci non possint, *leg. Cassius*, *ff. de resolut.* Maur. *de solut. cap.* 5. *num.* 40. Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *num. pr.* &c.

In dubio tamen solvens videtur solvere de pecunia sua, etiamsi pro alio solvat, & non de pecunia illius, cujus nomine solvit, *l. si defunctus*, *C. de arbitr. tut.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 146. Mascard. *de probat. concl.* 611. & 1059. & 1319. *num.* 12. Card. Tusch. *litt. S. concl.* 337. Barbos. *de Axiom. jur. Axio.* 210. *num.* 6. vide in §. *Pecunia num.* Rota *part.* 17. *recent. decis.* 294. *num.* 10. & *seqq.* Burg. *cons.* 3. *n.* 73. Surd. *de Aliment. tit.* 6. *quæst.* 8. *nu.* 51. Cald. *de empt. cap.* 20. *num.* 13. Altimar. *loc. cit. num.* 428. Emerix jun. *decis.* 156. *a n.* 3. *et decis.* 905. *n.* 3.

An & quando solvens præsumatur solvere nomine proprio, vel alieno, Cavaler. *decis.* 460. *num.* 3. *etc.* Ansald. *decis.* 96. *n.* 58.

46 Solvens in dubio præsumitur solvere de propriis pecuniis, ad sui commodum, & intuitum, ac ad propriam obligationem, & non alienam tollendam, nam pro aliis homines male libenter solvunt, & vix pro se ipsis, Maur. *de solut. cap.* 19. Gratian. *discep. forens. cap.* 224. *num.* 27. &c. *cap.* 750. *num.* 7. *etc. cap.* 962. *num.* 40. &c. Urceol. *consult. for. cap.* 49. *num.* 14. &c.

An solvens debitum alterius præsumatur solvere de propria pecunia, vel de illa debitoris, Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 143. *nu.* 13. *etc.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 294. *num.* 10. & *seqq.* & *part.* 18. *decis.* 579. *per tot.* ubi quòd præsumitur solvere de pecunia debitoris, quàm habebat in manibus, vide in §. *Pecunia num.* 4.

Quando de proprio, vel de bonis administratis, sive hæreditariis præsumatur facta solutio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 204. *per tot.* Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 71. *nu.* 10. ubi quòd filius non industrius, & alia bona non habens, solvendo summam considerabilem, præsumitur ex pecuniis hæreditatis solvisse, & *part.* 14. *decision.* 422. *n.* 5. ubi idem probat. Altimar. *ubi supra n.* 428. Ansald. *decis.* 21. *n.* 14. *part. pr.* Caprar. *decis.* 591. *n.* 2. *part.* 2.

47 Solvens pro alio, etiam invito illum liberat ab obligatione, non tamen sibi quærit actionem ad repetendum, sed tantùm facultatem compensandi si sit ejusdem debitor, Maur. *de solut.* §. 5. *num.* 17. *et cap.* 5. *num.* 34. Sperel. *decis.* 177. *num.* 4. & *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 18. *per tot.* vide in §. *Dominus n. supra num.* 38. Carleval. *de Judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 35. *num.* 4. & *seqq.*

An autem Princeps, vel judex habens arbitrium possit dictum ordinem pervertere, vel rejicere, rescribendo ut priùs cognoscatur de petitorio, antequam agatur de spolio, vel super utroque simul procedere, videntur affirmare Thes. dec. 15. per tot. Menoch. de arbitr. lib. pr. quæst. 51. num. 2. &c. Tusch. litt. S. conclus. 395. num. 7. Sed contra Cavaler. decis. 507. Pro quo multa Gayt. inter decis. Sanfelic. dec. 397. cum Addit. Abecclef. & Crescin. observat. 198. circa fin. part. pr.

Quando, & ex quibus quis dicatur spoliatus, & quæ probare debeat, latè Tusch. litt. S. conclus. 370. & seqq. Sanfelic. d. dec. 397. per tot. cum Addit. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1321. per tot. ubi quæ probanda sint à spoliato agente ad restitutionem rei, de qua fuit spoliatus. Pellegrin. d. part 2. sect. 3. subsect. 3. intersect. 21. ferè per tot. & præsertim nu. 3. Abecclef. & Crescin. obser. 198. & 199. part. pr.

Cessat autem dicta regula ubi ageretur de exhumatione cadaveris alibi sepulti, Calvin. de æquit. lib. pr. cap. 93. & dixi in §. Ecclesia n. 18.

3 Spoliatus agens possessorio sibi imputare debet, si patiatur admitti, & fieri probationes super petitorio, quia per petitorium absorbetur possessorium tamquam minoris potentiæ, cùm dominium sit suffocativum omnium aliorum jurium, Magon. dec. Luc. 31. nu. 37. &c. Rot. par. 2. diversf. decis. 269. num. 5. & dec. 167. num. 10. dict. part. 2. Capyc. decis. 28. per totum latè Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1325. per tot. Vide Fagnan. in cap. constitutus n. 9. & 12. de Fil. Præsbyt.

Quod non teneatur respondere in petitorio ante sibi factam restitutionem, Cavaler. dec. 507. num. 4. Franch. dec. 90. Burat. dec. 731. num. 7. &c. Addit. ad Sanfelic. decis. 397. vers. nec tenetur. Vide Modern. Add. ad De Franch. loc. cit. Pen. & Crescin. decis. 1304.

An excludatur per exceptionem dominii, vide in §. Exceptio n. latè Tusch. litt. S. conclus. 396. per tot. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1328. per tot. Bonden. docum. 65. nu. 13. & 14. Card. De Luc. de Regal. disc. 171. nu. 13. Crescin. ad Pen. decis. 50. num. 21.

Quid probare teneatur, & alia, vide in §. Remedium n. 17. Addit. ad Sanfelic. dec. 379. Tusch. litt. S. conclus. 371 & 372. ubi quòd duo extrema probare debet, nempè suam possessionem tempore spoliationis, & dejectionem ab adversario factam, & qualiter probentur, de quibus latè Ridolphin. in Prax. part. 2. cap. 14. n. 91. et seqq. Rot. part. 9. recent. decis. 270. per tot. ubi de primo extremo concludentissimè probando, & plura ad illius exclusionem. Bonden. docum. 60. et 65. De Luc. de Regal. disc. 171. Pellegrin. loc. cit. à n. 32. Pen. & Crescin. decis. 52.

De spolio probando, & quomodo probetur Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1329. De Luc. Pellegrin. & Crescin. loc. cit.

Spoliatus ante omnia non est restituendus, quando de jure communi habet contra se præsumptionem injustæ possessionis, nisi doceat de titulo, vel privilegio, nec quando notorium est judici possessionem non debere restitui, nec quando sumus in his, quæ non possunt possideri sine privilegio, nisi de illo doceat, nec quando spoliatus agens erat malæ fidei possessor, licèt agat contra alium malæ fidei possessorem, quia in pari causa potior est conditio possidentis, & agens dicitur in mala fide si sciebat, vel scire debebat rem per ipsum ante occupatam ad alium pertinere, ex quo in ea nullum titulum, vel probabilem causam possessionis habebat, Capyc. decis. 97. per tot. vide alios supracitatos n. 2. et in §. Remedium num. Tusch. litt. S. conclus. 391. per tot. ubi quando spoliatus non restituatur, nisi prius de proprietate cognoscatur. Vide Pellegr. Pen. & Crescin. Abecclef. & eumdem Crescin. locis citatis. 4

Qualiter spoliatus judicis auctoritate teneatur probare injustitiam spoliationis si velit agere ad restitutionem, latè Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1324. per tot. quia præsumptio stat pro facto judicis donec contrarium probetur, vide in §. Manutentio. Pen. & Add. decis. 1480. Pellegrin. loc. cit. n. 38. Crescin. ad Pen. decis. 52. n. 16. & 17.

Spoliatus per vim, & injustè dejectus à sua possessione, potest illam statim, vel ex intervallo quamprimum sibi detur facultas recuperare, etiam contra tertium ab ipso spoliatore causam habentem, & per vim, licèt resistentem inveniat, per text. in l. 3. §. Cùm igitur de vi, & vi armat. Capyc. decis. 69. n. 31. & seqq. ubi etiam quòd dominus committendo in Vassallum, vel ejus familiam in dedecus ipsius Vassalli, debet proprietate feudi privari, nec potest petere auxilium ab aliis Vassallis, pro comprimendo uno Vassallo justè rebellante, imò ipse tyrannicè vivens potest repelli, vel etiam occidi si non possit haberi recursus ad Superiorē, & Vassalli tenentur rebellare contra Principes nimium emungentes, illique ob mala tractamenta resistere. Sed absit in partibus nostris, ac ubique locorum. 5

De dicta quæstione an spoliatus possit incontinenti recuperare possessionem rei suæ, & spoliatorem expoliare, vide Lancellot. de attent. part. 2. ampliat. 1. num. 9. latè Tusch. litter. S. conclus. 393. per tot. Farinac. de furt. quæst. 175. num. 84. et 86. ubi de Constitutione Sixti V. qua prohibetur fieri adunatas,

tas, sive cavalcatas pro recuperanda possessione bonorum suorum immobilium, quam dicit non procedere contra facientes hujusmodi adunatas pro recuperanda possessione incontinenti, vel pro defensione rerum suarum, ne invadantur, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 24. *tit.* 12. *n.* 46. *et* 52. *limitat. tamen nu.* 47. quando spoliatus habuisset recursum ad judicem, nam lite pendente, non potest uti propria auctoritate, & ego semper consulerem agere per viam juris, & non de facto, tum ad evitanda scandala, pericula, rixas, & tumultus, tum etiam Latrunculatorum processus, & molestias. Pellegrin. *dict. intersect.* 21. *n.* 43.

An, & quando ultimum spolium sit purgandum, vel non, Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 373. *et seqq.* Addit. ad Sausel. *dec.* 397. Ludov. cum Beltramin. *dec.* 485. Pellegrin. *d. intersect. nt. n* 44.

6 Spoliatus potest jus suum alteri cedere, & transfert omnia jura spolii in cessionarium, Gratian. *discept. for. cap.* 793. *n.* 12. *etc.*

An autem, quomodo spolium possit intentari à successore defuncti spoliati, Cavaler. *dec.* 531. *per tot.* Marescot. *resol. lib.* 2. *cap.* 116. *n.* 4. *et* 5. Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 2. *n.* 297.

Qui possint agere spolio, vel non, & contra quos latè Tusch. *litt. S. conclus.* 373. *cum pluribus seqq.*

Quos, & qualia remedia competant spoliatis, latè idem Tusch. *loc. cit. conclus.* 378. *cum pluribus seqq.* Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 60. *et seqq. per tot.* vide *in §. Remedia nu.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 21. *a n.* 8.

7 Spoliatus bonis propter guerram, non potest in solidum conveniri à suis creditoribus, Jas. & Fab. *in §. fin. vers. ultim. n.* 7. *Instit. de act.*

8 Spoliorum ad R. Cameram Apostolicam spectantium appellatione, quæ bona comprehendantur, Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 247. *per totum* vide *in §. Fructus n.* *suprà n.* 1. De Luc. *de Benefic. disc.* 81. *& seqq. & disc.* 100. *de Regal. disc.* 149. *sub n.* 25. *de Pens. disc.* 49. *num.* 7. *&* 12. *annot. ad Concil. disc.* 42.

Quòd sit materia odiosa, & strictè interpretanda, Tusch. *litt. S. conclus.* 369.

Quòd inventarium pro spolio sit faciendum à judice Ecclesiastico, & non à sæculari, Dian. *part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 510.

Quòd Camera Apostolica succedens beneficiato teneatur ad ejus debita, Ricc. *Collect.* 230. vide *in §. Successor n.* 16.

Qualiter Pontificalia ornamenta Episcoporum ad cultum divinum inservientia, post illorum obitum spectent ad Ecclesias, quibus erant præfecti, nec comprehendantur sub facultatibus testandi, vel aliter disponendi, nec sub spoliis, vide Constit. S. Pii V. *in ordine* 42. *Bullar. nov. tom.* 2. Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 259. *per tot.* ubi declarat, quæ sint hujusmodi ornamenta.

De spoliis autem Abbatum, & aliorum Prælatorum Episcopis inferiorum, & Monachorum ad quos pertineant, quid si habeant facultatem testandi, & alia, Ascan. Tambur. *tract. de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 16. *per tot.*

9 De spolio Episcoporum, ut non comprehendat ea, quæ Episcopi habebant ante assumptionem ad Episcopatum, quid de annuis censibus ab illis emptis, quid si habebant facultatem testandi etiam de fructibus, & alia plura ad rem, latè Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 33. *per tot.* cum aliis decisionibus, & consultationibus ibidem impressis. Et de spolio Clericorum, idem Marant. *d. part.* 4. *respons.* 99.

10 Spoliatus non tenetur respondere spoliatori in alio judicio, quando fuit per vim spoliatus; si verò agatur de eadem re nullo modo tenetur respondere spoliatori, etiam si via non intercesserit, Jo. Andr. Geminian. Franch. & alii *in c. frequens de restit. spol. in* 6. Afflict. *dec.* 19. *num.* 7. Ludovis. *dec.* 281. *per tot. & decis.* 336.

11 De spolio commisso per procuratorem an, & quando obstet Domino, & dicatur ab eo ratificatum, idem Ludov. *dec.* 525. *per tot.* vide *in §. Ratificatio num.* 24.

Alia de spoliatis, & spoliatoribus remissivè tradit Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Spoliatus, & Spoliator.*

De spoliatis ante omnia restituendis, & quando 12
secus plura Bertachin. *in Repert. verb. Spoliatus,* Joseph. Felin. *in Margar. var. conclus. cod. verò.* ubi tamen quod spoliatori datur manutentio donec causa spolii terminetur allegans Seraphin. *dec.* 717. & Rot. *dec.* 482. *part.* 3. *decis.* 50. *n.* 29. *&* 269. *n.* 7. *part.* 2. & limitans dictam regulam tribus modis, nempè non procedere si immineat periculum animæ, si constet notoriè de dominio, & si exceptio concludat ad petitorium, & possessorium simul declarando etiam quando sit respondendum, vel non super dominio. Alia Thoro *Comp. decis. Neap. part.* 1. *&* 2. *verb. Spoliatus,* Cancer. *lib.* 2. *var. c.* 7. Maresc. *lib.* 1. *var. c.* 59. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 11. Caldas Pereyr. *quæst. for. c.* 22. aliique plures citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Spoliatus,* ubi indicat plures quæstiones de hac materia, de qua etiam alii relati à Com. Augustin. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *verb. Spoliator fol.* 643. Fagnan. *sup. Decr.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Mantiss. ad eumd. Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Altimar. Ansald. Emeria Caprar. Pignatell. Ursaya Piton. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

De Spoliatoribus, & interemptoribus aliorum tempore pestis, ac de spoliatoribus, & effossoribus cadaverum sepultorum, & eorum pœnis, Berlich. *par.* 4. *concl.* 9. *& part.* 5. *concl.* 47. relatus à Fontan. *ubi supr.*

De Spoliatoribus itinerantium, & viatorum, Farin. *cons.* 143. Muta *dec.* 50. Giurba *cons. crim.* 36. & alii relati à Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 1. *n.* 4. *fol.* 436.

Constitutio Innocentii XII. super exemptione Ar- 13
chiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum inferiorum Regni Neapolis à spoliis antea ad Cameram spectantibus, & imposterum in beneficium ecclesiarum applicandis, habetur in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *vol.* 2. *lib.* 15. *fol.* 409.

Spolia ex Bulla Pii IV. fiunt de bonis clericorum 14
ex illicita negotiatione acquisitis. Fagnan. *in cap. Multa n.* 97. *ne Cleric. vel Monach. tom.* 3.

Spoliis ex Bulla Pii V. non subjacent bona Clericorum, quorum Beneficia, vel pensiones non excedunt ducatos triginta, dummodo ab illicita negociatione abstinuerint. Fagnan. *ibid. n.* 98.

Spolia ex Bulla Pauli V. non subjacent bona Cle- 15
ricorum in Urbe, vel infra decem milliaria decedensium, etiam sub prætextu, vel causa illicitæ negotiationis. Fagnan. *loc. sup. cit. num.* 100. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 87. *sub num.* 4.

Spolia Episcopi Regularis morientis ab Intestato 16
in Indiis Orientalibus ad propriam Ecclesiam pertinent Fagnan. *cap. quæ in Ecclesiarum n.* 8u. *de constitut. tom. pr.*

Spolium Prælati obligat Cameram ejus Creditori- 17
bus. Olea *de cess. Jur. tit.* 3. *quæst.* 9. *n.* 36. Rub. *de confus. Jur. cap.* 17. *n.* 45.

Spolium Clericorum ubi tractetur. Card. De Luc. 18
de Testam. disc. 77. *n.* 1.

Spolium Episcoporum quomodo practicetur per 19
Cameram, Card. De Luc. *d. disc.* 77. *n.* 12.

Religio Hierosolymitana an spolium faciat de pa- 20
trimonialibus. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 9. *num.* 3.

Quomodo composita fuerint cum Camera per Ca- 21
pitula, & Cleros. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 10. *n.* 13. *disc.* 87. *n. pr.* Possidentes Beneficia in diœcesi composita tenentur contribuere quamvis spolio non subjaceant. Card. De Luc. *d. disc.* 87. *n.* 4.

Spolium in Hyspaniis quoad fructus inexactos non 22
est in usu sed transmittuntur ad hæredes. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 100. *n.* 9. Non est in usu in Statu Mediolani. Card. De Luc. *ibid. n.* 5. *&* 9.

Beneficia sub collectorum ad ea deputatorum sunt 23
reservata. Lotther. *de Benef. lib.* 2. *q.* 32. *nu.* 158. *& seq* Card. De Luc. *de Benef. disc.* 8. *n.* 6.

Nuncius Apostolicus Neapolis dicitur generalis 24
spolii collector. Card. De Luc. *Miscell. disc.* 16. *n.* 9.

Et

Digitized by Google

Et an privativè cognoscat spolii causas. Card. De Luc. *Miscell. disc. pr. n. 62. & 65.*

25 Compensatio an admittatur in Judicio spolii. Rot. post Urceol. *de transact. dec. 20. n. 4. & 5.* Crescin. ad Ab Ecclesi. *obser. 199. n. 14. part. pr. pag. 136.*

26 In spolio Judiciali datur retentio spoliatori pro Credito undequaque liquido, & claro. Crescin. ad Ab Eccles. *loc. cit. n. 15. d. part. pr.*

Sed secus est in spolio privato resultante ex transactione nulla ex defectu consensus. Crescin. *ibid. num. 16.*

27 Plura alia circa restitutionem fructuum, & expensarum faciendam per spoliatorem spoliato juxta tradita per Dominum meum Sabell. supra *n.* vida etiam Fagnan. *in cap. gravis n. 8. & seqq. de restit. spoliat.* Emeria jun. *decis. 131. a n. pr. & seqq.* Ab Eccles. & Crescin. *obser. 199. part. pr.*

28 In Judicio spolii nullitas debet justificari ex iisdem actis Bertachin. *Vot. 55. n. 5.* Et quando dicatur justificari ex iisdem actis. Rot. *dec. 401. num. 8. & 9. part. 12.* Bertachin. *ibid. n. 6.*

29 Quando in Judicio spolii sit cumulandum remedium manutentionis cum reintegratione. Bertachin. *dict. vot. 57. n. 7.*

30 Spolium non dicitur violentum, si non fuit citatus dominus prædii, sed solum Salvianista, dum non violenter, seu attentatè, sed auctoritate Judicis fuit capta possessio Captar. *dec. 379. n. 2. part. pr.*

31 Spoliato debetur manutentio ex civili possessione. Rot. *dec. 233. num. 16. part. 16. rec.* & coram Priol. *dec. 400. num. pr.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 5. lib. 3. n. 2. vol. pr.*

32 Ex violenta occupatione possessionis oritur probatio super præventiva possessione spoliati, super privatione spoliantis Bart. *in l. decem n. pr. ff. de verb. oblig.* Rot. apud Posth. *de Manut. dec. 467. num. 3.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec. 5. n. 16.*

33 Spoliato competit manutentio, & quatenus opus sit, reintegratio. Mantiss. ad De Luc. *dec. 8. lib. 4. n. 13. vol. pr.*

34 Sanatio non datur ubi agitur de spolio ex defectu Jurisdictionis. Rot. cor. Cavaler. *dec. 384. n. 5.* & cor. Bich. *dec. 179. n. 28.* Piton. *de Jurep. all. 57. num. 33. tom. 2.*

35 Spoliator tenetur ad fructus perceptos per eum, in quem lite pendente transtulit rem litigiosam. Sperell. *dec. 7. n. 5. & seq.* & signanter *n. 7.* Rot. *dec. 392. num. 39. part. 5. rec.* Ansald. *decis. 79. num. 21. part. pr.*

36 Reintegratio competit spoliato, non obstante lapsu triginta annorum, si intermedio tempore, reclamavit, mediante expeditione, & transmissione Monitorii. Ansald. *dec. 96. n. 19. part. 2.*

37 Spoliator punitur in loco facti spolii. Tiraquell. *de retract. lign. §. 8. gloss. 3. n. 10.* Menoch. *de adipisc. & recup. possess. remed. 55. n. 219.* Altimar. *de Nullit. rub. 9. quæst. 26. n. 82. tom. pr.*

38 Spolium commissum circa rem incorporalem, puta circa Jurisdictionem quando censeatur violentum, licet nulla violentia facti intercesserit. Ansald. *dec. 87. n. 39.*

39 Quale dicatur spolium violentum. Teut. in *l. pr. §. hæc autem verba, ff. quod quisq. Jur.* Ansald. *ibid. n. 37. vers. Hinc.*

40 Lapsus paucorum dierum junctus cum scientia deliberationis facit præsumere quem habuisse se pro spoliato. Posth. *de manut. obser. 58. sub nu. 21.* Rot. *dec. 342. num. 8. part. 15. rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec. 20. lib. 15. n. 5. vol. 4.*

41 Spoliatus de facto aliqua re à clerico potest intentare beneficium Capitulorum Regni, & ille citatur per proclama. Marant. *in spec. part. 6. membr. pr. n. 88.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 8. n. 118.* Altimar. *de Nullit. rub. 12. quæst. 26. n. 29. tom. 2.*

42 Spoliatus per Judicem procedentem festinanter ante omnia est restituendus. Scacc. *de appell. q. 17. limit. 6. membr. 6. n. 65. & seq. & membr. 7. n. 122.* Altimar. *de Nullit. rub. 13. quæst. 4. n. 23. tom. 2.*

43 Spolii causa prius debet terminari, quàm proprietatis, non autem est nullitas, si secus fiat. Scacc. *de Judic. cap. 7. num. 145. & de appell. q. 17. limit. 6. membr. 7. n. 227. & seq.* Altimar. *de Nullit. rub. 3. quæst. 8. n. 49. tom. pr.*

44 Spolio potest agere privatus rebus suis sententia nulla. Abb. *in cap. ex insinuatione n. 4. de proc.* Posth. *de manut. obser. 12. n. 1. 36. & seq.* Altimar. *de Nullit. rub. 8. quæst. 24. n. 46. tom. pr.*

45 Spoliator violentus Clerici est sacrilegus. Fagnan. *in cap. Cæterum n. 32. de Judic. tom. 2.*

46 Spoliato per Supremum Principem non dantur remedia restitutoria. Carol. Tobia *de Constit. Princ. in l. fin. cap. 9. n. 74.* Fagnan. *in cap. De Rectorib. n. 21. de Cler. ægrotant. tom. 3.*

47 Spoliatus authoritate propria, & in vim clausulæ, motu proprio, potest agere remedio restitutorio contra talem spoliatorem. Fagnan. *in cap. cum olim nu. 36. de sent. & re Judic. tom. 2.*

48 *Spolietur* verbum supponit privationem ipso Jure. Butr. *in cap. fin. num. 15. vers. quarto de postuland.* Fagnan. *in cap. Ad abolendam num. 29. de hæret. tom. 5.*

Spolientur, idest per sententiam. Fagnan. *in cap. Ad Falsariorum n. 47. de crim. falsi & in d. cap. Ad abolendam de hæret. n. 29. tom. 5.*

49 Spolium posterius aliquando non purgatur, sed primum. Pellegr. *in prax. Vic. part. 3. sect. 3. subsect. 3. intersect. 21. n. 46. pag. 245.* Spolii actio quibus competat. Pellegrin. *ibid n. 47.* Contra quos detur. Pellegrin. *ibid. n 48.*

50 Spoliatus agens possessorio, & petitorio si probet possessionem, & spoliationem, sed non proprietatem, obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio, Fagnan. *in cap. Constitutus de Filiis Præsbyt. n. 13. tom. pr.*

51 Si contra petentem restitutionem conjugis opponitur consanguinitas in gradu prohibito, an, & quando sit facienda restitutio. Fagnan. *in cap. Litteras n. pr. de restit. spoliat. tom. 2.*

52 Ex defectu Jurisdictionis nunquam præscribitur spolium, nec attenditur præscriptio statuti Urbis. Rot. *dec. 130. n. 10. part. 7. rec.* Piton. *de Jurep. all. 77. n. 22. & 34. tom. 2.*

53 Quando spoliatur unus de eodem Ordine, & alter ejusdem Ordinis investitur, dicitur alienatio. Card. De Luc. *de alien. disc. 54. n. 8. & 9.* Rot. *dec. 561. n. 7. & seq. part. 5., dec. 3. n. 31. part. 7., & decis. 85. n. 5. part. 8. rec.* Piton. *de Jurep. all. 47. num. 57. tom. pr.*

§. SPONSALIA. XXVI.

1 SPonsalia ad hoc ut sint valida, tria requiruntur, primò ut interveniat mutua futuri matrimonii promissio, secundò ut hujusmodi promissio sit acceptata, tertiò ut aliquo externo signo sit manifesta, quibus adde quartum requisitum, ut promissio sit facta animo se obligandi, aliàs non inducit sponsalia, cùm verus requiratur consensus, ac intentio se obligandi, Sperel. *dec. 95. n. 9. &c.* de ultimo requisito, vide Dian. *part. 11. tract. 6. resol. 54. per tot,* & de omnibus latè Paul. Christin. *dec. 124. per tot, vol. 3.* ubi etiam an possint contrahi sub arrhis, & pœnis, & alia plura, *& decis. 127. vol. 3.* Rot *part. 9. rec. dec. 163. per tot.* ubi latè qualiter sponsalia sint servanda, maximè sequuta copula, & quomodo probentur, & rursus in eadem causa *part. 10. recent. dec. 19. per tot.* ubi ex noviter deductis fuit recessum à decisis, cum ex justis causis possit recedi à sponsalibus, de quibus latè Caspens. *Curs. Theolog. tract. 26. Disput. 1. per tot. fol. nobis 695. &c.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 35. sect. 2. n. 24. tom. 5.* Ripol. *tit. de Spons. n. 6.*

Quamvis quartum requisitum concurrentibus aliis præsumatur, & non sit audiendus ille, qui vellet dicere se simulatè promisisse, cùm fictè contrahere sponsalia, vel matrimonium sit peccatum mortale, ex traditis per eundem Sperel. *d. dec. 95. n. 6. &c.* cum ibi allegatis, vide Dian. *part. 5. tr. 4. res. 205. & seqq. & tract. 6. resol. 81. part. 5. tract. 14. res. 32. & 33.* ubi an va-

Digitized by Google

valeant, & obligent sponsalia ficta, & quid si fuerint juramento firmata, non tamen cum animo se obligandi, & refert diversas opiniones, vide Caspens. *loc. citat. sect.* 3. & 4. *per tot.* latè Gabr. Vasquez. *Opusc. moral. tract. de restit cap.* 3. §. 1. *Dub.* 2. & *seqq. fol.* 61. & *in* 3. *part. S. Thom. tom.* 4. *tract. de matrim. Disput.* 4. *per tot. fol.* 334. Altimar. *loc. supra cit. n.* 25.

De ætate requisita in sponsalibus contrahendis, nempè septenii, quid si non sit completa ultima dies, vel adsit usus rationis ante septennium, Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *res.* 63. & 65. *per tot.* vide in §. *Annus n.* 5. vide Nicoli. *Instit. tit. de nupt.* Narbon. *de Ætat. ann.* 7. *q.* 19. & *seq.* Antonel. *de temp. leg. lib.* 2. *cap.* 4. Altimar. *d. sect.* 2. *a n.* 68.

Quòd sponsalia sint veres contractus, licèt non sacer, sed matrimonii, quod propter sacramentum sacer est contractus, sint præambulus contractus, & anneaes, quid sint, & alia ad rem, Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 8. *sect.* 7. *fol.* 65. & alii præcitati, Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Sponsalia*, ubi plura remissivè. Altimar. *ubi supra n.* 8. ubi refert hunc locum.

2 Sponsalia validè contracta in primo grade cum altero consangeineo, inducunt impedimentum justitiæ publicæ honestatis ad contrahendum matrimonium cum altero consanguineo, & contractum dirimunt, *per text. in cap. litteras de sponsal. impub. cap. juvenis, cap. veniens, cap. ad audientiam, cap. sponsam de sponsal. et cap. unic. de sponsal. in* 6. intelligendo de sponsalibus per verba de futero, nam per verba de præsenti, etiam nulla sponsalia causant dictum impedimentum, vide Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 3. *de reform. matrim.* Constit. *S. Pii V.* 62. Sperel. *d. dec.* 95. *nu.* 36. *et seqq.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 267. *per tot.* ubi tamen quòd ad dictum effectum debent sponsalia concludenter probari, nec dicuntur probata per simplicem confectionem apochæ, nec per consensum genitorum, nisi etiam intervenìat utriusque sponsi consensus expressus, vel tacites benè probatus, nec ex muneribus invicem transmissis, nec ex fama, nec ex solo tractatu, nec ex gestatione luctus, &c. Sed ab ista decisione fuit postea recessum, firmando constare de sponsalibus ad dictum effectum *ead. par.* 18. *decis.* 538. & 621. *per tot.* Rot. coram Jacob. Emerix *dec.* 219. *num.* 3. *dec.* 262. & *dec.* 280. *utrobiquè num.* 1. Altimar. *loc. adducto n.* 26.

Quòd dictum impedimentum cesset si sponsalia mutuo consensu dissolvantur, quidquid aliqui contrarium sentiant probat Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *res.* 22. *per tot.* Altimar. *ubi supra n.* 27.

Item cesset si fuerint conditionaliter contracta, conditione non impleta, secus autem in modo, & quando dicantur conditionalia, vel modalia, Rot. *p.* 18. *rec. dec.* 621. *n.* 19. & *seqq.* Altimar. *loc. rel. num.* 28.

Plura de sponsalibus quid sint, unde dicta, quot sint illorum species, qui effectus, quomodo dissolvantur, quæ dicantur sponsalia de futuro, quæ de præsenti, quomodo inter se differant, an possint sub conditione contrahi, & si fuerint contracta cum uno, vel uno sub conditione honesta, & illa pendente contrahantur cum alio, vel alia purè, quænam sint præferenda si primorum sponsaliorum conditio eveniat, & an interim pendente conditione possit alter pœnitere, & de sponsalibus clandestinis, quæ tamen hodie sunt nulla vigore Concil Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 1. tradit Oinot. *Instit. de nupt. cap. de sponsalib. per tot. fol. mihi* 30. &c. Ricc. *Collect.* 1570. 1571. 1740. 2458. 3143. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 227. *n.* 27. & *seqq.* Ludovis. *dec.* 412. *per tot.* latè Paul. Christie. *decis.* 124. *per tot. vol.* 3. vide *in* §. *Matrimonium n.* 8. &c. Tusch. *litt. S, concl.* 399. *et seqq.* Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 205. *et seqq. per tot. et tract.* 6. *resol.* 81. *et part.* 11. *tract.* 2. *resol.* 70. ubi quando per secunda videatur recessum à primis, Capens. *Curs. Theol. tr.* 26. *Disput.* 1. *per tot.* D. Raymund. *in Summa lib.* 4. *tit.* 1. *de spons. fol. mihi* 504. *etc.* Callejon. *in verb. Sponsalia*. Add. Nicoli. *Instit. tit. de Nupt.* Layman. *lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 1. *et* 2. *tom.* 2. *pag.* 335. *in Theol. Moral.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *qu.* 35. *sect.* 2. *per tot. tom.* 5.

Quòd imò sponsalia possint etiam clandestinè fieri tamquam contractus separates, quia Concilium loquitur tantùm de matrimoniis, Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 72. vide *in* §. *Matrimonium n.* 6. *etc.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 331. ubi quod Concilium nihil immutavit circa sponsalia de futuro, præterquam quod per copulam non transeunt in matrimonium, & *dec.* 124. *n.* 27. & *seqq. vol.* 3. Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 19. n. 36. &c. Seraphin. *dec.* 1156. *num.* 6. vide eumdem Nicoli. *loc. cit.* num. 60. Fagnan. *in cap. de illis num.* 48. & *seqq. de Desponsat. impubl.* Altimar. *d. sect.* 2. n. 29.

Qui autem possit contrahere sponsalia, vel non, latè Caspens. *loc. cit. sect.* 6. *per tot. fol.* 699.

Sponsus per verba de futuro an possit præcisè compelli ad matrimonium contrahendum dixi *in* §. *Matrimonium n.* 12. Tusch. *litter S. concl.* 403. *per tot.* Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 206. Ricc. *Collect.* 1740. 3143. &c. Rot. *part.* 4. *rec. dec.* 431. ubi Paul. Rubeu *Annot. n.* 62. & *seqq.* eadem Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 163. *per tot.* & *part.* 10. *decis.* 19. *per tot.* ubi quòd ex justis causis, & quibus possit recedi à sponsalibus, Thom. Trivis. *dec.* 9. *per tot.* & *decis.* 20. *per tot.* Ludovis. *dec.* 376. Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 142. *infr. sub n.* 8. De Luc. *de Dot. disc.* 79. un. 8. *De matrimon. disc.* 8. *per tot. Annot. ad Concil. disc.* 26. *n.* 34. *disc.* 27. *n.* 12. Rossignuol. *in Prax. Theol. legal. contract.* 14. *de sponsal. l. prænot.* 8. Layman. *loc. cit.* Ripol. *var. tit. de sponsal. n.* 30. & 31. Altimar. *ubi supra n.* 30. 3

Quòd ubi certa sunt sponsalia, nec de illorum validitate dubitatur, possit uterque judex tam Ecclesiasticus, quàm sæcularis compellere partes ad illorum observantiam, Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 1. *disput.* 29. *nu.* 9. & alii, quos refert, & sequitur Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 130. vide *in* §. *Stuprum num.* 7. & 8. Boss. *de matrim. cap.* 21. *num.* 52. Rossigneol. *loc. cit.* Altimar. *loc. cit. num.* 33.

Pendente tamen lite super matrimonio, vel sponsalibus, spectat ad judicem Ecclesiasticum sequestrare puellam in loco tuto ad explorandam illius voluntatem, Dian. *loc. cit. resol.* 131. & latiùs *part.* 11. *tract.* 3. *resol.* 20. *vers. quoad secundum*, ubi qualiter hujusmodi sequestratio possit fieri etiam à judice laico, & tantò magis à Principe ad impediendas violentias, ac idem esse in Novitio sequestrando ad eumdem effectum, adde Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 312. *per tot.* ubi quòd destinatio loci pendet à judicis arbitrio, qui secundum contingentiam facti debet providere, et animus mulieris sit liber à minis, &c.

Quòd qui contraxit sponsalia cum juramento, vel sine sit compellendus ad matrimonium, etiam mediantibus censuris, quamvis si postea in negativa persistat sit absolvendus, etiam eo non petente, & sic non datur totalis, & præcisa coactio, et notat Possent. *sing.* 115. *per tot.* & *sing. n.* 172. ubi quòd non est cogendus si effectus non speratur, vel causa justa adducitur, quia matrimonia coacta solent infelices exitus habere. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 20. & 29. Novar. *quæst.* 65. *part.* 1. Altimar. *ubi sup. num.* 31.

Sponsalia, etiam legitimè contracta, possent mutuo contrahentium consensu dissolvi inter puberes, 4 secus autem inter impuberes antequam pubertatem nanciscantur, ne passim resiliant, & passim contrahant; quid si sponsalia fuerunt juramento confirmata; an distractus à sponsalibus juratis possit matrimonium contrahere animo intrandi Religionem ante consumationem, & alia, latè Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 75. & 76. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 124. *n.* 3. & *seqq. vol.* 3. Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 185. *num.* 8. ubi simpliciter quòd sponsalia possent mutuo contrahentium consensu, etiam jurata dissolvi.

Quibus ex causis licitum sit à sponsalibus recedere vide DD. quos allegavi *in* §. *Matrimonium num.* 12. Trivil. *dec.* 9. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 19. *per tot.*

tot. part. 14. *dec.* 185. ubi ea causa inimicitiæ supervenientis, vel aliæ rationabili arbitrio judicis, Ludov. cum Beltr. *decis.* 376. Caspens. *Curs. Theol. tr.* 26. *disp.* 1. *sect.* 10. *per tot. fol.* 702. ubi plura qualiter sponsalia dissolvantur ea mutuo consensu inter puberes, secus inter impuberes, item per ingressum religionis, per votum simplex castitatis, vel suscipiendi ordinem sacrum, per matrimonium cum alia persona, per absentiam, vel mutationem domicilii, per lapsum termini, per fornicationem, per impedimentum superveniens, per notabilem mutationem supervenientem; non tamen dissolvuntur prima sponsalia per secunda etiam juramento firmata &c. Giballin. *de univers. negociat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *Consect.* 3. *fol.* 12. ubi addit novam deformitatem, & morbum, novum animi defectum, fortunæ mutationem, & cognitionem defectuum prius latentium, & quoad fornicationem intelligit, etiam si sponsa fuerit vim passa, vide Nicoli. *instit. de nuptiis nu.* 27 De Luc. *de matrim. disc.* 8. Layman. *loc. cit. c.* 2. Rossignuol. *d. prænot.* 8. Altimar. *ubi supra nu.* 34. *& a nu.* 100. *cum seqq.*

5 An sponsalia possint dissolvi propter oscula, & tactus impudicos, sicuti propter fornicatiooem, dic quòd si talia committantur ex parte mulieris, potest vir à sponsalibus recedere, secus autem si ex parte viri, nam non potest fœmina recedere secundum unam opinionem, licèt etiam alii probabiliter, & fortè rectiùs sentiant, ut non debeant ad imparia judicari, quod verius puto respectu fornicationis, quidquid sit de osculis, & tactibus, qui ex parte viri tollerabiliores reputantur, nisi sint ita frequentes, ut indicent animum in aliam mulierem valdè perpensum; sed si post hujusmodi causas sufficientes ad dissolutionem sponsalium, interveniat copula inter sponsos, confirmantur sponsalia, ad latè tradita per Dian. & alia eum citatos *part.* 10. *tract.* 11. 28. *per tot.* Giballin. *loc. cit. n.* 34. facit quod dixi *in §. Adulterium n.* 12. *§. Sodomia n.* 8. *in fine*. Altimar. *ubi supra n.* 118.

Quòd ex causa fornicationis, & inhonestatis mulieris, licitum sit sponso recedere à sponsalibus, etiam si sequuta sit inter eos copula, latè Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 19. Gabriel Vasques *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 3. *de stupro Dub.* 4. *& seqq.* ubi plura de aliis etiam casibus similibus fictæ promissionis &c. Altimar. *loc. cit. n.* 117.

6 Sponsa an veniat sub nomine uxoris, & è contra dixi *in §. Uxor n.* 1. Latè Altimar. *loc. cit. nn.* 126. *& seqq.*

7 Sponsa an lucretur saltem medietatem sponsalitiæ largitatis etsi sponsalia dissolvantur, quando passa est osculum, vel carnaliter cognita fuit à sponso, vide *l. si à sponso C. de donat. antenupt.* Franch. *dec.* 503. Paul. Cristin. *dec. Belg.* 21. *n.* 16. *&* 126. *n.* 12. *& seqq. vol.* 3. dixi *in §. Donatio nu.* 8. Capyc. Latr. & Mansuell. *dec.* 175. De Marin. & De Luc. *lib.* 1. *resol.* 14. Altimar. *loc. cit. n.* 124.

An sponsæ censeantur donatæ vestes, anulus, & ornamenta, vide *in §. Testes*. Vide infra *in novissim. additionib.* Crescin.

8 Sponsalia debent plenè, & concludenter probari, & si fuerint contracta inter conjunctos in gradu prohibito sunt nulla, etiam si cum reservatione dispensationis obtinendæ, & illa superveniente, quia adhuc est pœnitentiæ locus juxta veriorem opinionem, cùm Papa dispensando ratum non habeat, quod gestum est, sed tantùm contrahendi licentiam impertiatur, Sanchez *de matrim. lib.* 5. *disp.* 5. *per tot.* Guttierez *canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 22. Ludov. cum Beltram. *decis.* 410. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1331. ubi quomodo probentur sponsalia, Burat. *decis.* 203. *num.* 6. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 242. ubi etiam quòd si à stuprata fuerit dos acceptata censetur renunciatum sponsalibus, ad quę adimplenda, nec cogendus est stuprator ex verisimili inimicitia orta propter quęrelam criminalem, & carcerationem stupratoris ad instantiam stupratæ, vide *in §. Matrimonium*, *& §. Stuprum*. Plura de probatione Sponsalium vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

Qualiter sponsalia de futuro, etiam non jurata, interveniente copula carnali, observanda sint, Martha *vot. Pis.* 172. *per tot.* Costa *de facti scient. & ignorant. Distinct.* 40. *per tot.* ubi plura in contrarium vigore Concilii Trident. *sess.* 24. *cap. pr. de reform. matrim.* per quod est correcta dispositio *c. is qui de sponsal.* Vide Christin. *decis. Belgic.* 331. *vol.* 3. Pen. & Crescin. *decis.* 295.

Quòd sponsalia liberè contracta, & juramento firmata necessitatem inducant ad matrimonium palam contrahendum, & recusans possit censuris Ecclesiasticis compelli, ut ex nolente fiat volens, nec possit interim cum alio contrahere, nisi sponsalia fuerint mutuo consensu, vel aliis ex justis causis rescissa, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 376. *per tot.* Thum. Trivis. *decis.* 9. *per tot.* ubi dicit se semper fuisse hujus voti resoluti sic pluries judicatum, quidquid nonnulli contrarium teneant vigore Concilii Tridentini, quibus respondet, & Concilium non obstare demonstrat, adde Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 142. ubi qualiter probentur sponsalia, & illis probatis possint contrahentes compelli ad observantiam remedio censurarum, non autem damnari ad pœnam pecuniariam, prout in illo casu factum fuerat in partibus; sed quia sponsa post dicta sponsalia matrimonium de præsenti cum alio contraxerat inanis fuit resolutio, adde Caspens. *Curs. Theol. tract.* 26. *Disput.* 1. *sect.* 7. *per tot.* ubi maximè in foro conscientiæ. Rossigunol. Layman. Altimar. *loc. cit.*

Plura de probatione sponsaliorum ad effectum inducendi impedimentum publicæ honestatis, de quo supra *num.* 2. tùm per conjecturas, quàm per testes, in quo consistant sponsalia, & qualiter à parentibus pro filiis contracta remaneant ab ipsis tacitè ratificata, & ex quibus, ac alia ad rem plenè Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 267. 538. *&* 621. *per tot.* in eadem causa, in quibus postremis decisionibus, probationibus melius perpensis, fuit revocata prima decisio vide De Luc. *de Dot. disc.* 78. ubi de ista ratificatione. Decisiones, de quibus supra sunt repetitæ apud Emerix jun. *decis.* 195. 262. *&* 280.

De sponsalibus universas controversias resolvit D. Greg. Rossignol. *in ejus Praxi Noviss. Theologic. legal. per tot.* nempè quid sint Sponsalia, quas conditiones admittant vel non; per quos possint contrahi vel non; de illorum causis; qualiter utriusque consensum requirant; an sufficiat promissio externa sine animo se obligandi; an contracta per metum, vel ex iracundia, sive ex nimio amore sint valida; an inter raptorem, & raptam teneant, an, & quando inducant impedimentum publicæ honestatis, an remaneat suspensa illorum validitas per appositionem conditionis necessariæ in se, respectu tamen contrahentium incertæ; quid in conditione impossibili reputata possibili à contrahentibus; an rejiciatur, sive vitiet contractum; an in sponsalibus possit apponi, & exigi pœna ratione interesse; an dari fidejussor ad quid obligetur promissor sponsalium si virginem defloravit; quid si non obstante defloratione alteri nupserit, vel innupta decesserit, an jus sibi pro dote competens ad suos hæredes transmittat; quid si deflorata postea alteri sui copiam fecerit; an amittat jus dotis, quod habebat contra defloratorem; quibus modis possint sponsalia dissolvi cum omnibus quæstionibus indè emergentibus; quomodo probentur sponsalia per chirographum; an, & quando valeat sponsalitia largitas inter sponsos, quando acquirantur, & per quos actus, & consequenter multa alia de donationibus propter nuptias de arrhis matrimonialibus, & hujusmodi largitionibus inter sponsos; an facto chirographo cum promissione dotis, noceat remissio de minus, vel nihil petendo, aliaque plurima materiam sponsalium tangentia, doctè, ac eruditè pertractat videndus idem Rossignol. *per tot. dictum tractatum*. Layman. Altimar. *ubi supra*. 9

Quòd si alter ex contrahentibus sponsalia, sine justa causa recedat ab eis, possit sine læsione libertatis ad matrimonium compelli, vel per Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem ad servandam promissionem: potest enim Judex Ecclesiasticus si priùs placidè monuerit compellere per censuras, si tamen ma- 10

jora inde scandala non timeantur, ac dummodò prudenter procedat absque strictissima coactione, intelligendo sive sponsalia fuerint jurata, sive non. Potest etiam Judex laicus ubi constat de validitate sponsalium servato juris ordine compellere retinentem ad servanda sponsalia, & sic si agatur ad instantiam partis, Judex competens erit ille, quem pars elegerit, si veró ex officio qui prævenerit, nec possunt simul eodem tempore procedere, ne judicia confundantur, Abb. *in cap. ex litteris* 2. *num.* 4. *de Sponsal.* Brunel. *de Sponsal. conclus.* 16. *n.* 6. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *de Sponsal. disput.* 29. *n.* 9. *& seqq.* Boss. *de matrim. contract. cap.* 11. *n.* 52. aliique relati per D. Gregor. Rosignol. *in Noviss. Prax. Theolog. legal. contract.* 14. *de Sponsal. Prænot.* 8. *per tot. fol.* 125. *&c.* quibus adde Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 12. *gloss. unic. per tot. fol. mihi* 578. *& seqq.* vide Bertachin. *vot.* 128. *per tot.* Card. De Luc. *de Dot. disc.* 79. *n.* 8. *de Matrim. disc.* 8. *per tot. Annot. ad Concil. disc.* 26. *n.* 34. *disc.* 27. *n.* 12.

11 De sponsis, & sponsalibus habentur alia per Bertachin. *in Repert. verb. Sponsa*, *& sponsalia*, Covar. *de sponsal.* Mancin. *de jur. Sacr. Discrt.* 10. *cap.* 1. *&* 2. Paneirol. *lib.* 2. *var. cap.* 50. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 11. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. tit.* 424. Panimol. *in decis. tom. pr.* cæterosque indicatos à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Sponsalia*, & Com. August. Funtan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 245. *&c.* plura etiam tradit De Luc. *in Indic. gener.* Fagnan., & Gonzal. & alii Canonistæ Rossignuol. Layman. & alii Moralistæ Pignatell. Ursaya Nicoli. Piton. Mantiss. ad eumd. De Luc. Emerix Caprar. Ansald. Mans. Palm. & alii moderni.

12 Sponsalia repromissionem quomodo requirant. Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 8. *n.* 4. An præcedente unius promissione, simplex acceptatio alterius, cui promissio facta sit, habeat vim repromissionis. Card. De Luc. *ibid.*

13 Sponsalia an continere dicantur causam gratuitam, vel onerosam, Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 8. *n.* 7. *&* 8.

14 Sponsalia de præsenti per religionis professionem, non per propositum castitatis servandæ in sæculo dissolvuntur. Fagnan. *in cap. Ex parte il secondo de convers. conjug. n.* 1. *tom.* 3.

15 Refectio expensarum an, & quando debeat præstari, quando ab uno fuit recessum à sponsalibus. Bertachin. *vot.* 128. *per tot.* Vide Layman. *in Theolog. Moral. libr.* 5. *tract.* 10. *part. pr. cap.* 2. *num.* 8. *tom.* 2.

16 In sponsalibus quando dicatur consensus contemporaneus. Rot. *dec.* 142. *n.* 4. *&* 5. *part.* 15. *rec.* Bertachin. *d. vot.* 128. *n.* 6.

17 Sponsalia contracta inter prohibitos, ob juris resistentiam sunt ab initio nulla. Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 7. *n.* 4. Sanchez *de Matrim. lib.* 5. *disp.* 5. *in fin.* Rot. *dec.* 503. *n. pr. & seq. part.* 5. *tom.* 2. *rec.* Episc. Rocc. *cap.* 111. *n.* 9. *&* 19. *part.* 2.

Sponsalia inita inter prohibitos contrahere matrimonium absque Apostolica dispensatione sunt nulla ab initio, neque dici valent constituta in statu implicito validitatis. Card. Mantic. *dec.* 201. *nu.* 4. Ludovis. *dec.* 410. *n.* 2. *&* 5. Episc. Rocc. *d. cap.* 111. *n.* 9. *part.* 2. Et vide infra *n.* 21.

18 Sponsalia ut dicantur valida, licèt requiratur repromissio puellæ; tamen si ipsa passa sit suum corpus tradi, facto efficaciori, quam verbis dicitur repromisisse. Sanchez *de Matrimon. lib. pr. de spons. disp.* 10. *n.* 3. *& disp.* 11. Rot. *dec.* 163. *nu.* 20. *part.* 9. *rec.* Caprar. *dec.* 319. *n.* 13. *part. pr.*

19 Sponsalia dissolvi nequeunt per posteriora, si priora fuerunt contracta cum defloratione sub promissione Matrimonii. Sanchez *de Matrim. lib. pr. disp.* 49. *per tot.* Dian. *oper. moral. part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 210. Rot. cor. Buratt. *dec.* 412. *n.* 6. Emerix Jun. *dec.* 959. *n.* 5.

20 Sponsalia contracta per parentes nomine filiorum absentium non obligant etiam in ratione honestatis. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 78. *n.* 6. Et qualis debeat esse ratificatio. Card. De Luc. *d. disc.* 78. *n.* 7. 11. *& seq.* Ratio honestatis an dicatur facere conditionem necessariam. Card. De Luc. *d. disc.* 78. *n.* 8. *disc.* 79. *parit. n.* 8. Pater contrahens sponsalia nomine filii, & promittens factum alienum tenetur saltem ad diligentias. Card. De Luc. *d. disc.* 78. *num.* 12. Et quod pater possit contrahere illa pro filio, & an requiratur consensus filii Fagnan. *in cap. tua n.* 2. *de Desponf. Impub.*

Sponsalia contracta inter prohibitos sunt nulla. Card. De Luc. *de Dot. d. disc.* 79. *n.* 9. ut diximus supra *n.* 17. Adeout etiam superveniente dispensatione requiratur novus contractus. Card. De Luc. *d. disc.* 79. *n.* 9. *de Matrim. disc.* 7. *n.* 4. *disc.* 8. *nu. fin. Ann. ad Conc. disc.* 27. *n.* 6. *&* 11. 21

In Sponsalibus Jus commune remanet incorrectum per Sacrum Concil. Trident. unde sufficit consensus præsumptus. Sanchez *de Matrim. lib. pr. disp.* 22. *& seq.* Boss. *eod. tr. c.* 3. *n.* 78. *& seq. et n.* 114. *cum seq.* Card. De Luc. *de Dot. dict. disc.* 79. *nu.* 10. Et vide Layman. *in Theol. moral. libr.* 5. *tract.* 10. *part. pr. cap.* 2. *n.* 6. *pag.* 339. *tom.* 2. 22

Sponsalia de futuro de Jure communi transeunt in matrimonium per ipsam copulam, non autem per oscula, vel amplexus, aut nisum ad copulam. Fagnan. *in cap. Litteræ quas, n.* 2. *de matrim. contract. cont. interd. Eccles. tom.* 4. Et non transeunt in matrimonium quoad Deum, si copula non intercesserit affectu conjugali, sed fornicatorio Fagnan. *in cap. is qui fidem n.* 6. *de sponsal.* Et vide infra *n.* 44. 23

Sponsalia de præsenti ab impuberibus contracta transeunt perfecta ætate in matrimonium per receptionem munerum, per oscula, & alia hujusmodi signa. Covar. *de spons. part. pr. c.* 4. *§.* 2. *n.* 2. Fagnan. *in d. cap. Litteræ quas n.* 3. Et quid post Concilium Trident. Fagnan. *ibid. n.* 5. 24

Sponsalia quid sint, & quid differant ab oblatione, quæ fit à parentibus religioni de Filio impubere. Fagnan. *in cap. Cum virum n.* 41. *de Regular. tom.* 3. 25

Sponsalia jurata non impediunt, quominus Sponsa possit religionem ingredi, & profiteri. Fagnan. *in cap. Ex litteris il secondo, num.* 3. *de sponsal. tom.* 4. 26

Fornicatio sponsæ cum altero viro soluto, adulterii crimen non continet, & fortassè neque mortalem malitiam sub genere injustitiæ, sed solum sub genere luxuriæ. Laymen. *Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10. *cap. pr. part. pr. n.* 6. *pag.* 337. 27

Pœna adjecta ei, qui à sponsalibus recesserit, solvenda non est, si sponsus justam resiliendi causam habeat: secus esse videtur, si sine justa causa recesserit. Layman. *Theol. Moral. d. lib.* 5. *tract.* 10. *part. pr. cap. pr. n.* 8. 28

Pactum lucrativum sponso ab altero contrahente adjectum si cum ipso matrimonium contraxerit, tanquam jure invalidum rescindi potest. Layman. *loc. cit. n.* 9.

Qui simulato animo matrimonium promisit, per se loquendo non obligatur ad nuptias: debet tamen puellæ deceptæ, si damnum passa fuit, secundum justitiæ æqualitatem facere compensationem. Layman. *ibid. n.* 10. *pag.* 338. 29

Qui ficta nuptiarum promissione puellam in copulam induxit debet illam ducere. Molin. *tract.* 3. *disp.* 106. *n.* 4. Sanchez *lib. pr. disp.* 10. *q.* 5. *n.* 3. Layman. *ibid. n.* 11.

Liberi à Parentibus, neque ad contrahendum matrimonium cogi, neque à contrahendo impediri possunt. S. Thom. 2. 2. *q.* 104 *art.* 5. *& in* 4. *dist.* 29. *q. unic. art.* 4. Layman. *ibid. n.* 12.

Liberi peccant, si parentibus insciis, aut non consultis matrimonium spondeant, aut contrahant, nihilominus obligantur, neque à parentibus impediri possunt, quominus datam fidem servent, nisi ex matrimonio scandala oritura essent. Layman. *ibidem num.* 14 30

Filia inconsultis, aut invitis parentibus nubens, exhæredari non potest, spectato communi Cæsareo jure, per consuetudinem tamen, vel statutum talis exhæredandi potestas constitui potest, in casu quo liberi graviter delinquunt. Layman. *ibid. n.* 15.

Sponsæ in dubio acquiruntur res pretiosæ datæ, vel missæ à Sponso, si adsit consuetudo, quòd intelligantur 31

tur donatæ. Michalor. *de Fratrib. part. pr. cap.* 28. *n.* 15. Sanchez *de Matrim. lib.* 6. *disp.* 25. *n.* 16. Cabrun. *luc.* 42. *n.* 15. Quæ tamen consuetudo est probanda. Sanchez *de Matrim. lib.* 6. *disp.* 26. *num.* 13. *vers. Hæc limitatio.* Cabrun. *d. Lucubr.* 42. *n.* 16.

Sponsæ donata à Consanguineis Viri an, & quando donata censeantur contemplatione Viri, & è contra. Michalor. *de Fratrib. part. pr. cap.* 29. *num.* 1. & 2. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *Gloss.* 3. *part.* 6. *n.* 92. Cabrun. *Lucubr.* 42. *n.* 33. & *seqq. usq. ad* 42.

32 Sponsalia quomodo probeatur. Bertachin. *Vot.* 523. *num.* 19. Captar. *decis.* 110. *part. pr.*

Non est verisimile, quòd mulier nobilis permittat, se cognosci, nisi essent facta sponsalia. Sanchez *de Matrim. lib. pr. disp.* 22. *n.* 6. *in fin.* Ciarlin. *controv.* 174. *n.* 66 Bertachin. *d. vot.* 123. *n.* 20. Captar. *dec.* 510. *n.* 13. & 14. *part. pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 14. *decis.* 7. & 8. *vol.* 2.

Sponsalia arguuntur ex subsequuto matrimonio. Ciarlin. *dict. controv.* 174. *n.* 64. Bertachin. *ibid. n.* 21. Captar. *loc. cit. n.* 15.

Sponsalia contrahendorum signa quæ sint secundum usum regionis. Captar. *dec.* 319. *n.* 10. *part. pr.*

33 Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 7. firmat regulam, quod scilicèt ex sponsalibus oriatur impedimentum publicæ honestatis, quam regulam superiùs comprobavit etiam Domin. Sabell., Sed hæc regula non procedit, si de sponsalibus clarè, & indubitanter non constet, si mulier sponsum semel in libertate posuerit, & demum si possit de odio inter sponsos dubitari Mantiss. ad eumd. De Luc. *libr.* 14. *decis.* 6. *per tot. tom.* 2.

34 Si unus sponsorum religionem ingrediatur, censetur renunciare sponsalibus, ut alteri resilire statim liceat. Sin verò expectare malit, egressus e Noviciatu sponsionem servare debet Layman. *in Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 10. *part. pr. cap.* 2. *n.* 3. *pag.* 339. *tom.* 2.

35 Post votum religionis sponsalia validè celebrari non possunt, cum Deo jus prius acquisitum in hominem transferri non valeat. Rodriq. *tom. pr. sum. cap.* 208. *conclus.* 11. Layman. *loc. cit. n* 5.

36 Si uterque sponsorum fornicatus fuerit, non compensatur delictum delicto, quia turpior censetur fornicatio sponsæ quàm sponsi Henriq. *libr.* 11. *cap.* 14. *n.* 6. Layman. *ubi supra n.* 12.

37 Si sponsus post sponsalia ad longinquas terras se conferat non obtenta licentia sponsæ, ut brevi tempore rediturus non censeatur, sponsa obligatione liberatur, nisi ob causam necessariam discesserit, nullumque sponsæ incontinentiæ periculum, aliave matrimonii necessitas immineat. Layman. *ubi supra n.* 13.

Si sponsus ob causam voluntariam justam discessit, biennio expectandus est, si intra provinciam, triennio, si extra provinciam moratur, quæ juris cæsarei dispositio videtur etiam admittenda in foro canonico, & conscientiæ Layman. *loc. cit. nu.* 14. & *seqq.*, ubi hoc declarat, & alia tradit.

38 Si uxor, cum qua Titius contra fidem primorum sponsalium contraxit, moriatur, & prior sponsa in proposito suo permaneat, non videtur Titius obligatus ad eam ducendam, cum obligatio semel extincta non reviviscat Sanchez *lib. pr. disp.* 28. Layman. *loc. cit. n.* 22.

39 Licet spectato Jure communi si causa absolvendi sponsalia manifesta sit, Ordinarii consensus non requiratur, in multis tamen diœcesibus aliter observari solet Layman. *loc. relat. num.* 23.

40 Sponsalia de futuro contracta præsente Parocho, nullis tamen adhibitis testibus, non sunt invalida ex Concilio Trid., sed remanent in dispositione Juris communis Fagnan. *in c.* 18, *qui fidem n.* 9. *de spons.*

41 Sponsalia de præsenti non solvuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum Fagnan. *in cap. licet n.* 1. *de spons. duor.* & *in cap. si inter virum n. pr.* & 7. *de spons.* & *matr.*

42 Sponsalia de futuro contrahi possunt per quæcumque verba consensum exprimentia non de præsenti, sed de futuro Fagnan. *in cap. si inter virum n.* 8. *de spons.* & *matr.*

Sponsalia de futuro propriè dicuntur sponsalia, de 43
præsenti verò impropriè Fagnan. *ibidem n.* 9.

Sponsalia de futuro transeunt secundum Jus com- 44
Statuta loquentia de simplici non trahuntur ad 55
mixtum, & ideò inducentia certam solemnitatem in contractibus mulierum non habent locum in hermafroditis, qui sunt homines mixti, nisi prævaleant in sexu fœmineo, Addit. ad Pract. Papp. *for. Inquis. gloss. debita forma*, Asin. *in Praxi* §. 1. *cap.* 4. *num.* 4. *&c.* Pic. *ad Stat. Urb. gloss.* 2. *n.* 16. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 770. *num.* 19. Rot. *in Bonon. census* 29. *Martii* 1675. *coram Albergate*, post Urceol. *de transact. decis.* 76. *num.* 9. ubi quòd loquentia in casu simplicis probationis, non habent locum in casu probationis mixtæ vide De Luc. *de successs. disc.* 3. *à n.* 16. & *disc.* 16. Ansald. *dec.* 71. *sub nu.* 25. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 425. *num.* 6. *dec.* 547. *n.* 12. Vide in allegat. recollect. ad ornatum hujus Summ. Sabell. *tom. pr. cap.* 7. *n.* 148.

Quòd ubi viget eadem ratio comprehendant utrumque simplex scilicet, & mixtum, idem Gratian. *cap.* 741. *nu.* 42. *&c.*

An, & quando mixtum comprehendatur sub simplici, vel non, latè Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 152. *per tot.* Surd. *decis.* 329. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 273. *num.* 19 & 20. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 308. *nu.* 11. ubi benè distinguit. Cyriac. *contr.* 445. *n.* 15. *et contr.* 448. *à n.* 6. Dunozetr. jun. *decis.* 796. *n.* 13. De Luc. *de servit. disc.* 96. *n.* 12. Rocc. Episc. *cap.* 164. *num.* 16. *part.* 2. Captar. *decis.* 697. *n.* 14. *et* 15. *part.* 2.

Quid in criminalibus, Bardellon. *cons.* 270. *lib.* 2.

Quòd statuta loquentia in casu simplici, non trahantur ad casum conditionalem, & diversum, Altograd. *cons.* 44. *num.* 29. *lib.* 2.

Quòd non habeant locum in juribus, actionibus, & casibus mixtis, idem Altograd. *cons.* 3. *num.* 28. & *seqq. lib. pr. cons.* 7. *num.* 38. & *cons.* 17. *num.* 61. *&c. d. lib. pr.* Rot. *in Bonon. hæreditatis* 14. *Maji* 1651. *coram Bichio n.* 19. & *seqq.* penes Paul. Zacc. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *dec.* 96. Rot. *part.* 21. *recent. decis.* 127. *n.* 3.

Item statuta loquentia in casu vero, non habent locum in casu ficto, exceptis quibusdam, Diaz. *reg.* 700. Mascard. *de general. stat. interpret. conclus.* 10. Carpan. *ad stat. Mediol. in prælud. n.* 419. & *seqq.* Paul. Christ. *ad leg. municip.* Mechlin. *in prælud. n.* 37. ubi ponit 22. limitationes.

Statuta in uno ex correlativis habent locum etiam 56
in altero ex identitate rationis, etiam in exorbitantibus, & correctoriis, Gratian. *discept. forens. cap.* 910. *num.* 21. *&c.* ubi de marito, & uxore, vide in §. *Relativum num.* & §. *Dispositio num.* et §. *Regula num.* Nisi adsit statutum quòd intelligantur ad litteram, omni cessante, & subaudito intellectu remoto, nam tunc non procederet argumentum à correlativis, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 145. *num.* 24. *etc.*

Quòd statuta dicantur decidere omnes casus, in quibus militat eadem ratio, non extensivè, sed comprehensivè etiam in odiosis, correctoriis, & exorbitantibus, & tanto magis in favorabilibus, Altograd. *cons.* 97. *num.* 2. *etc. lib.* 2. vide *Interpretatio.*

Statuta disponentia, quòd credatur dicto alicujus, 57
intelliguntur dummodò juraverit, & nisi probetur contrarium, Everard. *loc. à vi juram. num.* 60. Tusc. *litt. S, conclus.* 500. *et* 501. *per tot.*

Quòd

Quòd stetur juramento damnificati, intelliguntur dummodo aliter constet de ipso facto, Magon. *decis. Flor.* 123. *num.* 3. vide Tusch. *loc. cit.*

Loquentia de damno dato an verificentur in furto, vide *in §. Damnum num.*

18 Statuta loquentia de procuratore, intelliguntur de simplici, non autem de procuratore in rem suam, quia non dicitur propriè procurator, sed dominus, Marant. *in l. si actor num.* 18. *ff. de procurat.*

Nec habent locum in conjuncta persona agente pro conjuncto, Asin. *in prax. §.* 28. *cap.* 4.

19 Statuta exorbitantia à jure communi in pœnalibus non extenduntur de casu ad casum, etiam ex identitate, vel majoritate rationis, Afflict. *decis.* 21. *num.* 5. *decis.* 404. *num.* 17. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 546. *num.* 12. *etc.* ubi loquitur in statuto juris congrui, vide *in §. Extensio num. et §. Lex num.* Giazaral. *decis.* 66. *num. pr. etc.* Tosch. *litt. S, concl.* 496. *et* 612. vide De Luc. *de dot. disc.* 109. *sub num.* 3. *et disc.* 108. *sub num.* 7. *de success. disc.* 15. Emerix jun. *decis.* 172. *n.* 4. *decis.* 187. *n.* 5. *decis.* 167. *n.* 6. *decis.* 116. *n.* 16. *decis.* 238. *n.* 12 qui loquitur de statuto correctorio Juris communis non recipiente extensionem.

20 Statuta loci contractus debent attendi in decisoriis causarum, non verò loci, in quo causa peragitur; in ordinatoriis autem, attenduntur statuta loci, ubi lis peragitur, Bart. *in l. cunctos populos, C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* Cravett. *cons.* 172. Pic. *ad stat. Urb. gloss.* 2. *num.* 36. *&c.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 545. *nu.* 22. *etc. cap.* 555. *num.* 5. *etc.* Altograd. *cons.* 9. *num.* 47. *etc. lib. pr.* ubi quòd in his, quæ pertinent ad litis decisionem, ut si quæratur de his, quæ oriuntur ex contractu, sint inspicienda statuta loci ipsius contractus, licèt res in contractum deducta sit alibi sita, vide Tusch. *litt. S, conclus.* 457. *cum pluribus seqq.* Sanfelic. *decis.* 311. *per tot.* ubi stante statuto quòd debitor ex instrumento, vel alia scriptura capiatur, locus judicii attendendus est, & idem in similibus. Rot. Gen. *decis.* 100. *sub n.* 4. *vers. his tamen* Baldue. *tit. pr. de Assecurat. decis.* 9. *num.* 13. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 23. *n.* 25. *tom. pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 15. *decis.* 14. *num.* 8. *et* 9. *vol.* 4.

Quòd semper sit servanda solemnitas loci contractus, quamvis celebraretur in parte exempta, puta in Ecclesia, contra multos, quos refert, & reprobat Gratian. *discept. forens. cap.* 124. *num.* 18. *&c. cap.* 531. *num.* 39. *etc.* Surd. *decis.* 129. *num.* 16. *etc. infr. num.*

Quando statuta dicantur respicere ordinatoria, vel decisoria, Gratian. *discept. forens. cap.* 486. *num.* 30. *etc.* latè Tusch. *litt. S, conclus.* 456. *per tot. et concl.* 458. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 311. *per tot.* Joseph Feliu. *in Margar. var. verb. Statutum fol.* 91. *col. pr.* Rot. Gen. & Baldue. *loc. cit.* Vide etiam Abeccles. & Crescin. *obser. pr. n.* 30. *& seqq. part. pr.*

Prædicta conclusio procedit etiam in causis appellationum, nam respectu processus judicis à quo, & omnium, quæ sunt de processu illius tenetur judex appellationis attendere statuta loci judicis à quo; respectu verò actorum factorum coram judice ad quem debent propria statuta illius loci attendi, & non judicis à quo, & sic in ordinatoriis attenditur statutum loci contractus, vel rei conventi ab utroque judice, ut latè ad plura inserendo declarat Scacc. *de appellat. quæst.* 18. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubrat. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 845. *et seqq. fol.* 597. ubi etiam quòd statutum de appellatione censetur de ordinatoriis judicii, non verò de decisoriis, vide *in §. Appellatio num.* 27.

21 Statuta loci commissi delicti, & non loci ubi causa peragitur, sunt attendenda in imponendis pœnis delinquentibus, Everard. *loc. à contract. ad delict. num.* 1. Bald. *cons.* 238. *lib.* 2. latè Clar. *§. fin. quæst.* 85. *per tot.* ubi plures casus distinguit Paul. Christin. *decis. Belg.* 400. *num.* 63. *&c. vol. pr.* facit contra quod dixi *in §. Bona num.* 15. *in fine.*

Quòd statuta pœnalia non habeant locum contra delinquentes extra territorium quamvis subditos, nisi sit expressum, idem Clar. *d. quæst.* 85. *n.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 866. *num.* 16. Card. Tusch. *litt. S, conclus.* 505. *num. pr. & seqq.* & meliùs *conclus.* 543. *per tot. cum pluribus seqq.* dixi *in Pract. §. Delitti num.* 56. ubi improbavi decisionem Magistratus Dominorum octo Baliæ virorum Civitatis Florentiæ in contrarium factam, Carpzov. *in prax. part.* 2. *quæst.* 54. *num.* 50. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *sub num.* 139. *tom. pr.*

Alia de statutis pœnalibus, vide *infr. num.*

Statuta particularia locorum ubi vigent, semper sunt servanda, non attentis statutis loci superioris, vel Civitatis dominantis, ad quæ recurritur tantùm in subsidium ubi deficiunt statuta locorum particularium, & in non decisis ab ipsis statutis locorum inferiorum; & in defectum omnium statutorum, scilicet loci inferioris, & Civitatis dominantis, recurritur ad jus commune Romanorum, Gratian. *discep. forens. cap.* 9. *per tot. cap.* 308. *in fine cap.* 474. *num.* 2. *cap.* 513. *num.* 27. *cap.* 887. *num.* 4. *&c.* Sperel. *decis.* 83. *nu.* 4. *&c.* Bich. *decis.* 17. *num.* 2. Fenzon. *ad stat. Urb. cap.* 47. *num.* 12. *&c.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 18. *num.* 70. *&c.* Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 145. *num.* 28. vide *in §. Consuetudo nu.* Tusch. *litt. S, conclus.* 541. *per tot.* Peregrin. *decis. Patavin. pr.* latè Rot. *in Albanens. hæreditatis* 24. *Maji* 1641. *coram Verospia part.* 9. *rec. vol. pr. decis.* 22. *per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad stat. Engub. lib.* 6. *Rubr.* 48. ubi in materia successionis, & in eadem causa revisa, & confirmata sub die 23. Junii 1642. coram Cerro *d. part.* 9. *decis.* 106. ubi videtur intelligere quando dicta statuta inferiora disponunt in individuo, comprehendant, aliàs recurrendum esse ad statuta superiora, Addo De Luc. *de Dot. disc.* 134. *num.* 3. *de Regal. disc.* 83. *nu.* 3. Rot. *in recent. part.* 19. *tom. pr. decis.* 169. *per tot.* Abeccles. & Crescin. *obser.* 2. *part. pr.* 22

Quòd ubi statuta loci subditi contrariantur aliquo modo statutis civitatis Dominantis, præferantur propria loci, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 169. ubi circa lucrum dotis.

Quòd non sufficiat statuta loci inferioris disponere in genere de solemnitatibus adhibendis, sed requiratur specialis dispositio de insinuatione ad tollendam illam inductam à Constitutione loci superioris, Lodovis. *dec.* 260. *num.* 4. vide *in §. Statutum requirens num.* 39. Vide Crescin. *loc. cit. n.* 7. *et* 8.

Idem servari in causis criminalibus, dixi *in Pract. §. Statuti num.* 9. *et §. Delitti num.* 6. ubi in quibus delictis non sint attendenda statuta locorum, sed leges, ac bannimenta Civitatis Dominantis Florentiæ.

Et servari statutum Civitatis dominantis in defectum statuti loci delicti resolvit Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, sub die 27. Novembris 1670. contra Paulum Tiberii in Filcia negotiorum *num.* 4445.

Sed contrarium attendendo minorem ætatem de jure communi, & non juxta statutum Florentinum, fuit bis resolutum, recedendo à pœna ordinaria mortis in quibusdam latronibus Pisanis per Magistratum DD. Octo Baliæ Florentiæ de Mensibus Octobris, & Novembris anni 1677. videlicet contra Petrum Josephum Justinianum, & Josephum de Riccio Giornal. 650. à 222. & Filcia Processuum 651. *num.* 28. faciunt Mandos. ad Rom. *cons.* 318. *& decis. cons.* 429. ubi an in causis Pisanorum sit recurrendum ad statuta Florentina, vel ad jus commune Romanorum, ut disponunt statuta Pisana, & concludunt jus commune, cùm olim Pisis non esset subdita Florentiæ, prout est hodie, &c.

Et quando statutum loci inferioris disponeret in ejus defectum recurrendum esse ad jus commune, adhuc recurritur ad statutum Civitatis dominantis, quia illud obtinet vicem juris communis respectu locorum inferiorum, ad tradita per Gratian. *loc. cit. cap.* 9. *num.* 24. Card. Tusch. *litt. S, conclus.* 541. *n. pr. & seqq.* latè Merlin. *de legit. d. q.* 18. *num.* 71. *& seqq. ad* 87. Roman. *cons.* 218. Peregr. *cons.* 63. *lib.* 1. *& decis. Patavin. pr. per tot. cum pluribus aliis citatis.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 541. *num.* 5. ubi tamen intelligit quando jus commune nihil determinat,

quod

quod rarò judicio meo contingere potest, De Luc, *de Regal. disc.* 83. *num.* 3. *de Alienat. disc.* 39. *num.* 3. Vidu Ansald. *decis.* 67. *n.* 32. Cresem. *loc. supra adducl. n.* 10. *cum plurib. seqq.*, ubi pluru eirea hanc materiam.

Contrarium tamuo in hoc uasu, nempè quod statutum jubens recurri ad jus commune intelligatur de jure communi Romanorum, & non Civitatis dominantis, probat Magon. *decis. Florent.* 78. *num.* 9. ubi plures allegat, & dicit sic alias tenuisse Rotam Florentinam idem testatur Matt. Neron. *in ejus Blanca, sive Repertor Nott. Rot. Florent. in fine num.* 31. *fol.* 217. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 6. *num.* 12. *&c.* Mandos. ad Romao. *d. cons.* 218. Geron. Spin. *cons.* 70. *n.* 22. *&c.* Card. Tusch. *d. conclus.* 541. *per tot.* vidu Merlin. *loc. cit.* Paul. Christin *ad leg. Municip.* Mechlin. *in prælud. nu.* 38. ubi pluribus relatis hanc partem sequitur prout etiam Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 22. *num.* 7. *& seqq.* vide De Luc. *de Regal. disc.* 83. *num.* 4. *de Alienat. disc.* 39. *num.* 13. *de Fideicom. disc.* 219. *num.* 3. *de judic. disc.* 35. *num.* 53. Constaut. *ad Stat. urb. annot.* 40. *num.* 5. *& seqq.* ubi pro utraquu sententia. Cresciu. *loc. supru relat. nu.* 52., ubi hanc posteriorem suntentiam amplectitur.

Et idem esse in causis criminalibus, ut etiam isto casu sit recurrendum ad jus commune Romanorum, & non civitatis dominantis, quando statutum loci inferioris disponit esse recurrendum ad jus commune, fuit judicatum Florentiæ de anno 1672. per Magistratum DD. Octo in causa transmissa per Commissarium Civitatis Aretii contra quemdam Pasquam Bistæ inquisitum de homicidio, qui tamquam minor 25. annis fuit pœna extraordinaria condemnatus, attanto jure communi ad Cabal. *resol. crimin. cas.* 134. Mandos. ad Rom. *cons.* 218. *& decis. cons.* 429.

Quòd statutum Florentinum disponens in materia jurisdictionali, sive læsiva jurium, & præeminentiarum Civitatis dominantis, sit præferendum cuilibet alteri statuto locorum inferiorum, & subditorum contrarium disponenti, etiam à civitate dominante approbato, quia hujusmodi approbatio semper intelligitur facta citra præjudicium Civitatis dominantis, Romau. *cons.* 218. Mooach. *decis. Flor.* 31. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 71. *nu.* 5. *decis. cons.* 17. *nu.* 2. eum aliis per Matt. Nerou. *in d. Repertor. in fine de rat. notan. num.* 27. *fol.* 214. dixi *in Pract. §. Statuti num.* 8. vide Mandos. ad Roman. *d. cons.* 218. ubi tener contra Romanum io terminis civitatum Florentiæ, & Pisarum, & io eisdem terminis, Dec. *cons.* 429. *per tot.*

Ac idem esse dicendum puto in aliis civitatibus dominantibus respectu oppidorum, & locorum subditorum per prædicta, & quia leges, & consuetudines civitatum dominantium faciunt jus commune generale quoad omnes personas totius status, nec possunt reprehendi per statuta locorum inferiorum, Soccin. *consil.* 248. *colum.* 2. Alex. *cons.* 141. *volum.* 5. *decis. cons.* 196. Peregrin. *decis.* 88. *in fine*.

23 Statuta oppidorum, & locorum inferiorum, sive subditorum, non sunt valida, nisi sint facta, vel approbata auctoritate Superioris, & qualiter soleant approbari, Alex. *cons.* 41. *lib.* 5. Card. Tusch. *litt. S, conclus.* 441. Gratian. *discept. for. cap.* 300. *num.* 48. *&c. infr. num.* 49. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 21. *in fine*, Merlin. *decis.* 698. *num.* 3. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 428. *num.* 17. *& seqq. & part.* 16. *decis.* 267. *& part.* 17. *decis.* 94. *et decis.* 127. *n.* 28. *&c. part.* 18. *decis.* 154.

Plura requisita, ut statuta possint dici in formu probanti, & sint attendenda, aliàs secus, vide per Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 297. *num.* 6. *& seqq. per tot.*

Quòd eo ipso quòd reperiuntur in volumine statutorum dicantur in usu, & sint tamquam statuta servanda, & maximè si DD. Magni nominis super illis scripserint Rot. *part.* 11 *recent. decis.* 169. *nu.* 4. *& seqq.* vide in §. *Civitas n.* 14. Emerix jun. *decis.* 1234. *n.* 12. Caprat. *decis.* 597. *n.* 15.

Quòd statuta longissimo tempore observata, præsumantur confirmata, & approbata, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 438. *num.* 6.

Ita ut deficiente approbationi habeantur ac si non essent, & sit recurrendum ad statuta Civitatis dominantis ad tradita in terminis ordinamentorum Florentiæ per Matt. Neron. *in Repert. Nott. Rot. Flor. in fine de rat. notan.* à cujus tamen opinione in dictis terminis recessi, ac iterùm recedo per rationes, & auctoritates adductas *in Pract. §. Statuti num.* 4. *&c.* probat Tuschus *litt. F, conclus.* 402. *num.* 28. *in fine*, ubi qualiter approbatio subsequens retrotrahatur, eùm ad nil aliud tendat, quam ad solutionem solitæ taxæ, ut benè animadvertit Castr. *cons.* 256. *num.* 5. *&c. lib.* 2. intelligendo, quando ab initio fuerunt auctoritate Superioris condita, *infr. num.* 49.

A quibus possint condi statuta, vel non, maximè contra jus civile, vel canonicum, latè Tusch. *litt. S, conclus.* 429. *& seqq.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 112. ubi qualiter ab Universitate, & confraternitate cum causa, & decreto Superioris, Conciol. *ad Stat. Eugub. cum Romagn. lib.* 5. *Rub.* 20. *per tot.* ubi plura ad rem, vide Constant. *ad stat. Urb. in prælud.* à *n.* 3.

An autem statuta condita à populo subjecto sine confirmatione Principis, vel etiam cum confirmatione sine tamen decreto irritante, possint absque Principis licentia abrogari, Bich. *dec.* 165. *n.* 1. *& seqq.* ubi affirmativè resolvit, quando sunt contra jus, & non ob publicam utilitatem condita, aliàs secùs, *infr. n.* 28.

24 Statuta dirigentia verba in personas, non comprehendunt forenses, secus si dirigant verba in rem, & locum, nam tunc quoad bona sita in territorio statuentium comprehendunt etiam forenses, Bart. *in l. Cunctos populos, C. de sum. Trinit.* Addit. ad Pract. Pap. *libell. hæredit. ex testament. gloss.* 4. *in fine*, vide *in §. Forensis n.* 1. *&c. infr. de statuto exclusivo fœminarum n.* ubi damnatur hujusmodi distinctio, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 2. *&* 3. *vol.* 2. *infr. n.* 36.

Quoad delicta, vide *infra de statutis pœnalibus n.*

25 Statuta sunt secundum jus commune interpretanda, ut illud quam minus fieri possit, lædant, Grat. *discept. for. cap.* 546. *n.* 13. *cap.* 651. *n.* 21. ubi quòd correctio juris non inducitur ex verbis generalibus, & per tacitos intellectus, sed debet esse expressa, vel resultare ex incompatibilitate, idem Gratian. *c.* 685. *n.* 6. *&c. cap.* 913. *n.* 18. *cap.* 976. *num.* 6. *&c.* Tusch. *litt. S. conclus.* 573. *per tot. cum pluribus seqq.* latè Christin. *decis. Belgic.* 113. *n.* 20. *& seqq. vol.* 1. *& ad leg. Municip.* Mechlin. *in prælud.* De Luc. *de Dot. disc.* 13. *n.* 8. ubi de quo jure sit intelligendum, *disc.* 104. *n.* 4. Decis. Sicul. inter opera ejusdem De Luc. *n.* 214. *& n.* 236. Idem De Luc. *de success. disc.* 15. *a n.* 5.

Correctoria tamen non recipiunt interpretationem, sed sunt intelligenda, ut jacent, & illorum verbis est inhærendum, Magon. *decis. Luc.* 6. *nu.* 31. *&c.* Altograd. *cons.* 58. *n.* 34. *& seqq. & n.* 100. *&c. lib.* 1. ubi plura Tusch. *litt. S. conclus.* 496. *per tot.* vide De Luc. *de Credit. disc.* 128. *n.* 4. *disc.* 142. *n.* 7.

Intelligendo quoad expressè correcta, secus in aliis, idem Altograd. *cons.* 47. *n.* 65. *lib.* 2. *& cons.* 95. *n.* 98. *&c. lib.* 2. Vide De Luc. *de success. disc.* 49. *n.* 7.

Quòd semper statuta sint interpretanda, ut minus lædant jus commune quàm fieri possit, pulchrè Altograd. *cons.* 4. *n.* 17. 18. 19. 25. *&* 26. *lib.* 1. *cons.* 88. *n.* 10. *&c. lib.* 1. Vide De Luc. *de Legit. disc.* 1. *n.* 15. *in fin.*

Et ubi verba sunt clara nullam recipiant interpretationem, idem Altograd. *cons.* 9. *n.* 43. *&* 48. *lib.* 2. Vide Caprar. *dec.* 597. *n.* 3. *part.* 2.

Generaliter loquentia esse generaliter intelligenda, etiam si major esset ratio in uno casu, quàm in alio, & quando possint restringi, plenè Soccin. *reg.* 284. *per tot.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 539. *&* 540. Altograd. *cons.* 83. *n.* 67. *&c. lib.* 1.

Quòd statuta sint omni conatu ad concordiam reducenda, & ita interpretanda, ut non sint inter se contraria si fieri possit, & ne concessum ab uno statuto videatur sublatum ab alio, Altograd. *cons.* 9. *n.* 81. *& n.* 96. *lib.* 1. Ger. Spin. *cons.* 95. *per tot.* Card. Tusch. *litt. S, conclus.* 494. vide in §. *Interpretatio.*

An-

Digitized by Google

Ansald. *dec.* 12. *n.* 5.

Potiùs esse interpretanda, ut nihil operentur, quàm ut iniquitatem contineant, vel quàm ut indebitè quis pœna afficiatur, Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *n.* 112. *& seqq. infr. n.* 52.

Item ita esse interpretanda ne à sapientibus redargui possint, & ne ratione careant, Alex. *cons.* 37. *n.* 16. *lib.* 6. Cravett. *cons.* 259. *nu.* 6. Rot. *part.* 21 *diversf. dec.* 294. *n.* 3. De Luc. *de Testam. disc.* 32. *n.* 5. Rocc. Episc. *cap.* 75. *n.* 14. *lib.* 1.

Quòd non detur interpretatio, ex qua resultet absurdum, vel reprehensio statuentium, Altograd. *cons.* 3. *n.* 42 *lib.* 1. *& cons.* 9 *n.* 86. *lib.* 1. vide *in §. Interpretation.* Rocc. Episc. *cap.* 75. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 1.

Quando unum statutum recipiat interpretationem ab altero, Magon. *dec. Flor.* 105. *vel* 106. *n.* 12. *& seqq. & dec. Luc.* 11. *n.* 18. *&c.* Vide Emerix jun. *dec.* 1025. *n.* 3.

Quòd una pars statuti aliam declaret, Altograd. *cons.* 88. *n.* 22. *lib.* 1. vide De Luc. *de Success. disc.* 17. *sub n.* 6. Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 525. *n.* 9. *tom.* 2. Vide Emerix jun. *dec.* 841. *n.* 24.

Quòd statuta odiosa, & stricti juris sint propriè, & strictè intelligenda, & quando secus, plenè, Tusch. *litt. S. conclus.* 607. *per tot.* Emerix jun. *decis.* 1. *nu.* 16. Caprar *dec.* 697. *a n.* 20. *part.* 2.

26 Statutum dicitur casus legis, ac tollit omnem disputationem, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 651. *n.* 30. *c.* 769. *nu.* 24. *cap.* 873. *nu.* 1. *cap.* 940. *nu.* 1. Magon. *dec. Florent.* 105. *vel* 106. *n.* 3. ubi loquitur in materia successionis, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 511. *n.* 1, ubi in terminis statuti de lucro dotis, *et part.* 14. *dec.* 157. *nu.* 5. ubi in terminis successionis, & facit jus civile Carpzou. *prax. part.* 1. *qu.* 20. *n.* 33.

Quòd statutum ubi alterum jus commune sit servandum, & secundum illud jus dicendum, licèt in causa numquam fuerit allegatum, vel productum, Magon. *dec. Luc.* 6. *nu.* 26. *etc.* Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 102. *n.* 2. *etc. et dec.* 317. *n.* 1. *etc.*

Quòd in his, quæ disponit statutum præter jus commune, illi prævalet in loco ubi viget, tamen si durum, & asperum videretur, Altograd. *cons.* 9. *n.* 77. *lib.* 1. vide *in §. Lex num.* Tusch. *litt. S. conclus.* 439. *per tot.* Rot. *d. decis.* 102. *n.* 2. *et seqq. part.* 10. *recent.* Vide Ansald. *dec.* 100. *n.* 26.

27 Statutum quòd verba statuti, sive statutorum intelligantur ad litteram prout jacent, parùm operatur, & non tollit interpretationem glossæ, vel legis, licèt tollat interpretationem hominis, Curt. jun. *cons.* 122. *et cons.* 6. Roland. *de dot. quæst.* 35.

Quomodo intelligatur statutum, quod procedatur de similibus ad similia, Conciol. ad Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 73. & dixi in *§. Argumentum n.* 9.

Quòd non excludat interpretationem intrinsecam, bonam, & rationabilem, vel quæ venit per comprehensionem, Gratian. *discept. forens. cap.* 709. *nu.* 8. *etc.* Altograd. *cons.* 30. *n.* 19. *lib.* 2. Sed vide Rotam coram Ansald. *dec.* 12. *nu.* 45. Fagnan. *in cap. cum venissent n.* 97. *de judic.*

Quòd statutum excludens omnem statutorum interpretationem, frivolam tantùm excludere intelligatur, Bart. *in l. omnes populi n.* 65. *in fine, ff. de instit. et jur.* Menoch. *de arbitr. cas.* 197. *n.* 3.

Stante tamen prædicto statuto, non admittitur extrinseca interpretatio, sed verba sunt attendenda prout oculis corporeis leguntur, ac juxta proprium significatum, nec est arguendum in mente, & ratione, contra proprium sonum verborum, Altogr. *cons.* 63. *n.* 15. *lib.* 2.

28 Statuta quando non fuerunt ab initio usu recepta, vel moribus utentium comprobata, non ligant, & lapso decennio abrogantur; si verò ab initio fuerunt observata, requiruntur quadraginta anni ad illorum abrogationem, Gratian. *disceptat. for. c.* 559. *n.* 55. *&c. cap.* 965. *per tot.* Altograd. *cons.* 18. *n.* 29. *& seqq. lib* 1. ubi de Bulla S. Pii V. super censibus, Tusch. *litt. S. concl.* 454. ubi qualiter tollatur per contrarium usum, etiam in contradictorio judicio non obtentum, vide in §. *Lex n.* 2. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in prælud. ad Pragm. Regn. Siciliæ n.* 3. *et seqq.* Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 260. *n.* 24. *& seqq.* ubi reprobatur dicta distinctio, quia Constitutiones Pontificiæ ligant, etiam quod per non usum, vel contrarium usum fuerint, vel non fuerint receptæ.

Quòd statuta non præsumantur usu recepta, nisi probetur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 2. *n.* 2. *&c.*

Sed contra Menoch. latè probat Sperel. *decis.* 15. *per totum* Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 428. *n.* 19. ubi quod præsumuntur usu recepta, & in viridi observantia, nisi contrarium probetur, *& dec.* 511. *n.* 4. *& seqq. in eadem causa*, Beltram. ad Ludovis. *dec.* 267. *nu.* 15. ubi de Constitutione Papæ, quæ dicitur usu recepta eo ipso quòd est publicata, & non potest tolli per contrarium usum sine scientia Papæ, imò sine consensu expresso, quia ejus potestas est à Deo, & non ab homine, vide supra *n.* 23. *et in §. Lex*, latè Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 260. *per tot.* Vide Card. De Luc. *de Donat. disc.* 26. *n.* 6. Crescin. ad Pen. *dec.* 305. Rocc. Episc. *cap.* 38. *n.* 16. *lib.* 1.

Quòd inserta in volumine statutorum præsumantur usu recepta, Gozadin. *cons.* 26. *n.* 16. Dec. *cons.* 534. *n.* 9. Crescent. *dec.* 39. Roland. *cons.* 99. *n.* 39. *lib.* 2. Penia *dec.* 305. *nu.* 2. Vide Crescin. ad Pen. *loc. supra citat.*

Quòd statuta tollantur per non usum, & desuetudinem quando aliquoties evenit casus ab illis dispositus, & non fuerunt observata, secus autem si numquam illorum casus evenerit. Roland. *de dot. quæst.* 99. Vivl. *commun. opin.* 831. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 202. *n.* 17. *cap.* 218. *nu.* 59. *c.* 559. *n.* 33. *etc. cap.* 965. *n.* 10. *etc.* Seraph. *dec.* 163. *n.* 1. *etc.* idem Gratian. *dec.* 148. *n.* 8. *etc. dec.* 14. *per tot.* ubi de statuto confirmato cum clausula quatenus sit in usu, à quo hujusmodi usus probari debeat in specie per actus contrarios, Cavaler. *dec.* 80. *n.* 6. ubi de privilegio idem asserit. Vide Scopp., & Carol. Ant. De Luc. ad Grat. *d. dec.* 14.

Qualiter non usus probari debeat, in specie per actus contrarios cum causa scientiæ, etiam si testes non fuerint interrogati, Ludovis. *dec.* 269.

Quòd imò non tollantur etiam per usum contrarium, nisi doceatur de scientia, & patientia Principis, sive alterius superioris, cùm aliàs inferior non possit derogare legi superioris, Cavaler. *dec.* 85. *per tot.* & melius *dec.* 91. *per tot. dec.* 111. *et dec.* 423. *per tot.* latè Sperel. *dec.* 15. *per tot.* vide in *§. Lex n.* 2. *et §. Consuetudo nu.* 1. *etc.* Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 260. *per tot.* Dian. *par.* 1. *tract.* 10. *resol.* 4. *et p.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 52. *per tot. vol.* 2. Merlin. *dec.* 846. *n.* 2. *etc.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 169. *n.* 19. *et seqq.* ubi tamen quòd possunt declarari per observantiam interpretativam, etiam non præscriptam, nec in contradictorio judicio observatam. Vide Rot. coram Caprar. *dec.* 625. *num.* 9. *part.* 2. *et dec.* 597. *n.* 14. *ead. part.* 2.

Qualiter non usus Constitutionum Apostolicarum probetur, & probatus relevet ab observantia, saltem ad effectum evitandi pœnam ob inobservantiam appositam, quòd sit necessarius consensus Papæ, quomodo arguatur, & alia ad rem, benè Rot. *part.* 1. *recent. dec.* 356. *per tot.*

Statutum quòd in causis dependentibus ex instru- 29
mento, vel similibus procedatur executivè, & summariè habet locum etiam si agatur hypothecaria contra ipsum debitorem, secus autem si ageretur contra tertium possessorem, Neguf. *de pign. part.* 8. *membr.* 1. *n.* 47. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 45. *n.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 323. *num.* 10. *etc.* Genu. *de script. priv. lib.* 1. *quæst.* 16. *conclus.* 2. *n.* 42. *fol.* 66. ubi videtur tenere quod habeat locum etiam contra tertium, vide Tusch. *litt. S. conclus.* 531. *per tot.* ubi plura ad declarationem statuti concedentis executionem scripturæ privatæ, & dixi in *§. Execution. et §. Scripturæ nu.* vide Epis. Rocc. *cap.* 153. *n.* 6. *lib.* 2.

De statuto quòd non audiatur debitor contra apocam nisi in carceribus constitutus, vel facto deposito quoquomodo intelligatur, Sanfelic. *decis.* 152. & dixi in §. *Exceptio n.* 44. *in fine.*

Quòd

Digitized by Google

Quòd statutum dans executionem paratam instrumentis procedat etiam quoad instrumenta extra territorium confecta, si in territorio quis velit illa exequi, Castr. *in l. à Divo Pio*, §. *Sententiam nu.* 4. ubi etiam Alex. *n.* 12. & Jas. *num.* 14. *ff. de re jud.* Joseph Feliv. *in Margar. var. conclus. verb. Statutum fol.* 90. *vol.* 2. vide in §. *Instrumentum n.* 8. *et seqq.*

30 Statutum loquens de pignore habet locum etiam in hypotheca, & è converso, cùm non differant inter se nisi nomine, Neguf. *de pign. part.* 2. *princip. n.* 8. *etc.* vide in §. *Hypotheca n.*

31 Statutum loquens de venditione, an habeat locum in permutatione, vel è contra, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 14. *n.* 28. Gratian. *discept. forens. cap.* 206. *n.* 28. vide in §. *Jus congrui nu.* 2. latè Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 5. *tit.* 60. *de venditione fol.* 239. ubi ponit regulam negativam, cum decem limitationibus.

32 Statutum loquens de alienationibus intelligitur tantùm de voluntariis, & non de necessariis, & coactis, Gratian. *discept. for. cap.* 227. *nu.* 45. *&c.* Clar. §. *fin. quæst.* 82. *stat.* 5. *in fine*, ubi in terminis statuti prohibentis alienari in Forenses.

33 Statutum quòd quilibet admittatur ad accusandum, restringitur ad personas habiles, Castr. *in l.* 2. *n.* 5. *ff. qui satisd. cog.* Bajard. ad Clar. *quæst.* 14. *n.* 3. Guaz. *deff.* 3. *cap.* 7. *n.* 3. *in fine*.

34 Statutum prohibens aliquid deferri per certum locum, non procedit si causa transitus tantùm deferatur (de quo tamen ego dubito, nisi cum solitis bulettis deferatur,) vide Cabal. *resolut. crimin. verb. cas.* 287. *n.* 52. facit quod dixi in §. *Bannitus n.*

35 Statuta antiqua, an, & quando novis legibus, vel statutis promulgatis, correcta, & mutata dicantur, latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 38. *per tot* facit Ludovis. *dec.* 267. *per tot.*

Quòd autem statuta nova trahantur solùm ad casus futuros, & non ad præteritos, & quid si sint declaratoria antiquorum statutorum, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 142. *per tot.* & latè in eadem causa *decis.* 158. *per tot. d. part.* 2. vide in §. *Lex num.* 9. Bertachin. *vot.* 144. *num.* 3. *&* 4. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 21. *n.* 26. *vol.* 2.

Quando sunt plura statuta inter se differentia, & non concordantia, vel contraria, quod nam prævaleat alteri, dic quòd si unum sit generale, & alterum speciale, attenditur speciale, quia generi per speciem derogatur, si unum affirmativum, & alterum negativum, prævalet negativum, vel permittitur omnis interpretatio, ut ad concordiam reducantur, vel prævalet quod est favorabilius, vel posterius si sint omninò contraria, & incompatibilia, quid si adsit clausula derogatoria, & alia pro conciliatione statutorum inter se pugnantium, Cabal. *cons.* 162. *lib.* 1. facit quod dixi in §. *Lex.*

36 Statuta an sicuti ligant suos cives in Civitate contrahentes quando faciunt usu recepta, sic etiam eosdem ligant quando contrahunt, vel quid agunt extra civitatem, & territorium statuentium, pulchrè Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 2. *n.* 5. *& per tot.* ubi distinguit voluntatem à potestate, & quoad potentiam, quòd scilicet possint ligare suos socios cives, etiam extra territorium non dubitat, & hoc etiam benè probat Gratian. *dec.* 28. *n.* 13. Quò verò ad voluntatem idem Menoch. distinguit plures casus juxta verba statutorum, quæ sunt consideranda sicuti multis modis exemplificat, Rot. *part.* 2. *div. dec.* 262. *num.* 2. *&c.* ubi quòd si principaliter respiciant formam contractus, & non personas, nisi secundaria intentione, non ligant contrahentes extra locum ipsius statuti, vide *infr. de statuta requirente solemnitates num.* 23. Tusch. *litt. S. conclus.* 542. *per tot. cum aliquibus seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 2. *&* 3. *vol.* 2. Merlin. *dec.* 61. *per tot.* Peregrin. *dec.* 88. *n.* 3. *&* 4. *& dec.* 117. *n.* 15. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 66. *nu.* 21. *& seqq. per tot.* ubi adducit plures rationes, & auctoritates ad ostendendum, statuta arctare subditos, etiam extra territorium, & loquitur in muliere alibi nupta, ut remaneat subjecta statutis patriæ circa dispositionem bonorum ibidem existentium, vide in §. *Uxor. n.* 3. & eadem Rot. *d. part.* 9. *dec.* 175. *n.* 10. *& seqq. per tot.* ubi plura pro non comprehensione, & Bich. *dec.* 200. Vide De Luc. *de Regal. disc.* 128. *n.* 11. *de Emphyt.* 23. *num.* 10. *de Renunc.* 18. *n.* 6. *de success. disc.* 4. *n.* 16. *disc.* 6. *n.* 6.

Statutum annullans contractum, de quo non appareat instrumentum, tamquam restringens probationes, dicitur correctorium, & ideò quantum fieri potest restringendum, ita ut non procedat tantùm ad effectum agendi, non autem ad effectum excipiendi, & retinendi, latè Surd. *decis.* 177. *per tot.* vide in §. *Contractus n.* 37

Statutum, vel consuetudo tribuens fidem libris mercatorum nostri temporis ad illorum favorem valet ob publicam utilitatem comerciorum, & intelligitur tam contra debitorem, quàm contra tertium, ac extenditur etiam extrà territorium statuentium, idest ut dicti libri ubique probent, dummodò sint scripti, & confecti in territorio statuentium ac dummodò ipsum statutum non sit indiferenter mandando, ut omni scripturæ mercatorum indistinctè pro eis adhibeatur fides, nam tunc tamquam nimis pronum ad falsum non valeret, & in omnem casum procedit tantùm in modicis summis arbitrio judicis, nec comprehendit Clericos, vel alias Ecclesiasticas personas activè, nec passivè si sit conditum à laicis, ac intelligitur tantùm in pertinentibus ad mercaturam, & illorum officium, non autem in aliis, ut latè probat Genu. *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. nu.* 14. *&c. ad* 43. *fol.* 242. vide in §. *Liber num.* 42. 38

Statutum tribuens facultatem alicui judicandi in causis mercatorum, & artificum, non extenditur ultrà causas mercantiles, & artificium ipsum concernentes, sed in illis tantùm verificatur, Genu. *de scriptur. privat. d. tit. de lib. mercat. n.* 42. *fol.* 244. 39

Quòd statuta collegiorum, & Artium non ligent illos, qui non sunt de collegio, & quando secus, latè Tusch. *litt. S. conclus.* 431. *per tot. & conclus.* 593. *per tot.* ubi de statutis mercatorum.

Statutum Florentiæ, vel aliorum locorum, quòd in causis hypothecariis sufficiat probare possessorem habere titulum, vel causam à debitore, intelligitur de habente propriè titulum, non impropriè, & fictivè, ut immissus in tenutam auctore Prætore, vel habens in solutum ex decreto judicis, Neguf. *de pign. part.* 8. *membr.* 3. *n.* 11. Ac etiam intelligitur quoad possidentem nomine proprio, non jure familiaritatis tantùm, Gratian. *discept. for. c.* 450. *nu.* 15. *&c.* 40

Statutum Bononiæ, vel similium locorum disponens, quod nisi conductor domus renunciaverit debito tempore, intelligatur reconduxisse pro anno sequente, procedit tantùm pro una vice, & sic pro prima reconductione, ad infinitatem vitandam, Alexan. *cons.* 360. *lib.* Marsil. *de fidejuss. n.* 97. *etc.* 41

Quid de jure communi, vide in §. *Conductor n.*

Statutum quod victus victori in expensis condemnetur, ne sit frustratorium debet operari, & habere locum, licèt victus habuerit causam justam litigandi, Marsil. *de fidejuss. nu.* 302. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 33. *in princ.* Duran. *decis.* 382. *num. pr. etc.* ubi testatur ita servari de stylo Rotæ Romanæ, & eadem Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 186. *num.* 5. dixi in *Resolut. cap.* 16. *num.* 20. Sanfelic. *decis.* 340. *num.* 16. *&* 17. Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 13. *num.* 608. *etc.* ubi quòd in supremis Tribunalibus non attenditur justa causa. De Luc. *de Judic. disc.* 39. *n.* 7. *et seqq*, ubi de stylo Curiæ Cabeun. *lucubr.* 44. *num.* 39. 42

Contrarium firmat Asin. *in prax.* §. 32. *limitat.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 177. Scapuc. de Salvian. *lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 10. Gratian. *discept. forens. cap.* 726. *num.* 36. *&c.* ubi firmat hanc partem, & est sibi contrarius *loc. sup cit.* vide in meis *Resolut. cap.* 6. *num.* 9. *& per tot.* ubi distinguendo has opiniones concordavi, ad ibi dicta ne repetam me remitto, adde Tusch. *litt. S. conclus.* 537. *per tot.* latè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 266. *num.* 3. *et seqq. per tot. vol. pr. & decis.* 97. 98. *et* 99. *vol.* 4. ubi plura de fructibus,

& litium expensis, idem Christin. *ad leg. municip. tit. pr. art. 29. per tot* Ricc. *Collect.* 864. 1275. 3338. Peregrin. *decis.* 152. *per tot.* Sanfelic. *in Prax. sect.* 61. *per tot.* De Luc. *loc. cit.*, ubi reprobat antedictum stylum Curiæ Cabrun. *loc. cit. n.* 40., ubi hanc opinionem amplectitur.

In dubio autem condemnatus non præsumitur habuisse justam causam litigandi, & debet in expensis condemnari, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 87. *per tot.* Galgan. *ad Stat. Urb. lib.* 1. 196. *col.* 7. *num.* 50 & ibi etiam Fenzon. *num.* 56. Ridolphin. *d. cap.* 13. *num.* 612.

Quæ sint justæ causæ litigandi, latè idem Menoch. *de arbitr. cas.* 177. *per tot.* latiùs Asin. *in Prax.* §. 32. *limitat.* 1. *et seqq.* ubi quando victus debeat in expensis condemnari, vel non, vide in §. *Causa n.* *et* §. *Expensæ num.* 24. latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 346. ubi plura de hac materia in terminis etiam dicti statuti, & idem Sanfelic. *in prax. sect.* 61. *per tot.* ubi in terminis dicti statuti. Plura circa antedictum Statutum scribunt Add. ad Statutum nostrum Parmense Cabrun. *loc. supra citat.*

43 Statutum quòd ille, qui recipit in solutum ex decreto judicis teneatur infrà aliquod tempus revendere debitori, restituto sibi pretio, non procedit in datione in solutum facta ab ipsomet debitore spontè, Corn. *cons.* 166. *lib.* 2. Tiraquel. *de retract. convent.* §. *fin. num.* 152.

44 Statutum quòd conjunctus, vel vicinus non possit rem immobilem alienare irrequisito conjuncto, vel vicino, quando habeat locum, vel non, Rom. *cons.* 484. Roland. *cons.* 63. *n.* 15. *etc. lib. pr.* Afflict. *decis.* 339. dixi in §. *Jus congrui per tot.* Tusch. *litt. S. conclus.* 578. *per tot. conclus.* 686. *et* 687. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 830. ubi quòd via publica existens in medio impedit jus congrui, & quid in via vicinali, & alia plura quando sit locus dicto statuto, vel non, in *opin.* 831. *et* 832. *per tot.*

Quòd dictum statutum etsi laicale procedat in bonis emphyteuticis Ecclesiæ quoad utile dominium, Alex. *cons.* 27. *num.* 4. *lib.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 280. *num.* 11. facit quod dixi infrà de statuto exclusivo fœminarum *num.* Tusch. *loc. cit. n.* 6.

De statuto quòd non possit res communis alienari sine consorte, quando locum habeat, vel non, Tusc. *litt. S. conclus.* 489. Cabal. *cons.* 162. *num. pr. lib. pr.* ubi quòd tale statutum extat Florentiæ *lib.* 2. *Rubr.* 109. & procedit, etiam si non vendantur bona à deputatis super fallimentis cessantium juxta aliud statutum Curiæ Mercantiæ, & facultatem illis traditam.

45 Statutum quòd volens amplam domum ædificare in Civitate, possit compellere vicinos ad vendendum locum, vel aream, an habeat locum in volente ædificare in suburbiis, Menoch. *de arbitr. cas.* 155. *nu.* 9. *et* 10. ubi quòd sic, licèt alios contrarium allegat, facit quod dixi in §. *Civitas n.*

Simile statutum extare Florentiæ, dixi in *Pract.* §. *Ædificare nu. pr.* vide alia in §. *Jus congrui.* Item Romæ, ut apud Constantin. *ad Statut. Urbis.*

46 Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 115. vel simile disponens quòd ætas decem, & octo annorum habeatur pro plena, & perfecta, tamquam si essent viginti quinque annorum, procedit tantùm in alienatione rerum mobilium, non autem quoad immobilia, & operatur solùm in casibus, in quibus auctoritas tutoris prodesset de jure communi, Asin. *in Prax.* §. *pr. cap. pr. num.* 24. latè Gratian. *disceptation. forens. capit.* 233. *nu.* 21. *& per tot. cap.* 483. *num.* *et per tot. cap.* 975. *n.* 29. Fenzon. *ad statut. Urb. cap.* 47. *num.* 7. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 618. *etc.* Magon. *dec. Florent.* 22. *num.* 3. *et* 7. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 24. *etc.* vide in § *Minor nu.* 26. §. *Provisio n.* 2. *et in Pract.* §. *Pupilli num.* 2. *etc.* ubi de pluribus reformationibus in hac materia Florentiæ emanatis, Card. Tusch. *litt. S. concl.* 596. *per tot.*

Quòd imò hujusmodi statuta operentur quoad omnia, & etiam quoad donandum, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 555. *num.* 3. Ger. Spin. *cons.* 2. *num.* 2. *& seqq.* Cabal. *cons.* 180. *n.* 46. *lib. pr.* ubi in terminis dicti statuti Florentini, quòd operetur etiā quoad alienationem immobilium.

An stantibus dictis statutis cessat restitutio in integrum ex capite minoris ætatis, & alia de suis effectibus, Gratian. *dec.* 177. *n.* 9. *&c.* cum Add. Odd. *de restitut. in integr. par. pr. qu.* 15. *ar.* 9. *per tot.* Ger. Spin. *loc. cit.* vide in §. *Restitutio num.* 26. §. *Minor num.* 26.

Quòd dictum statutum tamquam loquens de habilitate, vel inhabilitate personæ non procedat in minore forense, qui contraheret Florentiæ ex defectu potestatis statuentium, ac ita intelligi habilitare dumtaxat subditos, non autem forenses, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 824. *n.* 30. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 126. *num.* 54. *&c.* Ac idem esse in delictis, ut non comprehendat minores forenses in his partibus delinquentes, fuit resolutū per Magistratū DD. Octo Florentiæ sub die *n.* Decembris 1679. in causa Cortonæ contra Carolum Laurentii in filcia negociorum *num.* 5023. & vide in §. *Minor. num.* 26. *& num.* 2. *&* §. *Ætas num.* 6. Si tamen in loco originis, vel domicilii forensis extaret simile statutum, possent cumbinari ad imponendam pœnam ordinariam, saltem in atrocioribus, ut ego votavi prime Aprilis 1684. in causa Pistorien. contra Joann. Baptistam Sigismundum Lucensem, & fuit approbatum.

Quando autem statutum loquens de habilitate, vel inhabilitate personæ comprehendat forenses, vel non, latè Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 103. *nu.* 13. *&c.* Surd. *decis.* 197. *per tot.* Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 564. *&* 565. *per tot.* Vide Thesaur. jun. *libr.* 2. *quæst. forens.* 8. *per tot.*, & alios quos refert Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd vigore Statuti Urbis major quis dicatur peracto vigesimo anno, ut cavetur *lib. pr. cap.* 17. Seraph. *decis.* 746. *num.* 2. *decis.* 751. *num.* 2. Rot. *part. pr. recent. decis.* 431. *nu.* 3. *& part.* 11. *decis.* 3. *num.* 7. *part.* 12. *decis.* 126. *num.* 54. Constantin. ad Statut. Urbis *loc. supra citat.*

Statutum disponens quòd parte non citata possit ferri sententia, non valet, cùm citatio sit de jure naturali, & divino, quod per statutum tolli non potest, Asin. *in Prax.* §. 6. *cap.* 9. *& cap.* 13. *num.* 2. ubi tenet idem de Principe, quòd tamen interdum fallit, idem Asin. §. 7. *cap.* 5. *limit.* 35. *& limit.* 11. vide in §. *Citatio num.* Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 21. *sub n.* 18. *tom.* 2. Crescin. ad Abecclel. *obser.* 101. *n.* 9. *part. pr.* 47

Statutum quòd petenti concedatur consilium sapientis, quomodo intelligatur, quos liget, & in quibus causis procedat, latè Pac. Scal. *tract. de consil. sapient.* Asin. *in Pract.* §. 25. *per tot.* Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 23. *per tot.* Magon. *decis. Floren.* 63. *nu.* 2. ubi quòd quando de debito liquidè constat non est locus hujusmodi consilio, vide Tusch. *litt. S. conclus.* 490. *cum tribus seqq. per tot.* Addentes ad Statutum nostrum Parmense Abecclel. & Crescin. *obser.* 18. *part. pr.* 48

Quòd in casibus permissis de jure sit concedendum expensis petentis, de consuetudine autem concedatur expensis communibus, præsertim si judex ex officio illud requirat, Menoch. *de arbitr. cas.* 228. *num.* 22. *& seqq.* vide in §. *Consilium num.* 7. *&* §. *Sententia num.* 27. Vide Crescin. *loc. cit.*, ubi distinguit.

Statuta confirmata à Principe in forma specifica, & ex certa scientia, cum causæ cognitione, vel motu proprio censentur ipsius Principis confirmantis, illi attribuentur, & ab eo denominantur, & extenduntur ad casus, ad quos aliàs non extenderentur; secùs autem si confirmata fuerint tantùm in forma communi, & permissivè, & quando dicantur confirmata in forma specifica, vel communi, Cabed. *decis.* 2. *& seqq. part.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 490. *num.* 18. *&c. cap.* 584. *num.* 15. *etc. cap.* 586. *nu.* 16 *etc. cap.* 913. *num.* 14. *etc. cap.* 902. *num.* 10. *etc.* Fenzon. *ad Stat. Urb. in præfat. num.* 39. *etc.* vide in §. *Clausula nu.* 34. Paul. Christin. *decis.* 45. *nu.* 25. *et seqq. vol.* 5. *et ad leg. municip. tit.* 21. *in fine*, ubi plura confirmatione statutorum. 49

Quòd sit necessaria confirmatio Principis in statutis

Digitized by Google

tis Oppidorum ipsi immediatè subjectorum, aliàs non valeant, cum hujusmodi oppida immediatè subjecta non possint propria auctoritate condere statuta, Gratian. *discept. for. cap.* 300. *num.* 48. *etc.* vide supra *num.* 2. *etc nu.* 23. Merlin. *decis.* 698. *num.* 3. *etc. decis.* 740. *num.* 2. *etc.* ubi quod si sint juris correctoria, ut in materia retractus, debet confirmatio esse in forma specifica, nec sufficit in forma communi, & quando dicatur in forma specifica, vel communi: Quando autem sufficiat confirmatio in forma communi, idem Merlin. *decis.* 745. *nu.* 25. *etc.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 267. ubi quòd in odiosis requiritur confirmatio in forma specifica, & loquitur in statuto fœminarum exclusivo, *et part.* 17. *decis.* 94. *in eadem causa*, *et decis.* 127. *nu.* 28. ubi quando sunt contra jus indigent confirmatione in forma specifica, & loquitur in materia præscriptionis, vide De Luc. *de testam. disc.* 30. *num.* 9. *de jurisdict. disc.* 35. *à num.* 65. Rocc. Episc. *cap.* 75. *n.* 22. *et* 23. *lib. pr.*

Quòd populi subjecti Sedi Apostolicæ non possint condere statuta, nisi sint confirmata à Papa, Beltramin. plures allegans ad Ludovis. *decis.* 267. *nu.* 24. Rocc. Episc. *loc. supra citat.*

Quòd statuta confirmata à Sede Apostolica comprehendant etiam Ecclesiam, & quascumque personas Ecclesiasticas, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 913. *num.* 14. *etc.* vide suprà *num.* 11. *et* 12.

Intelligendo de confirmatione in forma specifica, & dummodò de illis in statutis sit facta expressa mentio saltem verbis generalibus illos comprehendere aptis, aliàs si non ex defectu potestatis, saltem ex defectu voluntatis personas Ecclesiasticas non comprehendunt, Rot. in Tadertina successionis 29. Maii 1652. *num.* 4. & inter meas *resol. cap.* 34. *num.* 8. *&c.* eadem Rota in Bononien. hæreditatis 28. Junii 1652. coram Bichio *part.* 11. *recent. decis.* 293. *inter consult. for.* Urceol. *cap.* 50. *nu.* 33. & in Bononiens. census 4. Maii 1643 coram Ghisilerio *in part.* 9. *rec. decis.* 179. *num.* 17. *& seqq. per tot.* ubi idem concludit esse necessarium, ut comprehendat actum juratum, & quòd regulariter confirmatio præsumitur facta in forma communi, nisi aliter appareat, & ex quibus arguatur facta in forma specifica, vel non, vide supra *nu.* 11. *&* 12. *in fine*, Confirmata quandò dicantur in forma specifica De Luc. *de Regular. disc.* 42. *n.* 19. *de Judic. disc.* 35. *n* 61. *&* 63. in dubio an censeantur confirmata in forma communi, vel specifica De Luc. *dict. num.* 63. Vide Rocc. Episc. *cap.* 160. *nu.* 21. *&* 14. *libr.* 2.

Quòd statuta Bononiæ sint à Summis Pontificibus approbata in forma specifica, & ex certa scientia, distinguendo inter plures confirmationes diversis temporibus emanatas, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 298. *nu.* 25. *etc.* ubi plures decisiones concordantes allegat, vide *part.* 11. *recent. decis.* 293. *et decis.* 349. *n.* 27. *et seqq.* Vide Bertachin. *vot.* 209. *num.* 10. *& vot.* 532. *num.* 5.

50 Statutum Florentiæ, vel simile quòd debitore fallito creditores debeant satisfieri per æs, & libram, facit cessare regulam prioritatis, sive anterioritatis, & omnes æqualiter admitti ad concursum, dummodò constet de vera decoctione declarata per sententiam; non habet locum in dote, nec in debito ex causa tutelæ, vel curæ, nec in hære de decocto quoad debita contracta à defuncto, quæ priùs erunt detrahenda per separationem bonorum ad favorem creditorum ipsius defuncti, Castr. *cons.* 179. *lib.* 2. Cabal. *cons. decis.* 133. *&* 135. *lib.* 2. Altograd. *cons.* 4. *& cons.* 95. *num.* 8. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit. pr. qu.* 6. *per tot.* vide in §. *Creditor nu.* 2. *&c.* latè Tusch. *litt. S. conclus.* 547. *per tot.* ubi etiam qualiter filius remaneat obligatus pro patre fallito, *& conclus.* 559. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recentior. decis.* 503. *per tot.* ubi plura ad intellectum statutorum Bononiæ de hac materia, & in eisdem terminis Bich. *decis.* 627. *&* 629. *per tot.* & Rot. *part.* 15. *decis.* 76. *per tot. et decis.* 371. *in eadem causa Bononiens. Pecuniaria.*

Quòd dictum statutum non habeat locum in dote, etiam solùm promissa, & destinata, & nondum sequuto matrimonio, latè Cabal. *cons.* 133. *per tot. lib.* 2. Magon. *decis. Florent.* 86. *num.* 1. *&c.* facit quòd dixi in §. *Dos num.*

Quòd nec etiam comprehendat creditores conditionales, qui scilicet tempore decoctionis non erant creditores, sed posteà tales effecti purificata conditione, qui ideò integrum consequantur contra bona decocti, licèt aliis assignata, cùm quo ad dictos creditores conditionales non conveniant verba statuti, & agatur de statuto odioso strictè interpretando, latè Cabal. *cons. decis.* 135. *lib.* 2.

Et si creditores habeant fidejussores ad illorum favorem, non prohibentur contra eas ad solidum, & totum consequendum agere, Altograd. *cons.* 55. *nu.* 54. *&* 55. *lib.* 2.

Quando autem quis dicatur propriè decoctus, Cabal. *resol. criminal. cas.* 105. *per tot.* Card. Tusch. *litt. F. conclus.* 40. *litt. D. conclus.* 106. *litt. S. conclus.* 548. *&* 560. Gratian. *discept. forens. cap.* 391. *nu.* 19. cum aliis per Urceol. *Consult. forens. cap.* 14. *n. pr. &c.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 76. ubi in terminis statutorum Bononiæ, *& decis.* 371. *in eadem causa*, vide in §. *Mercator num.* *et in Pract.* §. *Fullini per tot.*

Quòd dictum statutum à laicis conditum, licèt à Papa in forma communi confirmatum, cùm non faciat mentionem de juramento, non comprehendat debitum juratum, tam ex defectu potestatis, quam voluntatis, quia statuentes non præsumuntur velle quod non possunt, latè in terminis statuti fori Mercatorum Bononiæ, Rot. in Bononiens. Census 4. Maii 1643. coram Ghisilerio *in part.* 9. *recent. decis.* 179. *num.* 17. *et seqq. per tot.* ubi concordantes adducit, & omnibus contrariis satisfacit, *et part.* 14. *decis.* 503. *num.* 20. *et* 21. ubi an comprehendat Montistas, personas Ecclesiasticas, & loca pia, & plura ad intelligentiam dicti statuti Bononiæ, Bich. *decis.* 627. *et* 629. *per tot.* ubi etiam quòd non comprehendit Clericos, nec alias personas Ecclesiasticas, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 76. ubi tamen quòd istud privilegium Clericorum tamquam personale non transit in eorum cessionarium; licèt quo ad hoc posteà eadem Rot. *dict. part.* 15. *decis.* 371. contrarium firmaverit, ex quo cessionarius erat etiam procurator, & nomine cedentis, agebat, ac ex aliis rationibus ibi perpensis, vide *in* § *Cessio num.* 42. *in Addit.* Vide Bertachin. *vot.* 109.

Quòd non afficiat personas Ecclesiasticas, quæ ideò sua anterioritate potiuntur non obstante dicto statuto, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 380. *num.* 13.

Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 29. *de hæred. et hæred. debit. convent.* ex sola detentione bonorum per defunctum possessorum post quindecim dies à morte defuncti, facit hæredem ipsum detentorem absque aliqua verborum declaratione, etiamsi agatur de re minima possessa, ac etiam si detentor prætenderet non uti hæres, sed ex alia causa retinere, & hoc non solùm passivè, ut scilicet teneatur creditoribus hæreditariis, sed etiam activè ad hoc, ut videatur adivisse, & possit hæreditatem tamquam aditam transmittere licèt priùs repudiaverit, nam si post repudiationem possideat ut supra, fit hæres pro jure, & simpliciter, ad latè tradita per Magon. *decis. Florent.* 10. *num.* 20. *et seqq. per tot.* facit quòd dixi in §. *Filius num.* §. *Hæreditas num.* §. *Inventarium num.* *et* §. *Transmissio num.* §. *Aditio num.* 9. *et num.* 20. vide Castr. *cons.* 55. *lib. pr.* Tusch. *littera S. conclus.* 552. *num* 7. ubi quòd non procedit in fideicommissario universali apprehendente fideicommissum auctoris defuncti, quando ipse defunctus consumpserat legitimam, & Trebellianicam, facit Cabal. *cons.* 114. *per tot. lib. pr.* ubi quòd dictum statutum non procedit in eo, qui possidet tamquam fideicommissarius, nec quando bona non erant in dominio defuncti, nec in muliere possidente pro jure suarum dotium, cùm absurdum sit quòd qui repudiando hæres esse non vult, possidendo ex alio jure sibi competente hæres efficiatur; & alia plura pro intelligentia, & interpretatione dicti statuti, idem Cabal. *cons.* 156 *num.* 27. *et seqq. per tot. libr. pr.* ubi qualiter possit evitari illius dispositio. 51

Statuta, quæ sapiunt Monopolium, sunt à jure reprobata, tunc autem dicuntur sapere Monopolium, 52

quando sunt certo generi personarum præjudicialia, auferendo liberam facultatem aliquid faciendi, ad commodum ipsorum statuentium, vel quando sunt facta ad usurpationem alicujus privati commodi, *l. pr. Cod. de Monopol.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 103. *n.* 10. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 196. *per tot.* vide in *§. Monopolium*, *& in Pract. §. Appalti num.* 5. facit Brunnemann. *in cit. l. pr.*

Quòd generaliter non valeant statuta quovismodo nutritiva peccati, vel præbentia occasionem peccandi, Tusch. *litt. S. conclus.* 451. ubi exemplificat in multis.

Quid si disponant circa usuras, idem Tusch. *litt. S. conclus.* 690. *per tot.*

53 Statutum Senense, vel simile, quod, mulier non possit disponere de dote, vel rebus suis ultra quartam partem.

An procedat tantùm in dote, vel etiam in aliis bonis.

An filii possint reliquas tres partes sibi à statuto concessas agnoscere citrà nomen hæredis.

An de illa parte, de qua mater disponere potest, possit detrahi Trebellianica, sive Falcidia in casibus aliàs de jure permissis.

An intelligatur etiam prohibita alienatio, quoad fructus.

An data filiis ex aliis causis sint imputanda in dictis tribus quartis statutariis, vel sint conferenda cum aliis fratribus si adsint.

An stante alio statuto fœminarum exclusivo, procedat etiam in dictis portionibus statutariis, ita ut fœminæ ab illis censeantur exclusæ.

An saltem revocabiliter, & durante vita sua possit mater alienare.

An in dictis quartis statutariis possit mater filiis substituere directè, vel per fideicommissum, saltem favore piæ causæ.

An dictum statutum procedat ubi mulier transit ad secunda vota, & sic an possit in secundum virum alienare, de quo latè Sanfelic. *decis.* 353. *cum Addit.* ubi in terminis Constitutionum Neapolitanarum, & meminit etiam de dicto statuto Senensi, Florentino, & similibus, facit idem Sanfelic. *decis.* 398. *cum Addit. per tot.*

An postquam secundo nupsit, possit ampliùs disponere de quarta sibi à statuto reservata, vide Sanfelic. *loc. cit.*

Quid si quando suscepit secundum virum jam quartam sibi competentem alienaverat.

An mater vidua repetens dotem à filiis, ut secundo nubat, teneatur cavere de conservandis, & restituendis illis tribus quartis.

An dictum statutum prohibens alienationem locum habeat in vidua, Sanfelic. *loc. cit.* vide in *§. Vidua.*

Qualis debeat esse necessitas, propter quam idem statutum permittit alienationem, Sanfelic. *loc. sup. citat.*

Quid dicendum de fructibus rerum paraphernalium, & extradotalium.

An bona, quæ mulier secundo viro non dedit in in dotem sint saltem ei hypothecata.

An in alienatione partis permissæ sit servandum aliud statutum de solemnitatibus in contractibus mulierum, &

Quid si obligatio sit ex causa dotis, vide plenè de omnibus, Mart. Medic. *Exam.* 29. *cum duabus decisionibus seqq. & Addit.* facit quod dixi in *§. Vidua num.* *& §. Uxor nu.* Peregrin. *decis.* 68. *per tot.* ubi de simili statuto Patavino, *& decis.* 79. *per tot. & decis.* 109. *per tot.* Sanfelic. *loc. sup. citat.*

De statuto circa virum, & uxorem prohibente inter eos legari, donari, vel alia, quando habeat locum, vel non, Tusch. *litt. S, conclus.* 689. *per tot.*

54 Statutum circa testamenta, & illorum solemnitates quomodo intelligatur; item qualiter intelligatur statutum tollens, vel restringens, sive concedens liberam testandi facultatem, & alia, latè Tusch. *litt. S. concl.* 679. 780. *et* 681. *per tot.* Bich. *decis.* 165. *n.* 5. *&* 6. ubi quod statutum requirens consensum proximiorum in testamento mulierum, tamquam restringens facultatem testandi est nullum, & invalidum secundum multorum opinionem, quam tamen Rota adhuc non approbavit, nec reprobavit *infr. §. Statutum requirens, etc. num.* 45.

Statutum laicorum (prout Florentiæ) quòd non possit capi possessio beneficii Ecclesiastici sine licentia Principis vel suorum ministrorum, an dicatur contra libertatem Ecclesiasticam, & sit nullum, vide in *§. Judex num.* 30. 55

Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, an, & quando locum habeat, vel non, plura cum aliis citatis Ludovis. & Beltramin. *decis.* 307. *per tot.* & dixi in §. *Possessio num.* 18. ubi videas. Latè Rube. *de confuss. Jur. cap.* 2. *n.* 61. *&* 62. *& a n.* 71. *cum seqq. & a n.* 81. *n.* 268. *n.* 276. *& alibi.* Et latissimè Card. De Luc. *in Iudic. general. verb. Statuta continuativa possessionis.* Palm. nep. & alii. 56

Statutum loquens de causis civilibus, an locum habeat in criminalibus, vide in *§. Lex num.* 21. 57

Statutum comprehendit etiam Civitates, & loca posteà devoluta, quia lex semper loquitur *l. Arriani, C. de hæretic.* Castr. *cons.* 235. *num. pr. lib. pr.* Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 81. *num.* 25. *& decis.* 86. *num.* 7. Bich. *decis.* 223. *num.* 7. ub de Bulla Sixti V. super archiviatione instrumentorum, ut comprehendat etiam civitatem Ferrariæ posteà ad Sedem Apostolicam devolutam. 58

Et quòd Civitas alteri unita debeat regulari, & gubernari secundùm statuta, & leges Civitatis, cui fuit unita, Viv. *comm. opin.* 685. dixi in §. *Civitas num.* 9. in *Addit.*

Quòd leges, & pragmaticæ alicujus Regni, vel Principatus comprehendant etiam loca infeudata, vide in §. *Lex n.* 20.

Quòd devoluta dominia antiquis eorum legibus regantur, quando antiquæ Provinciæ nomen, & insignia per accessoriam unionem cum Regno dominante penitùs non extinguuntur juxta distinctionem Bart. *in l. si convertit* 18. *§. si nudæ num.* 3. *ff. de pœn. act.* Felin. *in cap. translato sub num.* 6. *de Constitut.* cum aliis per Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 239. *num.* 2. vide Peregrin. *tract. var. lib. pr. tit. de jurisdict. ordin. & deleg. num.* 21. *& seqq* ubi quòd si una Civitas adhæreat alteri per confœderationem non immutantur ejus leges, & idem si per recommendationem, si verò subjiciatur per captivitatem, ejus jura pariter remaneant captiva, & nullius efficaciæ redduntur, si sit de mente occupantis, aliàs propriis utitur legibus, & ordinationibus quatenus honestæ sint, ut in Civitate Pisarum, & Paduæ; Sed si voluntariè se subjiciat, tunc attenditur an accessoriè, & perdit jura sua, an principaliter & illa retinet, vide De Luc. *de Alienat. disc.* 39. *num.* 8. *de Regal. disc.* 165. *num.* 5. Abeceles. & Crescen. *observat. forens. part. pr. obser.* 2. *in princ.*

Multa de statutis in genere, & in specie, quod inducant jus municipale, tamquam leges sint servanda, à quibus condi possint, vel non, quomodo sint interpretanda, si sint contraria, quæ prævalere debeant, an, & ad quæ extendantur, vel non, quos effectus producant; sive quos ligent, vel non de statutis circa contractus circa judicia, circa ultimas voluntates, & successiones, circa maleficia, & delicta, de damnis datis, & hujusmodi, plenè Bertachin. *in Repert. verb. Statuta per tot. à pagina mihi* 92. *ad* 137. Aliqua Joseph Feliu. *in Margar. var. conclus. verb. Statuentes, Statutum.* Alia cumulativè Castejon. *Alphabeth. juridic. verb. Statutum*, ubi allegat Barbos. & Fermosin. *in cap.* 1. *de Constitut.* Fabr. *de error. Pragm. Decad.* 73. & alios plures, quibus, & melius addi possunt Conciol. & & Romaguer. *ad Statut. Eugub. per tot.* in quo tractatu multorum habetur interpretatio statutorum in genere, & in specie, cum modernis a omnibus Auctoribus à Romaguet. doctè de more adductis, quibus adde Jo. Torre *de success. in Majorat. & in Primog. Ital.* in locis indicatis in *Repertor. in fine part.* 3. *verb. Statutum*, & videndi Pigant. *ad statut. Ferrar.* & Constant. *ad Statut. Urb.* Fagnan. *sup. Decr.* Card. De Luc. *in Iudic. gener.* Mantiss. ad eumd. Castald.

stald. Roec. Altimar. Rub. Ansald. Emerix, Capras. Palm. Mans. Crescin. & alii moderni.

59 Statuta prædecessorum à successoribus custodiri debent, S. Thom. *in* 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. *ad* 3. Fagnan. *in cap. Ex parte il seconda n.* 3. *de convers. conjug. tom.* 3.

60 Ad statuti validitatem non solùm requiritur rationabilis, & honesta causa, sed etiam statuentis jurisdictio. Soccin. Jun. *cons.* 8. *n.* 22. *vol.* 4. Covar. *pract. quæst. c.* 8. *n.* 5. Fagnan. *in cap. Cum in cunctis n.* 23. *de his, quæ fiunt à majori par. tom.* 3.

Statuendi potestas à Jurisdictione regulatur. Bald. *in l. decernimus col.* 2. *n.* 7. *vers. Redeo ad primum C. de Sacrosanct. Eccles.* Fagnan. *in cap. Quæ in Ecclesiarum n.* 17. *de constit. tom. pr.*

Imò statuta requirunt utramque subjectionem personarum scilicèt, & bonorum ad text. *in l. cunctos populos* ubi comm. DD. *de su.vos. trin. & fid. cath.* Bertachin. *vot.* 120. *numer.* 13. Caprar. *decis.* 210. *n.* 26. *part. pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *decis.* 3. *n.* 20. *vol.* 3.

Statutum excedens potestatem statuentium est ipso jure nullum. Fagnan. *in d. cap. Quæ in Ecclesiarum num.* 18.

Statuti ad utilitatem non sufficit justa causa, sed præcipuè potestas statuentis requiritur. Surd. *cons.* 301. *sub n.* 45. *vers. Et non movet cum seq. col.* 3. Fagnan. *ibid. n.* 41.

Causa etiam gravissima non tribuit statuendi potestatem non habenti. D. Thom. *in* 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *in fin.* Fagnan. *ibid. num.* 44.

61 Statutum non valet, per quod cultus Divinus sine causa diminuitur, etiamsi in forma communi à Papa fuerit confirmatum. Fagnan *in cap. Ex parte n.* 1. *&* 3. *de Constit. tom.* 1. Et statutum factum contra jus & sacros canones non valet Mantiss. ad De Luc. *libr.* 14. *decis.* 3. *n.* 15. *vol.* 4.

62 Statutum, & confirmatio statuti limitantur ad lites causæ statuti. Fagnan. *in cap. cum M. Ferrariensis n.* 47. *de constit. tom. pr.*

63 Statutum est lex territorii. Fagnan. *in cap. A nobis, il primo n.* 9. *de sent. excomm. tom.* 5.

64 Statutum, & sententia in quo differant. Fagnan. *ibid. n.* 28. *a.* 51. *& seq. usq. in fin.*

65 Statutum est quædam lex, quæ semper loquitur, & nisi expresse revocetur, semper durat. Fagnan. *ibid. n.* 29. 44. *&* 51. Vide Emerix jun. *decis.* 799. *n.* 4. Habet tractum successivum, & incipit ligare tempore patrati delicti. Fagnan. *ibid. num.* 30. *& num.* 31. *& seq.*

66 Statutum laicorum denegans audientiam propter bonum publicum ligat etiam in foro conscientiæ. Fagnan. *in cap. si quis n.* 55. *de Regul. tom.* 3.

67 Statutum valet, quo cavetur, ut quis non possit allegare illius ignorantiam. Bart. *in l. Divus n.* 4. *ff. ad l. Cornel. de fals.* Fagnan. *in cap. Ad Falsariorum n.* 5. *de Crim. fals. tom.* 5.

68 Statutum prohibens opponi contra sententiam non impedit, quin possit dici de nullitate. Bart. *in l. pr. §. pr. ff. quod vi, aut clam.* Fagnan. *in cap. Studuisti nu.* 16. *de offic. Legat. tom. pr.* Sed vide Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæst.* 23. *n.* 32. *& rubr.* 8. *quæst.* 3. *a n.* 46. *tom. pr.*, Si prohibeat restitutionem in integrum an prohibeat nullitatem Altimar. *rubr.* 5. *q.* 45. *tom. pr.*, Si prohibeat appellationem an prohibeat nullitatem *rubr.* 5. *quæst.* 50. an notoriam injustitiam *quæst.* 51. *ibid.*

69 Statutum prohibens, ne mulieres deferant vestes sericas, includit etiam usum vestium jam factarum. Fagnan. *in cap. Dilectus il secondo nu.* 23. *de præbend. tom.* 3.

70 Statutum excludens à minoribus dignitatibus, multò magis censetur excludere à majoribus. Fagnan. *in cap. A nobis il primo n.* 19. *de sent. excomm. tom.* 5. Nisi quoad majores sit defectus in potestate. Fagnan. *ibid. num.* 20.

71 Statuens contra libertatem Ecclesiæ magis punitus, quam statuens contra jus Ecclesiæ, licet minus delinquat, & cur. Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ n. pr. de constit.* Fagnan. *in cap. Nuper n.* 25. *vers. Hinc etsi magis de sent. excomm. tom.* 5.

72 Statutum adigens ad contrahendum Matrimonium cum certo genere personarum, vel prohibens, ne puella nubat extra loca, ubi possidet hæreditatem est nullum. Fagnan. *in cap. Cum dilectus nu.* 42. *de consuetudine tom. pr.* Secus si statutum excipiat tantum genus personarum. Fagnan. *ibid. n.* 43.

Statuta Civitatum super matrimonio non valent ex defectu potestatis, etiam respectu pœnæ. Fagnan. *in d. cap. Dilectus n.* 44.

73 Statutum potest à statuentibus revocari, quatenus concernit eorum favorem, non obstante confirmatione superioris. Fagnan. *in Cap. Cum accessissent n.* 19. *de constit. tom. pr.*

Statutum potest revocari à statuentibus, quatenus concernit eorum favorem, etiamsi fuerit confirmatum cum decreto irritanti. Fagnan. *in d. cap. Cum accessissent n.* 21.

Statutum concernens favorem publicum à statuentibus revocari non potest, si fuerit à Superiore confirmatum. Angel. *in l. Omnium col. ult. C. de Testam.* Fagnan. *in cap. Dilectus num.* 60. *de consuet. tom. pr.*

Statutum concernens publicam utilitatem, etiamsi confirmatum non fuerit, revocari non potest à statuentibus. Fagnan. *ibid. n.* 62.

Statuta confirmata à Papa non possunt reformari à Statuentibus, nisi Papa concesserit illis facultatem condendi in posterum Statuta & reformationes, & alia Caprar. *decis.* 597. *a n.* 6. *part.* 2.

Statuta, & privilegia cum trahuntur ad iniqua, sunt revocanda. Fagnan. *in cap. Nihil n.* 23. *de elect. tom. pr.*

Statuentes possunt recedere à statuto edito contra Jus non obstante confirmatione Apostolica. Fagnan. *in cap. cum accessissent n.* 12. *de constit. tom. pr.* Declaratur *ibid. n.* 19.

Statuta condere qui potest, valet illis derogare, & dispensare Caprar. *decis.* 557. *n.* 12. *part.* 2.

74 Testamentum Romæ conditum ad pias causas coram Parocho, & duobus testibus, an valeat, stante statuto Urbis, quod præcipit servari jus civile, & eo deficiente jus Canonicum. Fagnan. in *cap. Cum esset n.* 157. *& seq. usq. in fin. de Testam. tom.* 3.

Statutum Urbis disponens inter Cives Romanos, & districtuales servandum esse jus civile, declaratur. Fagnan. *loc. cit. n.* 164. *&* 166.

Statutum Urbis de servando Jus Civile non extenditur ad leges requirentes numerum septem testium in testamentis, tanquam foventes peccatum, rebellantes Juri divino, Statutis Patrum, & generali Ecclesię consuetudini. Fagnan. *ibid. n.* 164. *& seq. usq. in fin.* Item non extenditur ad leges per Jus Canonicum abrogatas. Fagnan. *ibid. n.* 166.

75 Statutum conditum ab Inferiore non afficit Papam. Rot. *dec.* 375. *n.* 15. *&* 16. *part.* 4. *tom. pr. & dec.* 665. *n.* 14. *& seq. part.* 18. *tom.* 2. *rec.* Piton. *de Jurep. all.* 45. *n.* 3. *& seq. tom pr.*

76 Indultum Pontificium confirmatorium alicujus statuti, an attendatur per Papam. Rot. coram Cerr. *dec.* 73. *n.* 11. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 38. *n.* 21. Piton. *ibid. n.* 6.

77 Statutum confirmatum per Sedem Apostolicam ligat manus Judicis. Fagnan. *in cap. pr. num* 14 *de confirmat. util., vel inutil.* Piton. de *Jurep. all.* 95 *n.* 25. *tom.* 2.

78 Magnus Magister non potest derogare statutis emanatis in vim auctoritatis Sedis Apostolicæ. Bonaccin. *oper. moral. tom.* 2. *tit. de legib. disp. pr. quæst.* 2. *punct. pr. n.* 16. *vers. hoc tamen limita.* Lotter. *de Re Benef. lib.* 2. *quæst.* 14. *sub n.* 30. Piton. *de Jurep. all.* 47. *n.* 58. *tom. pr.*

79 Per expressionem unius casus in statuto non censentur exclusi, sed comprehensi casus diversi ex identitate rationis. Piton. *de Jurep. alleg.* 90. *num.* 61. *tom.* 2.

80 Lex fundationis est fortior statuto, & consuetudine. Lambertin. *de Jurep lib. pr. part. pr. q.* 9. *art.* 2. *n.* 20. *vers. vel & secundo potest responderi.* Piton. *in suppl. n.* 28. *tom.* 2.

81 Statuta reformatoria non comprehendunt contractus, & pacta titulo oneroso fundationis, secus gratias,

tias, & Privilegia Piton. de Jurep. all. 47. num. 42. tom. pr.

82 Statutum disponens filios in conditione positos censeri vocatos, compræhendit etiam Nepotes ex filio prædefuncto. Card. De Luc. de Fideic. disc. 75. per tot. Piton. de Jurep. all. 51. n. 22. tom. 2.

83 Statuta loci parvi edita grossolano modo quomodo sint interpraetanda. Card. De Luc. de Succ. disc. 3. num. 14.

84 Statutum intelligi debet juxta declarationem factam à Principe supremo posthabita qualibet Doctorum interpretatione. Rot. cot. Dunozet. Jun. dec. 830. n. 11. & 12. & coram Rojas dec. 117. n. 2. & in rec. dec. 386. sub n. 16. vers. Nihilominus & n. 17. & seq. part. 18. Ansald. dec. 12. n. 21. part. pr.

85 Statutum in dubio non censetur derogare voluisse dispositioni l. hac edictali. Gabriel. cons. 13. lib. pr. Ansald. dec. 19. n. 24. part. 1.

86 Statutum inducens præsumptam solutionem transacto illo tempore tollit fidem Instrumento. Rot. dec. 175. n. pr. & dec. 379. n. 2. & 3. part. 17. rec. coram Merlin. dec. 124. n. pr. & seq. Ansald. dec. 26. n. 20. part. pr.

Statutum prædictum eo magis urget, quando concurrunt conjecturæ pro solutione, & quales illæ sint. Ansald. d. dec. 26. n. 21. 22 23. & 24.

Statutum prædictum inducit præsumptam solutionem non præscriptionem. Cephal. cons. 240. n. 7. & seq. lib. 2. Andreol. controv. 54. n. 1. & 10. Rot. dec. 237. n. 4. part. 14. rec. Ansald. ibid. n. 26.

87 Statutum denegans audientiam forensibus, nisi præstita cautione de stando juri, & judicatum solvendo est validum, & ferè ubique viget in Italia. Modern. Gob. consult. 133. n. 30. Card. De Luc. de Credit. disc. 100. n. 5. vers. 2. Ansald. dec. 37. n. 28. d. part. pr.

Statutum prædictum procedit tam in causis ordinariis, quàm delegatis. Ansald. d. dec. 37. n. 34.

88 Statutum mandans per forensem præstari cautionem dicitur respicere ordinatoria, non decisoria Judicii. Cyriac. contr. 144. n. 11. & seq. Ansald. d. dec. 37. n. 37.

89 Statutum declarans peremptam instantiam, elapso certo tempore, an dicatur respicere ordinatoria, vel decisoria. Gratian. discep. 524. n. 49. Ansald. ibid. num. 40.

90 Statutum quod excipit aliquos casus in omnibus aliis locum habet, & nullas alias exceptiones admittit. Rot. dec. 503. per tot. & signanter n. 15. 16. & 17. part. 19. & dec. 76. n. 7. & seq. part. 15. Card. De Luc. de Cred. disc. 10. per tot. Ansald. dec. 68. n. 41. & 42. part. pr.

91 Statutum, & consuetudo à pari procedunt. Ansald. dec. 100. n. 49. part. 2.

92 Statutum subsequens, ubi procedit cum præcedenti, quod in secundo non disponitur, suppletur ab altero, cum quo censetur se conformare. Alexand. cons. 123. num. 20. & seq. lib. 4. Rot. dec. 499. n. 22. cum seqq. part. 18. rec. & coram Emerix Jun. decis. 1015. n. 3. Caprar. dec. 704. n. 3. part. 2.

93 Statutū Bononiæ lib. 4. de proxenet. declaratur. Rot. dec. 20. num. 8. part. 14. Bertachin. Vot. 108. num. 11.

Statutum Barbitonsorum quando procedat etiam in Balneatoribus. Bertachin. Vot. 51. n. 4.

94 Statutum disponens, quod in concursu sit potius attendendum jus civile, quam Jus canonicum, an sit validum. Rot. apud Post. dec. 33. n. 219. Bertachin. Vot. 132. per tot.

95 Statuta proximiorem vocantia in alicujus successione, non censentur excludere repræsentationem, & lineæ prærogativam. Dec. Sic. nu. 234. impress. inter opera Card. De Luc.

96 Statuta favorabilia dicuntur ubi per ea fit reversio ad Jus commune. Card. De Luc. de Success. disc. 69. n. 7. De Tutor. disc. 21. sub n. 9. de Dot. disc. 134. in fin. de Regal. disc. 177. n. 33. de legit. disc. 2. n. 13., ubi quod ità debeant interpretari. De Luc. de Judic. disc. 35. n. 62.

97 Exteri non debent se ingerere in interpretatione Statutorum localium. Card. De Luc. de Cred. disc. 561. n. 14.

Statutum, ubi aliquid modicum operetur, excludit argumentum superfluitatis. Card. De Luc. de Serv. disc. 8. n. pr. Et sufficit quod prodisum fuerit gratia majoris declarationis. Card. De Luc. d. disc. 8. n. pr. 98

De occasione editionis Statutorum localium, vide Card. De Loc. de Legit. disc. 44. n. 2. 99

Statuta, & consuetudines locorum adjacentium attenduntur pro interpretatione. Card. De Luc. de Regul. disc. 83. n. 4. de Testam. disc. 30. n. 17. disc. 32. n. 8. de Success. disc. 41. n. 192. 100

Statuta adimentia fidem scripturis, & instrumentis etiam juratis non per hoc dicitur sublatus modus probandi veritatem actus, & juramenti aliundè. Card. De Luc. de Feud. disc. 29. sub n. 7. & in Annot. n. 2. 101

Statuta renovata attenduntur pro interpretatione, & tanquam doctrinæ magistrales. Salgad. in labyr. Credit. part. 2. cap. 29. n. 44. & seqq. Card. De Luc. de Regal. disc. 160. n. 31. 102

Statuta in verbis sunt intelligenda secundum communem usum loquendi. Card. De Luc. de Regal. disc. 21. n. 3. Non verborum formula, sed substantia voluntatis statuentium est attendenda. Card. De Luc. de Dot. disc. 23. n. 6. & 7. disc. 101. n. 6. disc. 109. n. 4. de Success. disc. 17. n. 8. disc. 40. n. 8. Ratio expressa prævalet verbis Idem de Success. disc. 15. n. 8. Et debet spectari finis, vel effectus consideratus. Idem de Success. disc. 22. n. 7. 103

Statuta inducta favore Civium non sunt contra illos retorquenda ad favorem extraneorum. Card. De Luc. de Dot. disc. 3. n. 1. 104

Statuta servanda sunt à subdito etiam quod contrahat cum non subdito Card. De Luc. de Dot. disc. 32. n. 8. 105

Statuta ligant hæbreos activè, & passivè. Card. De Luc. de Cred. disc. 101. n. 3. 106

Statutorum interpretatio dicitur respicere petitorium, nec attenditur in possessorio. Rot. dec. 33. in fin. part. 9. & dec. 263. part. 8. rec. Card. De Luc. de Testam. disc. 52. n. 21. in fin. 107

Statuta non conferendi beneficia nisi civibus dicuntur justa, & rationabilia. Card. De Luc. de Canon. disc. 21. n. 10. Et quando dicantur arctativa. Card. De Luc. d. disc. 21. per tot. & disc. 22. n. 4. 108

Statuta regulanda sunt juxta opinionem, quam statuentes habebant, vel tunc vigebat. Card. De Luc. de Success. disc. 15. n. 10. Et juxta sensum rationabilem, & prudentem Idem ibidem n. 12. Ac juxta statuentium mores. Card. De Luc. de Success. disc. 13. num. 9. 109

Statutorum interpretatio pendet ab observantia. Card. De Luc. de Success. disc. 9. num. 13. disc. 13. num. 14. 110

Statutum declarans articulum juris dubii censetur potius favorabile, quàm odiosum Mantiss. ad De Luc. lib. 14. decis. 5. n. 17. vol. 4. 111

Subjiciens se voluntariè statuto tenetur illud servare Mantiss. ad De Luc. lib. 16. decis. 3. num. 23. & decis. 4. n. 16. vol. 4. 112

Statutum ordinatum a Parlamento generali obligat etiam personas Ecclesiasticas Mantiss. ad De Luc. libr. 16. decis. 4. n. 3. & decis. 5. n. 3. & 4. vol. 4. 113

Statutum, in cujus compilatione interfuit persona ecclesiastica, non ligat ecclesiasticos Mantiss. d. dec. 4. num. 8.

Statutum, in quo non fit mentio ecclesiasticorum illos non obligat dict. decis. 4. n. 10.

Statutum laicale si sit factum pro bono publico ei subjici debent ecclesiastici Mantiss. loc. cit. lib. 4. decis. 2. n. 1. & 4. vol. 3.

Statutum loci, ubi fuit facta petitio attenditur, quando non fuit determinata solutio in certo loco, sed solummodò simpliciter promissa Mantiss. ubi supra lib. 6. decis. 4. n. 4. vol. 3. 114

Statutum non comprehendit ea, de quibus non loquitur Mantiss. ad De Luc. libr. 2. decision. 8. nu. 20. vol. pr. Et Statutum limitatè loquens de certa re, aliam non comprehendit, quæ diversam habeat qualitatem Mantiss. ibid. decis. pr. n. 21. Et Statutum mentionem faciens de aliqua re adjecta particulari 115

culari qualitate non trahitur ad ea quæ talem qualitatem non habent Mantiss. ibid. dec. 9. n. 4. Statutum strictè est intelligendum ibid. decis. 8. n. 22.

116 Testatoris voluntas præsumitur uniformis cum pattio statuto Mantiss. ad De Luc. libr. 9. decis. 26. n. 52. vol. pr. Quando attendatus statutum patriæ, & non illud loci, in quo fuit conditum testamentum Mantiss. loc. cit. libr. 9. decis. 36. & 37. & decis. 61. & 62. vol. pr. & libr. 10. decis. 71. n. 23. vol. 2.

117 Casus omissus a statuto regulatur juxta dispositionem juris Mantiss. loc. cit. libr. 10. decis. 96. n. 2. & libr. 11. decis. 21. n. 10. vol. 2. Sed non dicitur casus omissus ille, cui ratio, & mens statuti adaptatus, & convenit, etiamsi esset casus raro contingibilis Mantiss. ibid. in 2. resp. n. 265. fol. 491. vol. 2.

Ad Jus commune non recurritur nisi in subsidium, & in iis, in quibus deficit Statutum Mantiss. loc. cit. libr. 10. decis. 96. n. 6. vol. 2.

118 Mens, & ratio Statuti potissimè attendi debent, etiamsi verba non convenirent, & impropriandа essent Mantiss. in dict. resp. 2. n. 37. & 38. fol. 474. vol. 2.

119 Non statutum antiquum attendi debet, sed novum, per quod antiquum fuit correctum, & ex quibus novum dicatur correctorium antiqui Mantiss. in dict. resp. 2. n. 279. cum seqq.

120 Statutum facultatem testandi potest restringere, licèt non totaliter tollere Emerix jun. decis. 1327. n. 7. si tamen requirat in testamento mulieris particulares solemnitates, dubium est, an valeat Idem decis. 360. n. 2.

De statuto prohibente alienationem in Forenses, vel extractionem de territorio.

1 STatutum prohibens rem immobilem alienari in Forenses sub pœna, validum reputatur, ita ut si fiat alienatio contra dictam prohibitionem, non transferatur dominium in acquirentem, sed tantùm possessio, ut probat Clar. §. final. quæst. 82. statut. 5. Vivi. commun. opinion. 755. 761. & 762. vide latè Tusch. litt. S, conclus. 463. et 553. per totum, Peregrin. decis. 86 ubi plura super simili statuto Paduæ, Ciarlin. contr. for. cap 37. per tot. ubi an stante hujusmodi statuto detur successio.

De simili Statuto Engubii, quomodo sit intelligendum, & alia de hac materia, Andreol. contr. 41. per tot. Conciol. ad Statut. Engub. lib. 2 Rub. 54. per tot. cum Addit. Romaguer. ubi num. 17. se remittit ad hìc per me scripta, addens Donadeus consult. 40. per tot. Meli. observat. 91. per tot. Actolin. resol. for. 8. per tot. Mantiss. ad De Luc. libr. 9. decis. 2. n. 59. vol. 3., ubi de Statuto Firmi.

Multa de Statuto prohibente alienari in personas non subjectas, an procedat quoad successiones, & alia, in terminis Statutorum Mantuæ, Anton. Gob. Consult. 110. et 111. per tot. & pleniùs consult. 113. 114. 115. et 116. per tot. ubi etiam an Princeps derogando hujusmodi statuto possit præjudicare tertio, cui esset jus quæsitum, an faciendo cives ex privilegio, & denique an habens tale Statutum in suo territorio, possit ipse in territorio alterius Principis acquirere stabilia, cùm videatur exclusus jure retorsionis, &c. De Decreto Mantuæ excludente à successione mulieres nubentes forensibus, an dicatur excludere à successione parentum, & alia ad rem, plenè Andreol. contr. 271. cum tribus sequentibus.

Quòd statutum prohibens alienari in forenses, non comprehendat alienationes factas in Clericos forenses, & quare de magis communi defendit Andreol. controvers. 385. per tot. Nec causam dotis, idem Andreol. controv. 392. per tot. Alia de hujusmodi statuto, Cyriac. contr. 529. per tot. vide in §. Statutum excludens num. 46. cum addit. De Luc. de servit. disc. 75. et de alienat. disc. 39. sub num. 12. & an hujusmodi statutum comprehendat forensem habentem bona in territorio, Felician. Oliva de for. Eccles. part. 4. q. 5. n. 46.

Quòd hujusmodi statutum sit principaliter odiosum, & strictè intelligendum, & quatenus posset dici favorabile propter publicam utilitatem, tamen uti correctorium sit propriè intelligendum, & nullo modo ad casus improprios, & non expressos extendendum Altograd. cons. 3. num. 39. etc. lib. pr. & plurimis citatis, Cabal. cons. decis. 16. n. 20. et seqq. lib. 2. cons. 149. lib. 5. ubi qualiter liget forenses, & alia plura ad rem. Sed vide infra in novissimis additionibus Crescin.

Quòd nullitas alienationis factæ in forensem, non possit allegari, nisi à Communitate, vel fisco, sive alio, cui applicatur, Cephal. cons. 706. num. 26. Cyriac. contr. 205. num. 24. et 270. lib. 2. Leoncil. decis. Fer. 136. num. 7. Ciarlin. d. contr. 37. nu. 23. & seqq. et num. 78. et seqq. Rot. part. 12. recent. decis. 27. n. 24. et decis. 182. num. 27. part. 14. dec. 536. nu. 162. et part. 16. decis. 4. num. 22. et seqq. ubi in terminis Constitutionum Pontificalium, ut tanquam ipso jure inducta possit à quocumque allegari, cùm non sit dicere de jure tertii, sed potius de non jure agentis, vide in §. Exceptio. Rot. coram Caprar. decis. 471. n. 6. part. 2. Mantiss. ad De Luc. lib. pr. decis. 2. a n. 10. vol. pr.

Statutum prohibens alienari in Forenses comprehendit etiam hæredis institutionem, Clar. §. fin. qu. 82. stat. 5. vers. quæro nunquid, latè Ciarlin. controv. 37. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 157. nu. 18. et seqq. ubi an comprehendat forenses, & Clericos, & negativè concludit. Vide Rot. coram Caprar. decis. 210 n. 23. part. pr.

Quòd imò non comprehendat alienationem, quæ fieret per ultimam voluntatem, vel per successionem ab intestato, & quòd non sufficiat esse confirmatum in forma communi, Gratian. discept. forens. cap. 245. num. 34. etc. vide Montan. de tutor. cap. 3. num. 432. etc. cap. 30. num. 71. Menoch. lib. 4. præsumpt. 120. latè Cabal. cons. decis. 16. nu. 17. et seqq. lib. 2. Bardellon. cons. 144. num. 7. et seqq. lib. 2. intelliga nisi ita expressè disponat Rot. d. part. 11. decis. 157. num. 19. etc. 2

Quòd si testator legaverit forensi aliquam rem immobilem teneatur hæres præstare legatario æstimationem, Clar. d. quæst. 82 statut. 5. vers. sed pone, de quo vide Menoch. d. præsump. 120. num. 6. et seqq. Cabal. d. cons. 16. num. 17. et seqq. ubi quòd forensis potest petere, ut bona vendantur, & pretium sibi præstetur, vide Bonden. docum. 62. num. 3. et à n. 6.

Quòd non comprehendat filium patri succedentem, nec è contra patrem, vel matrem, & eo minùs respectu legitimæ, quæ non est subjecta juri positivo, Merlin. de legit. lib. 5. tit. pr. quæst. 5. per tot.

Statutum prædictum censetur etiam prohibere locationem in forensem, si fiat ad longum tempus, secus si ad modicum, item censetur etiam prohibere præscriptionem, Clar. d. quæst. 82. stat. 5. vers. nunquid, et vers. Item quæro. 3

Statutum prohibens acquisitionem bonorum stabilium forensibus, illosque tam ex testamento, quàm ab intestato, excludens, non videtur comprehendere filios, vel filias alibi nuptas, quia patri, aut matri succedere valeant, si tamen dictum statutum loquatur per verba universalia; & prohibeat acquisitionem nedum simpliciter forensibus, sed non sustinentibus onera realia, mixta, & personalia, quòd tunc filia alibi nupta censeatur exclusa, & incapax acquisitionis bonorum stabilium existentium in loco statuti, quæ spectare debent alteri ibidem degenti, latè in terminis statuti Reggiensis, objectis satisfaciendo, Altograd. cons. 97. per tot. libr. pr. vide Mart. de success. leg. part. 3. quæst. 15. per tot. ubi plura de exclusione forensium à successione per jus municipale, Peregrin. decis. 86. 4

Uxor tamen non reputatur forensis in domicilio mariti, vide in §. Uxor num. Em. Cardin. De Luc. de Regalib. disc. 83. sub num. 12.

Qualiter autem in statu Florentino mulieres subditæ si nubant forensibus, priventur omni jure succedendi, quòd defertur cæteris agnatis, vel cognatis tanquam si illæ non extarent, salva sibi tantùm dota competente, dial in Pract. §. Donne nu pr. & seqq. vide infr. §. de statuto excludente nu. 46. &c. Mot. Rot. Florent. lib. 99. a 152. facit latè Bich. decis. 89. ubi de legato relicto sub conditione nubendi in certo loco, illudque adimando in casu contraventionis,

&

Digitized by Google

& tertio applicando, quando debeatur, vel non.

5 Statutum quibuscumque verbis prohibens alienationem bonorum stabilium in forenses ad generalem eorumdem hypothecam non extenditur, & sic licèt sit prohibita alienatio in forenses, non censetur prohibita constitutio hypothecæ ad eorundem forensium favorem, cum impropriissimè alienationis nomine veniat hypotheca, & ideò solùm in favorabilibus statutis, & latè interpretandis comprehenditur, secùs autem in correctoriis, nisi hypotheca esset constituta pro tanta summa, ut non adsit spes luitionis, nam tunc alienationis nomine comprehenderetur, & alienatio censeretur, quòd tamen esset probandum ab allegante, ut latè pro Serenissimo Duce Urbini respondet Altograd. *cons. 3. per totum, lib. pr.*

Quòd dictum statutum censeatur prohibere tantùm alienationem, per quam transfertur dominium, etiã si verbis generalibus utatur, secùs autem si dominium non transferatur, Altograd. *dict. cons. 3. num. 31. libr. 1.*

Non deberi pœnam contra alienantes in forenses impositam, nisi sequta traditione, non obstante constituto cùm requiratur delictum consummatum, & tantò minus si alienatio fuerit ex causa dotis, vel parvæ rei, vel in Ecclesiam, vel facta à forensibus de bonis, quæ habent in territorio, nam his casibus non procedit dispositio statuti, benè probat Conciol. *resol. crim. verb. Pœna resol. 9. per tot.*

Item non habet locum si fiat alienatio in plures omnium bonorum socios, inter quos adsit aliquis subditus, nam ex persona subditi acquirit etiam forensis, cum sit causa mixtus, qui non venit sub dispositione statuti, Altograd. *d. cons. 3. num. 31. lib. pr.* facit quòd dixi supra circa generalia, & mixta *n. 25.*

Item non procedit dictum statutum, si forensis protestetur bona statim vendere subdito, & sic illo non obstante, potest forensis acquirere bona, & jura sapet cis, illorum detentionem nancisci non ad effectum retinendi, sed statim vendendi, & pretium consequendi, Alex. & Jason. *in leg. Apud Julianum, §. Constat, ff. de leg. pr.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 9. n. 9.* cum aliis per Altograd. *dict. cons. 3. num. 46. lib. pr.* & Cabal. *cons. decis. 16. num. 17. & seqq. lib. 2.* Bonden. *docum. 62.*

Item si sit loci inferioris non comprehendit, nec ligat cives civitatis superioris, & dominantis, ut tenent plures relati per Merlin. *de legit. lib. 3. tit. pr. quæst. 18. sub num. 69.* Peregrin. *decis. 86. nu. 13.* Gabriel. *commun. concl. tit. de stat. conclus. 8. nu. 36.* Borgnin. *decis. 42. num. 44. part. pr.* Tasch. *litt. S. concl. 678. num. 8.* Ursil. ad Afflict. *dec. 404. in fine.*

6 Statutum prohibens, ut supra, alienationem rei immobilis in forensem, non continet censum, quia licèt habeatur pro re immobili, tamen id est impropriè, & ideò potest imponi super bonis sitis in territorio statuentium, & in forensem alienari, Genc. *de Cens. quæst. 30. num. 27. &c.*

Quid stantibus Constitutionibus Sixti V. & Clementis VIII. prohibentibus alienationes, & hypothecas bonorum status Ecclesiastici in non subditos, & Forenses, vide Gratian. *discept. forens. cap. 420. per tot. cap. 623. in princip.* Rot. *part. 12. recent. decis. 27. num. 23. & seqq.* ubi etiam de aliis constitutionibus Pauli V. & Urbani VIII. *& decis. 182. nu. 25. & seqq.* ubi quando locum habeant, vel non, & est coram Bicch. *inter ejus impressas decis. 670. num. 20. & seqq.* Rot. *part. 16. recent. decis. 4. per tot.* ubi plura de hac materia, vide *in §. Alienatio in fine.*

Quòd dictæ Constitutiones habeant locum etiam in alienatione facta sub hasta, & tanquam favorabiles extendantur ad omnes alienationes, Duran. *decis. 257. n. 5. &c.*

Quamvis aliàs statutum prohibens alienari in forenses, habeat locum tantùm in alienatione voluntaria, non autem in necessaria, ad tradita per Clar. *§. fin. quæst. 82. in fine*, Vivi. *comm. opin. 755. n. 4.*

Qualiter alienatio facta in forenses contra formam dictarum Constitutionum Pontificalium absque beneplacito Apostolico sit ipso jure irrita, & non nisi ex gratia Summi Pontificis revalidari possit cum novo contrahentium consensu, & non possit venditor ex dicta nulla venditione agere ad pretium, immò teneatur exactum restituere, ac idem esse in venditione facta contra dispositionem statuti, latè pluribus citatis Rot. *part. 16. recent. decis. 4. per tot. & decis. 29. num. 8. & 9.*

Statutum prædictum non habet locum in casibus privilegiatis, puta si ex causa dotis, vel alimentorum fieret alienatio, & plura de validitate hujusmodi statuti, Gratian. *discept. forens. cap. 735. num. 13. &c.* Conciol. *resol. crim. verb. Pœna resol. 5. num. 3.* Cabal. *cons. decis. 69. num. 5. lib. pr. & cons. 149. lib. pr.* ubi nec si fieret alienatio ex causa necessitatis, & alia ad rem; nec si duret alienatio in Ecclesiam, religionem, vel alium pium locum, Cabal. *cons. 180. nu. 51. & seqq. lib. pr.* De Luc. *de dot. disc. 149. ex n. 3.* 7

Non etiam haberet locum, ubi forensis emeret bona, quæ fuerunt majorum suorum, Menoch. *de arbitr. cas. 459. n. 22.*

Quòd ex causa remunerationis sit licita alienatio quoad fructus loquendo in decretis Religionis Hierosolymitanæ prohibentibus alienationem Commendæ, Magon. *decis. Flor. 67. n. 40. &c.*

Statutum prohibens vendi certis personis, puta non subditis, nec complectitur Clericos, neque alias personas Ecclesiasticas, si sit conditum à laicis, & nihil valet quatenus in præjudicium Ecclesiasticorum resultet, Marant. *disput. 8. n. 12. & per tot.* Clar. *§. fin. quæst. 82. stat. 5. vers. Sed quæro*, Rot. *part. 11. recent. dec. 257. n. 23. & seqq.* Conciol. *res. crim. verb. Pœna resol. 5. n. 5.* Sperel. *dec. 10. n. 12.* latiùs *dec. 12. n. 52. & dec. 100. nu. 26.* Dian. *resol. moral. part. 2. tract. 2. resol. 57. part. 4. tract. 1. resol. 70. & part. 5. tract. 1. resol. 3.* ubi an sit validum statutum, quòd Ecclesia infrà tantum tempus teneatur vendere res sibi relictas, & de more concludit pro nullitate tamquam sit contra libertatem Ecclesiasticam, sed plena Additio ibidem posita plurimis citatis firmat pro validitate hujusmodi statutorum; Quam tamen Additionem anonimam postea improbat, & ad omnia ejus fundamenta latè respondet idem Dian. *part. 6. tract. 3. per tot.* vide Cabal. *cons. 180. n. 56. & seqq. lib. 1.* Christin. *decis. Belgic. 201. & 202. vol. 1.* ubi de Constitutione Caroli V. & similibus prohibentibus acquisitionem immobilium Ecclesiis, an sint licitæ, & valeant, ac quousque se extendat, & an saltem sit præstanda æstimatio rei legatæ ab hæredibus legantis, an transferatur dominium, vel possessio, & alia ad rem hanc facientia, *& dec. 306. per tot. d. vol. 1.* ubi an, & quando Ecclesiæ sint capaces relictorum. 8

Plura pro substentatione, & justitia hujusmodi Statutorum, legum vigentium, in Gallia, Burgundia, Germania, Lusitania, ac alibi, quòd bona immobilia laicorum non possint transferri in Ecclesias, Ecclesiasticas personas, & Monasteria, & præcipuè si sint lata ob publicam utilitatem, & conservationem Reipublicæ, ne sæcularium substantia semaneat adeò tenuis, ut non sufficiat ad onera supportanda, cùm utilitas publica non solùm præferatur privatæ, sed etiam Ecclesiæ favori, & ea hoc non gravetur Ecclesia, sed solùm potestas subditorum limitetur, non enim disponitur ab Ecclesiis, nec de personis, aut rebus earum, sed de bonis temporalibus laicorum, & sic Princeps sæcularis potest se defendere prospiciendo subditis suis, & Reipublicæ cum hujusmodi legibus, & statutis, quando verè, & realiter bona laicorum remanerent insufficientia ad subeunda onera necessaria Reipublicæ, tradunt videndi Bald. & Dec. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ de Constit.* Tiraquel. *post leg. connub. glos. 8. nu. 271. in Reg. possessor. 2. part. §. 4. nu. 8.* Molin. *de justit. & jur. tract. 2. disput. 140.* Gabr. Pereyr. *de manu Reg. 2. part. cap. 76. n. 9.* Gail. *observ. 32. n. 5. & seqq.* quem impugnat Nicolius *lucubrat. part. 2. lib. 5. tit. 39. n. 120.* Signorol. de Homod. *cons. 21.* Oliva *de for. Eccles. 1. part. quæst. 28. n. 25. et seqq.* Phæb. *dec. 167. part. 1a.* aliique plures, quos refert, sequitur Antunes Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 43. n. 43. et seqq.* Ex quibus patet tantò magis rationabilia, justa esse statuta, ut dicta bona transeant cum onere suo prout in Statu Florentino

per

per ea quæ dixi in §. Clericus n. 45. cum Addit.

Plura de hujusmodi statutis Gratian. discept. for. cap. 209. per tot. ubi quòd convalidatur contractus, si acquirens postea efficiatur subditus, & cap. 623. ubi de Bulla Clementis VIII. prohibente forensibus, & habitantibus extra statum Ecclesiasticum in illo acquirere immobilia, Cardinal. Tusch. litt. S. concl. 463. per tot. & conclus. 553. per tot. Dian. part. 6. tract. 8. resol. 4. per tot. Peregrin. dec. 86. ubi de statuto Paduæ, & n. 19. testatur vidisse forenses per contractus onerosos indistinctè acquirere in Paduano, & nullam à communi, vel fisco motam quæstionem, & titulis autem lucrativis lites agitatas inter cives, & forenses, prævaluisse jure civium, & nunquam se intromisisse fiscum.

9 Statutum prohibens forensibus acquirere immobilia, extat Florentiæ, sed non servatur, ut dixi in Pract. §. Forastieri n. 10. & 13. vide in hoc Opere §. Forensis n. 8.

10 Statutum prohibens vendi, sive extrahi frumentum, vel aliud annonæ genus forensibus, vel extra territorium, est validum, & comprehendit etiam farinam, cum subsit eadem ratio, & quidquid aliàs cessante eadem ratione, regulariter appellatione materiæ non veniat materiatum, Marant. de ord. jud. part. 2. num. 20. Clar. §. fin. quæst. 82. stat. 7. vers. præterea quæro, Menoch. de arbitr. cas. 585. n. 11. &c. Surd. decis. 139. per tot. Conciol. resol. crimin. verb. Statutum resolut. 22. numer. 5. Card. Tusch. litter. S. concl. 558. & conclusion. 638. per tot. Rip. tract. de pest. tit. de remed. ad conservandam ubert. Mastril. dec. 139. nu. 8. 9. & seqq. Bajard. ad Clar. loc. cit. ubi notabiliter loquitur Ricc. Collect. 762. & 3541. Vivi. comm. opin. 765. & 766. Dian. resol. moral. part. 9. tract. 8. resol. 43. per tot. ubi quando extrahentes mercimonii causa victualia status Ecclesiastici incidant in excommunicationem Papæ reservatam; an sub prohibitione extractionis frumenti veniat panis coctus, & farina, & sub nomine olei veniant oleæ, ex quibus conficitur, & refert diversas opiniones, & rationes, vide in §. Bannum, & §. Gabella, Franeisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 81. ubi plura qualiter ex simplici confessione carcerati sine rebus, non possit sequi condemnatio ob defectum corporis delicti &c. Latè Roccus in tract. de Offic. & infra in novissimis additionibus Crescin.

Quòd ut locus sit statuto de non extrahendo, duo copulativè requirantur nempè quod sit in itinere, & voluntatem extrahendi habeat, Mastril dec. 234. n. 56. & alia pro defensione inquisiti, Grivel. dec. 81. per tot. & vide Manson. tract. de contraban. per tot. Et an sit necessaria apprehensio, vel sufficiat alia probatio dixi in §. Banna nu. 6. in Addit. & vide Antunez Portugal. de donat. Reg. lib 3. cap. 34. per tot. ubi plura quando res asportatæ, vel introductæ contra prohibitionem legis, vel Statuti cadant in commissum, vel non, cùm multis aliis ab eo citatis, reliqua vide in §. Banna, & §. Gabella n. 44.

Si tamen dictum statutum loquatur simpliciter de frumento non comprehendit ordeum, neque legumina si verò loquatur de tritico, vel de blado continet etiam ordeum, & legumina; & si loquatur de victualibus non complectitur fœnum, avenam, ordeum, & similia pro victo equorum deputata, cùm appellatione victus veniant solùm ea, quæ sunt ad usum hominum, Rip. ubi supra n. 43. etc. Menoch. d. cas. 585. nu. 10. et seqq. ad 15. Surd. cum Hodiern. dec. 139. Mastril. dec. 139. cum aliis per Conciol. verb. Statutum resol. 2. n. 5.

Si pœne sit imposita ad rationem tot pro salma, & extrahatur minus quam salma, an dicatur incursa vide Roman. cons. 434. Bart. in l. ita autem, ff. de admin. tut. Franch. dec. 228. Anton. de Ballis tract. var. lib. 4. quæst. 3. n. 147. ubi videtur tenere pro incursu pœnæ cum Rom. contra Bart. ac alia plura notabilia ponit in materie extractionis prohibitæ, de qua dixi in §. Bannum, et §. Gabella. Sed pro exclusione pœnæ quando salma non est integra facit, quod dixi Gabella n. 31. in fine, & sic pluries judicasse recordor in similibus casibus, quando non extabat integra materia habita pro delicto in non prohibitis à natura, vel de jure communi.

An autem obtenta licentia extrahendi, puta centum vini dolia certæ mensuræ, si extrahantur de majori mensura, & fuerint intercepta, incidant in commissum in totum, vel pro excessu tantùm disputat hincinde Ganaver. dec. 25. per tot. concludens placuisse majori parti Dominorum declarare interceptum pro parte excessiva tantùm facit, quod dixi in §. Gabella n. 27. etc.

11 Statutum prohibens asportari vinum, comprehendit etiam uvas, & aquaticum, si modo plus vini, quàm aquæ in se habeat, non tamen comprehendit cervisiam, nec acetum, nec procedit in eo, qui aliquam modicam vini quantitatem gustandi causa deferret, Rip. loc. sup. cit. n. 60. et seqq. Menoch. d. cas. 585. n. 15. et seqq. & plures alias quæstiones ad hoc propositum explicat Rip. loc. cit. num. 43. et seqq. ad 138.

Quid veniat appellatione vini tam in statutis, quàm in legatis, Barbos. de appell. verb. signif. appell. 274. per tot.

An similia statuta prohibentia extractionem à laicis condita ligent personas Ecclesiasticas, si non vi coactiva, saltem vi directiva, & in conscientia, Carlin. contr. 31. Cabal. resol. crim. cas. 19. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 149. num. 43 etc. Covar var. resol. lib. 2. cap. 3. per tot. Michael. Salon. de just. et jur. Contr. 9. et 10. per tot. dixi in Pract. §. Statuti nu. 24. in hoc Opere §. Clericus num. supra circa generalia, et mixta stat. numer. 110 §. Princeps num. Dian. resol moral. part. 1. tract. 2. resol. 68. et 69. ubi pro Ecclesiasticis, et part. 6. tract. 8. resol. 4. ubi latiùs tuetur, adde Ricc Collect. 3356. vers. quinte.

12 Statutum prohibens extractionem victualium extra territorium, sicuti urgente necessitate benè fieri potest, ac dicitur justum, & honestum ob publicam utilitatem, l. 1. et 2. C. quæ res export. non poss. Honded. cons. 148. col. fin. Roland. cons. 3. nu. 26. lib. 2. Ita è contra factum sine causa, & dicta necessitate cessante dicitur indiscretum, inhonestum, & ei non est parendum, cùm sit fundatum in radice cupiditatis, & avaritiæ, privando subditos propria libertate ducendi, & vendendi bladum suum quibus voluerint, & de jure communi sit libera extractio annonæ, l. nec cinere, G. mandati, l. nemo cæteris, C. de jud. §. in re mandata, C. mandati, l. dudum, C. de contrahend. empt. Alex. cons. 86. lib. 4. Thes. dec. 16. n. 6. limit. 6. cum aliis per Antunez de Ballis tract. var. lib. 5. tit. 69. de libera extractione annonæ fol. 246. ubi quòd Domini terrarum prohibentur facere hujusmodi banna extractionum, quia sunt contra jus commune, gravant vassallos, ac sunt excommunicati in Bulla CœnæDomini, cùm tollant a subditis bonum æstimabile, quod extrahendo possent lucrari, intelligendo, nisi fiant ex justa causa, & necessitate cogente ut supra.

An autem valeat statutum pœnale, ne subditi se conferant alibi ad habitandum, vide in §. Princeps num. 48.

13 Statuta prohibentia alienari in forenses censentur favorabilia Card. De Luc. de Regal. disc. 83. nu. 5. et 6. ubi hoc declaratur, et de Alien. disc. 39. n. 5. 10. et 11. de success. disc. 25. n. 4.

14 An hæc statuta comprehendant dationem Dotis latè Card. De Luc. de Dot. disc. 149. a num. 3. cum seqq. Vide eumdem De Luc. de success. disc. 25. n. 14. Annot. ad Contil. disc. 26. sub n. 39.

15 Talia statuta non possunt condi a Civitate, vel Domino recognoscente superiorem Idem Card. De Luc. de Alien. disc. 39. n. 6. et 7.

16 Hæc statuta suffragantur habenti civilitatem fictam, seu privilegiativam De Luc. de Feudis disc. 43. n. 21. de Regal. disc. 83. n. 11.

17 Hujusmodi statuta in quo differant a statutis fœminarum exclusivis De Luc. de success. disc. 25. n. 9.

18 Hæ statuta indigent confirmatione specifica Card. De Luc. de success. d. disc. 25. n. 3. et 6.

19 Statuta excludentia forenses a bonis stabilibus non procedunt in mobilibus, nec in bonis tertiæ speciei

Cy-

Cyriac. *contr.* 14. *nu.* 30. *et seqq.* Rot. coram Royas *dec.* 332. *n.* 4. *et dec.* 355. *n.* 9. De Luc. *de Regal. disc.* 83. *n.* 7.

20. Princeps potest habilitere forensem ad ecquirendum, & relaxere vinculum stetuti. Cyriac. *contr.* 14. *n.* 19. *contr.* 205. *n.* 60. & 61. & *contr.* 291. *sub n.* 85. & *seqq.* Caprar. *dec.* 471. *nu.* 7. *part.* 2.

21 Forensis possessor, bonorum noa obstante statuto, potest in forensem disponere. Surd. *cons.* 48. *n.* 26. & 27. Eugen. *cons.* 9. *nu.* 39. *lib.* 1. Honded. *cons.* 23. *n.* 9. & 10. *lib.* 2. Caprar. *dec.* 210. *n.* 25. *part.* 1.

22 Extractio annonæ est prohibita Card. De Luc. *de Regal. disc.* 133. *n.* 7. Ex extractio bladarum est de genere prohibitorum Gatt. *cons.* 26. *n.* 7.

23 Tracta concessa alicui Appaltatori en exerceri valeat finito appalto in frugibus emptis eo durante Card. De Luc. *de Regal. dict. disc.* 133. *per tot.* Et quomodo practicanda extractio competens Appaltatori post finitum eppaltum *ibid. num.* 7. concessa pro uno an suffragetur in alio *ibid. n.* 2. Et libertas extractionis ex pacto concessa viro de fructibus bonorum dotalium durat etiam eo soluto *ibid. n.* 6.

24 Bona quæ venerunt eb extra in regionem, ubi adest prohibitio, non intrat prohibitio extrectionis De Luc. *de Regal. disc.* 133. *n.* 5.

25 Facoltas extrahendi intelligitur, quatenus regionis necessitas non urgeat, & victualia abundent *d. disc.* 133. *n.* 8. & *disc.* 148. *n.* 30. & *disc.* 150. *nu.* 14.

Quare ob superventam penuriam revocatur concessio extractionis; etiam ex causa onerosa De Luc. *Annot. ad Relat. Cur. nu.* 55. *cum seqq.* Et en reficiendum sit interesse Appaltatori *a dict. nu.* 55. & *seqq.* & vide eumdem *de Regal. disc.* 159. *n.* 14.

Et quando revocari valeat per Principem *a dict. n.* 55. & *seqq.* & *de Regal. disc.* 148. *n.* 30.

26 Contra extrahentes victualia prohibita an procedi valeat per inquisitionem, vel debeat capi in fraganti, & quomodo sit procedendum De Luc. *de Regal. in annot. ad disc.* 133. *vers. in quibus autem.*

Repertus in territorio quando diei valeat repertus in fraganti extractionis, & contrabanni De Luc. *de Regal. disc.* 153. *a n.* 27. Vide Bonden. *tom.* 2. *collect.* 3.

Non incidit in pœna, qui repertus fuit in via, & non extraxit Negus. *cons.* 397 *a num.* 14. Giurb. *cons.* 16. *n.* 25. Gatt. *cons.* 6. *n.* 62. nec sufficiunt præparamente, quod aptaverit sarcinas Giurb. & Gatt. *loc. cit.*

27 Forensis non ligatur statuto prohibente subditis extractionem Gatt. *cons.* 6. *nu.* 61. Extractio bladarum non subdito non est prohibita, nec etiam in casu penuriæ, & quodcunque proclama prohibens illum non afficit Gatt. *cons.* 26. *n.* 79.

28 De extractione rerum prohibite, ejusque crimine, & pœna Rocc. *in tract. de offic.*

29 Extrahi quæ possunt an incident in commissum ex rebus illicitis simul oneratis, res extractæ a Regno in contrabannum, & captæ extra Regnum an sint Fisco Regni restituendæ, an pœnæ extrahentium transeant in hæredes, & alia Rocc. *ibidem.*

De statuto circa lucrum Dotis.

1 STatutum disponens quòd uxore præmoriente sine liberis, maritus lucretur totam dotem, vel illius partem, est de jure validum, cùm unum jus civile possit alterum tollere, *§. fin. Institut. de jur. nat. gent. & civil.* Bart. & alii *in l. hac edictali, C. de 2. nupt.* latè Roland. *tract. de lucro dot. quæst.* 2. *per tot.* plenè Tusch. *litt. S. conclus.* 511. *per tot.* ubi etiam quando locum habeat, vel non, & *conclus.* 510. ubi de variis statutis in hac materia, & quomodo intelligantur. Constant. *ad statut. Urb. annot.* 33. *art.* 1. *tom.* 2. *in princ. ubi n.* 8. dicit dictum statutum vigere per totam Italiam. Vide Statutum nostrum Parmense, & ibi Addentes.

Materiam Statuti de lucro dotis, & plures quæstiones ad eam spectantes tractant Conciol. & Romaguer. *in Addit. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 46. *per tot.* aliique plures eb ipsis citati, & præcipuè Romaguer. ex Modernioribus, Pegas *de ordin. Regn. Portugal. tom.* 7. *tit.* 87. *gloss.* 11. *§.* 9. *num.* 81. & *seqq.* Valenzuel. Valazq. *cons.* 13. *per tot.* Urceol. *Consult. forens.* 10. 11. 18. & 36. *cum Appendicibus,* Boss. *de dote cap.* 2. *§.* 1. *n.* 31. & *seqq.* qui Romaguer. *n.* 31. &c. testatur quod in Provincia Cathaloniæ non adest aliqua similis dispositio, nisi fiat pactum, quo casu debitum esset voluntarium, & non compensaretur cum legato, nisi aliter constet de voluntate legantis, vide *in §. Lucrum & §. Legatum n.* Constant. *d. rubr.* 33. Cyriac. *controv.* 271. *n.* 16. & *seqq.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *dec.* 1. *a nu.* 1. *vol.* 3. & *lib.* 6. *decis.* 5. *dec.* 6. & *dec.* 8. *eod. vol.* 3. & *lib.* 6. *dec.* 11. 12. 14. 29. & 30. *vol.* 1.

Quòd Statutum de lucro dotis procedat etiam ad favorem viri, qui uxorem occidit ex causa adulterii, ex quibus adulterium probetur, & alia ad rem, latè Andreol. *contr.* 336. *per tot.* & dixi *in §. Homicidium n.* 12. & 20.

Loquens de lucro dotis datæ, an procedet in dote promissa, adveniente casu, ante diem solutionis, latè Andreol. *controvers.* 386. ubi impugnat Altogr. *cons.* 92. *lib.* 2. Constant. *dict. annot.* 33. *n.* 29. *tom.* 1. Urceol. *consult. for. cap.* 36. *a n.* 1. & *seqq.* Et an debeatur de Dote promissa De Luc. *de Dot. disc.* 42. *sub n.* 8. *disc.* 128. *n.* 12. *disc.* 107. *nu.* 4. *disc.* 129. *a n.* 2. *disc.* 210. *n.* 2. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 14. *n.* 17. *vol.* 1. Bertachin. *vol.* 22. *n.* 4.

Estque valdè rationabile, & honestum propter onera matrimonii, quæ sustinet maritus, vel secundum aliquos in solatium amissæ uxoris, vel ob fœdum matrimonii, Alex. *cons.* 57. *col. penultim. lib.* 1. gloss. & Jas. *in l. si donatarius, §. fin. ff. de cond. ob caus.* cum aliis per Roland. *d. tract. quæst.* 4. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 511. *num.* 9. & *seqq.* ubi ob publicam utilitatem, ut viri faciliùs inducantur ad contrahendum matrimonium, & viduæ illos inveniant, etiam in præjudicium filiorum primi matrimonii, de quibus latè Constant. *loc. cit. à n.* 15. Gratian. *dec.* 185. *n.* 5.

Quòd hujusmodi statutum, quamvis sit contra jus commune, & illius correctorium, dicatur favorabile, & extendendum, maximè si lucrum sit reciprocum, Gratian. *discept. for. cap.* 607. *n.* 4. &c. Merend. *contr. jur. lib.* 3. *contr.* 5. *n.* 10. &c. Roland. *d tract. quæst.* 24. *n* 6. dixi *in resol. cap.* 46. *nu.* 7. Rot. *part.* 13. *d. dec.* 511. *n.* 10. ubi loquitur simpliciter, & etiam in præjudicium filiorum primi matrimonii. Constantin. *ubi supr. n.* 3. 6. 7. & *à nu.* 9. Rot. *dec.* 53. *n.* 9. *part.* 3. *recent.*

Sed contra quòd imò sit exorbitens, correctorium, valdè odiosum, restringendum, strictè, & propriè intelligendum, Roland. *tract. quæst.* 2. *per tot.* idem Grat. *discept. forens. cap.* 197. *per tot.* Altograd. *cons.* 29. *n.* 14. & *seqq. lib.* 2. & *ibidem n.* 26. 31. & 33. ostendit etiam quòd sit pœnale. Constant. *loc. cit. n.* 3. & *n.* 150. ubi adducit contr. tenentes Mar. Venturin. *cons.* 13. *n.* 18. Vide De Luc. *de Dot. disc.* 134. *num.* 8.

An si lucrum dotis excedat metam legalem opus sit insinuatione, & usque ad quam summam sustineatur, Roland. *loc. cit. quæst.* 53.

Statutum deferens lucrum dotis marito, *decedente uxore in matrimonio copulata*, non habet locum 2
ubi matrimonium fuit tantùm contractum per verba de præsenti, & non fuit sequuta copula, Salyc. *in l. cum te C. de donat. ante nupt.* Abb. *in Rub. de sponsal.* Bald. *in l. non sine, C. de bon. quæ lib.* idem Bald. *cons.* 199. *in* 2. *dub. vol.* 3. Roland. *de dot. quæst.* 108. *ubi n.* 4. limitat nisi statutum aliter disponeret, vel nisi stetisset per mulierem quin carnaliter cognita fuisset; vel quia voluerit ingredi monasterium Mendicantium, & in eo profiteri, quia tunc maritus lucratur dotem, ut de communi Vivi. *com. opin.* 815. *nu.* 11. de omnibus contentis sub hoc numero latè agit Constant. *ad Stat. Urb. loc. cit. à nu.* 106. Vide De Luc. *de Dot. disc.* 135. *sub n. fin.*

Sufficeret autem matrimonium etiam per momentum tantùm durasse, idem Roland. *quæst.* 46. & 106. Vivi. *comm. opin.* 815. *n.* 9. & *seqq.*

Quòd

Digitized by Google

Quòd quamvis statutum requirat matrimonium esse consumatum, procedat tamen & maritus dotem lucretur quando non stetit per eum, sed per uxorem quominus consumaretur, ut quia voluit monasterium ingredi, cùm æquiparetur implementum verum, & fictum procedens ex eo quod stetit per eum, cui erat implementum, quin impleretur, *l. jure civili, ff. de condit. & demonstrat.* Castr. *conf.* 184. *in fine lib.* 1. Roland. *quæst.* 7. *nu.* 7. latè Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 92. *nu.* 1. *& seqq. ad* 9. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 32. *num.* 19. Vivi. *comm. opin.* 815. *n.* 15. Boer. *dec.* 22. *nu.* 39. Vide De Luc. *dict. disc.* 135. *sub n. fin.*

Stante tamen simultanea dormitione, cùm fœminæ præsumantur procliviores ad coitum, quàm masculi præsertim in casu licito, non præsumitur stetisse per uxorem, sed potiùs per virum, qui ad effectum lucrandi dotem tenebitur probare, latè Rot. *in eadem causa d. part* 2. *div. dec.* 105. *per tot.* ubi tamen quòd ex tali dormitione per plures noctes præsumitur consumatio matrimonii, nisi contrarium probetur, prout in alio casu, ex confessione ipsius mariti, qua probatione stante præsumitur, ut supra stetisse per virum, & non per uxorem.

Plura qualiter probetur, & ex quibus conjecturis præsumatur sequuta copula inter virum, & uxorem, Rot. in Romana nullitatis matrimonii 19. Junii 1651. coram Otthobono penes Paul. Zacch. *quæst. Medic. legal. tom.* 2. *dec.* 87. *& dec.* 97. facit quod dixi in *§. Stuprum n.*

An statutum disponens, quòd *uxore præmortua in matrimonio sine liberis maritus lucretur dotem*, habeat locum si sponsa de præsenti moriatur antequam fuerit cognita, vel ad domum viri traducta, dubium maximum appellat, Roland. *de lucr. dot. qu.* 106. ubi post relatas duas ad invicem contrarias opiniones, alteram affirmativam, & alteram negativam cum illarum rationibus, & sequacibus tamdem ipse *n.* 36. *& seqq.* conciliando distinguit, ut affirmativa procedat ubi maritus traduxit uxorem ad domum, licèt illam non cognoverit, vel si cœpit onera matrimonii sustinere in faciendo vestes, & ornamenta alicujus valoris, licèt illam non traduxerit, nec cognoverit, vel si per maritum non stetit; negativa verò locum habeat ubi maritus nulla, vel modica onera sustinuit, vel per eum stetit quominus uxor traduceretur, vel cognosceretur, vide Afflict. *dec.* 61. *n.* 4. Boer. *dec.* 22. *nu.* 37. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 147. *n.* 410. *& seqq.* Peregrin. *dec. Patavin.* 15. *per tot.* ubi pro marito in terminis statuti loquentis de muliere decedente constante matrimonio sine communibus filiis, licèt causa propter difficultatem fuerit arbitratiè terminata.

Quòd si statutum loquitur de morte uxoris ductæ, non procedat in simpliciter desponsata etiam per verba de præsenti, cum non dicatur ducta, nisi fuerit ad domum conducta, & idcò non debeatur lucrum, cùm deficiat qualitas à statuto requisita, Bald. *con.* 467. *vol.* 4. Roland. *dict. tract. quæst.* 109. *per tot.* ubi etiam refert rationes, & auctoritates in contrarium, quibus respondet.

Non autem habent locum similia statuta in sponsis per verba de futuro, idem Roland. *qu.* 12. *per tot.*

Plura etiam de antefato dubio mulieri mortuo marito, an, & quando debeatur, vel non, & quid si mulier fuerit tantum deosculata, non aliter matrimonio consumato, & alia, Novar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 75. *per tot.* vide in §. *Donatio nu.* 8. De Luc. *de Dot. disc.* 128. 129. 135.

Statutum loquens de lucro dotis, an habeat lo-
3 cum in dote præsumpta, vide Alexand. *cons.* 122. *lib.* 7. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 47. ubi an, & quando dispositum in casu vero, locum habeat in casu præsumpto, Boer. *decis.* 22. *per tot.* Roland. *de luc. dot. quæst.* 76. ubi videtur tenere quòd non, quando statutum loquitur de dote promissa, cùm requiratur factum hominis in promittendo, secus autem si loquatur de dote data, vel promissa, quia tunc vigore alternativæ verificatur in dote data, etiam ex constitutione, & præsumptione legis, quæ propriè dos dicitur, Ruin. *cons.* 61. *vol.* 3. Menend. *contr. jur. lib.* 2. *contr.* 46. *per tot.* ubi affirmativam comprobat opinionem, & prædictos DD. declarat, benè etiam Peregrin. *dec. Pat.* 34. Add. Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 33. *num.* 55. *tom.* 2. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 5. *quæst.* 22. *nu.* 30. *& seqq.* De Luc. *de Dot. disc.* 207. *a num.* 5. *cum seqq. & disc* 214. *n.* 5. *&* 6.

An autem, & quando mulier præsumatur omnia bona sua dedisse in dotem, ita ut maritus possit ex dispositione statuti illam lucrari, latè Roland. *d. tract. quæst.* 71. *& seq ad* 82. vide in §. *Mulier n.*

Statutum quòd maritus lucretur dotem, *mortua* 4
uxore in matrimonio sine liberis ex primo viro, non procedit si uxor decedat cum liberis ex utroque marito, & idem est si statutum simpliciter disponat *uxore præmoriente sine filiis*, nam non habet locum si decedat cum filiis, quia utroque casu dicitur defecta conditio, sub qua lucrum defertur, & sumitur argumentum à contrario sensu, quòd extantibus liberis maritus excludatur, præsertim cum ex eo non sequatur juris communis correctio, sed potiùs confirmatio, secundùm quod filii omnes æqualiter admittuntur ad successionem matris, Pract. Pap *libell. pro legat. rei sing. glos.* 1. *n.* 81. Curt. jun. *cons.* 93. *vol.* 3. Soccin. jun. *cons.* 27. *col. pen. lib.* 1. Ruin. *cons.* 58. *col.* 6. *&* 7. *cons.* 59. *col.* 8. *cons.* 63 *col.* 1. *vol.* 3. Roland. *de lucr. dotis quæst.* 43. *per tot.* Magon. *dec. Flor.* 107. *n.* 12. *&c.* Altograd. *cons.* 33. *n.* 1. 8. 9. 15. *& per tot.* ubi quòd statutum, deferens lucrum viro decedente uxore sine filiis, non procedit illis extantibus, quasi datum sub una conditione, sub contraria videatur ademptum, sive filii sint ex primo, sive ex secundo matrimonio, vide in §. *Divisio n.* 15. *infr. n.* 8. Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 192. *per tot.* de quibus agit Constant. *ad Stat. Urb. rubr.* 33. *à n.* 145. Rot. *dec.* 255. *part.* 4. *div. dec.* 406. *n.* 14. *& seqq. par.* 9 *rec.*

Non tamen sufficit ad exclusionem mariti semel extitisse filios, si ante mortem uxoris decesserint cùm sit attendendum tempus mortis uxoris, Roland. *loc. cit. quæst.* 52.

Statutum simpliciter disponens quòd *uxore præ-* 5
moriente, maritus lucretur dotem, sive partem illius, absque aliqua conditione non existentiæ filiorum, non videtur procedere si filii extent, cùm dicta conditio videatur à lege subintellecta, juxta *l. cum acutissimi C. de fideicommiss. & l. cum avus ff de condit. & demonstrat.* & dixi in §. *Conditio num.* vel etiam quia lucrum perfectè quæsitum revocatur per supervenientiam filiorum, juxta *l. si unquam C. de revoc. donat.* dixi in §. *Donatio nu.* Vivi. *commun. opin.* 815. *n.* 1. *&c.*

Contrarium tamen est verius, ut stante dicta simplici dispositione, maritus lucretur dotem, etiam si extent filii, juxta *l. cum gloss. ff. de pact. dotal.* Castr. *in l.* 2. *in princip. col.* 3. *ff. solut. matrimon.* ubi etiam Alex. Jas. & alii, Ruin. *cons.* 101. *col.* 3. *volum.* 1. Roland. *de dot. quæst.* 87. ubi dicit contraria non obstare, quia primum loquitur de lucro ex causa merè lucrativa, secundùm autem non procedit in donatione ob causam, prout in casu nostro, in quo lucrum procedit ex causa onerosa, & ob causam matrimonii.

Si tamen posteà maritus transeat ad secunda vota, habet in dicto lucro ad summum, nudum usumfructum, & tenetur reservare illius proprietatem filiis dicti matrimonii, juxta *l. fœminæ*, ubi Bart. & alii *C. de secund. nupt. l. generaliter C. eod.* Roland. *d. tract. quæst* 86. *per tot.* vide in §. *Dispositio n.* §. *Lucrum n.* §. *Mater n.* & §. *Pater num.*

Statutum expressè disponens, *quod uxore præmo-* 6
riente maritus lucretur dotem etiam extantibus filiis ex primo marito, est validum, cùm possit expressè, imò etiam tacitè, & per incompatibilitatem verborum derogare dispositioni, *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* licèt id facere non possint contrahentes ex pacto, Castr. *in l.* 1. *C. de inoff. dot.* ubi quòd cùm esset unus ex compilatoribus statutorum Florentiæ fecit hoc addere statuto Florentino, quia viduæ non reperiebant maritum quando habebant filios

lios ex primo viro, Bald. *in d. l.* 1. *col.* 3. *verf.* 3. Dec. *conf.* 19. *col.* 2. *& conf.* 195. *col.* 2. Parif. *conf.* 62. *col.* 3. *vol.* 4. Roland. *de lucr. dot. quæst.* 5. *n.* 12. & latiùs *quæst.* 24. *per tot. cum pluribus seqq.* ubi an, & quomodo possit etiam tacitè derogare ut supra, Altograd. *conf.* 33. *n.* 24. *& seqq. lib.* 2. diai *in resol. cap.* 46. *n.* 11. *& seqq. per tot.* vide *in §. Dispositio n.* 8. *&c.* Merlin. *dec.* 38. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 428. *n.* 13. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 353. *cum Addit.* Vivi. *comm. opin.* 815. *num.* 2. *& seqq.* Bich. *dec.* 357. *&* 460. *per tot.* ubi in tasminis statuti Bononiæ. vide Constaot. *ad Statut. urb. annot.* 33. *à n.* 151. *tom.* 2. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 130. *&* 131.

An autem stante dicto statuto derogante expresse, vel tacitè dispositioni, *d. l. hac edictali, C. de secund. nupt.* videatur etiam præjudicatum filiis primi matrimonii, quoad legitimam ipsius in bonis maternis debitam, negativam opinionem sustinent multi; maximè si in dicto statuto non fiat expresse mentio de legitima ea eo quia non veniat sub generali dispositione, & sit quid diversum à portione *d. l. hac edictali*, ut latè comprobat Hodiern. *in d. l. hac edictali quæst.* 6. *num.* 16. 31. *& per tot.* Altograd. *conf.* 34. *n.* 1. *lib.* 2. ubi ancipitem valdè quæstionem appellat, vide *in §. Divisio n.* 15. *& §. Filia n.* 88. Roland. *d. tract. quæst.* 27. ubi quòd legitima est quid diversum, & non confonditur cum portione *d. l.* sequitur Merlin. *dec.* 38. *n.* 17. *&c.* ubi tamen loquitur in casu, quo non eras derogatum *d. l.* Vide De Luc. *de Dot. disc.* 108. *n.* 8. *disc.* 130. *n.* 11. *&* 12. *de Donat. disc.* 50. *nn.* 3. 7. *& seq.* Mantiss. ad eumd. *lib.* 11. *dec.* 1. *n.* 14. *vol.* 3.

Contrarium autem, quòd quando est derogandum *d. l. hac edictali*, censeatur etiam sublata legitima filiorum primi matrimonii, & juxta magis communem opinionem veniat sub generali dispositione dicti statuti, probat Gratian. *discept. for. cap.* 300. *n.* 23. *& seqq.* Roland. *de dot. quæst.* 24. *nn.* 6. & secutus sum *in resolut. cap.* 46. *n.* 5. *&* 6. vide Sanfelic. *cum Addit. dec.* 353. ubi plura ad rem facientia, & Bich. *dec.* 357. *&* 460. *per tot.*

7 Statutum prædictum deferens lucrum marito, *etiam extantibus filiis ex primo matrimonio*, illis non præjudicat si sint alienæ jurisdictionis, & forenses non subjecti territorio statuentium, licèt ibi essent sita bona dotalia, & licèt essent omnes sub eodem Principe, Castr. *conf.* 263. *vol.* 2 Roland. *d. tract. q.* 36. *per tot.* Magon. *dec. Flor.* 107. *per tot.* Rot. *in* Faventina dotis, vel successionis 21. Februar. 1639. cor. Dunozetto, & in Imolens. legitimæ 1. Julii 1644. coram eodem, & hæc ultima habetur penes Urceol. *consult. forens. c.* 18. *n.* 41. *& seqq.*

8 Statutum disponens quòd *uxore præmoriente sine filiis maritus lucretur dotem*, an habeat locum, & videatur derogare dispositioni *l. hac edictali C. de secund. nupt. si uxor decedat cum filiis ex primo matrimonio, & sine filiis ex secundo*, affirmativam opinionem probat Pract. Papp. *libel. ad dot. et usumfruct. glos. dictæ Dominæ, & libel. pro legat. rei sing. gl.* 1. *n.* 80. *cum Addit.* Vide Caprar. *dec.* 224. *a n.* 27. *part.* 1. *et dec.* 396. *n.* 19. *ead. part.* 1.

Negativam autem, & melius firmat Roland. *de luc. dot. quæst.* 26. *n.* 8. *et seqq. per tot.* ubi plures allegat, & contrariis respondet, & quòd in hoc casu secundus maritus non potest plus consequi, quàm quilibet ex filiis primi matrimonii, & sic juxta terminos *d. l. hac edictali Cod. de secund. nupt.* Grat. *discept. forens. cap.* 463. *n.* 13. *&c.* vide *in resol. c.* 46. *per tot. et in hoc opere §. Dispositio n.* 9. *et §. Divisio n.* 15. *supra num.* 4. vide Rot. *part.* 4. *Divers. dec.* 255. *et part.* 14. *recent. dec.* 467. *nn.* 11. *et* 12. ubi quòd non intrat dispositio statuti propter existentiam filiorum primi matrimonii, cùm non procedat in casu mixto intelligendo tamen quando maritus vellet totam dotem lucrari, quia tunc cùm statutum non deroget *l. hac edictali*, non est attendendum in præjudicium filiorum primi matrimonii, secùs si partem tantùm prætendat, quæ non inducat inæqualitatem cum filiis primi matrimonii, quia tunc non procedit statutum quatenus non adversatur dispositioni *d. l. hac edictali*, vide Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 366. *per tot.* De Luc. *locis sup. citatis*.

Quòd statutum deferens lucrum in defectum filiorum simpliciter, & indefinitè non habeat locum extantibus etiam tantum filiis primi matrimonii, cùm non dicatur sine liberis decedere, quæ ex alio matrimonio liberos habet, Altograd. *conf.* 33. *n.* 15. *lib.* 2. vide Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 366.

Quod non procedat, si decedat cum filiis, vel etiam sine filiis, sed cum nepote ex filio, quia talis nepos dicitur filius, eademque caro, & spiritus cum patre, cujus personam repræsentat, etiam si statutum dicat, *sine filiis ex se natis*, Roland. *de dot. quæst.* 56. *per tot.* & sufficit si decedat cum uno filio tantùm, vel etiam filia fœmina, Roland. *loc. cit. q.* 55.

Statutum quòd uxore præmoriente sine filiis ma- 9
ritus lucretur dotem, verificatur etiam in morte civili, & sic si uxor ingrediatur monasterium mendicantium servatis de jure servandis, Roland. *tract. de lucr. dot. quæst.* 95. *per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 92. *n.* 9. *& seqq.* ubi latè declarat, & objectis respondet, quia isto casu monasterium non habetur loco filii, & sic mulier dicitur decedere sine filiis, prout requirit statutum, ut ibidem latè *per totum* sequitur Urceol. *Consult. for. cap.* 41. *n.* 13. *in fine*, vide *in §. Lucrum n. & §. Mors n.*

Idem est si uxor fuerit damnata ad mortem, & etiam illius bona confiscata, nam adhuc potest maritus vigore dicti statuti, vel etiam pacti, adversus fiscum petere, & obtinere lucrum sibi debitum, cùm delictum uxoris non debeat nocere marito, Batt. *in l. quinque legibus, ff. de bon. damnat.* Alberic. de Rosat. *tract. de statuto part.* 3. *qu.* 5. Angel. *tract. de malef. verb. Et ejus bona publicamus vers. An uxor damnata*, Soccin. *consil.* 121. *colum.* 4. *vol.* 4 Campeg. *de dot. qu.* 80. *privil.* 8. Roland. *de lucr. dot. qu.* 59. *per tot.*

An autem dictum statutum deferens lucrum dotis in casu mortis, locum habeat in casu separationis thori dixi in §. *Lucrum num.*

Statutum simpliciter disponens de lucro dotis, an 10
habeat locum in dote promissa, & nondum soluta, negativam opinionem quando est omninò incerta, & quando evenit casus lucri ante diem solutioni dotis præfixum sustinent, Jas. *in §. Fuerat. n.* 127. *Institut. de act.* Ang. *conf.* 158. Boer. *quæst.* 22. *nn.* 7. 28. 40. *&c.* facit Afflict. *dec.* 242. & vide Add. ad eumdem Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 14. *nn.* 17. *vol.* 1.

Sed vide Roland. *de lucr. dot qu.* 5. *per tot.* Tiraq. *de retract. convent. §. fin. n.* 36. *&* 37. Capyc. *dec.* 276. *n.* 31. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 666. *n.* 24. *&c.* Michalor. *de fratr. par.* 2 *cap.* 23. *nu.* 16. *&c.* Rot. post Fenzon. *ad stat. Urb. dec.* 72. Ludovis. *dec.* 5. 21. *&* 204. *n.* 20. *& seqq.* Thes. *quæst.* 75. *lib.* 2. Gayl. *observ.* 79. Merend. *lib.* 3. *contr. jur. cap.* 6. *n.* 3. *etc.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 1. *nu.* 21. Altograd. *conf.* 29. *n.* 1. *et seqq. per tot. lib.* 2. qui omnes concludunt, si statutum simpliciter loquatur de dote lucranda habere locum indistinctè, etiam in dote promissa, Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 25. *n.* 1. *part.* 13. *dec.* 367. *nu.* 12. *etc. dec.* 511. *nu.* 15. Rot. post Urceol. *de transact. dec.* 55. *n.* 9. *vide in §. Dos n.* 1. Paul. Christin. *dec.* 132. *n.* 15. *etc. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 518. latè Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 43. *n.* 7. *et seqq. per tot.* ubi tamen quòd debet expectari tempus solutioni præfixum, quo finito, & non antea debetur lucrum, juxta Rot. pes Farinac. *decis.* 256. & post Salgad. *Labyrint. cred. dec.* 14. *num.* 5. *&c.* Mantic. *dec.* 337. *per tot. & in tract. de tacit. & ambig. lib.* 20. *tit.* 5. *n.* 24. *&c.* Addit. ad Baratt. *dec.* 422. *n.* 11. Boss. *tract. de dote cap.* 2. *n.* 41. *& seqq. fol. mihi* 36. *&c.* Fenzon. *ad stat. Urb. c.* 131. vide *infr. n.* 11. *vers. Contrarium autem* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 1. *qu.* 10. *per tot.* ubi qualiter procedat etiam in dote confessata. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *dec.* 1. *n.* 9. *vol.* 3. Caprar. *dec.* 396. *n.* 11. *part.* 1.

Quid autem si promissio dotis fuerit conditionalis, &

Digitized by Google

& solvatur matrimonium ante adventum conditionis, vide Rot. d. dec. 43. per tot. p. 10. rec. Constant. ad Statut. Urb. annot. 31. n. 36. tom. 2. Pigent. ad Statut. Ferr. Rubr. 207. n. 40.

11 Statutum si disponat, quòd maritus lucretur dotem datam, vel traditam, non habet locum in dote assignata, vel promissa tantùm, & nondum soluta, vel tradita, nisi probaretur communis usus loquendi, quòd dos dicatur data statim atque fuit promissa, prout audivimus quotidie dici, talis dedit filiæ suæ mille pro dote, statim ac illam promisit, sed iste communis usus loquendi deberet probari de tempore conditi statuti, vel saltem adeò antiquo, ut ante hominum memoriam inolevisset, Becc. cons. 53. n. 5. lib. 2. Bart. in l. jubemus §. Sanè Cod. de Sacr. Eccles. Bald. in l. fin. col. 1. C. de dot. promiss. & cons. 333. vol. 4. & consil. 467. in fin. dict. vol. 4. Guid. Pap. dec. 274. Capye. decis. 176. Boer. dec. 22. cum aliis, quos refert, & sequitur Roland. de lucr. dot. quæst. 6. per tot. Thes. quæst. for. lib. 2. cap. 75. n. 3. Merend. contr. jur. lib. 3. c. 6. num. 10. ubi dicit Roland. loc. cit. optimè loqui respectu limitationis prædictæ, Altograd. cons. 29. n. 54. &c. lib. 2. Peregrin. dec. 18. per tot. & decis. 34. n. 11. & seqq. Francisc. de Angelis plures addens, & declarans in tract. de confess. lib. 1. q. 10. n. 17. & seqq.

Plura de communi usu loquendi attendendo, Gratian. discept. for. capit. 607. n. 8. &c. & dixi in §. Usus communis.

Contrarium autem quoad principalem conclusionem, nempè statutum de lucro dotis datæ habere locum etiam in dote promissa probant alii de æquitate, & magis recepta opinione attestantes, & Bart. ipse parum sibi constans cons. 132. n. 3. lib. 1. Boer. qu. 22. n. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. n. 21. ubi plures allegat Merend. d. contr. 6. n. 7. &c. Barbos. de appellat. verb. signif. appellat. 84. num. 9. Peregrin. dec. Pat. 18. dec. 34. num. 13. &c. dec. 154. ubi quòd dictum statutum habet locum in dote promissa, licèt utatur verbo, remaneat, vel loquatur de dote data, sive mulier fuerit dotata ab extraneo, sive a se ipsa; non tamen peti potest hujusmodi lucrum pendente dilatione data ad solvendam dotem, sed illa demum finita pro parte nondum soluta, quamvis non desint etiam qui tenuerint integrum lucrum deberi statim adveniente casu illius, habito respectu etiam ad partes dotis nondum decursas, & sic non expectato illarum adventu, & ita obtinuisse, ac judicasse testatur Peregrin. d. dec. 154. n. 2. Quòd tamen regulis juris adversari dicit Urceol. Consult. forens. cap. 36. per tot. & præcipuè n. 15. ubi quoad hoc ultimum allegat Fenzon. ad stat. urb. capit. 131. n. 26. Burat. dec. 432. sub n. 11. in Annot. Mantic. dec. 337. Rot. in Romana lucri dotis Ven. 5. Aprilis 1647. coram Terracinen. post Salgad. Labyr. cred. dec. 14. n. 5. &c. & par. 10. rec. dec. 43. latè Boss. de dote cap. 2. n. 51. & seqq. fol. mihi 38. &c. latè Constant. ad Statut. Urb. annot. 33. à n. 29. tom. 2.

Hæcque secunda opinio tantò magis procedit, si mulier, vel alius dotem promittens sit in mora solvendi, & sic quando præteriit dies solutioni dotis præfixus, Bart. d. cons. 132. lib. 1. Roland. de dot. quæst. 7. & 8. per tot. latè Gratian. dec. 230. per tot. Peregrin. dec. 18. per tot. Ludovis. dec. 5. per tot. & decis. 204. num. 25 & seqq. Boss. de dot. loc. cit. Constant. loc. cit. Card. De Luc. de dot. disc. 148. n. 7. cum aliis per eum relatis.

Quòd quando statutum loquitur non simpliciter de dote sed de dote data, ità demum locum habeat in dote promissa, si dies solutionis advenerit, & debitor sit in mora, aliàs secus cessante mora, latè omnibus objectis satisfaciendo, & contrarias DD. sententias declarando decisivè, & de magis communi respondet Altograd. cons. 29. per tot. lib. 2. & cons. 30. nu. 1. &c. lib. 2. Sed indistinctè procedere probat Peregrin. d. dec. 18. & 154.

Item procedit absque dubio secunda opinio, nisi in eodem statuto adsit aliquod verbum, licèt obiter prolatum de dote promissa, vel quòd de dote promissa possint intelligi, vel verificari, idem Altograd. dict. consil. 30. n. 32.

Item procedit si rubrica statuti continens orationem perfectam loquatur simpliciter, & generaliter de lucro dotis, nam etsi in nigro, & textu fiat postea mentio de dote data, locum habet etiam in promissa, propter generalitatem Rubricæ, à qua licitum est arguere, & non restringitur per nigrum magis specialiter loquens, Roland. de dot. quæst. 9. per tot. quem rectissime loqui dicit Merend. dict. contr. 6. n. 11. Menoch. lib. 6. præsumpt. 1. n. 21. & per tot. ubi quando Rubrica disponat, vel præsumptionem tantùm inducat, admittit etiam in his terminis Altogr. cons. 29. n. 52. &c. cons. 30. n. 3. 30. & 49. lib. 2. Ludovis. dec. 5. n. 1. & seqq.

Plura de dicta quæstione, quando statutum de dote lucranda, habeat locum vel non in dote promissa, Gratian. dec. 330. per tot. cum Addit. ubi plures casus distinguit Merend. contr. jur. lib. 3. cap. 6. per tot. & alii supra relati, Paul. Christin. dec. Belg. 50. n. 20. & seqq. vol. 6. Ricc. Collect. 518. Pereg. dec. 28. & 154. per tot. Francisc. de Angelis tr. de confess. lib. 1. quæst. 10. per tot. ubi qualiter procedat etiam in dote confessata, plenè Boss. tract. de dot. c. 2. n. 51. & seqq. fol. mihi 38. & seqq. De Luc. de succession. disc. 40. num. 16. Mantiss. ad De Luc. lib. 6. dec. 14. n. 17. & dec. 30. n. 19. vol. 1.

Statutum quòd maritus lucretur dimidiam dotis, & aliam restituat non videtur posse habere locum in dote promissa, cùm verbum restituere non possit verificari in eo, quod non fuit traditum, ut latè probat Roland. de luc. dot. qu. 11. per tot. Mantic. de tacit. & ambig. lib 12. tit. 5. n. 19. &c. 12

Contrarium autem defendit subtiliter Merend. controv. jur. lib. 3. cap. 6. nu. 14. &c. Thes. quæst. 75. n. 4. lib. 2. latè in terminis statuti Lucensis Altograd. consil. 30. per tot. libr. 2. ubi quòd isto casu supposita mora debitoris in solvendo dotem viro promissam, res nullam habet difficultatem, sed idem tenet etiam cessante mora, ut adhuc viro debeatur lucrum dotis promissæ, illique competat actio ad illud petendum adveniente tempore solutionis ipsius dotis, licèt uxor prædecessisset pendente termino solutioni præfixo, Mantic. dec. 337. per tot. cum aliis per Altograd dict. consil. 30. in fine lib. 2. ubi etiam refert alios tenentes lucrum non deberi cessante mora, & in specie Peregr. consil. 88. lib. 2. vide latè Boss. de dot. cap. 2. n. 61. & seqq. fol. 41. &c.

Statutum de lucro certæ partis dotis non habet locum in jocalibus, & paraphrenalibus, Cagnol. in reg. cum principalis ff. de reg. jur. & videtur sequi Merend. contr. jur. lib. 2. cap. 45. per tot. Gratian. discep. for. cap. 671. n. 6. &c. Vide Balduc. tit. 4. de Dot. decis. 25. n. 23. Caprar. decis. 452. n. 2. part. 2. 13

Affirmativam tamen opinionem sustinet Roland. de lucr. dot. qu. 50. per tot. Alex. cons. 27. num. 10. lib. 5. & hanc partem sequitur Thes. dec. 195. quando corredum, & jocalia non ascendunt ad valorem dotis, vel tertiæ partis illius, secus autem si essemus in paraphrenalibus magni valoris, & immobilibus, ac meminit de statuto Lucensi, cum quo videtur transire, Gratian. d. c. 671. n. 9. & 10. Altogr. cens. 20. n. 25. lib. 2. ubi etiam citat. Surd. dec. 192. nu. 3. & seqq. ac alios. Constant. loc. cit. à n. 98. ubi pro utraque sent. Rot. dec. 404. n. 24. par. 5. rec.

Statutum de lucro dotis habet locum etiam in dote constituta ex bonis fideicommissariis, & idem si filia à patre instituta in dote haberet substitutum, Addit. ad Pract. Papp. libel. ex substit. glos. Compendiosè in princ. & num. 12. Roland. de lucro dot. quæst. 57. & 58. ubi intelligit quando sumus in casu permisso plenè Urceol. Consultat. forens. cap. 10. per tot. ubi inserit aliorum advocatorum responsa, & duas decisiones Rotæ Romanæ, facit contra Gratian. cap. 245. num. 50. &c. vide in §. Dos n. 41. §. Lucrum n. 7. Peregrin. dec. 96. n. 5. &c. dec. 154. n. pr. Rot. par. 9. rec. dec. 438. num. 40. & per tot. & p. 13. decis. 18. per tot. & decis. 204. per tot. Constant. dict. annot. 33. num. 71. tom. 2. Vide De Luc. in Conflict. legal. observat. 33. 14

Non tamen haberet locum in bonis feudalibus, cùm

cùm eorum mulier sit incapax, nisi expressè nominetur in investitura, vel nisi concessio facta fuerit à fœmina, vel pro se, & quibus dederit, ad tradita per Roland. *de lucr. dot. qu. 54. per tot.* vide *§. Feudum n.* Constant. *loc. cit. n.* 88.

Qualiter autem procedat in bonis emphyteuticis dixi *in §. Lucrum n. 7. in fin.* Constant. *loc. cit. nu.* 87. Rot. *decis.* 43. *n.* 1. *&* 2, *& dec.* 413. *nu. pr. cor.* Coccin. Vide De Luc. *de Emphyt. disc.* 24. *n.* 6.

15 Statutũ prędictũ procedit nõ tantùm quoad dotem sed etiam quoad augmentum ipsius dotis factum constante matrimonio, cùm reputetur pars dotis, & una, eademque res non debet diverso jure censeri, Campeg. *de dot. 5. part. quæst.* 9. Paris. *cons.* 126. *& cons.* 62. *vol.* 4. Castr. *cons.* 190. *volum. pr.* Roland. *de lucro dot. quæst.* 100. *per tot.* Magon. *dec. Flor.* 34. *num.* 4. Rot. in Faventina dotis 21. Februarii 1639. coram Dunozetio, vide in *§. Augmentum, n.* Constantin. *ibidem n.* 95. Amat. *dec. Marcb.* 28. *n.* 5. 6. *&* 8.

Et intelligitur de augmento facto tam in primo, quàm in secundo, vel ulteriori matrimonio, ex quo lucrum prætenditur, Bich. *dec.* 357. *n.* 40. *& seqq.*

16 Statutum de lucro dotis noviter editum, procedit etiam quoad dotes jam datas, cùm attendatur tempus mortis uxoris, Bart. *in l. omnes populi ff. de just. & jur.* cum aliis per Roland. *de lucr. dot. qu.* 93. *per tot.*

17 Statutum prædictum de lucro dotis procedit etiam in dotibus datis filiæ spuriæ loco alimentorum, nam licèt hujusmodi dotes retineant naturam alimentorum, & mortua filia spuria debeant ad patrem dotantem reverti, tamen prius detrabitur lucrum marito debitum vigore statuti, Bald. Novel. *de dot. in 6. par. privil.* 26. *col.* 3. Gravet. *cons.* 186. *col. fin.* Alex. *cons.* 150. *vol.* 2. Roland. *de lucr. dot. quæst.* 94. *per tot.* ubi intelligit quando fundus esset datus in dotem, vel aliud capitale, secus autem si fructus tantùm ipsius fundi dati essent in dotem pro alimentis, quia tunc jus datum in dotem, morte periret, & maritus non haberet lucrum, vide *in §. Pater num.*

18 Statutum de lucrò dotis non habet locum in matrimonio putativo, quando aderat perpetua causa prohibitionis, & idem est in pacto, Bald. Felin. & alii *in cap. juravit de probat.* Salyc. & alii *in l. pr. Cod. de condit. ob caus.* Roland. *de lucru dot. qu.* 97. *per tot. et qu.* 104. ubi de matrimonio nullo. Constan. *loc. cit. num.* 118.

Habet tamen locum in matrimonio contracto inter tutorem, & pupillam, cùm de jure canonico sit validum, quicquid sit de jure civili, idem Roland. *quæst.* 101. *vide in §. Tutela num.*

19 Statuto prædicto stante, an si per uxorem fiat legatum marito, intelligatur factum animo compensandi cum dicto lucro, vide Roland. *de lucr. dot. q.* 96. *per tot. dixi in §. Legatum n.* *& §. Lucrum n.* ubi distinguitur. De Luc. *de Legat. disc.* 15. *num.* 2. *cum seqq.*

20 Statutum de lucro dotis cessat secundùm veriorem opinionem, quando per contrahentes fuit initum particulare pactum super hujusmodi lucrum, nam licèt pactum contra statutum, & legem non videatur valere, tamen verum est quando expressè prohibetur pactum, vel aliquid inducitur pro solemnitate, & forma, vel respiciens principaliter publicam utilitatem, secus autem si favorem alicujus privati tantùm, quia tunc potest fieri pactum in contrarium prout in isto casu, cùm quilibet possit favori suo renunciare, *l. pen. C. de pact. & probat.* Roland. *de lucr. dot. quæst.* 102. *per tot.* vide *in §. Provisio n.* Constant. *loc. cit. n.* 201., ubi quod huic lucro potest renunciari.

21 ✠ Statutum, quòd *soluto matrimonio sine filiis maritus lucretur partem dotis, non obstante quacumque promissione de dote restituenda*, habet locum eo casu, quo per contrahentes fuerit initum pactum, quòd *soluto matrimonio sine filiis, vel cum filiis ad certam ætatem non provenientibus*, dos sit restituenda, si moriatur uxor cum liberis, qui ad ætatem conventam non pervenerint, quia parificantur dicti casus mortis sine liberis, & mortis cum liberis, qui ad ætatem conventam non pervenerint, ac ideò quemadmodum in primo casu esset debitum lucrum marito juxta formam statuti, sic etiam debetur in secundo, servato in reliquis pacto inter contrahentes, Rot. in Narnien. restitutionis dotis 3. Junii 1588. cor. Plato, Urceol. *consult. for. cap.* 36. *num.* 7. *& seqq. per tot.* ubi inserit dictam *dec.* vide *in §. Dos n.* *& §. Lucrum n.* 6.

Statutum de lucro dotis habet locum sive mulier 22 decedat ab intestato, sive condito testamento, in quo alium præter maritum instituat, quia cùm lucrum spectet ad maritum ex dispositione statuti, non potest uxor in illius præjudicium testari, & idem est si statutum deferat hujusmodi lucrum filiis, nam nec in illorum præjudicium poterit disponere; sicut etiam stante statuto, vel pacto, quòd uxore præmoriente sine filiis, dimidiam dotem habeant agnati illius, & alteram dimidiam lucretur maritus, non potest uxor aliquo modo privare agnatos, vel maritum dictis portionibus sibi à statuto respectivè, vel ex pacto delatis, sive debitis, cùm jam dos ex vi statuti, vel contractus sit ad illos applicata, Castr. *in l. si cum dotem in fine, ff. solut. matrim. & cons.* 82. *vol. pr.* Dec. *consil.* 386. *col.* 3. Ruin. *cons.* 8. *vol.* 2. Roland. *de lucro dot. qu.* 82 *per tot.* Ossasch. *decis.* 20. *per tot.* Thes. *decis.* 34. *&* 106. *per tot.* Grat. *discept. forens. cap.* 769. *num.* 23. 33. 83. *&c.* plenè Bardellon. *cons.* 181. *per tot.* Burat. *decis.* 657. Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 511. *num.* 20. *& seqq.* Ludovis. *decis.* 398. ubi contra, & ibi Beltramin. benè distinguit, Marth. Medic. *dec.* 48. *n.* 10. *& per tot. cum Addit.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 10. *num.* 16. dixi *in resolut. cap.* 77. *per tot.* ubi vide, & in hoc Opere *§. Forensis n.* *§. Uxor n.* 16. *§. Divisio nu.* 15. *in fine*, facit Rot. *p.* 13. *rec. decis.* 243. ubi quòd uxor non potest disponere de dote sibi constituta cum pacto, ut ea decedente revertatur ad dotantem dixi *in §. Dos num.* 19. Rot. *part.* 14. *decis.* 164. *numer.* 5. *et seqq.* ubi Sanfelic. *decis.* 128. *per tot. et decis.* 353. *cum Addit.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 384. ubi intelligit ex causa voluntaria, secus sentiens si ex causa necessaria disponat, *& part.* 18. *dec.* 606. *n.* 14. *& seqq.* ubi sequitur eamdem distinctionem.

Si tamen uxor de consensu viri condiderit testamentum, & universalem hæredem instituerit extraneum, videtur secundùm multos cessare hujusmodi lucrum, quod intellige verum ubi mulier expressè de lucro, aut de tota dote testatur; sive aliàs disponit cum consensu viri, aliàs autem secus stante simplici, ac universali institutione tantùm, sub qua non venit lucrum viro debitum, cùm sit quid abstractum, & sejunctum ab hæreditate mulieris, à qua ut æs alienum venit deducendum, & ideò maritus simpliciter consentiendo, aut licentiam testandi uxori concedendo, sibi in lucro dotis non præjudicat, nec illi renunciare videtur, ut latè probat Altograd. *cons.* 32. *per tot. lib.* 2. ubi etiam quid si consentiat uxori se, & bona sua Ecclesiæ, vel monasterio offerenti, & quid si Princeps hujusmodi licentiam testandi concesserit.

Quòd nec etiam valeat donatio clam facta in præjudicium lucri nuptialis statutarii in terminis statuti Florentini, Martha *vot. Pis.* 4. *num.* 10. *&* 11.

An autem dictum statutum, *quòd uxore decedente sine filiis maritus lucretur dimidiam dotis, & altera dimidia pertineat ad hæredes, vel agnatos mulieris*, habeat locum, si prædecedat vir, dosque fuerit mulieri restituta, ita ut in præjudicium dictorum suorum hæredum, vel agnatorum non possit de illa disponere, Rip. *in rubr. ff. solut. matrim. num.* 72 Castr. *in l. pr. Cod. unde vir.* Alex. *consil.* 55. *libr.* 1. vide *in §. Lucrum num.* *§. Maritus num.* *& §. Vidua num.* 8. *in resol. cap.* 77. *num.* 20. ubi quòd non possit disponere; sed contra in vidua, Cabal. *cons.* 146. *lib.* 1.

Quòd si statutum utatur verbis communibus, ut puta *revertatur*, tunc cessante pacto, & stipulatione, non procedet, si mulier ad favorem alterius disposuerit, & sic possit disponere, Merl. *decis.* 32. *nu.* 15. & latius *decis.* 776. *num.* 16. *& seqq.* ubi plures concordantes decisiones allegat, vide Urceol. *consult. for. c.* 67. *per tot. vol.* 2. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 6. *n.* 8. *p.* 4. Rot. *p.* 9. *recent. decision.* 290. *num.*

27.

27. Ludoviſ. com Beltramin. *deciſ.* 398.

Qualiter maritus poſſit renunciare lucro dotali, an hujuſmodi renunciatio poſſit per illius creditores retractari, & an maritus ipſe poſſit revocare conſenſum, ſive licentiam conceſſam uxori teſtandi de dote, vide Roland. *dict. tract. quæſt.* 39. 40. *&* 41. *per tot.* Vide De Luc. *de Donat. diſc.* 30. *n.* 6. Rocc. Epiſc. *cap.* 49. *a n.* 71. *libr. pr.*

Remiſſio tamen facta propter ſedandas diſcordias tamquam venalis non valet, idem Roland. *quæſtion.* 48. vide *in §. Lucrum num.* t·.

23 Statutum deferens lucrum dotis marito, dummodò per octo menſes ſuſtinuerit onera matrimonii in propria domo, an procedat, ſi uxor deceſſerit ante dictum tempus completum, pendet à quæſtione, an & quando tempus cœptum habeatur pro completo, de qua latè Gratian. *diſcept. for cap.* 607. *per tot.* vide *in §. Dies nu.*

De ſtatuto Peruſino deferente viro lucrum tertiæ partis dotis mulieris prædefunctæ, *ſi cum ea cohabitaverit*, quòd non habeat locum, ſi vir cum uxore conſumavit matrimonium, & ſtetit aliquibus diebus, ac noctibus in domo Soceri, in qua uxor deceſſit ante traductionem ad domum viri, quia deficit qualitas cohabitationis in domo viri à ſtatuto requiſita, latè conſulvit Honded. *conſ.* 3. *&* 4. *per tot. lib.* 2. ubi refert alia reſponſa contraria, & fuiſſe cauſam ab arbitro per medium deciſam.

24 Statutum de lucro dotis procedit etiam ſi maritus promiſerit dotem reſtituere in omnem caſum, & eventum reſtitutionis, niſi promiſerit totam, & integram dotem reſtituere ex certa ſcientia, & nullo ductos errore, ad latè tradita per Roland. *de lucr. dot. qu.* 37. *&* 38. *per tot.* vide *in §. Promiſſio nu.* vel niſi renunciaverit omnibus juris, & legum auxiliis, quia tunc videretur renunciaſſe etiam lucro dotis, Roland. *loc. cit. quæſt.* 42. *per tot.*

25 Statutum de lucro dotis non habet locum in dote conſtituta ex bonis immobilibus per mulierem minorem ſine judicis decreto, Roland. *d. tract. quæſt.* 45. latè Gratian. *diſcept. for. cap* 367. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 418. Magon. *dec. Flor.* 34. *num. pr.* Altograd. *conſ.* 31. *per tot. lib.* 2. vide *in §. Mulier num.* Card. De Luc. *de Dot. diſc.* 136. *a num.* 2. *cum ſeqq.*

Quamvis aliàs dictum ſtatutum procedat etiam in muliere minore, quia ligat omnes, ut probat idem Roland. *d. tract. quæſt.* 44. *per tot.* Non autem poſſit in integrum reſtitui adverſus immoderatam dotis conſtitutionem, affirmat Roland. *loc. cit. quæſt.* 46. Vide Conſtant. *ad ſtatut. Urb. rubr.* 33. *n.* 62. *tom.* 2. *&* Surd. *dec.* 268.

26 Statutum prædictum procedit etiam in dote per uxorem promiſſa arbitrio tertii, ſive ipſius viri, licèt evenerit caſus ante factam declarationem dotis, nam ſemper donec vivit poterit arbitrari dotem, & ex ea lucrum capere, quod erit permiſſum etiam illius hæredibus, quando ipſe fuiſſet aliqua juſta cauſa impeditus; aliàs autem ſecùs, ut probat Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 88. *&* 89. *per tot.*

27 Statutum quòd maritus lucretur, *dimidiam bonorum immobilium uxoris*, non habet locum in pecuniis per eam paratis, & deſtinatis pro emptione immobilium, quidquid aliàs quandoque deſtinatum habeatur pro facto, Boer. *deciſ.* 209. *per tot.* Roland. *d. tract. quæſt.* 91. *per tot.* vide *in §. Pecunia.*

28 Statutum de lucro dotis conditum à civitate, vel etiam à Principe, non ligat Principem, nec procedit in dotibus per eum datis ſuis filiabus, vel ſororibus, intelligendo tamen in ſua civitate, & territorio nuptis, & niſi ipſe voluerit uti beneficio hujuſmodi ſtatuti, Roland. *de lucr. dot. qu.* 83. *&* 84. *per tot.* vide *infr. de ſtatuto excludente fœminas n.*

29 Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rub.* 159. defert lucrum totius dotis marito uxore prædefuncta ſine filiis ex eis, ſi fuerit ad domum traducta, vel aliter matrimonio in forma nuptiali contracto, & conſumato, etiamſi ex dicta uxore extarent filii, vel alii deſcendentes ex alio matrimonio, ſive matrimoniis; ſi verò extent filii, vel alii deſcendentes ex dicto ultimo matrimonio, ſuccedunt ipſi titulo univerſali matri ſuæ in dote prædicta; In aliis verò bonis non dotalibus ſuccedit vir ſaltem in tertia parte non obſtante aliquo filio, vel filia, vel aliis deſcendentibus ex eis, ſive uxor teſtata, ſive inteſtata deceſſerit, declarando ulteriùs in dotem dici datum quidquid marito promiſſum, vel datum fuerit, & quòd in aliquo non poſſit per mulierem præjudicari viro, vel filiis, ſive per teſtamentum, ſive per aliam inter vivos diſpoſitionem, prout latius in dicto ſtatuto, & tradit Magon. *deciſ. Flor.* 34. *n.* 1. *&c.* ubi etiam *n.* 54. *etc.* quòd dicta tertia pars acquiritur titulo ſingulari, & non univerſali hæreditaris, & licèt non agnita tranſmittitur ad quoſcumque hæredes, vide *in §. Lucrum num.* *et §. Statutum generale num.* 53. Sanfelic. *deciſ.* 353. *cum Addit.*

Quòd lucrum dotis, etiam non agnitum tranſmittatur ad hæredes, probat Roland. *d. tract. quæſt.* 47. *et quæſt.* 90. *nu.* 3. Add. Conſtant. *loc. cit. n.* 189. Conciol. *Rubr.* 46. *n.* 22. *Poſt. reſol.* 21. *n.* 2.

Dictum ſtatutum Florentinum fuit compilatum per Paul. Caſtr. ut ipſemet teſtatur *in l. pr. Cod. de inoff. dot.* & refert Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 24. *num.* 8. tollitque multas difficultates, ut de ſe patet; & conſtat ex ſuperius dictis.

Statuto diſponente quòd *mulier habens filios non poſſit diſponere de bonis ſuis, niſi pro quarta, vel alia ſimili parte*, & alio ſtatuto dictante, *quod uxore, præmoriente in ſecundo matrimonio ſine liberis ex eo, maritus lucretur dimidiam, vel aliam partem dotis*, An ſi dicta mulier dedit in dotem ſecundo viro omnia bona ſua, poſſit maritus illa decedente lucrari dotem vigore dicti ſtatuti reſpectu omnium bonorum ſibi in dotem datorum, non obſtante alio prædicto ſtatuto, vide Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 105. *per tot.* ubi arguit pro, & contra, & tandem affirmativè ad favorem mariti concludit, facit quod dixi *in §. Vidua num.* 30

Statutum loci, & originis, ſeu domicilii mariti, 35
non verò uxoris, eſt attendendum circa lucrum dotis, quando vir unius Civitatis ducit uxorem alterius Civitatis, in quibus Civitatibus diverſa vigeant ſtatuta de hujuſmodi lucro diſponentia, quia vir contrahens in aliena Civitate dicitur tamquam advena contrahere, & effectum conferre ad propriam Civitatem, ad quam cum eo mulier eſt itura per contractum matrimonii, & ideò illius Civitatis ſtatutum eſt attendendum, in quod ipſa mulier itura per contractum matrimonii videtur etiam omninò conſentire, *l. exigere dotem*, ubi Bart. & alii *ff. de judic.* Bald. *conſ.* 32. *& conſil.* 208. *volum.* 3. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 13. *per tot.* Mantic. *de tacit. & ambign. lib.* 3. *tit.* 14. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 609. *n.* 24. *etc.* Altograd. *conſ.* 28. *num. pr. etc. lib.* 2. ubi quòd attenditur ſtatutum domicilii, & habitationis viri, non autem loci contractus, & initi matrimonii, adde Tuſch. *lit. S. concluſ.* 510. *num.* 7. *et concluſ.* 512. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſion.* 78. *num.* 2. *etc. deciſ.* 79. *num. pr. etc. vol.* 4. Merlin *deciſ.* 608. *n.* 5. *etc.* Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 357. *num.* 14. *etc. par.* 14. *deciſion.* 85. *num.* 8. *et deciſ.* 155. *n.* 3. *et ſeqq. et part.* 15. *deciſ.* 98. *et deciſ.* 194. ubi plenè in eadem cauſa, Sanfelic. *deciſion.* 353. *num.* 23. *etc.* Rot. poſt Urceol. *de tranſact. deciſion.* 56. ubi plura in contrarium in terminis conſuetudinis Leodienſis concedentis ſucceſſionem conjugibus ad invicem ſi alter alteri fuerit ſuperſtes, ad dictæ conſuetudinis interpretationem: Conſtant. *loc. cit. dict. annot.* 33. *num.* 175. *tom.* 2. Caren. *reſol.* 116. *n.* 1. *et* 2. Card. De Luc. *de Dot. diſc.* 128. *ſub n.* 10.

Quando autem poſſit attendi ſtatutum loci contractus, idem Altograd. *conſil.* 27. *n.* 3. *et ſeqq. lib.* 2. ubi quòd tunc attenditur quando vir habet etiam habitationem, & domicilium in illo loco ubi uxorem ducit, & vide Surd. *deciſ.* 227. *num.* 6. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 98. *&* 194.

Amplia dictam concluſionem de attendendo ſtatuto domicilii viri, etiamſi cauſa alibi agatur, Bald. *conſ.* 471. *vol.* 1. Roland. *de lucr. dot. quæſtion.* 15. *per tot.*

Amplia ſecundò, etiamſi mulier ignoraret hujuſmodi ſtatutum domicilii viri, quia cùm ad illud eſſet pro-

profectura sibi debet imputare si diligenter non perquisivit, juxt. *l. qui cum alio ff. de reg. jur.* & latè probat Roland. *d. tract. q. 24. per tot.* ubi respondet rationibus, & auctoritatibus in contrarium facientibus, prout contrarium videtur sentire Soccin. *reg. 468. limit. 7.*

Amplia tertiò, etiamsi maritus promiserit restituere dotem tam in loco contractus, quàm alibi; & ubique locorum, quia non obstantibus hujusmodi verbis generalibus videtur promissa restitutio secundum statuta loci mariti, & non videtur renunciatum, *l. exigere dotem ff. de jud.* nisi expresse fuerit conventum, quòd in domicilio uxoris fiat restitutio dotis, quia tunc attenderetur statutum illius loci, Alber. de Rosat. *tract. stat. 2. part. quæst. 8. in fine*, Campeg. *de dot. par. 5. quæst. ult.* Bald. *cons. 31. col. 3.* Ruin. *consil. 58. col. 3. in fine vol. 3.* cum aliis per Roland. *d. tract. quæst. 19. per tot.* Martha *vot. Pis. 5. num. 1. & seqq.* ubi quòd debet attendi statutum loci, in quo collatus est effectus solutionis, & loquitur in Pisano, qui uxorem duxit Florentinam, & cùm ipse esset civis Florentinus, ac ex aliis rationibus concludit esse attendendum statutum Florentinum, & non Pisanum, de quo vide etiam Phanuc. *de lucr. dot. gl. 9. num. 26.* ubi in specie de Florentinis, Rot. *part. 15. recent. dec. 98. & 194.* ubi de muliere Florentina nupta civi Foroliviensi, ut tale pactum restituendi dotem ad formam statuti Florentini non operetur quoad lucrum dotis, sed quoad alia, licèt contrarium in puncto dicti statuti Florentini, & per tale pactum limitari regulam teneat Barbat. *cons. 4. num. 7. lib. 2.*

Amplia quartò, etiamsi agatur de bonis immobilibus datis in dotem, & sitis extra territorium domicilii mariti, veluti in domicilio uxoris, vel in loco contractus, nam adhuc debet attendi statutum domicilii viri, propter generalitatem textus *in d. l. exigere dotem ff. de jud.* Bald. *cons. 208. vol. 3.* Ruin. *cons. 58. col. 5. vers. 6. volum. 3. & cons. 163. col. 2. volum. 4.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib. 3. tit. 14. nu. 10.* sequitur Rot. in Imolen. legitimæ 5. Februarii 1644. coram Dunozetto penes Urceol. *Consultat. forens. cap. 18. nu. 41. & 42.* Franch. *dec. 472. num. 6.* Molfes. *ad Consuet. Neap. 10. pr. par. 2. quæst. 3.*

Contrarium tamen in hoc casu tenent alii prout *infr. limit. 4.*

Amplia quintò, etiamsi contractus dotis fuisset celebratus in loco tertio, in quo nec vir, nec uxor domicilium habeant, ad tradita per Roland. *de lucr. dot. quæst. 23. per tot.*

Prædictam autem conclusionem de attendendo statuto domicilii viri, & non uxoris circa lucrum dotis, ut supra ampliatam.

Limita primò, ità demum procedere, quando verè sumus in casibus statuti, ut quia uxor prædecesserit *sine filiis*, secus autem si essemus in casu diverso, ut quia decessisset *cum filiis*, tunc enim cùm non agatur de lucro, sed de successione universali ipsius mulieris cessat ratio *d. l. exigere dotem ff. de jud.* quæ *est exorbitans*, & non attendenda, & attenditur statutum originis ipsius mulieris, vel aliàs successio defertur prout de jure, ad tradita per Magon. *decis. Flor. 107. num. 11.* Gratian. *discept. forens. cap. 581. num. 11.* facit quod dixi supra num. 4. & 8. Paul. Christin. *decis. 78. & 79. vol. 4.* Rot. post Urceol. *de transact. decis. 56.* ubi de consuetudine Leodiensi concedente successionem conjugibus ad invicem si alter alteri fuerit superstes, quomodo sit intelligenda si uxor erat forensis, & alia plura ad ejus interpretationem.

Limita secundò, dictam conclusionem de attendendo domicilio viri, non procedere quando uxor traduceret virum ad propriam domum, & domicilium cum animo ibi perpetuò commorandi, nam isto casu esset attendendum domicilium ipsius uxoris per eandem rationem *d. l. exigere dotem*, ut latè probant Roland. *de lucr. dot. quæstion. 26. per tot.* Vivi. *comm. opin. 825. num. 15.* Soccin. *reg. 468. limit. 4.* Paul. Christin. *decis. 78. num. 3. vol. 4.* facit Martha *vot. Pis. 5. per tot.* ubi de Pisano, qui tamen erat civis Florentinus, majorem partem bonorum habebat Florentiæ, & aliis rationibus concludit fuisse attendendum statutum Florentinum, facit Rota *part. 15. recent. decis. 98. & 194. per tot.* Constant. *loc. cit. n. 178.* & alios congerit Cirocc. *discept. 48. n. 49.*

Limita tertiò, non procedere quando non ipsa uxor, sed alius, puta pater, mater, vel extraneus, qui non sit iturus ad domicilium viri, pro muliere dotem promittit, & sibi ipsi restitui stipulatur, quia in istis cessat ratio *d. leg. exigere dotem*, Roland. *d. tract. q. 17. per tot.* Soccin. *reg. 468. limit. 5.* Rot. in Romana lucri dotalis 16. Decembris 1633. *num. 3. &c.* coram Merlino *in Noviss. par. 6. dec. 250.* & inter impressas ejusdem Merlin. *dec. 608. num. 6. &c.* Constant. *loc. cit. n. 179.*

Limita quartò, non procedere quoad bona immobilia sita in domicilio sponsæ, vel in loco contractus, nam quoad illa videtur attendendum statutum loci, in quo reperiuntur, licèt aliqui dicant observandum esse, an statutum loquatur in rem, vel in personam, Roland. *de lucr. dot. quæst. 20. per tot.* Magon. *decis. Flor. 107. n. 8.* Gratian. *discept. forens. cap. 609. nu. 24. etc.* Carena *res. 116.* ubi de veriori, facit quod dixi *infr. de statuto exclusivo fœminarum num.* Constant. *ubi supra n. 180.* Conciol. *Rubr. 46. n. 13. in fine.*

Sed contrarium tenent alii per me relati supra hoc numero *ampliat. 4.*

Limita quintò, non procedere, quando statutum disponeret de lucro dotis inter sponsos per verba de futuro, & casus eveniret ante contractum matrimonium, nam tunc cùm non sequatur traductio ad domum viri, non potest illius statutum attendi, sed loci contractus, ut declarat Roland. *d. tract. quæst. 18. per tot.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 14. num. 6. &c.* facit quod dixi *sup. num. 2. in fine.*

Limita sextò, non procedere in præjudicium filiorum primi matrimonii, qui sint alterius territorii, ut dixi supra num. 7.

Limita septimò, circa pacta inita in contractu matrimonii circa respicientia contractum prout est ab initio ante consumatum matrimonium, nam in istis debent servari statuta, & consuetudines, quæ vigent in foro mulieris, Felin. *in c. 1. de sponsal.* Tusch. *litt. M. conclus. 156.* Rot. *part. 19. recent. decis. 175. num. 30. &c.* ubi quòd in constitutione dotis attenditur locus contractus, licèt in restitutione, & lucro attendatur domicilium viri.

Limita octavò, stante pacto inter partes inito, quod ante omnia debet attendi, Merl. *dec. 608. per tot.* Rot. *par. 13. rec. decis. 428. num. 22. & p. 15. decis. 98. & 194.* Constant. *loc. cit. num. 181.*

Limita nonò, si esset collatus effectus restitutionis dotis in loco, vel domicilio uxoris, ut probat Martha *vot. Pis. 5.* ubi de Pisano, qui duxerat Florentinam, erat tamen ipse etiam civis Florentinus, & aliis rationibus concludit fuisse attendendum statutum Florentinum, & non Pisanum, de hac materia plenè Rot. *part. 15. recent. decis. 98. & 194. per tot.* ubi de muliere Florentina nupta civi Foroliviensi cum simili pacto in primo matrimonio, ut illud non censeatur repetitum ad favorem secundi viri ex pluribus rationibus, & fundamentis ibi videndis, & dixi *in §. Dos num. 24. in addit. & §. Mulier num. 25.* quæ decisiones fuerunt confirmatæ in eadem causa *p. 16. dec. 29. & 249.*

Statutum vigens in loco domicilii viri potius est 32
attendendum, quàm vigens in loco originis ejusdem viri, sicuti rejectis contrariis firmat Roland. *de lucr. dot. q. 22.* per text. *in l. exigere dotem ff. de jud.* & pluribus relatis sequitur Altogr. *cons. 27. num. 1. &c. cons. 28. num. 45. etc. lib. 2.* Paul. Christin. *decis. 79. num. 2. &c. vol. 4.*

Et est attendendum domicilium, quòd habebat maritus tempore contracti matrimonii, non verò quod postea acquisivit, licèt in hoc ultimo fuerit solutum matrimonium, Rolan. *dict. tract. quæst. 25. per tot.* Mantic. *de tacit. et ambig. lib. 3. tit. 54. nu. 4.* Altogr. *cons. 28. num. 45. lib. 2.*

Et si maritus haberet eodem tempore duo, vel plura domicilia, quod non repugnat, debet attendi domicilium habitationis Altograd. *cons. 27. n. 34. et 53. cons. 28. n. 47. et seqq. lib. 2.*

Quòd

Quòd in concursu prævaleat domicillum propriæ originis domicilio originis paternæ, & domicilium habitationis prævaleat domicilio originis propriæ, & si in pluribus locis quis habitaret, attendatur domicilium illius loci, in quo frequentius, & magis principaliter habitabat, idem Altograd. *d. conf.* 28. *n.* 51. *et seqq. lib.* 2. Rot. *par.* 13. *rec. decis.* 428. *num.* 21. ubi quòd est compatibile domicilium in duobus locis, & tunc attenditur illud cum quo concurrit origo.

33 Statutum quod *uxore decedente sine filiis maritus lucretur dotem*, procedit etiamsi maritus, & uxor simul decedant, secus autem si statutum loqueretur *de uxore præmoriente*, Roland. *de lucro dot. quæst.* 60. *vide in* §. *Mors num.*

34 Statutum prædictum cessat, si uxor occidatur à marito, vel si maritus necem uxoris non vindicaverit per viam juris, quid si fuerit reperta in adulterio, quod si maritus uxoris infirmæ non adhibuerit medicum, vel imperitum, quid si in loco non esset medicus, quid tempore pestis, quid si fuerit præventus, quid si uxorem expulerit de domo sine causa, noluerit ei subministrare necessaria, vel aliàs malè tractaverit, & similis, latè Roland. *de lucr. dot. quæst.* 61. *et seqq. ad* 71. vide in §. *Lucrum num.* 21. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priv.* 69. *per tot.* Calvin. *de æquitat. lib.* 3. *cap.* 294. *per tot.*

Quòd propter sævitias, & mala tractamenta in uxorem maritus privetur lucro dotis, Boer. *decis.* 244. *num.* 12. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 300. *numer.* 6. *et part.* 14. *decis.* 164. *num.* 2. ubi tamen intelligit dummodò sint legitimè justificata.

35 Statutum Principis de lucro dotis, locum habet etiam in Castris, & Terris Vassallorum carentibus propriis statutis, Castr. *conf.* 268. *vol.* 2. Roland. *d. tract. quæst.* 85. *per tot.* facit quod dixi supra circa generalia, & mixta *n.* Sed vide Card. De Luc. *de Dot. disc.* 134. *n.* 3. *et disc.* 135. *n. pr.*

Ad materiam lucri dotalis adde Cnocc. *disp.* 35. *et* 48. Fontanel. *de pact. claus.* 11. *gloss. unic. per tot.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Zacch. *ad Statut. Favent. rubr.* 25. *lib.* 3. *tom. pr.* Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 33. *per tot. tom.* 2. Mantiss. ad eumd. De Luc. Emerix Caprat. Altimar. & alii modetui *in verb. lucrum, et dos quoad lucrum.*

36 Statutum Mathelicæ disponit quod in casum obitus Uxoris sine liberis Maritus lucretur tertiam partem Dotis sibi traditæ, vel promissæ. Emerix Jun. *dec.* 700. *n.* 1. *et dec.* 775. *n.* 1. Illud tamen non habet locum si intra annum reliquas tertias partes non restituit. Emerix Jun. *d. dec.* 700. *n.* 1. Nec à mora excusat quælibet credulitas, & ignorantia Juris Emerix Jun. *d. dec.* 700. *n.* 7. Nec admittitur purgatio moræ. Emerix Jun. *loc. cit. n.* 6.

Plura alia statuta loquentia de lucro Dotis refert, & applicat Card. De Luc. prout constat *in Indic. general. verb. Dos quoad lucrum.*

37 Quot modis dotale lucrum appellari soleat. Mantic. *de tacit. libr.* 20. *tit.* 2. *et seq. usq. ad fin.* Card. De Luc. *de Dot. disc.* 163. *n.* 7. *vers. secunda.*

38 Fructus lucri dotalis an debeantur. Card. De Luc. *de Usur. disc.* 43. *n.* 3. *et* 4. *de Dot. disc.* 128. *n.* 11. Justa credulitas, seu dubietas excusat à fructibus lucri dotalis. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 115. *n.* 4. *disc.* 128. *n.* 11. *disc.* 130. *n.* 15. 16. Fructus lucri dotalis calculantur ad rationem quatuor pro quolibet centenario, & anno. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 25. *n.* 21.

39 Onera bonis infixa an minuant valorem pro lucro regulando. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 110 *per tot.*

40 Si data fuerint bona, quorum usufructus ad alterum spectet, an lucrum debeatur etiam ipsis. Card. De Luc. *d. disc.* 110. *num. pr. et seq.*

41 Pars reservata per mulierem an cadat sub ipso lucro, si mulier non disponat. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 208. *per tot.*, ubi *num.* 7. expenditur *dec.* 272. Surdi.

42 Lucrum dotale debetur mulieri ex statuto, vel ex pacto. Rot. *dec.* 750. *n. pr. et dec.* 854. *n.* 13. coram Card. Cerr. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 25. *n. pr.*

43 Lucrum dotale ut debeatur sufficit puerum vivum nasci, etiamsi ex secto ventre sit editus Balduc. *tit.* 4. *dec.* 26. *n.* 17.

44 Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet *l. ex qua persona de regul. Jur.* Balduc. *tit. pr. dec. pr. n.* 34.

45 Lucrum dotale detrahendum est de singulis bonorum speciebus. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 131. *n.* 8. Quid ubi aliqua bona non patiantur commodam divisionem, vel detractionem. Card. De Luc. *ibid.*

46 An pactum lucri dotalis regulandum sit ad normam *l. hac edictali*. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 132. *numer.* 3. *et seq.* In Urbe regulatur cum dispositione Text. *l. hac edictali*. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 130. *n.* 11. *et* 12. Et cum constitutione Sixtina idem Card. De Luc. *de Dot. disc.* 128. *n.* 12. *& seq.*, ubi declaratur.

47 Lucrum dotale habet anterioritatem Dotis, non autem privilegium. Card. De Luc. *de Donat. disc.* 50. *n.* 5.

48 Lucri debitor est avus, & non filius, qui uxorem duxit, si ille dotem recepit, & sic filia hæres patris, sed non avi, non potest prætendere lucri proprietatem. De Marin. *res. jur. c.* 151. *n.* 19. *lib. pr. & cap.* 22. *n.* 2. *lib.* 2. Card. De Luc. *de dot. disc.* 133. *per tot.* Mantiss. ad De Luc. *decis.* 5. *libr.* 6. *numer.* 5. *vol.* 3.

49 Lucrum dotis ex statuto Urbis non debetur uti filiis, sed uti hæredibus. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 50. *n.* 3. *disc.* 130. *n.* 14. *& disc.* 133. *per tot.* Rot. *dec.* 117. *num.* 3. *et* 6. *part.* 6. *et dec.* 64. *n.* 15. *part.* 15. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 6. *vol.* 3.

50 Lucrum dotis datum uxori ab hæreditate mariti existentibus filiis illa mortua, spectat ad filios uti patris hæredes. Rot. *dec.* 368. *n.* 22. *part.* 11. *rec.* coram Gregor. *decis.* 398. *num.* 3. *et seq.* & cor. Alexand. VIII. *dec.* 178. *n.* 6. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 6. *lib.* 6. *n.* 12. *vol.* 3.

51 Lucrum extractum ex fideicommisso, post mortem matris ad illud non revertitur, sed spectat ad filios ejusdem Matrimonii. Rot. *dec.* 209. *p.* 1. *rec.* coram Rembald. *dec.* 244. *n.* 2. coram Royas *dec.* 439. *n.* 19. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 5. *n.* 8. *lib.* 6.

Lucrum dotis extractum ab avito fideicommisso, & datum mulieri ad usumfructum, ea mortua spectat ad fideicommissum Card. De Luc. *de Dot. disc.* 133. *per tot.* Mantiss. ad eumdem *dec.* 6. *n.* 23. *lib.* 6. *vol.* 3.

Lucrum dotis remanet sub fideicommisso avi, si conjux filii illud acquisivit solum quoad usumfructum existentibus filiis, quorum conjux non est hæres. Card. De Luc. *de Dot. d. disc.* 133. *per tot.* Anton. de Marin. *lib. pr. resol.* 15. *n.* 2. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 8. *lib.* 6. *n.* 4. 6. *et* 25. *vol.* 3.

52 Lucrum dotale quando debeatur viro superstiti etiam in proprietate, existentibus communibus filiis ex dispositione statuti. Palm. Nep. *all.* 353. *n.* 14. *tom.* 4. Lucra per præmorientiam unius ex conjugibus alteri acquisita reservari debent communibus filiis. Palm. Nepos *all.* 354. *n.* 25. Nec tali dispositioni censetur derogatum per statutum, nisi id expressè fiat Palm. Nep. *dict. alleg.* 354. *n.* 26. *tom* 4.

53 Lucrum dotis debetur ex quantitate dotis verè constitutæ, & exactæ, non de quantitate promissa, & inexigibili. Adden. ad Burat. *dec.* 432. *n.* 11. *in fin.* Rot. *dec.* 127. *n.* 7. *part.* 8. *rec.* Palm. nep. *dec.* 258. *num. pr. tom.* 3.

54 Lucrum dotale debetur de Dote, tacitè à lege constituta. Gratian. *discept. forens. cap.* 367. *n.* 24. *et* 25. Palm. Nep. *dec.* 93. *n.* 46. *tom. pr.*

De Statuto jubente fieri compromissum.

1 Statutum jubens fieri compromissum inter conjunctos litigantes, dicitur favorabile propter publicam utilitatem, & recessum à litibus, ac in dubio extendendum ad quemcumq; casum, in quo sit licita transactio, licèt ageretur de causis mixti imperii, Gratian. *discept. forens. cap.* 536. *nu.* 8. *& seqq.* Vivi. *comm. opin.* 808. *num.* 1. Duen. *reg.* 36. *limit.* 9 *&* 13. ubi quòd non procedit in causis criminalibus, quia de illis non fit compromissum, dixi in *res. c.* 55. *num.* 29. *& seqq.* Uiceol. *tract. de transact. quæst.* 62. *per tot.* ubi quòd valet dictum statutum, non autem ò con-

contra, & quare, & quæst. 64. per tot. ubi qualiter, & quando litigantes possint per Principes, judices, statuta, vel consuetudines compelli ad transigendum. Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr. 22. à num. pr. tom. pr. fol. 124. Vide Caprar. decis. 130. à num. pr. part. pr.

Quòd imò sit exorbitans, & odiosum, Rom. cons. 400. Tuscb. litt. S. conclus. 486. facit Rot. par. 12. recent. decis. 163. num. 3. &c.

2 Statutum prædictum debet cum effectu intelligi, & sic ut faciendum sit compromissum, toties quoties oportuerit donec lis, & differentia fuerit per arbitros terminata, Bald. cons. 487. lib. 4. Marant. p. 6. tr. 2. num. 4. Rot. p. 3. divers. decis. 864. num. 4. Caprar. decis. 130. n. 3. part. pr. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. pr. subsect. 6. intersect. pr. n. 21. vers. 8. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 21. num. 11. vers. requisita pag. 80.

Quòd imò si semel, vel bis factum fuerit compromissum, & non sequutum laudum, non sit ulterius compromittendum ad infinitatem vitandam, & quia etiam compromissum voluntarium cum facultate prorogandi toties quoties voluerit arbiter, non durat ultra binam prorogationem, Afflict. decis. 46 ubi Ursil. Rom. cons. 304. Specul. de arbitr. §. Accipitur vers Item quod elapso, Pract. Papp. for. libell. & comprom. glos. infra duos menses num. 2. Intellige prout dixi in resolut. cap. 55. nu. 23. & seqq. vide in §. Compromissum n. 22.

Statutum prædictum locum habet etiam inter vi-
3 tum, & uxorem, quia licèt non sint inter se affines, neque consanguinei, sunt tamen principium, & causa affinitatis, & in eis militat eadem, & forte major ratio obviandi litibus, Duen. reg. 36. ampliat. pr. Barbos. de appell. verb. signif. appel. 22. num. pr. Pigant. loc. cit. n. 41.

Item procedit etiam inter sponsum, & sponsam, Jas. in l. quod servius ff. de condit. ob caus. numer. 2. Duen. reg. 36. ampliat. 2. Barbos. de appellat. verb. signif. appell. 279. per tot. vide in §. Uxor num.

4 Statutum quòd litigantes teneantur compromittere in consanguineos, vel affines, intelligitur de illis, qui consanguineos, vel affines habent, aliàs non procedit, Alex. cons. 8. colum. 2. lib. 6. Asin. in prax. §. 3. cap. 37. num. 8.

Item quòd inter conjunctos fiat compromissum, intelligitur de affinibus, & conjunctis per legitimum matrimonium, non autem inter affines per fornicationem, licèt per eam contrahatur etiam affinitas impeditiva matrimonii usque ad secundum gradum inclusivè tantùm juxta dispositionem Concilii Trid. sess. 24. cap. 4. Cabal. resolut. crim. cons. 44. numer. 3. nec etiam procedit in spurio, qui litigans cum consanguineo suo ex latere patris, non potest petere compromissum, secus autem ex latere matris, vel si embo litigantes essent spurii, Duen. reg. 36. limit. 8. & 12. Marant. part. 6. act. 2. num. 20. & 21. dixi in resol. cap. 55. num. 29. Pigant., ubi suprà num. 42. Pellegrin. in Prax. Vicar. par. 2. sect. pr. subsect. 6. intersect. pr. n. 21. vers. 9. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 21. n. 12. vers. requisita pag. 80.

Quòd statutum intelligatur inter consanguineos legitimos, & naturales, non autem inter legitimatos, nisi essent legitimati per subsequens matrimonium, Duen. reg. 36. limit. 17. Gratian. discept. forens. c. 744. num. 25.

5 Statutum prædictum procedit tantùm durante affinitate, secus autem illa per mortem finita, quia licèt remaneat vinculum quoad matrimonium, non remanet quoad compromissum, & ideò si mortuo patre oriatur controversia inter privignum, & novercam, vel similes non possunt compelli ad compromittendum, Castr. cons. 80. libr. 2. Alex. cons. 207. libr. 7. Vivi. comm. opin. 807. & seqq. Duen. leg. 36. limit. 3. Marant. p. 6. act. 2. nu. 15. Tiraquel. tract. Cessante causa verb. Affinitatis n. 31. & seq. inter reg. Divers. fol. mihi 239. vide in §. Affinitas num. 5.

6 Statutum prædictum non habet locum nisi ab una ex partibus petatur compromissum, quo casu debet altera pars citari, aliàs judex non debet compellere ad compromittendum; est tamen servandum statutum etiam si partes sint discordes in eligendis arbitris, quia tunc eligitur judex pro illis, & fit compromissum, & hoc non solum ubi principalis litigator est conjunctus, sed etiam si auctor laudatus sit conjunctus, licèt principalis esset extraneus, Bart. in l. procurator 2. ff. rem rat. hab. Duen. reg. 36. limit. pr. & ampliat. 6. & 7. De Marin. ad Reverter. dec. 404. Pigant. ad Statut. Ferrar. rub. 22. num. 25. Pellegr. loc. cit. vers. 7. Carol. Ant. De Luc. ubi supra vers. requisita.

Statutum quòd inter conjunctos fiat compromis- 7
sum, non habet locum si conjunctus cedat actionem non conjuncto, qui utili actione nomine proprio, & ad propriam utilitatem agat, secus autem si ageret actione directa nomine cedentis, Marant. in repet. leg. si actor num. 30. ff. de procur. Afflict. decis. 74. num. 3. Duen. reg. 36. limit. 16. vide in resol. capit. 55. num. 50. &c. et in summa §. Compromissum num. 25. ubi distinguitur inter causam onerosam, & lucrativam. Vide Pigant. loc. cit. num. 48.

An autem venditor comparens in judicio pro emptore tamquam legitimus defensor, si sit conjunctus litigantis contra emptorem; possit ex propria persona petere compromissum vigore statuti, contrarias opiniones refert Urceol. Consult. forens. cap. 9. num. 3. &c. ubi videtur negativam sequi, licet affirmativa etiam sit communis, Peregr. decis. 60. num. 6. ubi pro utraque parte &c. vide in §. Compromissum n. 21.

Statutum prædictum jubens fieri compromissum si 8
sit conditum à Principe sæculari, vel etiam approbatum à Papa in forma communi, & non specifica, & non facta mentione clericorum, non arctat clericos litigantes in foro sæculari, & sic contra eos non potest peti compromissum, sed benè ipsi clerici possunt activè petere compromissum contra laicos suos conjunctos secum litigantes, cum gaudeant statutis laicalibus pro se, & non contra se, nec inter se, si duo clerici conjuncti simul litigent, quorum alter contra alterum non potest petere compromissum vigore dicti statuti, quò neuter illorum ligatur, præcipuè autem si disponat ulterius quod laudum ferendum habeat executionem paratam, & non possit reduci ad arbitrium boni viri, nec appellari, quia tunc dicitur respicere decisoria judicii, & non ordinatoria tantùm, & est arctativum personarum, ac ideò Clericos non comprehendit, Dec. & alii in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constit. Capyc. decis. 66. per tot. Alexand. cons. 210. lib. 2. Ursil. ad Afflict. decis. 46. num. 9. Soccin. cons. 71. lib. 4. Marsil. de fidejuss. num. 519. Marant. disput. 8. num. 9. & in prax. part. 6. act. 2. n. 26. Duen. reg. 36. lim. 18. D. Car. de Grass. de effect. Cler. eff. 2. per tot. Rot. in Tudertina successionis 29. Maji 1652. coram Meltio, latè Sperel. dec. 10. & 11. per tot. Tuscb. litt. S. conclus. 486. num. 7. &c. Rot. p. 12. recent decis. 163. num. 6. ubi quòd non arctat Clericos ex defectu potestatis, & loquitur de statuto Forolivii, dixi in resol. c. 55. n. 3. & 5. quem locum novissimè refert, & sequitur Dom. meus Urceolus Consult. forens. cap. 44. n. 29. & in tract. de transact. quæst. 62. n. 15. adde Joseph. de Rosa consult. 58. nu. 12. Caren. res. 66. per tot. Vive Pigant. ad Statut. Ferr. rubr. 22. num. 25. tom. 1. fol. 125. Pellegrin. d. n. 21. vers. ultimo Carol. Ant. De Luc. ubi supra vers. idem Pellegrin.

Statutum prædictum non ligat minores prout con- 9
sulvit Bart. cons. 40. part. 2. Roland. de lucr. dot. quæst. 44. n. 4. Vel saltem in illorum compromissis requiruntur solemnitates necessariæ in aliis contractibus, & decretum judicis, Menoch. de arbitr. cas. 571. n. 44. &c. Gratian. discept. forens. cap. 586. n. 52. &c. qui loquuntur etiam in compromisso necessario vigore statuti, vide in §. Compromissum n. 14. Urceol. de transact. quæst. 62. n. 16. ubi tenet hanc partem, quia in omni actu, in quo læsio cadere possit solemnitates adhiberi debeant.

Contrarium autem, nempè dictum statutum procedere etiam in minoribus, & mulieribus, ita ut illius vigore compromittere possint, etiam sine solemnitatibus, aliàs in eorum contractibus requisitis per aliud statutum, cùm istud de compromissis tamquam magis speciale sit servandum, quidquid secus sit, si

ces-

cessante statuto spontè compromittere aellent, in quibus terminis procedere potest opinio supra relata, Blanch. *de compromiss. quæst.* 3. *n.* 39. *quæst.* 4. *nu* 28. Alex. *cons.* 254. *lib.* 6. Marant. *loc. supra citat. n.* 8. *& seqq.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 228. *& seqq.* Pieh. *ad Stat. Urb. glos.* 7. *n.* 57. Rot. *part.* 3. *Divers. dec.* 867. *nu.* 5. Altograd. *cons.* 84. *num.* 258. *& seqq. lib.* 2. Duen. *reg.* 36. *ampliat.* 4. dixi *in resol. cap.* 55. *n.* 8. *&* 9. Peregrin. *dec.* 88. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 102. *per tot.* ubi quòd possunt compelli ad compromittendum rigore statuti, etiam si vallent trahere causam ad Principem ex privilegio, *l. unic. C. quand. Imper. int. papill. & vid.* intelligendo tamen prout ibidem declarat. Vide Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 22. *n* 21. *tom.* 1. *& n.* 47

10 Statutum prædictum non arctat existentes extra territorium statuentium, licèt res litigiosæ essent in loco statuti, Gratian. *discept. for. cap.* 227. *nu.* 38. Blanch. *de comprom. qu.* 3. *n.* 46. dixi *ubi sup. n.* 57. Vide Pigant. *d. rubr.* 22. *n.* 27. *tom.* 1.

Nec etiam quoad bona exempta, vel extra territorium existentia, Ciarlin. *contr.* 170. *n.* 34. *&c.*

11 Statutum prædictum non habet locum in causis feudalibus, nec ubi agitur de aeta, & militia, nec ubi altera pars haberet aliquam exceptionem litis finitæ, sive impedientem litis ingressum, Duen. *reg.* 36. *limit.* 4. 5. *&* 6. dixi latius *in resol. cap.* 55. *nu.* 29. *& seqq.* Joseph. de Rosa *Consult.* 58. *per tot.* ubi nec in causa alimentorum, nec in articulo juris, nec ubi adest instrumentum clarum &c. Pigant. *loc. cit. n.* 29. Pellegrin. *ubi supra vers.* 10. *&* 11.

Item non habet locum in causa dandi tutelam, quia illa non potest compromitti, Bart. & Bald. *in l. Prætor ff. de tut. & Curat. dat ab his*, Duen. *reg.* 36. *limit.* 15. *supra n.* 1.

12 Statutum prædictum non procedit in causa appellationis, quia si in causa principali non fuit petitum compromissum, non potest peti in causa appellationis, Paul. de Castr. *cons.* 320. *num.* 1. *lib.* 1. sequitur Dian. *dict. reg.* 36. *limit.* 14. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 28. *n.* 239. *tom.* 4.

Quòd quando compromissum non fuit petitum in tempore præfixo non arctet, Grat. *discept. forens. cap.* 227. *n.* 8. vide in *§. Compromissum* Joseph. de Rosa *consult.* 58. *n.* 13. *& seqq.* Pellegrin. *d. nu.* 21. *vers. tertio* Carol. Ant. De Luc. *cap.* 21. *n.* 6.

13 Statutum de compromissis, ut supra, non habet locum quando debitor promittit cum juramento, quia ne efficiatur perjurus non potest petere compromissum, & statutum non debet trahi ad casum illicitum, Ferret *caut.* 55. *n.* 11 Everard. *loc. à vi juram. n.* 31. Marant. *part.* 6. *act.* 2. *n.* 19. Duen. *reg.* 36. *limit.* 2 Gratian. *discept. for. cap.* 853. *n.* 76. ad Ursil. Afflict. *dec.* 46. *n.* 6. dixi *in res. cap* 55. *n.* 7. quem locum refert, & sequitur Urceol. *tract. de transact. quæst.* 45. *n.* 26. *& seqq.* ubi quod nec suffragaretur absolutio ad dictum effectum, & quare, vide *in §. Absolutio*, Pigant. *loc. cit. nu.* 15. Vide infra *in novissim. addit.* Crescin. *n.* 23.

Item non habet locum quando peteretur executio sententiæ, Asin. *in Prax. §.* 31. *cap.* 64. Duen. *d. reg.* 36. *limit.* 6. *&* 7. ubi quòd non procedit quando altera pars haberet scripturam publicam liquidam, puta instrumentum, sententiam, vel aliam obligationem omninò claram, & certam, vide Urceol. *de transact. quæst.* 45. *per tot. et quæst.* 46. ubi qualiter super litibus & controversiis jam per transactionem, vel rem judicatam terminatis, & compositis, non possit peti compromissum vigore statuti, & quando secus ob aliquam exceptionem admissibilem, & relevantem contra prædicta. Vide Pigant. *loc. cit.* Pellegrin. *ubi supra vers. sexto* Carol. Ant. De Luc. *d. n.* 11. *vers. requisita.*

An habeat locum in causis testamentorum, seu instrumentorum, vel similibus executivis Gratian. *discept. forens. cap.* 536. *n.* 2. 6. 21. *&c.* dixi *resol. c. cap.* 55. *nu.* 13. *& seqq.* vide latè Urceol. *d. qu.* 45. *&* 46. *per tot.* Pellegrin. & Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.* Vide etiam infra *in noviss. addit.* Crescin. *n.* 22.

Quòd non habeat locum in casu claro, & liquido, ac ubi lis fingeretur, idem Gratian. *discept. for. cap.* 227. *n.* 8. vide *in §. Compromissum n.* *& §. Transactio nu.* Pellegrin. & Carol. Ant. De Luc. *loc. adduct.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.* 28. *n.* 114. *et n.* 236. *tom.* 4.

Statutum prædictum non habet locum in quæstionibus, & litibus juris, quia semper jus certum esse dicitur, sed tantùm in quæstionibus facti, nisi tamen ageretur de jure dubio, & intricato, quia quæstiones juris dubii, & intricati æquiparantur quæstionibus facti, & in illis etiam potest cadere compromissum vigore statuti, Duen. *reg.* 36. *limit.* 10. Csbal. *cons.* 157. *per tot. lib.* 1. Gratian. *discept. for. cap.* 536. *n.* 5. 7. *&* 18. *&c.* Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 4. Menoch. *de arbitr. quæst.* 53. *num.* 8. Marant. *part.* 6. *act.* 2. *n.* 29. dixi *in resolut. cap.* 55. *n.* 12. & in hoc Opere *§. Transactio*, *& §. Compromissum.* 14

Statutum prædictum procedit etiam in tutore, procuratore, & simili administratore, qui licèt aliàs non possit compromittere sine speciali mandato, tamen stante dicto statuto, si ejus principalis sit conjunctus potest facere compromissum, cùm hoc non faciat voluntariè, sed ex necessitate statuti, Duen. *reg.* 36. *ampliat.* 5. Vide Carol. Ant. De Luc. ad Golin. *de Procur. part* 2. *cap.* 5. *n.* 33. *et in Prax. judic. dict. cap.* 21. *n.* 7. 15

Statutum quòd fiat compromissum inter conjunctos, an habeat locum etiam inter amicos intrinsecos propter multa privilegia amicitiæ, quæ interdum etiam prævalet consanguinitati, & affinitati, multos pro opinione affirmativa allegat D. Carol. de Grass. *tract. de effect. amicit. n.* 189. ubi tandem juxta veriorem concludit pro negativa Conciol. cum Romag. *ad Stat. Eug. lib.* 2. *Rub.* 27. *per tot.* ubi plura de statuto jubente fieri compromissum, an, & quando locum habeat, vel non, & plures modernos allegant, præcipuè autem Romaguer. qui tandem in multis se remittit ad Altimar. quem summoperè laudat *tract. de nullit.* in diversis locis ab eo indicatis, & ad Manfrell. in observat. ad Cayc. Latr. *dec.* 33. quos dicit præ manibus habendos, & lectores illum benedicent, & Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 22. *per tot. tom.* 1. Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 21. *num.* 51. *vers. inter amicos.* 16

Reliqua de hac materia vide *in §. Arbiter §. Compromissum §. Laudum et in resol. cap.* 55. *per tot.* plene Tusch. *litt. S. conclus.* 486. 487. *et* 488. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 807. *et seqq.* Ciarlin. *contr.* 170. *per tot.* ubi plura ad evitandam dicti statuti dispositionem, latè Marc. Ant. Blanc. *tract. de promiss. per tot.* ubi est hujus materiæ sedes, de validitate dicti statuti, qui possint esse arbitri, de his, qui possunt petere compromissum, & ad illud compelli, vel non, de quibus causis possit compromitti, vel non; de potestate arbitrorum, de ordine per eos servando in procedendo, & decidendo, de sententiis, earum effectu, & executione, de appellationibus, reductionibus, & hujusmodi. Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 6. *intersect.* 1. *nu.* 21. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 21. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 11. Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *part.* 2. *quæst.* 28. *tom.* 4.

Et in quibus casibus non procedat dictum statutum, Joseph. de Rosa *Consultat.* 58. *per tot.* Vide Pellegrin. & Carol. Ant. De Luc. *ubi supra* Card. De Luc. *de Judic. disc.* 11. *n.* 15. Altimar. *loc. cit.*

Compromissum necessarium nullas exigit solemnitates, secus voluntarium Card. De Luc. *de judic. disc.* 11. *n.* 8. *de Alien. disc.* 21. *n.* 7. Item necessarium operatur declinatoriam fori aliàs competentis, secus voluntarium Idem De Luc. *dict. disc.* 11. *n.* 9. 17

Item voluntarium expirat per mortem compromittentis, secus necessarium Carol. Ant. De Luc. *in Prax. jud. cap.* 21. *n.* 12. *vers. compromissum*

Compromissum statutarium esset abolendum, & de ratione. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 21. *n.* 4. 5. *et* 11. 18

Compromissum statutarium Fulginatense quid disponat. Card. De Luc. *d. disc.* 11. *n* 10. 19

Compromissum statutarium nobis in quibus tribunalibus attendendum Card. De Luc. *d. disc.* 11. *n.* 2. 20

Quid

21 Quid disponat Regia Pragmatica Regni Neapolitani. Card. De Luc. *loc. sup. cit. n. 3.*

22 Compromissum non intrat in casibus à statuto exceptis. Caprat. *dec.* 130. *n. 5. part.* 1. Compromissum etiam in casibus exceptis à Statuto, nempe testamentorum, aliorumque instrumentorum, paratam executionem habentium intrat, quoties legata, & actiones ex instrumento non sunt liquidæ, & claræ, sed dubiditatem involuunt, & indigent discussione Juris, vel facti. Caprar. *d. dec.* 130. *nu.* 6. Vel excipitur de non reddita ratione administrationis, ob quam creditum dicitur illiquidum. Caprar. *ibid. n.* 8.

23 Compromissum confirmatum Juramento non subjacet statuto Laicali Rot. *dec.* 682. *nu.* 24. *part.* 4. *tom.* 3. *dec.* 179. *n.* 21. *part.* 9. *dec.* 271. *n.* 15. *part.* 23. *rec.* coram Gregor. *dec.* 391. *n.* 4. & coram Coccin. *dec.* 1238. *n.* 14. Emeria Jun. *dec.* 793. *n.* 4.

24 Forma libelli de petitione compromissi Carl. Ant. De Luc. *in prax. Jud. cap.* 21. *n.* 12.

Compromissi inter consanguineos Decretum. Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 6. *intersect.* 1. *n.* 21. *pag.* 93.

25 Ubi agitur de casu mixto vigore connexionis alterius Causæ cum Tertio, an ratio connexionis prævaleat, & compromissum impediat Card. De Luc. *de Judic. disc.* 11. *n.* 10.

26 Compromissum an peti possit per curatorem hæreditatis jacentis, si defunctus erat consanguineus Novar. *in collect. pragm.* 1. *de arbitr. nu.* 9. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. jud. cap.* 21. *n.* 11.

27 Contumax purgata contumacia, re integra potest petere compromissum Muscatel. *in prax. part.* 2. *gloss. grad. n.* 4. Carol. Ant. De Luc. *loc cit.*

28 In apoca trino teste munita, quia habet vim publici instrumenti cessat compromissum Staiban *resol.* 63. *n.* 30. Carol. Ant. De Luc. *ubi supra.*

29 An compromissum locum habeat, si litigantes sint conjuncti in quarto, & in quinto gradu, Vide Carol. Ant. De Luc. *loc. adduct.*

30 Si quæstio sit, an causa sit compromittenda, & super hoc petatur compromissum fieri, debet fieri compromissum Sanfelic. *in Prax. sect.* 41. *num.* 6. Scialoya *de for. comp. cap.* 11. *nu.* 105. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 28. *n.* 235. *tom.* 4.

Statutum de debitore Capiendo.

1 Statutum quòd debitor possit capi rejecto omni privilegio, non procedit in milite, vel Doctore, quia debet intelligi de privilegiis non clausis in corpore juris, Everard. *loc. à milit. u.* ... *milit. ad milit. cælest. nu.* 3. Caccialup. *de debit. suspect. & fugit. quæst.* 5. *n.* 10. ubi intelligit tantùm de doctore actu legente, vel advocante, & patrocinante, & *n.* 21. nisi adesset suspicio fugæ, quia tunc vult omnes posse capi, & carcerari, licèt relinquat cogitandum, vide quæ ad hoc propositum scripsi *in resol. cap.* 53. *n.* 13. *& seqq.* ubi quòd si sint verè fugitivi, vel de fuga instanti suspecti, vel cum re, vel pecunia aliena, vel quæ olim fuerit aliena, & sic cum animo fraudandi creditores, possunt arrestari ad effectum satisdandi de stando juri, & judicatum solvendo, & quòd privilegia Doctorum, non personæ, vel exercitio tantùm, sed dignitati in genere sunt concessa, & ideò indifferenter omnibus prosunt, & non potest illis renunciari, dummodò condignè, ac legitimè servatis servandis lauream doctoralem obtinuerint, & dixi in *Pract. §. Doctori n.* 14. & in hoc opere *§. Doctor n.* De Luc. *conflict. observ.* 285. Pascal. *de patr. pot. part.* 2. *cap.* 5. *nu.* 79. *& seqq.*

2 Statutum quòd debitor suspectus de fuga possit capi, non est simpliciter intelligendum, sed ita demum si suspicio superveniat post contractum, aliàs si adesset tempore contractus, creditor sibi debet imputare, nisi tunc ei fuisset incognita, & posteà ad suam notitiam devenerit, Caccialup. *tract. de debit. suspect. & fugit. quæst.* 6. *n.* 3. *& per tot.* Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 38. *alias* 48. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 87. *n.* 22. *& seqq.* vide *in §. Debitor n. & in resol. cap.* 39. *n.* 2. ubi quæ requirantur ad hoc, ut judex possit concedere mandatum capturæ contra debitorem vigore suspicionis fugæ, & quomodo probari debeant. Abeccles. & Crescin. *obser.* 121. *a n.* 1. *& seqq. part.* 1. ubi latè de hac materia. De Luc. *de Credit. disc.* 113. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 10. *tom.* 2. Rube. *de Confus. Jur. cap.* 12.

3 Statutum quod debitor possit capi ad instantiam creditoris non haber locum secundùm aliquos ad instantiam cessionarii, cùm propriè non dicatur creditor, nisi agat actione directa tanquam procurator nomine cedentis, licèt contrarium etiam si agat tanquam cessionarius nomine proprio concludat Marant. *in l. si actor n.* 20. *ff. de procurat.* vide *in §. Cessio nu. & §. Debitor n.* Tusch. *litt. S. concl.* 478. *n.* 16. *& seqq.* Viv. *comm. opin.* 816. *per tot.* ubi plura Cabal. *cons.* 177. *n.* 16. *&* 17. *lib.* 1. ubi quod non habet locum ad instantiam cessionarii, nisi prius citato debitore, & constito de cessione.

Quando, & contra quos habeat locum statutum concedens capturam debitoris, latè Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 478. *per tot.* ubi an contra hæredem debitoris, & quibus servatis, *& conclus.* 529. vide in *§. Executio n.* 9. *&* 10. vide de Franch. & Addent. *dec.* 405.

4 Statutum permittens carcerationem debitoris afficit etiam hæredes, & quid dicendum de pacto Abeccles. & Crescin. *obser.* 124. *nu.* 2. *& seqq. part.* 1. Rube. *de Confus. Jur. cap.* 12.

5 Debitor suspectus de fuga potest capi die feriato etiam in honorem Dei Crescin. ad Abeccles. *obser.* 77. *n.* 19. *part.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 40. *n.* 28. *tom.* 1.

6 Debitor suspectus de fuga capi potest, nulla prævia citatione, aut præcepto de solvendo, ne ille instruatur ad accellerandam fugam. Et hæc captura concedi potest per Judicem incompetentem Altim. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 10. *a n.* 31. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 121. *a n.* 1. *part.* 1. Sed hoc ultimum intellige, ut declarant. Altimar. & Crescin. *loc. adduct.*

7 Quinque requisita sunt necessaria ad hoc ut substineatur mandatum capturæ vigore suspicionis fugæ, de quibus latè Crescin. *loc relato*

8 Debitor suspectus de fuga dicitur ille, qui non possidet immobilia, & sæpius interpellatus non solvit, frequenter ludit, sumptuosè vivit, sua consumpsit, & dilapidavit, de quo fama est, quod debeat plus, quàm in bonis habet, & fugam machinavit. Berlich. *lib.* 1. *conclus.* 73 *n.* 41. *&* 42. Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæst.* 10. *n.* 40. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 121. *n.* 21. *part.* 1.

Suspectus de fuga allegari non potest, qui possidet stabilia. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 113. *n.* 8. An autem possidere debeat in loco Judicii, vel sufficiat possidere in loco Principatus diversi. Card. De Luc. *d. disc.* 113. *n.* 9. *cum seqq.*

Forensis possidens immobilia in proprio foro, non potest ut suspectus de fuga carcerari Deci. *cons.* 75. *vers. octavo* Natt. *cons.* 430. *a nu.* 14. Rube. *loc. cit. cap.* 12. *n.* 43.

9 Suspectus de fuga male captus, an, & quando bene retineatur. Rot. *dec.* 742. *n.* 25. *& seq. part.* 4. *tom.* 3. *rec.* Card. De Luc. *d. disc.* 113. *n.* 16.

Injustè, & nulliter carceratus, an debeat excarcerari sine cautione. Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 10. *n.* 77. *tom.* 2.

10 Solum juramentum creditoris an sufficiat ad talem capturam. Paris. *cons.* 107. *num.* 54. *vol.* 3. Alex. *cons.* 19. *nu.* 2. *vol.* 3. Natt. *cons.* 29. *nu.* 2. *&* 10. *vol.* 1. Altimar. *de Nullit. d. rub.* 12. *quæst.* 10. *n.* 51. *& à n.* 52. *ad n.* 62.

11 Suspectus de fuga potest carcerari etiam si dies solutionis non venerit. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 77. *n.* 8. Idem Surd. *dec.* 120. *n.* 13. *& dec.* 161. *nu.* 7. Berlich. *concl.* 73. *n.* 28. *lib.* 1. Altimar. *d. rub.* 12. *quæst.* 10. *n.* 63. *& a n.* 64. *ad* 74.

12 Si fidejussorem dare non potest talis carceratus, an sufficiat juratoria cautio. Franch. *dec.* 497. *n.* 5. Novar. *in prag.* 2. *de feriis n.* 10. Altimar. *loc. cit. n.* 75. *&* 76.

Cre-

Digitized by Google

13 Creditor inhærens pignori non potest procedere ad capturam debitoris ratione suspicionis fugæ Bal. *in l. Creditori ff. si cert. pet.* Jas. *in l. 1. nu. 23. vers. dicit etiam singulariter. ff. si quis Jus dic. non obtem.* Rub. *de Confus. Jur. cap. 12. n. 51.*

14 Hæres pro debito defuncti carcerati nequit tanquam suspectus de fuga. Bar. *in l. Postulante ff. ad Trebell.* Rube. *de Confus. Jur. ibid. n. 54.*

De Statuto reiiciente exceptiones.

1 STatutum potest tollere omnes exceptiones, si constet de mente statuentium, si autem generaliter loquatur, sunt quædam exceptiones adeò privilegiatæ, ut non censeantur sublatæ, nisi de illis sit facta specialis mentio, & pariter statutum permittens quasdam tantùm exceptiones opponere, non videtur reiicere similes, Asin. *in prax. §. 31. cap. 21. n. 2.* Menoch. *lib. 2. præsump. 48. per tot.* facit quod dixi *in §. Nullitas n.* vide Card. Tusch. *litt. S. conclus. 525. & 526. per tot.* Odd. *tractat. de restit. in integr. quæst. 42. art. 6. n. 27. & seqq.* Peregrin. *dec. 148. per tot.* Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 3. per tot.* Crescin. ad Abeccles. *obser. 118. n. 2. part. 1.*

2 Statutum quod contra instrumentum, vel sententiam non possit opponi nisi de falsitate, illo non obstante poterit opponi instrumentum non esse instrumentum, & carere debitis solemnitatibus, ac idem in sententia Afflict. *dec. 21. eum. 14.* Asin. *in Prax. §. 31. cap. 21. nu. 2. &c.* Sanfelic. *dec. 365. cum Addit.* ubi plura ad rem in terminis liquidationis instrumenti juxta Pragmaticas Regni Neapolitani.

De statuto præfigente terminum ad opponendas nullitates, & exceptiones, vide Gratian. *dec. 151. per tot.* facit quod dixi in *§. Exceptio nu.* Sanfelic. *dec. 299. n. 8.* Scop. & Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* Abeccles. *obser. 89. n. 4. & 5. part. 1.*

3 Statutum generaliter reiiciens omnes exceptiones, non videtur primò reiicere exceptionem, ex qua tollitur qualitas, & in qua fundatur statutum, & ideò ut dixi supra potest opponi instrumentum non esse instrumentum, vel sententiam non esse sententiam, Asin. *loc. cit. vers. primò igitur* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 48. n. 1.*

Secundò, non videtur tollere exceptionem descendentem ex capite ejusdem, vel alterius statuti, Asin. *in Prax. §. 31. cap. 22.* Menoch. *d. præsump. 48. n. 3.* Fontanel. *dec. 243. et 244.* ubi latè, & bene declarat quando exceptio descendat ex eodem instrumento, vel non.

Tertiò non tollit exceptionem inhabilitatis personæ, puta excommunicationis, vel banni, Asin. *d. §. 31. cap. 23.* Menoch. *d. præsumpt. 48. nu. 6.* Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. seu mand. n. 2. et 2.* Peregrin. *dec. 148. n. 8.*

Quartò non tollit exceptionem notoriam, & manifestam, Asin. *d. §. 31. cap. 25.* Menoch. *d. præsumpt. 48. n. 9.* Abeccles. *d. observ. 89. part. 1.*

Quintò in dubio non videtur reiicere exceptionem, quam quis se offert incontinenti probare, Asin. *d. §. 31. cap. 26.* Roland. *cons. 98. lib. 3.* Corsett. *sing. 2. in verb. exceptio,* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 47. n. 2.* Sanfelic. *dec. 312. n. 9.* ubi quòd si exceptiones oppositæ, probentur in promptu, & plenè executionem impediunt, secùs autem si altiorem requirant indaginem. Crescin. ad Abeccles. *obser. 118. a n. 6. part. 1.*

Sextò non exceptionem defectus citationis, Asin. *loc. cit. cap. 27.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 48. n. 11. &c.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. eum. 8.* Peregr. *dec. 148. n. 2.*

Septimò, non exceptionem contrarietatis, & perplexitatis, quia sibi contrarius non est audiendus, Asin. *loc. cit. cap. 28.* Men. *d. præs. 48. nu. 13.*

Octavò, non exceptionem, quæ oritur ex natura subjectæ materiæ, ut subreptionis in rescriptis, Asin. *d. §. 31. cap. 29.* Menoch. *d. præs. 48. n. 14.* Abeccles. & Crescin. *loc. supra adduct.*

Nonò, non exceptionem, quæ oritur ex eodem fonte, ex quo nascitur petitio, Asin. *loc. cit. c. 30.* Menoch. *loc. cit. num. 23.* Franch. *dec. 623.* prout quando nascitur ex ventre instrumenti, a parte producti, Altograd. *cons. 37. nu. 7. et seqq. lib. 2.* ubi quòd judex tenetur ex officio hujusmodi exceptionem attendere ad rei favorem actoremque repellere, Peregrin. *dec. 148. n. 9.* Sanfelic. *dec. 311. nu. 20. etc.* ubi quòd exceptio proveniens ab eodem instrumento impedit illius executionem, dummodò sit peremptoria, & latiùs idem Sanfelic. *decision. 365. cum plena Addit.* Moder. *in prax. rer. civil. cap. 1. à nu. 213.* Altimar. *de nullit. rubr. 5. quæst. 9. n. 22. et rubr. 6. quæst. 3. n. 30. tom. 1.* Abeccles. & Crescin. *loc. cit.*

Decimò, non exceptionem nullitatis, cum intelligatur de actu valido, & cùm sit defensio, Asin. *§. 31. cap. 31.* Menoch. *d. præsumpt. 48. n. 24. etc.* vide Peregr. *decis. 148. per tot.* Sanfel. *dec. 299. per. per tot.* Abeccles. & Crescin. *d. obser. 118. part. 2.*

Et si in specie reiiciat nullitates, non censetur reiicere nullitatem ex defectu jurisdictionis, *gloss. in Clem. 2. de sequest. poss. et fruct. DD. in l. 4. §. Condemnandum de re jud.* Sanfelic. *dec. 419. n. 57.* Abeccles. & Crescin. *d. obser. 89. part. 1.*

Undecimò, non exceptionem incompetentiæ, vel quòd procurator excesserit formam mandati, Asin. *loc. cit. cap. 32.* Magon. *decis. Luc. 22. n. 17. et 18. cum Addit.* ubi de exceptione incompetentiæ.

Duodecimò, non exceptionem rei non traditæ tanquam descendentem ex eodem contractu Gratian. *discept. forens. cap. 11. n. 10. cap. 873. n. 3. etc.* Magon. *dec. Luc. 11. n. 3. etc.* ubi tamen *n. 21.* quòd statutum potest expressè illam tollere, Addit. ad Sanfelic. *dec. 365.* Cresc. ad Abeccles. *d. obser. 118. n. 12. par. 1.*

Decimotertiò, non exceptionem descendentem ex *l. 2. C. quod cum eo, etc.* Grat. *discept. forens. c. 799. n. 13. etc.* vide *in §. filius n.*

Decimoquartò, non officium judicis, Asin. *§. 31. cap. 33. et 34.* Menoch. *d. præsumpt. 48. n. 28.* Peregrin. *dec. 148. n. 10. etc.* Abeccles. & Cresc. *d. observat. 118. part. 1.*

Decimoquintò, non exceptionem indirectam, & quæ per tertium opponeretur, Asin. *d. §. 31. c. 35.*

Decimosextò, non exceptionem defectus causæ, cum regulariter non valeat obligatio sine causa, Gratian. *dec. 137. in Adddit. nu. 1.* vide *in §. Obligatio n.* Abeccles. & Crescin. *loc. supra relat.*

Decimoseptimò, non exceptionem metus, Asin. *§. 31. c. 36.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 48. n. 17.*

Decimo octavò, non exceptionem simulationis, Asin *loc. cit. c. 37.* Gratian. *discept. forens. cap. 255. n. 4.* vide Peregrin. *dec. 148. num. 13.* ubi allegat in contrarium, & Vivi. *comm. opin. 832.* ubi plura. Abeccles. & Crescin *loc. præallegat.*

Decimononò, non exceptionem innocentiæ, Asin. *d. §. 31. c. 38.* Menoch. *d. præs. 48. n. 18.*

Vigesimò, non exceptionem fundatam in confessione partis, Asin. *d. §. 31. cap. 39.* Menoch. *de præsumpt. 48. n. 29.* Altograd. *cons. 37. n. 6. & seqq. lib. 1.* ubi de Statuto Lucense, quòd debitor non audiatur ante præstitam fidejussionem, vel factam executionem, quòd procedere tantùm ostendit quoad exceptiones orientes ex facto debitoris, secùs autem quoad exceptiones orientes ex facto, & confessione partis, vel ex ventre instrumenti ab ea producti, quas probat admitti debere non obstante dicto statuto, etiam non præstita dicta fidejussione, nec alia facta executione, & in simili, sed arctiori, & duriori Pragmatica Neapolitana, ut debitor non possit audiri nisi in vinculis, vel facto deposito, latè Sanfelic. *dec. 365. cum plena Addit.*

Vigesimòprimo, non exceptionem fundatam in alio instrumento æquè solemni Asin. *d. §. 31. c. 40.* Menoch. *dict. præs. 48. n. 20.*

Vigesimo secundò, non exceptionem inepti libelli, Asin. *d. §. 31. c. 41.* Menoch. *d. præs. 48. n. 21.*

Vigesimotertiò, non defensionem, Asin. *loc. cit. cap. 42.*

Vigesimòquartò, non exceptionem provenientem ex dolo partis, Asin. *ubi supra cap. 43.* Menoch. de

de præsumpt. 48. *num.* 29. Peregr. *dec.* 298. *n.* 3.

Vigesimoquinto, non exceptionem, quæ opponeretur contra executionem, & non contra instrumentum, Asin. *d.* §. 31. *cap.* 44. Menoch. *loc. cit. num.* 31.

Vigesimosextò, non exceptionem recusationis judicis, Asin. *loc. cit. c.* 45. Menoch. *ubi supra n.* 32.

Vigesimoseptimò, non exceptionis solutionis, Asin. *c.* 46. Menoch. *num.* 33. Abeccles. & Crescin. *ubi supra*.

Vigesimooctavo, non exceptionem compensationis, Asin: *d. c.* 46. *n. pr.* Menoch. *d. præs.* 48. *n.* 34. Marth. Medic. *dec.* 91. *n.* 23 *etc. et exam.* 60. *n.* 4. *etc.*

Stante tamen obligatione Camerali non admitteretur compensatio, Menoch. *loc. cit. n.* 36. vide in §. *Compensatio*.

Vigesimononò, non exceptionem intentionis, & facti, Asin. §. 31. *cap.* 47. Menoch. *d. præsumpt.* 48. *num.* 37. Milanens. *decis. Rot. Sicil.* 3. *et* 8. *lib.* 2. Ricc. *Collect.* 2851. ubi quia judices etiam parte non opponente tenentur hujusmodi exceptionem supplere. Est autem exceptio intentionis, & facti illa, quæ nihil juris in se continet, ut quia actor nullam habet actionem, sed de facto tantum agit, & contra eum reus pariter de facto tantùm excipit, *l. qui se debere ff. de condit. ob caus.*

Trigesimo non exceptiones Vellejani, nec Macedoniani, Asin. *loc. cit. cap.* 48. Menoch. *num.* 38. vide in §. *Senatusconsultum num.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 361. *versic. Exceptio*.

Trigesimoprimò, non exceptionem retentionis, Mart. Medic. *dec.* 91. *num.* 21. *etc.*

Trigesimosecundò, non exceptionem, usurarum, Asin. *d.* §. 31. *c.* 49. Menoch. *d. præsumpt.* 48. *n.* 39.

Trigesimotertiò, non exceptionem falsitatis, Asin. §. 31. *c.* 50. Menoch. *d. præsumpt.* 48. *num.* 40. Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 118. *part pr.*

Trigesimoquartò, non exceptionem, quòd res petita non sit in rerum natura, Asin. *loc. cit. cap.* 51. Menoch. *n.* 41.

Trigesimoquintò, non restitutionem in integrum, Asin. *loc. cit. cap.* 52. Menoch. *num.* 42.

Trigesimosextò, non exceptionem nullitatis ex actis resultantem, Asin. *c.* 53. Sanfelic. *dec.* 365. *cum Addit.* Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 89. *part. pr.*

Trigesimo septimò, non exceptionem non numeratæ pecuniæ, Asin. *ubi supra cap.* 54. Soccin. *reg.* 97. *ampliat.* 3. *et* 4.

Trigesimooctavò, non exceptionem cedendarum actionum, Asin. *loc. cit. c.* 55. Gratian. *discept. for. c.* 409. *n. pr. c.* 701. *n.* 2. Montan. *de tut. c.* 39. *n.* 131.

Trigesimononò, non exceptionem orientem ex facto adversarii agentis, Asin. *d.* § 32. *cap.* 56.

Quadragesimo, non exceptionem implementi, etiamsi in instrumento adesset obligatio Cameralis, Gratian. *discept. for. cap.* 45. *nu.* 3. *etc. c.* 243. *nu.* 48. *etc. c.* 243. *num.* 25. *etc. c.* 246. *num.* 10. *etc. c.* 273. *nu.* 29. *etc. c.* 301. *et* 302. *per tot. c.* 307. 512. *et* 989. *per tot.* ubi multa de hujusmodi exceptione non implementi, Altograd. *cons.* 10 *num.* 14. *etc. lib. pr.* vide in §. *Exceptio num.* De Luc. *de Judic. disc.* 20. *num.* 22., ubi hoc declaratur Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 118 *part. pr.*

Statutum permittens opponere aliquas tantum exceptiones non censetur similes rejicere. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 48. *per tot.* Tusch. *concl.* 525. *et* 526. *per tot. Litt. S* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 218. *num. pr. part. pr.*

Exceptiones a Jure naturali, & divino provenientes non sunt sublatæ per Decretalem *licet de Elect.* Fagnan. *in cap. cum in cunctis n.* 29. *de Elect. lib. pr. Decretal. pag.* 245.

De statuto fœminarum exclusivo.

STatuta communiter vigentia per Italiam, *quòd extantibus masculis fœminæ non succedant*, sunt utique valida, & à consuetudine passim approbata, ac de facto quotidiè servata, ita ut de illorum validitate non amplius contingat disputari, maximè si agatur de exclusione talium fœminarum, quibus de jure non sit debita legitima, vel etiam fœminarum, quibus debeatur legitima, veluti filiarum, & aliarum descendentium, dummodò istis aliquid loco legitimæ reservetur puta dos etiam si sit minor legitima, ac etiam si loco legitimæ cum illius privilegiis non succedat, ut latè probat Albert. Brun. *tract. de stat. quòd stant. mascul. art. pr. per tot.* Georg. Natt. *cod. tract. quæst. pr. per tot.* Ricc. *Collect.* 1151. Rot. *p.* 12. *recent. decis.* 342. *nu.* 7. *etc.* facit quod dixi in §. *Dos num.* et §. *Legitima num.* in *res. c.* 90. *nu.* 22. & 23. Merlin *de legitim. lib.* 3. *tit. pr. q.* 2. *nu. pr. et seqq.* Tusch. *lit. S. concl.* 656. *et seqq.* ubi de statutis hujusmodi diversorum locorum, & quando habeant locum, vel non, Peregrin. *decis.* 138. *etc.* Constant. *ad statut. Urb. annot.* 39. *num. pr. tom.* 2. *pag.* 115. De Luc. *de success. disc.* 40. *num.* 8., ubi in Italia quando, & quare fuerint edita Crescin. ad Pen. *decis.* 207. *et decis.* 349. *in princ.*

Plura de statuto exclusivo fœminarum stantibus masculis, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 62. *per tot.* & de statuto excludente sorores, idem Conciol. & Romaguer. *loc. cit. Rub.* 66. *per tot.*

Quòd hujusmodi statutum prosit etiam Religiosis, & Clericis, ut possint ejus vigore fœminas excludere, nisi ipsi sint exclusi à beneficio Statutorum, latè Andreol. *controv.* 340.

Quòd etiam de jure Divino, & per legem Mosaicam fœminæ excluderentur à successione stantibus masculis habetur Num. *cap.* 27. Josue *cap.* 17. Paul. Christin. *ad l. municip. tit.* 16. *art.* 2. *n.* 3. Ac idem fuisse dispositum per legem XII. Tabularum, mediam jurisprudentiam, ac per jus Longobardorum, à quibus legibus originem traxisse hujusmodi statuta non videtur dubitandum ex traditis per Albert. Brun. *d. tr. art.* 2. *per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 191. *n.* 7. *etc.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *decis.* 36. *n.* 9. *et seqq vol pr.* Severol. *in resp.* 2. *a n.* 3. *fol.* 471. *vol.* 2. ejusd. Mantiss. Crescin. ad Pen. *dec.* 349. *in princ.* Palm. nep *alleg.* 251. *a n.* 16. *tom.* 3.

De jure autem communi fœminæ æqualiter cum masculis succedunt, per text. *in leg. maximum vitium* §. *Sancimus itaque C. de lib. præter.* & dixi Rot. *part.* 14. *recent. decis* 428. *num.* 3. ac alii passim, Rot. *part* 16. *decis* 267. *num pr. et seqq.* Et ita servari in Cathalonia testatur Romaguer. *ubi sup. n.* 46. adde Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog Ital. par.* 2. *q.* 45. & 46. *per tot.*, ac alibi, ut in *Indice generali in fine par.* 3. *verb. Statutum excludens fœminas*. Pen. *dict. decis.* 349.

Statuta fœminarum exclusiva propter masculos, cum sint condita principaliter, ut familiæ, & agnationes in divitiis conserventur, quod publicam respicit utilitatem, dicuntur simpliciter favorabilia, etiam si in odium, & gravamen fœminarum secundariò resultent, quod non attenditur sed intentio principalis statuentium, Brun. *dict. tract. art.* 3. & 4. *per tot.* Rom. *cons.* 16. & *cons.* 31. Vivi. *comm. opin.* 812. *n.* 1. Cort. jun. *cons.* 350. *n.* 3. &c. Gratian. *discept. forens. cap.* 449. *num.* 19. *cap.* 890. *num.* 31. &c. Magon. *dec. Flor.* 105. *vel* 106. *num.* 10. Mart. Medic. *Exam.* 49. *per tot. cum Addit.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 2. *nu.* 2. & *seqq. ad* 19. dixi *in resolut. cap.* 90. *num.* 22. *et* 23. ac alibi Merlin. *decis.* 740. *nu* 3. ubi quòd licèt sint correctoria juris communis, tamen non odiosa, sed favorabilia reputantur, cùm sint conformia juri antiquo, & divino, ut supra, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 342. *num.* 7. *etc.* Constant. *ad Stat. Urb. annot.* 39. *num.* 10. *tom.* 2. *pag.* 115. De Luc. *de success. disc. pr. n.* 12. *et* 13. *disc.* 2. *n.* 8. *disc.* 4. *n.* 9. *disc.* 7. *n.* 4. *disc.* 10. *n.* 8. *disc.* 13. *num.* 7. *et* 8. *disc.* 15. *n.* 9. *disc.* 23. *n.* 8. *disc.* 41. *nu.* 8. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *decis.* 36. *n.* 12. *vol pr.* Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 23. *n.* 24. Crescin. ad Pen. *loc. supra citat.*

Quòd dicantur condita gratia agnationis conservandæ, ita ut hæc ratio tamquam unica semper sit habenda pro expressa, & ab illa sit licitum arguere ad extensionem statuti, tenent multi, & præcipuè Brun. *d. art.* 2. *num.* 11. *etc.* Cyriac. *contr.* 400. *nu.* 60. *etc.* quos sequitur Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 267. *n.* 24. ubi tamen

Digitized by Google

men non loquitur de extansiona, *& dec.* 383. *per tot. d. part.* 9. vide Constant. *loc. cit. num.* 2. 3 *et* 4. De Luc. *de successionib. disc. pr. disc.* 3. *disc.* 13. *disc.* 23. *nu.* 8. Rub. *de Validitat. Legal. cap.* 61. *a* n. 88. Crescin. ad Pen. *decis.* 207.

Sed contrarium quòd imò non præsumatur hæc unica ratio, nec ab ea sit licitum arguere ad extensionem statuti, ubi non est expressa, & licèt præsumeretur non sit permissa extensio ad exclusionam personarum, Altograd. *cons.* 64. *n.* 18. *et seqq. lib. pr.* vide *in* §. *Agnatio nu.* latè Merlin. *loc. cit.* Emerix jun. *decis.* 126. *n.* 18. Vide eumd. Crescin. ad Pen. *dict. dec.* 207. & infra in noviss. addit. ejusd. Crescin. Palm. nep. *alleg.* 89. *a* n. 2. *tom. pr. et alleg.* 150. *et* 153. *tom.* 2.

Quòd tunc dicantur condita favore agnationis quando illius ratio fuit expressa, ubi verò non est expressa, sed indistinctè & generaliter loquuntur da successione masculorum tantùm, pariter dicantur agnationem respicere hoc tamen casu dicta ratio non præsumatur unica, nec ab ea sit licitum arguere juxta veriorem opinionem, nisi taliter loquerentur, ut ex illorum apparentia constaret, agnationis favorem fuisse unicam rationem, ut si vocarant omnas agnatos, & excluderent omnes cognatos, quasi tunc hujusmodi ratio sit uniformis, & generalis ad totam dispositionem, secus si non possit uniformiter ad omnea casus applicari: Quando autem excludunt fœminas à successione passiva fœminarum, tunc non dicuntur condita favore agnationis, sed ratione sotius, & nudæ masculinitatis, prout etiam quando non præferunt omnes agnatos fœminis, quasi isto casu ratio non sit generalis, nec uniformis ad totam dispositionem, & quamvis etiam in successione passiva fœminarum possit esse considerabilis ratio agnationis, tamen hoc intelligitur dummodò sit expressa, aliàs secus, ut benè quatuor casus distinguendo super statuto Genuæ, probat Altograd. *cons.* 62. *per tot. lib.* 2. Vide Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 349. Rot. in decis. recollect. per Palm. nep. *decis.* 213.

Quòd dicta statuta sint fundata in motivo conservandæ agnationis, quando illius ratio ast expressa, & in dubio recurrendum sit ad jus communa pro interpretatione, Rot. *in Noviss. part.* 6. *dec.* 206. *num.* 18. *etc.*

Et tunc dicantur favorabilia, ac conservare dabeant id totum, quod pertinet ad agnationem servandam, Rot. *in eadem causa decis.* 232. *d. part.* 6. Gratian. *disceptat. for. cap.* 890. *n.* 30. *etc.*

Quòd quando est expressa ratio agnationis dicatur finalis, & ab ea..... reguletur dispositio statuti, ita ut cesset ubi favor agnationis non est considerabilis, & semper vigeat ubi ipsa sibi locum vindicat, & ex ratione expressa liceat arguere ad casus etiam improprios, Marr. Medic. *exnm.* 31. *n.* 26. *et* 27. Altograd. *cons.* 62. *a.* 4. *etc. lib.* 2. Sed vide Palm. & Crescin. *loc. cit.*

Quòd statuta excludentia ut supra sint favorabilia, intellige quando constituta dote fœminæ, masculus transversalis intendit excludere fœminam pariter transversalem, vel masculus descendens fœminam descendentem, alias secus si transversalis vellet excludere descendentem, Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 191. *num.* 11. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *a.* 13. *&c.* Rot. *part.* 16 *recent. decis.* 267. *nu.* 16. ubi etiam, quòd quando sunt odiosa requirunt confirmationem in forma specifica, alias non sunt valida, nec attendenda. maximè non docto de illorum observantia, sed potiùs de inobservantia, *et part.* 27. *decis.* 94. in eadem causa. Vide Crescin. ad Pen. *præallegat. decis.* 349., ubi plura.

Quòd ubi agitur de excludenda sorore ab hæreditate fratris, & sic inter transversales dicantur........ favorabilia, quidquid dubitari........ possit ubi agitur de excludendo........ ab hæreditate ascendentium, Cutt. jun. *cons.* 150. *num.* 6. dixi *in resol. cap.* 27. *num.* 2. *etc.*

Quòd sint latè interpretanda quando per ea fit redditus in dispositionem juris communis, alias autem dicantur corractoria, & strictè interpretanda, Rot. in *Noviss. part.* 6. *dec.* 167. *numer.* 16. *etc. part.* 14. *dec.* 428.

Quòd quando fœminæ non excluduntur pro conservanda agnatione, & favore masculorum, sed simpliciter propter dotem, hujusmodi statuta dicantur odiosa, & restringenda, Gratian. *discept. forens. cap.* 651. *num.* 21. *etc.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 191. *nu.* 3. *etc.* ubi plura quòd sint odiosa, & odio irrationali, imò irrationabilissimo, *et part.* 16. *recent. decis.* 267. *per tot. et part.* 17. *decis.* 94.

Quòd sint correctoria, ourianı odium, repugnent æquitati naturali, sint omninò odiosa saltem respectu personarum exclusarum, & restringantur ad personas nominatas, prout ad eas, & ad casus expressos restringatur etiam ratio agnationis expressè, Altograd. *cons.* 48. *nu.* 11. *etc. lib.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 46. *n.* 6. *et seqq. par.* 16. *decis.* 287. n. 15. *et seqq.* ubi quòd impia reputantur si excludant filias propter extraneos.

Qualiter dicantur correctoria, & odiosa ubi non est expressa ratio agnationis conservandæ, & nisi urgente aliqua causa non extendenda ad personas nominatim non expressas, Capr *cons.* 73. num. 4 Corn. *cons.* 95. *num.* 8 *lib. pr. cons.* 305. *num.* 4. *lib.* 4. quos sequitur Rot. in *Narnien. successionis* 26. *Novembris* 1629. coram Merlino *in Noviss. part.* 5. *decis.* 322. *et part.* 16. *decis.* 329. inter impressas ejusdem Merlin. *decis.*..... Altograd. *cons.* 64. *num.* 3. *lib. pr.* Rot. *part.* 23. *recent. decis.* 265. *n.* 9. ubi quòd ratio conservandæ agnationis non extendit statuta juris communis correctoria de persona ad personam, nec de casu ad casum, sed procedunt, & intelligi strictè debent adveniente casu à statuentibus considerato, & loquitur ad interpretationem statuti veteris, & novi Civitatis Ravennæ, *et part.* 44. *decis.* 46. *n.* 7. *et seqq. per tot.* ubi de statuto Fani, & de eodem *decis.* 357. ubi fuit confirmata alia decisio, quòd mater censeatur exclusa tantùm à personis, quæ oculis corporeis leguntur, & non ab aliis, & rursus Rot. *d. part.* 14. *decis.* 438. *in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio *infr. num.* 38. *etc.* Crescin. ad Pen. *decis.* 207., ubi plura circa hanc materiam. Palm. nep. *alleg* 89. *a n.* 2. *tom. pr. et alleg.* 150. *et* 153. *to.* 2.

Quòd dicta statuta excludentia fœminas propter masculos censeantur excludere etiam omnes descendentes à fœminis, licèt masculos, cùm isti omnes inter cognatos reputentur, Altograd. *cons.* 93. *n. pr. etc. lib. pr.* vide in §. *Agnatio nu.*...... Merlin. *de legit. lib* 3. *tit. pr. quæst.* 17. *num.* 34. Tusch. *litt. S. concl.* 662. *per tot.* vide Constant. *loc. cit. num.* 49. *& nu.* 54. *&* 56.

Quam interpretationem recipiant, vel excludantur hujusmodi statuta fœminarum exclusiva, latè Brun. *de stat. exclus. fœmin. art.* 5. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 812. *per tot.* Vide De Luc. *de Donat. disc.* 55. n., 26. *& de successionib. disc.* 28. *n.* 11.

Qualiter procedant etiam favore fœminarum agnatarum ad exclusionem matris, Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 169. *per tot.*

Quòd tamquam correctoria juris communis sint restringenda, ut quantò minus fieri potest illud corrigant, ita ut si possint plures casus comprehendere, in uno tantùm corrigere sint interpretanda, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 241. *num.* 6. *& seqq.*

Statutum excludens *filias fœminas*, *stantibus filiis masculis*, non videtur procedere, si dicti filii mas- 3
culi primi gradus non adsint, cùm non sit extendendum ad personas nominatim non expressas; sed tamen si extent filii eorum masculi, filias fœminas prædictas suas amitas excludunt, vel quia nepotes ex filio veniant appellatione filiorum juxta ea, quæ dixi in §. *Appellativa num.*..... vel quia personam patris repræsentent, etiam ad effectum exclusionis fœminarum, intelligendo ubi in statuto est expressa ratio agnationis conservandæ, vel taliter dispositum, ut constet agnationis favorem fuisse unicam illius rationem, alias autem secus, Gratian. *discept. for. cap.* 890. *num.* 28. *& seqq.* Rot. *in Narnien. successionis* 7. *Februarii* 1619. coram Merlino *num.* 25. *inter impressas ejusdem decis.* 390. Altograd. *cons.* 58. *nu.* 3. *lib. pr.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *n.* 118. *& num.* 168. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 17. *num.* 24. *&c.* dixi *in resol. cap.* 27. *a.* 3. *& seqq. per tot.*

tot. cap. 45. num. 10. &c. vide in §. Repræsentatio nu. 21. &c. infr. nu. 18. Paul. Christ. decis. Belgie. 113. num. 55. vol. pr. Peregr. decis. 103. Pen. & Crescin. decis. 615.

Quòd statutum excludens fœminas ab hæreditate aliquarum personarum nominatarum, intelligatur voluisse tantùm excludere ab illarum successione, & non aliarum in statuto non expressarum, licèt videatur major vigere ratio, & aliqua de repræsentatione ad hunc effectum, Cæphal. cons. 616. nu. 44. &c. Rot. part. 9. rec. decis. 15. per tot. par. 14. decis. 46. & decis. 357. infr. nu. 53. & n. 18. vide Constant. ad Statut. Urb. annot. 39. nu. 31. 42. 46. & 47. tom. 2. Vide Crescin. ad Pen. decis. 207.

Licèt non extendatur dictum statutum de persona ad personam ex identitate rationis, tamen posse extendi ex majoritate rationis, & ex mente statuentium, cùm his casibus dicatur potiùs comprehensio quàm extensio, Rot. in selectis per Farinac. part. pr. tom. pr. decis. 104. num. 1. & 4. infr. num. 6. in fine & num. 53. Constant. loc. cit. à num. 23.

4 Statutum quòd fœminæ non succedant cum masculis si fuerint dotatæ, an habeat locum decedente patre cum filio masculo, per quem filia dotata remansit exclusa, si posteà ipse filius decedat relicta solum filia, vel filiabus fœminis, & sic an neptis præferatur, vel concurrat cum amita, dic quòd si ille filius decessit vivente patre communi, æqualiter concurrunt neptis, & amita ad successionem avi, & patris respectivè posteà defuncti, ab intestato; si verò jam patre defuncto decedat filius, præferatur neptis, ad quam ex persona sui patris fuit translatum jus adeundi hæreditatem quatenus non fuisset adita, & excludendi amitam in illo radicatum, cùm non amplius avita, sed paterna dicatur hæreditas, in qua prima causa succedendi est descendentium, & non transversalium; quicquid secus sit ut suprà in primo casu decedentis filii superstite adhuc patre suo communi, & sororum, avo autem respectivè filiæ filii, nam tunc, ut dixi æqualiter admittuntur neptis, & amita, quia tunc agitur de avi, & non patris hæreditate, & neptis repræsentando personam patris constituitur in æquali gradu cum amita, Pract. Papp. libell. pro legat. rei sing. gloss. pr. n. 82. cum Addit. Soccin. jun. cons. pr. n. 2. lib. pr. Capyc. decis. 21. per tot. Surd. decis. 138. Duran. decis. 36. nu. 20. et seqq. Franch. decis. 32. nu. pr. & seqq. vide in resolut. cap. 45. n. 13. &c. & in hoc Opere §. Repræsentatio num. 21. Matt. de success. legal. part. pr. quæst. 24. num. 8. &c. et vot. Pis. 102. per tot. Joseph. Felix. in Margar. vor. conclus. verb. Transmissio, vers. amplia fol. 114. Treniacinq. var. resolut. lib. pr. tit. de stat. resolut. pr. Crass. de success. §. Transmissio quæst. 23. Marin. resolut. lib. 2. cap. 145. Lanar. cons. pr. nu. 58. et seqq. & novissimè, ac plenè Jo: Dominic. Pansut. cont. 24. & seqq. ubi etiam quid dicendum sit in terminis Constitutionis Neapolitanæ, & reprobat Capyc. d. dec. 21. ac ejus sequaces.

Nisi dicimus filiam ingredi locum patris, & illius personam repræsentare, etiam quoad sexum ad effectum excludendi amitam secundum opinionem Hodiern. in l. hac edictali quæst. 41. nu. 13. C. de secund. nupt. & latè in Addit. ad Surd. d. decis. 138. & secutus sum in d. cap. 45. nu. 12. & nu. 15. vide Matt. de success. d. quæst. 24. per tot. & vot. 102. Pansut. & alios supracitatos.

Quòd statutum excludens filias propter masculos excludat etiam neptes, nam neptis ex filio non debet esse melioris conditionis quàm filia, Bart. in l. liberorum num. 13. in fine ff. de verb. signific. Brun. tractat. de stat. fœmin. exclus. art. 6. numer. 111. & 142. Martha vot. Pis. 47. numer. 5. &c. Intellige cum prædicta distinctione si pater neptis sit præmortuus, secus si supervixit, & paternam adivit hæreditatem, quia tunc desinit esse hæreditas avita, & efficitur paterna, à qua non excluditur neptis adeuntis filia, nisi extent filii ejus fratres masculi, qui casus est extra prædictam dubitationem, & vide Brun. loc. cit. Vivi. comm. opin. 869. ubi videtur tenere quòd non excludatur neptis, sed succedat cum patruis ad hæreditatem alterius patrui juxta dispositionem juris communis, ipsum adeas, & infr. num. 6. in fine, ubi quòd contrarium est verius ex Rot. in selectis per Farinac. part. pr. tom. pr. decis. 104. per tot. facit Rot. par. 18. recent. decis. 753. num. 4. & 5. vide Pansut. loc. sup. citat. ubi benè distinguit in terminis Constit. Neapolit. vide Constant. annot. 39. num. 48. tom. 2.

Statutum excludens fœminas existentes in pari gradu, non intelligitur excludere sororem à successione fratris per existentiam filii alterius fratris, quia mulier soror est in secundo gradu, masculus verò filius fratris in tertio gradu, & licèt repræsentet personam sui patris, & sic videatur in pari gradu, tamen intelligitur repræsentare, quoad hoc ut admittatur unà cum amita, non autem ut illam excludat, Rot. in Noviss. part. 4. decis. 385. & multos hanc opinionem tenentes refert Altograd. cons. 58. numer. 79. lib. 1. ubi tamen fatetur contrariam esse magis communem. 5

Contrariam itaque opinionem, ex eo quia si datur repræsentatio, quæ negari non potest, ille nepos in pari gradu dicitur ex quo in necessariam consequentiam posteà venit exclusio fœminæ, sequitur licèt nihil allegat Michalor. de fratr. part. 3. cap. 11. num. 168. Gratian. discept. for. cap. 890. n. 28. Merlin. de legit. lib. 3. tit. pr. quæst. 17. num. 24. Altograd. dict. cons. 58. num. 11. lib. pr. dixi in resol. cap. 45. nu. 15. vide in §. Repræsentatio num. 11. Card. De Luc. de success. disc. 16. à n. 10. cum plurib. seqq.

Quòd fœminæ per statutum exclusæ non dicantur esse pares in gradu cum masculis ad effectum impediendæ transmissionis, cùm non attendatur æqualitas, vel inæqualitas gradus respectu sanguinis, sed respectu successionis, Altograd. cons. 82. num. 15. lib. pr. cons. 83. num. 19. &c. ubi nu. 102. intelligit dummodò masculi succedant, cùm aliàs fœminæ dicantur in pari gradu, ubi masculi actualiter non succedunt.

Statutum admittens solùm masculos ad successionem, excludit fœminas ex masculo descendentes, nulla habita ratione repræsentationis, quia in illis deficit qualitas masculinitatis, Gratian. discept. forens. cap. 695. num. 12. dixi in resol. cap. 45. num. 11. ubi num. 12. &c. retuli etiam tenentes quòd filia subingrediatur in locum, & sexum patris ad exclusionem amitæ, vide supra num. 4. & in §. Repræsentatio num. 12. facit Merlin. de legit. lib. 3. tit. pr. quæst. 17. num. 34. Gratian. cap. 15. numer. 8. & seqq. ad 23. Brun. de stat. exclus. fœmin. art. 6. num. 89. &c. Natt. eodem tractat. quæst. 2. princip. num. 34. &c. Seraph. decis. 496. Vivi. commun. opin. 869. ubi de statuto excludente sorores extantibus fratribus, ut habeat locum etiam contra filias fœminas fratris prædefuncti, & sic neptes, quæ vigore statuti excluderentur à successione patrui, sicut & sorores, ne neptes existentes in remotiori gradu sint melioris conditionis, quam sorores, licèt postea videatur contrarium firmare, ut dixi supra num. 4. in fine; sed neptes excludi, ut suprà per dictum statutum, benè probat Rot. in selectis per Farinac. part. pr. tom. pr. decis. 104. per tot. vide Pansut. d. controv. 14. & seqq. ubi benè distinguit in terminis Constit. Neapolit. 6

Statutum excludens fœminas ab hæreditate alicujus decedentis ab intestato procedit, & locum habet quamvis ille talis decesserit condito testamento, ut reprobatis Cornel. cons. 290. num. 11. &c. lib. 3. Bart. cons. 31. lib. pr. Salyc. & Jas. in auth. Novissima num. 18. & 58. C. de inoffic. test. latè firmat Merlin. de legit. lib. 3. tit. pr. quæst. 14. num. 15. & per tot. ubi allegat Capr. cons. 84. num. 6. Rot. in Romana supplementi coram Arigonio 8. Februarii 1593. & in Romana census de Mutiis 24. Maji 1619. coram Decano & alios, ubi etiam subdit rationes, & contrariis respondet Gratian. discept. forens. cap. 942. nu. 8. &c. latè Tusch. litt. S. conclus. 538. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 207. num. 14. &c. vide Rot. part. 13. recent. decis. 128. num. 10. & seqq. ubi benè declarat Ludovis. cum Beltramin. decis. 358. ubi quòd dicta conclusio procedit quando fœminæ venirent ad impugnandum testamentum, secus si ad capiendum, vel petendum, ex testamento sibi relicta, vide Constant. ad Statut. Urb. annot. 39. num. 71. tom. 2. Ca- 7

stald. consult. 169. *n.* 2. *vol.* 2. De Luc. *de Fideicom. disc.* 258. *sub n.* 4. *de Dot. disc.* 155. *sub n.* 16. *de Legit. disc.* 3. *n.* 16. *disc.* 6. *n.* 2. *disc.* 28. *n.* 8. *de Fideicomm. disc.* 143. *n.* 9.

Intellige etiam quando facto testamento fuerunt instituti illi, quorum contemplatione fœmina reperitur exclusa, aliàs si extranei sint instituti, statutum loquens ab intestato, non procedit condito testamento, Altograd. *cons.* 56. *n.* 16. *lib. pr. in fin. n.* 8. Vivi. *com. opin.* 773. *per tot.* Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 122. *nu.* 5. *& seqq. & part.* 18. *tom. pr. decis.* 45. *num.* 8. *&* 9.

Quòd causa testati in dubio regulari debeat secundum causam intestati, cum testator præsumatur voluntatem suam juris sui municipalis dispositioni accommodasse, & eum ea se conformare voluisse in iis, in quibus expressè contrarium non disposuit, latè Rot. Luc. penes Altograd. *in fin. tom.* 1. *ejus consiliorum vers. responsum fuit, & vers. seqq. fol.* 634. dixi in §. *Testator num..*

Quòd quamvis statutum excludat ab intestato, non prohibeat capere relicta in testamento, Gratian. *discept. forens. cap.* 651. *nu.* 31. *&c.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 218. *per tot.* ubi idem in renunciatione, & vide in §. *Filia num.* 92.

Quòd statutum excludens fœminas propter masculos possit habere locum etiam condito testamento si exprimat, & sic possit privare fœminas etiam successione ex testamento, nec ob id dicatur impedire liberam testandi facultatem, sed tantum quasdam personas incapaces reddere, & possit jus civile in aliquibus minuere, & restringere jus naturale, vel gentium, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 10.

Quòd statutum excludens fœminas ab intestato procedat etiam si conditum sit testamentum, nisi contrarium disposuerit testator, Alex. *cons.* 131. *num.* 2. *lib.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr quæst.* 9. Altogr. *cons.* 95. *num.* 129. *lib.* 2. vide Tusch. *litt. S. conclus.* 538. *per tot.*

Quòd loquens de successione ab intestato non habeat locum ubi adest testamentum, Pui. *decis.* 193. *num.* 2. *lib.* 2. Cavaler. *decis.* 297. *num.* 33. *& part.* 13. *decis.* 128. *& seqq.* ubi bene declarat quando statutum loquens ab intestato procedat etiam condito testamento, vel non, & *part.* 17. *decis.* 122. *num.* 5. *& seqq. per tot.* Vide De Luc. *de Dot. disc.* 175. *n.* 6. Baldue. *tit.* 3. *de Legat. decis.* 39. *nu.* 55. Calderon. *res.* 99. *a n.* 4. *tom. pr. p.* 2. Palm. nep. *all.* 61. *nu.* 12.

Quòd disponens de successione deferenda ab intestato facta computatione graduum secundum jus canonicum, habeat locum etiam in successione ex testamento, quicquid contrarium voluerit Andreol. *contr.* 168. *lib.* 2. latè probat Altograd. *cons.* 46. *& 47. per tot. lib.* 2.

8 Statutum excludens fœminas propter masculos intelligitur dummodò masculi, quorum favore sunt exclusæ reperiantur instituti, nam si extranei fuerint instituti, poterunt fœminæ impugnare testamentum, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 2. *num.* 56. *&c.* Duran. *decis.* 347. *num.* 7. *&c.* Urceol *consult. forens. cap.* 17. *num.* 23. 31. *& seqq. & cap.* 93 *num* 30. *vol.* 2. Gratian. *discept. forens. cap* 702. *nu.* 54. *&c. cap.* 490. *num.* 32. *&c.* 567. *num.* 4. *&c.* in quibus locis videtur sibi contrarius, ipsum adeas, & Clar. *§. Testamentum quæst.* 42. *in fine*, Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 12. *num.* 97. *& seqq.* vide in §. *Filia num.* 86. latè Rot. *part.* 6. *recent decis.* 267. *&* 383. *&* 91. *per tot.* ubi quòd similia statuta intelliguntur, quando adsunt masculi, & quatenus agitur de conservandis bonis in agnatione, aliàs cessante hoc fundamento, cessat statutaria dispositio, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 46 *per tot. & part.* 16. *decis.* 287. *numer.* 4. *& seqq.* ubi quòd ut intret statutaria dispositio duo potissimum requiruntur, nempè ut existant agnati, & itidem ut sint hæredes, ita ut unum sine altero non sufficiat, nec institutio in sola legitima, *part.* 17. *decis.* 112. *num.* 17. *& seqq.* in eadem causa. Vide Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 39. *à n.* 87. *tom.* 2. Card. De Luc. *de success. disc.* 22. *n.* 7. *& disc.* 41. *n.* 7. *de Legit. disc.* 4. *num.* 7. *&* 14. *disc.* 10. *n.* 9. Mantiss. ad eumd. De Luc. *libr.* 11. *decis.* 25. *n.* 12. *vol.* 2.

Cessat etiam statutum si masculi, quorum favore fuit conditum, admittant fœminas ad successionem, cum quilibet possit favori suo renunciare, ex quibus actibus inducetur hujusmodi admissio, & alia Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 146. *per tot.* Addo Constant *loc. cit. a n.* 242. Severol. *resp. prim. nu.* 17. impress. in Mantiss. ad De Luc. *vol.* 2. *fol.* 419.

Quòd ratio agnationis considerata à statuto in exclusione fœminarum propter masculos non dicatur adimpleta per institutionem masculorum in sola legitima, quæ est exigua portio, sed ad effectum dictæ exclusionis, debeant masculi, quorum favore est inducta, esse instituti hæredes universales, vel saltem in majori parte bonorum, Seraph. *decis.* 785. *num.* 2. cum aliis per Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *decis.* 45. *num.* 10. *et* 12.

Statutum (prout Florentiæ, & Mutilianæ) admittens ad successionem matris filias fœminas sub conditione, si non existat filius masculus, vel masculi, non dicitur conditum odio fœminarum, sed favore masculorum, quos supponit debere succedere, ita ut si illi non succedant, non possit esse locus statutariæ dispositioni, & si decedant ante aditam hæreditatem non possint transmittere in extraneum jus excludendi fœminas, prout in terminis statuti Florentini, & hæreditatis matris infanti delatæ, à patreque ejus nomine non aditæ, non censeri exclusas sorores dicti infantis, licèt infans ex speciali privilegio transmittat in patrem hæreditatem non aditam, cùm non ob id trasmittat cum jure, & facultate excludendi fœminas, quicquid sit in transmissionem, quæ fit ratione suitatis, vel sanguinis, latè Altograd. *cons.* 82. *lib.* 2. *per tot.* 9

Statutum excludens fœminas sub conditione *si masculi existant*, videtur habere locum stante simplici masculorum existentia, cum illa sola faciat deficere dictam conditionem, etiamsi non sint hæredes, & non succedant, maximè si exclusio fœminarum sit simplex, ita ut videantur de medio sublatæ tamquam si essent mortuæ; intelligendo quando masculi non sunt incapaces, nec repudiant, sed solum non adeunt, & sumus in casu quo talis hæreditas delata, sed non addita, nec repudiata transmittitur, vel jure sanguinis, vel jure suitatis, quia tunc sufficit sola existentia masculorum ad exclusionem fœminarum, etiam si non adeant, cum transmittant jure suitatis, vel sanguinis hæreditatem non aditam unà cum privilegio, & jure in illis radicato excludendi fœminas; secus autem si tales masculi essent successionis incapaces, aut expressè repudiarent, quia tunc perinde est, ac si non extarent, nec impediant admissionem, & successionem fœminarum, cùm isto casu non sit locus alicui transmissioni, ut colligitur ex distinctione Albert. Brun. *tractat. de stat. exclus. fœmin. art.* 10. *quæst.* 3. *num.* 18. *et* 23. *art.* 12. *num.* 116. *et seqq. et art.* 13. *num.* 77. *et seqq.* Soccin. Sen *cons.* 296. *per tot. lib.* 2. Martha *de success. legal. part. prim. quæst.* 24. *art.* 4. *numer.* 26. *& seqq. d. part. prim. quæst.* 13. *art.* 9. *nu.* 32. *etc.* Corn. *cons.* 42. *num.* 7. *cons.* 61. *num.* 3. *lib* 4. à quibus in dictis terminis non dissentit Altograd. *cons.* 82. *num. pr. et seqq ad* 16. *et num.* 35 *ac per tot. lib pr.* quamvis posteà sub *num.* 18. *etc.* more consulentis videatur illos tamquam pro se non facientes in specie reprobare, facit quòd dixi in *§. Substitutio num..* latè Jo. Dominic. Pansut. *contr. for.* 20. *per tot.* ubi plura qualiter exclusio fœminarum non sit simpliciter consideranda, sed sub conditione existentiæ masculorum, quibus deficientibus, illæ admittantur æqualiter, sive nuptæ, sive innuptæ sint, collatis tamen dotibus, ac idem esse in quavis ampla renunciatione, quæ semper intelligitur favore masculorum, & ex illis descendentium, & non aliter, ut dixi in §. *Renunciatio num.* 24. 10

Statutum exclusivum fœminarum, si loquatur per dictiones, *quousque, donec masculus extiterit, vel similes*, & non simpliciter excludat, dicitur tantùm temporaliter excludere, ita ut deficiente posteà linea masculorum, sint admittendæ, atque reintegrandæ fœminæ, vel earum descendentes, dummodò nati fuerint, vel saltem concepti tempore exclusionis, licèt etiam secundùm multos indifferenter admittantur non facta hujusmodi distinctione, illos tamen re- 11

probat Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 10. per tot.* Pract. Papp. *libell. hæredit. ex testament. gloss. Ac etiam realiter num.... eam Addit.* Gratian. *discept. forens. cap. 218. num. 85. etc. cap. 447. num. 25. cap. 664. in fine cap. 659. num. 16. cap. 965. num. 17. etc. cap. 890. num. 32.* Soccin. jun. *cons. pr. lib. 1.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. pr. quæst. 3. & 4. per tot.* Altograd. *cons. 48. num. 7. lib. 2.* Magon. *decis. Florent. 148. num. 13.* ubi quòd aliàs fœminæ simpliciter exclusæ, etiam si per momentum tantùm superviaeriot masculi quorum gratia fuerunt exclusæ, latè in terminis statuti Bononiæ Urceol. *Consultat. for. cap. 78. per tot. vol.* & in terminis statuti Perusini, Rot. *part. 9. recent. decis. 297.* & Statuti Interamnæ eadem Rot. *part. 11. decis. 37. num. 2.* & rursus in terminis Statuti Perusini Rot. *d. part. 11. decis. 146. per tot.* ubi firmatur habere locum donec extant masculi, & illis deficientibus fœminas, atque illarum hæredes reintegrari saltem ad legitimam. Vide Constant. *ad Statut. Urb. annot. 39. n. 282. & 283. tom. 2.* De Luc. *de Dot. disc. 13. sub n. 9. de Legitim. disc. 1. n. 6. in fin.*

An autem possint fœminæ interim petere à masculis cautionem de sibi restituendis bonis paternis, Merlin. *loc. cit. qu. 15.* ubi quòd sic de jure, secus autem de consuetudine.

Quòd stantibus prædictis dictionibus temporalitatem denotantibus, fœminæ non sint perpetuò exclusæ, sed deficientibus masculis, veniant ad successionem reintegrandæ, non quidem tamquam à statuto per argumentum à contrario sensu vocatæ, ad effectum ut possint alios excludere, sicuti quibusdam placuit, sed per remotionem obstaculi statuti, ad hoc ut succedant jure communi, Altograd. *d. cons. 48. num. 20. & seqq. per tot. lib. 2.* Rot. *part. 16. recent. decis. 301.*

Plura pro intelligentia dictæ reintegrationis factæ per statutum ad bona, à quibus filia fuit exclusa, Ruin. *tract. de stat. fœmin. exclus. art. 10. num. 12. &c.* Rot. *part. 9. recent. decis. 383. num. 4. & seqq.* Gratian. *decis. 81. per tot.* Tusch. *littera S. conclus. 665. per tot.* Urceol. *d. cap. 78. per tot. vol. 2.* quem sequitur Rot. post eumdem Urceol. *de transact. dec. 46.* ubi in terminis statuti Bononiæ, Merlin. *d. qu. 3. & 4.* ubi quòd fœmina interim decedens non transmittit jus reintegrationis in suos descendentes, nisi statutum vigeat in contrarium, vel reintegratio sit etiam ad favorem descendentium, vel fuerint nati, sive saltem concepti vivente avo, &c. & *quæst. 5.* ubi quid stante renunciatione. Constant *loc. cit. nu. 295. & proximis tom. 2.* De Luc. *locis citatis.*

Statutum excludens à successione avi, aviæ, pa-
12 tris, matris, seu fratris omnes fœminas ab illis dotatas, *donec, & quousque superfuerint masculi per rectam lineam descendentes in infinitum*, expressa etiam ratione agnationis, non operatur quin filiæ fœminæ semel exclusæ à successione matris ob existentiam filii masculi earum fratris eodem posteà defuncto non sint admittendæ ad illius successionem de jure communi unà cum patre superstite, qui illas non excludit, cùm non sit de descendentibus à statuto nominatis ad fœminarum exclusionem, sed dicatur casus omissus, quicquid per extensionem rationis agnationis contrarium tenuerint Cyriac. *contr. 137. num. 6.* & alii plures relati per Altograd. *cons. 58. num. 2. &c. lib. 2.* qui ibidem *num. 9. &c. per tot.* concludit ut supra ostendendo non esse locum hujusmodi extensioni, & contrariam opinionem procedere posse tantùm ubi statutum simpliciter loqueretur de agnatis, quorum appellatione venit etiam pater ad exclusionem fœminarum, vel sine hujusmodi dictionibus temporalitatem denotantibus, secus autem ubi loquitur de descendentibus, & cum dictionibus prædictis.

Statutum vocans ad exclusionem fœminarum, vel
13 aliter plures personas per dictiones, *sive, seu, vel aut, & similes disjunctivas*, est intelligendum juxta propriam naturam hujusmodi dictionum, & sic disjunctivè, & non copulativè, ita ut inter personas nominatas censeatur inductus ordo successivus, & primò admittantur vocati in prima parte alternativæ, deinde in defectum illorum vocati in secunda parte ipsius alternativæ, & sic deinceps juxta ordinem literæ, nec omnes simul concurrant, sed unus post alium, intelligendo quando inter hujusmodi personas potest considerari ordo charitatis, affectionis, vel prælationis, vel ratio diversitatis, etiam ex solo favore masculinitatis elicita, ut latè probat Altogr. *cons. 60. num. 29. et seqq. per tot.* præcipuè *num. 87. 88. 89. & 90.* & latiùs in eadem causa *cons. 21. 62. & 63. per tot. lib. 2.* ubi omnibus objectis satisfacit, licèt in fine dicat causam fuisse transactione suis clientibus favorabili decisam, vide in meis *resolut. cap. 82. num. 14. &c.* & in hoc Opere *§. Dictio num. 45. infra num. 16.*

Statutum excludens *sorores, & neptes ex fratribus, ubi adsunt fratres, & fratrum filii*, non habet locum, 14
& dicitur casus omissus, si adsint tantùm fratrum filii, & non fratres personæ defunctæ; sicut etiam statutum, quod *si quis tempore mortis caruerit filio, & filia succedat frater*, non habet locum si moriens caret filio tantùm, quia ubi plures copulativè vocantur ad exclusionem fœminarum, si omnes non adsint, casus dicitur omissus, & remanet sub dispositione juris communis, cùm hujusmodi statuta saltem respectu fœminarum exclusarum sint correctoria, & odiosa: ideòque restringenda, adeò ut privatio, & exclusio non admittatur, nisi in casibus specificè expressis, & copulativè concurrentibus omnibus personis, & qualitatibus à statuto requisitis, ad tradita per Altograd. *cons. 64. per tot. lib. pr.* ubi loquitur in terminis statuti Lucensis *lib. 2. cap. 9.* & allegat alios hoc idem firmantes, & *cons 59. num. 2. &c. lib. 2* ubi quòd secus est quando statutum continet verba disjunctiva, & *cons. 60. num. 24. &c. lib. 2.*

Statutum loquens de deferenda hæreditate ab intestato, 15
non videtur habere locum ubi agitur de successione impuberis, vel alterius non valentis condere testamentum, quia tales potius dicuntur decedere intestabiles, quàm intestati, & verba debent intelligi in propria significatione, maximè si agatur de successione contra jus commune, Alex. *cons. 115. lib. 2.* Magon. *decis. Florent. 144. in fine*, ubi multum controversum articulum appellat, & se remittit ad Addentes ad Rom. *cons. 4.* Crass. *de success. §. Successio ab intestato quæst. 1. col. 1.* Martha *vot. Pis. 55. num. 11.* ubi de magis communi opinione, vide Gabriel. *de stat. conclus. 1. per tot.* ubi propè innumeros cumulat pro utraque parte Rot. *part. 11. rec. dec. 169. n. 16.* ubi concludit, ut infrà pro contraria opinione.

Obstat tamen contrarius communis usus loquendi, 16
quo stante contrarium firmant Addentes ad Alex. *d. cons.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 11. nu. 77. &c.* latè hanc opinionem hincinde examinat Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 17. nu. 65. & seqq. per tot.* Martha *vot. Pis. 23.* qui est sibi contrarius, ut supra Vivi. *comm opin. 772.* vide in *§. Substitutio num. ...* latè hinc inde Tosch. *litt. I. conclus. 335. n. 13. & seqq. per tot.* ubi quis propriè dicatur intestatus, vel non, Paul. Christin. *ad l. Municip. tit. 16. in princip.* ubi quòd sex modis quis dicitur intestatus, vide in *§. Successio n. 2.*

Statutum vocans fratres utrinque conjunctos, vel ex latere patris tantum ad exclusionem fœminarum intelligitur disjunctivè, & ordine servato, ut scilicet primò admittantur utrinque conjuncti, & deinde conjuncti ex latere tantùm patris, Soccin. jun. *cons. 30. lib. 4.* cum aliis per Michalor. *de fratribus d. part. 3. cap. 14. n. 36. &c.* ubi tamen ipse probat contrarium, nempè quòd simul, & pari modo succedant, facit *supra n. 13. infr. n. seqq.*

Statutum faciens mentionem de fratre sorori præ- 17
ferendo in successionibus, locum habet etiam in fratre non utrinque conjuncto, sed consanguineo tantùm, qui alias de jure communi excluderetur per sororem utrinque conjunctam a successione alterius fratris prædefuncti, ipse sororem utrinque conjunctam excludat; intelligendo tamen excepta dote materna, quæ illi reservari debet ex æquitate, non obstante quòd mater prædecesserit, & videatur dicta dos effecta patrimonium fratris ultimo loco de-

fun-

functi, & qui illam tamquam utrinque conjunctus excludebat, nam in eo adhuc de æquitate considerari potest duplex patrimonium, paternum scilicet, & maternum, & in bonis paternis procedit dispositio statuti favore fratris consanguinei tantùm bona verò materna reservantur sorori utrinque conjunctæ, cùm in successione matris non sit considerabilis ratio agnationis *l. si emancipatis C. de legit. hæredit.* Magon. *d. dec.* 148. *n.* 16. *vers. nam inspecta per tot.* vide Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 14. *per tot.* Franch. *dec.* 25. *&* 26. Ger. Spin. *cons.* 76. 77. *&* 78. *per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 66. *per tot.* ubi plura de intelligentia similis statuti, & Jo. Torra *d. quæst.* 45. *&* 46. *per tot.* ubi loquitur in statutis Montis Politiani, Castri Franchi, & Burgi S. Sepulchri, *& cons.* 101. *per tot.* ubi de Statuto Senensi, Mart. Medic. *dec.* 52. *per tot. cum Addit.* Tusc. *littera S. conclus.* 663. *n.* 1. 667. *n.* 12. Peregrin. *dec.* 74. 75. 76. *&* 77. *per tot.* ubi plura de hac materia, idem Peregrin. *dec.* 87. *n.* 8. Castr. *cons.* 29. *vol.* 2. Coro. *cons.* 311. *vol.* 1. Brun. *de stat. exclus. fœmin. art.* 8. *quæst.* 25. *n.* 55. Hier. Gabriel. *cons.* 6. *n.* 7. Cabal. *cons. decis.* 20. *lib.* 2. & faciunt tradita juxta Consuetudines Neapolitanas per Jo. Dominic. Pansut. *contr.* 11. *& seqq.* Modern. Add. De Franch. *cit. dec.* 25. *&* 26.

Intellige prædictam conclusionem pro medietate dotis maternæ, alia medietate remanente hæredibus fratris prædefuncti, quia hoc modo non receditur à regulis juris, sed solùm restituitur sorori quantum abstulerat statutum prædictum, & redducitur successio ad dispositionem juris communis, secundum quam dos matris spectat æqualiter filio, & filiæ, Magon. & Michalor. *loc. cit.* quos alios sequutus sum in meis *resolut. cap.* 2. *nu.* 13. *& per tot.* vide in §. *Frater n.* 5. *&c.*

Quòd statutum Florentinum *lib.* 2. *Rub.* 130. excludens sororem uterinam à successione fratris per conjunctos ex latere patris usque ad quartum gradum, locum non habeat quoad bona obventa dicto fratri à matre, vel aliis conjunctis ex latere matris, Ger. Spin. *cons.* 4. *n.* 6. ubi plures decisiones *Rotæ Florent. allegat.*

Quòd filii masculi secundi matrimonii non excludant fœminas ex primo in successione matris, sicuti è contra masculi ex primo matrimonio non excludunt fœminas ex secundo partter in bonis maternis, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *n.* 43. *&c.* Capyc. *dec.* 92. *n.* 3. Rot. *part.* 16 *recent. dec.* 287. *n.* 10. *& seqq. & par t.* 17. *dec.* 122. *nu.* 14 *& seqq. in eadem causa*, facit Gratian. *discept. forens. cap.* 813. *nu.* 1. *&c.* vide in §. *Frater nu.* 6. Tusch. *littera S. conclus.* 673. *n.* 12. *& per tot.* ubi quòd secus in paternis, adde Pansut. *d. contr.* 21. ubi plura qualiter liberi diversorum conjugum succedant matri ab intestato defunctæ, maximè juxta Consuetudines Neapolitanas.

Intellige quando statutum fundatur in agnatione, secus si in simplici masculinitate, Honded. *cons.* 1. cum aliis, quos refert, & sequitur in terminis statuti Senensis, Ger. Spin. *cons.* 101. *per tot.* vide Peregrin. *cons.* 106. *lib.* 2. *& dec.* 78. *per tot.* ubi pro masculo ad exclusionem sororis uterinæ ex alio matrimonio susceptæ, etiam in successione matris, in terminis Statuti novi, & Reformationis Paduæ, dixi in §. *Frater n.* 6. adde Rot. *part.* 6. *rec. dec.* 287. *per tot.* ubi tenet primam opinionem, stante tamen ratione agnationis à statuto consideratæ, quæ non militat in fratribus uterinis, & pluries contra Honded. & sequaces fuisse à Rota resolutum, *& part.* 17. *dec.* 122. *n.* 14. *& seqq.* in eadem causa.

18 Statutum excludens sororem, & vocans fratrem, intelligitur de fratre primi gradus, non autem de fratribus patruelibus, vel consobrinis, quia non potest extendi de persona ad personam, sed coarctatur ad personas expressas, Rom. *cons.* 411. *num.* 4. Rot. *in Romana successionis* 4. *Julii* 1631. cor. Merlino *num.* 4. *& in fine*, *in Noviss. part.* 6. *dec.* 68. & inter impressas ejusdem Merlini *dec.* 526. *num.* 3. *&c.* Galvan. *cons.* 40. *n.* 30. *et seqq.* ubi aliter etiam defendi posse ostendit, facit quod dixi *suprà nu.* 3. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *num.* 35. *etc.* Tusch. *litt. S. conclus.* 663. *n.* 16. ubi allegat plures contrarium tenentes, quos videtur sequi cum aliquibus declarationibus. Vide Decis. Sicul. impress. inter oper. Card. De Luc. *n.* 36.

Quòd exclusis sororibus propter fratres, non intelligantur exclusæ sorores patrueles per fratres patrueles, Altog. *cons.* 64. *n.* 28. *lib.* 1. vide Galv. *d. cons.* 40. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 360 *n.* 22. *et* 23. ubi quòd statutum Imolæ *Rubr.* 47. excludens fœminas propter descendentes masculos, vel fratres consanguineos, non extenditur ad favorem patrui, vel fratrum patruelium, quicquid contrarium scripserit Port. *cons.* 35. *&* 180. quia similia statuta tantum disponunt quantum loquuntur, & non ultrà, itaut nec favore agnationis, nec ex identitate rationis possint extendi, *supra* n. 3. *infr. n.* 53. Conciol. cum Romaguer. *loc. cit.* ubi plura de Statuto excludente sorores propter fratres, Mans. *Consult.* 276. *lib.* 3. ubi de Statuto excludente mulier extantibus fratribus, an habeat locum extantibus fratrum filiis, & videtur affirmatio stante ratione agnationis conservandæ, de qua materia plura dixi in hoc §. *n.* 3. 18. 53. *etc.* idem Mans. *Consult.* 398. *lib* 5. vide Constant. *ad statut. Urb. annot.* 40. *n.* 2. *et seqq. tom.* 2.

Statutum exclusivum fœminarum, intelligitur tantùm quoad universalem successionem totius patrimonii, & non extenditur ad jus particulare, quod defertur filiæ jure contractus nominati, Gratian. *discept. for. cap.* 447. *n.* 24 *etc. infr. n.* 20. 19

Quòd filiæ exclusa à successione, non intelligitur exclusa à portione sibi obvenienti ex remedio *l. hac edictali Cod. de secundis nupt.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 21. *per tot.* dixi in §. *Filia num.* . . . . *et* §. *Renunciatio nu.* . . . . Vide Pigant. *ad Statut. Ferrar. tom.* 2. *rubr.* 143. *n.* 63. Mans. *consult.* 264. *n.* 29. Gobb. *consult.* 64. *n.* 63. Cabrun. *lucubr.* 23. *n.* 5. Crescin. ad Pen. *dec.* 212.

An autem intelligatur exclusa à quarta debita matri inopi in bonis viri, & filiis reservata juxta *Auth. præterea C. unde vir. et uxor* affirmativam substinet Surd. *dec.* 8. *per tot.*

Statutum quod fœmina dotata excludatur extantibus masculis, non intelligitur exclusa (defecto potestatis) à bonis emphyteuticis, quæ pater habet an Ecclesia pro se, & filiis suis tam masculis, quam fœminis, ad illa enim videtur simul cum masculis admittenda ex pacto, & non tamquam hæres, Bald. *in Auth. quas col.* 3. *C. de Sacros. Eccles.* Rot. *in Romana domus de Scapuccis* 19. *Januarii* 1612. *coram Coccino*, Gratian. *discept. for. cap.* 44. *num.* 20. *etc. cap.* 632. *n.* 16. *etc. cap.* 813. *n.* 31. *etc.* vide in §. *Emphyteusis n.* 36. §. *Judex n.* 31. facit Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 182. Bonden *docum.* 84. *in alleg. nu.* 28. *et ampl. n.* 20. *et* 21. *et in limit. n.* 19. 20

Contrarium autem tenent Marant. *in l. is potest n.* 24. *ff. de acquirend. hæred.* Bart. *cons.* 60. Cum. *consil.* 145. *lib.* 1. hancque partem pluribus relatis videtur sequi Ciarlin. *contr. jur. cap.* 17. *n.* 26. dixi *in resol. cap.* 90. *nu.* 32. *& seqq.* ubi vide Et ita firmat Constitutio Innocent. XI. impresse *in fin. part.* 18. *tom.* 2. *rec.* Pitoo. *de Jurepatr. alleg.* 57. *num.* 67. *tom.* 2.

Quòd dictum statutum locum habeat etiam quoad bona emphyteutica Ecclesiæ ratione utilis dominii; quod non Ecclesiastici juris est, sed temporalis, Soccin. jun. *cons.* 71. *in fine lib.* 1. Alex. *cons.* 9. *nu.* 2. *lib.* 5. Menoch. *de arbitr. cons.* 180. *nu.* 4. *&* 10. latiùs *in cas.* 562. *nu.* 22. *& seqq. ad* 34. Martha *de success. part.* 1. *quæst.* 13. *art.* 10. *n.* 15. *etc.* ubi quòd hæc opinio est omninò recipienda, cum talia bona quoad ordinem succedendi, & alia respectu utilis dominii laicorum, subjaceant statutis laicalibus.

Quod fœminæ per statutum exclusæ stantibus masculis, non succedant in emphyteusi tam hæreditaria, quàm ex pacto, & providentia, latè probat Altograd. *cons.* 25. *n.* 11. *& seqq. lib.* 1. ubi tamen non loquitur de emphyteusi Ecclesiæ, & latè etiam disputat, an quando fœminæ, unius lineæ excludantur per masculos alterius lineæ, vide in §. *Emphyteusis n.* . . . . vide Pigant. *ad statut. Ferrar. lib.* 2. *rub.* 139.

439. *n.* 50. *fol.* 125. *vol.* 2.

21 Statutum excludens fœminas propter masculos non porrigitur (ex defectu potestatis) ad bona sita extra territorium statuentium, Bart. *in l. cunctos populos nu.* 73. ubi etiam Bald. *nu.* 1. *& alii, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* Roland. *tractat. de lucr. dot. quæst.* 20. *n.* 14. Capyc. *dec.* 159. Rot. *part.* 2. *div. dec.* 673. & post Fenzon. *de Stat. Urb. decis.* 108. Grat. *discept. for. cap.* 431. *n.* 16. *&c. cap.* 581. *n.* 8. *&c.* latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 18. *per tot.* Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 7. *per tot.* Gregor. *dec.* 255. Rot. *in Culler. hæreditatis* 10. *Junii* 1666. *coram Buratto in Civitatis Castelli supplementi legitimæ* 11. *Decembris* 1617. *coram Pamphilio, & in Narnien. successionis* 22. *Maii* 1628. *coram Merlino inter impressas ejusdem dec.* 353. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2938. Peregrin. *dec.* 217. ubi latè quomodo, & quo jure fęmina per statutum exclusa succedat in bonis alibi sitis, Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 256. *n.* 2. *& part.* 18. *dec.* 753. *n.* 6. *& seqq.* Altog. *cons.* 93. *n.* 3. *& seqq. lib.* 1. ubi controvertissimam esse quæstionem demonstrat, multas authoritates, & rationes in contrarium allegat, & tandem *n.* 12. *etc.* sequitur hanc negativam opinionem, sive statutum loquatur in rem, sive in personam, dixi *in resol. cap.* 32. *n.* 1. *et seqq.* ubi quòd non attenditur distinctio an statutum loquatur in rem, sive in personam, nisi expressè inhabilitaret fœminas à successione, etiam respectu bonorum existentium extra territorium secundum opinionem, quam approbat Merlin. *d. quæst.* 18. *n.* 100. *etc.* sed illam non esse tutam, neque veram; sed potius à Rota reprobatam ostendit Merlin. *d. dec.* 353. *nu.* 17. *et seqq. per tot.* vide Tusch. *litt. S. conclus.* 554. *per tot. et conclus.* 868. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 3. *vol.* 2 *et dec.* 59. *d. vol.* 2. ubi quando hujusmodi statuta dicantur realia, vel personalia, vel mixta, Constant. *ad statut. Urb. annot.* 39. *n.* 131. *tom.* 2. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 80. *n.* 2. *de success. disc.* 4. *num.* 2. *disc.* 6. *n.* 2. *disc.* 19. *n.* 6. *disc.* 20. *n.* 2. *disc.* 23. *n.* 5. *disc.* 44. *n.* 2. *disc.* 42. *n.* 7. ubi declaratur *Conflict. obser.* 57. *De Testam. disc.* 48. *n.* 10. *in fin. de Legit. disc.* 17. *n.* 2. *disc.* 18. *n.* 2.

Quando statutum possit extendi ad bona extra territorium sita, ex eo quod ambo territoria sint sub eodem Principe, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 287. *vol.* 1.

Quid autem dicendum sit quoad mobilia, & nomina debitorum extra territorium, vide Franch. *dec.* 93. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 709. *n.* 10. *etc. cap.* 581. *n.* 9. *etc.* Cabal. *cons. dec.* 12. *per tot. lib.* 2. ubi idem ut suprà firmat, facit quod dixi in *§. Nomen n.* 3. *etc.* Merlin. *d. quæst.* 18. *nu.* 93. *etc.* dixi *in resolut. cap.* 32. *n.* 11. Christin. *dec. vol.* 2. *et dec.* 59. *et* 60. *d. vol.* 2. vide in *§. Mobilia num.* 4. Merlin. *dec.* 828. *n.* 15. Peregrin. *dec.* 104. *n.* 10. *etc.*

Quòd census dicatur extare in loco ubi est fundus censitus ad effectum ne intret statutum fœminarum exclusivum, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 342. *num. pr.*

22 Statutum prædictum exclusivum fęminarum, ut locum habeat requiritur duplex subjectio, nempè quoad bona, & quoad personam exclusam, & sic quòd bona, de quorum successione agitur, & persona exclusa sint de territorio statuentium, & hujusmodi subjectio adsit in uno, eodemque statuto, ita ut non possit fieri conjunctio, & combinatio diversorum statutorum, etiam idem disponentium, nempè loci bonorum, & loci personæ exclusæ, nec attendatur distinctio, an verba sint directa in rem, vel in personam, Bald. *in l. si quis ex argentariis n.* 3. *de edend.* Jas. *in l. Centurio n.* 57. *ff. de vulg.* latè Gratian. *discept. for. cap.* 431. *num.* 16. *&c. cap.* 449. *in fine cap.* 581. *num.* 8. *cap.* 709. *n.* 14. *&c. c.* 623. *n.* 21. *&c. cap.* 886. Lodovis. cum Beltramin. *decis.* 255. *per tot. & dec.* 279. Rot. post Fenzon. *ad stat. Urb. dec.* 21. *& decis.* 108. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 18. *n.* 60. *&c.* dixi *in resolut. cap.* 32. *n.* 5. *& seqq. per tot.* quas ad hoc propositum citat, & sequitur pluribus aliis relatis Urceol. *Consult. forens. cap.* 48. *num.* 22. *et seqq.* latè Rot. *in Narnien. successionis* 22. *Maii* 1628. *coram Merlino inter impressas ejusdem dec.* 353. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 265. *n.* 5. *et decis.* 342. *nu.* 2. *in eadem causa, et in Romana, seu Januens. hæreditatis Lunæ* 23. *Junii* 1670. coram Vicecomite post Urceol. *de Transactionibus dec.* 18. *nu.* 4. *et decis.* 30. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 412. *per tot.* ubi quòd non valet transactio aliter inter partes inita, tamquam fundata super dispositione statuti, quod non potest habere locum ex defectu potestatis, Rot. *part.* 25. *rec. dec.* 323. *n.* 9. *etc.* ubi de dicta duplici subjectione necessaria, *et part.* 16. *dec.* 271. ubi tamen *n.* 3. fuit animadversum sufficere dictam subjectionem verificari in bonis, & in persona excludente, ut dixi *infra n.* 24. *vers.* 4. Rot. *part.* 17. *dec.* 284. ubi de duplici subjectione necessaria, & nullitate transactionis aliter factæ, *et part.* 18. *dec.* 753. *nu.* 6. *et seqq.* Addo Constant. *ad statut. Urb. annot.* 39. *nu.* 133. *tom.* 2. De Luc. *locis supra adductis* Emerix jun. *dec.* 100. *n.* 2. *dec.* 372. *n.* 1. *dec.* 965. *n.* 21.

Quòd statutum loci, in quo sita sunt bona possit conjungi cum alio statuto pariter exclusivo vigente in loco personæ exclusæ ad effectum exclusionis fęminarum inducto favore masculorum, & sic contra prædictam rejectam combinationem, dicit esse magis communem opinionem, & ab ea nullo modo recedendum in judicando, Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 11. Thes. *quæst. for. lib.* 2. *quæst.* 5. Bellon. jun. *cons.* 74. *n.* 117. *& seqq.* D. De Luca *tract. de success. ab intest. disc.* 4. *per tot.* facit Magon. *dec. Florent.* 107. *per tot.* & multos pro hac parte testando de magis communi opinione allegat Merlin. *d. quæst.* 18. *n.* 59. à qua cessante auctoritate Rotæ non videtur dissentire, & aliquibus modis eam declarat, & præcipuè *num.* 66. quando uterque locus esset subditus eidem Principi à quo ambo statuta essent confirmata, & dixi *in resol. cap.* 32. *n.* 9. *&* 10. sed etiam hoc ultimo casu contrarium tenet Rot. *in Narnien. successionis* coram Merlino *sub n.* 51. *& seqq. & part.* 16. *rec. dec.* 412. *n.* 12. Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 1. *quæst.* 7. *effect.* 8. *n.* 17. *& seqq.* ubi citat dictam meam *resolut.* 32. cui videtur se remittere. Vide De Luc. *de success. disc.* 4. *a num.* 5. *& disc.* 9. *num.* 14.

Quòd non admittatur dicta combinatio, sed requiratur subjectio bonorum, & personarum copulativè, nisi defunctus habeat bona in utroque loco, & succedentes sint utriusque loci jurisdictioni subjecti, Altograd. *cons.* 93. *n.* 29. *lib.* 1. Durand. *decis.* 31. *n.* 6. *& seqq.* ubi quòd statutum excludit etiam fęminas forenses, si succedens sit originarius, & subditus loci statuti, ac bona sita in eodem territorio, & ita videtur sufficere subjectio respectu bonorum, & personæ excludere volentis; quod tamen puto intelligendum in fęmina alibi extra territorium nupta, quæ licèt forensis dicatur, ex quo acquisivit domicilium viri, tamen remansit etiam subjecta statuto suæ originis, ut dixi *in §. Uxor n.* vide Altograd. *d. consil.* 93. *n.* 26. *et seqq.* Merlin. *d. quæst.* 18. *n.* 64. *etc.* ubi quod alibi nupta amplius statuto originis non afficitur, sive loquatur in rem, sive in personam juxta veriorem opinionem. Constant. *ad statut. Urb. annot.* 39. *n.* 134.

Sed quòd imò statutum excludens fęminas propter masculos comprehendat etiam uxorem forensem effectam civem per matrimonium in domicilio viri, ita ut bona sita in loco novæ civilitatis acquisitæ deferantur secundum statuta illius loci, sita verò in loco originis secundum statuta loci suæ originis, quibus remansit subjecta, Gratian. *discept. for. cap.* 623. *n.* 21. *etc. cap.* 886. *n.* 2. *etc.* vide *in §. Uxor n.* . . .

Quòd in successionibus sit attendendum statutum vigens in loco, ubi quis decedit, sive condiderit testamentum, sive non, Grat. *discept. for. c.* 709. *n.* 10. *etc. et c.* 581. *n.* 9. vide latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 18. *in princip.* ubi rejicit dictam opinionem, & videtur firmare quod sint attendenda statuta cujusque loci, in quo sita sunt bona, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 282. *num.* 17. *vol. pr. & decis.* 3. *vol.* 2 *& decis.* 59. *d. vol.* 2. *infr. nu.* 24. Tusch. *litt. S. conclus.* 678.

per

Digitized by Google

per tot. ubi quod debet attendi statutum loci, in quo sita sunt bona, distinguit tamen plures casus cum Rot. *part. pr. diverf. decif.* 295. *per tot.*

Statutum fœminarum exclusivum etiam sit fundatum in voto agnationis conservandæ non prodest forensibus, & exteris succedere volentibus, cum illi non cadant sub providentia statuentium, & ideò non attenditur, an defunctus esset subditus, vel forensis, sed attenduntur personæ ad successionem aspirantes, quæ si sint forenses non possunt, vigore dicti statuti fœminas excludere, sed secundum jus commune debet successio regulari, Alex. *conf.* 44. *num.* 15. *lib.* 5. Peregr. *decif.* 56. 104. *et* 117. *per tot.* Rot. in Romana successionis 4. Julii 1632. coram Merlino *in Noviff. part. decif.* 68. *num.* 10. *etc.* ubi rejicit Thes. *quæft. for. lib.* 2. *quæft.* 4. *nu.* 7. *etc.* contrarium tenentem Rot. *d. part.* 6. *decif.* 137. *num.* 6. *et num.* 20. *et decif.* 160. *in fine*, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæft.* 18. *num.* 36. *etc.* ubi benè declarat, vide *in §. Forensis num.* 3. *in fine num.* 24. *in refol. cap.* 32. *num.* 4. *&* 7. *& feqq. per tot.* Merlin. *decif.* 353. *num.* 40. *et feqq. et decif.* 526. *nu.* 7. *etc.* Ricc. *Collect.* 2938. Rot. post Merlin. *de legit. decif.* 24. *per tot.* ubi etiam si dicti forenses essent facti cives ex privilegio, ut dixi *in §. Civis n.* 3. Crescin. ad Pen. *decif.* 207., ubi etiam quid in terminis Statuti Parmensis.

24 Statutum exclusivum fœminarum, an extendatur ad bona, vel personas alterius territorii, est quæstio multum anceps, & habens hinc inde multos fautores, & rationes juxta diversitatem casuum, qui contingere possunt, & ideò inhærendo traditionibus Merlini, qui omnium diligentissimè plures casus distinguendo illam declaravit in *tract. de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæft.* 18. *per tot.* dic ut infra videlicet, sed de etiam Rot. *in fupracitatis ditionibus*, Ricc. *Collect.* 2938. Peregr. *decif.* 56. *et* 104. *& decif.* 117. Mart. *vot. Pif.* 252. L dovif. cum Beltramin. *decif.* 255. *per tot.* Tiraquell. *de jure primogenit quæft.* 46. *per tot.* ubi in terminis primogenituræ. De Luc. *pluribus in locis*, ut videri potest supra *n.* 21. *et* 22.

Primò, quando omnes, tam defunctus, quàm ad successionem aspirantes, & fœminæ excludendæ sunt de territorio, ubi viget dictum statutum illud non porrigitur ad bona alibi sita; quando verò è contra defunctus, agnati, & fœminæ sunt forenses, & bona sunt in loco ubi viget statutum, non comprehendit illos tamquam forenses, & sic fœminæ non excluduntur, vel quia tamquam forenses ipsæ non arctantur dicto statuto, vel quia agnati illarum pariter forenses non possunt beneficio dicti statuti gaudere, ad latè tradita per Merlin. *d. quæft.* 18. *nu. pr. feqq. & ad* 43. Rot. *part.* 16. *recent. decif.* 412. *n.* 9. *& feqq.*

Secundò, quando ille, de cujus hæreditate agitur est subditus statuto unà cum bonis, agnati verò, & fœminæ excludendæ sunt forenses, tunc fœminæ excluduntur per rationem, & auctoritates, quas adducit Merlin. *d. quæft.* 18. *num.* 41. *& feqq. ad* 45. vide Altograd. *cap.* 93. *num.* 20. *et feqq. lib. pr.* & facit in contrarium, quòd dixi supra in primo casu, & supra *n.* 23.

Tertiò, quando defunctus, & fœminæ excludendæ sunt ejusdem loci, in quo viget statutum, masculi autem forenses, & bona extra territorium, tunc fœminæ non excluduntur, Merlin. *d. quæft.* 18. *nu.* 47. *&c. ad* 56.

Quartò, quando defunctus, & agnati sunt cives, & subditi loci, in quo viget dictum statutum, & bona etiam sita sunt in territorio ejusdem statuti, fœminæ licèt forenses excluduntur, Merlin. *d. quæft.* 18. *nu.* 51. *&c. ad* 58. Rot. *par.* 16. *recent. decif.* 171. *num.* 3. ubi quod sufficit subjectionem verificari in bonis, & in persona excludentis, vide supra *num.* 22.

Quintò, quando omnes de successione contendentes sunt cives, & subditi statuto unà bonis, licèt defunctus sit forensis, fœminæ excluduntur, Merlin. *d. quæft.* 18. *num.* 58.

Sextò, quando omnes sunt forenses, sed in utroque loco originis scilicet eorum, & loci bonorum viget statutum fœminarum exclusivum, tunc fœminæ non excluduntur, cùm non possit fieri combinatio hujusmodi statutorum, sive loquantur in rem, sive in personam, cùm hæc distinctio non attendatur, Merlin. *d. quæft.* 18. *n.* 59. *& feqq. ad* 93. vide Altograd. *conf.* 93. *n.* 26. *& feqq lib pr.* dixi supra *n.* 22.

Septimò, quando agitur de pecunia, & mobilibus extantibus extra territorium animo tamen reducendi, vel remittendi, ad patriam, vel in eam destinata fœminæ vigore dicti statuti ab illis excluduntur, aliàs autem secus cessante hujusmodi animo, & destinatione, Merlin. *d. quæft.* 18. *num.* 93.

Ac idem omninò indistinctè dicendum est de juribus, & actionibus, ac nominibus debitorum, cùm cohæreant personæ creditoris, & dicantur de loco illius, ubi destinata est solutio, undè secus esset si alibi esset destinata solutio, Merlin. *d. quæft.* 18. *n.* 25. vide Franc. *dec.* 93. *per tot.* ubi contra, ubi etiam modern. Add.

Octavo, quando statutum expressè inhabilitaret fœminas à successione etiam quoad bona sita extra territorium, tunc fœminæ etiam ab illis remanerent exclusæ, Merlin. *d. quæft.* 18. *num.* 10. *&c.* Altograd. *conf.* 17. *nu.* 8. *lib.* 2. vide Rot. per Merlin. *in fupracit. decif.* 353. *num.* 17. *& feqq.* ubi contra.

Et prædicta procedunt non solum ab intestato, sed etiam condito testamento respectu legitimæ, quàm pater testando non potest auferre, in aliis verò bonis habeat liberas habenas, & veniunt sub generali dispositione, etiam si sint extra territorium, ne detur inconveniens, quod quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, Merlin. *d. quæft.* 18. *nu.* 108. *etc. per tot.*

Statutum excludens fœminas dotatas intelligitur de dotatis in bonis illius, de cujus successione agitur, vel excludentis, & non de dotatis ex illarum propria substantia, quia dotare significat jus, & non simplicem actum nudi ministerii, Gratian. *difcept. for. cap.* 504. *per tot. cum Addit. in fine tomi, & cap.* 689. *num.* 21. Tusch. *litt. S. concl.* 660. *nu* 24. facit Rot *part.* 9. *recent. decif.* 207. *part.* 14. *decif.* 358 *& part.* 15. *decif.* 273. *in fine num.* 29. Francisc. de Angelis *tract. confef. lib. pr. q.* 7. *effect.* 8. *num.* 7. Addo Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 39. *à n.* 198. *tom.* 2. 25

Obligatus enim dotare non liberatur dando dotem de pecunia, vel rebus mulieris, idem Gratian. *cap.* 759. *num. pr.*

Ut locum habeat dictum statutum requiritur quòd dos fuerit soluta ipsi filiæ, non marito, licèt illa sciente, & quòd aliter constet de dote, quam per simplicem confessionem viri, qui in hoc non potest uxori præjudicare, intelligendo quando exclusio fundatur simpliciter in dote, Gratian. *difcept. forenf. c.* 15. *n.* 29. *cap.* 362. *n.* 2. *&c* ubi se remittit ad Surd. *conf.* 519. *lib.* 4. & ipse videtur contra prædicta, prout etiam in *cap* 651. *n.* 7. *&c.*

Statutum quòd filia dotata non succedat requirens simpliciter esse dotatam, non habet locum si tempore delatæ successionis non reperiatur dotata, licet masculi dotem offerrent, quia postquam jus succedendi est radicatum in filia reperta indotata non potest illa compelli acceptare dotem fortè successione minorem, Gratian. *difcept. forenf cap.* 15. *nu.* 25. *&c. cap.* 157. *num.* 15. Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 138. *&c. infra n.* 50. Tusch. *litt. S. conclus.* 660. *num.* 25. *&c.* facit Rot. *par.* 9. *rec. decif.* 207. *& par.* 10. *decif.* 329. *num.* 2. ubi declarat verum esse quando statutum excludit fœminas sub conditione si fuerint dotatæ, & sic dotatio est causa finalis statuti, secùs autem si non solum excludat dotatas, sed etiam indotatas cum onere dotandi, quia tunc sola existentia masculorum sufficit pro exclusione fœminarum, & latè etiam in terminis statuti Perusini eadem Rot. *par.* 13. *recent. decif.* 200. *per tot. part.* 14. *decif.* 358. *per tot. par.* 15. *decif.* 112. *per tot.* ubi pariter in terminis statuti Perusini, ut qualitas dotationis requiratur de tempore delatæ successionis *part.* 16. *decif.* 35. Francisc. de Angel. *de confef. lib. pr. quæft.* 7. *effect.* 8. *num.* 12. *&c.* Rot. *part.* 18. *dec.* 244. ubi de dicto statuto Perusino, *& decif.* 241. *et* 691. *nu.* 4. *& feqq.* Quibus adde Constant. *ad Stat. Urb. dict. annot.* 39. *à nu.* 222 *tom.* 2. 26

An autem dotata præsumatur mulier, quæ jam

Sabelli Summ. Tract. Tom. IV. Z 3 nupta

Digitized by Google

nupta reperitur, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 7.* ubi quod non.

Quòd statutum excludens dotatam, intelligatur excludere etiam illam, cui fuit tantùm dos assignata in testamento, licèt nondum sit apta ad matrimonium, nisi statutum requireret dotem fuisse cum effectu datam, vel solutam, Addit. ad Pract. Papp. *libell. hæred. ex testam. urb. dotata*, Clar. §. *Testamentum quæst. 41. in fine*, vide Gratian. *d. cap. 15. num. 25. &c.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 11. nu. 41. &c.* Tusch. *litt. D. concl. 788. per tot.* Vide De Luc. *de successión. disc. 40. per totum*.

Item per assignationem dotis, vel eleemosynæ factæ à Monasterio pro recipienda muliere dicitur satisfactum statuto illam excludenti, dummodò tempore delatæ successionis esset subiecta, Rot. *part. 12. recent. decis. 396. infrà num. 31.*

Quòd statutum excludens fœminas propter dotem non habeat locum in casu, quo fœmina à nemine fuit dotata, sed in Monasterio gratis recepta, Rot. *part. 15. decis. 272. num. 8. & par. 16. decis. 153. per tot.*

27 Statutum excludens fœminas propter masculos præfigendo ipsis masculis certum tempus ad dotandum fœminas exclusas, putà intra decimum octavum suæ ætatis annum, indicta pœna, quod si non dotaverint fœminæ cum illis admittantur, debet intelligi dummodò dicti masculi fuerint requisiti, & interpellati ad constituendam, & tradendam dotem, aliàs non possunt admitti, prout contra Cravet. *cons. 966. n. 30. lib. 5.* Alban. *cons. 775. num. 2.* benè refert, & probat Menoch. *de arbitr. cas. 498. num. 66.* ubi allegat Afflict. *decis. 370. num. 7. & 10.* ac alios vide in §. *Conditio num.* & §. *Obligatio num.* §. *Fœminæ num. 11.* facit latè Rot. *part. 13. recent. dec. 200. per tot.* ubi in simili statuto firmat interpellationem esse necessariam. Vide Card. De Luc. *de successión. disc. 21. n. 3.*

28 Statutum excludens filiam à successione parentum, vel ascendentium, intelligitur excludere etiam à successione matris, cùm & illa veniat appellatione parentum, vel ascendentium; si tamen dictum statutum admitteret non simpliciter masculos, sed agnatos masculos cū mater nō habeat suos descendentes agnatos, non haberet locum in successione matris, sed tantùm patris, qui habet suos descendentes agnatos, in quibus possunt verba statuti verificari, latè Gratian. *discept. forens. cap. 428. per tot.* Vide Rot. coram Ansald. *decis. 11. a n. 5. tom. pr.*

Quòd statutum loquens de hæreditate patris, vel alterius ascendentis masculini generis, non habeat locum in hæreditate matris, sed illa deferatur æqualiter ad fœminas juxta juris communis dispositionem, & alia notabilia ad hanc materiam, vide per Rot. in Faventina successionis 19. Februarii 166... in terminis statutorum Brisighellæ, & habetur *par. 14. rec. decis. 428.*

Quòd appellatione ascendentium veniant tam masculi, quàm fœminæ, Altograd. *cons. 86. n. 7. lib. pr.* vide in §. *Appellativa n. 22.* Rot. *part. 14. recent. decis. 428. n. 6. & seqq.* ubi quòd licet statutum loquens per verbum commune, *ascendentis*, videatur etiam comprehendere matris hæreditatem juxta *cons.* Castr. *40. & 91. lib. 2.* tamen secus est quando restringitur ab aliquo adjuncto, veluti ex nominatione patris, vel qualitate dotis, cujus onus ad patrem, & non ad matrem pertinet.

Quòd appellatione hæreditatis parentum non veniat hæreditas patris, & matris simul, si de utroque per discretivam dispositionem sit actum, idem Altograd. *cons. 66. n. 9. lib pr. & cons. 89. n. 21. lib. 2.*

29 Statutum quod filia non succedat patri fratri, vel similibus personis, sed debeat dotari, intelligitur excludere non solum ab hæreditate dotantis, sed etiam aliorum non dotantium, sufficit enim quod ab uno fuerit dotata, cum respiciat favorem masculorum, & talis dicatur mens statuentium, atque hanc interpretationem recepisse hujusmodi statutum, quamvis aliàs de jure esset intelligendum excludere tantùm ab hæreditate dotantis, non aliorum, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap. 15. per tot. cap. 664. num. 4. &c. cap. 651. per tot.* ubi etiam quid operetur clausula, *singulis referendo*, & *cap. 890. nu. pr. &c.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 11. n. 264. &c.* Thes. *decis. 62.* per Franch. *decis. 87. num. pr.* Altograd. *cons. 5. num. 35. &c. lib. pr. & cons. 17. nu. 11. &c. lib. 2.* Marth. *vot. Pis. 253. num. 14. & seqq.* dixi in *resolut. cap. 99. num. 24.* ubi quòd hoc verum est maximè quando statutum constituit plures casus, sive gradus successionum, & sic alterius progrediendo disponit, quòd mulier dotata extantibus masculis non succedat, puta patri, matri, fratribus, nam cum hoc casu statutum consideret unam dotationem, sufficit ut ab uno ex illis fuerit dotata, ad effectum ut excludatur etiam à successione aliorum, aliàs contra mentem statuentium potest dari absurdum, quòd mulier consequeretur plures dotes à patre scilicet, matre, & fratribus transcendentes fortè ordinariam successionem, & plus haberet quàm masculi, vide Merlin. *de legitim. libr. 3. tit. pr. quæst. 17. num. 4. & seqq. ad 15.* ubi benè declarat, & Tusch. *litt. S, concl. 657. & concl. 660. per tot.* dixi in §. *Filia nu. 82.* Ricc. *Collect. 3560.* Peregrin. *decis. 12. num. 23. &c.* Rot. *part. 18. recent. tom. pr. decis. 66. num. 4. et part. 10. decis. 329. num. 6. & seqq.* ubi hanc partem sequitur, quando statutum in parte dotationis procedit per dictiones alternativas, in parte vero exclusionis utitur verbis, & dictionibus conjunctivis, & copulativis, Rot. *part. 12. decis. 396.* ubi de statuto Urbis *lib. pr. c. 145.* & excludat fœminas dotatas non solùm ab hæreditate patris, sed etiam matris, & aviæ, vide Rot. *part. 13. decis. 46. & decis. 159. num. pr. & seqq. et part. 14 decis. 156. nu. 10. et seqq. part. 17. decis. 335. num. 17. etc.* ubi quòd fœminæ exclusæ reputantur pro extraneis, & dotatæ ab uno ex nominatis excluduntur ab hæreditate omnium, in terminis statuti Fani, *et decis. 396. num. 10.* in eadem causa latè Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. pr. quæst 7. effect. 8. per tot.* Palm. nep. *alleg. 150. a n. 32. et alleg. 153. n. 11. et 12. tom. 2.*

Contrarium in prædictis quando statutum ulterius non progreditur, sed simpliciter disponit quòd fœmina dotata excludatur, nam tunc intelligitur exclusa tantùm à successione dotantis, & non alterius, firmat idem Merlin. *d. qu. 17. nu. pr. & seqq.* latè Rot. *in Narnien. successionis 7. Februarii 1629. & in eadem causa 26. Novembris 1629. coram Merlino inter impressas ejusdem 390. & 429. per tot.* ubi omnibus contrariis satisfecit etiam si videatur ulterius progredi Gratian. *discept. forens. cap. 637. in fine*, dixi *ubi supra d. cap. 90. num. 6.* vide Rot. *part. 10. rec. dec. 329. nu 6. etc.* ubi benè declarat, *et par. 15. dec. 271. supra num. 25.* latè Francisc. de Angel. *d. qu. 7. effect. 8. per totum* ubi me citat. De quibus vide Constant. *ad Statut. Urb. annot. 39. à num. 171. tomo 2.* Card. de Luc. *de success. disc. pr. a n. 12. disc. 7. nu. 51. disc. 14 a num. 2. disc. 15. n. 14. disc. 17. num. 9.* Conflie. *obser. 58.* Balduc. *tit. 3. decis. 26. n. 17.* Mantiss. ad De Luc. *libr. 11. decis. 20. n. 2. vol. 2.*

Quando possit peti dos materna per filiam à patre dotatam, Castr. *cons. 276. lib. pr.* Card. Tosch. *litt. D. conclus. 790. et litt. S. concl. 657. per tot.* latè Rot. *par. 9. recent. dec. 207. et par. 10. dec. 328. nu. 15. et seqq. et part. 11. rec. dec. 37.* ubi pro exclusione vigore statuti, *et part. 13. decis. 46. et decis. 159. num. pr. etc.*

Statutum exclusivum fœminarum stantibus masculis an habeat locum inter fratres, & sorores uterinas, dixi in §. *Frater num.* Vide Card. De Luc. *de Legit. disc. 41. n. 2. et disc. 3. n. 8.* 30

Statutum excludens fœminas propter masculos, etiam si sit laicale comprehendit etiam Clericos, Moniales, ac alias personas Ecclesiasticas, dummodò conditum fuerit ante Clericatum, cùm tunc injecerit vinculum priusquam puella monasterium ingrediatur; vel Clericus adeptus fuerit clericatum, & valet disponens quod Monachus, vel Monialis non succedat, sicuti etiam prodest Clericis qui possunt illo uti ad exclusionem fœminarum, ad tradita per Tiraquel. *de jure Primogen. quæst. 43. & 44.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 8. num. pr. &c.* Cancer. *var. resol. cap. 11. num. 191. par. 3.* Altograd. *cons. 66. n. 37. lib. pr.* Matth. Medic. *decis. 53. per tot.* Soccio. *reg.* 31

60.

6n. *limit.* 2. Peregrin. *dec.* 138. *num.* 3. *&c.* Ciarlin. *contr.* 45. latè Urceol. *Consult. for. cap.* 50. *per tot.* ubi citat meas resolutiones *cap.* 17. *& cap.* 34. & concludit *sub num.* 17. *& seqq.* Moniales excludi quando statutum simpliciter loquitur, vel excludit propter dotem, absque eo quod verba dirigantur, & conferantur in tempus delatæ successionis, in quibus terminis loquuntur auctoritates, & decisiones in contrarium allatæ ibi per eum, & infrà per me, vide Sperel. *decis.* 11. *per tot.* ubi tandem *num.* 19. tenet hanc distinctionem, latè Mart. *de success. legal. par. pr. quæst.* 13. *art.* 13. *per totum* Vide Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 39. *à num.* 155. *tom.* 2. Card. De Luc. *de success. disc.* 5. *per tot. de Credit. disc.* 10. *num.* 27. *et* 29. *Conflict. obser.* 56. Ansald. *decis.* 67. *n.* 6. *&* 12. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 26. *num.* 8. *vol. pr.*

Quamvis ad tollendas omnes difficultates tutius sit reportare ab ingressuris renunciationem futuris successionibus, vel testari; quod permissum est ad libitum, & statutum procedit tantùm ab intestato, ut advertit Sperel. *d. decis.* 11. *num.* 21. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 349. *num.* 35. *et* 36. coram Bich. *inter impressas decis.* 625.

Contrariam autem opinionem, quod hujusmodi statutum laicale non comprehendat Clericos, nec alias personas Ecclesiasticas, nec eorum familiares, de tempore delatæ successionis, quod debet attendi, & non tempus conditi statuti, latè firmat Rot. *in* Tudertina successionis 29. Maii 1662. coram Meltio, quæ habetur inter meas resol. *cap.* 34. *num.* 8. *&c. part.* 12. *recent. decis.* 256. latius eadem Rot. *in* Bononien. successionis de Zanis 9. Decembr. 1654. coram Bichio *per tot. inter consult. for.* Urceol. *cap.* 50. *numer.* 37. *&c.* habetur *in part.* 12. *recent. decis.* 349. *n.* 9. *et seqq. per tot.* & inter impressas Bichii *decis.* 625. Sperel. *d. decis.* 11. *per tot.* sed non recedas à supra relata distinctione, idem Urceol. *in Appendic. ad d. cap.* 50. ubi infert alias tres decisiones Rotæ Romanæ, nempè *in Maceraten. hæreditatis* 27. *Maji* 1658. *coram Verospio, & in Bononien. bonorum, sive successionis de Scghicellis* 2. *Martii* 1663. *&* 2. *Maji* 1662. *coram Otalora*, in quibus præfata distinctio remanet confirmata, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 728. *per totum, &* 753. *n.* 2. *& seqq. & part.* 19. *decis.* 38.

Quòd debeat attendi tempus delatæ successionis, & si feminæ tunc sint laicales absque dubio excludant, Rota *part.* 12. *recent. decis.* 369. *num.* 4. *& seq.* ubi etiam quod satisfit statuto requirenti dotationem per assignationem dotis, vel eleemosynæ factam Monasterio.

Quòd femina non excludatur per Clericum, in quo cessat ratio conservandæ agnationis, cum non possit licitè Clericus filios suscipere, Socc. jun. *cons.* 1. *num.* 62. *vol. pr. cons.* 80. *n.* 14. *lib.* 4. cum aliis per Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. qu.* 19 *num.* 19. ubi tamen ipse *numer.* 20. *&c.* contrarium firmat, tam in Clerico, quàm in Monacho professo, ut etiam isti vigore dicti statuti possint feminas excludere, vide Tiraq. *d. quæst.* 43. *&* 44. *per tot.* Ciarlin. *contr. forens. cap.* 45. *per tot. lib. pr.* Sperel. *d. decis.* 11. *per tot.* dixi *in resolut. cap.* 34. *num. pr. & seqq.* Urceol. *consult. forens. d. cap.* 50. *num.* 2. 11. *et* 12. Ricc. *Collect.* 2419. Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 267. *num.* 13. *et decis.* 492. *num.* 9. *et* 10. *et part.* 18. *decis.* 246. *n.* 2. *etc.* Vide Card. De Luc. *de Success. disc.* 45. *et n.* 2. *disc.* 49. *a n.* 2. *disc.* 50. *n.* 16.

Quod statuta Urbis olim dicerentur Papalia, & ligarent Clericos, & bona Ecclesiastica, hodie secus de opinione moderna Rotæ, nisi de iis expressam faciant mentionem, & hoc non ex defectu potestatis, sed voluntatis, Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 282. *nu.* 7. *et seqq.* ubi allegat decisiones pro utraque opinione, & vide *suprà circa statuta generalia n.* 11.

32 Statutum etiam laicale excludens feminas propter masculos, habet locum etiamsi de Clerici defuncti hæreditate tractetur juxta opinionem, quam sustinent Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 8. *n.* 5. *&c.* Mart. Medic. *dec.* 53. *per tot. cum Addit.* Thesaur. jun. *qu. for. lib.* 2. *quæst.* 2. *per tot.* Carol. de Grass. *de eff. clerie. effect.* 1. *num.* 276. Tiraquel. *de jure primogen. quæst.* 45. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 19. *per tot.* & alii plures per eos relati, intelligendo prout notat Merlin. *loc. cit. n.* 17. *&c.* quamvis sub dubio, & dixi *in resol. cap.* 34. *n.* 4. ubi agitur de bonis patrimonialibus Clericorum, secùs si de pecuniis, & fructibus beneficiorum, vel de mobilibus, in quibus non videtur procedere dispositio prædicti statuti laicalis, sed æqualiter masculos, & feminas juxta dispositionem juris succedere, etiam si ex privilegio non veniant in spoliis, & competat facultas de illis testandi.

Contrariam tamen opinionem, nempè hujusmodi statutum laicale non procedere ubi de Clerici defuncti hæreditate tractatur, tenent alii multi Surd. *dec.* 20. *per tot.* quem sequitur Rot. *in supracitata Tiburtina successionis* 20. *Maji* 1652. *coram Bichio inter ejus impressas dec.* 521. *part.* 11. *rec. dec.* 292. penes Urceol. *cons. for. cap.* 50. quem vide *per tot.* ubi post relatas ad invicem pugnantes auctoritates, & rationes videtur distinguere *sub num.* 17. *&c.* ut dixi *supra num.* 31. Sperel. *decis.* 11. *n.* 14. *&c.* Rot. *in Ravennaten. hæreditatis* 5. *Junii* 1648. *coram Ottobono d. Bonon.* coram Bichio habetur penes Dian. *par.* 11. *in fine fol. mihi* 546. *et par.* 11. *rec. dec.* 293. *per tot.* ubi etiam si statutum sit confirmatum à Papa in forma specifica, si de Clericis non sit facta expressa mentio, cùm adhuc obstare dicatur defectus voluntatis, Rot. *in Bonon. Bonorum, seu successionis de Seghicellis* 2. *Martii* 1663. *coram Otalora, vers. quia hæc disputatio*, ubi concordantes decisiones allegantur, & habetur penes Urceol. *in Append. ad d. cap.* 50. *in fine* 2. *vol. fol.* 42. vide *supra circa stat. general. num.* 49. & latè Mart. *de success. legal. par. pr. qu.* 13. *art.* 13 *per tot.* Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 412. *nu.* 14. ubi quòd dictum statutum laicale non procedit quando agitur de hæreditate clerici beneficiati, *& par.* 18. *dec.* 728. *n.* 3. *& seqq.* ubi idem firmat simpliciter in clerico, considerando verba statuti directa in tempus delatæ successionis juxta præfatam distinctionem. Vide Constantin. *ad Statut. Urb. annot.* 39. *à n.* 124. *tom.* 2. Card. De Luc. *Conflict. obser.* 35. *de Success. disc.* 6. *&* 47. *de Testam. disc.* 25. *a n.* 52. *de Fideicomm. disc.* 77. *n.* 3. *Miscell. disc.* 2. *n.* 33. *&* 34. Palm. nep. *alleg.* 89. *n.* 21. *tom.* 1. *& alleg.* 153. *n.* 7. *tom.* 2.

Statutum excludens feminas propter masculos non procedit si masculi sint legitimi tantùm, ut adoptivi, vel naturales tantùm, vel spurii, vel legitimati, Michalor. *de fratr. par.* 3. *c.* 11. *n.* 178. *&c.* Constantin. *loc. cit. n.* 151. *& seq.* 33

Quoad adoptivos vide in *§. Filius num.* Addo Constant. *ubi supr. num.* 161.

Quoad legitimatos per subsequens matrimonium contrarium est verius, ut ipsi etiam feminas excludant, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 635. *num.* 11. *et per tot. cap.* 744. *num.* 23. *etc.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 20. *nu.* 1. ubi etiam *num. seqq.* & præcipuè *num.* 11. *et per tot.* post relatas contrarias opiniones tenet idem esse in legitimatis per rescriptum Principis, ut etiam isti succedant nedum per concursum, sed ad exclusionem fœminarum, quam tamen opinionem pluribus modis limitat, & declarat, ut ibi per eum, & vide in §. *Legitimatio n.* 14. Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 32. *num.* 2. ubi quòd legitimati per Dominos de Campeggiis, excludunt fœminas, *& dec.* 33. *d. par.* 9. *num.* 5. *&c.* Bich. *decis.* 52. *n.* 2. ubi reddit rationem, quia per legitimatos etiam conservatur agnatio à statuentibus contemplata.

Statutum vocans masculos ad exclusionem fœminarum in successione transversali, non procedit si agatur de hæreditate feminæ, & ideò soror exclusa à successione fratris per existentiam alterius fratris non intelligitur exclusa à successione sororis, Surd. *dec.* 9. *& dec.* 195. Martha *vot. Pis.* 227. *per tot.* Rot. *in Romana successionis* 14. *Junii* 1630. *coram Merlino inter impressas ejusdem decis.* 471. & post Fenzon. *ad Stat. Urb. decis.* 110. *per totum* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 200. *&c.* Merlin. *de legit. libr.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 27. *num.* 16. latè Altograd. *cons.* 86. *num.* 10. *& seqq. per tot.* Tusc. *litt. S. concl.* 663. *nu.* 23. 34

23. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 195. *in fine vol. pr.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 288. *num.* 4. Cabal. *libr. pr. cons.* 54. *num.* 7. Vivi. *comm. opin.* 795. Palma *cons.* 53. *per tot.* Conciol. *ad stat. Engub. libr.* 2. *Rub.* 66. *num* 13. *& num.* 6. Vide Card. De Luc. *de Successſ. disc.* 45. *n.* 11. Mantiss. ad eumd. De Luc. *lib.* 11. *decis.* 26. *a num.* 3. *vol. pr.* Palm. nep. *alleg.* 92. *num. pr. tom. pr.*

Contrarium latè defendunt Curt. jun. *cons.* 150. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 449. *per tot.* Matt. Medic. *Exam.* 31. *per tot. cum Addit.* vide *Mott. Rot. Flor. lib.* 106. *à* 391. *sub die* 27. *Februarii* 1626. ubi de statuto Petræ Sanctæ, Franeh. *decis.* 652. & ita pro hac parte fuit declaratum per novam reformationem statuti Florentini *Rub.* 130. *editam de anno* 1620. & dixi *in meis resol. c.* 2. *num.* 16. Martha *vot. Pis.* 24. *per tot.* Thes. *decis.* 269. de quibus vide Constant. *ad Statut. Urb. à num.* 51. *annot.* 46. *tom.* 2. Palm. nep. *loc. supra allegat. n.* 2.

Sed videtur posse distingui, ut hæc secunda opinio affirmativa procedat ubi est expressa ratio agnationis, & statutum continet verba communia apta scilicet comprehendere etiam successiones feminarum; prima autem opinio negativa procedat ubi non est expressa ratio agnationis, nec statutum continet verba communia, sed masculino sexui tantùm convenientia, Altograd. *d. cons.* 86. Merlin. *d. quæst.* 17. *num.* 16. *in Addit.* ubi sequitur Altograd. *loc. cit. num.* 13. ac dicit esse veram distinctionem à Rota approbatam *part. pr. recent. decis.* 548. *& part.* 2. *decis.* 644. Merlin. *decis.* 471. *per tot.* Quod etiam comprobat Palm. nep. *loc. cit. n.* 3.

Et aliàs ego pro prima opinione negativa, ac juxta hujusmodi distinctionem latè consului, prout in meis allegationibus manuscriptis civilibus diversis *vol.* 2. *fol.* 135. *& seqq.* quod consilium fortè semel imprimetur.

An autem, & quando masculinum concipiat femininum, vel non in hujusmodi statutis, latè Brun. *de stat. excl fœm. art* 5. *num.* 69. *& seqq. ad* 8. Merlin. *d. decis.* 471. *nu.* 7. *et. seqq.* vide *in §. Masculinum*, Martha *vot. Pis.* 24. *et vot.* 227. *per tot.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 293.

35 Statutum excludens matrem à successione filii, non illam excludit à successione filiæ, quia non est eadem ratio, & masculinum non comprehendit femininum in statutis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 125. *nu.* 6. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 17. 18. *etc.* Suid. *decis.* 9. *num.* 8. Matth. Medic. *Exam.* 31. *nu.* 29. *etc.* Brun. *de stat. excl. fœm. art.* 5. *quæst.* 13. *nu.* 69. Nat. *super eod. stat. quæst.* 3. *princ. num.* 59. Altograd. *cons.* 86. *num.* 12. *etc. lib. pr.* ubi tamen videtur postea contrarium concludere, sed intelligo juxta distinctionem relatam *supra num.* 34. *vers. sed de jure*, Conciol. *ad stat. Engub. lib.* 2. *Rubr. n.* 13. *et num.* 6. Gobb. *de success. obser.* 7. *n.* 17. Mans. *consult.* 21. *n.* 6. Rocc. *disp.* 37. *n.* 51. Crescin. ad Pen. *decis.* 207.

Plures casus similes vide latè per Merlin. *d. qu.* 17. *per tot.* Marescot. *var. resol. cap.* 80.

Et statutum disponens quod stantibus filiis mater excludatur, non habet locum extantibus filiabus feminis, idem Merlin. *d. tract. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 27. *per tot.* ubi tamen refert etiam rationes, & auctoritates in contrarium.

Sicut etiam excludens matrem stantibus fratribus defuncti, non habet locum stante sorore, quæ non venit appellatione fratris in hac materia, Alex. *cons.* 45. *lib.* 7. Cabal. *cons.* 54. *n.* 10. *et* 11. *lib. pr.*

36 Statutum quod extantibus agnatis, cognati non succedant, an comprehendat agnatas feminas, ita ut masculinum hoc casu concipiat fœmininum, & agnata fœmina remotiorem agnatum masculum excludat, vel cum existente in pari gradu concurrat, vide Thes. *decis.* 37. *per tot.* ubi multas rationes, & auctoritates adducit pro affirmativa opinione, sed tamen *num.* 5. *& seqq.* concludit pro negativa, ex eo quia hujusmodi statuta sunt pro conservanda agnatione condita, & ideò non sunt trahenda ad comprehensionem activam feminarum, in quibus finitur agnatio vide *in §. Fœmina num.* *& §. Masculinum num.* Vide etiam Card. De Luc. *de success. disc.* 10. *n.* 5. *cum seqq. & disc.* 13. *n.* 12.

Quòd verbum, *hæredem*, positum in statuto exclusivo fœminarum, intelligatur tantùm de descendentibus masculis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 143. *num.* 3. *& decis.* 158. *d. part.* 2. vide *in §. Substitutio num.* *§. Verba num.*

Quòd excludens fœminas propter agnatos intelligatur duntaxat de illis, qui sunt in pari gradu, Brun. *de stat. exclus. fœmin. art.* 32. *num.* 188. *etc.* Bursat. *cons.* 208. *lib.* 2. Roland. *cons.* 55. *num.* 21. *lib. pr.* Non. *cons.* 10. *n.* 12. *cons.* 15. *n.* 2. Pedroch. *cons.* 40. *n.* 352. quos refert Thes. *d. dec.* 37. *num.* 3. Rot. *par.* 16. *recen. decis.* 267. *n.* 20. Vide Card. De Luc. *de success. disc. pr. n.* 7. *disc.* 3. *a nu.* 4. *disc.* 13. *n.* 13. *disc.* 16. *n.* 9.

Quòd intelligatur de masculis ejusdem lineæ, Altograd. *cons.* 64. *n.* 27. *lib.* 1.

Quòd excludens matrem stantibus agnatis non intelligatur illam excludere propter agnatas feminas, Corn. *cons.* 325. *lib.* 3. Magon. *decis. Flor.* 43. *num.* 2. Thes. *d. decis.* 37. *nu.* 9. dixi *supra nu.* 35. *in fine.*

Plura de statuto excludente cognatos stantibus agnatis, vel de vocante proximiores, de quibus intelligatur Tusch. *litt. S. conclus.* 667. *cum pluribus seqq. per tot.*

Statutum Ferrnriæ, vel simile excludens feminas propter masculos, non videtur procedere in hæreditatibus Dominorum Ducum, & Principum, licèt bona essent in territorio, & ipsi cives eum inferiorum decreta, & statuta non ligent superiores, Roland. *de lucr. dot. q.* 83. Brun. *de stat. exclus. fœm art.* 6. *q.* 7. *num.* 67. *&c.* Menoch. *cons.* 250. *num.* 21. *et num.* 60. *&c.* Alba *cons.* 375. *num.* 6. Marescott. *var. resol. lib. pr. cap.* 9. *num.* 3. *etc.* Ludovis. *decis.* 279. *num.* 7. *et seqq.* ubi etiam de vicario perpetuo utili domino loci. 37

Contrarium tamen quando statutum fuit conditum, vel approbatum ab ipso Principe, & maximè si Princeps illo uti velit, etiam in alterius præjudicium, tenent alii magis communiter, ut comprehendat filias, & nepotes ipsius Principis, quia illæ non sunt Dominæ, sed subditæ, Michal. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 127. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 5. *per tot.* Merlin. *de legat. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 16. *n.* 8. *& seqq. per tot.* Beltram. *in* Addit. ad Ludovis. *decis.* 279. *n.* 22. Ricc. *Collect.* 2921. Latè Gobb. *de success.*; Et plura hinc inde allegata fuerunt in celeberrima causa, quæ paucis ab hinc annis agitabatur inter Serenissimos Principes nostros Franciscum, & Antonium Farnesios.

Statutum Imolæ, vel simile, quòd decedente aliquo ab intestato sine liberis, relicta matre, vel aliquo ascendente, seu descendente, aut transversali ex linea materna succedant conjuncti ex linea paterna, matre, & aliis prædictis ex linea materna exclusis, & admittens conjunctos masculos ex dicta linea paterna usque ad quartum gradum, non intelligitur excludere sororem defuncti, imò per illius existentiam aperitur etiam via matri ad succedendum, latè Rot. *in Imolen. successionis* 7. *Maji* 1635. coram Motman. *in Noviss. part.* 7. *decis.* 43. *per tot.* adde Tusch. *litt. S, concl.* 675. *per tot.* 38

Quòd cesset dispositio statuti, si casus dicatur omissus, & remaneat sub dispositione juris communis quotiescumque adest aliqua persona ab illo non exclusa, licèt hujusmodi persona ex alio impedimento juris communis non posset succedere, quia saltem aperit viam aliis secùdum dispositionem juris communis, removẽdo in totum obstaculum hujusmodi statuti non procedit regula, *si vinco vincentem te, tantò magis vincam te*, cùm non ex eodem jure, vel causa, sed ex diverso proveniat successio, Rot. *in d. Imolen. successionis* 7. *Maji* 1635. coram Motman. *num.* 8. *& seqq.* dixi *in resol. cap.* 27. *num.* 13. vide latè Tusch. *litt. S, concl.* 675. *per tot.* ubi qualiter statutum excludens, vel includens certas personas, non extendatur ad alias, & quando secus, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 357. *&* 438. *per tot.* ubi de statuto Fani. Vide Crescin. ad Pen. *decis.* 207.

Et quòd non sit inconveniens, ut quia ex persona

al-

Digitized by Google

alterius conſequatus commodum ſucceſſionis, ad quam ſolus non admitteretur, Altograd. *conſ.* 64. *n.* 24. *lib. pr.*

Quòd dictum ſtatutum non habeat locum quando proximior agnatus eſt Clauſtralis, qui non gaudet beneficio ſtatuti, & tunc reducatur ſucceſſio ad terminos juris communis, & mater excludat alios, Rot. *in Faventina ſucceſſionis* 24. *Januarii* 1603. *inter recollect.* Farinac. *part pr. tom. pr. decif.* 59.

39 Statutum quod mater, & alii ex linea materna non ſuccedant, ſed conjuncti maſculi ex linea paterna, videtur excludere ſororem defuncti, cùm ex vocatione maſculorum inſurgat virtualis excluſio fœminarum, ſed tamen ſecùs eſt in dicto caſu, quia ſunt duæ partes ſtatuti correſpectivæ, una ſcilicet excluſiva lineæ maternæ, altera incluſiva agnatorum, ideò ſicut in prima eſt ſermo ſolum de linea materna, ita ſecunda eatenus admittit agnatos quatenus mater, vel conjuncti ex ejus linea extant, & concurrunt; cùm verò adeſt tantùm ſoror defuncti à ſtatuto non conſiderata, dicitur caſus omiſſus, & favor agnationis non eſt abſolutus, ſed correſpectivus ad excluſionem lineæ maternæ, ita ut incluſio maſculorum intelligatur quoad præjudicium illius, & non aliorum, qui à matre exclusi dependentiam non habent, Rot. *in Imol. ſucceſſionis* 7. *Maji* 1635. coram Motman. *num.* 18 *& ſeq.*

Qualiter hujuſmodi ſtatutum dicatur habere caput incluſivum, & excluſivum, ac de ratione, Tuſch. *litt. S, concl.* 670. *per tot. &* 675. Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 438. Creſcin. ad Pen. *dict. decif.* 107. Severol. *reſp.* 2. *n.* 39. impreſſ. in Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *vol.* 2. *fol.* 474.

40 Statutum excludens matrem propter agnatos eatenus locum habet, quatenus agnati ſuccedant, ita ut ſi quando excludantur ab alio, vel aliàs minimè ſuccedant, tunc ſtatutaria ceſſat diſpoſitio, Rot. *in d. Imolen. ſucceſſionis num.* 14. Altograd. *conſ.* 56. *num.* 16. *lib.* 1. Urſeol. *Conſult. forenſ. cap.* 17. *num.* 53. *&c.* facit Rot. *part.* 13 *rec. decif.* 39. *num.* 20. Anſald. *decif.* 12. *n.* 22. Mantiſſ ad De Luc. *libr.* 11. *decif.* 25. *n.* 22. *vol.* 2. Severol. *reſp. pr. n.* 27. impreſſ. in ead. Mantiſſ. *dict. vol.* 2.

Plura de ſtatuto excludente matrem, & deſcendentes ex linea materna, quando locum habeat, vel non, Tuſc. *litt. S, concluſ.* 671. *&* 672. *per tot.*

Quid ſi mater tranſierit ad ſecundas nuptias antè, vel poſt ſibi delatam ſucceſſionem, Peregrin. *decif.* 32. *per tot.*

An ſtante prædicto ſtatuto mater excludatur à patre naturali, Vide Peregrin. *decif.* 58. *num.* 2. & dixi *in §. Aſcendentes num.* 6.

41 Statutum excludens matrem, vel alias fœminas ab inteſtato, an intelligatur illas etiam excludere de legitima, arduam quæſtionem appellat, Altograd. *conſ.* 56. *n.* 3. *& per tot. conſ.* 57. *num.* 75. *& ſeqq. per tot. lib pr.* ubi loquens de matre, ac etiam de aliis fœminis latè probat juxta veriorem, & æquiorem opinionem non intelligi illas excludere à legitima, ubi loco illius aliquid non reſervat, & contrariis omnibus ingenioſè ſatisfacit, vide Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæſt.* 23. *per tot.* & latiùs *d. lib.* 13. *tit. pr. quæſt.* 2. *per tot.* ubi benè probat hujuſmodi ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, intelligi etiam excludere à legitima pluribus modis ampliando, & limitando, præcipuè ſi aliquid loco legitimæ reſervet, ut latè ibi per eum, & dixi *in meis reſol cap* 90. *per tot.* vide *in §. Excluſio num.* De Luc. *de Legit. diſc.* 10. *per tot. & diſc.* 19. *n.* 2. Mantiſſ. ad eumd. De Luc. *lib.* 10. *decif.* 20. *n.* 22. *& decif.* 21. *n.* 12. *vol.* 2. Emerix jun. *decif.* 882. *n.* 25. *& decif.* 841. *n.* 23. Creſcin. ad Pen. *decif.* 107.

An autem ſtatutum poſſit in totum legitimam tollere, Altograd. *conſ.* 56. *n.* 8. *in fine lib. pr.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. qu. pr. per tot.* vide *in §. Legitima num.* Palm. nep. *alleg.* 174. *n.* 5. et 8. *vol.* 2. Creſcin. ad Pen. *loc. cit.*

Et an fœminæ excluſæ à ſucceſſione intelligantur etiam excluſæ à petitione ſupplementi legitimæ, latè Brun. *in ejus conſ. impreſſo in fine tractat. de ſtat. excluſ. fæm. per tot. fol. mihi* 123.

42 Statutum excludens fœminas cum hoc ut dotari debeant, non videtur excludere matrem, cui hæc qualitas dotationis non convenit præcipuè autem ſi de matre expreſsè non loquatur, ad tradita in terminis ſtatuti Ferrariæ per Cephal. *conſ.* 120. *num.* 3. *et ſeqq. et conſ.* 278. *num.* 66. *et ſeqq.*

Contrarium autem in terminis dicti ſtatuti Ferrariæ *Rub.* 139. *lib.* 2. cùm excludat filias, & omnes alias fœminas cujuſcumque lineæ, & gradus ratione agnationis conſervandæ in proœmio expreſſa quod cenſeatur etiam excludere matrem, quæ ſub nomine lineæ venit, conſuluit idem Cæphal. *conſ.* 5. *num.* 28. *et* 25. *per tot.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Altograd. *conſ.* 86. *num.* 3. *et ſeqq. lib. pr.*

Statutum Ferrariæ *Rub.* 140. concedens matri uſumfructum in dote filiæ defunctæ, niſi maſculi excludentes ſint fratres, aut fratrum deſcendentes, an intelligatur de fratribus fœminæ excluſæ, an de fratribus teſtatoris, qui dotem legavit, vide Altograd. *conſil.* 87. *numer.* 32. *et ſeqq. lib. pr.* ubi oſtendit de utriſque intelligendum eſſe, & allegat Roman. *conſ.* 16. *per tot.* ac alios illum ſequentes, licèt diſſentiat Mandoſ in *Addit. ad d. conſ. Roman.* 43

Statutum excludens fœminas propter maſculos ab hæreditate matris, non habet locum in hæreditate aviæ, cùm in correctoriis, matris appellatione non veniat avia, & ſtatutum non ſit extendendum ad caſus non expreſſos, Pariſ. *conſ.* 49. *num.* 63. *etc. lib.* 3. Magon. *decif. Flor.* 147. *num.* 8. *et* 9. vide *in §. Filia num.* Rot. in ſelectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decif.* 463. *num.* 12. *et per tot.* 44

Statutum excludens filiam ab hæreditate patris ob exiſtentiam fratris, non intelligitur illam excludere ab hæreditate ipſius fratris poſteà decedentis, etiam reſpectu bonorum à patre provenientium Altograd. *conſ.* 66. *num.* 38. *lib. pr.* facit quod dixi *in §. Renunciatio num.* 45

Statutum excludens mulieres nuptas extra territorium, non præjudicat illarum filiis licèt extra territorium natis, Seraphin. *decif.* 822. 46

Item non habet locum in ſucceſſione materna, idem Seraphin. *dec.* 790. *et dec.* 806.

Item non procedit quando non ſua ſponte, ſed à parentibus fuerunt nuptæ extrà territorium, Seraphin. *d. decif.* 806. *num.* 4. *et decif.* 811. *num.* 6. cum aliis pluribus per Bich. *decif.* 89. *num.* 9. ubi tamen *n.* 19. videtur dubitare de iſta opinione, per quam facile eſſet eludere teſtantium, vel ſtatuentium diſpoſitiones. Caſtald. *conſult.* 188. *n.* 4. *vol.* 2.

Quòd ſtatutum ſimpliciter excludens forenſes, non comprehendat fœminas alibi nuptas, cùm illæ non deſinant eſſe cives loci ſuæ originis, Altograd. *conſ.* 97. *n.* 16. *lib. pr.* ubi tamen vide *per tot.* facit quod dixi *ſupra n.* et *in §. Uxor n.* Caſtald. *præallegat. conſult.* 188. *n.* 5. *vol.* 2.

Alia de ſtatuto excludente nuptas extrà territorium tradit Brun. *de ſtat. excluſ. femin. art.* 5. *num.* 295. *et ſeq.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 677. *per tot.* & in terminis legis Florentiæ, de qua dixi in Pr. §. *Donne n.* 1. *etc.* vide *mot. Rotæ dictæ Civitatis lib.* 99. *à* 152.

Quid ſi ſtatutum diſponat, ne mulier nubat cum hæreditate extra territorium ſub pœna amiſſionis, an intelligatur de hæreditate delata ſimpliciter, vel de jam agnita, & adita, Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 29. ubi quòd quidquid ſit de jure, ſervantur de facto hujuſmodi ſtatuta, de quibus etiam Andreol. *contr.* 271. 272. 273. *et* 274. *per tot.* Caſtald. *conſult.* 188. *per tot.* ubi pluribus citatis pro nullitate hujuſmodi Statutorum, & Proclamatum tollentium facultatem nubendi metu pœnæ, concludit ſaltem non procedere quando mulier fuit nupta ab aliis, puta patre, vel fratribus, vel eſſe admittendam ad effectum vendendi ſubdito, vel conſequendi æſtimationem ſuæ portionis à cohærede, ad Palm. *conſ.* 63. *num.* 62. Andreol. *contr.* 392. *n.* 8. Ciarlin. *contr.* 70. *n.* 35. vel ſi fuiſſet minor præſervari ope reſtitutionis in integrum, vel ex gratia Principis de facili concedenda.

Quòd hujuſmodi ſtatuta tamquam contra libertatem matrimonii, & immunitatem Eccleſiaſticam non valeant, maximè ſi hæreditas ſit jam quæſita pluribus citatis probat Diana *reſol. moral. part. pr. tract.* 2. *reſol.* 56. Caſtald. *d. conſult.* 188. *n.* 2. Sta-

Digitized by Google

47 Statata feminarum exclesiva qualiter possint per noe usum, & desuetudinem abrogari, laté Gratian. *discept. for. cap.* 965. *per tot.* vide supra circa generalia *stat. n.* Carn. *cons.* 171. *in fine vol.* 4. Brun. *de stat. exclus. femin. art.* 24. *quæst* 6. *nu.* 1. *etc.* ubi plura de remediis contra dicta statuta, an scilicet per Principis rescriptum possit illis derogari, maximè circa hæreditatem nondum delatam, vel per novam legem tolli, an per pactum, ac per renunciationem, an per præscriptionem, an non petendo tutorem, & similia de modo agendi.

48 Statutum feminarum eaclusivum noviter editum respicit easus futuros, non autem præteritos licet adhuc in judicio non deductos, & quid si statutum novum sit declaratorium antiqui, an tunc earendatur ad easus prætaritos, vide Rot. *part.* 2. *div. dec.* 242. *per tot.* dixi *in §. Lex num.*

49 Statutum eacludens feminas propter masculos prodest etiam hebræis ad eacludendam illorum feminas hebræas, & quid si factæ essent Christianæ Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 7. *per tot.* vide *in §. Judæi num.* Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 39. *n.* 163. *et* 164. *tom.* 2.

50 Statuto stante, quòd femina maritata, sit dote sibi data contenta, an mortuo postea patre, & masculis illam excludentibus, relicta una, vel pluribus filiabus innuptis ac istæ non maritatæ, sive ineoptæ exeludant sorores nuptas, & dotatas, sive potius omnes æqualiter succedant; dic quòd si statutum disponat, ut filia maritata, & dotata debeat esse contenta, ita ut non possit amplius aliquid petare in bonis, & hæreditate patris, & matris, sed in ea succedant fratres, vel filii fratrum, & hoc casu dotata eacludi communis est opinio; si verò eacludatur non propter matrimonium, vel dotem, sed propter agnationem, vel per ablativos absolutos stantibus masculis, vel per dictiones taxativas, sive temporales, vel alio modo simili, æqualiter nuptæ, & innuptæ cessantibus masculis sunt ad successionem admittendæ, ut benè probat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 10. *per tot.* ubi etiam quid in filia vidua, vel nubere non volente, & *quæst.* 11. *num.* 19. *&c.* vide supra *an.* 26. *etc.* facit Vivi. *comm. opin.* 868.

51 Statuta prædicta eacludentia feminas propter masculos, quas personas comprehendant, vel non; quibus casibus locum habeant, vel non, in quibus hæreditatibus, successionibus, bonis, & rebus procedant, vel non; in quantum qualiter, & quamdiu intelligantur feminas, vel alias personas eacludere, quale jus habeant personæ exclusæ in eo, quod illis reservatur, vel reservatum intelligitur, propter quas personas, & quorum favore censeantur fœminæ eaclusæ; qualiter, & in quantum admittantur illi propter quos feminæ exeluduntur, & alias hujusmodi quæstiones circa hanc materiam, vide planè per Albert. Brun. *tract. de stat. exclus. fœmin. per tot.* Georg. Natt. *cod. tract. per tot.* Jo. Campez. *cod. tractat.* Laur. de Palat. *cod. tract.* Tusch. *litt. S. concl.* 656. *cum multis seqq. per tot.*

An, & quando in statutis procedat regula, quòd inclusio unius sit eaclusio alterius, Ansald. *cons.* an?. *per tot.*

52 Statuto stante quòd hæreditas devolvatur ad propinquiores consanguineos ex paterna linea, amita eaeludit aviam maternam in successione nepotis, quia & ipsa amita est consanguinea; & de agnatione, quando masculinum concipiat femininum, & alia de re, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 297. *per tot.* facit supra *num.* 34. *in §. Ascendentes.*

53 Statutum eacludens certas personas non extanditur ad exclusionem aliarum non expressarum, & ubi non est conditum favore agnationis, exclusa femina non censetur eaelusus masculus ab ea descendens, licèt proveniat ex radice infecta, & exclusa, cùm succedat ex propria persona, ut latè per Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 463. *per tot.* facit quòd dixi supra *nu.* 3. *et* 18. *et §. in Masculi*, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 301. ubi quòd hujusmodi statuta tanquam juris communis correctoria nullatenus extenduntur, etiam per rationem generalem, & adequatissimam, *et part.* 17. *decis.* 396. ubi quòd statutum excludens matrem propter patruum, & patrueles, non eam excludit propter avum in statuto non nominatum, & idem in similibus ob non permissam extensionem de persona ad personam, in terminis Statuti Civitatis Fani. Vide Card. De Luc. *de success. disc.* 8. *n.* 21. *disc.* 14. *et disc.* 50. *a n.* 13. Caprar. *decis.* 693. *numer.* 18. *et* 19. *part.* 2. Crescin. ad Pen. *decis.* 207.

Nimis tamen rigorosa visa fuit posteà dicta interpretatio statuti Fani, quia dum patruus, & patruelis remotiores excludunt matrem, multò magis illa excludi debet ab avo proximiore, & à quo descendunt patruus, & patruelis, cùm potentius sit jus in causa, quàm in causato, & prohibitio extensionis in statutis sit intelligenda de irrationabili, non autem de justa, & rationabili interpretatione, quæ admittitur ad sanum, æquum, ac juridicum intellectum inducendum, ut recedendo à prius decisis in eadem causa resolvit Rot. *part.* 18. *decis.* 693. *per tot.*

Varum reproposita iterùm causa fuit recessum ab ultimo loco decisis, & resolutum, matrem admitti, non obstante avo, in terminis dicti statuti Fani, Rot. *part.* 19. *decis.* 68. *per tot. et decis.* 165. Vide De Luc. Caprar. & Crescin. *loc. citat.*

Materiam hanc latissimè tractant Casareg. *ad Statut. Genu. tit. de Success. ab intest.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 139. *et* 140. Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 39. *per tot. tom.* 2, Card. De Luc. Mantiss. ad eumd. Ansald. Emeria Caprar. Rocc. Altimar. Mans. Palm. & alii moderni.

Subtilis, & ardua est quæstio an feminæ vigore statuti a successionibus ab intestato eaclusæ faciant numerum, & partem, licèt non admittantur ad partem, ad augendum legitimam favore masculorum, itaut de triente possit produci ad semissem; sed elucidatur in respons. 5. Severol. impress. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *vol.* 2. *fol.* 455. cum subscriptionibus plurimorum præclarissimorum Advocatorum & cum pluribus S. R. Decisionibus. 54

Filii ex defuncti sorore, ut & ipsa soror nupta Agnato remotissimo, & ultra decimum gradum comprehenduntur in Statuto Florentino *lib.* 2. *rub.* 130. ejusque reformatione, sub nomine Agnatorum vocatorum usque ad sextum, & octavum gradum respectivè, & ad eaclusionem feminarum nuptarum in extraneis familiis, nec non aliorum cognatorum, ad quem effectum sufficit, quod in dictis filiis verificetur proximitas intra gradus præscriptos ex parte matris, licèt ex parte Patris fuissent remotiores, vel extra gradus vocatos; Idemque procedere firmatur in majoratibus Fideicommissis, Feudis, Patronatibus, aliisque similibus dispositionibus pro conservatione Agnationis ordinatis latissimè Severol. in 2. resp. impress. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *vol.* 2. 55

Statutum aacludens feminas à successione plurium personarum ibi nominatarum censetur illas excludere non solum ab hæreditate dotantis, sed etiam à successione omnium nominatorum. Rot. *decis.* 215. *n.* 7. & *seq. part.* 8. *dec.* 342. *n.* 20. *cum duob. seq. part.* 12. *dec.* 335. *n.* 17. *part.* 27. & *dec.* 165. *n.* 18. *part.* 19. *rec.* Ansald. *dec.* 12. *n.* 17. *part.* 1. 56

Præsertim quando statutum nulla adhibet verba alternativa tàm in parte eaclusiva, quàm in illa dotationis. Card. De Luc. *de Success. ab intest. disc.* 3. *n.* 12. Rot. *dec.* 329. *n.* 15. & *seq. part.* 6. *rec.* & coram Card. Cert. *dec.* 303. *n.* 8. *cum seqq.* Ansald. *d. dec.* 12. *n.* 18.

Statuta matrem exeludentia, an excludant aviam Card. De Luc. *de Legit. disc.* 44. *n.* 7. 57

Statuta exclusiva feminarum non procedunt in casu mixto Gabr. *de success. concl.* 4. *n.* 20. *cum seq.* Card. De Luc. *de Success. disc.* 16. *n.* 19. 21. & 22. *disc.* 45. *n.* 5. *disc.* 50. *n.* 22. ubi declaratur *de Legit. disc.* 3. *n.* 8. 58

Statutum factum à subditis Sedis Apostolicæ non valet si non fuerit confirmatum. Soccin. *lib.* 2. *cons.* 272. *n.* 1. *vers.* 4. *principaliter* & *n.* 6. Rot. coram Burrat. *dec.* 6. *n.* 1. & 6. Emeria jun. *dec.* 162. *n.* 2. 59

Statuti confirmatio non præsumitur a lapsu temporis, nisi concurrat observantia, & scientia Principis. Emerix Jun. *d. dec.* 162. *n.* 3. 60

Sta-

61 Statuta non egent specifica confirmatione, sed sufficit in forma communi. Card De Luc. *de Success. disc.* 25. *n.* 5. Mantiss. ad eumd. *lib.* 9. *dec.* 36. *n.* 12. *vol.* 1.

62 Statutum exclusivum ab hæreditate gravati attenditur, non exclusivum ab hæreditate gravantis in successione fideicommissi. Rot. coram Pen. *dec.* 471. *n.* 17. coram Gregor. *dec.* 514. *nn.* 17. & coram Otthobon. *dec.* 121. *n.* 30. *et* 31. Emeria Jun. *dec.* 437. *n.* 15.

63 Statutum vocans ad successionem defunctæ personæ *fratres, fratrumq; filios* quorum nomine veniunt etiam feminæ, demonstrat mentem Statuentium admittendi etiam feminas. Caprar. *dec* 197. *num.* 19. *part.* 1. Statuti ratio motiva ubi pariformiter viget in sorore, & in fratre, non dicitur fieri extensio, sed potius dicitur comprehensio. Caprar. *d. decis.* 197. *n.* 21. Vide infra *n.* 84.

64 Statutum matrem excludens, & consanguineos præferens est attendendum, & Juri communi prævalet Paris. *cons.* 26. *n.* 22. & 23. *vers. si autem statutum lib.* 1., & *cons.* 20. *n.* 5. *et* 6. *lib.* 2. Rot. coram Cels. *dec.* 125. *n.* 4. *et* 5. Caprar. *dec.* 597. *n.* 5. *part.* 2.

65 Statutum excludens feminam maritatam non comprehendit viduam, quæ iterum nubere potest. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 109. *num.* 17. *lib.* 10. *vol.* 2. *et dec.* 110. *n.* 6. *lib. eod. vol.* 2.

65 Statutum exclusivum feminarum potest quidem efficere, ut dos feminarum sit minor legitima, sed non potest operari, ut in dote valeat apponi onus. Rot. *dec.* 10. *n.* 14. *et seqq. part.* 15. *rec.* & coram Cels. *dec.* 289. *nn.* 8. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 14. *lib.* 11. *n.* 14. *vol.* 2.

67 Licet statutum exclusivum feminarum non comprehendat bona extra territorium statuentium polita, tamen si testator disponendo vocaverit venientes ab intestato ad formam statuti tunc statutaria sanctio operatur in omnibus bonis hæreditariis ubilibet sitis. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 18. *lib.* 11. *ferè per totam* & *dec.* 19. *pariter per tot. lib. eod. vol.* 2.

68 Statutum exclusivum Feminarum an procedat in Jurepatronatus Palm. nep. *alleg.* 163. *n.* 7. & *alleg.* 167. *n.* 27. *tom.* 2. Et quid dicendum in Jurepatronatus gentilitio. Piton. *de Jurep. alleg.* 37. *num.* 8. *tom. pr.*

Statutum exclusivum feminarum propter masculos, interpretatur mentem testatoris circa successionem Jurispatronatus. Rot. post Vivian. *de Jurep. dec.* 139. *n.* 9. Piton. *de Jurep. all.* 100. *n.* 521. *tom.* 2. & *n.* 536.

Reservato Jurepatronatus pro descendentibus, Masculi præferuntur feminis, ubi vigent statuta exclusiva feminarum propter masculos. Tondut. *qu. benef. part.* 3. *cap.* 157. *sub nu.* 36. *vers. sexto.* Piton. *de Jurep. all.* 37. *n.* 16. §. *Nihil tom.* 1. Secus deficientibus statutis. Piton. *de Jurep. loc. sup. adduct.*

69 Statuta mandantia, ut filia acquiescat paterno judicio, intelligitur quatenus commodum dispositionis cadat masculo agnato. Card. De Luc. *de Legit. disc.* 4. *n.* 13.

70 Statutum exclusivum fœminarum non extenditur nec de casu ad casum, nec de persona ad personam. Rot. *dec.* 323. *n.* 10. & 11. *part.* 15., & *dec.* 301. *n.* 1. *et* 2. *part.* 16. *rec.* coram Seraph. *dec.* 496. *num.* 2. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *dec.* 21. *nu.* 11. *vol.* 2.

71 Statutum exclusivum fœminarum in casu successionis intestatæ non habet locum, quando testamentum contratabulatur ex causa præteritionis, & munitum clausula codicillari. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 1. *qu.* 2. *n.* 16. *vers. nec facit.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *dec.* 27. *n.* 26. *vol.* 3. Declarantur Doctores, qui in contrarium solent allegari. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 27.

72 A statuti beneficio exclusus, non potest ex aliorum persona eodem gaudere beneficio. Rot. *decis.* 287. *num.* 7. *part.* 16. *et dec.* 112. *n.* 18. *part.* 17. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *loc. cit. n.* 29.

73 Statutum ideo restringit gradum agnatorum, ne degeneret in odiosum, excludendo feminas ob agnatos remotissimos. Rot. *dec.* 438. *per tot. et signant. nu.* 76. *et seqq. part.* 4. *tom.* 2. *r. c.* Mantiss. ad De Luc. *de Stat. Successf. dec.* 1. *n.* 44. *vol.* 4.

74 Repugnat quod in eodem contextu statuti simul, & semel duo emergant contraria, videlicet sororis admissio, & ejus gradus rejectio. Rot. *dec.* 396. *n.* 5. *part.* 17. *et dec.* 619. *n.* 8. *dec.* 711. *n.* 7. *et* 8. *part.* 18. *rec.* & coram Cavall. *dec.* 290. *n.* 6. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 127.

In statuto absurdum est, quod agnatus in pari gradu proximitatis excludat alium agnatum ex sorore nupta in agnatione. Mans. *consult.* 81. *nu.* 76. *et* 77. Rot. *dec.* 104. *n.* 2. *part.* 1. *rec.* Mantiss. *ibid. num.* 151.

In statuto absurdum est ampliare caput exclusivum, odiosum, præsertim cessante causa odii, & exclusionis, & ex converso restringere caput exclusivum favorabile. Teat. *in cap. Odia de regul. Jur. in* 6. Mantiss. *ibid. n.* 252.

75 Ad hoc ut ex identitate rationis in statuto expressæ possit fieri extensio statuti, requiritur, quod ratio sit eadem, tam respectu personæ excludentis, quam exclusæ; nec non etiam respectu bonorum, ita ut nullum discrimen intercedat de casu ad casum. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 26 *lib.* 21. *n.* 7. *vol.* 2.

Ratio tam inclusiva, quam exclusiva statuti attendi debet ad hoc, ut quis ex ea ad exclusionem aliorum succedere possit Palm. Nep. *all.* 150. *n.* 13. *et all.* 153. *n.* 7. Severol. in Mantiss. ad De Luc. *resp.* 2. *n.* 39. *vol.* 2. *pag.* 474.

76 Statutum mandans, quod mater filio succedat in iis tantum bonis, quæ defuncto obvenerunt ex linea materna, non dicitur odiosum, nec indiget confirmatione specifica, & efficit, ut amita excludat matrem in bonis à latere patris provenientibus. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *dec* 34. *per tot. vol.* 2. *et d. resp.* 2. *n.* 294. *et seq. parit. vol.* 2. *pag.* 493.

77 Statutum vocans feminas agnatas ad exclusionem feminarum non agnatarum, adhuc dicitur favore agnationis conditum. Rot. coram Cels. *dec.* 125. *nu.* 11. *et* 12. *et per tot.* Severol. in. Mantiss. ad De Luc. *d. resp.* 2. *n.* 44. *pag.* 471.

78 Quando statutum fuit conditum sub unica ratione conservandi agnationem, tunc sub appellatione agnatorum veniunt etiam transversales, & de linea contentiva. Rot. coram Peuting. *dec.* 371. *num.* 3. Gob. *de Jur. intest. success. observ.* 19. *n.* 50. Severol. in Mantiss. ad De Luc. *d. resp.* 2. *n.* 51. *et seqq.*

Etiamsi distent ultra decimum gradum, quia non per hoc desinunt esse agnati, nec deficit in eis habilitas conservandi agnationem. Beto *cons.* 146. *n.* 9. *vol.* 2. Severol. *d. resp.* 2. *n.* 65. *et seq. pag.* 476.

Et sub hoc statuto nequeunt ullo modo comprehendi feminæ, quæ vel monasterium sunt ingressæ vel in alienas familias nupserunt. Mantiss. ad De Luc. *loc. cit. n.* 85. *pag.* 478.

79 Statuta excludentia feminas propter masculos regulariter condita sunt favore agnationis, licet agatur de Matris hæreditate. Menoch. *cons.* 6. *n.* 11. *et cons.* 95. *n.* 60. Michalor. *de Fratrib. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 6. Palm. Nep. *dec.* 266. *n.* 18. *tom.* 5.

80 Statutum in dubio non præsumitur excludere feminas uti feminas, nec vocare masculos uti masculos sed favore agnationis. Michalor. *loc. sup. relat.* Rot. *dec.* 563. *n.* 2. *part.* 1. *rec.* Palm. nep. *d. dec.* 266. *n.* 26.

81 Statutum excludens unum à successione censetur excludere voluisse omnes illos, qui per ejus medium conjunguntur. Palm. nep. *all.* 249. *n.* 30. *tom.* 3.

82 Statutum prohibens successionem censetur prohibere omne medium succedendi. Fusar. *de substit. quæst.* 694. *n.* 1. Rot. *dec.* 480. *n.* 2. *part.* 1. *rec.* Palm. Nep. *all.* 231. *n.* 28. *tom.* 3.

83 Statutum excludens Matrem binubam non præsumitur id facere in odium matrimonii, sed ad effectū ut bona paterna non transeant in extraneos. Sanch. *de Matrim. quæst.* 88. *n.* 44. Palm. nep. *d. all.* 231. *nu.* 5. *et* 6.

Statutum excludens Matrem ab hæreditate ob transitum ad secunda vota interpretari debet de hæreditate, quæ defertur post binubatum, non de hæredita-

ditate dalata ante eam. Bald. *in l. si Mater num.* 2. *C. de suis & legitimis hæredib.* Palm. Nep. *ibid. n.* 3. Contra *n.* 27.

Statutum excludens matrem à successione ob transitum ad secunda vota an sit validum. Alcaran. *de Consl. cap.* 1. *n.* 276. Bald. *in l. quicumque n.* 12. *C. de serv. fugit.* Palm. *all. cit. n.* 1. *&* 4.

84 Statutom vocans liberos Masculos defuncti fratris, non dicitur respexisse ad agnationem, quia eorum appellatione compræhenditur etiam nepos ex filia defuncti. Palm. Nep. *all.* 250. *nu.* 45. *tom.* 2. Vide supra *n.* 63.

85 Statutum exclusivum feminarum propter masculos in successione ascendentiom *non* excludit sororem propter fratrem in successione transversalium. Bursat. *cons.* 300. *sub n.* 67. *vers.* 9. Rot. *dec.* 125. *n.* 12. *part.* 16. *rec.* Ansald. *dec.* 12. *n.* 43. *part.* 1.

86 Statutum vocans Partuum ad successionem exclusa Matre, non excludit sororem. Mart. *de success. legal. part.* 3. *quæst.* 10. *art.* 2. *per tot.* Palm. Nep. *all.* 150. *ante n.* 17. *lib.* 2. Ansald. *d. dec.* 12. *n.* 36. *part.* 1.

87 Statutum exclusivum feminarum propter masculos intelligitur de masculis ejusdem Matrimonii, secus si Masculi unius Matrimonii satagant excludere feminas alterius Matrimonii. Michalor. *de Fratrib. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 7. *et cap.* 13. *n.* 98. Rot. *dec.* 461. *n.* 4. *part.* 2. *rec.* Ansald. *dec.* 84. *nu.* 33. 35. 37. *et* 40. *part.* 2.

88 Statutum excludens feminas propter masculos eas post masculos admittere censetur. Giovagn. *cons.* 7. *n.* 32. *et* 33. *lib.* 1. Rot. *dec.* 133. *num.* 17. *et* 18. *part.* 9. *et dec.* 16. *n.* 27. *et* 28. *part.* 14. *rec.* Palm. Nep. *all.* 214. *n.* 21. *tom.* 3.

89 Statutum excludens feminas propter masculos intelligitur regulariter de feminis ejusdem lineæ sive gradus, non autem de proximioribus. Thesaur. *qu. forens. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 17. Torr. *de primog. et majorat. part.* 1. *cap.* 25. *§.* 7. *nu.* 98. Palm. Nep. *all.* 396. *n.* 109. *tom.* 4.

90 Statutum excludens fœminas à successione avi propter nepotes masculos, excludit solum à successione avi paterni, non autem materni. Balduc. *tit.* 3. *de legat. dec.* 51. *n.* 11. *&* 12. Ea ratione quod in eo non admittitur interpretatio extensiva, neque ex identitate rationis Balduc. *loc. sup. cit. n.* 13.

91 Statuto exclusivo feminarum propter masculos, præsumitur, Testatorem etiam forensem voluisse se conformem reddere, quoties testamentum est conditum in loco, ubi idem viget Statutum. Episc. Rocc. *cap.* 19. *nu.* 21. Sed hoc intellige, ut declarat Idem Rocc. *cap.* 12. *n.* 13. *part.* 1.

92 Statutum, quoties in feminarum exclusione non habuit respectum ad personam alicujus masculi in specie, sed tantumodo ad simplicem familiæ, & stirpis conservationem, tunc filia dotata excluditur à successione fratris per Patruum. Honded. *cons.* 4. *sub n.* 85. *& duob. seq. lib.* 1. Brun. *de statut. exclus. fœmin. art.* 12. *quæst.* 14. *n.* 191. *&* 193. *& quæst.* 20. *n.* 280. *vers. contrarium credo verius* Episc. Rocc. *c.* 38. *n.* 2. *part.* 1.

93 Statutum exclusivum feminarum ob Agnatos non procedit, Matre existente in medio. Episc. Rocc. *cap.* 38. *n.* 5. *part.* 1. Intellige, supposita habilitate Matris in succedendo, inspecta dispositione Juris communis; Secus, quando ab eodem Statuto repetitur expressè exclusa à successione Rocc. Episc. *d. cap.* 38. *n.* 9. Subintellige, & amplia, etiam si mater ex aliquo impedimento proveniente à Jure communi minime sit successura; cum sufficiat sola ipsius existentia, & de ratione Episc. Rocc. *ibid. n.* 6.

Amplia etiam si Mater velit juri suo renunciare sive etiam nolit luctuosam filii successionem agnoscere. Episc. Rocc. *ibid. n.* 7. Existens in medio, & omissus à Statuto, an prosit ad agnatorum exclusionem. Rocc. Episc. *d. cap.* 38. *nu.* 8. Et quod regulariter non habeat locum matre existente in medio. Card. De Luc. *de Success. disc.* 3. *n.* 16. Et pro ejus exclusione requiritur specialis mentio Card. De Luc. *de Success. disc.* 18. *n.* 14.

94 Statuta exclusiva feminarum favore fratrum suffragantur eorum filiis, non autem patruis. Bart. *in l. liberorum ff. de verb. signif.* Card. De Luc. *de Success. disc.* 8. *n.* 16.

95 Statuta excludentia sub certa conditione dotis, non dicuntur propriè exclusiva. Card. De Luc. *de Hæred. disc.* 26. *n.* 17. Et ubi femina non est dotata remanet hæres ab initio. Card. De Luc. *ibid. n. eod.*

96 Statuta exclusiva feminarum ob agnatos transversales an procedant favore patris, vel avi paterni. Card. De Luc. *de Success. disc.* 15. *num.* 5. 7. *et seq. Conflict. obser.* 54.

De statuto requirente certam solemnitatem in contractibus minorum, vel mulierum.

1 Statuta requirentia certam solemnitatem in contractibus mulierum, vel minorum non alia ratione dicuntur condita, nisi ad integrandas mulierum, vel minorum personas, & ne ob imbecillitatem judicii circumveniantur, Carpan. *de Stat. Mediol. cap.* 328. *num.* 221. Tiraquel. *de leg. connub. glos.* 5. *num.* 35 *et* 156. Altograd. *cons.* 21. *num.* 20. *lib.* 2. ubi propterea *num.* 21. infert, quod cessante dicta ratione, cessat statuti dispositio, ut quia partium jura remaneant illæsa non obstante contractu, *infra num.* 44. vide Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 45. *nu.* 79. *tom.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 36. *a n.* 4. *cum seqq. libr. pr.* Card. De Luc. *de Alienat. disc.* 33. *n.* 23.

Plura de statuto quod mulier nupta non possit contrahere, vel testari sine consensu viri, tradunt Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 45. *per tot.* Andreol. *controv.* 73. *&* 84. Et de statuto requirente certas solemnitates in contractibus minorum, latè idem Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 56. *per tot.* Rocc. Episc. *loc. supra adduct.*

Quòd stante justa causa, ex qua excludatur omnis dolus, & læsio, ad quibus obviandum ordinantur solemnitates, cesset illarum vigor, Bald. *cons.* 63. *in fine lib.* 3. Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 224. *in fine.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 16. *decis.* 10. *n.* 26. *vol.* 4.

De statutis diversorum locorum circa minorum, & mulierum contractus, & solemnitates in eis adhibendas, quando locum habeant, vel non, Tusch. *litt. S. conclus.* 594. *cum pluribus seqq. ad* 600. *& concl.* 604. *cons.* 611. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 377. 659. Peregr. *decis.* 14. Vivi. *comm. opin.* 796. ubi limitat, non habere locum in multis casibus.

Quòd mulieres olim propter sexus fragilitatem perpetua tutela coercentur, cujus loco hodiè in plerisque locis Italiæ fuit inductus consensus Mundualdi, prout Florentiæ, vel alia forma à statutis præfixa, Montan. *de tut. cap.* 7. *num.* 46. *& seqq. ad* 53. Ang. *cons.* 191 Bald. *cons.* 407. *lib.* 2. *& in l.* 2. *quæst.* 9. *C. de rescind. vend. infra num.* 4. *vers. sicut etiam.*

De Mondualdo Florentiæ in contractibus mulierum vigore statuti adhibendo, dixi in Pract. §. *Donne numer.* 5. & in hoc Opere *§. Mulier num.* Tusch. *litt. S. concl.* 598.

Quando autem hujusmodi statuta dicantur inducere formam, ita ut illa non servata contractus omninò corruat, vide in §. *Forma*, *& infra num.* Constant. *ad stat. Urb. annot.* 45. *num.* 82. *tom.* 2. Mansrell. ad Capyc. *dec.* 143. *à n.* 29. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 7. *subsect.* 4. *n.* 16. *vol.* 3.

An sint favorabilia, vel odiosa, Card. Tusch. *litt. S. concl.* 599.

2 Quòd sint ad unguem servanda sub pena nullitatis contractus, Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 355. *num. pr. &c.* Altimar. *a dict. n.* 15. *cum plur. seqq.*

Statutum requirens consensum propinquorum intelligitur de habilibus, nam non admittuntur spurii, monaci, furiosi, mentecapti, ebrii, banniti, judæi, hæretici, excommunicati, penitus surdi, muti nescientes legere, affines spirituales, mulieres, minores, nec alii similes, sed illorum loco sunt adhibendi sequentes proximiores in gradu, & omnibus deficientibus datur curator, ac in omnem casum adhibetur decretum judicis, ut singillatim declarat Pie. *ad Stat. Urb. glos.* 13. *per tot.* Ludovis. *decis.* 473. *n.* 10. *et seqq.*

De

De minore vide Bart. *conf.* 96. *lib.* 2. *suf. num.* 5. Merlin. *decis.* 535. *num.* 9. *& seqq.* ubi quòd minor non potest nunquam proximior intervenire in contractu alterius minoris, cùm & ipse egeat alieno consilio, & ne ambo in foveam cadant, idem Merlin. *dec.* 646. *num.* 2. *&c.*

Quòd non adhibeantur habentes interesse in contractu, Ludovis. *decis.* 473. *num.* 10. *&* 23. Gratian. *discept. forens. cap.* 647. *nu.* 20. *etc.* ubi etiam *n.* 6. *etc.* de curatore dando in defectum proximiorum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 321. *num.* 2. ubi quòd possint omitti proximiores, quando agitur de illorum interesse, ut quia essent successuri ab intestato, si agatur de donatione alteri facienda. Episc. Rocc. *dict. cap.* 36. *a n.* 4. *lib. pr.* Card. De Luc. *de Testam. disc.* 30. *n.* 13. *et* 15. *et disc.* 31. *n.* 2. *& seq.*

Quòd stante statuto ne filius familias possit obligari sine consensu patris, si pater sit furiosus sustinetur obligatio filii sine dicto consensu, & sic possit liberè contrahere secundùm aliquos, stante patris furore, quamvis juxta magis veram, & approbatam opinionem nullo modo sustineatur talis obligatio sine decreto judicis, vel consensu curatoris ipsius patris, plenè Mart. Medic. *decis.* 24. *per tot. cum Addit.*

An autem consensus possit præstari per Epistolam, nuncium, vel procuratorem, idem Mart. Medic. *decis.* 93. *n.* 5. ubi quòd non, quando statutum requirit etiam præsentiam.

Et quòd nec etiam sufficiat præsentia, & taciturnitas, sed requiratur consensus expressus saltem per signa, idem Mart. Medic. *dec.* 94. *nu.* 3. *cum Addit.*

3 Statutū requirens consensus duorum proximiorum in contractu, est intelligendum quatenus adsint, nam si unus tantùm adesset, ille sufficeret, & semper sunt adhibendi proximiores, aliàs contractus est nullus, Pic. *ad Stat. Urb. gloss.* 12. *num.* 4. *& per tot. & gloss.* 23. Gratian. *discept. forens. cap.* 761. *num. pr. &c. et decis.* 38. *per tot.* ubi quòd si probetur adfuisse alios propinquiores habiles annullatur contractus, Rot *part.* 12. *recent. decis.* 31. *per tot.* ubi pro nullitate ex eo, quòd unus tantùm intervenit, & alter citatus non comparvit, licèt loco illius fuerit à judice deputatus curator, quando tamen dictus proximior fuit citatus coram alio, eadem Rota *d. part.* 12 *decis.* 23. *per tot.* ubi pro nullitate, *et part.* 13. *decis.* 443. *n.* 5. *et seqq. et part.* 14. *decis.* 163. *num. pr. et seqq. et decis.* 265. *num. pr. etc.* De Luc. *de Testam. disc.* 30. *n.* 12. *de Alien. disc.* 23. *n.* 14 *disc.* 31. *n.* 17.

Quòd ad sustinendum actum præsumatur absentia, vel impedimentum proximiorum, & alleganti illorum præsentiam, & habilitatem incumbat onus probandi, Altograd. *cons.* 28. *n.* 50. *&* 51. *lib. pr.* Thomat. *decis.* 68. *num.* 75. *& seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis* 495. *num.* 3. *& part.* 14. *decis.* 163. *per tot.* Bich. *decis.* 165. Urceol. *consult. for. cap.* 28. *infr. n. seqq. vers. quod præsumatur cum duobus seqq. et in Appendic. in fin.* 2. *vol.* ubi allegat Cæsar. Manent. *cons.* 31. *num.* 21. *lib. pr.* asserentem ad annullandū contractum non solùm probandum esse, quòd eo tempore existerent in loco, sed etiam quòd commodè potuerint illa die intervenire, vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 232. *per tot.* ubi contra, *& part.* 13. *decis.* 443. *n.* 5. *& seqq.* ubi quòd est probanda absentia, vel aliud impedimentum, & si sit temporale debet stipulatio differri ad diem sequentem, & citatio facta ad interessendum in uno loco, non relevat, si stipulatio fiat postea in alio, vide Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 163. *per tot. & dec.* 265. *per tot.*

Quòd dicta citatio contineere debeat qualitates, & substantialia contractus celebrandi alias sit nulla cum ipso contractu, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 378. *num. pr. &c.* Vide De Luc. *de Alien. disc.* 33. *n.* 5. *&* 13.

Qualiter impugnans contractum propter non interventum conjunctorum, teneatur probare, illos extitisse in loco tempore contractus, fuisse habiles, ac intervenire potuisse, aliàs succumbat, Cabal. *cons. decis.* 166. *per tot. libr. pr.* Rot. *part.* 18. *recent. tom. pr. decis.* 50. *num.* 8.

4 Statutum quòd in contractu uxoris requiratur consensus mariti, intelligitur dummodò sit præsens, & illum præstare possit, aliàs valebit contractus etiam non servata forma, Asin. *in prax. §.* 3. *cap.* 37. *nu.* 5. *& per tot.* Menoch. *de arbitrar. cas.* 212. *n.* 11. *etc.* Addit. ad Ludovis. *decis.* 459. *nu.* 12. Altograd. *cons.* 5. *nu.* 93. *et* 94. ubi etiam quòd alleganti præsentiam incumbit probatio, & quod si statutum loquatur de marito non habet locum in sponso de futuro, cujus consensus non erit necessarius in contractu sponsæ, ut *ibidem num.* 96. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 45. *per tot.*

An autem stante dicto statuto possit maritus præstare consensum contractui, sive dispositioni ad ejus favorem factæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 556. *n.* 9. *&c. ad* 26. Marth. Medic. *Exam.* 57. *nu.* 6. *etc.* Urceol. *Consult. for. cap.* 44. *num.* 15. *etc.* Franch. *decis.* 14. *num.* 1. *etc.* dixi *in §. Filius num.* 60. *infra n.* 46. latè Sanfelic. *decis.* 109. ubi de patre an possit præstare consensum filio ad ejus favorem contrahenti, vide Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 45. *à num.* 201. *tom.* 2. Episc. Rocc. *loc. supra citat.* Card. De Luc. *dict. disc.* 31. *a n.* 2.

Quòd præsumatur præsentis mariti, nisi probetur absentia, Marth. Medic. *decis.* 93. *num.* 7. vide supra *num.* 3. *in fine*, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 231. *num.* 7. ubi quòd constito de existentia, & præsentia in urbe, accidentale impedimentum debet ab allegante probari ad sustinendum contractum, maximè si poterat contractus differri.

Quòd allegans nullitatem ob defectum interventus proximiorum, teneatur probare nedum illorum existentiam, sed etiam habilitatem de tempore præciso contractus celebrati, Rot. *in Romana census Sutorum* 18000. *Lunæ* 11. *Martii* 1613. coram Coccino penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 37. *num. pr. etc.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 495. *num.* 3. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 406. *et* 459. Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 17. *num.* 8. *et* 9. ubi tamen quòd secùs est si allegetur impedimentum, ut ibidem declarat.

An si mulier asservit cum juramento non habere alios consanguineos possit dicere de nullitate probando alios extitisse proximiores, Gratian. *decis.* 234. ubi plura hincinde, & quod asserenti non extitisse consanguineos, qui potuerint intervenire incumbat probatio, Menoch. *de arbitr. cas.* 212. *n.* 2. vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 131. *per tot.* ubi de utroque dubio, *et part.* 13. *decis.* 495. *n.* 4. *et seqq.* ubi benè declarat, & Francisc. de Angelis *d. quæst.* 17. Vide Card. De Luc. *de Alienat. dict. disc.* 32. *a n.* 13. *cum plurib. seqq.*

Quòd si tempore pestilentiæ mulier contraxerit, vel condiderit testamentum non servata forma statuti, valeat, licèt posteà diù supervivat, Corn. *cons.* 53. *num. pr. cons.* 131. *nu.* 2. *lib. pr.* Asin. *in Prax.* §. 3. *cap.* 38. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 211. *num.* 12.

Quòd uxore mortua, non possit consensus adhiberi ad convalidandum contractum antea celebratum, cùm tunc voluntas uxoris esse desierit, Castr. *cons.* *vol.* 2. Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 6. *num.* 6. consensus enim exponitur idest simul sensus, & in unum sensus, qui altero mortuo non ita dici potest, vide *in §. Contractus n.* 13.

Quòd fœminæ prohibitæ sine consensu propinquiorum contrahere, illis non extantibus possint contrahere sine alio consensu, servata tantùm forma juris communis, Seraph. *decis.* 1244. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 211. *num.* 9. *et* 10. *cas.* 113. *num. pr.*

Sicut etiam in casibus à statuto non comprehensis recurritur ad jus commune, secundùm quòd mulieres possunt liberè contrahere, & de bonis suis disponere, Tiraquel. *de leg. connub. gloss.* 8. *num.* 15. cum aliis per Altograd. *cons.* 15. *num.* 21. *lib.* 2. Berro *cons.* 176. *num.* 45. *lib. pr.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 318. *n.* 218. vide *suprà num pr. vers. Quod mulieres*, Merlin. *decis.* 601. *num.* 11. *etc.* ubi quòd Bononiæ nullum extat statutum præscribens solemnitates in contractibus mulierum, & ideò mulieres, si sint majores, possunt sicut mares liberè contrahere, & Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 291. *nu.* 4.

Quòd statutum requirens consensum mariti in contractu uxoris, non procedat quando uxor vivit separata à viro bannito, vel aliter condemnato, absente, vel

vel furioso, latè Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 110. *per tot.* ubi nec in aditione hæreditatis, *infra nu.* 28.

5 Statuto disponente consensum consanguineorum adhiberi in contractibus mulierum, vel minorum, sunt requirendi dicti consanguinei ad præstandum hujusmodi consensum, & si recusent illum præstare sine justa causa arbitrio judicis æstimanda, potest judex licentiam contrahendi sine dicto consensu concedere, & ita hujusmodi defectum suo decreto supplere, nisi ultra dictum consensum requiratur etiam decretum, quia tunc non potest judex suas, & aliorum vices sustinere, erunt adhibendi alii consanguinei, licèt remotiores, vel alius judex loco illorum, sive curator, sive vicini juxta locorum consuetudinem, Salyc. *in leg. dudum in fine Cod. de contrah. empt.* Alex. *in leg. si cum dotem §. eo autem ff. soluto matrim.* Tiraquel. *de leg. connub. glos.* 6. *n.* 131. Menoch. *de arbitr. cas.* 211. *per tot.* Gratian. *decis.* 237. *num.* 31. *&c.* vide Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 25. ubi quòd judex potest supplere præsentiam patris, vel alterius consanguinei, quando est absens, vel non bene convenit cum filia, si de hujusmodi mala convenientia constet, etiam si statutum copulativè requirat judicis decretum, & patris præsentiam, quam judex potest supplere, ut supra, & contraria procedunt quando statutum requirit copulativè judicis decretum, & consanguineorum authoritatem, quæ major est simplici præsentia, & ideò tunc saltem sunt requirendi, & illis sine causa renuentibus alius judex adhiberi, Pic. *ad Stat. Urb. cap.* 151. *glos.* 19. *num.* 10. *& seqq. ad* 24. Rot. *part.* 13 *recent. decis.* 314. *num.* 13. vide Bich. *dec.* 165. *per tot.* Marth. Medic. *Exam.* 57. *num* 9. *&c.* ubi quid si maritus, vel alius, qui præstare debet consensum, non reperiatur, ut quia sit vagabundus, vel absens, vide §. *Filius n.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 9. *art.* 4. *num.* 32. *&c.* ubi quid si maritus sit minor, absens, vel bannitus, furiosus, vel recusans, dicit tutius esse his casibus adhibere decretum judicis, & quod possit etiam contractus firmari juramento, licèt alii contrà, *suprà n.* 2. *& infra num.* 32. Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 32. *num. pr. & seqq.* ubi quòd inimicitia est causa legitima non vocandi proximiorem in contractu proximioris ad formam statuti, si legitimè probetur, ad quem effectum fuit concessa remissoria, *& decis.* 228. *d. part.* 19. Addo Constant. *ad Stat. Urb. annot* 45. *n.* 115. *tom.* 2. Et an consensus indebitè denegatus suppleatur à Judice Card. De Luc. *de Canonic. disc. pr. n.* 9. *de Jurepatr. disc.* 44. *sub num.* 4. *de Servit. disc.* 10. *n.* 7. *de Dot. disc. pr. nu.* 18. *de Jurisd. disc.* 44. *n.* 3. *Miscell. disc.* 2. *n.* 45. *& disc.* 3. *n.* 6.

Quòd possit mulier liberè contrahere, si consanguinei requisiti recusent sine justa causa consentire. Menoch. *de arbitr. cas.* 182. *n.* 21.

Quæ autem sit justa causa recusandi, Idem Menoc. *de arbitr. cas.* 211. *&* 212.

Quid, & quantum sit probandum per mulieres, vel minores impugnantes contractum ex eo quod proximiores non interfuerint juxta formam statuti, pulchrè Urceol. *consult. forens. cap.* 28. *per tot.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 406.

Quòd si statutum requirat præsentiam consanguineorum in contractu mulierum, non sit necessarius consensus, sed sufficiat præsentia, etiam cum contradictione, Hieron. Gabriel. *cons.* 5. *num.* 5. Sanfelic. *decis.* 150. *num.* 3. ubi tamen contrarium resolvit, sed in aliis terminis, ut dixi *in §. Electio*.

6 Statutum requirens certam solemnitatem in contractibus mulierum, vel minorum, non habet locum ubi agitur tantùm de jure quærendo, & nondum quæsito, nec radicato, Cravett. *cons.* 114. *num.* 14. Curt. jun. *cons.* 147. *num.* 18. *cons.* 120. *num.* 7. Caspan. *ad Stat. Mediol. cap.* 328. *num.* 159. *&* 103. Gratian. *discept. forens. cap.* 132. *num.* 19. *cap* 568. *num.* 51. *&c. cap.* 858. *ubi nu.* 12. benè distinguit, *cap.* 969. *num.* 31. Magon *decis. Flor.* 132. *num.* 14. *&c.* vide *in §. Renunciatio num.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 149. *num.* 5. *&* 16. *decis.* 418. *num.* 8. *& seqq.* ubi secùs quando jus competens fuisset jam agnitum, & acceptatum, licèt non consecutum, nec obtentum. Vide Rotam coram coram Emerix jun. *dec.* 217. *n.* 4.

Quòd ideò mulier possit sine consensu consanguineorum repudiare nondum agnitam hæreditatem, sicut & Prælatus, notat Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *n.* 53. ubi videtur secùs tenere quoad legatum, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 232. *num.* 9. *&* 10. ubi quòd statutum procedit in actibus privatis, & extrajudicialibus, non autem in publicis, & extrajudicialibus, ac ideò valere repudiationem sine solemnitatibus in judicio factam, *et part.* 14. *decis.* 495. *num.* 17. *et* 18. ubi contrarium innuit, nisi hæreditas sit non solvendo, quia tunc repudiatio est utilis, *et part.* 17. *decis.* 273. ubi quòd repudiatio hæreditatis non solùm delatæ, sed etiam aditæ, est nulla sine solemnitatibus etiam si sit in judicio voluntariè facta, vide in §. *Repudiatio num.* 3. & Rot. *part.* 18. *decis.* 306. *num.* 19. ubi quòd est nulla sine solemnitatibus stante nimia læsione.

Item possit sine aliis solemnitatibus repudiare donationem sibi factam, & nondum acceptatam, cùm non sit ei jus perfectè quæsitum ante acceptationem, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 185. *n.* 33. ubi plura allegat.

Quòd dictum statutum non habeat locum in jure quærendo, nisi statutum in totum adimat bonorum, & jurium administrationem, Altograd. *cons.* 21. *n.* 27. *&* 28. *lib.* 2. plenè Castr. *cons.* 131. *per tot. lib.* 2.

Quòd in jure quærendo sub conditione, nulla consideretur læsio, circà quam debet attendi tempus contractus, & ideò cesset dispositio statuti, Rot. *in noviss. part.* 6. *decis.* 292. *n.* 28. *&* 29.

Contrarium autem quod dictum statutum procedat etiam si agatur de jure quærendo, cùm semper adsit læsio in hujusmodi remissionibus, & renunciationibus de jure quærendo, quia saltem amittitur facultas acquirendi, concludit Pic. *ad Statut. Urb. gloss.* 8. *num.* 13. vide *in §. Læsio num.* Gratian. *discept. forens. cap.* 858. *num.* 10. *&c.* Bonat. *decis.* 120. *num.* 25. cum aliis per Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 36. *nu.* 3. ubi quòd habet locum etiam si agatur de renunciatione juris futuri, Rot. *part.* 16. *decis.* 418. ubi videtur intelligere quando jus fuit saltem agnitum, & acceptatum, *& part.* 18. *decis.* 269. *num.* 22. ubi quando minor potest lædi, etiam in jure quærendo sunt necessariæ solemnitates. De Luc. *de Alienat. disc.* 30. *sub num.* 10. *vers. utraque ratio*, ubi quòd si statutum inhabilitat ad contrahendum, censetur etiam inhabilitare ad renunciandum idem De Luc. *de Renunc. disc.* 13. *num.* 17. *& per tot.*

Quòd solemnitates statuti non sint necessariæ ubi renunciatur jus illiquidum, & dubium, Gabriel. *de donat. concl. pr. n.* 43. Merlin. *decis.* 740. *n.* 20. Emerix jun. *dict. dec.* 217. *sub n.* 4.

Quòd statutum non trahatur ad actiones competentes pro rebus immobilibus acquirendis, sed procedat tantùm in bonis possessis per mulieres renunciantes, Peregrin. *dec.* 95. *num.* 15. vide *in §. Actio n.* 8.

Statutum prædictum locum habet etiam in obligationibus tacitis, & ideò sicuti mulier absque solemnitatibus non potest sibi expressè præjudicare circa remissionem suorum jurium, ita nec tacitè, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 689. *num.* 49. *cap.* 969. *num.* 33. Magon. *decis. Flor.* 65. *nu.* 4. ubi quòd sicuti non potest expressè obligari, ita nec tacitè præsumitur se obligasse. Vide Rotam coram Emerix jun. *decis.* 1068. *n.* 4. 7

Quòd non habeat locum in tacita reconductione, vel tacita relocatione, quæ valeat absque solemnitatibus, cùm non sit nova obligatio, sed proveniat ex causa præcedentis obligationis, verius dicit Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 335. *num.* 12.

Recipiendo canonem ab emphyteuta, etiam sine solemnitatibus, sibi præjudicat quoad caducitatem, & illam censetur remittere, cùm id veniat in consequentiam actus permissi, Cartar. *decis.* 91. *numer.* 4. *&c.* Altograd. *cons.* 85. *num.* 47. *lib. pr. & cons.* 15. *n.* 41. *& seqq.* ubi hoc idem latiùs probat, & sequitur, *inf. n.* 29.

Statutum requirens certam solemnitatem in contractibus mulierum, intelligitur de contractibus præjudicialibus, & damnosis, non verò de utilibus, & sibi favorabilibus, Marant. *part.* 4. *distinct.* 16. *n.* 48. 8

fa-

facit Gratian. *discept. forens. cap. 756. num. 28. per tot. cap. 360. nu. 12. &c.* vide Marth. Medic. *Exam. 57. num. 5. & in Addit. num. 4. & 5.* Hodicin. ad Suid. *decis. 70. num. 10.* idem Suid. *decis. 179. num. 27. &c.* Pignatel. *controv. 21. num. 12.* Capyc. Latr. *decis. 19. num. 6. & seqq.* Rot. *par. 18. rec. dec. 335. num. 13.* ubi loquitur in pupillo, & quando ipse non dat de nullitate, sed agit pro observantia contractus, & *part. 11. dec. 173. num. 12.* ubi quòd si filius sit factus locupletior, non sunt necessariæ solemnitates in contractu cum patre inito, & *part. 13. decis. 276. n. 50.* ubi quòd quando contractus est utilis mulieri, non est opus decreto Judicis, nec aliis solemnitatibus, & *part. 14. decis. 495. num. 18.* Rocc. Episc. *cap. 182. n. 34. & 37. lib. 2.* Emerix jun. *decis. 734. n. 6. & decis. 738. sub n. pr.*

Contrarium, quòd imò etiam in contractibus utilibus, & non damnosis requirantur solemnitates statutariæ, quæ licet non intervenerint, obligentur tamen contrahentes cum muliere, vel minore, ita ut possint compelli ad observantiam, si posteà mulier, vel minor voluerint solemniter ratificare, nisi dolus præsupponeretur à statuto, vel nisi essemus in infante, quia his casibus non posset contractus ratificari; Pic. *ad Stat. Urb. gloss. 7. num. 284. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap. 27. per tot. cap. 565. num. 55. &c. cap. 583. num. 5. &c.* facit latè Montan. *de tut. cap. 33. num. 450. & seqq.* Rot. *part. 18. recent. decis. 547. & 623* ubi quòd quando statutum inducit formam, non sufficit utilitas contractus ad illum sustinendum, & in omnem casum debet esse evidens, quæ talis dicitur quando minor, vel mulier sibi alios obligat, & non obligatur.

9 Statuto stante quod in contractibus mulierum, vel minorum sint adhibendæ certæ solemnitates aliàs contractus sit nullus, an si dictæ solemnitates non fuerint servatæ, sustineatur contractus saltem in foro conscientiæ, vide *in §. Contractus num.* §. *Heres num. & in §. Minor n. 38.*

10 Statutum prædictum an habeat locum in alienatione Molendinorum, vel generaliter ubi adest periculum amissionis rei, Capyc. *decis. 213.* Gratian. *discept. forens. 564. num. 18.* ubi videtur negativè concludere, vide *in §. Molendina num.*

11 Statutum prædictum licèt loqueretur de quietationibus, non habet locum in necessariis; necessariæ autem dicuntur quietationes quando mulier, vel minor recipit, quo casu tenentur quietare de recepto, nisi essemus in quietatione de jam recepto, non aliundè adminiculata, quia tunc requiruntur solemnitates, quas etiam semper adhibere esset valdè utile imò necessarium, ad tradita per Pic. *ad Statut. Urb. gloss. 9. num. 4.* Roman. *cons 394.* Rot. *part. 2 divers. decis. 104. num. 9. &c. part. 3. decis. 867. n. 5.* Gratian. *discept forens. cap. 27. num. 47. &c.* Mart. Medic. *Exam. 57. num. 2. &c. cum Addit.* Duran. *decis. 405. num. 22.* ubi quòd maximè procedit quando mulier non potest compelli ad recipiendam solutionem. vide Cunciol. *ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 45. num. 31.*

Quòd generaliter loquendo quando constat mulierem, vel minorem recepisse rem, vel pecunias, non sit necessaria solemnitas statuti, nisi specificè requiratur etiam in casu receptionis, Gratian. *discept. forens. cap. 576. num. 25. &c. cap. 713 num. 53 cap. 750. num. pr. & cap. 879. per tot.* Merlin. *decis. 758. num. 4. & 5.* ubi reddit rationem, quia statutum præservat à læsione, non autem permittit locupletari cum alieno damno, Rot. post Pic. *ad Stat. Urb. dec. 11. & par. 13. recent. decis. 60. n. 2.*

Quando statutum habeat locum in confessione de recepto, Altograd. *cons. 44 n. pr. &c. lib. 2.* ubi quòd sic ex dispositione statuti Lucensis.

Quòd statutum prohibens fieri quietationes sine consensu aliquorum, non comprehendit apocas de recepto, Marth. *vot. Pis. 136.* Ricc. *Collect. 2369. vers. pr.*

Quando mulier prohibita contrahere sine certa solemnitate, non possit facere pactum de non petendo, remittere, quietare, vel liberare, vel distrahere, vel novare, sive tempora prorogare, Altograd. *cons. 25. num. 8. & seqq. per tot. lib. 2.* ubi etiam quando prædicta facere possit sine solemnitate. Mantiss. ad De Luc. *libr. 6. decis. 17. n. 8. vol. pr.*

Quòd Statutum Urbis Romæ *lib. pr. cap. 151.* requirens certam solemnitatem in contractibus mulierum, vel minorum procedat in quibuscumque aliis, præter enumeratos, in quibus mulier, vel minor lædi potest, Gregor. *dec. 333. n. pr. ubi Add. n. 9.* Merlin. *decis. 430. num. 4. etc.* idem Gregor. *decis. 473. nu. 5. et seqq.* ubi de divisione, permutatione, ratificatione, & similibus. Card. De Luc. *de Alienat. disc. 65. n. 2. et n. 7. et de Dotat. disc. 27. n. 7. et 8.*

Statutum requirens certam solemnitatem, non vindicat locum in venditione necessaria, vel alienatione, nec in expeditione alterius actus necessarii, *l. pr. C. de præd. min. et tot. tit. C. quando decret. opus non est*, Menoch. *de arbitr. cas. 171. num. 67.* Pic. *ad Stat. Urb. gloss. 7. num. 14. &c. num. 209. etc.* Gratian. *discept. forens. cap. 27. num. 42. etc. cap. 499. num. 10. etc. cap. 931.* vide *in §. Decretum num.* Merlin. *decis. 758. num. 4.* ubi de subhastatione, Rot. *part. 10. recent. decis. 222.* ubi de retrovenditione census, & post Cenc. *de Cens. decis. 423. per tot.* latè idem Cenc. *de Cens. q. 109. num. pr. etc* De Luc. *de Alienat. disc. 16. n. 7.* Vide Episc. Rocc *cap. 110. nu. 8. et seqq. libr. 2.* 12

Quòd non habet locum in alienatione, vel obligatione necessaria, qualis censetur illa se dotandi in muliere, Altograd. *cons. 34. nu. 53. lib. pr.* Urceol. *Consult. for. cap. 44. num. 9. et seqq.*

Item non habet locum in alienatione pecuniæ, vide *in §. Pecunia num.*

Nec in emptione census vitalitii, vide *in §. Census num.*

Item non procedit in casibus in quibus sequitur liberatio ipso jure per legalem dispositionem, Gratian. *discept. for. cap. 962. n. 13. etc.*

Item non habet locum quando contractus fit per mulierem tutricem de mandato testatoris expressa causa, Gratian. *discept. forens. cap. 878. num. 6. &c.* vide in §. *Licentia n. infr. num. 14.*

Item nec quando mulier contrahit pro solvendo ære alieno testatoris, Rota *part. 7 recent. decis. 241. num. 11. & seqq. & part. 10. decis. 246. n. 13.*

Statutum prædictum requirens certam solemnitatem, non habet locum si fiat obligatio ex causa necessaria, licèt voluntaria, ut pro solvendo debito legitimè contracto, veluti quando mater promisit dotem pro filia, & solvit de pecunia mutuo accepta, nam pro restituendo dicto mutuo, potest sine solemnitatibus accipere ad interesse, alienare, in solutum dare, vel aliter se obligare, quia tunc attenditur contractus causans, non causatus, Alex. *cons. 211. lib. 6.* Rot. *in Romana societatis officii 13. Februarii 1606. coram Litta*, Pic. *ad Stat. Urb. glos. 7. nu. 216.* facit Montan. *de tut. cap. 33. num. 496. &c.* vide *in §. Decretum num. 8* Rot. *part. 13. rec. decis. 495. per tot.* 13

Quòd ubi obligatio oriens ex contractu non est nova, sed provenit ex causa præcedentis obligationis, nullis indigeat solemnitatibus, Castr. *cons. 183. num. 2. lib. pr.* Pic. *loc. cit. num. 218.* Rot. *part. 10. recent. decis. 335. num. 12. & part. 13. recent decis. 495.* ubi quòd mulier contrahens ad effectum extinguendi aliud debitum obligatur sine solemnitatibus, si sequatur versio in illam causam necessariam, etiam si prima obligatio prætendatur nulla, quando nullitas ante secundum contractum non erat opposita, nam tunc prima obligatio habet implicitum statum validitatis, & sufficit ad sustinendum secundum contractum pro illa extinguenda factum, *inf. num. 20.* vide *in §. Obligatio num. 4.*

Statutum quòd in contractibus mulierum requiratur certa solemnitas, est servandum, etiam quando mulier non pro se, sed tamquam tutrix, vel curatrix contrahit pro pupillo, licèt tutelam solemniter assumpserit, latè Pic. *ad Statut. Urb gloss. 7. num. 134. &c.* ubi reprobat Alex. Jas. & Marant. contrarium tenentes, vide Gratian. *discept. forens. cap. 878. num. 5. &c.* Montan. *de tut. cap. 33. num. 474. &c. supra nu. 12. in fine.* 14

Contrarium tamen cum Alex. & Marant. tenet Mart. Me-

Digitized by Google

Med. in Addit. Exam. 57. n. 14. ubi etiam citat Rot. dec. 106. n. 16. part. 5. recent. Merlin. dec. 309. n. 16. pluribus aliis citatis hanc partem sequitur Rot. part. 19. rec. dec. 250. n. 4. Vide Card. De Luc. de Alienat. disc. 34. sub n. 8.

Quòd si mulier, vel minor gerant negotia alterius cum mandato, possint contrahere sine solemnitatibus in præjudicium tamen mandantis tantùm, & non ipsorum mulieris, vel minoris, Pic. ad Statut. Urb. d. gloss. 7. n. 274. etc. vide Montan. de tut. cap. 33. num. 469. et cap. 30. nu. 268. etc. facit infra num. 22.

55 Statutum prædictum requirens certam solemnitatem, non habet locum in oblatione, & eleemosyna facta Ecclesiæ, loco pio, vel pauperibus, cum sit actus spiritualis, super quo non videtur dispositum à statuto, Rot. in Toletana pecuniaria 26. Januarii 1590. coram Perusino, Pic. ad Stat. Urb. gloss. 7. n. 222 etc. Cabal. cons. 180. n. 51. et seqq. lib. 1. Vide De Luc. de Feud. disc. 109. sub num. 21. de Servit. disc. 83. n. 10. de Donat. disc. 32. n. 13. de Aliena. disc. 61. n. 2. disc. 32. n. 8. et seqq. Miscell. disc. 8. n. 4. cum seqq.

Quòd non habet locum quando obligatio fit ad favorem piæ causæ, Ricc. Collect. 1910. in fine, Altograd. cons. 34. n. 26. lib. 1. et cons. 51. n. 33. et 34. lib. 2. ubi quòd mulier potest se obligare sine solemnitatibus statutariis ad pias causas, & in exonerationem propriæ conscientiæ, Cabal. d. cons. 180. n. 51. et seqq. ubi plura Constant. ad Stat. Urb. annot. 45. n. 232. tom. 2.

Item in donatione ad piam causam non requiritur solemnitas statuti, etiam à Papa confirmati, Gratian. discept. for. cap. 782. nu. 24. &c. cap. 831. n. 1. etc. Rot. part. 13. rec. dec. 314. n. 4. ubi tamen num. 11. quòd cessat favor piæ causæ, stante causa amoris, benevolentiæ, & conjunctionis sanguinis, ut dixi in §. Causa n. 20.

Sed contra, vide per Montan. de tut. cap. 33. nu. 482.

Item dictum statutum non habet locum, quando mulier, vel minor tamquam patroni præsentant Rectorem ad beneficium Ecclesiasticum, vel constituunt procuratorem ad præsentandum, Pic. ad Stat. Urb. gloss. 7. n. 281. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 7. n. 264. fol. 248. Peregrin. dec. 100. nu. 3. etc. Montan. de tut. cap. 33. n. 610. etc. ubi generaliter loquitur in beneficialibus, & spiritualibus, vide in §. Minor. n. Quidquid contrarium dixerit Marta vot. Pis. 15. n. 6. Vide Altimar. de nullit. rub. 1. part. 4. quæst. 38. num. 320. vers. non requiruntur fol. 177. tom. 6.

Item non habet locum in electione pacti resolutivi appositi in contractu, in quo debitæ solemnitates fuerunt servatæ, Alex. cons. 189. n. 13. et 14. lib. 7. Duran. dec. 156. n. 15. etc. Rot. part. 13. rec. dec. 396. n. 11. et 12.

Non etiam procedit in alienatione, quæ fieret etiam sine judicis decreto pro fundando & dotando Ecclesiam, aut alium locum pium, nec generaliter in beneficialibus, & spiritualibus, vel illis annexis, Cabal. cons. 180. n. 65. lib. 1.

56 Statutum prædictum est servandum in donatione, vel alia renunciatione facta ex causa ingressus religionis, intelligendo de donatione, vel renunciatione facta ante ingressum Religionis, de qua etiam potest dubitari, secùs autem in donatione, vel renunciatione facta, vel fienda à Novitio post ingressum intra annum probationis, & intra duos menses ante professionem, quæ non subjacet solemnitatibus statuti laicalis, sed tantum dispositioni Concilii Tridentini sess. 25. cap. 16. ad latè tradita per Sperel. dec. 16. per tot. Gratian. discept. for. c. 975. per tot. Montan. de tut. cap. 33. nu. 319. & seqq. n. 421. & n. 439. vide in §. Donatio n. 35. & §. Renunciatio n. 30. Ricc. Episc. cap. 194. num. 5. lib. 2. Card. De Luc. de Regul. disc. 1. n. 117. disc. 58. n. 8. Annot. ad Concil. disc. 40. a n. 6. Conflict. obser. 254.

57 Statutum requirens certam solemnitatem, locum habet, & est servandum, etiam si mulier contrahat cum altera muliere, vel minor cum altero minore, vel cum Ecclesia, vel Clerico, ac quovis alio pio loco, Alex. cons. 119. tom. 34. lib. 6. Pic. ad Stat. Urb gloss. 7. numer. 81. &c. Fenzon. eod. tractat. capit. 152. nu. 54. &c. Ludovis. decis. 164. num. 6. &c. dec. 413. num. 13. etc. ubi declarat, & sequitur Bich. decis. 229. infra n. 26. Montan. dec. 6. nu. 6. et seqq. qui latè hanc opinionem probat, & Rot. part. 11. rec. dec. 98. n. 2. & seqq. per tot. ubi pro nullitate ex pluribus concludit, & maximè quia prævalet, qui tractat de damno, vel qui rei partes sustinet, nisi probetur versum in ejus utilitatem part. 14. dec. 36. n. 4. et dec. 114. num. 7. et seqq. dec. 378. n. 12. et part. 18. dec. 685. num. 7. et seqq. et dec. 805. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio. vide De Luc. de Donat. disc. 27. num. fin. De Regal. disc. 156. num. 8. de Dot. disc. 17. nu. 13. et de Alien. disc. 24. num. 4. Bertachin. vot. dec. 109. sub n. 9.

An, & quando hujusmodi statutum comprehendat instrumenta cum Ecclesia, Clericis, vel aliis piis locis celebrata, vide Sperel. dec. 10 per tot. Rot. part. 13. recent. dec. 163. nu. 10. et seqq. ubi quòd non habet locum si mulier exerceat opera pietatis erga Ecclesiam, secùs autem si cum ea contrahat, ut privata, sicuti distinguit Manent. loc. cit. & Rot. d. part. 14. dec. 265. n. 7. etc. part. 16. dec. 402. nu. 7. ubi quod contractus initus cum Ecclesia non potest annullari ex laicorum statuentium ordinationibus, et part. 17. dec. 239. n. 19. vide supra n. 15. in princ. & De Luc. locis supra citatis.

Quòd non requiratur solemnitas statuti quando mulier contrahit cum altera muliere videtur tenere, Gratian. discept. for. cap. 961. nu. 13. etc. Merlin. dec. 575. nu. 28. ubi quòd quidquid in contrarium astruat Pic. & alii loc. cit. Rot. tenet pro constanti opinionem Veral. dec. 172. n. 9. et dec. 194. part. 3. non esse necessarias solemnitates, quando mulier, vel minor contrahit cum Ecclesia, vel alia persona æquè privilegiata, quam tamen limitat nisi opponens de defectu solemnitatum, & nullitate agat de damno vitando juxta ea, quæ dixi in §. Privilegium n. 9. & simpliciter hanc partem sequitur Rot. part. 9. recent. dec. 269. n. 22. Cabal. cons. 180. num. 51. etc. lib. 1.

Quòd non sint necessariæ solemnitates inter mulieres æqualiter privilegiatas, & æqualiter se habentes ad damnum sicut ad lucrum, Bich. dec. 240. n. 26. de quo latiùs idem Bich. dec. 229.

Quòd si una Ecclesia particularis alienet alteri Ecclesiæ particulari, non habeat locum pœna extravagantis Ambitiosæ Pauli II. de reb. Eccles. non alien. contra illarum Rectores, quia finis d. Extravag. fuit consulere indemnitati Ecclesiæ universalis, cui per dictam alienationem inter duas Ecclesias particulares nullum fit præjudicium, Thom. Triv. dec. 56. n. 27. lib. 2. facit quod dixi in §. Beneplacitum. Vide De Luc. de Regal. disc. 156. n. 9.

Statutum prædictum non habet locum ubi mulier, 58
vel minor obligantur ex causa alimentorum ad favorem egeni; nec in contractum modicæ summæ, quæ autem dicatur modica summa remittitur arbitrio judicis; qui debet considerare locum, tempus, conditionem personarum, & similia, Pic. ad Stat. Urb. glos. 9. n. 261. et seqq. ad 273. Grat. discept. for. c. 879. nu. 19. etc. ubi de modica summa. vide §. Mulier n. 18. et §. Uxor n. 13.

Quod non habeat locum in donatione ob causam clericatus, & alimentorum, idem Gratian. cap. 750. in fine.

Item non habet locum in contractu matrimonii, quod mulier potest contrahere sine solemnitatibus statuti Altograd. cons. 31. n. 49. lib. 1.

Item non procedit in uxore fidejubente pro redimendo viro, vel alio conjuncto ab hostibus, sive à carceribus, vel pro impediendo ne carceretur, nisi enormissimè lædatur, ut quia remaneat penitus indotata, nam tunc nec cum solemnitatibus, nec cum juramento potest obligari, Pic. ad Stat. Urb. gloss. 7. nu. 283. &c. latè Grat. discept. forens. cap. 108. per tot. infra n. 33. in fine.

Cessantibus autem dictis causis, non potest alias

uxor

Digitized by Google

uxor pro viro fidejubere, etiam cum solemnitatibus statutariis, & licèt fateretur pecuniam ad se pervenisse, Mart. Medic. dec. 93. per tot. cum Addit. infra n. seqq. vide in §. Mulier n. 19. &c.

29 Statutum Florentiæ, vel aliorum locorum, quòd mulier non possit obligari sine certis solemnitatibus non habet locum si ex causa dotis obligetur, Cabal. cons. dec. 69. lib. 2. cons. 97. lib. 2. Bald. Novel. tract. de dot. part. 6. privileg. 48. n. 1. Mart. Medic. dec. 49. cum Addit. per tot. Sperel. dec. 83. n. 6. ubi intelligit stante necessitate dotandi, aliàs secùs, ac ita etiam distinguit in terminis statuti Urbis lib. 1. cap. 159. Rota in Romana residui dotis 5. Aprilis 1677. coram Bourlemont. post Urceol. de transact. dec. 93. num. 2. Peregrin. dec. Pat. 47. num. 2. Rot. part. 9. recent. dec. 262. n. 4. & seqq. ubi quòd minor potest ex causa dotis obligari sine dictis solemnitatibus, quando, & quatenus ad id tenebatur, & compelli poterat non quidem ex privilegio dotis, sed necessitatis ratione; & ideò secùs est si voluntariè se obligaverit, vel pro summa excedente id, ad quod poterat compelli, ut ibi fuit latè decisum, etiam non obstante juramento, & prætensa tacite ratificatione pluribus decisionibus concordantibus adductis, adde Rot. part. 14. rec. dec. 475. ubi qualiter possit sustineri obligatio pro dote, non autem pro donatione propter nuptias, vel ex causa matrimonii, vide in §. Donatio n. 72. Ludovis. cum Beltramin. dec. 491. nn. 8. & 13. ubi quod donatio ob futuras nuptias non subjacet solemnitatibus statuti quatenus necessitatem continet, ut supra, secus si sit merè voluntaria, Rot. part. 15. dec. 13. ubi per duas distinctiones benè concordat opiniones, & rursus eadem part. 15. dec. 157. ubi fuerunt confirmatæ primæ decisiones, & dec. 193. num. 4. & seqq. & part. 17. dec. 331. n. 11. & seqq. ubi pro nullitate, etiam adhibitis solemnitatibus ex falsa causa, & part. 18. tom. 1. decis. 66. & 124. Vide Episc. Rocc. cap. 210. n. 8. cum seqq. lib. 2. Caprar. dec. 592. num. 7. part. 2. Emerix jun. dec. 1252. a n. 4. & alibi.

Quòd si obligatio fiat pro dote constante matrimonio non valeat sine solemnitatibus, Pic. ad Stat. Urb. d. glos. 7. n. 234. &c. Gratian. discept. forens. cap. 647. n. 10. &c. Put. dec. 160. lib. 3. Negus. de pign. part. 8. memb. 1. n. 26. vide Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. n. 14. & seqq. Surd. dec. 164. & 287. per tot.

Item si mulier esset etiam minor, cum tunc pateretur duplicem defectum, non posset sine solemnitatibus obligari, etiam pro dote, Ricc. Collect. 377. lim. 3. Pic. d. glos. 7. n. 228. ubi etiam quòd minor, qui ex necessitate tenetur dotare sorores, potest id facere sine solemnitatibus statuti, & allegat Rot. in Maceraten. dot. 10. Junii 1594. coram Millino, vide Peregr. dec. 14. Rot. part. 9. rec. dec. 262. per tot. & part. 12. dec. 126. nu. 56. & seqq. ubi quòd minor potest obligari sine solemnitatibus ad dotis restitutionem, quando illam verè recepit, secùs verò si non appareat de actuali solutione, sed de simplici confessione, quæ sapiat donationem.

Sicut etiam si mulier totam suam dotem pro alia dotanda alienare vellet, non sustineretur obligatio, cùm non sit unum altare discooperiendum, ut aliud cooperiatur, & cùm tunc privilegia coæquarentur ut observat Altograd. cons. 34. n. 54. lib. 1. Cyriac. controv. 295. n. 39. & seqq.

Quòd dos in hoc sit privilegiata, ut quicumque sive necessariò, sive voluntariè se pro illa obligat, validè obligetur, etiam non adhibitis solemnitatibus statutariis, cùm statutum quomodocumque loquens, sive per verba generalia, sive universalia, ac etiam geminata non comprehendat causam dotis, latè infinitos propè allegando pro hac parte, & objectis satisfaciendo, probat Altograd. d. cons. 34. n. 8. & seqq. per tot. lib. 1. vide in §. Mulier n. 19. Cabal. cons. dec. 22. lib. 2. Ricc. Collect. 1910. ubi quinque casus considerat, & Collect. 377. limit. 2. Rot. part. 13. rec. dec. 145. n. 4. & decis. 514. n. 4. &c. ubi tamen intelligit quando dos, seu matrimonium est causa finalis obligationis, vel donationis, aliàs secùs, ut ibi pro nullitate.

Sed quòd stantibus verbis in universalibus, statutum prædictum habeat locum etiam in dote, Grat. discept. 95. n. 4. Surd. dec. 287. n. 4. &c. ubi n. 26. declarat nisi essemus in casu aliàs de jure communi permisso, nam tunc potest minor se obligare pro dote etiam sine solemnitatibus, vide Rot. in d. decis. 262. part. 9. rec. coram Corrado, quæ est in Ravennaten. dotis 11. Aprilis 1644. coram Corrado, & part. 12. dec. 21. nu. 41. & seqq. ubi distinguit, ut quidem mulier possit obligari sine solemnitatibus pro dote uti causa necessaria, non autem ex dicta causa alienare sine solemnitatibus, & hoc modo posse concordari opiniones, alias concordantias facit Rot. part. 15. rec. dec. 13. per tot. & decis. 157. in eadem causa.

Quòd constitutio requirens solemnitates in contractibus minorum comprehendat etiam obligationes ex causa dotis, cum in hoc non sit dos specialiter privilegiata, B.ch. dec. 229. n. 26. ubi allegat dictam Corradi decisionem, & alios, Rot. part. 15. recent. dec. 57. ubi quòd matrimonium non quamcumque donationem ejus intuitu factam exemptam reddit à solemnitatibus statuti, sed illam tantummodò, quæ ratione dotis, & contemplatione ipsius feminæ dotandæ emanavit, & alia ad declarationem materiæ inf. n. 30.

Statutum requirens certas solemnitates, non habet locum, quando mulier recognoscit bonam fidem super aliquo facto, si concurrant adminicula per illius veritate, Gratian. discept. forens. c. 696. nu. 21. &c. cap. 831. num. 1. &c. cap. 878. per tot. Matth. Medic. in Addit. ad Exam. 57. nu. 13. &c. latè Rot. part. 9. rec. dec. 25. nu. 18. & seqq. Altimar. d. quæst. 38. fol. 178. vers. solemnitates tom. 6. 30

Quòd statutum non procedat quando mulier declarat id, ad quod ex vi justitiæ, & in conscientia tenebatur, pulchrè Altograd. cons. 21. num. 30. &c. lib. 2. & ibidem num. 39. ubi quòd quando constat de veritate actus non obstat defectus solemnitatum, Rot. d. dec. 25. in fine, par. 9 rec.

Item non habet locum dictum statutum, si fiat contractus ad declarationem veritatis actus præcedentis, vel animi, & voluntatis contrahentium per viam recognitionis bonæ fidei; secùs tamen esset, si declaratio esset tantùm obligatoria de præsenti, & sic non procederet hæc conclusio, si actus de novo conficeretur, vel ubi primus actus non fuit validus, quia his casibus essent necessariæ solemnitates, Altograd. cons. 5. n. 8. & seqq. ubi in casu suo ostendit non fuisse locum statuto, & plura adminicula pro veritate causæ præcedentis adducit, & ita etiam declarat Marth. Medic. loc. cit. & Rot. d. dec. 25. per tot. part. 9. rec. supra n. 13. in fine.

Quòd dictum statutum non procedat in actu tendente non ad obligandam mulierem, sed ad patefaciendam simpliciter veritatem, & animum, quo partes actum gesserunt, cùm quæ consistunt in animo aliter quàm ex assertione propria probari nequeant, & declaratio animi, & voluntatis possit colligi etiam ex actu nullo, Altograd. cons. 21. nu. 22 & seqq. lib. 2. & alii supracitati.

Quòd ex lapsu triginta annorum cum successive observantia contractus, præsumantur omnes solemnitates adhibitæ, & sic non possit amplius dari de nullitate, Seraph dec. 108. n. 7. Buratt. dec. 45. nu. 6. Addit. ad Gregor. dec. 354. n. 18. Rot. part. 1. rec. dec. 406. n. 3. & part. 9. dec. 30. nu. 16. vide in §. Solemnitas n. 2. & seqq. De Luc. de Paroch. disc. 42. De Emphyt. disc. 73. De Regal. disc. 156. De Feud. disc. 133. De Dot. disc. 21. Late Altimar. de nullit. rub. 1. quæst. 7. subsect. 4. a n. 32. cum pluribus seqq. tom. 3. Bertachin. vor. 86. a nu. 21. cum seqq.

Statutum prædictum non habet locum ubi mulier, 31
vel minor essent mercatores descripti in matricula, nam exercendo mercaturam videntur approbati ab omnibus pro sagacibus, & prudentibus, possuntque contrahere, & obligari sine solemnitatibus, Pic. ad Stat. Urb. gloss. 7. in Addit. n. 291. & seqq. ad 314. infra n. 34. & latè in terminis constitutionis Ægidianæ, & similium statutorum pluribus aliis citatis

probat Rot. *part. 9. recent. dec. 284. n. 10. & seqq. & part. 18. dec. 303. n. 9. & seqq.* ubi quòd minor mercator potest sine solemnitatibus obligari, & eò magis si sit proximus majori ætati. Vide De Luc. *De Alienat. disc. 34. De Credit. disc. 75. n. 5. & 12. disc. 78. num. 8.* Altimar. *dict. quæst. 38. fol. 178. vers. si non tom. 6.*

22 Statutum prædictum inducens certas solemnitates est servandum sive mulier contrahens sit incola loci, vel forensis, sive contrahat per se, sive per procuratorem, cùm semper statutum loci contractus sit servandum, latè Pic. *ad Stat. Urb. glos. 2. n. 31. & seqq. ad 48.* facit *supra n. 14.* Cabal. *cons. 180. n. 7. & seqq. lib. 1.* Altimar. *de nullit. d. quæst. 7. subsect. 4. n. 28. tom. 3.*

Si tamen in constitutione procuratoris ad aliquid specialiter agendum intervenerit solemnitas, non est amplius adhibenda in ipso contractu, secùs autem in mandato generali ad contrahendum, Grat. *discept. for. cap. 409. num. 36. &c.* Vide Emerix jun. *dec. 392. n. 3. cum seqq.*

Quòd in constitutione procuratoris requirantur eædem solemnitates, quæ in actibus à procuratore gerendis requiruntur Rot. *in Romana nullitatis donationis 3. Julii 1628.* coram Dunozetto, & Merlin. *dec. 601. n. 11. &c.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 38. num. 320. vers. in constitutione tom. 6. fol. 77.*

Quòd in mandato ad lites non sit necessaria solemnitas, idem Gratian. *c. 738. n. 37.*

Contrarium videtur firmare idem Gratian. *decis. 45.* ubi multa quando solemnitas statuti sit necessaria in mandato, & constitutione procuratoris.

Quòd solemnitas statuti non sit adhibenda in contractu celebrato Romæ nomine mulieris, sed solùm attendatur locus ratihabitionis, pulchrè Grat. *discept. forens. cap. 706. n. 24. &c. c. 124. n. 30. &c.*

23 Statutum requirens certam solemnitatem, non habet locum quando mulier de territorio statuentium contrahit extra territorium, etiam cum subdito, & de bonis suppositis, maximè quando dat solùm certam formam, & non inhabilitat prorsus personas contrahentium, quia sufficit servare statutum loci contractus, nisi appareat ex conjecturis arbitrio judicis æstimandis, quòd mulier data opera, & in fraudem statuti se contulerit ad contrahendum extra territorium, Pic. *ad Statut. Urb. glos. 2. num. 49. &c.* Gratian. *discept. forens. cap. 124. num. 30. cap. 253. per tot. cap. 886. nu. 7. &c. cap. 409. num. 41. &c. cap. 531. num. 39. &c.* Montan. *de tut. c. 33. num. 50. &c.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 2. per tot.* Canal. *cons. dec. 180. nn. 7. & seqq. lib. pr. & numer. 44. & seqq.* ubi idem in minore, Franch. *decis. 72. per tot.* Altograd. *cons. 36. per tot. lib. pr.* ubi ampliat etiam si statutum dirigeret verba in personas, nam ob id non dicitur illas inhabilitare ad hunc effectum, & quòd fraus, & fraudandi animus non præsumitur in eo, qui se contulit extra territorium ad contrahendum, sed probari debet ab allegante, & ex quibus arguatur dicta fraus, vide tamen Gratian. *decis. 28. & decis. 102. per tot. supra circa generalia stat. num. 36.* vide in §. *Contractus num. 40.* §. *Testamentum num 22.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 2. 3. 4. per tot vol. 2.* Merlin. *decis. 601. per tot.* Peregrin. *decis. 88. & 117. num. 15. &c.* Rot. *part. 13. recent. decis. 17. num. 19. & seqq.* dixi in §. *Donatio nu. 72.* Urceol. *de transact. quæst. 63. n. 15. & seqq.* Vide De Luc. *de Alienat. disc. 29.* Ansald. *decis. 60. a n. 29.* Palm. nep. *alleg. 345. a n. 5. alleg. 346. a n. 5. & alleg. 348. pariter a n. 5. tom. 4.*

Quòd imò quis teneatur servare solemnitates statuti suæ Civitatis, cùm potestas statuendi inter subditos non arctetur territorio, & ideò statutum trahatur ad subditos ubique contrahentes, aliàs facilè posset reddi elusorium, pulchrè Gratian. *decis. 28. num. 13.* & pleniùs *decis. 102.* Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 293 per tot.* Peregrin. *decis. 88. n. 3. &c.* Intelligendo juxta superius dicta, Rot. *part. 13. recent. decis. 400. num. 17* ubi quòd quando statutum inhabilitat personas ad contrahendum sufficit subjectio personarum contrahentium ut debeant servare solemnitates, licèt agatur de bonis exemptis.

Quando autem statutum loquens de habilitate, vel inhabilitate personæ comprehendat forenses, vide Rot. *part. 2. divers. decis. 103. num. 13. & seqq. per tot. & part. 14. recent. decis. 380. num. 15.* ubi quòd statutum Romanum habilitans minores post vigesimum annum, non comprehendit forenses, de quo latè Bich. *decis. 200. n. 4. et seqq.* ubi etiam de statuto Perusino. Constant. *ad Statut. Urb. annot. 45. à num. 19. tom. 2.*

Quòd statutum disponens circa solemnitates instrumentorum comprehendat etiam forenses in loco statuti contrahentes, quia contrahendo se subiiciunt, Seraph. *decis. 791. num. 4. decis. 1170. num. pr.* Cavaler. *decis. 257. num. 4.* Cabal. *cons. 180. num. 12. lib. pr. et cons. 104. num. 8. lib. 2.* Bich. *decis. 223. n. 8. et 9.* ubi licèt agatur de solemnitate adhibenda post instrumentum veluti registrationis, vel archiviationis.

De statuto Urbis Romæ *lib. 1. cap. 151.* requirente in contractibus minorum certas solemnitates, ut comprehendat etiam forenses ibi contrahentes, dummodò sint minores annorum 20. secus autem si sint majores annorum 20. licèt minores 25. Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. num. 3.*

Statutum requirens certam solemnitatem non habet locum si mulier, vel minor contrahant de licentia Principis, vel coram Principe, vel cum ipso Principe. Pic. *ad Stat. Urb. glos. 7. num. 196. etc.* facit Montan. *de tut. cap. 33. num. 574. etc infr. num. 48.* Rot. *part. 17. recent. decis. 22. num. 6. etc.* ubi quòd defectus solemnitatum remanet sanatus per confirmationem à Præside Provinciæ ad supplicationem mulieris postea factam. Vide Rot. coram Ansald. *decis 68. nu. 16.* Altimar. *dict. quæst. 38. vers. non in tom. 6. fol. 178.* 24

Si tamen agatur de statuto formam præcisam inducente non potest impleri per æquipollens, nec sufficit quòd contractus fuerit celebratus coram Legato de latere, ut in terminis statuti Bononiæ resolvit Rot. *part. 18. recent. decis. 547. et 623. in eadem causa.*

Nec quando fuit impetrata dispensatio super ætate ante contractum, à Legato, sive Vicelegato, *l. 1. et 2. C. de his, qui ven. ætat.* Manent. *decis. 64. nu. 13. et seqq.* Rot. *part. 13. recent. decis. 523. n. 10. et 11. part. 18. decis. 87. nu. 2.* & post Urceol. *de transact. decis. 90. num. 12.* ubi tamen quòd minor non censetur dispensatus per simplicem confirmationem electionis ejus ad munera publica, quando Principi non erat nota minor ætas.

Quòd obtenta licentia à Principe alienandi, debeat nihilominus causa alienationis coram judice inquiri, & probari subesse æs alienum, nec aliter fieri posse, Rot. *part. 2. divers. decis. 84. n. 5. &c.*

Quòd dictum statutum non habeat locum in muliere domina loci, ubi contrahit, Gratian. *discept. for. cap. 409. in fine, cap. 756. nu. 18.* facit quod dixi *supra de statut. exclus. fœm. num.* Altimar. *de nullit. dict. quæst. 38. numer. 320. vers. solemnitates tom. 6. fol. 178.*

Si tamen agatur de Principe superiorem recognoscente, tenetur, & ipse in suis contractibus servare solemnitates statuti loci contractus, Rot. *part. 16. rec. decis. 130. n. 31.*

Statutum prædictum non videtur procedere in possessorio, quia mulier, vel minor sine solemnitatibus possunt sibi præjudicare in possessorio, licèt statutum disponeret quòd traditio possessionis sit nulla, quia hoc casu etiam ex contractu nullo transfertur possessio, Gratian. *discept. forens. cap. 704. num. 17. etc.* ubi etiam quòd hujusmodi statutum non habet locum in judicialibus cessante fraude, sequitur Montan. *de tut. cap. 33. n. 495.* Rot. *part. 2. divers. decis. 93. num. 4. &c.* ubi in fine limitat, nisi statutum adimeret fidem instrumento non adhibitis solemnitatibus, quia tunc ex eo translatio possessionis probari non posset. 25

Statutum prædictum non habet locum in filia renuncianti patri, vel eidem donanti, de quo, vide Gratian. *discept. for. c. 781. num. 30. &c.* Montan. *de tut. cap. 33. n. 484.* Rot. *part. 17. rec. dec. 239. n. 13. &c.* Ceppareli. *resp. 12. a n. 2.* Altimar. *de nullit. rub. pr. part. 4. quæst. 38. n. 320. vers. non requiruntur fol. 179. tom. 6.* 26

Item

Digitized by Google

Item mulier contrahens cum filiis non tenetur servare solemnitates statuti, sicuti receptum dicit Altograd. *cons.* 21. *num.* 38. *lib.* 2. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 22. *num.* 3. *et seqq.* si tamen urgerent præsumptiones fraudis, vel statutum loquatur indeterminatè, & universaliter de omnibus, & quibuscumque personis, debet servari etiam in contractibus inter filios; & parentes gestis, ut recedendo à prius decisis firmavit eadem Rot. *d. part.* 17. *decis.* 239. *n.* 13. *et seqq. et par.* 18. *dec.* 753. *n.* 24. *et seqq.*

Item nec quando fieret contractus cum persona conjuncta, vel cum universitate, vel cum sancto viro, sive cum matre, Carpan. *ad stat. Mediol. c.* 328. *num.* 125. *etc.* Tiraquel. *in l. si unquam num.* 7. *C. de revoc. donat.*

Intelligendo tamen hæc omnia de statuto simpliciter loquente, secus autem in terminis, de quibus Pic. *ad Stat. Urb. glos.* 7. *num.* 202. *etc. et num.* 277. ubi refert ut supra, sed ipse contrarium firmat, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 131. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 26. *etc. supra n.* 17.

Quod quando statutum universaliter loquitur habeat locum etiam si filia contrahat cum patre, Gratian. *decis.* 95. *n. pr. etc.* vide Urceol. *Consult. foren. cap.* 44. *num.* 17. *etc.* Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 239. *nu.* 27. *et seqq.*

Quòd non habeat locum in contractu cum patre gesto, si filius exinde sit factus locupletior, nec possit nullitatem allegare, nisi restitutis acceptis, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 273. *n.* 11. *etc.*

27 Statutum requirens solemnitatem in contractu mulieris, intelligitur de qualibet muliere fœminei sexus, & est servandum etiam à meretrice, vel Judæa, Pic. *ad Stat. Urb glos.* 2. *n. pr. et seqq.*

Quoad meretricem vide latè pro, & contra, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 962. *n.* 25. *etc.*

An autem comprehendat Moniales, & mulieres tertii Ordinis Sancti Francisci, sive alterius Religionis, Clericos, vel alias personas Ecclesiasticas dixi supra circa generalia, & mixta statuti *n.* 13.

Consensus tamen in omnem casum præstitus mulieri, vel minori per suos consanguineos vigore statuti in nihilo præjudicat ipsis consanguineis consentientibus, cùm non debeat operari ultra illorum intentionem, Gratian. *discept. forens. cap.* 831. *num.* 3. *etc.* Magon. *decis. Flor.* 64. *num.* 77. *& seqq. decis. Luc.* 25. *n.* 75. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpr.* 66. *n.* 19.

28 Statutum requirens certam solemnitatem in contractu non habet locum in quasi contractu, & ideò potest hæres adire hæreditatem sine dicta solemnitate, Everard. *loc. à contract. ad quas. contract. in fin.* Marant. *in l. is potest num.* 201. *ff. de acquir. hæred.* Baldue. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 46. *a n. pr. cum seqq.*

Quòd non habeat locum in aditione hæreditatis opulentæ, Montan. *de tut. cap.* 30. *nu.* 118. *&c. cap.* 33. *num.* 443. *& seqq.* vide Mart. Medic. *in Addit. ad Exam.* 57. *num.* 2 *&c.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *qu.* 14. *per tot.* Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 4. *&c.* Baldue. *dict. decis.* 46. *n.* 41.

Contrarium autem, nisi fiat aditio cum beneficio legis, & inventarii, tenet latè Pic. *ad stat. Urb. glos.* 7. *num.* 108. *&c.* facit Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 101. *nu.* 17. Vivi. *comm. opin.* 828. vide *in §. Aditio num.* 24. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 153. *nu.* 20. *&c. decis.* 274. *nu.* 7. *eadem part.* 13. Francisc. de Angelis *d. quæst.* 14. ubi quòd in aditione hæreditatis damnosæ sunt necessariæ solemnitates statuti, secus autem in hæreditate lucrosa, vel si fiat aditio cum beneficio legis, & inventarii; verùm quia sæpè latet anguis in herba, verius existimo requiri solemnitates, nisi fiat cum dicto beneficio, ut dixi *in §. Aditio n.* 24. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 554. *&* 678. ubi etiam quòd aditio facta à tutore antequam adimpleverit solemnia, vel sine interventu pupilli majoris septennio est nulla, vide De Luc. *de Alienat. disc.* 33. *num.* 4. Baldue. *dict. decis.* 46. *a nu. pr.* Altimar. *dict. quæst.* 38. *n.* 320. *vers. requiritur fol.* 277. *tom.* 6.

Quòd mulier trahens bona ad æstimum suum, non dicatur adivisse hæreditatem, nec remaneat obnoxia creditoribus hæreditariis, quia erant necessariæ solemnitates statuti, Grammat. *Theorem.* 25. *num.* 55. cum aliis per Rot. *Flor. sub die* 19. *Decembris* 1589. *ut in lib. Mott.* 67. *à* 90. *lib.* 68. *à* 104.

Statutum requirens certam solemnitatem in contractu, procedit etiam in distractu, & ideò sine dicta solemnitate non potest fieri quittatio, & liberatio, cum utrobique sit eadem ratio, Everard. *loc. à contract. ad distract. num. pr. in fine*, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 132. *num.* 2. Michalor *de fratr. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 27. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 391. Altograd. *cons.* 15. *nu.* 9. *& seqq. lib.* 2. ubi late etiam declarat, an & quando mulier possit sine solemnitate statuti concedere debitori dilationem ad solvendum, & consequenter remittere caducitatem, vel facere ne caducitas inducatur, *supra nu.* 7. latè Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 235. ubi quòd solemnitates necessariæ in contractu requiruntur etiam in distractu ob possibilitatem læsionis, & loquitur de beneplacito Apostolico, vide De Luc. *de Alienat. disc.* 5. *num.* 9. *de Donat. disc.* 28. *num.* 7. 29

Statutum prædictum locum habet, & est servandum 30
in qualibet donatione, sive simplici, sive remuneratoria, sive ob causam, sive reciproca, sive tacita, & præsumpta resultante ex confessione facta per mulierem, vel minorem, Pic. *ad stat. Urb. glos.* 7. *num.* 56. *&c.* vide in *§. Minor n.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 320. *vers. in contractu emptionis tom.* 6. *fol.* 177.

Quod in donatione reciproca non sint necessariæ solemnitates, quando liquidò constat de æquipollentia, & non læsione, aliàs autem secus, Rot *par.* 6. *recent. decis.* 363. *num. pr. & seqq. & part.* 18. *decis.* 578. *n* 4. *& seqq.*

Donatio tamen facta ob benemerita videtur sustentabilis etiam sine solemnitatibus statutariis, Gratian. *discept. forens. cap.* 657. *num.* 17. *cap.* 910. *nu.* 9. *etc.* vide *in §. Minor num.* 21.

Idem videtur in donatione ob causam, idem Gratian. *cap.* 749. *num.* 14. *&c. cap.* 782. *nu.* 21. *etc. cap.* 975. *num.* 27. ubi contrarium firmat, vide *in §. Donatio num.*

Quòd dictum statutum quantumvis generaliter loquens non comprehendat donationem ob causam matrimonii, Altograd. *cons.* 7. *n.* 38. *lib. pr.* Ludovis. *decis.* 563. *num.* 11. de quo tamen vide, quæ dixi in *§. Donatio num.* 72. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 230. *& decis.* 380. ubi quòd est verum in donatione facta à majore, secus autem si sit facta à minore, vide Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 57. ubi benè materiam declarat, & dixi *supra num.* 19.

Item hujusmodi statutum non habet locum in donatione causa mortis, cùm semper possit revocari, & æquiparetur ultimis voluntatibus, in quibus, non procedit dictum statutum loquens de contractibus, quorum appellatione non veniunt ultimæ voluntates, Pic. *ad stat. Urb. glos.* 7. *numer.* 43. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 33. *nu.* 463. *& seqq.* Dian. *par.* 8. *tract* 6. *resol.* 75. *vers. sed hic, & per tot.* vide *in §. Donatio num.* 43. facit idem Dian. *d. tract.* 6. *resol.* 80. ubi an donatio causa mortis sit regulanda secundum leges contractuum, vel potiùs testamentorum.

Contrarium quòd imò locum habeat etiam in donationibus causa mortis, latè tuetur Gratian. *discept. forens. cap.* 975. *num.* 20. *&c.* Mart. Medic. *decis.* 94. *num. pr. &c.* vide *in §. Insinuatio num.* 13.

Quòd minor non possit donare cum solemnitate, & decreto, ubi non subest causa, Gratian. *cap.* 233. *num.* 17. *& per tot. cap.* 730. *n.* 14. *etc.* vide *in §. Minor n.* 21. *etc.*

Statutum requirens certam solemnitatem in con- 31
tractibus, locum habet, & est servandum etiam in illis contractibus, qui celebrantur in testamento quia licèt contractus fieri possint in testamento, tamen adhuc retinent propriam naturam, & debent esse juxta formam statuti, Gratian. *discept. forens. cap.* 858. *per tot.* facit quod dixi *in §. Contractus n. & §. Insinuatio num.*

Statutum prædictum an habeat locum in contra- 32
ctibus juratis, cùm juramentum suppleat solemnitates, vide *in §. Juramentum num.* 24. *supra circa generalia, & mixta stat. num.* 4. plenè Francisc. de

An-

Digitized by Google

Angelis *de confess. lib. 2. quæst.* 13. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 391. Peregrin. *decis.* 112. *num.* 15. *& seqq.* ubi quòd si disponat non posse minores, vel mulieres obligari etiam cum juramento, est validum; servatur ubique de facto, quidquid disputetur de jure, an statutum possit ex causa annullare, & tollere vires juramenti, quia id, quod servatur de facto, de eo judicandum est, ac si de jure valeret, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 145. *num.* 20. *& dec.* 495. *num.* 4. *& seqq.* Bich. *decis.* 23. *num.* 14. *&c.* ubi quo non probatur juramento, *& decis.* 200. addo latè Cabal. 180. *num.* 13. *& seqq. per tot. lib. pr.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 86. *num.* 6. *& seqq.* ubi quòd statutum, non docto de illius confirmatione in forma specifica, non potest irritare contractum juratum, Constant. *ad statut. Urb. annot.* 45. *num.* 5. *et seqq. tom.* 2. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 7. *dec.* 30. *a n.* 5. *vol. pr.*

33 Statuto stante quòd in contractu filiifam. requiratur consensus patris, si pater, & filius in eodem instrumento se obligent, valet obligatio, etiam ex parte filii, Alex. *in l. si constante §. Uxor num. pr. etc. ff. solut. matrim.* Pic. *ad stat. Urb. glos.* 14. *nu.* 17. Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 45. *&c.* vide Peregrin. *decis.* 51. *per tot.* ubi an pater possit ad sui commodum consentire, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 3. *nu.* 8. *&* 9. ubi ex quibus inducatur consensus patris.

Item pater dicitur satis consensisse, ubi dedit mandatum filio ad se obligandum, Cavaler. *decis.* 244. *num.* 5.

Quòd hujusmodi statutum non habeat locum, quando filiusfam. vel minor obligatur ratione publici officii, quia tunc valet obligatio, etiam sine solemnitatibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 735. *nu.* 52. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 9. *n.* 7. *infr. n.* 43.

Non etiam procedit statutum quando filiusfam. etiam minor alienat pro liberando patre à carceribus, vel impediendo ne carceretur, Jo. Paul. Meliã *Observat.* 17. & dixi *in §. Filias num.* 54.

34 Statutum quòd filiusfam. non possit obligari, nisi sit mercator, intelligitur, ut possit tunc obligari si sit mercator in pertinentibus tantùm ad mercaturam, & artem suam, Gratian. *discept. forens. cap.* 171. *n.* 9. *&c.* Gen. *de script. privat. tit. de lib. mercat. nu.* 38. *&c. fol.* 243. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 345. *num.* 141. *part.* 9. *recent. vol.* 2. vide in §. *Filiusfamil. num.* 59. *§. Liber num.* *supra circa generalia, & mixta statuti num.* *supra num.* 21. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 284. *n.* 19. *&c.* ubi videtur dubitare de ista conclusione, & illam declarat procedere quando statutum procedit per viam principalis dispositionis, secus si per modum limitationis alterius statuti.

De hujusmodi statuto, quòd filiusfamil. non possit obligari, Tusch. *littera S. conclus.* 551. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 797. ubi de statuto Florentino obligante patrem scientem pro filio negotiante, ut procedat tantùm ob causam mercaturæ, quam exercet in loco, & non trahatur ad negotia extra territorium gesta, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 55. ubi in terminis statuti civitatis Aretii, quod non servatis solemnitatibus habet contractum pro simulato, & metu extorto.

35 Statutum requirens certam solemnitatem in contractu minoris procedit in quolibet minore etiam filiofam. & patrem habente, quo casu tamen contrahendo cum consensu patris non adhibitis aliis solemnitatibus validè obligaretur, nisi contraheret ad patris utilitatem, quia tunc non sufficeret consensus patris, Michalor. *de fratr. part. pr. cap.* 10. *nu.* 25. *etc.* latè Urceol. *consult. forens. cap.* 44. *per tot.* ubi concludit pro nullitate obligationis non obstante consensu patris, si deficiant aliæ solemnitates à statuto requisitæ, Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 153. *et* 177. *per tot.* ubi pro nullitate quando filius contrahit ad favorem patris, etiam pro illo excarcerando, adde Rot. *par.* 16. *recent. decis.* 236. ubi de statuto Bononiæ, & qualiter possit ei derogari à Præside Provinciæ, vel si agatur de filiofamil. Doctore, qui vigore ejusdem statuti solet in alienis contractibus decretum interponere, ac ideò absurdum videretur, quòd ipse non posset sine solemnitatibus contrahere, *& part.* 17. *decis.* 305. *in eadem causa*, ubi pro validitate obligationis, ex quo fuit statuto derogatum à Vicelegato, prout facere potuit, *& part.* 18. *decis.* 87. *& decis.* 183. *per tot. in eadem causa.*

Statutum quòd filiusfamil. non possit obligari sine consensu patris, non habet locum in filiofamil. habitante seorsum à patre, vel communiter habito pro patrefamil. vel pro tali se gerente, Gratian. *discept. forens. cap.* 820. *nu.* 4. *&c.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 55. *num.* 28. *&c.* Rota *part.* 12. *recent. decis.* 335. *nu.* 21. Merlin. *decis.* 776. *num.* 22. An procedat si filiusfamil. obligetur ad favorem fisci, vel Reipublicæ, plura hinc inde Rovit. *decis.* 69. *per tot.* ubi quòd qualitas habitationis seorsum à patre debet probari aliter quàm per assertionem filii, & copulativè etiam quod habeatur publicè pro patrefamil. & latè Bich. *decis.* 568. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 130. *nu.* 20. vide in §. *Filius n.* 56. Constant. *ad statut. Urb. annot.* 45. *nu.* 123. *tom.* 2. 36

Et plura de statuto, quod filiusfamil. non possit obligari sine consensu patris, quando procedat, vel non, quomodo intelligatur, & alia, Conciol. cum Romaguer. *in addit. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 57. *per tot.* Mans. *Consult.* 467. *lib.* 5. Constant. *dict. annot.* 45. *per plures artic.*

Item non habet locum in filiofamil. habente peculium castrense, vel quasi, nec in Clerico respectu sui peculii, & alia, vide per Gratian. *discept. forens. cap.* 576. *per tot. cap.* 723. *num.* 12. *etc. cap.* 781. *nu.* 29. *cap.* 944. *num.* 60. *&c.* sed procedit tantum si agatur de bonis, in quibus pater habet usumfructum, Ludovis. *decis.* 391. *num.* 2. *et* 3. Constant. *ubi supr. num.* 119.

Nec habet locum quando publicè, & palàm negotiatur sciente, & patiente patre, Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 404. *num.* 4. *per text. in l. si quis pater cum similibus ff. & Cod. ad S. C. Maced.*

Statutum loquens de certa solemnitate adhibenda in venditione rerum minoris, est servandum etiam in emptione per eum facta, cùm emptio, & venditio sint duo correlativa, & operentur hypothecam, & alia per quæ devenitur posteà ad alienationem, Gratian. *discept. forens. cap.* 26. *num.* 12. *et cap.* 27. *numer.* 13. *etc.* 37

Non tamen videtur dictum statutum habere locum si mulier, vel minor se incontinenti obliget ad restituendum id, quod sibi acquirit, eidem, à quo acquirit, nec quando incontinenti faceret pactum de retrovendendo eamdem rem, Carpan. *ad stat. Mediolan. cap.* 328. *num.* 67. *& num.* 210. Altograd. *cons.* 21. *nu.* 36. *&* 37. *lib.* 2.

Statutum quòd minores non possint quietare tutores sine certis solemnitatibus, habet locum etiam si minor confiteatur sibi redditam fuisse rationem, Pic. *ad stat. Urb. gloss.* 7. *n.* 236. 38

Statutum inducens certam solemnitatem in contractibus minorum, non derogat aliis statutis, nec solemnitatibus requisitis à jure communi, sed venit addendo ad jus commune, Castr. *cons.* 18. *lib.* 2. Paris. *cons.* 85. *num.* 16. *& seqq. lib.* 3. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 37. *&c.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 406. *num.* 4. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 9. *num.* 25. *&* 26. vide in §. *Provisio num.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 323. *num.* 4. *& seqq.* ubi quòd si adsint plura statuta simul compatibilia, debent omnia servari, & uno servato non dicitur aliis satisfactum sed actus subjacet nullitati, in terminis constitutionis Marchiæ, & statuti Ariminensis, & post Urceol. *de transact. decis.* 35. *num.* 5. Rota *part.* 17. *recent. decis.* 352. *num.* 5. *et part.* 19. *decis.* 389. *per tot.* ubi quòd statutum locale mandans certas solemnitates servari, non derogat solemnitatibus constitutionis Ægidianæ, vel aliis generalibus, sive loci superioris, vel juris communis compatibilibus cum illis loci particularis, & ideò omnes sunt servandæ, alias actus est nullus, nisi statutum locale expressè, vel tacitè per incompatibilitatem appareat voluisse derogare aliis solemnitatibus, ut latè ibi declaratur, facit quod dixi *in §. Statutum circa generalia n.* 22. 39

Quòd statutum prohibens minorem 20. annis non posse alienare sine certa solemnitate, non deroget pro-

proviſioni legis communis poſt 20. annos, ſed ſolemnitas juris communis ſit ſervanda uſque ad annum vigeſimum quintum juxta veriorem opinionem, quicquid nonnulli contrarium teneant Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 36. *num.* 17. facit quod dixi *ſupra circa generalia, et mixta ſtatut. nu.* 46. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 651. *et* 652. Rot. *part.* 10. *recen. deciſ.* 40. *n.* 14. *et ſeqq.* vide *in §. Argumentum n.* 4.

Niſi ſtatutum (prout alicubi memini vidiſſe, & præcipuè Terræ Solis) expreſsè diſponat poſt 20. annum, vel aliam ætatem, nullam aliam ſolemnitatem requiri, nam in his terminis procederet opinio contrarium tenentium.

40 Statutum inducens ſolemnitates ſervandas in alienatione rerum immobilium habet locum etiam in alienatione mobilium, quæ ſervando ſervari poſſunt, quia æquiparantur immobilibus, de quo tamen vide Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 139. *et ſeqq. ad* 150. ubi multis modis limitat.

Item hujuſmodi ſtatutum procedit in ceſſione jurium, & actionum competentium ad rem immobilem, Montan. *d. cap.* 33. *num.* 150. *et ſeqq.* vide in §. *Actio num.* Altimar. *loc. ſupra cit. quæſt.* 38. *num.* 320. *verſ. in ceſſione fol.* 177 *tom.* 6.

41 Statutum requirens certam ſolemnitatem eſt ſervandum, licèt contractus celebretur in loco particulariter exempto à juriſdictione ſtatuentium, ut in Eccleſia, vel Monaſterio, ſicuti de veriori opinione contra Roland. Natt. & alios teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 124. *nu.* 17. *et ſeqq.* Surd. *deciſ.* 129. *num.* 26. *etc.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 36. *num.* 28. *etc.* facit quod dixi *in §. Exilium num.* 4. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 231. *num.* 5. *et ſeqq.* ubi contra, loquitur tamen in teſtamento, de quo infra *n.* 45. *in fine*. Altimar. *dict. n.* 320. *verſ. nec in contractibus fol.* 178.

42 Statutum annullans obligationem factam à minore ſine certa ſolemnitate, non habet locum quando minor promittit aliquid ex bonis alicujus cum illius conſenſu, licèt ei poſteà minor ſuccedat, quia promiſſio accipit robur à conſenſu domini majoris, Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 476.

Item non habet locum in alienatione fact. ex mandato auctoris, vel legis, & pro obſervantia contractus cum patre minoris initi, Rot. *part. pr. recent. deciſ.* 446. ubi de facta ab executore teſtamenti, Magon. *deciſ. Florent.* 22. *num.* 7. Surd. *deciſ.* 77. *per tot.* vide *in §. Minor num.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 284. *num.* 26. ubi quòd non procedit quando contractus, vel obligatio fit pro executione ordinationis paternæ, *et part.* 53. *deciſ.* 361. *num.* 15. *et* 16. ubi tamen quòd ſecus eſt ſi diſpoſitio patris, vel auctoris non eſt præciſa, & prius continetur in contractu, & tunc non ſuſtinetur, *et part.* 14. *deciſ.* 36. *nu.* 6. *et ſeqq. et par.* 18 *deciſ* 212. *num.* 9. *et ſeqq.* ubi quòd non ſunt neceſſariæ ſolemnitates quando minor obligatur ex juſſu patris teſtatoris, & *deciſ.* 303. in eadem cauſa, ubi fuit præcedens deciſio confirmata. Altimar. *loc. præallegat. num.* 320. *verſ. requiruntur quando enim verſ. ſeq. fol.* 177.

Item non habet locum quando minor communi opinione reputabatur major, nec quando alienatio ſequeretur ex delicto, niſi eſſet prohibita favore alterius, vide §. *Minor n.*

43 Statutum quòd filia non poſſit obligari ſine conſenſu, & præſentia patris, recipit interpretationem à jure communi, nec habet locum in obligatione inducta ex lege, unde illo non obſtante poteſt eſſe tutrix filiorum, Montan. *de tut. cap.* 9. *num.* 7. ubi etiam allegat in contrarium, vide in §. *Mater n. ſupra num.* 33 *in fine*.

Prout etiam ſecundò nubendo poteſt eandem dotem promittere, & conſtituere ſecundo viro, quam conſtituerat primo abſque ullis ſolemnitatibus ſtatutariis, cùm veniat in conſequentiam ex juris diſpoſitione, Altograd. *conſ.* 34. *num. pr etc. lib. pr.* vide in §. *Mulier n.*

44 Statutum requirens repudiationem hereditatis notificari in conſilio generali, aliàs præſumens illam ſimulatam, & nullam declarans, non procedit ubi ceſſat cauſa ipſius ſtatuti, videlicet fraus, & ubi verè hæres nihil conſecutus fuit ex hæreditate, quia regulariter ceſſante cauſa ceſſat effectus in omni diſpoſitione, Ang. *conſ.* 86. *in fine*, Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 202. *in princip.* cum aliis per Barboſ. *de Axi. jur. Axi.* 40. *n.* 4. ubi verſus finem videtur intelligere ſi cauſa ſit expreſſa in lege, vel ſtatuto ex traditis per Ludov. Rodulph. *var. qu. lib.* 2. *qu.* 35. *nu.* 26. *ſupr. n. pr.*

Statutum inducens certam formam teſtandi, reſpicit effectum obviandi fraudibus, cui poteſt ſatisfieri per æquipollens, non comprehendit caſus miros, & excludens certas probationes, intelligi debet niſi ſint adminiculatæ alio probationum genere, Rot. *in Bonon. hæreditatis* 14. *Martii* 1651. coram Bichio *num.* 19. *et ſeqq.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 96. vide *ſupra circa generalia, & mixta ſtatuti num.* 15. *et* 54. Vivi. *comm. opin.* 829. ubi an valeat ſtatutum quòd uxor non poſſit teſtari ſine conſenſu viri, & refert diverſas opiniones. 45

An ſi ſtatutum prohibeat mulierem teſtari ſine certa ſolemnitate, comprehendat teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas, Gratian. *deciſ.* 206. *per tot.* Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 289. *num.* 11. ubi quòd non habet locum in diſpoſitione ad pias cauſas, quæ ſola juris divini, & Canonum ſolemnitate ſubſiſtit, & plures concordantes allegat præcipuè autem Cavaler. *deciſ.* 553. *num.* 5. Penia *deciſ.* 166. *num.* 2.

Quid in foro conſcientiæ, vide *in §. Hæres n.*

An ſi dictum ſtatutum ſit à laicis conditum habeat locum in teſtamentis Clericorum, in quibus ſit laicus inſtitutus, vel etiam laicorum, in quibus ſit Clericus inſtitutus, vide Sperel. *dec.* 10. *n.* 7. *et ſeqq.*

De validitate ſtatuti prohibentis mulieres teſtari ſine præſentia, & conſenſu conſanguineorum magna eſt inter DD. contentio, & plures hinc inde tenentes refert Rot. *par.* 9. *rec. vol. pr. dec.* 9. ubi videtur tranſire cum negativa, & quatenus poſſet ſuſtineri eſſe valdè iniquum, & odioſum, ideòque non procedere niſi probetur potuiſſe commodè intervenire, nec ceſſante fraude, &c. vel ſi conditum fuerit per puellam in Monaſterio, qui eſt caſus deciſionis, *et in eadem cauſa dec.* 193. *d. par.* 9. *rec* ubi fuit confirmata prima deciſio, & ſtante inhabilitate conſanguineorum, vel abſentia, & loco exempto, in quo puella teſtatrix degebat per plures annos ante, & ſic ſine animo fraudandi diſpoſitionem ſtatuti, nihil firmando quoad ejus validitatem, Rot. *par.* 19. *rec. dec.* 291. ubi quòd ceſſante fraude ſuſtinetur teſtamentum, vide ſupra *n.* 41. & in §. *Statutum circa generalia n.* 54. Plura Epiſc. Rocc. *cap.* 36. *fere per tot. lib. pr.*

Validitatem autem hujuſmodi ſtatuti ſupponens, & illo non ſervato teſtamentum eſſe nullum, reſolvit Rot. *part.* 18. *dec.* 753. *num.* 11. *etc.* Conciol. & Romaguer. *d. tract. Rubr.* 45. *n.* 55. *et ſeqq.*

Quòd uxor poſſit ſine licentia mariti teſtari non obſtante ſtatuto requirente illius conſenſum in contractibus, latè Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 272.

Statutum requirens conſenſum, & præſentiam illorum, quorum intereſt, & ſic intereſſe habentium, intelligitur de intereſſe principali, & directo, non de ſecundario, & in conſequentiam, *l. penult. ff. ad exhib. et l. pr.* ubi Bart. *nu.* 5. *ff. de auctorit. tut.* Rot. *in Romana donationis de Grandis* coram Penia relata per Pic. *ad Stat. Urb.* 25. *in ordine*, Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 472. *fol.* 296. 46

Quòd ſi ſtatutum requirat conſenſum viri in teſtamento uxoris, non poſſit vir hujuſmodi teſtamentum ad ſui favorem principaliter conditum cum ſuo conſenſu validare, ſed loco illius requiratur decretum judicis; quicquid eſſet ſi alterius principaliter commodum reſpiceret, & maritus aliquod lucrum tantum ex eo captaret, Rot. *par.* 14. *rec. deciſ.* 164. *nu.* 8. *et ſeqq.* Vide Epiſc. Roccam *præallegat. cap.* 36. *libr.* 2.

An autem, & quando conſenſus alterius in aliquo actu requiſitus, intervenire debeat cum eodem actu, vel ſufficiat ſi ſubſequatur, & an requiratur expreſſus, vel tacitus ſufficiat plenè Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 7. *per tot.* ubi pluribus modis diſtinguit, firmando quatuor concluſiones ex quibus omnis tollitur difficultas.

Statutum annullans ſcripturam, vel inſtrumentum 47

non

Digitized by Google

non censetur annullare contractum, qui potest probari per testes, ut dixi §. *Contractus num.*

Et de statuto annullante contractum factum sine Instrumento, quomodo sit intelligendum, latè Surd. *decis.* 43. *per totum*.

48 Statutum prædictum requirens certas solemnitates in contractibus minorum, vel mulierum, non habet locum in contractibus in judicio celebratis, cùm calore judicii defectus solemnitatum suppleatur, Rot. post Gilian. *ad stat. Perus. decis.* 54. *n.* 13. coram Busart. *decis.* 301. *num.* 9. & *part.* 13. *recent.* 396. *nu.* 10. facit *supra num.* 24. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 273. *num.* 12. & *seqq.* ubi videtur intelligere in actu necessario, secus autem in voluntario. Vide De Luc. *De Hæred. disc.* 14. *num.* 6. Rocc. Episc. *cap.* 182. *nu.* 44. *libr.* 2. Emerix jun. *dec.* 738. *n.* 7.

An habeat locum si agatur de bonis caemptis, si personæ sint subiectæ, Rot. *d. part.* 13. *dec.* 400. *n.* 16. & *seqq.* ubi quòd sic, quando loquitur de habilitate, vel inhabilitate, personarum, vide supra *n.* 23.

49 Statutum prædictum requirens certas solemnitates an habeat locum in militibus, dixi in §. *Militia num.* 15. Constant. *ad statut. Urb. annot.* 45. *n.* 120. *tom.* 2.

Item an habeat locum quando minor se obligaret ad favorem Reipublicæ, Bald. *Novel. de dot. part.* 6. *privil.* 48. *num.* 2. Cancer. *var. resolut. cap. pr. n.* 46. *part.* 2. ubi quia non. Sed contrarium quando statutum irritat indistinctè omnes contractus contra illius formam factos, Farinac. *cons.* 183. *num.* 3. & *seqq. lib.* 2. Rovit. *decis.* 69. *num.* 19. Rot. *in Eugubina census* 11. *Januarii* 1677. coram Albergato, post Urceol. *de transact. decis.* 90. *num.* 11.

50 Plura alia circa hanc materiam vide supra *in hoc tom.* §. *solemnitas*, Et apud Card. De Luc. Mantiss. ad eumd. Rocc. Altimar. Emerix Caprar. Ansald. Mans. Palm. & alios moderanos *in verb. solemnitas*.

51 Quænam solemnitas debeat servari, quando Ecclesia, aut Minor declarat, velle stare contractui, qui non servatis solemnitatibus initus fuit. Franch. *dec.* 35. *n.* 9. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. nu* 771. & *n.* 790. *tom.* 3.

52 Solemnitates, quæ requiruntur in aliis contractibus, requiruntur in transactione. Onnat. *de contract. tit. de transact. disp.* 92. *sect.* 11. *nu.* 57. Urceol. *de transact. quæst.* 62. *nu.* 16. & 17. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part.* 2. *quæst.* 27. *n.* 102. *et* 107. *tom.* 4.

53 Statutum habilitans minorem ad contrahendum, censetur illum ubiq. habilitare. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 29. *n.* 7. *et* 9.

54 Legatarius an dicatur ita interessatus, ut nequeat intervenire stante statuto requirente interventum proximiorum in testamento Bald. *cons.* 82. *n. pr. lib.* 4. Gratian. *discept.* 556. *n.* 23. *et seq.* Card. De Luc. *de Testam. disc.* 30. *n.* 13. & 15.

Plura de hoc statuto requirente præsentiam, aut consensum duorum proximiorum Altimar. *de nullit. rub.* 2. & 3. *quæst. pr. sect.* 1. *n.* 75. *fol.* 369. *tom.* 8.

55 Statutariæ solemnitates requisitæ dicuntur ad certum effectum, quo non secuto, habentur ac si adhibitæ non essent. Ruin. *cons.* 107. *n.* 14. & *cons.* 170. *n.* 27. *lib.* 2. De Marin. *resol.* 144. *nu.* 3. *lib.* 1. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 179. *n.* 15.

56 Solemnitates loci, ubi celebratur contractus attendi debent. Ansald. *dec.* 60. *num.* 29. & 32. & alii, de quibus supra. Limita ubi agitur de statuto abreviante ætatem minorem, quia tunc attenditur statutum personæ non loci. Ansald. *d. dec.* 60. *nu.* 30. *part. pr.*

57 Statutum mulieribus subvenit ne decipiantur, non autem ut alios decipiant. Card. De Luc. *de Hæred. disc.* 15. *n.* 4. *vers. aut vero agitur*. Baldue. *de legat. tit.* 2. *dec.* 46. *n.* 39. Palm. nep. *decis.* 163. *nu.* 10. & *decis.* 164. *n.* 39. *tom.* 2.

58 Statutum quoad solemnitates non vindicat sibi locum in iis, quæ ex dispositione legis proveniunt. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rub.* 90. *n.* 33. *vers. si tamen Mulier.* Baldue. *de Legat. tit.* 3. *d. dec.* 46. *num.* 43. Palm. nep. *decis.* 162. *n.* 9. & *decis.* 164. *num.* 43. *tom.* 2.

59 Solemnitates statuti requiruntur, quando minor, aut mulier dat pecuniam ad societatem officii De Luc. *de Credit. disc.* 75. *num.* 4. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *nu.* 320. *vers. solemnitates statuti fol.* 177. *tom.* 6. ubi refert etiam D. D. contrarium tenentes; Et quod requirantur solemnitates, si illas recipiant passivè ad societatem officii Idem Altimar. *loc. supra citat.*

Solemnitates non requiruntur in actu, qui geratur à muliere, impellente stimulo naturali. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 16. *n.* 4., ubi de obligatione matris pro debito filii pro expeditione Bullarum Episcopatus. 60

Solemnitates requisitæ ad certum effectum, si habeatur talis effectus, non attenditur illatum defectus. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 6. *n.* 2. Michalor. *in tract. de cæco, muto, & surdo cap.* 6. *n.* 28. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 12. *n.* 12. 61

Solemnitates non requiruntur in gestis auctoritate Apostolica specialiter delegata. Rot. *dec.* 196. *part.* 7. *rec.* Card. De Luc. *de Benef. disc.* 45. *n.* 9. & 11. 62

Solemnitates in contractibus minorum, & mulierum non requiruntur quando fiant jure universitatis. Card. De Luc. *Miscell. Ecclesiast. disc.* 8. *n.* 2. 63

Solemnitates requiruntur in contractu fidejussionis. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 338. *n.* 48. *tom. pr.* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rub.* 90. *n.* 27. Altimar. *de Nullit. rub. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 320. *pag.* 177. *vers. requiruntur in contractu fidejussionis tom.* 6. *col.* 1. 64

Solemnitates requiruntur in contractu Mutui. Gross. *de contract. minor. inspect.* 2. *quæst.* 34. *nu. pr.* & *seqq.* Altimar. *loc. sup. cit. vers. requiruntur in contractu Mutui col. pr.* 65

Solemnitates non requiruntur in contractibus modicæ summæ. Rot. *dec.* 454. *n.* 10. *part.* 5. *rec.* Altimar. *ubi sup. vers. Non requiruntur in contractibus pag.* 178. *col. pr.* 66

Solemnitates non sunt necessariæ, quando mulier se obligat pro solvendis debitis propriis, vel mariti, ac aliis indigentiis domus, nam causa reputatur necessaria, & obligatio substinetur. Rot. *dec.* 33. *nu.* 59. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* & post Zacch. *de societ. offic. dec.* 57. *n.* 9 & 11. Altimar. *de Nullit. ibid. vers. non sunt necessariæ col.* 2. 67

Solemnitatum subtilitas, ac rigor non attenditur, si minor, vel mulier numquam contractū impugnatrunt. Rot. *dec.* 394. *n.* 12. & 13. *part.* 13. & *dec.* 462. *n.* 16 *part.* 18. *rec.* & post Genc. *de Cens. dec.* 32. *n.* 21. & post Tort. *de pact. dec.* 73. *n.* 25. Altimar. *de Nullit. loc. adduct. vers. solemnit.* 68

Defectus proximiorum non vitiat contractum mulieris, & minoris, si fuerunt citati, & illis non comparentibus fuit deputatus curator. Penia *dec.* 143. *n.* 4. Otthobon. *dec.* 182. *n.* 12. Pacion. *all.* 121. *n.* 10. Altimar. *ibid. pag.* 179. *col. pr. vers. defectus proximiorum*. 69

An hæres mulieris possit opponere de nullitate contractus. Card. De Luc. *de alien. disc.* 33. *n.* 28. & 30. *disc.* 65. *n.* 4. *disc.* 66. *n.* 2. & *seqq.* Altimar. *d. rub. pr. part.* 4. *quæst.* 38. *nu.* 321. *vers. An hæres d. pag.* 179. *col. pr.* 70

Solemnitates requisitæ in contractibus minorum omnes intervenire debent, taliter quod, una non supplet aliam. Castald. *consult. cap.* 3. *n.* 2. Altimar. *de Nullit. d. rub. pr. part.* 4. *quæst* 38. *n.* 148. *fol.* 146. *tom.* 6. 71

Si una solemnitas deficiat in contractu minoris, facit illum nullum Rot. *dec.* 218. *num.* 11. *part.* 2. *rec.* Andreol. *contr.* 3. *n.* 6. Altimar. *ibid. n.* 233. *pag.* 156.

Solemnitas statuti ubi requiritur, & sit substantialis, debet ab initio adesse, & non sufficit si superveniat. Reg. Marin. *lib. pr. cap.* 18. *n.* 10. Posth. *de subbast. insp.* 4. *n.* 60. Altimar. *loc. cit. vers. Ubi*. 72

Solemnitas statuti si inutiliter adhibeatur in contractu aliàs valido, non vitiatur contractus. Gratian. *disc.* 555. *n.* 23. Altimar. *ibid. vers. Veram*. 73

Solemnitas non necessaria si fuerit adhibita, sed minus legitimè, non vitiat actum. Felin. *in cap. ad ordinem n.* 2. *de rescript.*, & *in cap. examinata nu.* 12. *de Judic.* Altimar. *de Nullit. ibid. nu.* 320. *vers. Solemnitas pag.* 173.

Solemnitates, quæ requiruntur in contractu minoris. Mastril. *dec.* 54. *ad finem* Altimar. *loc. sup. adduct. n.* 252. *vers.* & *in contract. pag.* 158. 74

So-

75 Solemnitas requisita in primo actu requiritur etiam in illius ratificatione, & confirmatione. Cabal. *cons.* 145. *n.* 147. *lib. pr.* Rot. post Zacch. *de societ. offic. dec.* 71. *n.* 7. post Cenc. *de cens. dec.* 84. *n.* 19. Altimar. *loc. cit. n.* 252. *vers. solemnitas pag.* 160.

Solemnitas requisita in actu conficiendo, requiritur in eo reficiendo. Barbos. *de const. in cap.* 8. *n.* 9. Altimar. *ibid. vers. solemnitas requisita.*

76 Solemnitas una sufficit in pluribus actibus, qui simul fiunt. Gomez. *var. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 15. Altimar. *ibid. vers. in pluribus actibus.*

77 Solemnitas non requiritur in retrocessione facta per minorem. Olea *de cess. jur. tit.* 2. *quæst.* 2. *n.* 5. 6. & *seq* Altimar. *d. rub. pr. quæst.* 38. *n.* 297. *vers. Sic non requiruntur pag.* 168.

Solemnitates statutariæ in quibus casibus non requiruntur. Rot. *dec.* 318. *n.* 13. *part.* 10. *rec.* Altim. *de nullit. ibid. n.* 320. *vers. Solemnitates statutariæ, et vers. seq. fol.* 178.

De statutis pœnalibus.

1 STatutum imponens pœnam pro aliquo delicto an videatur derogare, & tollere alias pœnas pro eodem delicto impositas à jure communi, vel ab alio statuto antecedente est quæstio valdè in puncto juris inter Doctores agitata, & decisione Cæsarea digna, sed in practica facilis resolutionis, quia quicquid sit quoad originem, secundum quam omnes pœnæ remanent in suo robore, nisi sint expressè sublatæ, cùm non sit inducendam legum correctio sine necessitate, tamen quoad executionem una tantùm pœna, & statutaria imponitur, etiamsi statutum salvaret alias pœnas, & disponeret in augmentum, & non in diminutionem, quia adhuc de æquitate una tantùm pœna debetur ad judicis electionem, *l. quoties, ff. de act. & obligat. l. Senatus*, ubi Bart. & alii *ff. de accusat.* Boss. *tit. offic. corrupt. num.* 7. & *seqq.* Clar. §. *fin. quæst.* 85. *num.* 5. Cabal. *resolut. crimin. n. per tot.* Guaz. *deff.* 33. *num.* 19. Gratian. *discept. forens. cap.* 9. *num.* 31. &c. Tusch. *littera P. conclus.* 234. *per tot.* Dian. *part.* 10. *tractat.* 13. *resolut.* 14. *per tot.* Vivi. *commun. opin.* 746. & 758. *cum seqq.* vide *in* §. *Pœna num.* 18. Raynald. *Syntax. rer. crimin. in Prœm.* §. 9. *n.* 19. & *cap.* 3. §. 10. & 12. *n.* 14. & *seqq.* Reverser, & De Marin. *dec.* 159.

Quòd si statutum disponat, ut nullus puniatur pœna corporali, nisi in casibus in eodem statuto expressis deroget, & annullet omnes alias pœnas à jure communi inductas etiam in casibus ab ipso statuto non expressis, maximè si provideat impunitati delictorum, remittendo ad judicis arbitrium pœnas ibidem non expressas, vel disponendo, ut procedatur de similibus ad similia, vel ex identitate rationis, aut simili modo, Bald. *cons.* 429. *lib.* 5. Corn. *cons.* 19. *nu.* 6. &c. *lib.* 4. Boss. *de carc. fidejuss. committ. nu.* 20. *de indic. ante tort. num.* 57 *de falsis. num.* 139. *de homic. nu.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 276. *n.* 24. & *seqq.* Cabal. *res. crim. cas.* 52. *per totum.*

2 Statutum imponens pœnam pro abscissione membri, non habet locum in abscissione digiti, quia digitus non est membrum, sed pars membri, nisi abscissio digiti redderet inhabilem totam manum, vel nisi statutum contineret verba multum universalia, & in omnem casum esset imponenda alia pœna pro abscissione digiti, vel partis alterius membri, vide Clar. & Bajard. §. *fin. quæst.* 69. *vers.* 3. Guaz. *deff.* 33. *cap.* 6. Barbos. *de appellat. verb. signific. appellat.* 146. *per tot.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 136. *per tot.* Cardin. Tusch. *littera M. conclus.* 183. Surd. *decis.* 183. *n.* 14. dixi in §. *Membrum num. pr.* benè Conciol. *resolut. crimin. verb. Statutum resol.* 3. *per tot.* ubi ampliat, ut per abscissionem digiti non incurratur irregularitas, neque ammittatur immunitas Ecclesiæ si sequatur in Ecclesia, cum dictis limitationibus.

3 Statutum imponens pœnam pro delicto intelligitur de delicto perfecto, & consummato, quod propriè dicitur delictum, & non de simpliciter attentato, cùm attentare non sit verè, sed fictè agere, nisi etiam de conatu fiat aliquo modo mentio in statuto, & intelligendo quoad pœnam ordinariam ipsius statuti, non autem quoad extraordinariam, & arbitrariam, qua puniendus est etiam is, qui contra statuti prohibitionem conatus est delictum perpetrare, Menoch. *de arbitr. cas.* 360. *num.* 96. & *seqq.* Afflict. *dec.* 21. & *decis.* 404. *num.* 10. &c. Bonif. *de furt.* §. 3. *num.* 6. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 462. & 612. Grazarel. *dec.* 25. *num.* 3. & *seqq.* Petr. Royz. *decis. Lunaric.* 3. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 822. Basilic. *dec. crim.* 17. *n.* 2. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methód. tract.* 10. *quæst.* 26. *n.* 6.

Statutum pœnale loquens in personam delinquentis, non comprehendit mandantem ex propria significatione, sed interpretativè, & fictè, quia mandans non dicitur propriè facere, sed fictè, & ideò arbitrio judicis punitur, & non pœna statutaria, nisi sit eadem cum illa à jure communi imposita, vide latè Menoch. *de arbitr. cas.* 353. *num.* 12. & *seqq.* ubi pluribus modis declarat; & *cas.* 351. *num.* 19. Afflict. *decis.* 404. *num.* 6. &c. Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 4. *quæst.* 7. *per tot.* Farinac. *quæst.* 135. *part.* 3. *per tot.* Tusch. *littera S. conclus.* 612. *per tot.* latè Sanfelic. *decis.* 36. ubi distinguit, an statutum utatur verbis communibus, vel propriis, ut primo casu procedat etiam contra mandantes, consulentes, & auxiliatores, secundo verò non, & quæ sint ista verba communia, vel propria, Anton. de Ballis *d. quæst.* 7. adde in §. *Mandatum n.* 24. Vide Jul. Chartar. 57. *d. n.* 9. 4

Statuta pœnalia ligant etiam forenses delinquentes in loco ubi vigent, licèt ignorarent, quando agitur de delictis sui natura, & à jure communi prohibitis, vel talibus, quæ communiter solent esse prohibita in Italia, ut extrahere frumentum, & hujusmodi, nisi quoad hæc posteriora adesset justa, & probabilis ignorantia prohibitionis, Clar. §. *fin qu.* 85. *per tot.* Franch. *dec.* 541. *per tot.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 4. *in fine*, Conciol. *resol. crimin. cas.* 129. *per tot.* & *cas.* 14. *per tot.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 3. *per tot. et lib.* 3. *præsumpt.* 88. *num.* 12. vide *in* §. *Banna n.* 6. *et* §. *Forensis n.* 1. *etc.* dixi in *Pract.* §. *Bandi n.* 6. *et* §. *Forastieri nu.* 14. *et seqq.* Paul. Christin. *dec.* 2. *num.* 7. *et seqq. vol.* 2. Sanfelic. *dec.* 393. *n.* 11. ubi refert tenentes non procedere pœna statuti contra exteros ibi delinquentes, sed tamen communem esse dictam distinctionem. Optimè Fagnan. *in cap. a nobis a nu.* 32. *cum seqq. de sentent. excommun.* 5

Quòd prohibentia delationem armorum comprehendant etiam forenses, Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *n.* 63. de quo tamen vide Cabal. *resolut. crimin. d. cas.* 129. *n.* 20. & *seqq.* ubi videtur excusare forenses per transitum à pœna delationis armorum, Farinac. *qu.* 508. *n.* 16. &c. & dixi in locis supracitatis.

Statutum puniens inventum cum armis, non procedit nisi talis inventus arma deferre fuerit etiam captus, & deprehensus à birruariis, cùm verba sint cum effectu intelligenda, juxta doctrinam Bart. & aliorum in *l. Barsatoram, C. de fidejuss. & mandat.* Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *n.* 42. & *seqq.* ubi quinque casus distinguit, & contrarias concordat opiniones, Guaz. *deff.* 5. *cap.* 8. *num.* 3. &c. Farinac. *quæst.* 108. *n.* 132. & *seqq. ad* 144. Tusch. *litt. S. conclus.* 466. vide *in* §. *Arma num.* 8. Vivi. *comm. opin.* 763. ubi infert ad alia plura similia statuta, ut non procedant nisi contrafaciens captus fuerit cum rebus prohibitis, Cortiad. *dec.* 34. *n.* 35. Vide Bellegrand. *loc. cit. tract.* 10. *quæst.* 7. *n.* 6. 6

Florentiæ autem vigore bannimentorum cessat hujusmodi disputatio, cùm delatores armorum possint, etiam ad querelam birruariorum, vel aliorum, sive ex officio inquiri, & puniri ex probationibus, licèt deferens non fuerit captus, ut dixi in *Pract.* §. *Delatori n.* 1. & esse etiam de jure juxta unam communem opinionem probat Tusch. *d. conclus.* 466. *n.* 3. &c. Clar. §. *fin. quæst.* 82. *vers. stat.* 6. *num.* 7. vide Novar. *in Pragm. Regn. Neapolit. Collect.* 21. *n.* 2. *etc.* Conciol. *resol. crim. verb. Arma, resol.* 11. ubi istam partem comprobat.

Statutum puniens delationem armorum comprehendit etiam fœminas, Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *n.* 64. vide *in* §. *Mulier n.* 7

Non tamen habet locum quando deferuntur arma

ad

ad persecutionem bannitorum, Menoch. *de arbitr. cas. 574. per tot.* vide in §. *Banna n. 7.*

Item non procedit quando quis uteretur armis ad sui, vel alterius defensionem in casibus præmissis, nec ubi delatio esset momentanea, Cabal. *resol. crim. cas. 62.* vide in §. *Arma*, §. *Bannum*, & §. *Delatio*. Vide Bellegrand. *loc. supra citat. tract. 10. qu. 7. n. 4. & 6.*

8 Statutum imponens pœnam pro delictis, non habet locum contra delinquentes extra territorium, nisi ea primat, licèt hujusmodi delinquentes essent subditi ratione originis, vel domicilii, quia & si hoc respectu puniri possint, maximè ad querelam partis, ut dixi *in §. Judex n. 45. in Pract. §. Delitti num. 56.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 6. nu. 22.* ubi intelligit quoad pœnam quando territoria sunt sub eodem Principe, nam si sub diverso dicit imponendam pœnam loci originis, vel juris communis, & allegat Fontanel. *dec. 16. n. 7. dec. 430. n. 4.* Oriliam ad Campan. *resolut. 13. n. 21.* Ant. Matthæu. *de crim. tit. de accusat. cap. 5. n. 5.* & alios, ac repetit idem Raynald. *in eod. §. 6. n. 36. & seqq.* ubi quoad citationes, & modum procedendi debet servari stylus Tribunalis, quò verò ad probationes, & alia jus commune, inferendo ad plura notabilia, ubi ampliat etiam ex officio, & pro simplici transgressione, quæ de jure communi non sit delictum secundum aliquos ibi citatos, tamen tunc non pœna statuti loci originis, vel domicilii est imponenda, sed pœna loci commissi delicti, si de illa habeatur notitia, vel pœna juris communis, vel arbitraria juxta doctrinam Bart. *in l. cunctos populos n. 47. &c. C. de Summ. Trinit.* Clar. §. *fin. qu. 85. n. 4. vers. Tertius est casus*, Cabal. *resol. crim. cas. 262. n. 33. &c. cas. 129. n. 17. &c.* Card. Tusch. *litt. D. conclus. 181. n. 32.* Paul. Christin. *dec. Belgic. 400. n. 63. etc. vol. 1. et dec. 2. vol. 2.* ubi ampliat etiam si persona subdita sit offensa, Gratian. *disceptat. for. cap. 886. n. 16.* facit supra *n. 5. et circa generalia, et mixta stat. n. 21.* Dian. *part. 3. tract. 6. resol. 78.* ubi de censuris an ligent delinquentes extra territorium, & dicit quòd non, etiam si delictum inceperint in territorio, licèt alii contra. Vide Altim. *de nullit. rubr. 9. quæst. 26. a n. 133. et præsertim n. 138. et seqq. tom. 1.*

9 Statutum imponens plures pœnas alternativè, si dirigat verba in judicem, illius est electio, si in delinquentes ad ipsum spectat de jure electio si verò impersonaliter loquatur, & pœnæ sint corporales electio pariter est judicis, si pecuniariæ, vel una pecuniaria, & altera corporalis, electio est reorum, nisi aliter appareat de mente statuentium, Clar. §. *fin. quæst 85. vers. solet etiam*, latè Guaz. *deff. 33. cap. 12. per totum.*

10 Statutum imponens pœnam pro delicto, intelligitur si delictum fuerit dolo commissum, alias enim cessante dolo, non esset locus pœnæ ordinariæ à statuto impositæ, sed alteri pœnæ arbitrariæ mitiori pro modo, & qualitate culpæ, etiamsi statutum uteretur verbis generalibus, Menoch. *de arbit. cas. 324. n. 3. etc.* Pract. Papp. *for. Inquis. gloss. Appensatè, et dolosè num. 6. cum Addit.* Guaz. *deff. 33. cap. 18. per tot.* Vivi. *comm. opin. 819.* Gratian. *discept. for. cap. 202. n. 34. etc.* Farinac. *qu. 87. insp. 1. n. 25. etc. quæst. 125. nu. 13. etc.* Cler. §. *fin. qu. 84. in princip. et §. homicidium in princip.* Altogr. *cons. 9. n. 90. lib. 1. etc. cons. 34. n. 43. lib. 1.* Urceol. *consult. for. cap. 41. num. 21. et seqq.* Basilic. *decis. crimin. 41. n. 15.*

Quòd statutum imponens pœnam pro homicidio quomodocumque commisso, comprehendat etiam commissum culpa, vel casu absque dolo, Addit. ad Pract. Papp. *loc. cit. verb. dolus*, Menoch. *dict. cas. 324. n. 14.* ubi tamen refert Marsil. 630. multum de veritate hujus dicti ambigentem. Et quòd qualitercumque loquatur statutum, non comprehendat occidentem suæ defensionis causa, & si id expressè, generaliter, & indistinctè disponeret non esset validum, tamquam contra jus divinum, naturale, & gentium, Farinac. *de homicid. d. quæst. 125. n. 13. etc.* Altograd. *d. cons. 34. nu. 43. lib. 1.* latè Tusch. *litt. S. conclus. 566.* ubi etiam an, & quando hujusmodi statutum circa homicidas locum habeat, vel non. Vide Jul. Chartar. *dec. 81. post. n. 54.*

Statutum puniens homicidas pœne capitis, & confiscationis (prout communiter hæc est pœna ordinaria homicidii) non habet locum in interficiente se ipsum, quia cùm sit extincta persona delinquentis, non potest aliqua pœne puniri, Corn. *cons. 195. lib. 2.* Cabal. *resolut. crim. cas. 137. nu. 5.* Menoch. *de arbitr. cas. 284. n. 26. et seqq.* dixi in §. *Homicidium num.* §. *Vulnus n.* 11

Quòd si statutum puniat pœna pecuniaria tantùm, quando homicidium fuit in rixa commissum, non habet locum in homicidio qualificato, puta parricidio, sed gravior pœna sit imponenda, cùm sit duplex, & gravius delictum, Cabal. *resol. crim. cas. 21. per tot.* & alia ad propositum Card. Tusch. *litt. S. conclus. 566. per tot.*

Quòd statutum puniens capite homicidas, intelligatur pro homicidio doloso, & qualificato, non verò simplici, & culposo tantùm Clar. §. *fin. quæst. 84. in princip. et §. Homicidium in princip.* Menoch. *de arbitr. cas. 324. per tot.* cum aliis allegatis *supra num. 10.*

Statutum imponens pœnam mortis in certis casibus non expressa bonorum confiscatione, non intelligitur illam imponere in consequentiam, Cabal. 12 *resolut. crim. cas. 237. per tot.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 21. etc.* Magon. *dec. Florent. 99. n. 1.* Card. Tusch. *littera C. concl. 724. num. 1. et conclus. 714. n. 36.* ubi quòd vigore statuti Florentini *lib. 3. Rubr. 125.* pœna confiscationis imponitur in homicidiis, & etiam omisse debet haberi pro expressa, intelligendo quando est locus pœnæ ordinariæ.

Statutum loquens de pœna capitali intelligitur de minori, & sic de exilio, nisi aliter appareat de mente statuentium, vide Suarez. *deff. 33. cap. 7. per tot.* ubi sex modis limitat, & dixi in §. *Pœna n....* 13

An statutum puniens in amputatione membri, puta manus, dicatur imponere pœnam capitalem, & alia ad materiam hujusmodi statuti, Cabal. *resol. crim. cas. 236. per tot.*

An puniens in amputatione dexteræ habeat locum in eo, qui dextera careret, ita ut ejus loco sit amputanda sinistra, multi tenent quòd sic, sed verius est hoc casu locum esse pœnæ arbitrariæ corporali, vel etiam pecuniariæ, Menoch. *de arbitr. cas. 499. n. 7. et seqq. ad 14.* ubi etiam quòd idem est in similibus quando ex aliqua causa non potest imponi pœna ordinaria statuti, *et cas. 389. per tot.*

Hodie tamen hujusmodi pœnas reddentes homines inutiles, non imponi, sed alias arbitrarias juxta facti, & personarum qualitatem, dixi in *Pract. §. Statuti n. 35.*

Statutum prohibens loqui, vel tractare cum bannitis, sive illos receptare est justum, validum, ac juri communi in substantia conforme, secundùm quòd hujusmodi receptatores puniuntur pœna mortis, vel alia arbitraria juxta qualitatem facti, & personarum, Menoch. *de arbitr. cas. 348. n. 1. & seqq.* ubi pessimum genus hominum hos receptatores appellat, sine quibus banniti diù latere non possent, & illis sublatis grassantium cupidinem conquiescere, & ob id pœna mortis, vel judicis arbitrio pro qualitate personarum esse graviter puniendos, ostendit Cardin. Tusch. *litt. B. conclus. 17. & littera R. conclus. 47. per tot.* Ricc. *Collect. 544. & 1726.* ubi qualiter, & sub quibus pœnis banniti receptari non possint vigore Bullarum Pontificalium, Sanfelic. *dec. 227.* vide in §. *Receptatio.* 14

Si statutum prohibeat quòd nemo loquatur cum bannito, non comprehendit scribentem litteras, vel mittentem nuncium, Clar. §. *fin. quæst. 82. stat. 2. vers. quæro si statutum*, Aloys. Ricc. *Prax. var. resolut. cap. 65. per tot.* ut idem firmat de constitutione prohibente loqui cum monialibus.

Contrarium tenet Magon. *dec. Luc. 26. num. 21.* Addit. ad Sanfelic. *dec. 343. vers. subjungit.* Conciol. *resolut. crim. verb. bannitus resolut. 6.* ubi plures allegat, quia alias fieret fraus statuto, vide in §. *Receptatio.*

Quòd

Digitized by Google

Quòd statutum prohibens ne quis contrahat cum bannito, non comprehendat contrahentes cum filio, vel servo banniti quoad pœnam, sed benè quoad effectum acquisitionis, Menoch. *de arbitr. cas.* 459. *num.* 25. *&* 26.

Et quòd receptatores bannitorum subjiciantur foro, in quo banniti receptati fuerunt condemnati, & possint ab illo puniri per regulam text. *in l. nullum, C. de test.* Franch. *dec.* 470. *in princip.* Sanfel. *in Prax. sect.* 25. *nu.* 48. vide in *§. Receptatio*. Reverter. *dec.* 243. *per tot.* Rovit. *prag.* 1. n. 1. *de recept. delinq.* Carol. Ant. De Luc. ad de Franch. *loc. citat.*

15 Statutum prædictum puniens loquentes, vel tractantes cum bannitis, non comprehendit Procuratores, vel Advocatos, qui possunt cum illis tractare, & opem præstare per viam justitiæ, Joseph Mele in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 75. *n.* 15. vide in *§. Advocatus n....*

Item non procedit contra uxorem receptantem, & alentem maritum suum bannirum. Cabal. *resol. crimin. cas.* 83. *n.* 13. *cas.* 278. *num.* 9. *& cas.* 287. Sanfelic. *dec.* 343. *cum Addit.*

Nec contra filios receptantes patrem bannitum, nec è contra in patre receptante filios bannitos, Cabal. *d. cas.* 83. *n.* 13. Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *n.* 45. *& cas.* 348. *n.* 7. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 90. Sanfel. *dec.* 343. *cum Addit. ubi plura.*

Nec in socero receptante generum bannitum, vel è contra, nec in receptante sanguine conjunctos, vel etiam amicos, intelligendo tamen quoad pœnam ordinariam, non autem quoad pœnam arbitrariam, cur locus esset his casibus, Menoch. *de arbit. cas.* 348. *n.* 13. *&c.* vide Sanfelic. *dec.* 343. *cum Addit.*

Nec contra fratres receptantes alium fratrem bannitum, Menoch. *dict. cas.* 348. *n.* 7. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cas.* 56. *n.* 57. *&c.*

Intellige ut in omnibus prædictis casibus non sit locus pœnæ ordinariæ à statuto impositæ, sed benè alteri pœnæ arbitrariæ mitiori juxta qualitatem facti, & personarum, ad tradita per Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 348. *per tot.* & dixi *in Pract. §. Statuti n.* 25. vide Gizzarel. & Addent. *dec.* 75. *per tot.* ubi quoad uxorem, patrem, & matrem videtur illos in totum excusare, nisi agitur de bannitis ob læsam majestatem, alios verò conjunctos puniri pœna arbitraria ut supra, vide in *§. Bannitos n.* 8. Sanfelic. *dec.* 343. *cum Addit.* ubi videtur tenere nulla pœna puniri, etiamsi essent de crimine læsæ Majestatis imputati, sed non recedas à prædictis, adde D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 41. *& seqq.* ubi quòd uxor, pater mater, soror, frater, & hujusmodi nulla pœna puniuntur. Vide Brunneman. *sup. ff. lib.* 47. *tit.* 16. *leg.* 2. n. 1. *vol.* 2.

16 Statutum prædictum contra receptantes bannitos, non habet locum in receptatore civiliter bannitorum: Gratian. *discept. for. cap.* 638. *per tot.* Granat. *dec.* 29. Carer. & alii quos refert, & sequitur Farinac. *lib.* 3. *cons.* 201. ubi latè de materia, & ita fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Civitatis Florentiæ sub die 7. Octobris 1677. in causa Scarperiæ contra Alexandrum Tozzinum, & alios, jubendo inquisitos non molestari ulterius, & fuit approbatum à S. C. S. ut in Filcia negotiorum d. temporis sub *n.* 2077. Basilic. *dec. crim.* 20. *n.* 8. *et* 9. Altim. *de nullit. rubr.* 4. *quæst.* 10. n. 21. *tom.* 1.

Non etiam procedit in receptante bannitum publicè tolleratum, & conversantem, etiam sine Principis, vel Officialis scientia, ut benè probat Conciol. *resolut. crim. verb. bannitus resol.* 2. ubi in bannito non publicè, sed clandestinè tantùm conversante.

Itam nec quando receptans bannitum ignorabat esse bannitum, vel si sciebat, non potuit illi resistere, Cabal. *resol. crimin. cas.* 287. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 348. *n.* 15 *etc.* ubi quoad ignorantiam aliter distinguit, Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 75. *n.* 13. & ibidem Angel. *n.* 8. Card. Tusch. *litt. R. conclus.* 47. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 343. ubi plura notabilia pro defensione hujusmodi receptatorum, Conciol. *in verb. Bannitus resol.* 3. *per tot. et resolut.* 7. ubi de receptante per metum, ut non puniatur quando metus est justus, & cadens in constantem virum, & posteà fiat denunciatio Curiæ.

Quòd receptans forenses, sive bannitos teneatur illorum conditionem investigare, aliàs non excusetur sub clypeo ignorantiæ, Bardellon. *cons.* 126. *n.* 21. *etc. lib.* 2. *infra n.* 17. *vers. quod debent à fisco.*

Quòd dictum statutum non habeat locum in forense, quia forensis præsumitur ignorare publicationem banni, quando diù non habitavit in civitate, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 3. *n.* 8.

Statutum prædictum puniens receptatores bannitorum, habet locum tantùm, & est intelligendum quòd ad illos, qui receptant ad malum finem, abscondunt, celant, vel subtrahunt à justitia, non autem in illis, qui simpliciter darent comedere, & bibere per transitum, maximè si essent caupones, qui ex necessitate tenentur omnibus comestionem, & potum dare ad tradita per Cabal. *resolut. crim. cas.* 287. *n.* 73. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 348. *n.* 27. ubi tamen videtur intelligere etiam quoad caupones stante ignorantia banni, Gizzarel. & Addent. *dec.* 75. *per tot.* Card. Tusch. *litt. B. conclus.* 17. *per tot.* Bajard. ad Clar. *quæst.* 90. *nu.* 32. *& seqq.* ubi plura de modis probandi scientiam banni, & alia notabilia, Sanfelic. *dec.* 343. *cum plena Addit.* ubi plura ad excusationem receptatorum, & Conciol. *resolut. crimin. verb. Bannitus resolut.* 1. ubi quòd non procedit dicta prohibitio cessante dolo, & damno fisci, vel Reipublicæ, qui dolus non præsumitur, sed à fisco probari debet, probatur autem conjecturis, vide Basilic. *dec.* 6. *n.* 24. *dec.* 32. *n.* 13. 17

Quòd debeat à fisco probari scientia banni in receptatoribus, Clar. *§. fin. quæst.* 31. *vers. scienter*, Tusch. *d. concl.* 17. *n.* 7. *&c.* Mastril. *dec.* 225. *n.* 5. Giurb. *cons. crim.* 18. *n.* 5. Gayl. *lib.* 2. *cap.* 10. n. 6. 12. *&c.* Joseph. Melle ad Gizzarel. *dec.* 75. *n.* 9. *&* 23. Farinac. *quæst* 133. *per tot.* Franch. *decis.* 276. Cala *de mod. articul. n.* 867. *& seqq.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 313 *vers. debet etiam*, ubi quòd in dubio præsumitur ignorantia, *supra n.* 16. *vers. Quòd receptans, et in §. Receptatio num.* 3. Conciol. *resol. crim. verb. Bannitus resolut.* 3. ubi quando, & ex quibus arguitur scientia saltem ad effectum pœnæ extraordinariæ, & D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 36. *et seqq. fol.* 69. vel ab accusante Basilic. *d. dec.* 6. *n.* 14.

Item non procedit dictum statutum si receptatio fit ex causa transitus, Cabal. *d. cas.* 287. *num.* 74. *etc.* vel casu, & improvisò ibidem *n.* 49. *etc.* vide in *§. Bannitus n.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 343. Conciol. *verb. Bannitus resol.* 1. ubi quòd nec procedit in associante se simpliciter in itinere cum bannito, & loquendo de negotiis fisco non præjudicialibus. Basilic. *dec* 36. *n.* 12.

Item non habet locum quoad bannitos ex sola contumacia, Cabal. *loc. cit. n.* 77. 78. 81. *etc.* ubi vide & Conciol. *resolut. criminal. verb. bannitus resol.* 4. ubi tamen quod contrarium servatur in practica, & est verissimum, aliàs enim dictum statutum nunquam procederet, sicut quod dixi in *§. Contumacia nu.* *et infrà de stat quod contumax n.*

Multa de prohibita bannitorum receptatione, quando receptatores possint excusari, vel non, juxta pertim scripta, & alia Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 54. *per tot.* ubi etiam Romaguer. *in addit.* plusies me, & alios modernos allegat.

Nec in receptante mulierem bannitam, cum in ea cesset ratio dicti statuti, ad tradita per Jul. Cæsar. Calvin. *in tract. de æquit. cap.* 42. *part. pr.* & fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Civitatis Florentiæ sub die 16. Februarii 1572. ab Incarnatione in causa contra Bernardinum Rosinum, & alios sequitur Conciol. *verb. bannitus resol.* 7. *num.* 4.

Multa tamen ex prædictis hodie cessant vigore bannimentorum particularium, quæ sunt attendenda prout loquuntur, supposita tamen semper scientia vera, vel præsumpta banni.

Quòd ad effectum, ut bannimenta contra receptatores bannitorum procedant, sufficiat ipsos bannitos

fuisse pro talibus publicatos in loco peracti judicii, & latè sententiæ, & præcipuè in Civitate dominante fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & approbatum à S.C.S. sub die 9. Novembris 1670. in causa contra Christoforum Pelosum de Fojano, ut constat in Filcia Negotiorum dicti Magistratus *num.* 4423. & in Giornali 630. & rursus in alia causa Florentiolæ die 12. Novembris 1670. contra Annibalem Raspantium in dicta Filcia Negotiorum sub *num.* 4432. atque iterum sub die 23. Decembris 1678. in causa contra Joannem Baptistam Nicolai de Fabris, & alios, contra quos tamen aliunde etiam constabat de scientia banni, vel saltem magna extabant indicia ex quibus fuit deventum ad torturam.

Quamvis de jure necessariam esse publicationem, etiam in loco Conservationis pluribus citatis probat Conciol. *resolut. crim. verb. bannitus resol.* 3. *per tot. num.* 7. sed debet ipse cum aliis intelligi, nisi aliunde constet de scientia, vel ut non possint receptatores puniri pœna ordinaria, secùs autem ad effectum inquirendi, ac etiam torquendi juxta qualitatem indiciorum, vel condemnandi si fuerint contumaces, & habiti pro confessis juxta generalem consuetudinem, & statuta.

18 Statutum imponens pœnam pro effractione carcerum non habet locum si captura fuit injusta, & non servato juris ordine facta, Guaz. *def.* 5. *cap.* 4. *num.* 26. *in fine*, vide in *§. Carcer num.* 15. *& seqq.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 8. *n.* 25. *cum seqq.*

19 Statutum imponens pœnam centum, & ultrà arbitrio judicis, est intelligendum, ut judex debeat arbitrari in eadem specie, & qualitate pœnæ à statuto impositæ, cùm hujusmodi dictiones sint repetitivæ similium, Cabal. *resolut. crimin. cas.* 258. *per tot.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 13. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 263. *num.* 18. *etc.*

Quòd judex ratione minoris ætatis, possit temperare pœnas statutarias in omnibus delictis, Menoch. *de arbitr. cas.* 329. *num.* 18. *&c.* vide in §. *Minor nu....* *& §. Pœna nu....*

20 Statutum puniens delicta carnis, vel similia, ligant etiam judæos, & alios infideles, cùm ipsi dicantur de corpore Civitatis, etiam si inter ipsos solum committantur, nam si cum Christianis dicitur majus delictum, & gravius punitur, ex utraque parte arbitrio judicis, quia non permittitur infidelibus accedere etiam ad meretrices Christianas sub pœna judici arbitraria secundum facti qualitatem, Cabal. *resol. crim. cons.* 4. *per tot.* Bardellon. *cons.* 170. *per tot. lib.* 2. vide *in §. Coitus num....* §. *Judæi num....*

21 Statutum imponens certam pœnam pro qualibet ferita, sive vulnere habet locum etiam si vulnera essent uno tantùm impetu, vel ictu illata in eadem rixa, vel cum instrumento apto ad plura vulnera unico ictu inferenda, puta cum bidente, vel pectine dentato, ac idem est si statutum non ita determinatè, & distributivè loqueretur, sed simpliciter imponeret pœnam percutienti, quia adhuc semper pœna esset multiplicanda pro numero percussionum vulnerum, & quod non videtur habere difficultatem stante dicta distributiva dictione *pro qualibet*, secus autem si statutum simpliciter loquatur sine hujusmodi distributiva, ad tradita per Farinac. & Vulpin. *in succo quæst.* 22. *nu.* 3. quamvis etiam sine distributiva indistinctè, ut suprà concludat Cabal. *resolut. crimin. cas.* 115. *per tot.* & facit *in cas.* 157. *&* 158. Scanarol. *de visit. Carcer. lib. pr. §.* 13. *cap.* 5. *num.* 10. Sebast. Medic. *de cas. for. part.* 2 *quæst.* 2. *num.* 4. Vivi. *comm. opin.* 664. ubi quòd debetur pœna pro vulnere tantùm, loquitur tamen in statuto simpliciter, & non distributivè disponente, ac idem in pluribus alapis eodem impetu illatis, ut unica debeatur pœna.

De quibus armis intelligatur statutum puniens percutientem cum armis, Cabal. *cas.* 63. *per tot.* vide in *§. Appellativa num....*

Ego autem sic distingui posse arbitrarer, aut agitur de pluribus vulneribus uno impetu, & actu solo factis cum armis de sui natura aptis unicum tantùm vulnus inferre unico ictu, veluti ense, vel pugione, & tunc licèt ex accidenti uno ictu plura inferantur vulnera, ut quis dum offensus timeret percuti in capite voluit se defendere, & reparare cum manu, vel brachio, & remansit eodem ictu percussus in capite, & manu, vel brachio, aut simili modo causato non à percutiente, sed a percusso, sit imponenda una sola pena, & si plura sint vulnera unico ictu, ut supra facta, nisi aliter appareat de mente statuentium, ut quia habuerint respectum non ad ictus, sed percussiones, vel usi fuerint dictionibus distributivis, & & tantò magis procederet si illa plura vulnera essent in se unita, & continua, veluti perforatio manus, sive alterius membri, nam, etsi appareat vulnus ex utraque parte, & sic duo videantur vulnera, tamen habentur pro uno, & unica tantùm vulneris pena debetur, prout in facti contingentia ego judicavi de anno 1666. dum Florentiæ Auditoris Militarium Legionum munus sustinerem in causa Vici Pisani contra Cosimum Andreæ Betacchi.

Aut agitur de pluribus vulneribus uno ictu factis, sed cum armis de sui natura aptis unico ictu plura facere vulnera, veluti cum bidente, tridente, vel pectine dentato, aut simili instrumento, & tunc cum percutiens potuerit prævidere, & certò scire se unico ictu facturum plura vulnera, teneatur, & condemnari debeat pro quolibet vulnere in penam statuti, etiam simpliciter loquentis.

Statutum imponens penas gravissimas, ac declarans sicarios illos, qui delinquunt mercede vel præmio ad instantiam alterius, prout in statu Florentino adest lex de anno 1556. contra Sicarios, de quo dixi in *Pract. §. Sicarii num.* 1. *&c.* Non habet locum in filio delinquente ad instantiam patris, cum ipse dicatur propriam ulcisci injuriam, nec in famulo delinquente de mandato domini, nec in aliis consanguineis, & affinibus, cessante tamen, præmio, & mercede, ad tradita per Cabal. *resol. criminal. cas.* 289. *per tot. & in tractat. de omn. gen. homicid. num.* 491. *& seqq.* Farinac. *de pœn. temper. quæst.* 97. *num.* 11. *& seqq. & num.* 159. *& seqq.* vide *in §. Mandatum num.* 23. *&* 24. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *n.* 59. 22

Statutum puniens contrahentes matrimonium in quarto gradu, est intelligendum facta computatione secundùm Canones, & idem est, quoad cognoscendum incestas nuptias, quando esset conditum ab Episcopo, aliàs autem debet fieri computatio secundùm jus civile juxta veriorem opinionem, quam firmat Gratian. *discept. forens. cap.* 77. *num.* 16. *&c.* Altograd. *cons.* 46. *num.* 3. *&* 4. *consil.* 47. *num. pr. &c. & cons.* 95. *lib.* 2. vide Farinac. *de delict. carn. quæst.* 149. *per tot.* dixi in *§. Computatio num....* 23

An statutum imponens penam contrahentibus matrimonium clandestinum habeat locum stante, quòd hodiè per Concilium Tridentinum est nullum, & generaliter an pœna imposita pro aliquo actu procedat stante illius nullitate, Gratian. *discept. forens. cap.* 243. *per tot.* facit quod dixi in §. *Falsitas num.* *&* §. *Notarius num.* vide Carol. Ant. De Luca ad Gratian. *loc. cit.* ubi pro utraque sentent.

Statutum puniens fures pœna mortis pro tertio furto, ut procedat connumerantur etiam furta extra territorium commissa; si verò dicat pro tribus furtis, debent omnia esse commissa in territorio, nisi subditus esset fur ratione originis, vel domicilii, quia tunc ad complendum dictum numerum, computantur etiam commissa extra territorium quomodocumque loquatur statutum, cùm pro illis possit puniri etiam in loco originis, & domicilii, Clar. *§. Furtum, vers. Sed pone*, Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 560. *per tot.* ubi quando hujusmodi statutum locum habeat, vel non. 24

Sed prædictam esse distinctionem verbalem non attendendam, dixi in §. *Furtum num.* 13. ubi vide.

Quòd dictum statutum habeat locum etiam si fur pro duobus primis furtis fuerit punitus, vel gratiam obtinuerit, Clar. *loc. cit. vers. quæro etiam*, vide in *dicto §. Furtum num.*

Statutum puniens unum pro delicto alterius, puta filium pro delicto patris, vel è contra consanguineos, attinentes, affines, vel consortes pro delictis consanguineorum, attinentium, affinium, vel consortum, 25

va-

Digitized by Google

valet, & debet attendi ob publicam utilitatem, cùm sit præsumendum quod mali homines faciliùs abstineant à delictis, vel quòd illorum attinentes, & consanguinei invigilabunt ne committant delicta, ac opem, & auxilium, vel favorem eis non præstabunt; est tamen exorbitans, magni rigoris plenum, & adeò irrationabile, ut aliquando fuerit necessariò revocatum, & ideò semper debet interpretari, dummodo is, qui pro alio punitur aliquid dolo, vel culpa egerit, ut quia scivit illum velle delinquere, impedire potuit, & non impedivit, nam si esset omnis culpa, & negligentia, ut quia fuerit absẽs, vel alias probabiliter ignoravit, vel quia, inter eos aderat inimicitia, vel fr is, qui deliquit est adeò duræ cervicis, ut nullius admonitiones admittat, locus non est pœnæ, cùm tunc esset ratio statuti, nempè culpa, & negligentia non impedientis, latè tradita per Menoch. *de arbitr. cas. 551. n. 8. & seqq. per tot.* Cabal. *ref. crim. cas.* 149. Card. Tusch. *litt. S. concl 605. & 618.* Altograd. *cons. 95. n. 138. lib. 1.* Magon. *decis. Luc. 27 nu. 1. &c.* Farinac. *quæst. 24. & quæst. 107. part. pr. art. 3.* Merend. *inter consult. for.* Urceol. *cap. 41. num. 38. &c* Gratian. *discept. forens. cap. 469. per tot.* ubi de Constitutionibus Summorum Pontificum, quod teneantur Villæ, & Castra pro damnis datis, de quo etiam Cabal. *resolut. crimin. cas. 287. num. 53. & seqq. ad 65.* vide *in §. Universitas num.* Vivi. *comm. opin.* 751. ubi quòd villa, vel universitas, non tenetur etiam stante statuto illam obligante, nisi verè constet de damno per veras probationes, nec etiam tenetur quando solvit, vel concurrit ad solutionem salarii Barisselli Campestriæ, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. 6. Rub.* 34. vide Mattheu. Sanz. *controv. 76. à num.* 48. Et quod detur actio contra patrem ex delicto filii, quando pater ex delicto illius factus est locupletior Brunnemann. *in l. etiamsi 3. nu. 5. C. quod cum eo qui in alia.*

26 Statutum quòd pater teneatur solvere legitimam pro condemnatione filii, dicitur valdè rigorosum, & semper restringendum, ac in multis casibus non procedit, Cabal. *resolut. crimin. cas. 250. per tot.* Clar. *§. fin. quæst. 86. num. 9* Card. Tusch. *litt. C. concl. 1010. num. 22. & litt. S. conclus. 605. & 418. per tot.* Peregrin. *decis. 135. n. 2. &c* Conciol. & Romaguer. *ad Sinim Eugub. lib. 4. Rubr. 57.* ubi limitat pluribus modis, & casibus, in quibus dictum statutum non procedit, ubi quòd debet intelligi respectu proprietatis, non ut pater vivens privetur gaudimento illius portionis, nec habet locum, si extent nepotes ex filio, Conciol. *resol. crim. verb. legit. resol. 3. per tot.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. pr. quæst. 35. 36 & 37.* ubi plura, & quòd non procedit quando ex filio adsunt nepotes, quibus est reservanda dicta legitima, nec procedit *in avo*, qui etiam patrem de medio sublato, non tenetur solvere legitimam pro nepote, nec quando filius esset condemnatus in contumaciam; quamvis vigore alterius statuti contumax habeatur pro confesso, adde Surd. *decis. 167. per tot. & decis. 314. per tot.* Vivi. *commun. opin. 771. per tot.* Menoc. *lib. 2. præsumpt. 70. num. 3. &c. num. 19.* ubi declarat hoc ultimum non procedere quando statutum considerat tantùm actum condemnationis, vide *in §. Legitima num. 28. & infra de stat. quod contumax num. & in §. Pater num.* 23. Addo Faria. ad Covarru. *lib. 2. var. resol. cap. 8. à num. 6.* Spad. *cons. 299. à nu. 3. tom. 3.*

Quòd statutum de confiscanda legitima non extendatur ad bona extra territorium, nec afficiat forenses, nec minores, Merlin. *de legit. lib 3. tit. pr. qu. 30. per tot.* Conciol. *verb. Legitima resol. 3.* ubi plura de hac materia, Aoronell. *de loc. leg. lib. 3. cap. ult. quæst. 5. num. 2.*

Florentiæ qualiter vigore statuti *lib. pr. Rub. 45.* bona patris, vel alterius ascendentis sint obligata pro condemnatione filiorum existentium in patria potestate, quomodo hujusmodi statutum intelligatur, Tusch. *litt. S. conclus. 203. num. 6. & seqq. per tot.*

Quòd uxores, vel filii bannitorum non possint stare in civitate, est intelligendum dum vivunt ipsi banniti; nam illis mortuis cessat prohibitio, Gratian. *discept. forens. cap. 970. num. 22.*

Plures casus in quibus unus pro alio tenetur refert Menoch. *de arbitr. cas. 345. per tot.* ubi tamen quòd hujusmodi statuta sunt rigorosa, odiosa, & strictè interpretanda, ita ut numquam eadem pœna sit puniendus ille, qui pro alio tenetur, sed miriori arbitrio Judicis Et in materia fallitorum, Tusch. *litt. S. conclus. 547. & 559. per tot.*

Quòd valeat statutum, ut unus pro alio teneatur tam in civilibus, quàm in criminalibus, qualiter intelligatur, Tusch. *litt. S Conclus. 605. & 618. per tot.*

27 Statutum quod damnum datum non reperto damnificante debeat emendari à vicinis, non comprehendit pupillos, mulieres, & similes inhabiles ad auxilium desobatis præstandum, sed illos tantùm, qui audito rumore potuissent occurrere, & damnum impedire, & ad hunc effectum vicini dicuntur illi, qui acclamantis vocem ex loco delicti audire possent, Menoch. *de arbitr cas. 222. num. 19. et 23.* facit Conciol. *resol. crim. verb. Pœna resol.* 16. ubi quod pœna imposita contra non accurrentes cum armis ad sonum Campanæ, non habet locum contra senes, nec minores 18. annorum, nec Doctores, infirmos, non habentes arma, & similes impeditos, vel occupatos, vel resistere non valentes, sine magno eorum periculo, ob potentiam malefactorum, vel bannitorum.

Quòd intelligatur de vicinis subditis statuto, & non de aliis, sed etiam vicinioribus, Surd. *dec. 340. per tot. lib. 2.*

Plura ad intelligentiam hujusmodi statutorum, quòd Communitas, Oppida, & Villæ teneantur emendare damna, Card. Tusch. *litt. S concl. 498. & 499.* vide *in § Universitas num. 2.*

Quòd statutum alternativè disponens, ut damnum emendari debeat, vel per conjunctos delinquentis, vel per habitatores Villæ, intelligatur ut primò, & potiùs teneantur conjuncti prædicti, & ita demum possint habitatores Villæ condemnari, si non adsit delinquens, nec ejus conjuncti, Altograd. *cons. 60. n. 90. lib. 2.*

An in dictis casibus teneatur Villa, sive habitatores vigore statuti capere etiam Clericos malefactores, saltem ad effectum illos consignandi suis Ordinariis, Menoch. *de arbitr. cas. 180. num. 25.* vide *in §. Universitas num. 2.*

De statuto quòd credatur juramento damnum passi, vel dicto denunciatoris quomodo intelligatur, Tusch. *litt. S. conclus 500. et 501. per tot.* Peregrin. *decis. 533. num. 14. &c.* Vivi. *comm. opin. 788. etc.* ubi quòd non habet locum in furto, cum sit merè criminale, licèt damnum etiam contineat, nec ubi per accessum ad locum, non appareat de damno, vel petatur exprimi dies damni dati, & probatur fuisse alibi.

28 Statutum prohibens vendi forensibus, vel extractionem frumenti, quomodo sit intelligendum dixi *supra de statuto probib. alien. in forens. num. 10. etc.* de statuto prohibente extractionem frumenti, bladarum, vini, & similium, quando habeat locum, vel non latè Vivi. *comm. opin. 765. et 766.* & latiùs Mauson. *tract. de contraban. cum aliis citatis in §. Banna*, plura etiam Basilic. *dec. 37. per tot.* De alienatione prohibita in forenses latè Palm. nep. *allegat. 55. tom. pr.*

29 Statutum puniens, sive alterans pœnam in delictis certorum, non procedit, si delictum committatur de nocte, quia appellatione diei non venit nox, nisi per fictionem, quæ in statutis maximè pœnalibus locum non habet, ad tradita per Feder. de Sen. *cons.* 44. quem refert, & sequitur Tusch. *lit. S. concl. 452.*

Intellige quando delictum non est aliàs prohibitum, quia si sit prohibitum haberet locum illius pœna ordinaria, licèt non augumentum à statuto inductum.

30 Statutum imponens pœnam super facto negativo, vel negligentia, non habet locum nisi præcedente interpellatione, vel monitione, nisi negligentia habeat maturam facti, Socein. sen. *cons. 134. num. 15. lib. pr.* Cravett. *cons. 132. num. 5.* cum aliis per Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. in prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ nu. 96. & seqq.* vide *in §. Pœna num. 6.*

31 Statutum puniens conventiculam, & congregationem hominum armatorum, intelligitur de armis pro-

priè ad nocendum, & offendendum paratis, non autem de rusticalibus, baculis, zappis, lapidibus, securibus, & similibus instrumentis, quæ licèt secundùm multos veniant appellatione armorum, idest largè, & impropriè, at in statutis maximè pœnalibus, verba sunt strictè, & propriè intelligenda, ut pluribus citatis probat Conciol. *resol. crim. verb. Statutum resol.* 4. *per tot.* vide *in §. Appellativa significatio num.* 32. *& in §. Arma num.* 1.

32 Statutum puniens actū contra illius dispositionem factum, non inducit ipsius actus nullitatem, sed sufficit solvere pœnam, nisi adsit alterius clausula actus annullativa, ut dixi *in §. Actus n.* 7. *et §. Forma* 2. 2. *vers. Quod nullitas*. Vide Palm. nep. *alleg.* 363. *n.* 28. *et* 29. *tom.* 4.

Reliqua de statutis pœnalibus, vide *in §. Banna.*

33 Statutum mandans carcerari omnes personas, præter ab ipso exceptas, non comprehendit septuagenarios, uti specialiter privilegiatos Rot. in dec. recollect. per Palm. nep. *dec.* 109. *n.* 15. *et* 16. *tom.* 2.

34 Pœna aureorum mille a *Reg. Pragm.* 4. *de ictu scopitæ juxta novissim. edition.* indicta, statim patrato delicto cum armis igneis, exigi nullo jure valet contra delinquentis hæredes, eodem delinquente mortuo, antequam contumax legitimè habeatur Episc. Rocc. *cap.* 179. *per tot. tom.* 2. ubi affert duplicem rationem.

35 Vulnerans armis an puniatur ob illorum delationem, vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 10. *quæst.* 7. *in fine*, ubi benè distinguit.

36 Statutum quoties est pœnale strictissimè debet intelligi, omnino rejecta qualibet extensione, etiam ex identitate, vel majoritate rationis resultante. Marlin. *controv.* 47. *n.* 7. *lib.* 1. Gaill. *lib.* 2. *pract. obser. cap.* 124. *nu.* 8. Episc. Rocc. *cap.* 179. *num.* 6. *part.* 2.

37 Ubi statutum conatui pœnam imponit, intelligitur de proximo, nisi se declaret etiam de remoto. Farinac. *quæst.* 123. *nu.* 132. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. tract.* 10. *quæst.* 26. *n.* 6.

38 Statutum, & consuetudo, ut pro quolibet delicto imponatur pœna pecuniaria, non valet. Fagnan. *in cap. Irrefragabili §. Cæterum num.* 8. *tom.* 1. *pag.* 579. *de offic. ordin.*

Statutum, vel consuetudo, ut ultra pœnam juris imponatur pœna pecuniaria, tenet, nisi procedat ex radice cupiditatis. Fagnan. *in d. cap. Irrefragabili num.* 10.

39 Statutum puniens utentem falso instrumento locum habet, etiam in utente per alium. Roman. *cons.* 105. *n.* 2. Fagnan. *in c. Ad falsariorum nu.* 36. *de crimin. falsi tom.* 5.

40 Statutum disponens, quod in delictis atrocibus, & difficilis probationis inquisitus puniatur ex indiciis, non dicitur contra canones, aut contra Jus commune Spad. *cons.* 115. *n.* 3. *&* 7. *vol. prim.*

41 Statutum occurrens impunitati delictorum an sit favorabile Spad. *d. cons.* 115. *n.* 8. *vol. pr.*

42 Statutum disponens, quod fuga probet delictum non valet; fallit, nisi contra fugientem delicta, & delicti qualitas pœnam mortis postularent Peguera *dec.* 17. *n.* 19.

43 Si statuto cavetur, quod pro tribus furtis quis suspendatur, si commisit, duo furta in uno loco, & unum in alio, tria furta commisit ergo in isto secundo loco poterit suspendi Chassen. *ad consuet. Burg. tit. des justices §.* 5. *in vers. simple larrecin. n.* 17. *col.* 160.

Statutum dicens quicumque fur debet furca suspendi, non comprehendit mulieres Chassen. *loc. sup. cit. vers. s' aucun. n.* 1. *col.* 155.

44 Statutum simpliciter disponens, quòd pro delicto puniatur quis pœna abscissionis manus intelligitur de duabus manibus Chassen. *loc. cit. vers. ou mutilation de membres n.* 12. *col.* 169.

45 Statutum si dicat occidens hominem morte moriatur, an percutiens mulierem prægnantem, ut sequatur abortio, cadat in pœnam hujus statuti Chassen. *ubi supra rubr. de justices & droicts d' icelles vers. & droicts d' icelles. n.* 23. *col.* 56.

46 Statutum dicens quod occidens hominem morte puniatur, an requirat dolum Chassen. *loc. cit. nu.* 5. *col.* 51.

De statuto augente pœnas.

STatutum augens pœnam propter negationem, 1
vel mendacium habet locum contra eum, qui confessus fuit delictum, si revocet confessionem, & neget, atque in negativa persistat, in qua convincatur de mendacio, sicut etiam procedit contra eum, qui confessus est quidem delictum principale, sed negavit qualitatem individibilem ab eo, vel illius substantiam alterantem, & minuentem, si postea hujusmodi qualitas fuerit per fiscum legitimè probata aliter quam per torturam ipsius delinquentis, etiamsi postea delinquens probaret fecisse ad defensionem, ad latè tradita per Cabal. *resol. crim. cas.* 56. *n.* 21. *& seqq. ad* 83. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 616. *per tot.*

Quòd dictum statutum habeat locum etiam in eo, qui cùm primò negaverit, & fuerit convictus, postea allegat fecisse ad suam defensionem, quia licèt sit audiendus quoad evitandam pœnam delicti principalis, si probet allegatam causam defensionis, tamen non videtur posse evitare pœnam negationis, ex qua jam fuit quæsitum jus parti, & fisco, Cabal. *d. cas.* 56. *n.* 83.

Quòd ad hoc ut statutum augens, vel minuens pœnam propter negationem, vel confessionem locum habeat, requiratur quòd hujusmodi negatio, vel confessio sit lucida, clara, & specialis, nec sub aliquo involucro verborum, Cabal. *d. cas.* 56. *num.* 148. *& seqq.*

Quòd habeat locum tantùm in pœnis quantitativis augibilibus, non verò in consistentibus in specie non multiplicabili, Cabal. *d. cas.* 56. *num.* 112. *& seqq. ad* 125. Conciol. *resol. crim. verb. Nox resol* 3. *num.* 1. *&c.*

Statutum augens pœnam neganti delictum, sive 2
propter mendacium, non habet locum in eo, qui primò negavit, si postea antequam convincatur, delictum fateatur, nec in minore, qui mediante beneficio restitutionis in integrum potest semper evadere hujusmodi augmentum pœnæ, Cabal. *resol. crim. cas.* 56. *n.* 10. *&* 17. Gratian. *discept. for. cap.* 109. *n.* 48. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 616.

Item non procedit contra eum, qui confitetur delictum, licèt cum qualitate ad sui defensionem, cùm hujusmodi responsio habeatur pro confessione, non pro negatione, Cabal. *d. dec.* 56. *n.* 29.

Item non procedit quando ex indiciis, & præsumptionibus imponitur reo pœna arbitraria, quia tunc non potest augeri pœna ex mendacio, de quo non fuit legitimè convictus, Cabal. *d. cas.* 56. *n.* 79.

Item non habet locum in pœnis consistentibus in tempore, puta in confiniis, & relegationibus ad tempus, quando tempus ponitur, ut species, secus si ut quid quantitativum, Cabal. *d. cas.* 56. *nu.* 125. *&c.*

Statutum loquens de augmento, vel diminutione 3
pœnarum ob aliquam causam procedit etiam in pœnis non determinatis sed arbitrariis judicis, nam in condemnatione debet Judex illud præ oculis habere augendo, vel minuendo pœnam aliàs imponi solitam pro hujusmodi delictis, Cabal. *res. crim. cas.* 56. *n.* 127.

Non tamen habet locum hujusmodi statutum, quando pro delicto est ab alio statuto imposita pœna ipso jure, vel ipso facto, Cabal. *dict. cas.* 56. *n.* 127.

Statutum augens pœnam ei, qui opem præstite- 4
rit bannito, vel nobili delinquenti, non procedit nisi probetur quòd opem præstans, sciverit delinquentem esse bannitum, vel nobilem, Clar. *§. fin. qu.* 31. *vers. Scienter*, vide *supra de stat. pœnal. num.*

Statutum augens pœnam ratione loci commissi 5
delicti, puta in platea, vel palatio, procedit tantùm quando delictum est tale, quod possit indifferenter de sui natura ubique perpetrari, secus si sit tale, quod non possit committi, nisi in illo loco, Cabal. *resol. crim. cas.* 561. *n.* 145. *& seqq.* facit latè Gratian. *discept. for. cap.* 972. *num.* 10. *& per tot.*

Card.

Card. Tusch. *litt. S. concl.* 617. *n.* 5. vide Antonell. *de loc. legal. lib.* 1. *quæst.* 1. *cap.* 10. *nu.* 9. Conciol. *ad Statut. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 19. *n.* 9.

Quòd statutum augens, vel duplicans pœnam pro delicto commisso in die festo, non procedat in delicto perpetrato in nocte subsequente diem festum, Vivi. *comm. opin.* 774. Conciol. *resol. crim verb. Nox resol.* 3. *nu.* 6. vide *in §. Dies num.* 2. Antonell. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 34. *&* 35.

6 Statutum augens pœnam quando delictum fuit commissum in domo, vel propè domum offensi, non habet locum si fuerit commissum in apotheca, statione, vel taberna offensi, nisi per eam habeatur aditus ad domum illius, vel nisi sit subtus domum, & intelligitur de domo, in qua offensus habitat cum familia, Cabal. *resol. crim. cas.* 13. *per tot.* Clar. *§. fin. quæst.* 82. *stat.* 9. *&* 10. Card. Tusch. *d. concl.* 617. *n.* 9. *& seqq. & litt. D. conclus.* 620. *n.* 5. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 29. Conciol. *resol. crim. verb. Statutum resol.* 6. *per tot.* ubi plura ad interpretationem dicti statuti.

De statuto augente pęnam contra forensem offendentem Civem, ut non habeat locum pro offensa facta extra territorium, quis dicatur forensis, & alia Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 65. *per tot.*

Quid si committatur delictum in domo communi, idem Cabal. *cas.* 106. vide *in §. Pœna n.* Clar. *lib.* 5. *sent. §. fin. quæst.* 82. *vers. statutum* 10. *nu.* 2. *vers. item quæro*, ubi distinguit Tusch. *pract. concl. lit. S. conclus.* 617. *n. fin.*

Quòd insultans in porticu domus, non incurrat pęnam comminatam insultanti in domo, Bald. *in Rub. ff. solut. matrim n.* 3. Alexand. *consil* 22. *n.* 8. *lib.* 4. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 489. *nu.* 12. vide Conciol. *loc. cit. per tot.* ubi an habeat locum in insultante, vel aggrediente in ostio domus, in tecto statione, vel apotheca, sive taberna, an per projectionem ab extra intus domum, & similibus casibus. Vide Clar. & Tusch. *locis superius adductis*.

7 Statutum duplicans pęnam (prout Florentiæ) pro maleficiis de nocte commissis, licèt videatur propriè intelligendum de illis, quæ consistunt in aliquo malefacto, & non dicto secundùm Bart. *in l. aut facta, ff. de pœn.* tamen juxta veriorem opinionem procedit etiam, & pęna duplicari debet in criminibus, quę verbis tantùm, & non factis committuntur, ut in blasphemia, vel injuria verbali, Cabal. *res. crim. cas.* 51. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 10. *per tot.* ubi plura quando pęnæ duplicari debeant, vel non ratione noctis, Conciol. *resolut. crim. verb. Nox res.* 3. *n.* 3. *& seqq. per tot.*

De edicto euntium de nocte post sonum Campanæ, & sine lumine, Conciol. & Romag. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 62. *per tot.* Intellige ubi adest statutum id prohibens, nam eo cessante non videtur prohibitum ire de nocte, etiam sine lumine, maximè cum aliqua causa, aliàs autem inducit malam præsumptionem contra vagantes in tenebris.

Plura de dicto statuto augente, vel duplicante pęnas, tradunt Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eug. lib.* 4. *Rub.* 19. *per tot.*

Quando autem dicatur dies, vel non ad dictum effectum, vide *in §. Dies nu.* 2. Bart. *in l. Titius, §. Lucius n.* 2. *ff. de lib. & posth.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 10. *n.* 3. ubi quòd duplicatur pęna pro delicto commisso in crepusculis, vel aurora, se tamen remittit ad Bartolum *loc. cit.* & facis contra quod dixi *in §. Dies nu.* 2. sed ut supra concludit Martha *vot. Pis.* 157. *per tot.* vide Conciol. *d. verb. Nox. resol.* 1. *n.* 9. *& seqq. & resol.* 3. *n.* 4. ubi videtur remittere arbitrio judicis, & quòd in dubio est pęna mitior eligenda, ut pęna non duplicetur. Antonell. *de tempor. legal. libr.* 1. *cap.* 3. *n.* 36. Vide Clar. *d. quæst.* 82. *vers. statutum* 9. *num.* 4. *vers. quæro quomodo* Tusch. *d. conclus.* 617. *n.* 6. Et circa declarationem noctis, & diei vide Statut. nostr. Parmens. *fol. mihi* 131.

8 Statutum augens ut supra pęnam ex pluribus causis, veluti ratione loci, temporis, vel alterius qualitatis, si omnes illæ qualitates concurrant in eodem delicto, puta quia committatur in platea, in die festo, & de nocte, videtur quòd fieri debeant tot duplicationes, vel augmenta, quot sunt qualitates illæ delictum aggravantes, intelligendo tamen de simplo tantùm in omnem casum duplicando, vel augendo, & ideò si pęna simplex, vel in simplo sit centum, propter plateam erit ducentum, propter diem festum trecentum, & propter noctem quatuorcentum in totum, quia omnes istæ qualitates eodem instanti commissi delicti concurrunt, sed si agatur de alia qualitate oriente post delictum, propter quam veniat duplicanda pęna, veluti propter negationem, tunc fit duplicatio cum omnibus dictis qualitatibus, & non in simplo tantùm, & sic in exemplo proposito pęna ascenderet ad octingentum, ad latè tradita per Cabal. *resol. crim. cas.* 56. *n.* 129. *& seqq. per tot.* ubi tamen, quòd non possit excedere quadruplum, vide Card Tusch. *litt. P. conclus.* 233. *& litt. S. conclus.* 617. Conciol. *resol. crim. verb. Nox. resol.* 3. *n.* 5. ubi transit cum Caballo, & Tuscho. Clar. *d. quæst.* 82. *vers. statutum* 9. *in princ. num.* 3. *vers. pone stat statutum*.

Contrarium tamen, ut etiam pro omnibus dictis qualitatibus aggravantibus, sit facienda una sola duplicatio simplici juxta magis æquam, & communem opinionem vide Cephal. *cons.* 204. *n.* 46. *lib.* 2. Farinac. & Vulpin. *in succa quæst.* 22. *nu.* 5. dixi *in Pract. §. Statuti n.* 54. *&* 55 ubi quòd ita servat Magistratus Dominorum Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, quamvis etiam quandoque contrarium servaverit, cùm illius Assessores, & D. à secretis proponent causas non semper fuerint in votando constantes.

Statutum circa pęnas augendas negantibus delictum qualiter intelligatur Card. Tusch. *pract. conclus. litt. S. conclus.* 616. *per tot.* ubi plura. 9

Statutum circa pęnas duplicandas pro certis delictis qualiter intelligatur Card. Tusch. *loc. cit. concl.* 617. *& litt. P. conclus.* 233. ubi pariter plura. 10

Augumentatio, vel minoratio pœnæ non facit, 11 ut crimen sit publicum, sed ejus atrocitas Bald. *in l. actoris n.* 2. *ff. de procur. & def.* Quo circa si per statutum alteretur pęna super homicidio, non accusatur reus accusatione descendente ex statuto sed accusatur ex lege publicorum judiciorum scilicet ex *l. Corn. de Sicariis*, cujus pęna est alterata per statutum. Si verò statutum inducat novum nomen delicti, & novam speciem criminis, v. g. quia imposuit nomen baratariæ falsitati, tunc Reus accusatur accusatione descendente ex statuto, & non accusatione descendente ex dicta lege publicorum judiciorum Bartol. *in l non omnia n.* 13. *ff. de public. judic.* & ita distinguit Zuff. *de leg. process. crimin. lib.* 1. *quæst.* 25. *n.* 5. *cum seqq.*

De statuto minuente pęnas.

STatutum minuens pęnam spontè confitenti delictum, habet locum licèt primo negaverit, si postea pęnitentia ductus antequam convincatur de mendacio, & ante litem contestatam revocaverit negationem, & spontè confessus fuerit, sicuti etiam si negans esset minor, posset quandocumque per restitutionem in integrum obtinere beneficium confessionis, Clar. *§. fin. quæst.* 82. *stat.* 9. Asin. *in Prax. §.* 19. *cap.* 10. Cabal. *resol. crim. cas.* 56. *nu.* 4. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 109. *n.* 25. *&c. n.* 48. *&c.* Farinac. *quæst.* 81. *cap.* 5. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Homicidium resol.* 8. *num.* 3. *& seqq. & verb. Pax resol.* 12. Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 18. *cum Addit. Romag.* Contr. Bartol. & alii relati per Cabal. *loc. cit.* 1

Prodest etiam dictum statutum confitenti delictum, 2 licèt cum qualitate ad sui defensionem, quia hujusmodi confessio habetur pro pura, & simplici, nec aliquibus probationibus gravat Curiam, sed hujusmodi qualitas debet probari à confitente, aliàs potest condemnari, Cabal. *d. cas.* 56. *n.* 29. *&c.* Grat. *d. cap.* 109. *n.* 44 *&c.* Cardin. Tusch. *litter. S. concl.* 614. ubi contrarium tenet, sed non est recedendum à firmata conclusione, intelligendo ut dixi *in §. Confession.*

. Habet locum hujuſmodi ſtatutum in pęnis quantitativis tantùm diminutionem recipientibus, non autem in pęnis corporalibus, & aſflictivis, vel conſiſtentibus in aliqua ſpecie inalterabili, Cabal. *d. caſ. 56. n. 113. & ſeqq. ad* 125. ubi quòd idem aſt ſi minuatur pęna propter pacem.

2 Statutum minuans pęnam ut ſupra propter confeſſionem, non prodaſt ei, qui ſpontè confeſſus fuit delictum, ſi poſtea pœnituat, & confeſſionem revocet, imò tunc incidit in pęnam augmenti propter negationem, ſtante alio ſtatuto augente pœnam negantibus, Cabal. *reſol. crim.* 56. *nu.* 21. *&c.* Conciol *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 18. *cum Addit. Romagutr.*

Item non prodeſt ſecundùm veriorem opinionem ei, qui negavit delictum in prima inſtantia, licèt poſtea confiteatur in cauſa appellationis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 109. *n.* 29. Cabal. *d. caſ.* 56. *n.* 87. hæc doctrina videretur ſuperflua cùm hodiæ de generali conſuetudine non admittatur appellatio in cauſis criminalibus ut dixi *in §. Appellatio nu.* ſed poteſt deſervire in reviſionibus cauſarum, quæ aliquando conceduntur ac gratia Principis.

Item non procedit ſi negetur qualitas, ex qua alteretur, perimutur, vel minuatur delictum principale confeſſatum, imò tunc incurritur pœna ſtatuti augentis pœnam propter negationem, quia curia non relevatur ab onere probandi, latè Cabal. *d. caſ.* 56. *n.* 34. *&c.*

Item non prodeſt ei, qui per torturam confitatur delictum, quia hujuſmodi confeſſio non eſt ſpontanea, Cabal. *d. caſ.* 56. *n.* 78. *&c.*

Item non procedit dictum ſtatutum ubicumque pœna pro delicto eſt ipſo jure impoſita, Marſil. *de fidejuſſ. n.* 142. Alin. *in Prax. cap.* 5. *limit.* 83. *n.* 2. Conciol. *ad Statut. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 18. *num.* 5. Plura alia circa materiam antedicti ſtatuti vide apud Bonacoſſ. *in quæſt. crimin. verb. confeſſus & verb. negans.*

3 Statutum minuens pœnam propter pacem habitam ab offenſo, non prodeſt contumacibus illam non producantibus, licèt producatur ab aliis ſociis criminis non contumacibus, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 75. *per tot.* Cardinal. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 611 & 615. *per tot.* ubi quomodo ſint intelligenda hujuſmodi ſtatuta, & quibus proſint, vel non, Guaz. *de pace part.* 1. *quæſt.* 26. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Pax reſolut.* 13. *per tot.* ubi reddit rationem, quia in criminalibus ſocius non gaudet privilegio, nec benaficio ſocii in his, quæ ſupervaniunt poſt delictum, & extra illud. Et quid ſervetur Florentiæ circa hujuſmodi beneficium pacis militibus conceſſum dixi in *Pract. §. Pace, & §. Statuti n.* 52. *in Addit.* ubi plura. Et de ſtatuto circa pęnas remittendas concordata parte vide eumdem Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 620. Et Statut. noſtrum Parmenſ. *fol.* 519. cum Add.

Qualiter autem ſit faciendus calculus diminutionis, vel augmenti pœnarum, quando ex una, vel pluribus cauſis minuenda eſt, ſive agenda pœna, latè Cabal. *reſ. crim. caſ.* 56. *n.* 129. *& ſeqq. per tot.*

4 Conſuetudo ſervatur *in* Hiſpania, quod nobiles mitius puniantur plebeis Seſſa *deciſ. Arag.* 11. *n.* 2. Sed ſtatutum ſervari debet, per quod nobiles mitius non puniantur attenta multitudine delictorum, ut in Italia Seſſe *loc. cit. n.* 19.

5 Statuta, ſeu Decreta concedentia liberationem delictorum non trahuntur ad delicta futura, ſcilicet committenda poſt publicationem Decreti Peguer. *dec.* 64. *n.* 2. ex doctrina Imol. *in cap. final. n.* 11. *& in meo vol. in* 5. *colum. verſ. an autem de conſtit. &* Bart. *in l. cum lex ff. de legib.*

6 . Statutum de remiſſione faciendu homicidis non habet locum in homicidis proditoribus Graſſet. *Amat. nec. prod.* §. 1. *n.* 8. Bonacoſſ. *in q.q. crim. in verb Proditor.*

7 Statutum corrigens, & mitigans in caſu majoris exceſſus an dicatur corrigere in caſu minoris, negativè reſpondent Salycet. *in l. conventiculam n.* 4. *C. de Epiſc. & Cleric.* Bonacoſſ. *in quæſt. crimin. verb. Statutum verſ. Statutum corrigens.*

. Et ad Statutum quod mitigat certam pœnæ partem delinquantibus vide Caſtald. *in tract. de ſyndicat. ſua n.* 124. *& ſeqq.*

De ſtatuto dante præmium revelanti malefactorem, vel capienti, ſive occidenti bannitum.

STatutum dans præmium occidanti bannitum ſi præciſè dirigat verba in perſonam occidentis, non videtur prodaſſe mandanti, Guaz. *deff.* 18. *c.* 2. *nu.* 13. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 4. *per tot.*

De Statuto dante præmium occidenti Lupum non 1 habet locum in occidente Lupam prægnantem, quia dabetur unicum tantùm præmium pro Lupa, non autem plura pro Lupatinis, qui ſunt in utero, & quid ſi jam eſſent nati, & alia de rapacia, & ferocia Luporum, & eorum morſibus rabidis, & venenoſis, Conciol. cum Romaguet *ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rubr.* 43. vide in §. *Præmium n.* 13.

Quòd ſtatutum dans immunitatem offendenti bannitum, non habeat locum in bannito ſeipſum occidente, vel offendente, qui ideò non evitat pęnas impoſitas contra ſibi ipſi manum inferentem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 284. *n.* 31. *& ſeqq.*

Quòd ſit favorabile, dixi *in* §. *Præmium n.* 4.

Alia plura de hujuſmodi ſtatuto proponente præmium revelanti malefactorem, an proſit ſocio, participi, vel complici ipſius maleficii, quòd non ſufficiat revalare, ſed opus ſit probare, an proſit Officiali, vel Bariſello, qui tenetur ex officio capere malefactorem, an uxori occidenti virum bannitum, vel è contra, an filio, vel è contra, an occidenti bannitum ignoranter, an mulierem bannitam, vel Clericum bannitum, an occidenti extra territorium, an occidenti delinquantem notorium nondum bannitum, ſed de proximo banniendum, & alia ad hanc materiam vide per Menoch. *de arbitr. caſ.* 198. *per tot. caſ.* 356. *eod. tract. lib.* 1. *quæſt.* 46. *num.* 2. *&c. quæſt.* 90. *per tot. caſ.* 185. *n.* 44. *&* 50. Clar. & Bajard. §. *fin quæſt.* 27. *& ſeqq.* Guaz. *deff.* 18. *cap.* 2. *per tot. & alibi*, Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 278. *caſ.* 274. *caſ.* 287. *caſ.* 276. *caſ.* 60. *caſ.* 61. *caſ.* 215. Gratian. *diſcept. for. cap.* 638. dixi in §. *Bannitus num.* 1. *& ſeqq.* §. *Præmium per tot.* ubi vide *in Pract.* §. *Præmio per tot.* Tuſch. *litt ra S, concluſ.* 468. *nu.* 58. *& ſeqq. & concluſ.* 632. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 770. *per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Bannitus reſol.* 7. *per tot. & verb. ſtatutum reſol.* 5. *per tot.* ubi plura de ſtatuto mandante bannitos offendi, ejus validitate, & effectibus. Plura Jul. Chartat. *dec.* 1. *per tot.* Giurb. *conſ.* 22. *a n.* 4. *cum ſeqq.*

Aſſerans autem occidiſſe bannitum, cum verè non ipſe, ſed aliud occiderit, debet condemnari non ſolùm ad reſtitutionem taleæ, vel præmii recepti, ſed etiam ad triremes in perpetuum, vel ad tempus falſitatem, quæ cum lucro, & commodo eſt omninò doloſa, ac damnabilis; imò ſi ipſe vigore hujuſmodi falſæ aſſertionis obtinuerit cancellari a banno capitali reincidit in ipſam pęnam capitalem, ſi verò alium remiſerit, vel rebanniverit, qui non fuerit ſciens, nec particeps fraudis, iſte rebannitus non punitur, ſed dimittitur in pace obnoxius prioribus ejus condemnationibus, Vermigl. *conſ. crim.* 135. *n.* 8. *conſ.* 250. *n.* 1. *conſ.* 252. *n.* 2. *& conſ.* 255. *num.* 1. Guaz. *defenſ.* 10. *cap.* 6. *n.* 5. *&* 6. Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 65. *n.* 6. *&c* ubi ſubdit, quod in ſtatu Eccleſiaſtico non de facili committuntur hujuſmodi falſitates, quia vigore Conſtitut. Pii IV. *in* ordine 52. hujuſmodi occiſores bannitorum tenantur ſe in carceribus conſtituere, & probare probanda, antequam commodo aliquo occiſionis fruantur; quòd utinam ſervaretur etiam Florentiæ ad evitandas fraudes, quas quandoque in hoc factas fuiſſe valde ſuſpicatus ſum.

De præmio promiſſo capientibus facinoroſos homines, & de arbitrio Proregis circa illud Creſp 2 *obſer.* 86. *fol. mihi* 549.

Præmium promiſſum a Duce belli, Urbem obſi- 3 dente primo adſcendenti męnia, duobus aſcendentibus an, & quomodo præſtandum Brunnemann.

ſup.

sup. ff. lib. 34. tit. 5. leg. 10. n. 2.

1 De statuto, quod contumax habeatur pro confesso.

Statutum, sive consuetudo, quòd contumax habeatur pro confesso, est de jure validum, & quid operetur, vide Card. Tusch. *lit. S. concl. 495. per tot.* Quod contumax in respondendo potit onibus habeatur pro confesso est valdè utile, rationabile, & non odiosum, Gratian. *discept. forens. cap. 639. nu. 28. &c.* Card. Tusch. *lit. S. conclus. 623.* vide in §. *Positio.*

2 Statutum quòd contumax habeatur pro confesso intelligitur tantùm quoad ipsum factum principale, puta homicidium, non vero quoad qualitates illud aggravantes in inquisitione apposita, Addit. ad Pract. Papp. *Form. Inquis. glos. pr. verb. Contumax.*

3 Statutum prædictum quod contumax habeatur pro confesso, vel convicto, non habet locum in minore, muliere, vel rustico idiota, Addit. ad Pract. Papp. *Form. Inquis. glos. pr. verb. Contumax*, quoad minorem sequitur Merlin. *de legit. lib. 3. tit. pr. quæst. 40. nu. 4. &c.* Bonacoss. *in quæst. criminal. §. Contumax vers. statutum quoad contumax habeatur.*

Contrarium tamen servari dixi *in Pract. §. Statuti num. 66.* sed an juris, vel imperitia cognita: Vide Nicoli. *Instit. tit. de Authorit. tutor. num. 6.*

Item non procedit contra tertium, qui ex dispositione alterius statuti tenebatur pro delicto ab alio commisso, Card. Tusch. *litt. P, conclus. 212. n. 53.* Guaz. *deff. 33. cap. 2. num. 9.* latè Merlin *de legit. lib. 3. tit. pr. quæst. 35. per tot.* ubi de statuto confiscante legitimam filii, etiam vivente patre, quod non procedit si filius condemnetur ex contumacia, & limitat aliquibus modis, idem tenet Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 70. num. 3. & lib. 3. præsump. 124. num. 58. &c.*

Item non extenditur ad hæredes contumacis ad effectum, ut illi possint conveniri pro delicto contumacis mortui ante sententiam, Cabal. *resolut. crim. cas. 298 num. 33. &c.* Menoch. *dict. præsumpt. 70. n. 5.* ubi limitat in criminibus hæresis, læsæ majestatis, quorum pœnæ transeunt ad hæredes, vide in §. *Heres num.* & §. *Mors num.*

Item non habet locum dictum statutum, nisi aliter constet de corpore delicti, nec ubi ex processu appareat de innocentia inculpati, Cabal. *resol. crim. cas. 256. per tot.* Cardin. Tusch. *litt. S. conclus. 495.*

Cætera vide *in §. Contumacia.* Et apud Bonacoss. *in quæst. criminal. loc. supra citat.*

4 An valeat statutum, quòd ex sola contumacia tantum nec aliter constito de crimine, possit quis condemnari ad mortem. Carre. *in pract. crim. in print. sub n. 38. et seq.* Jo. And. *in cap. veritatis de dolo, & contumacia.* Spec. *in tit. de fidejuss. §. primo, ver. sed pone* Bonacoss. *quæst. crim §. contumax vers. an valeat. pag. 49.*

5 Contumax habitus pro confesso ex forma statuti loci ubi fecit delictum, an possit in alio loco vigore illius statuti puniri. Imola *in c. de his de accusa.* Bonacossa *d. §. Contumax vers. Contumax habitus pag. 50.*

6 An statutum loquens de vero maleficio, vel vero malefactore habeat locũ in condemnato de maleficio per contumaciam stante statuto, quòd inquisitus super maleficio, si requisitus non comparet, habeatur pro confesso. Bal. *in cons. 193. in 2. parte n. pr.* Clar *in prac. crim. §. fin. q. 86. vers. sed quæro* Nellus *in tract. bannitorum in 1. part. 2. temporis q. 49. & seq.* Bonacoss. *loc. cit. pag. 92. vers. An statutum.*

§. STIPULATIO. XXX.

1 Stipulatio est contractus juris civilis nominatus, constans quadam verborum conceptione, quibus ille, qui interrogatur respondet se daturum, vel facturum id, de quo interrogatur; plura igitur requirit nempè verba, & loquelam ex utraque parte, & ideo muti, surdi, & infantes non possunt hunc contractum celebrare; secundò, ut præcedat interrogatio, & sequatur responsio; tertiò, responsio sit conformis interrogationi, & incontinenti sequatur, vel post modicum intervallum; quartò, ut partes se invicem exaudiant, atque intelligant, sive per se, sive per interpretem, & per sonum verborum, non per signa; quintò, ut fiat inter præsentes; sextò, ut contineat aliquid dati, vel fieri; septimò, ut promittatur factum proprium, & non alienum; octavò, denique (quod præsupponitur) intervaniat consensus; Ex stipulatione duę oriuntur actiones, nempè condictio certi generis, quæ competit quando aliquid certi fuit in stipulationem deductum, & actio ex stipulatu quando quid incertum venit in stipulationem. Quare hic contractus fuerit inventus, cum viderentur sufficientes contractus à jure gentium proditi, an stipulatio innovet contractum, super quo interponitur, & alia tradunt communiter DD. *Instit. de verb. oblig. ff. eod. tit. Cod. de contrah. & commit. stip.* in quibus locis tota ferè contractuum materia exponitur, cùm omnia pacta, & conventiones in hunc contractum deduci possint, Paul. Christin. *decis. 176. & seqq. vol. 4.* latè Peregrin. *tract. var. lib. 5. tit. de pact. & convent. §. Stipulatio per tot.* Gibalin. *de univers. negotiat. tom. 2 lib. 4. cap. pr. per tot.* Joan. Bapt. Costa *in Rubr. de verb. obligat. inter ejus tractatus Praxis convent.* Albert. Alderis. *tractat. de symbolic. contract. tit. pr. cap. 4. per tot.* ubi plura an stipulatio sortiatur naturam contractus, cui adjicitur, vel potiùs contractus symbolizetur in stipulationem, & alia de stipulationibus tem. sive Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Stipulatio* V de Nicoli. *Instit. tit. de verb. obligat.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. n. 618. & quæst. 2. numer. pr. tom. 3.* Verd. *Instit. tit. 3. num. 838.*

Quòd non immutet naturam contractus, cui adjicitur, nec illum in aliquo alteret, Magon. *decis. Lucens. 2. num. 19. cum Addit.* Tusch. *lit. S, concl. 701.* de quo latè Albert. Alderis. *loc. cit.* Gall. *de fruct. disp. 14. tit. 2 n. 8. & 11.* Jovi. *gloss. 11. §. 2. n. 78. & 82.* Rote Ep sc. *cap. 106. n. 3. lib. 2.* Altimar. *dict. quæst. 2. n. 36.*

De stipulatione Aquiliana, qualiter renovet omnes obligationes, & sic omnia debita ex quacumque causa possint deduci in Aquilianam stipulationem, & postea per acceptilationem tolli, & dissolvi text. glos. & DD. *in §. 2. Institut. quib. mod toll oblig.* & latè explicat pluribus citatis Urceol. *tr. de transact. qu. 9. num. 12. & seqq.* Nicol. *in dict. §. 1.*

Stipulatio alia est certa, alia incerta, alia pura, 4
alia in diem, alia sub conditione, alia in dando, alia in faciendo consistit, de effectibus dictarum stipulationum, & hujusmodi, latè Oinot. & alii *Institut. de verb. obligat. DD. in Rubr. & tot. tit. ff. eodem, C. de contrah. & commit. stipul.* Nicoli. *loc. cit.* Del Verd. *Instit. lib. 3. n. 888. & seqq.* Altimar. *dict. quæst. 2. n. 30. & seqq.*

Item in genere generalissimo, stipulationes omnes dividuntur in judiciales, prætorias, communes, & conventionales, *l. 5. in princ. ff de verb. oblig. & Instit. tit de divis. stip.* & utrobique interpretes. Nicol. *Instit. tit. cit. de divers. stipul.* Verd. *loc. cit à num. 930.* Altimar. *dict. quæst. 2 n. 30. cum seqq.*

Stipulatio licèt non valeat nisi præcedat interrogatio, & sequatur in continenti congrua responsio; 5
tamen si adsit juramentum, quod in se contineat clausulam, *omni meliori modo*, sustinetur saltem ut pactum, Everard. *loc. à vi, & energ. juram. n. 10.* Theodor. *alleg. 15. n. 29.* Fontanell. *de pact. gloss. 4. nu. 16.* Cancer. *var. part. 3. cap. 7. num. 266.* Barbos. *de clausul. claus. omni modo meliori 95.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 2. n. 58. tom. 3.*

Et si stipulanti decem, promittantur viginti, contrahitur obligatio dumtaxat in decem, *l. pr. §. si stipulanti, ff. de verb. oblig.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 42. num. 15.* vide Oinot. *in §. Præterea Instit. de inutil. stipul.* ubi etiam quid è contra, & limitat nisi diversitas illiad placuerit, facit Bich. *dec. 632.* ubi è contra quòd stipulatio non obligat nisi in eo, quod promissor respondet, etsi latior sit interrogatio, ast individua respectu consensus, simpliciter acceptata includit omnes qualitates à stipulante expressas, & alia ad rem.

Sti-

Digitized by Google

4 Stipulatio alteri facta regulariter non valet, §. *Alteri institut. de inutil. stipul. DD. in l. stipulatio ista 38. §. Alteri, ff. eod.* vide Tusch. *litt. S. conclus.* 703. *per tot.* Marcian. *discept. forens. cap.* 51. Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst.* 9. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 24. *tit.* 15. *& seqq. ad* 28. Petr. de Onnate *de Contract. tom.* 2. *tractat.* 9. *disp.* 26. *sect.* 5. *per tot. fol. mihi* 102. *&c.* Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *cap.* 50. Caldas Pareyr. *de quæst. for. cap. pr. per tot* vide Censal. ad Peregrin. *de fideic. art.* 51. *vers. quartò observo pag. mihi* 327. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 86. *n.* 5. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *nu.* 100. *tom.* 3.

Quæritur tamen actio stipulanti, quæ postea cedi potest ei, cujus nomine fuit facta, Natt. *cons.* 262. *n.* 22. *&c.* Intellige in procuratore, vel institore, in cujus personam verba sunt directa, aliàs nec ipsi stipulanti quæritur actio, quia noluit sibi stipulari, nec ei, cui stipulatus est, quia non potuit, ut declarant Olea, & Mantica *loc. cit.* & alii per eos relati.

Quòd vigore statuti Florentini *lib.* 2. *Rubr.* 39. quæratur actio absenti, etiam sine ratificatione, vel cessione, Magon. *decis. Flor.* 117. 2. *n.* 28. *in fine*, Marcha *vot. Pis.* 9. *nu.* 39. Castr. *cons.* 171. *lib.* 2. Tusch. *litt. S, concl.* 703. *num.* 25. facit Olea *d. tit.* 4. *qu.* 9. *n.* 37. *&c.* ubi de simili jure municipa i Ragio.

Item limitatur dicta conclusio in servo, filio, tutore, curatore, procuratore, syndico, negociorum gestore, judice, officiali, & notario. Item favore dotis, pauperum, vel piæ causæ, vel ubi adest juramentum, vel ubi concurrit etiam interesse stipulatoris, ut latè declarat Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 45 *per tot.* Duran. *decis.* 287. *per tot.* Oinot. *in §. si quis alii, Institut. de inutil. stip.* ubi etiam *glosa magna*, & alii DD. *in l. stipulatio ista, §. Alteri, ff. eod.* Tusch. *litt. S, concl.* 703. *per tot.* Petr. de Onnate *de contract. d. sect.* 5. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic. num.* 7. *& seqq. vol.* 3. *& decis.* 177. *vol.* 4. Riec. *Collect.* 2979. 3059. Marcian. *disput.* 51. *per tot.* Olea, & Mantic. *loc. supra cit.* Bich. *decis.* 319. ubi quòd stante interesse pecuniario stipulatoris valet stipulatio, & agi potest contra accollatorem racta via ad evitandos circuitus, Rot. *par.* 17. *rec. decis.* 329. ubi licèt alteri per alterum stipulari non possit, limitatur, ut valeat stipulatio si stipulantis intersit, si debitor creditori stipuletur, si adsit favor dotis, vel obligatio camaralis. Nicoli. *Instit. tit. cit. de Inutil. stip.*

Quo jure valeat stipulatio facta à notario pro absentibus, ac etiam pro nascituris, latè Ganaver. *dec.* 55. Vide De Luc. *de Fideicomm. disc.* 135. *n.* 5.

Item limitatur in casu *l. quoties, C. de donat. quæ sub mod.* Gratian. *discept. forens. cap.* 332. *per tot.* Duran. *d. decis.* 387. *n.* 18. vide *in §. Ratificatio num.*

Item limitatur si consuetudine aliud esset introductum, per *l. de quibus* 32. *ff. de leg.* Oinot. *loc. cit. n.* 5. facit Olea *de cess. jur. tit.* 4. *q.* 9. *n.* 37. *& seqq.*

Item si sit adiecta pœna, cujus metu promittens stipulationi pareat, Oinot. *supra n.* 9.

Qualiter autem stipulatio pœnalis non transeat ad hæredes, & quando dicatur talis ad hunc effectum, Rota *par.* 18. *rec. dec.* 371. *nu.* 52. *& seqq.* vide *in §. Hæres n.*

Quòd valeat stipulatio pro persona nominanda, quomodo, ac intra quantum tempus sit facienda nominatio, & alia ad rem dixi *in §. Emptio n.* 39.

5 Stipulatio vitiatur pluribus modis; primò, ratione rei, quæ non extat, nec speratur, vel non est in comercio, vel jam est in dominio stipulantis; secundò, ratione contrahentium, ut quia promittatur factum alienum, nisi sit adiecta pœna, cujus metu promittens pareat, vel nisi agatur de facto sui hæredis, vel de stipulatione *habere licere*, vel de stipulatione prætoria, vel stante juramento, vel se facturum, & curaturum, vel si verba sint directa ad personam promittentis; tertiò ratione dissensus, quem diversitas interrogationis, & responsionis inducit, & potest esse vel circa quantitatem, aut circa qualitatem, & modum obligandi, aut circa speciem promissam, si circa quantitatem non vitiatur in totum stipulatio, sed sustinetur in eo, in quo stipulantes conveniunt, vel etiam in totum si diversitas illicò alteri placuerit, si circa qualitatem, & modum, vel speciem, vitiatur in totum stipulatio, nisi subitò diversitas stipulanti placuerit; quartò, ratione personarum, veluti inter patrem, & filium, dominum, & servum, item muti, surdi, infantes, furiosi, prodigi, & similes per stipulationem obligari non possunt; quintò, ratione impossibilis conditionis affirmativè appositæ, secus si negativè; sextò, ratione absentiæ, cùm alter alterum loquentem exaudire, & intelligere debeat, & ideò etiam per epistolam, vel nuncium stipulatio celebrari nequit; septimò, olim ratione præposterationis, licèt hodie secus; octavò, ratione turpitudinis, & aliis modis, de quibus plenè Oinot. & alii *tot. tit. institut. de inutil. stipul.* Paul. Christin. *dec.* 177. *vol.* 4. *DD. in Rub. & tot. tit. C. de inut. stip.* Nicoli. *dict. Instit. tit. de inutil. stipul.*

Quoad absentiam intellige si probetur, cùm aliàs standum sit scripturæ publicæ enarranti præsentiam partium, donec contrarium legitimè probetur per text. *in §. Item verborum Instit. de inutil. stipul.*

Stipulatio inducitur per verbum, *promisit*, positum 6
sive in instrumento publico, sive in scriptura privata, ut dixi *in §. Verbum num.* sext *in §. si scriptam*, ubi Oinot. & alii *Instit. de inutil. stip.* Paul. Christin. *dec.* 176. *n.* 18. *&c. vol.* 4. Ludovis. *dec.* 328. *num.* 6. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1335. *per tot.* Cancer. *part.* 3 *capit.* 7. *num.* 195. Staiban. *resol.* 67. *n.* 33. *&* 34. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 138. *n.* 12.

Qualiter stipulatio possit probari etiam per testes Mascard. *loc. cit. concl.* 1334. *per tot.*

Stipulatio quælibet semper intelligitur facta etiam 7
pro hæredibus, & successoribus, ad illosque transit activè, & passivè, quamvis de iis nulla sit facta mentio, Gratian. *discept. forens. cap.* 568. *num.* 6. *&c.* Marcian. *disp. for. cap.* 13. *per tot.* Duran. *dec.* 410. *nu.* 11. *&c.* ubi ampliat quamvis fuisset concepta cum dictione taxativa ipsorum contrahentium, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 47. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1336. *per tot.* vide *in §. Contractus num.* 16. Paul. Christin. *decis.* 176. *nu.* 5. *&c. vol.* 4. latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 372. *nu.* 21. *& seqq.* Caldas Pareyr. *de empt. & vendit. cap.* 20. ubi ponit plures limitationes Vide Cabrun. *lucubr.* 4. *à num.* 5. Jacob. Emerix. *dec.* 137. *num. pr. dec.* 168. *num. pr.* Jovi. *de solemnit. gloss.* 21. *§ pr. nu.* 5. De Luc. *de Donat disc.* 8. *n.* 25. *de servit. disc.* 85. *n.* 4. Verd. *ubi supra n.* 901. Altimar. *dict. quæst.* 2. *num.* 42.

Stipulatio tamen uti frui personalis est concepta per verbum, *sibi*, quid illo detracto, vel si sit impersonalis, an morte stipulantis finiatur, vel transeat ad hæredes, & alia ad rem, Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *cap.* 47. *per tot.* Et an stipulatio ususfructus pro se, & hæredibus concepta constituat, quoad hæredes eumdem, vel novum usumfructum, idem de Mesa *loc. cit. cap.* 48. 49. vide *ususfructus num.* 23. Altimar. *loc. cit. n.* 53. *et* 54.

Et facta à patre pro filiis, an intelligatur pro filiis uti filiis, vel uti hæredibus, vide *in §. Pater num.* & infra *n.* 17. De Luc. *de Donat. disc. pr. nu.* 12. *disc.* 40. *n.* 10. *& de Fideicomm. disc.* 145. *n.* 4. Episc. Piton. *de Jur patr. alleg.* 69. *n.* 6. 16. *&* 18.

Intelligitur etiam omnis stipulatio, licèt jurata rebus in eodem statu manentibus, & sicuti conditionalis deficiente conditione non committitur, ita etiam mutato rerum statu expirat, *l. cum quis in princ. l. quòd servus, ff. de condit. ob caus.* Honded. *caus.* 111. *num.* 50. cum aliis per Bich. *decis.* 5. *nu.* 8. *et seqq.* ubi in terminis mariti, qui promiserat uxorem non molestaturam certa bona, ut intelligatur durante matrimonio, non autem eo dissoluto, & uxore ad secunda vota transeunte, quo casu hæredes dicti quondam primi viri ad nihilum teneantur ex dicta promissione, vide *in §. Promissio n.* 25. *et* 26.

Stipulatio pro fisco est necessaria in quacumque 8
obligatione, & fidejussione ad ejus favorem facta, ad hoc ut illi jus quæratur, vide *in §. Cautio num.* 20. Altimar. *loc. præcitat. n.* 43.

Stipulatio in dubio contra stipulatorem interpretari 9
debet ad favorem obligati, ut in minus teneatur *l. veteribus, ff. de pact.* Gratian. *discept. forens. cap.* 675.

675. *nu.* 25. *&c. cap.* 884. *nu.* 31. *&c.* Altimar. *loc. adduct. n.* 55. Jovi. *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 21. *§. pr. n.* 21.

20 Stipulatio non inducit obligationem ex utraque parte, niſi utrinque, vel hincinde ſit interpoſita, & nõ extenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, quamvis eſſemus in correlativis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 740. *num.* 27. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 57. *num.* 20. *&c.* vide *in §. Diſpoſitio num.* *& §. Regula nu.* Bich. *deciſ.* 5. *num.* 27. ubi quòd obligatio eſt ſtrictè intelligenda, nec patitur extenſionem de re ad rem, de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, vide *in § Obligatio num.* 38. Altimar. *loc. relat. numer.* 44. *&* 45.

21 Stipulatio notarii pro abſentibus, an habeatur pro appoſita in inſtrumento, vel apponi poſſit à notario, ſive suppleri à conſuetudine, vide Surd. *deciſ.* 223. *per tot.* ubi quòd ſubintelligitur, ſequitur Rot. *deciſ.* 421. *n.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Urceol. *Conſult. for. cap.* 31. *num.* 31. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Altimar. *ubi ſupra n.* 25. *&* 26.

Quòd ſtipulatio notarii pro abſentibus, licèt proſit ſine acceptatione ad effectum, ut revocari non poſſit conceſſio, tamen non ſufficiat ad effectum acquiſitionis, niſi ſequatur acceptatio, & ratificatio abſentium, Lodoviſ. *deciſ.* 567. *n.* 3. vide *in §. Donatio, & §. Ratificatio*, facit Jacob. Emerix. *dec.* 250. *num.* 12.

22 Stipulatio inter alios facta, ex qua reſultet intereſſe ad favorem abſentis, an illi proſit ad agendum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 49. *per tot.* ubi pro affirmativa videtur concludere, *cap.* 455. *num* 23. *cap.* 531. *num.* 3. affirmativam etiam multis rationibus ſequitur Genu. *tract. de verb. enuntiat. lib.* 2. *quæſt. pr. num.* 19. *& ſeqq. ad* 32. *fol.* 24. latè hincindè Magon. *deciſ. Florent.* 57. *per tot.* vide *in §. Actio num.* 11. *§. Dominium num.* *§. Notarius num.* Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 51. *&* 52. *per tot.* ubi latè pro negativa. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 28. *& ſeqq.* ubi pro utraque parte de jure communi, Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 50. *per tot.* An autem ex pacto in donatione adiecto, ut donatarius creditoribus donatoris, vel alterius ſolvat, taliter quæratur eis actio, ut in concurſu præferantur creditoribus donatarii idem de Meſa *loc. cit.* ubi pro creditoribus donatarii, ut ipſi præferantur ex pluribus.

Quòd ſit neceſſaria ceſſio ſtipulantis, videtur tenere Gratian. *diſcept. for. cap.* 627. *nu.* 6. *&c. cap.* 723. *num. pr. &c.* vide Magon. & Oleam *loc. cit.* Marcian. *d. diſp.* 51. *&* 52. ubi plura alia conſiderat ad excluſionem actionis, & declarat contraria Martha *vot. Piſ.* 48. ubi de creditore venditoris, ut ſine ceſſione non poſſit agere contra emptorem, etiam ſi fuerit pactum inter eos de pretio creditoribus ſolvendo.

Quòd ex æquitate, & benignitate canonica concedatur utilis actio ex hujuſmodi ſtipulatione, etiam ſine ceſſione, ſicut ex ſtipulatione notarii pro omnibus quorum intereſſe poſſit, Gratian. *diſceptat. for. cap.* 204 *nu.* 40. *&c.* Rot. *in Leodien. pecuniaria* 28. *Junii* 1647. coram Bichio *inter impreſſ. deciſ.* 319. & poſt Oleam *de ceſſ. jur. dec.* 7. ubi aliis citatis fuit concluſum dari actionem creditori contra accollatorem debiti, licèt creditor non fuerit præſens, nec pro eo fuerit ſtipulatum, Olea *d. tract. tit.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 32. *&c.*

Quòd ſtante juramento quæratur actio abſenti ſine ceſſione, ſicuti etiam ſtante ſtipulatione notarii in dictis terminis tenet Duran. *dec.* 287. *nu.* 7. *& ſeqq. per totum* vide Marcian. *loc. cit.*

Item ſtipulatio notarii contenta *in* obligatione Camerali extenditur etiam pro enunciatis ad favorem omnium intereſſe habentium, Merlin. *deciſ.* 664. *n.* 4. *& deciſ.* 681. *n.* 3. *etc.* Altimar. *dict. quæſt.* 2. *n.* 52. Card. de Luc. *de Donat. diſc.* 57. *nu.* 2. *de Fideicom. diſc.* 135. *n.* 5. *de Teſtam. diſc.* 70. *n.* 13. & infra *n.* 39.

23 Stipulatio licèt nõ ſit expreſſa, tacitè ſubintelligitur favore dotis, tam pro ſolutione, quàm pro reſtitutione, ſive dos ſit certa, ſive incerta, quamvis alias ratione incertitudinis vitietur ſtipulatio, Jaſ. *in §. fuerat n.* 51. *&c. Inſtit de act.* ubi etiam *num.* 14. *&c.* Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit. pr. num.* 22. *& de fideicomm. art.* 51. *num.* 3. 54. *&* 57. Ludoviſ. *deciſ.* 328. Merlin. *deciſ.* 77. ubi intelligit pro quolibet pacto favorabili in contractu dotis appoſito, latè Boſſ. *de dot. c.* 9. *num.* 57. *& ſeqq. fol.* 349. Verd. *Inſtit. cit. lib.* 3. *num.* 888. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 2. *n.* 47. *tom.* 3.

Contrarium quando dos eſt omninò incerta, ne duo ſpecialia concurrant, in reliquis autem ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 5. *nu.* 12. *&c.* vide Boſſium *loc. cit. num.* 78. *& ſeqq.*

Et licèt regulariter ſtipulatio ſit ſtricti juris, *l. quidquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig.* tamen favore dotis ſortitur naturam bonæ fidei, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 769. *n.* 19. *&c. n.* 81. *&c.* vide *in §. Mulier n.* Altimar. *loc. cit. n.* 48. *& ſeqq.*

Quòd ſtipulatio prædicta favore dotis fingatur interpoſita etiam à muto, vel muta contrahentibus matrimonium eo meliori modo quo poteſt, & ſic mediante perſona ſervi, vel ſimilis, licèt aliàs non poſſit fictio operari ubi veritas locum habere non poteſt, nec in caſu impoſſibili, Jaſ. *in d. §. fuerat n.* 65. *&c.*

Contrarium cum extrema non ſint habilia firmat Menoch. *d. præſumpt.* 5. *n.* 10.

An dicta ſtipulatio favore dotis præſumpta vitietur propter abſentiam contrahentium, vel intervallum interpoſitum, vel per defectum conſenſus, ſicut vera ſtipulatio vitiaretur, *gloſſ. in l. unic. in princip. verſ. inutiliter*, ubi Bald. *Cod. de rei uxor. act.* Fab. *in §. fuerat num.* *Inſtit. de act.*

Quando ſtipulatio præſumatur à jure, ubi verè non apparet, *gloſſ. in d. l. unic. verſ. ſubſequuta*, Bart. *in l. in princip. ff. de verb. obligat.* Ang. *in dict. §. Fuerat Inſtit. de act.*

Quod favore dotis inducatur ficta ſtipulatio, etiam ad commodum mariti, & patris filiæ, etiamſi datus ſit fidejuſſor, itaut hæc ficta ſtipulatio habeat executionem paratam, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 5. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* Ludoviſ. *deciſ.* 328. Altimar. *allegat. num.* 49.

Non tamen præſumitur dicta tacita, vel ficta ſtipulatio pro reſtitutione dotis in extraneo dotante, niſi expreſsè appareat, ſed potius præſumitur dos donata mulieri, & illi tacitè ſtipulata, *l. unic. § accedit*, *C. de rei uxor. act.* Menoch. *d. præſumpt.* 5. *num.* 11. vide *in §. Extraneus num.* & de omnibus prædictis, & aliis ad idem facientibus, latè Boſſ. *tractat. de dote cap.* 9. *nu.* 57. *cum pluribus ſeqq. fol.* 349. *&c.* Altimar. *ubi ſupra num.* 50. Arias de Meſa *libr.* 3. *cap.* 47.

Stipulatio impersonaliter concepta qualiter pro ſtipulante præſumatur, & ad ejus favorem interpoſita, & alia de verbis impersonaliter prolatis vide *in §. Verbu num.* 12. Meſſa *de uſucap. et præſcript. part.* 3. Miſcellan. *cap.* 13. *per tot.* ubi an, & qualiter valeat impersonaliter concepta ſtipulatio, Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 47. *per tot.* Altimar. *dict. quæſt.* 2. *n.* 92. *tom.* 3. 24

Stipulatio ad duplum in caſu contraventionis, non tollit actionem ad damna, & intereſſe, niſi creditor duplum conſecutus fuerit, cùm ſit in electione ipſius creditoris agere ad duplum actione ex ſtipulatu, vel ad damna, & intereſſe actione ex contractu, quia ſtipulatio dupli, vel duplæ interponi ſolet non minuendæ, ſed corroborandæ magis cauſam obligationis, *l. emptorem* 12. *§. Caſſius*, *ff. de act. empt.* Arias de Meſa *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 32. *n.* 5. *et ſeqq.* Bich. *dec.* 303. *n.* 35. 36. *et* 37. 25

De ſtipulatione plura Bertachin. *Repertor. verb. Stipulatio*, Joſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. eodem verb.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 492. *et* 493. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 3. *per tot.* ubi an valeat ſine cauſa, & alia Gomez *lib.* 2. *var. cap.* 24. cæterique plures indicati à Caſtejon. *Alph. jurid. verb. Stipulatio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *cod. verb. fol.* 654. Omnium latiſſimè moder. Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu.* 2. *per tot. tom.* 3. Card. De Luc. Rocc. Anſald. Emerix Caprar. Manſ. Palm. & alii moderni. 26

Stipulatio facta à patre pro filiis, an intelligatur pro filiis, uti hæredibus, vel uti filiis an ſit differentia inter obligationem factam patri acquirenti pro filiis, & 27

factam

factam favore filiorum, & alia ad rem in terminis renunciationis factæ ea causa ingressus Religionis, Mans. Consult. 296. lib. 4. cum decisione ibi impressa D. Joan. Mariæ Borea à Secretis Serenissimi Ducis Mutinæ Judicis Delegati, vel Compromissarii. Vide supra sub n. 7. vers. et facta Rocc. Episc. cap. 106. n. 22. et cap. 107. a n. 15. libr. 2.

18 Stipulatio de rato, ratihabitione non sequuta obligat ad interesse, & quando secus, Anton. Gub. Consult. 106. per tot.

19 Stipulationes omnes turpitudinem continentes, qualiter invalidæ, & inefficaces sint, l. generaliter, et l. seqq. et l. si plagii, ff. de verb. oblig. cum similibus, Strac. de spons. part. 3. n. 7. & alii relati per Anton. Gob. Consult. 143. n. 13. et seqq. ubi in terminis sponsionum, vel scommissarum, de quibus dixi in §. Ludus n. 10. et 15. Jovi. de solemnit. gloss. 21. §. 1. num. 21. Altimar præallegat. quæst. 2. n. 56. et alibi.

20 Stipulatio Aquiliana, quid operetur in liberationibus factia uni ex pluribus obligatis, Cyriac. contr. 280. n. 11. et seqq. dixi in §. Liberatio num. 16. in fine. Cafanat. cons. 12. Arias de Mesa libr. 2. var. cap. 15. Urceol. de Transact. quæst. 9. Altim. loc. cit. n. 57.

21 Stipulatio quo Jure introducta sit Altimar. de Nullit. rub. pr. quæst. 2. n. 3. tom. 3. Num causam requirat. Altim. rub. pr. quæst. 13. sect. 3. n. 246. tom. 3. An acquirat verba. Altimar. rub. pr. quæst. 2. n. 8. tom. 3. Et qua lingua. Altimar. ibid. n. 9. & 10. ac etiam alia de quibus. Altimat. ibid. n. 34. Ejus forma. Altimar. rub. pr. quæst. 2. n. 18. tom. 3. Et quæ Altimar. ibid. n. 21. cum seq. Ejus causa finalis quæ. Altimar. rubr. pr. quæst. 2. n. 19. tom. 3. Ejusque essentia. Altimar. ibid. n. 58. & Materia. ibid. nu. 16. cum seqq. Quomodo inducatur. Altimar. d. rubr. pr. quæst. 2. n. 42. An sit individua Altimar. ibid. n. 46. An sit propriè contractus. Altimar. rubr. pr. q. pr. n. 33. An sit contractus nominatus. Altimar. rub. pr. quæst. pr. n. 228. et q. 2. n. 5. An ultrò citroque obligationem pariat. Altimar. rubr. pr. quæst. pr. n. 33. Quando actionem producat. Altimar. rub. pr. quæst. 2. nu. 6. 37. et 44. tom. 3. Quando pœnitentiam admittat. Altimar. rub. pr. quæst. pr. n. 231. in fin. tom. 3. Num stricti juris sit. Altimar. rub pr. qu. pr. num. 684. et q. 2. n. 2. et 44. dict. tom. 3. Ut contrahatur an necessarius sit contractus. Altim. d. rub. pr. q. pr. num. 620. Si copulativè sibi, & extraneo facta sit, an sibi tantum pro medietate acquiratur. Altimar. rub. pr. quæst. pr. n. 709. Si in corpore erratum sit, num valida dicatur. Altimar. d. rub. pr. q. 2. n. 14. De re, quæ speratur, an valeat. Altimar. rub. pr. quæst. 2. n. 16. Collata in arbitrium Rei num valida sit. Altim. rub. pr. quæst. pr. n. 394. Facta in ultima voluntate num illius naturam sequatur. Altim. rub. pr. q. pr. n. 547. Et quid operetur in liberationib. factia uni ex pluribus obligatis. Altimar. rubr. pr. quæst. 2. n. 57. tom. 3.

22 Una, eademque stipulatio potest continere contractus diversæ naturæ. Dec. cons. 421. n. 2. Rot. coram Dunoz. dec. 881. n. 12., & coram Bich. dec. 21. n. 27. et dec. 406. n. 29. et seqq. Mantiss. ad De Luc. dec. 11. lib. 7. n. 12. vol. pr.

23 Omnis stipulatio transit ad hæredes, quando isti non sunt expressè exclusi. Tiraqnell. de retract. convent. §. 1. gloss. 6. n. pr. Rot dec. 587. n. 2. part. pr. rec. & cor. Cels. dec. 294. n. 9. Mantiss. ad De Luc. d. dec. 11. n. 17.

24 Stipulatio recipit restrictionem ab ipso contractu, eidemque famulatur. Angel. cons. 209. sub n. pr. vers. hoc præmisso Menoch. cons. 270. n. 4. Episc. Rocc. cap. 23. n. 35. part. pr.

25 In stipulatione suppleri non debet, quod ex verbis concipi non valet. Altograd. cons. 13. num. 23. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 7. n. 7. Episc. Rocc. cap. 65. n. 30. part. pr. Multoque magis in stipulatione Emphyteotica. Rocc. ibid. n. 31.

26 Stipulatio non obligat nisi in eo, quod promissor respondit, etiam si latior sit, & ad plures personas extendat stipulatoris interrogatoria. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 9. num. 4. et seqq. Episc. Rocc. cap. 56. num. 25. part. pr.

27 Stipulationis indefinita acceptatio includit per necesse consensum in omnes qualitates à stipulatore expressas. Episc. Rocc. cap. 56. n. 30. Et sufficit formam interrogationis placuisse promittenti, vel in actu responsionis, vel paulo post. Episc. Rocc. ibid. num. 31.

Stipulatio, quando est clara, debet per se considerari, etiam, quando à capitulis diceretur per illam recessum. Mart. cons. 39. n. 8. Surd. cons. 298. nu. 23. Episc. Rocc. cap. 67. n. 26. part. pr. 28

In stipulatione seu promissione numquam censetur deductum id, quòd continet delictum, seu gravis pœnæ incursum. Surd. cons. 563. n. 14. lib. 4. Card. De Luc. de Regal. disc. 107. n. 4. vers. ideoq. Rocc. cap. 76. n. 11. part. pr. 29

Sub stipulatione pro hæredibus, et successoribus quibuscumque, non potest intelligi comprehensum Monasterium ex persona Monialis. Cutell. de donat. contemplat. matr. m. disc. 3. part. pr. partic. 6. sub num. 227. prop. fin. vers. stipulatio enim illa. Episc. Rocc. cap. 56. n. 32. part. pr. 30

Stipulationis naturæ non repugnat, ut partes contrahentes stipulentur pro se ipsis, ab acceptore verò fuerit superaddita alia persona, præcipuè hæredum, quam Jura sub intelligunt. Rot. dec. 12. n. 32. part. 6. rec. & cor. Bich. dec. 41. n. 10. Episc. Rocc. cap. 106. n. 28. part. 2. 31

In stipulatione Patris pro filiis, & descendentibus qualitas hæreditaria à Jure sub intellecta intelligi debet, quemadmodum qualitas hæreditaria expressè requisita in primis vocatis ad bona donata, censeri debet repetita in sequentibus. Episc. Rocc. cap. 107. n. 22. part. 2. 32

Stipulatio Patris pro se, & hæredibus legitimis, licet sit intelligenda de venientibus ab Intestato; tamen semper qualitas præsupponitur hæreditaria. Alciat. cons. 20. n. 6. vers. bis stantibus, et seqq. lib. 3. Episc. Rocc. cap 107. n. 9. 33

Stipulatio si ex parte unius fuit facta pro se, & hæredibus, talis etiam præsumitur pro parte alterius, ex natura correlativorum. Sanchez de Matrim. lib. 10. disp. 8. n. 28. Rot. dec. 62. n. 68. part. 5. rec. Episc. Rocc. cap. 109. n. 10. part. 2. 34

Stipulatio concepta pro se, suisque filiis, & hæredibus quibuscumque per unicam orationem, qualificat verbum filiis. Ruin. cons. 39. n. 9. lib. pr. Menoch. cons. 999. n. 8. Episc. Rocc. cap. 106. n. 71. part. 2. 35

Stipulatio æstimari debet non secundum futuri temporis jus, sed potius præsentis. text. in l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. Episc. Rocc. cap. 137. n. 46. part. 2. 36

Stipulationis tempore sufficit, quod causa adfuerit, quoties non respicit tempus futurum, neque, illa cessante, cessat effectus. Tiraquell. in tract. cessant. caus. limit. 4. n. pr. Episc. Rocc. d. cap. 137. n. 47. 37

Stipulationis diversitas non facit præsumere diversitatem inter dotem, & donationem, quando in utroque casu eadem militat ratio. Episc. Rocc. cap. 106. n. 65. part. 2. 38

Stipulatio pro omnibus quorum interest resultat ex obligatione camerali. Card. De Luc. de Don. disc. 57. n. 2. de Fideic. disc. 135. n. 5. de Testam. disc. 70. n. 13. Intellige si fiat per publicum Instrumentum, non autem per apocam privatam Card. De Luc. de fideic. d. disc. 135. sub n. 5. Vide supra sub n. 12. in fine. 39

Stipulatio pro filiis apposita in donatione contemplatione Matrimonii facta sponsæ, an excludat filios secundi Matrimonii. Card. De Luc. de Donat. disc. 10. n. 10. de Fideic. disc. 135. num. 5. et disc. 138. num. 13. 40

Stipulatio Notarii pro absentibus reddit irrevocabilem donationem ante acceptationem. Card. De Luc. de Don. disc. 10. n. 10. disc. 23. n. 9. disc. 49. n. 7. de Cred. disc. 55. n. 8. Intellige de donatione lucrativa, secus onerosa. Card. De Luc. de Donat. d. disc. 23. n. 11. disc. 49. n. 9. disc. 57. ex n. 2. Vide Cancer. part. pr. cap. 8. n. 36. Noguerol. alleg 22. n. 44. Royas decis. 58. n. pr. Amat. res. 29. Tranchedin. cons. 7. Cyroc. disc. 46. Cyriac. contr. 322. nu. 3. Altimar. de nullit. rub. pr. quæst. pr. sect. pr. a n. 36. tom. 3. 40

Stipulatio Patris reddi dotem filiæ importat donationem. Card. De Luc. de Donat. disc. 39. num. 5. vers. Et Filii, 42

Sti-

43 Stipulatione Infans non indiget pro acquisitione. Card. De Luc. *de Alienat. disc. 45. num. 8.* Carlin. *contr. 131. n. 44.* Actolin. *contr. 24. n. 9.* Tranchedin. *cons. 7. n. 5.* Altimar. *loc. cit. num. 87.*, ubi etiam de pupillo.

44 Tot dicuntur stipulationes, quot sunt pagæ, in quibus debitum est distributum. Grat. *cons. 14. num. 50. et seq. lib. pr.* Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 40. num. 35.* Card. De Luc. *de Cred. disc. 3. n. 18.*

45 Stipulatio testamenti reservata per testatorem, an dicatur concernere perfectionem voluntatis. Card. De Luc. *de Testam. disc. 12. n. 15.*

46 Stipulatio assecurationis quandò dicatur commissa, & obligati assecuratores. Balduc. *de assecurat. tit. pr. dec. 7. n. pr.*

47 Stipulatio facta præsumitur de re existente sub patrimonio stipulantis ad tollendam incertitudinem. Balduc. *de Dot. tit. 4. decis. 15. n. 14.* Declara tamen, & intellige incertitudinem vitiare. Balduc. *loc. cit. à n. 15. ad n. 18.*

48 Stipulatio omnis tàm activè, quàm passivè transit ad hæredes etiam sine speciali eorum mentione. Emerix Jun. *dec. 537. n. pr. et dec. 568. n. pr.* & latè supra *n. 7.* Limita in cessione Juris præsentandi ad Juspatronatus. Idem Emerix Jun. *dec. 583. n. 8.*

49 Stipulatio simplex pro se, hæredibus, & successoribus quando intelligatur de successoribus in fideicommisso, vel potius de successoribus in bonis propriis. Emerix Jun. *dec. 991. n. 1.*

50 Stipulatio commissa censetur ex purificatione conditionis, sub qua concepta fuerat obligatio. Rot. *dec. 246. n. pr. part. 6. rec.* & coram Bich. *dec. 369. n. 7.* & coram Cerr. *dec. 92. n. 1. et 2.* Ansald. *decis. 89. n. 36. part. 2.*

§. STUPRUM. XXXI.

STuprum in genere sumptum significat omnem illicitum coitum, in specie verò dicitur tantùm committi cum certis personis, veluti cum virgine, vidua, vel cum domina, & cum puero, de quo dixi *in §. Sodomia, l. stuprum, ff. de rit. nupt.* Clar. & Bajard. *in §. Stuprum n. 1. &c.* Menoch. *de arbitr. cas. 288. num. 1. &c.* Farinac. *de delict. carn. quæst. 147. §. Stuprum*, Tusch. *litt. S, concl. 709. per tot.* Paul. Christin. *dec. 197. n. 22. & seqq. vol. 4.* Laymun. *in Theol. moral. lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 13. num. pr. tom. pr. fol. 254.*

Quid sit stuprum, & de illius gravitate, itaut splendor justitiæ illud semper execratus fuerit, Clar. *§. Stuprum in princip.* Costa *de facti scient. & ignorant. Distinct. 12. num. pr. & seqq. cent. 2.* Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. par. 2. libr. pr. tit. pr. cap. 11. fol. 39.* ubi plura de stupro, illius probatione in genere, & in specie, ac de pœnis, de quibus etiam nonnulla remissivè, Ægid. de Castejon. *Alphab. jurid. verb. Stuprum.* Vide Basilic. *dec. crim. dec. 15. num. 3.* Angel. *de Confess tom. 2. quæst. 47.* Mans. *consult. 215.* Layman. *loc. cit.*

Quòd dicatur committi stuprum etiam cum vidua, & filii ex ea procreati sint spurii, & non naturales, nisi à principio intervenerit protestatio concubinatus. *l. inter liberas, §. Stuprum, & l. stuprum, ff. ad l. Jul. de adult.* Gramat. *vot. 4.* Clar. *§. Fornicatio vers. unum tamen scias*, Marcian. *disput. for. cap. 29. n. 14. & seqq.*

Quamvis autem hujusmodi stuprum cum vidua sit coitus à jure damnatus, nisi præcedat dicta protestatio concubinatus, tamen de consuetudine non punitur, quando sequitur sine violentia, & sine armis, Clar. *dict. §. Stuprum num. 4. vers. Cæterum*, Marcian. *loc. cit. num. 17.* ubi intelligit de vidua vilis conditionis, Farinac. *quæst. 147. num. 10. & seqq.* Fontanell. *de pact. nupt. Claus. 5. gloss. 5. part. pr. num. 2.*

Quòd tamen hodie etiam concubinatus sit omni jure damnatus, & punibilis, dixi *in §. Concubina n. 3.*

Et stuprum cum vidua sit pariter punibile de jure, licèt non servetur de consuetudine, nisi sit cum violentia, & armis, vel cum vidua honesta, prout talis præsumitur, nisi probetur inhonesta, & vilitas consideratur respectu meretricii moris, & non abjectæ fortunæ: Farin. *cons. 90. n. 8. & 13.* & me proponente resolvit Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ sub die 5. Julii 1673. contra Franciscum Ferrinum, qui pro stupro jactato cum vidua, & non probata illius inhonestate, fuit pœna pecuniaria damnatus, & ad subeundum onera partus, quæ resolutio de more fuit approbata per Serenissimum Magnum Ducem, & iterùm sub die 15. Septembris 1673. in alia causa contra Antonium Dominici de Ciccis, & sub die 23. Octobris 1673. contra Antonium Baptistam Botri de Petra Sancta, Adde de Comit. *dec. 40. Flor. §. unic. n. 25.*

An autem vidua committens stuprum amittat dotem, vide in *§. Vidua num.*

Quòd stuprum cum vidua honesta sub promissione matrimonii, illa non adimpleta, puniatur etiam in hoc, ut stuprator teneatur, vel illam in uxorem ducere, vel competenter dotare, fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Florentiæ sub die 11. Martii 1676. & approbatum de more à Serenissimo Magno Duce in filcia negociorum *num. 1847.* in causa Cortonæ contra Antonium Alexandri, qui etiam fuit condemnatus ad confinium per annum, à quo tamen intelligatur absolutus, si matrimonium sequatur infra mensem.

An autem tale matrimonium possit dici metu contractum vide *in §. Matrimonium num. 14.*

Item quòd stuprum cum famula, sive vidua humilis, & vilis conditionis, de jure civili non sit coitus damnatus, nec punibilis probat Gratian. *discept. forens. cap. 958. nu. 13. &c* Thes. *decis. 3. num. 3. vers. quarta conclusio* Menoch. *de arbitr. cas. 293. per tot.* ubi tamen intelligit, dummodò hujusmodi famulæ non sint virgines, sive nuptæ, vel viduæ honestæ, nam alias esset locus pœnæ arbitrariæ, juxta qualitatem facti, & personarum, dixi in *Pract. §. Stupro num. 6 & num. 18.* ubi de pœna à statuto Florentino imposita, & vide Farinac. *cons 90. num. 13.* ubi quòd ad utilitatem intelligit respectu meretriciæ vitæ, & non vilitatis personæ, vel abjectæ fortunæ, nisi ageretur de ancilla, & ministra alicujus cauponæ, aliàs absurdum esset, & iniquum admittere impunitatem stupri in aliis ancillis, & puellis humilis conditionis, sed honestis quamvis majori pœna dignus sit, qui nobilem stuprat, quàm qui ancillam, vel aliam abjectam muliereolam, facit Matthæu. Sanz. *de re criminal. controv. 54. num. 31.* ubi quòd sæpè puellæ, licèt virgines vitam inhonestam ducunt, & stuprum cum illa vix est punibile, si vilitas sit circa mores, & non ob solam natalium obscuritatem, *infra num. 5. vers. Quòd stuprum*, de quibus vide Basilic. *dec. crim. 15. num. 32.*

Stuprum quoad corpus delicti in virginibus probatur per relationem factam ab obstetricibus honestis, & peritis de inspectione, & tactu pudendorum, asserentibus cum juramento de illarum judicio esse stupratas, ad tradita per Guaz. *def. 4. cap. 6.* ubi plura pro defensione stuprantis. Farinac. *quæst. 147. §. Probatio per tot.* Clar. *§. fin. quæst. 4. nu. 3.* Mascard. *de probat. concl. 5410. num. 18.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 2. num 12.* Conciol. *resol. crim. verb. Stuprum resol. pr.* ubi quod sufficiunt duo, vel tres obstetrices, vel periti, & non unus, nisi unus tantùm esset in loco, quia tunc ille solus sufficeret, & contra illorum relationem admittuntur alii periti, vel peritiores, quibus deponentibus pro non stupro magis creditur, cùm habeant pro se præsumptionem naturæ, & juris, vel sunt attendendæ aliæ conjecturæ, vide de Comit. *dec. Flor. 40. §. unic. num. 51.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap. 7. n. pr. & seqq.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 1. n. 46. & seq pag. 286.*

Quòd accusans de stupro debeat probare, quòd stuprata fuerit virgo, honesta, & per accusatum corrupta, Carer. *pract. crim sub num. 317.* refert Addit. ad Clar. *§. Stuprum num pr.*

Sed quòd imò virginitas tanquam habitus naturalis præsumatur, & sic quòd stuprata fuerit virgo tempore copulæ, nisi contrarium probetur, Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1610.* Rot. *in Romana stupri, seu dotationis 19. Maji 1610.* coram Sacrato

apud

apud Paul. Zacch. *quæst. Medic. legal. tom. 1. decis.* 31. Clar. *loc. cit. num.* 4. Thom. Trivis. *decis.* 26. *lib.* 2. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 98. *num.* 5. *&* 6. ubi quòd si allegetur ab ipsa muliere, procedit præsumptio virginitatis, secus si allegetur à tertio, & quare, *& decis.* 407. *num.* 4. *&* 5. *part.* 17. *decis.* 171. *num.* 14. *& seqq. in eadem causa*, ub confirmatur iste distinctio, *& part.* 18. *decis.* 767. *num.* 3. *& seqq.* ubi quòd statur assertioni juratæ mulieris in odium delinquantis, & favorem præsumptionis naturæ. Pellegrin. *loc. supra adduct. sub n.* 46.

Et sic virginitas probatur saltem per assertionem juratam stupratæ, sicut & deceptio, Farinac. *qu.* 147. *num.* 135. Mascard. *de probat. conclus.* 1412. *num.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 89. *num.* 1. cum aliis per Laurent. Matthæu. & Sanz *tract. de re crim. contr.* 52. *n.* 5. Conciol. *verb. Stuprum resol.* 3. *nu.* 5. *& seqq.* ubi quòd sunt etiam attendendæ conjecturæ, puta communis reputatio, qualitas vitæ, & morum puellæ, & similes, per quas tollatur præsumptio virginitatis per puellam cum juramento allegatæ, quia probata præcedente inhonestate, excluditur stuprum, ad Farinac. *d. quæst.* 147. *num.* 83. *& seqq. & nu.* 239. Cabal. *cas.* 125. *num.* 5. ubi quod in practica est onus Inquisitorum probare inhonestatem mulieris ea ratione quia quælibet persona præsumitur honesta, seu bonæ conditionis, & famæ, ex *l. merito, ff. pro socio*, & Boss. *tit. de plur. violent. sub n.* 65. *&c.*

Quibus autem modis amittatur virginitas, Less. *de Justit. & jur. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 14. Thom. Trivis. *decis.* 26. *lib.* 2. ubi plura de hac materia.

Probatur etiam virginitas de præsenti per honestas matronas peritas mediante visu, & tactu partium pudendarum afferentes de virginitate, ad quem effectum possunt, & debent eligi plures, & iterato, prout opus fuerit ad inveniendam veritatem, Rot. apud Paul. Zacch. *dict. tract. decis.* 6. *per tot.* vide *in §. Mulier num.* *& §. Corpus delicti.*

Qualiter autem virginitas amitti possit etiam absque materiali effractione claustri pudoris, & possit stuprum dici, vel dari sine violento accessu per alium accessum proximum cum seminis effusione super vas muliebre, & virtute attractiva uteri introduci, & generari, aliaque plura curiosa ad rem istam, Laurent. Matthæu. & Sanz. *d. contr.* 53. *infra num.* 11.

Quomodo autem ex conjecturis dicatur sufficienter constare de corpore delicti, absque inspectione, & tactu pudendarum, si agatur de moniali stuprata, latè Sperel. *decis.* 136. *&* 137. dixi *in §. Corpus delicti num.* facit Matthæu. Sanz *contr.* 49. *per tot.*

Quòd stuprum, non sequuta prægnantia, difficulter probetur, cùm judicium obstetricum, imò etiam medicorum circa corruptionem, vel virginitatem sit multum fallax, & periculosum, & non dentur certa signa, sed tantùm conjecturalia, de quibus plenè Paul. Zacch. *qu. Medic. legal. lib.* 4. *tit.* 2. *de Virginit. & stupr. per tot. & cons.* 34. *&* 41. *per tot. tom.* 2. Farinac. *quæst.* 54. *num.* 148. *& quæst.* 147. *§. Probatio*, dixi *in Pract. §. Stupro num.* 21. ubi vide, ne omnia repetam, & facit Laurent. Matthæu. & Sanz. *dict. controv.* 53. *per tot.* ubi de exceptione impotentiæ ad venerem allegata in crimine stupri, *infra nu.* 21. Torreblanc. *tractat. de Magia lib.* 2. *cap.* 19. *per tot.* ubi plura de virginitatis amissione quomodo sequatur, & an possit restitui, vel reparari per medicos, & alia.

Verùm cum agatur de delicto difficilis probationis, & facilis commissionis, ne remaneat impunitum, lex videatur contenta illis probationibus, quæ possunt haberi juxta qualitatem facti, nempè probabilibus, & conjecturalibus arbitrio judicis, & ideò rejectis medicorum subtilitatibus, qui semper tendunt ad excisionem delicti contra fiscum, in practica satis dicitur constare de corpore delicti ex sanguine reperto in camiscia, vel lecto stupratæ, ex fractura membranarum, vel caruncularum naturæ, ex inflammatione, & similibus signis arbitrio peritorum relatis per Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. quæst.* 3. *per tot.* Farinac. *d. §. Probatio*, & dixi *in Pract. §. Stuprum num.* 22. tantò magis hujusmodi signa reddunt stuprum indubitatum si concurrant indicia facti exteriora, de quibus *num. seqq.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 7. *sub n.* 5. *&* 6.

Stuprum [constito de corruptione, ut supra eo meliori modo, quo fieri potest judicio peritorum] probatur quoad stupratorem ex indiciis; & conjecturis, veluti fama viciniæ, amore, colloquiis, consuetudine, commensationibus, familiaritate magna, & commemoratione solius cum sola, in solo, & tempore opportuno, ex assertione stupratæ, & parentum, ex iadmissione in domo noctis tempore, vel alias clam, tactibus impudicis, osculis, donativis, litteris amatoriis, sive imbasciatis, & similibus arbitrio prudentis judicis, qui illis benè pensatis juxta facti, & personarum qualitatem poterit contra stupratorem procedere, vel ad torturam, vel condemnationem arbitrariam, sive ordinariam, nisi hujusmodi indicia in termino defensionum prius ipsi prætenso stupratori assignando fuerint elisa, de quibus Cravett. *consil.* 205. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 41. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 1337. *& concl.* 1409. *numer.* 27. *&c.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 91. 95. *&* 219. Guas. *def.* 4. *cap.* 6. *num.* 14. *&c.* Bajard. ad Clar. *§. Stuprum num* 5. *& seqq.* Crot. *cons.* 413. Bertazol. *consil. crimin.* 20. *lib.* 1. Farinac. *de delict. carn. quæst.* 136. *per tot. & quæst.* 147. *§. Probatio*, Conciol. *resol. crimin. verb. stuprum resol.* 3. *per tot.* Ciarlin. *controv.* 174. *per tot.* Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 263. *num.* 12. *& seqq.* ubi de conversatione, cohabitatione, & tractatu, sive nominatione tamquam inter conjuges, *& part.* 10. *decis.* 19. *num.* 3. *& seqq.* ubi de probatione copulæ ad effectum dissolutionis sponsalium, vide Jacob. Emerix *dec.* 1226. *num.* 1. 3

Quòd copula carnalis tamquam difficilis probationis possit probari etiam per testes inhabiles, & quales possunt haberi respectu loci, actus, & temporis, ac etiam singulares, dummodò agatur de probatione in genere, vel concurrant alia adminicula, & conjecturæ, itaut non opus sit, (ut aliqui ineptè putarunt) illos deponere de consummatione actus, & reali conjunctione, sed sufficiat dicere audivisse, etiam per rimulas unum post alium actus venereos, vel credere sequutam fuisse copulam carnalem, reddendo rationem per actus prædictos, vel quia post tractatus, vel tactus inhonestos se receperint in loco opportuno, & per congruum temporis spatium, vel deponendo de jactationibus post factum, de publica voce, & fama, nimia conversatione; reciproco inter juvenes amore, conquæstionibus stupratæ, & matris, consultationibus amicorum, & confidentium, ac similibus urgentibus præsumptionibus, quæ licèt per se singulæ non sufficiant, tamen plures simul injunctæ inducunt probationem stupri arbitrio judicis, ad tradita per Farinac. *quæst.* 136. *& quæst.* 69. *cap.* 7. quem sequitur pluribus aliis citatis Rot. *in Romana nullitatis matrimonii* 19. *Januarii* 1646. coram Arguelles *n.* 22. *& seqq. per tot. & in alia Romana nullitatis Matrimonii* 19. *Junii* 1651. coram Orthobono apud Paul. Zacch. *quæst. Medic. leg. tom.* 2. *dec.* 87. *&* 97. dixi *in Pract. §. Stupro n.* 3. *& n.* 23. *&* 24. in hoc opere *§. coitus n.* 11. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 263. *n.* 12. *& seqq. & part.* 10. *dec.* 19. *nu.* 3. *& seqq.* Thom. Trivis. *dec.* 21. *per tot. lib.* 2. ubi de probatione adulterii ad effectum separationis thori, Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. contr.* 49. ubi de stupro cum Moniali, *& contr.* 50. ubi de incestu inter vitricum, & privignam, quibus indiciis, & conjecturis probetur, Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 145. *n.* 10. *& seqq.* ubi qualiter probetur copula ex præsumptionibus, & conjecturis, & quibus ad effectum probandi incestum. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 54. *dec.* 7. *n.* 3. *& dec.* 8. *n.* 3. *vol.* 2.

Prædicta adeò vera sunt, ut si testes directè deponerent de copula carnali, vel stupro, redderentur suspecti de falso, quia testificarentur de re, quæ non solet, nec potest directè videri, Scacc. *de re jud. glos.* 14. *quæst.* 21. Sanchez. *de matr. lib.* 10. *disp.* 12. Macerat. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 7. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 5. *part.* 2. *nu.* 80. Laurent. Ursil. *exam apum conclus.* 59.

Quòd assertio jurata stupratæ, dummodò sit aliis indiciis, & conjecturis adminiculata, & per contrarias

rias

rias probationes, vel præsumptiones non elisa, nempe debilitata, faciat indicium ad torturam, probant supra relati DD. *in loc. cit.* & benè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 52. *per tot.* ubi quoad virginitatem præcedentem cùm sit habitus naturalis, plene probat, dummodò contrarium non doceatur, & quoad delinquentem si sit adminiculata facit indicium ad torturam, etiamsi sit accusatrix, cùm sit speciale in stupro, nec inimica reputetur, &c. Conciol. *resol. crim. verb. Indicium resol.* 13. *& verb. stuprum resol.* 2. *per tot.* ubi limitat nisi ipsa sit accusatrix, & querelans, vel perjura, vel patiatur alius defectus, quia tunc non facit indicium; sed vide Sanz. *loc. cit.* ubi plura ad præstandam fidem stupratæ junctis adminiculis, maximæ probatæ pudicitiæ, & ad effectum ut eam ducat stuprator, ad tradita per Scacc. *de re judic. glos.* 14. *quæst.* 21. *n.* 16. *& seqq. ad* 30. vide *in §. Mulier n.* 34. Sed vide etiam Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 1. *n.* 49. *pag.* 286. Mantiss. *d. dec.* 7. *n.* 6.

Videtur istud intelligendum, dummodò etiam stuprata tamquam socia criminis fuerit leviter torta ad purgandam maculam infamiæ ob hujusmodi delictum incursæ, nisi fuerit per vim coacta, quia tunc infamiam non incurrit, nec opus est tortura, Cabal. *resol. crim. cas.* 200. *n.* 128. *& cas.* 84. *nu.* 22. Flor. *cons.* 132. *n.* 24. Farinac. *de indic. & tort. quæst* 43. *n.* 101. Conciol. *verb. Stuprum resolut.* 2. *n.* 5. vide *in §. Societas n.* & *§. Mulier n.* 34. *& in Pract. §. Stupra n.* 25. ubi latiùs dixi facit *infra n.* 4.

Verùm cum ita dixi *infra n.* 6. *vers. intellige*, in stuprata non consideretur delictum punibile, puella stuprum passa præsumatur seducta, & si deliquerit non efficitur infamis, nec inhonesta, dum ampleaus aliorum non admisit, solet ejus dicto cum adminiculis fides præstari ad faciendum indicium sine alia tortura; absque verò adminiculis nequaquam, & sic sæpissimè servatum vidi, & ipse servavi Florentiæ, & probat Matthæu. Sanz. *d. contr.* 52. *nu.* 19. & 20.

Quibus indiciis, & conjecturis probetur stuprum, & quomodò puniatur tam in moniali, quàm in ejus violatore, quot delicta committat hujusmodi violator, vel solicitator monialis, ita ut non opus sit hoc casu constare de delicto per inspectionem, & tactum pudendorum, & alia, vide latè per Spetel. *dec.* 136. & 137. *per tot.* dixi *in §. Sacrilegium n.* 4. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 49. *per tot.* ubi de pęna capitali mortis naturalis execut., quia corrumpentes tales Virgines, quas Vestales appellat, quatuor crimina capitalia committunt, nempè, sacrilegium, adulterium incestum, & stuprum, quòd plenè probatur ex repertione solius cum sola, nudi cum nuda in lecto, vel alio loco opportuno.

Quòd ex accommodatione domus ad alloquendum inter virum, & mulierem, maximum resultet indicium ad probandam carnalem copulam, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 229. *n.* 1.

De pernoctatione sine causa, Cravet. *cons.* 205. De fratre, & sorore, qui simul dormierant, idem Craeett. *cons.* 321. dixi *in Pract. §. Incesto in Additione*, & in hoc Opere *§. Incestus n.* 5.

De assertione famulæ cohabitantis cum domino, se fuisse ab eo stupratam, ut ei non sit credendum, ne plures convicti absque culpa remaneant, Bald. *in l. filiam* 6. *ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur. n.* 17. Boer. *dec.* 299. *n.* 2. Berlich. *pract. conclus. part.* 5. *conclus.* 28. *nu.* 60. quos sequitur Matthæu. Sanz. *d. tract. contr.* 53. *n.* 18.

4 Stuprum, ut dicatur per vim commissum ad effectum pęnæ capitalis, de qua inferius dicetur, requiritur quòd fuerit facta violentia personæ, & incussus timor in animo, nec sufficit quòd januæ, vel domui sit adhibita violentia, si postea mulier voluntariè consentiat, quia benè diceretur stuprator per vim ingressus in domum, sed non per vim copulam habuisse stante dicto consensu, Castr. *consil.* 27. *n.* 1. *&c. lib.* 1. Bajard. ad Clar. *§. Stuprum nu.* 36. Card. Tusch. *litt. I. conclus.* 710. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 95. *num.* 28. *&c* Carol. Ant. De Luc. *in* *prax. crimin. cap.* 7. *n. fin.*

Item requiritur quòd mulier acclamaverit, & resistentiam fecerit, aliàs non potest dici per vim cognita; sicut etiam si diu tacuerit, & querelare distulerit, vel gravida remanserit, excluditur violentia, Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 52. *n.* 23. *in fine*, Bajard. *loc. cit. n.* 31. *&c. n.* 40. *&c.* Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 398. *per tot.* vide *infra nu.* 5. *vers. Quòd stuprum, in fine.*

Non tamen purgatur stuprum, nec violentia ob continuationem delicti, & peccati, sed tantùm inducit præsumptionem concubinatus, Gramat. *vot.* 4. Card. Tusch. *litt. S, conclus.* 710 *n.* 6. Ricc. *cap.* 398. *n.* 2. *&c.* Joseph. Mele *loc. cit. n.* 54.

Dicitur etiam stuprum per vim commissum, si non verè, saltem interpretativè, quando blandis verbis, falsis promissionibus, vel persuasionibus dolosis, seducuntur, vel decipiuntur puellæ, vel viduæ honestæ, & punitur pęna mortis secundùm multos, etiamsi postea ipsæ seductæ ad domum seductoris ex se iverint, Bajar. ad Clar. *§. Stuprum nu.* 38. Addit. ad Gizzarel. *dec.* 52 *& dec.* 81. *nu.* 5. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 291. *num.* 9. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. S, conclus.* 710. *per tot.* ubi quoad pęnam refert multos contrarium tenentes, quibus ipse adhæret, prout & ego ubi non apparet de aliquo actu violento, aliàs ferè omnia stupra possent dici violenta, cùm semper interveniant blanda verba, & suasiones dolosæ, ad consequendum intentum, Boss. *tit. de coit. damn. n.* 66. & ita semper servare vidi imponendo his casibus pęnas arbitrarias mitiores, idem Boss. *de rapt. mulier. n.* 15. Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 214. *num.* 8. *&* 9. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 57. *per tot.* vide *in §. Vis num.* 1. *&c. §. Blanditiæ n.* 2. Sanfelic. *dec.* 245. *n.* 7. ubi quòd propriè stuprum violentum secundùm magis communem opinionem dicitur quando committitur cum armis, non attentis aliis fallacibus promissionibus, quando puella habet consensum, & est doli capax, secus si esset impubes, & immatura, quia tunc semper dicitur inesse violentia, adde Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 54. *nu.* 24. ubi quando puella est doli capax, licèt sit impubes non præsumitur violentia, si ex conjecturis constet de consensu, quando verò est infans dicitur doli incapax, non habet consensum, nec velle, nec nolle, & sic isto casu semper dicitur vim passa, vide De Comit. *dec. Flor.* 40. *§. unic. à n.* 62. Bellegrand. *in compend. rerum crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 8. *n.* 6 Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 14. *n.* 532. *tom.* 3.

Stuprum cum violentia, vel raptu, vel cum Virgine immatura, & nondum viri potente, quia tunc 5
præsumitur adhibita violentia, punitur pœna mortis, Cabal. *resol. crimin. cas.* 20. *per tot.* Franch. *dec.* 333. *&* 334. Thes. *dec.* 3. Clar. *§. Stuprum n.* 3. *in fine*, Costa *de facti scient. & ignorant. distinct.* 12. *per tot. vocatur.* 2. Guid Pap. *dec.* 555. Gramat. *dec.* 22. Boss. *tit. de coit. damnat.* Ricc. *in Prax. var. resol. cap.* 398. Farinac. *quæst.* 147. *§. Stuprum*, Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 709. *&* 710. Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 52. *nu.* 11. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 298. *& cas.* 288. ubi latè de pęnis stupri tam in jure civili, quàm Pontificio impositis adversus laicos, & Clericos, Paul. Christin. *dec.* 197. *n.* 22. *& seqq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 137. *&* 1412. ubi de pœnis stupri Sanfelic. *dec.* 245. *n.* 7. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 51. *per tot. contr.* 54. *n.* 16. *& seqq. & controv.* 57. Fontanel. *de Pact. nupt.* 2. *Claus.* 5. *gloss.* 5. *part.* 2. *fol.* 66. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 7. *sub n.* 10. *vers. de pœna.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *nu.* 79. *pag.* 72. *tom.* 8. Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 10. *quæst.* 8. *nu.* 6.

Et quid si cum stupro adesset incestus, etiam duplicatus, idem Sanfelic. *dec.* 417. *per tot. cum Addit.* ut fuit reformata sententia mortis ad triremes; non tamen agebatur de violentia, neque de raptu, neque de virginibus immaturis.

Quòd stuprum Virginis immaturæ puniatur pœna mortis naturalis, intellige concurrente raptu, violentia, consuetudine delinquendi, aut effractura pudendorum puellæ, ita ut inutilis reddatur ad concipien-

cipiendum, nam concurrentn aliqua ex istis qualitatibus locus est dictæ pœnæ mortis, aliàs autem pœnæ arbitrariæ mitiori, juxta inxt. *inl. si quis aliud* 38. § *qui nondum*, *ff. de pœn.* ubi benè declarat Laurent. Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. contr.* 54. *nu.* 16. *& seqq.* ubi etiam quòd in puella doli capaes, licet impubere, potest argui consensus ex coloquiis præcednntibus, ex munuseulis reciprocis, ex accessu illius ad stupratorem, non obstante vociferatione, & reclamationn in actu coitus, quia procedere potest non ea violentia, sed ea dolora, & ex aliis elidi, cùm nimis fallax sit, & alia pro excusatione à pœna mortis, stante maximè vilitate puellæ circa mores, & non ob solam obscuritatem natalium, de quo dixi *suprà n.* 5. Plura Altimar. *dict. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 5. *n.* 79. *tom.* 8. Cortiad. *decis.* 89. *n.* 25.

Et de auriga, seu Cochieto vim inferente mulieri honastæ, ejus custodiæ ad vehendum comissæ pœna mortis puniendo, si flagitium perfecit; aliàs autem publicè verberibus afficiendo, & ad remingandum transmittendo pro aliorum exemplo, & terrore, idem Sanz. *d. contr.* 55. *per tot.*

Intelligo omnia prædicta de vera vi, & non de suasionibus, & blanditiis, idem Sanz. *contr.* 57. *per tot.* vide *supra n.* 4. *vers. dicitur etiam*. De Comit. *decis. Flor.* 40. *§. unic. n.* 63.

Quòd ascendentes cum scalis ad fenestras honestarum mulierum, vel etiam vilium causa complendæ libidinis, etiam non sequto ingressu, nec effectu, sint graviter puniendi arbitrio judicis usque ad mortem juxta qualitatem facti personarum, cùm qualitas scalarum semper aggravet delictum, vide Gramat. *dec.* 36. Clar. *§. fin. quæst.* 68. *num.* 4. Afflict. *dec.* 276. Peguer. *quæst.* 26. Franch. *dec.* 333. Farinae. *quæst.* 18. *&* 20. Cabal. *resol. crim. cas.* 27. *per tot.* Spetel. *dec.* 137. *n.* 36. P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.* 209. §. 3. *fol.* 311. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 14. *num.* 6. *& seqq.* Bellegrand. *in compendiosf. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæst.* 8. *n.* 7. *cum seqq.*

Quid de osculis luxuriosis, amplexibus, & similibus actibus inhonestis, Cabal. *cap.* 96. *per tot.* Menoch. *cas.* 287. Farinae. *quæst.* 142. *part.* 4. Mele ad Gizzarel. *dec.* 52. *n.* 26. *etc.* vide *in §. Osculum*.

Quòd raptus mulieris honestæ, vel inhonestæ etiam consentientis ob præcedentes preces, vel suasiones, sive liberè, & quamvis esset ad effectum contrahendi matrimonium cum rapta, etiam non sequta copula, puniatur pena judici arbitraria, & etiam pœna mortis ubi ageretur de raptu Monialis, licèt non sit sequtum stuprum, & alia, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 291. *per tot. cas.* 360. *num.* 32. Farinae. *quæst.* 145. Cardin. Tusch. *littera R*, *conclus.* 5. *&* 6. P. Manar. *dict. Interrog.* 200. *§.* 9. *per tot.* Clar. & Bajard. *§. Raptus*, Boss. *tit. de rapt. mul.* Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. Sanchez. *de matrim. disput.* 13. *lib.* 7. Bonae. *de matrim. quæst.* 4. *punct.* 18. Sesse. *dec.* 96. Cancer. *var. resol. part* 3. *cap.* 11. Monach. *decis. Bonon.* 41. *et* 42. Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 14. 15. *et* 16. *per tot.* Didac. Mari ad Gizzarel. *dec.* 54. *n.* 21. *et seqq.* vide in *§. Raptus*.

Quòd mulier sive puella, cujus pudicitia tentatur possit pro illius defensione occidere invasorem, etiam cum adjutorio alterius, ita ut nec ipsa, nec illa adjuvans peccet, servato omni moderamine, & si aliter non possit evadere, Dian. *part.* 5. *tractat.* 4. *resol.* 34. vide *in §. Sodomia n.* 11. & in foro externo, benè probat Farinae. *quæst.* 125. *n.* 44. *et seqq.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Occisio resol.* 4. *per tot.* ubi quòd permissum est non tantùm ipsi mulieri, sed etiam ejus parentibus, consanguineis, affinibus, tutoribus, ac etiam amicis occidere violentum raptorem, & pudicitiæ invasorem, intelligendo quando aliter pudicitia salvari non potest, & servato moderamine inculpatæ tutelæ, facit quod dixi *in §. Homicidium n.* 25 *et §. Raptus n.* 9.

De sortilegio libidinis causa, quod sit mixti fori, & quomodo puniatur, Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 60. *per tot.* vide *in §. Hæresis*, *et §. Meretrix*.

Stuprum sine vi commissum de jure civili in persona honesta, aut in dignitate posita punitur confiscatione medietatis bonorum, simul cum relegatione ad arbitrium judicis; in stupratore verò humilis conditionis punitur fustigatione, & exilio, *§. Item lex Julia Institut. de public. judic.* Menoch. *de arbitr. cas.* 288. *n.* 11. Clar. *§. Stuprum nu.* 3. Paul. Christin. *dec.* 198. *n.* 25. *etc. vol.* 4. Farinac. *quæst.* 147. *n.* 6. Cabal. *cas.* 98. *nu.* 2. *et cas.* 200. *num.* 25. Guaz. *de confisc. conclus.* 13. *amplint.* 12. Conciol. *verb. stuprum resolut.* 4. ubi etiam stante consensu stupratæ, Matthæu. Sanz. *controv.* 51. *n.* 3. *et seqq.* ubi plura qualiter pena possit exasperari ex reiteratione delicti cum pluribus virginibus, ex impotentia dotandi, vel in uxorem ducendi, ex custodiæ sibi commissi, ax magna inæqualitate, & similibus causis, Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 1. *claus.* 5. *gloss.* 5. *part.* 2. *fol.* 66. 6

Plures aliàs pœnas contra stupratores impositas à lege Divina, Pontificia, & Civili juxta conditionem personarum, & tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, refert Menoch. *d. cas.* 288. *per tot.* Anton. Pichard. *Pract. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 117. *fol.* 106. Costa *de facti scient. & ignor. dist.* 12. *per. tot. cent.* 2. Addo Basilic. *dec. crim.* 15. *à n* 3. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 8. *n.* 5. *&* 6.

Hodie tamen dictæ pœnæ confiscationis medietatis bonorum fustigationis, & exilii non sunt in usu, sed illarum loco imponuntur aliæ pœnæ sive pecuniariæ, sive confinii ad tempus arbitrio judicis juxta qualitatem facti, & personarum, Corrad. *Pract. crim. tit. de stupr. n.* 16. Bajard. ad Clar. *§. Stuprum verb. Latus autem*.

Florentiæ per statutum *lib.* 3. *Rubr.* 112. pro stupro, & similibus delictis carnalibus sine vi est imposita pœna librarum 100. ut dixi *in Pract. §. Stupro nu.* 18. Cum vi autem pœna capitis, ibidem *in §. Violentia & in hoc opere §. Vis.* vide De Comit. *dec. Flor.* 40. *§. unic. n.* 10.

Intellige prædicta de pœnis stupri quoad ipsos stupratores, non verò quoad virgines, vel viduas stupratas, nam illarum respectu (quidquid aliqui contrarium senserint] etiamsi voluntariè stuprum commiserint, non est punibile in ipsis stupratis, nisi fortè juvenem rapuerint, & illud ad stuprandum compellerint, vel nisi virum habeant, & sic agatur de adulterio, vel de incestu, quamvis, & raro, Bajard. ad Clar. *§. Stuprum n.* 13. *&* 14. Menoch. *de arbitr. cas.* 291. *n.* 29. *et seqq.* P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.* 200. *§.* 9. *in fine in Pract. §. Stupro nu.* 12. vide Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 51. *nu.* 35. *et seqq.* ubi licèt fateatur ex usu judiciorum, stupratas etiam spontè consentientes non puniri, ostendit convenienes esse, ut & ipse puniantur, cùm pariter delinquant, maximè quando impudentissimè se obtulerunt, vel post stuprum in concubinatu diù permanserunt.

In monialibus tamen graviter punitur, & quomodo, latè Sperel. *dec.* 136. *et* 137. *per tot.* Thom. Trivis. *dec.* 124. *lib.* 2. vide *in §. Sacrilegium nu.* 4. *supra n.* 3. *vers. Quibus judiciis*.

Quòd stuprum consentiente puella commissum non habeat malitiam specie distinctam ab ipsa simplici fornicatione in confessione exprimendam, sed sufficiat dicere rem habuisse cum soluta, & idem in desiderio modo non adsit voluntas violentiæ inferendæ, licèt etiam alii contrarium sentiant, Less. *de Just. et. Jur. lib.* 2. *c.* 10. *dub.* 1. Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 12. facit Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *art.* 2. *num.* 3. *fol.* 633. ubi qualiter stuprum volenti virgini, licèt invitis parentibus illatum, non sit contra justitiam, nisi interveniat raptus, &c Layman. *loc. supra adducto n.* 1.

Stuprum ultra alias pœnas ut supra ad publicam vindictam indictas punitur etiam in hoc, ut stuprator si sit solutus teneatur stupratam in uxorem ducere, & dotare, quamvis de generali consuetudine soleat alternativè tantùm condemnari, vel ad illam ducendam in uxorem, vel ad competenter dotandam, nisi sit adeò vilis, & parum honesta, vel nisi 7

po-

postcà se cum aliis miscuerit, ut possit stuprator excusari, *cap. 1. et 2. de adult.* Natt. *conf. 421. nu. 12. etc.* Clar. §. *Stuprum n. 3.* Rice. *Collect.* 23. Saof. *dec.* 245. *n.* 7. Laurent. Matthæu. & Sana. *tract. de re crimin. contr.* 51. *per tot.* Grat. *discept. for. cap.* 5. *n.* 44. *etc. e.* 35. *n.* 34. *etc.* Thes. *dec.* 3. *n.* 2. *etc.* Menoch. *de arbit. cas.* 288. *n.* 14. *etc.* Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *tit.* 5. *litt. A, fol. mihi* 337. P. Steph. de Neap. *de restit. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 2. *etc.* Farin. *qu.* 147. *n.* 98. Sperel. *dec.* 6. *n.* 14. ubi quòd servatur dicta alternativa, sed quamvis stuprator eligat stupratam ducere, debet etiam illam dotare, quia ctli matrimonium subsequutum quandoque etiam liberet à pœna stupri, ut infra dicetur, non tamen liberet ab obligatione dotem constituendi, Gabriel. *conf.* 173. *num.* 15. Bajard. §. *Stuprum num.* 22. Farinac. *quæst.* 145. *num.* 57. ubi de raptore, *& quæst.* 147. *num.* 99. ubi de stupratore; quidquid in contrarium rescripserint DD. Proficales Florentiæ (nihil tamen allegando) sub die 6. Octobris 1670. in causa contra Antonium Bonnanum, ut in fileia Negociorum Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum *sub num.* 4360. & contra votum D. Auditoris Bandarum, & Magistratus prædicti, prout in dicto negocio, vide *infra num.* 10. Addo Jacob. Emeria. *dec.* 1226. *num.* 5. *et* 1285. *nam. pr.* Bafilic. *decis. crim.* 15. *num.* 9. Fagnan. *in cap. pervenit a num. pr. de Adulter.* Layman. *in Theol. Moral. libr.* 3. *tit.* 3. *part.* 3. *cap.* 13. *num.* 3. *tom. pr. fol.* 284. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *a n.* 400. *tom.* 5. Pen. & Crescin. *decis.* 74. Bellegraod. *in comp crer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 8. *n.* 5. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 41. *n.* 2. *vol. pr.*

Plura de obligatione dotandi mulierem quam quis corrupit, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauf.* 5. *glof.* 5. *part. pr. per tot. fol.* 53. *&c. part.* 2. *per tot. fol.* 69. *&c.* ubi de pęnis juris Canonici, & juris civilis contra corrumpentes mulieres, vel puellas immaturas, *& glof.* 6. *fol.* 75. ubi de obligatione raptoris circa dotationem mulieris raptæ, ac de aliis pœnis raptus. Adde Carol. Ant. Thes. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Raptus, & verb. Stuprum.*

Aliqua de Stupro, & ejus pęnis, vide per Conciol. & Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 24. *per tot.* Tondut. *quæst. canon.* 184. *per tot.*

Si autem stuprator non sit solutus, vel aliud vigest impedimentorum, cessat dicta alternativa, & liberè condemnatur ad dotandum, Bajard. ad Clar. §. *Stuprum num.* 9. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 57. ubi quid si stuprator pendente judicio uxorem duxerit aliam, ad vitandam pęnam ducendi stupratam, vel dotandi, & concludit eam aspectandam pœnam, *& contr.* 51. ubi idem firmat, exaspersandam scilicet pęnam, si ea aliis causis non possit in uxorem ducere, nec dotare, ex regula *qui non habet in ære luat in corpore*, Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 408. *tom.* 5.

Quòd stuprata possit etiam civiliter agere contra stupratorem, ut illam dotet, & præsumatur fuisse virgo tempore copulæ, nisi probetur contrarium, Rot. *in Romana stupri, seu dotationis* 19. *Martii* 1610. coram Sacrato, & habetur penes Paul. Zacch. *quæst. Medic. legal. tom.* 2. *disc.* 31.

Et stante promissione matrimonii, ac ita contractis sponsalibus debeat stuprator modis omnibus præcisè compelli ad servandam fidem, quòd procedit etiam si non fuerit sequta copula, & tantò magis illa sequta, & quare, plenè Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 163. *per tot.* Paul. Rub. in *Annot. decis.* 431. *num.* 6. *& seqq. part.* 4. *recent. tom.* 3. Rota *part.* 18. *recent. decis.* 767. *per tot.* ubi quòd stuprator cum promissione matrimonii confessus, vel convictus, compellendus est præcisè promissionem adimplere non obstante negata virginitate, & illa non probata, quia de hoc statur assertioni juratæ mulieris, tum in odium delinquentis, tum in favorem præsumptionis naturæ, addita maximè probatione bonæ famæ, illius & parentum, si sit vilis conditionis Jacob. Emerix *decis.* 959. *num.* 2. *& decis.* 1226. *num.* 6. *& decis.* 1285. *n.* 2. Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 6. *decis.* 54. *n.* 4. *decis.* 44. *n.* 2. *decis.* 45. *n.* 2. *decis.* 46. *num.* 2.

decis. 47. *n.* 5. *vol. pr. & libr.* 14. *decis.* 7. *n. pr. vol.* 2.

An autem talis compulsio fieri possit à judice sæculari, vel spectet privativè ad Episcopum, Sanchez *de matrim. lib. pr. disput.* 29. *num.* 9. Fontanel. *de pact. nupt. clauf.* 5. *glof.* 5. *part. pr. n.* 28. *& seqq.* vide *in* §. *Sponsalia n.* 3. *infra num.* 8.

Si tamen stuprata ex alternativa condemnatione dotem elegerit, & receperit, censetur renunciasse sponsalibus, nec amplius potest ad illorum observantiam agere, Rota *par.* 14. *recent. decis.* 242. *nu.* 10. *& seqq.* dixi in §. *Sponsalia n.* 8.

Quod stuprator in foro contentioso, si sit æqualis conditionis cum virgine stuprata, & velit eam in uxorem habere, illa verò, vel parentes injustè, & sine causa recusent, teneatur constituere tantùm dotem, quæ aliàs sufficiens fuisset, si stuprata esset virgo, si autem ipse stuprator recuset illam ducere, tenetur ultra dotem qua congruè nubere potuisset æqualis si virgo esset, dare etiam illud plus, quo indiget ob stuprum passum ad inveniendum virum sibi æqualem, quæ summa erit taxanda arbitrio judicis secundum qualitatem, & facultates stupratoris, habita etiam ratione qualitatis ipsius virginis stupratæ, glos. & DD. *in cap.* 1. *&* 2. *de adult.* Ofasch. *decis.* 106. Thesaur. *decis.* 3. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 288. *nu.* 18. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 147. §. *Dos per tot.* Card. Tusch. *littera S. conclus.* 709. *&* 710. latè Casp. Curs. *Theol. tract.* 18. *disput.* 4. *fol.* 201. *etc.* ubi plura de obligatione restitutionis ex stupro, & adulterio.

Quid in stupro cum vidua commisso, vide supra *num. pr.*

In foro autem conscientię tenetur stuprator tantummodo resarcire damnum virgini stupratæ illatum, & ideò non tenetur integram dotem illi constituere, sed tantùm illud pluris, quo indiget ad inveniendum virum sibi æqualem ob stuprum passum, quia majori dote indiget stuprata, quam virgo, & stuprator tenetur solùm ad illud pluris, quod æstimabitur arbitrio Judicis, ex quo sequitur quòd si non obstante stupro, eo quia fuerit occultum, ipsa stuprata alicui viro suo æquali nupserit cum solita dote domus, ita ut nec ipsa, nec ejus parentes damnum senserint, cesset hæc pœna, & obligatio constitutionis dotis, sicut etiam cessaret ubi stuprata liberè consensum præstitisset, quia dicta obligatio procedit tantùm quando per vim, metum, deceptionem, mendacium, promissionem matrimonii fuerit ad stuprum inducta, D. Antonin. *in summ. part.* 2. *titul.* 5. *capit.* 6. §. *pr.* Navar. in *Manual. capit.* 16. *num.* 17. *in fine*, Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 288. *num.* 17. *& seqq.* Covar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 8. Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *per tot. fol. mihi* 335. P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. & inst. part. lib. pr. cap.* 11. *per tot.* Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *qu.* 16. *per tot. fol. mihi* 473. Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *resol.* 50. ubi quòd cessante vi, aut dolo, etiam si stuprata importunis precibus, vel vehementibus blanditiis fuerit inducta, non tenetur stuprator ad aliquam restitutionem, nisi esset talis, ut ei puella reverentiam deberet, sicut nec tenetur etiam si vim, & dolum adhibuerit, si postea puella æquè benè nupserit, & nullum detrimentum passa fuerit, vel si ab ea remissionem obtinuerit, ita ut non requiratur à parte, vel si sponte consenserit, quo casu nec aliquid debetur parentibus pro violata integritate, gravata dote, vel similibus damnis inde sequtis ad tradita per Dian. *loc. cit.* cum aliis per eum relatis, *& part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 45. *infra num.* 10. De omnibus prædictis, & aliis, nempè ad quid teneatur stuprator, vel non in foro conscientiæ, latè Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 6. *de stupro per tot. fol.* 59. *&c.* Torreblanch. *de Magia lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 16. ubi quòd in conscientia non tenetur nisi de simplici fornicatione, vide Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 10. *per tot.* ubi plura de restitutione ex causa stupri, & adulteri, & Carol. Anton. Thesaur. *loc. cit.* Valer. *de differ. utriusque fori verb. Restitutio differ.* 9. *& seqq.*

Item cessaret obligatio dotandi in utroque foro, si puella liberè consensit stupratori absque aliquo dolo, vel deceptione, vel pacta fuerit de pretio suę virgini-

Digitized by Google

tatis; posset tamen pater agere injuriarum, & petere damnum adversus stupratorem, sibi causatum propter majorem dotem, quam constituere deberet pro filia stuprata maritanda, Bajard. §. *Stuprum num.* 28. Farinac. *quæst.* 147. §. *Dos nu.* 129. *& seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *quæst.* 9. & alii supracitati, Paul. Christin. *decis.* 128. *num.* 28. *volum.* 3. Gibalin. *de univ. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *art. pr. n.* 3. *&c. fol.* 662. ubi quid in foro conscientiæ. Layman. *loc. supra cit. n.* 2.

Quòd sequutis sponsalibus, quæ utramque partem obligant, non existente justa causa recedendi, & sequta proinde copula cum libero consensu puellæ sponsæ, quæ postea recuset adimplere sponsalia, tunc non teneatur sponsus stuprator ad aliquam pœnam, neque ad dotem illi constituendam, si sit paratus servare sponsalia, cùm nihil ei possit imputari, & ideò non molestari, salvis juribus utrique parti civiliter expediendis pro observatione, vel rescissione sponsalium, fuit me proponente, contra votum Auditoris Bandatum resolutum per Magistratum DD. Octo sub die 9. Martii 1675. Florentiæ, & approbatum de more à Serenissimo Magno Duce, ut in filcia negotiorum sub *num.* 1452.

Quòd in omnem casum dicta dos debeatur stupratæ tantùm quando nubet, & non antea, ut si innupta decesserit illam non transmittat ad hæredes, Borgn. *in Repert. suarum decis. verb. Matrimon. num.* 7. *&c.* ubi testatur ita fuisse pluties judicatum in foro Fivizadensi sequitur Claud. Berrazol. *ad cons. patris sui* 96. refert Bajard. *in d.* §. *Stuprum nu.* 24. ubi tamen quòd ipse semper vidit contrarium servari, & pluties servavit, ut stuprator cogatur statim solvere dotem parentibus stupratæ, quibus facta est injuria, vel deponere, aliasve cogeretur dotare, posset multis fraudibus impedire, ne deflorata nubat, & hæc opinio mihi arridet, licèt prima servetur Florentiæ, ut dixi *in Pract.* §. *Stupro num.* 21. vide Basilic. *dec.* 15. *num.* 18.

Quòd dicta dos non possit peti nisi sequutis nuptiis, & non ante, itaut si stuprata moriatur innupta non transmittat ad hæredes; imò si fuisset soluta ante nuptias, quæ postea non sequatur, posset repeti, Capyc. *decision.* 204. Novar. *Forens. quæst.* 27. *lib. pr.* Ricc. *Collect.* 1710. Cresp. de Valdaur. *observ.* 25. *per tot.* ubi post plura hincindè, an dotanti ratione stupri jus reversionis competat, distinguendo duos casus, nempè quando mulier innupta decedit, vel nupta sine filiis, concludit, & probat utroque casu nullum jus reversionis defloranti competere, quia lex non dotem, sed quantitatem ad dotem constituendam solvendam esse statuit in pœnam delicti, ut ex ea crimen purgari possit, & sic ut pęna statim debetur, ut supra dicebam, & latius comprobat Cresp. *loc. cit. fol.* 291. vide *infra n.* 10. Vide Altimar. *de nullit. rub. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *a n.* 402. *tom.* 5.

Puniuntur etiam stupratores in hoc, ut teneantur alere prolem ab ipsis genitam post triennium quousque se alere possit, & usque ad triennium tenetur mater si habeat possibilitatem, alias autem tenetur pater, etiam infra triennium, & proles præsumitur stupratoris, nisi probet alios habuisse copulam cum stuprata, Neviz. *in syl. nupt. lib.* 3. *nu.* 25. Bajard. §. *Stuprum n.* 10. Altimar. *de nullit. rub.* 2. *&* 3. *quæst. pr. n.* 67. *vers. sic stuprator & seq. pag.* 61. *tom.* 8.

Non tamen creditur stupratæ asserenti se esse prægnantem ex tali, si ipse neget rem carnalem cum illa habuisse, & non convincatur, & tunc ipsa stuprata tenetur alere prolem, Thes. *dec.* 3. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 288. *num.* 25. vide *in* §. *Mulier num.*

An autem pater teneatur nomine filii stupratoris dotare virginem corruptam, partumque agnoscere, dixi *in* §. *Patern.* 23.

Stuprum non punitur quando coeuntes asserunt
8 inter illos ante coitum præcessisse sponsalia per ver-
ba de futuro, si postea sequatur matrimonium, &
adsit æqualitas personarum, aliàs puniretur arbitrio
Judicis, & idem est in raptu, Cabal. *resolut. crimin.
cas.* 96. *num.* 15. *cas.* 196. *per tot.* Menoch. *de arbitr.
cas.* 103. *n.* 5. *cap.* 291. *nu.* 22. *&* 202. *nu.* 9. ubi quod

non creditur parentibus super matrimonio, Bajard. §. *Stuprum num.* 9. Farinac. *quæst.* 147. vide *in* §. *Stuprum num.* *in* §. *Matrimonium num.* 9. Vide Capra.. *decis.* 110. *ferè per tot. part. pr.*

An autem qui prius emisit votum castitatis, vel religionis, fœminam postea deflorans fide data contrahendi cum ea tenetur potius in votum, vel matrimonium implere, Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *res.* 203. *& par.* 5. *resol.* 38. ubi refert diversas opiniones.

Quòd si concludenter probetur stuprum fuisse cum speciali promissione matrimonii, possit stuprator compelli cum comminatione pœnarum ad observantiam promissionis, vide Rot. apud Farinac. *post cons. decis.* 74. *n.* 4. Farinac. *quæst.* 147. *num.* 116. Thom. Trivis. *decis.* 63. *lib. pr.* ubi pro matrimonii nullitate ratione metus banni impositi à Judicibus sæcularibus, Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 5. *part.* 1. *n.* 8. *&c.* Tusch. *lit. M. conclus.* 126. Dian. *part. pr. tract.* 2. *resol.* 130. ubi quòd dum sponsalia certa sunt, & de illorum valore non agitur, possunt etiam Judices sæculares ad illorum observantiam compellere, *& part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 81. ubi refert sex causas, ex quibus potest excusari ab observantia promissionis, *& part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 52. *& seqq.* ubi quod si promissio fuerit facta, & non animo se obligandi, licèt jurata, an obliget in conscientia, vide §. *Sponsalia num. pr.* fuit dictum in causa Balnei contra Alexandrum Blasii sub die 19. Julii 1668. ut constat in filcia processuum 623. *nu.* 43. existente in Archivio DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, vide §. *Sponsalia num.* 3. §. *Matrimonium nu.* 12. *& in Pract.* §. *Stupro n.* 26. *&* 27. Vide supra *sub n.* 7. *vers. & stante promissione* ubi cumulavi plures Dec. S. R. Rum. in Mantiss. ad Card. De Luc.

Cessante autem dicta promissione, vel probatione, etiamsi stuprator sit aliàs confessus, vel convictus de stupro, non potest præcisè compelli ad ducendum stupratam in uxorem, sed cum alternativa ad ducendum illam in uxorem, vel ad competenter dotandum, ut probant præcitati DD. & dixi *supra num.* 7.

An autem deflorator virginis sub spe conjugii, & non cum certa promissione, teneatur illam ducere, vel satisfaciat dotem constituendo, vide Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 54. *per tot.*

Et ad hoc ut dicta alternativa possit purificari, solet stupratori assignari terminus arbitrio Judicis ad declarandum quam partem alternativæ velit eligere, vel ad ducendum stupratam, & illo transacto ad libere dotandam, ut dixi in *Pract.* §. *Stupro num.* 20. ubi quòd ita pluries fuit servatum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ.

Quando autem de jure contrahens sponsalia teneatur illa implere, si nullus sit præfixus terminus, Sanchez *de matrim. lib. pr. disp.* 28. *n.* 2. Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 145.

Quòd stante supradicta promissione matrimonii probata, vel lege ita disponente possit stuprator compelli ad ducendum stupratam in uxorem non solùm per Judicem, ad latè tradita per Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 163. *per tot.* & Paul. Rub. *in Annot. ad dec f.* 431. *num.* 61. *& seqq. part.* 4. *recent. tom.* 3. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 417. *observat.* 4. Thom. Trivis. *decis.* 63. *lib. pr.* ubi per Judicem sæcularem fuit tamen declaratum nullum matrimonium ratione metus ex banno comminato illati; sed etiam per parentes stupratæ, ita ut non dicatur per metum, vel vim compulsus, cùm voluntariè illi se subiecerit, licèt aliàs non valeant sponsalia; nec matrimonia per metum, vel vim contracta, Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 3. *n.* 20. Rebell. *de obligat. just. lib.* 2. *de matrimon. quæst.* 11. *num.* 12. Sperell. *decis.* 6. *num.* 13. *et* 15. *& decis.* 5. *per tot.* ubi plenè qualiter, & quando possit dici matrimonium per metum, vel vim contractum, ut possit rescindi, & annullari, Trivis. *d. decis.* 63. *per tot.* Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 228. *&c.* ubi an deprehensus in stupro si matrimonium promittat ne prodatur justitię, teneatur illud in conscientia adimplere. Vide Altimar. *de nullitat. rubr. pr. quæst.* 14. *n.* 354. *tom.* 3.

Circa tamen dictam compulsionem privatam per

pa-

Digitized by Google

parentes fiendam posset dubitari, ne detur materia rixarum, scandalorum, & violentiarum privatarum, quæ fortè non transirent sine molestia, cùm nulli liceat sibi jus dicere, verùm in hoc casu, ne parentes cogantur in judicio propriam verecundiam, & filiarum detegere, quòd certè durum est personis honestis, omninò illis parcerem, nec ex hac causa, alio delicto non concurrente, ullam unquam molestiam inferri permitterem propter justum illorum dolorem; imò reperio quòd in casu raptus, possunt raptores inflagranti reperti impunè occidi à parentibus, & consanguineis mulieris raptæ, vel rapiendæ, ad tradita per Farinac. & Vulpin. *in succo q. 145. §. Raptus*.

Quòd imò matrimonium ad quod contrahendum pater coegit juvenem, quem cum propria filia in lecto cubantem invenit, non sit validum, text. *in cap. veniens 2. de sponsal.* vide tamen Dian. *part. 9. tract. 8. resol. 27. per tot.*

9 Stuprum an sit delictum mixti fori, vide Farinac. *qu. 8. n. 130. &c.* dixi *in §. Adulterium num. 2.* & infra *n. 12.* Fagnan. *in cap. pervenit n. 8. de Adult.*

10 Stuprator excusatur ab obligatione dotandi stupratam, quando mulier post commissum stuprum nupsit viro æqualis conditionis, ita ut nullum senserit damnum ex stupro passo, ut benè probat Diaz. *in pract. crim. cap. 77.* ubi Ignat. Lopez. in Addit. refert multos ejusdem opinionis DD. Menoch. *de arbitr. cas. 288. num. 21.* dixi *in Prax. §. Stupro num. 9.* quibus adde Less. *lib. 2. cap. 10. dubit. 2. num. 11.* Tanet. *in 2. 2. disput. 4. quæst. 6. dub. 3. nu. 133.* Turrian. *tom. 2. in 2. 2. disput. 30. dub. 3. num. 2.* Filliuc. *tom. 2. tract. 32. cap. 8. num. 221.* Villalob. *in sum. tom. 2. tract. 11. dub. 30. num. 14.* Dian. *resol. moral. part. 2. tract. 16. resol. 50. vers. notandum*, vide *sup. num. 7.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. n. 407. tom. 5.*

Non desunt tamen alii contrarium tenentes, ut nempè ratione obligationis contractę tempore stupri, ac in odium, & pœnam illius, teneatur stuprator dotem constituere, vel saltem augere arbitrio Judicis, etiamsi mulier postea æquali nupserit, & licèt hoc modo stupratori sit sublata electio sibi competens desponsandi, vel dotandi, quia etsi stuprata recusei, vel non possit nubere stupratori, tenetur nihilominus stuprator illam dotare, ut colligitur ex text. *in cap. pr. de adult.* Hostiens. *in sum. de adult. §. & æqualiter puniatur num. 11.* Gomez. *ad l. Taur. 80. num. 51. & 12.* Cancer. *var. resol. tit. de Sponsal. & matrim. 28. & seqq.* Carpzov. *in pract. tit. de crim. stup. part. 2. quæst. 68. num. 48.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. gloss. 5. part. pr. nu. 118. & seqq.* Matth. Berlich. *in 2. par. suar. conclus. tit. de pœn. stup. concl. 38. num. 36.* quos in facti contingentia sequutus est Magistratus DD. Octo Baliæ Vitorum Civitatis Florentiæ sub die 21. Augusti 1670. in causa contra Dominicum Sabatini Piccioli de Prato, & negocium fuit approbatum per S. C. S. ut constat, in filcia Negociorum dicti Magistratus de dicto tempore sub nu 4334. 5.

Sed ego cum prima opinione transeundum puto cùm dicta dos constituatur potius ratione damni, quàm pœnæ juxta superius dicta, & ita scio sæpius etiam eumdem Magistratum observasse in diversis causis, quando ut dixi mulier aliquod damnum passa non fuit, ut quia æquè benè nupsit, secus autem si propter stuprum nupsit viro deterioris conditionis, veluti pauperiori, vel ignobiliori, quia tunc arbitrio Judicis esset illi satisfaciendum; cum verè passa fuerit damnum, vel in bonis, vel in honore, quod sibi refici debet arbitrio Judicis, & ita possunt concordari opiniones prædictæ, vide *supra n. 7.*

11 Stuprator, sive imputatus de stupro, qualiter possit se defendere exceptione suæ impotentiæ ad venerem, ac plura de ista potentia, vel impotentia, quomodo viri generare possint, etiam membro absciso, & mulieres concipere per genitalium approximationem, & vim uteri attractivam, etiam integro hymene permanente, & sic absque effractione claustri pudoris stuprum committi, cùm sit violatio integritatis virginalis ex quolibet congressu masculi, licèt partes integræ maneant; sicut è contra potest dari disruptio claustri pudoris ad instar aliorum membrorum absque virginitatis detrimento; Imprægnans autem virginem, quamvis claustra illius non corruperit, tenetur (sicut alii stupratores) eam ducere, vel dotare, ac prolem alere, ut perbellè omnia comprobat pluribus citatis Lantenz. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr. 53. per tot.* ubi tamdem concludit pro absolutione imputati, quia argumenta per possibile in criminalibus non attenduntur, nisi plura, & proxima sint; cohabitatio inter dominum, & famulam, non facit indicium; negativa coarctata per rei evidentiam prævalet affirmativæ; conceptus absque viri reali congressu ridiculus reputatur, cùm semen utile reddatur per evaporationem, & aliis similibus rationibus, Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib. 3. tit. 1. q. 8. & cons. 42. per tot.* Scipio Mercur. *in sua Comatre lib. 2. cap. 38. per tot. fol. mihi 231.* dixi *in Pract. §. Donne num. 29. & 31.*

Stuprum an sit delictum mixti fori, itant etiam Judex Ecclesiasticus possit de illo laicos punire, est valdè inter Doctores controversum; Pro affirmativa favore Judicis Ecclesiastici est plena *decis.* Julii Cattar. *77. per tot.* ubi etiam respondet contrariis; Sed pro negativa favore Curiæ sæcularis, ut sola procedat, & puniat stuprum quoad laicos, nisi habeat adulterium, vel aliud crimen mixti fori annexum, quo casu Judex Ecclesiasticus cum præventione procederet ad pœnam spiritualem tantùm, & laicus pro stupro ad alias pœnas, & interesse partis, Thesaur. *decis. 148. n. 4.* Farinac. *quæst. 8. sub num. 130.* Bermon. *tract. de public. concub. tit. stupr. num. 41.* Franc. Marc. *dec. 2. per tot.* ac ita semper servatum vidi, Basilie. *dec. 15. crim. num. 22.* Vide supra *n. 9.* 12

De Stupro aliqua Bertachin. *Repertor. verb. Stuprum*, Thoro *Compend. decis. Neapol. part. pr. eod. verb.* plura Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 51. cum pluribus seqq.* plenè Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gl. 5. p. 1. num. 1. & seqq. per tot. fol. mihi 66. &c.* Hermosil. *ad l. partit. to. 2. l. 56. gl. 6. tit. 5. partit. 5. n. 144. & 145. fol. mihi 798.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 14.* Molin. *de just. tract. 3. disp. 504.* Berlich. *part. 5. conclus. 38. 41. & 42.* Panimol. *decis. 93.* cæterique indicati à Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Stuprum*, & Com. August. Fontana *Bibliotb. legal part. 5. eodem verb. fol. 659.* Mantiss. ad De Luc. Altimar. Emerix Caprat. Carpzou. Brunnemann. Pellegrin. Bellegrand. Carol. Ant. De Luc. Mans. & alii moderni. 13

Onus dotandi stupratam transit ad hæredes stupratoris Bertachin. *vol. 123. n. 2.*; Sed hoc limitatur, quando stuprum esset qualificatum sub spe futuri matrimonii Idem *ibidem n. 3.*, Contrarium tamen etiam in hoc casu firmatur *ibidem n. 4.*, Hæc tamen opinionum diversitas concilianda venit, ut *ibidem n. 5.*, Quod dicta actio transeat etiam contra hæredes Mantiss ad De Luc. *libr. 6. decis. 41. n. 1. & dec. 47. n. 3. & 4. vol. 1.* 14

Stuprum non committitur, quoties præcedunt sponsalia, licèt Vir possit arbitrio Episcopi puniri Fagnan. *in cap. qui fidem n. 15. de sponsal.* Mantiss. *loc. cit. lib. 6. decis. 47. n. 10. vol. 1.* 15

Stuprans sub fide matrimonii tenetur stupratam ducere, etiamsi fictè promisisset Mantiss. ad De Luc. *libr. 14. decis. 7. n. 2. & decis. 8. n. 2. vol. 2.*, Maximè quando uterque est æqualis conditionis *dict. decis. 8. num. 2.* 16

Promissio matrimonii in defloratione præsumitur, si mulier sit nobilis Mantiss. ad De Luc. *libr. 14. decis. 8. n. 5. vol. 2.* 17

Repromissio mulieris elicitur si sub fide, & matrimonio suum corpus tradiderit *dict. decis. 8. n. 8.*

Stupri crimen quinquennio, si vis concurrat, numquam præscribitur Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract. 8. quæst. 5 n. 4. & 5.* 18

Stupri pœna de jure Canonico est depositio, & perpetua detrusio in Monasterium. Fagnan. *in cap. Pervenit il primo n. 20. de Test. cogend. tom. 2.* 19

Stuprator Monialis privatur beneficiis. Card. De Luc. *de Benef. disc. 75. n. 3.* Debet tamen esse convictus, vel confessus. Card. De Luc. *ibid. n. 4.* Neque

Digitized by Google

que fufficiunt inditia indubitata Idem Card. De Luc. *ibid. n. 5. & 6.* Fallit fi perfeverat in contumacia, nam reputatur ficte confeffus. *ibid. fub nu. 7.* Tribunalia tamen majora ratione fcandali contra talem diffamatum licèt non convictum folent pronunciare. *ibid fub n. 8.*

20 Quando obftetrices difcrepant, plus credendum his, quæ deponunt de Virginitate, quàm quæ de ftupro, & ratio eft, quia iftæ habent affiftentiam Juris ex earum parte, nam quælibet mulier præfumitur Virgo fecundum naturam. Farinac. *de delict. carnal. quæft. 147. n. 132.* Pellegr. *in prax. Vic. part. 4. fect. pr. n. 46. verf. Refpondetur plus pag. 286.*

21 Obftetrices cogi poffunt ad recognofcendam puellas ftupratas. Joan. de Plat. *in l. patrimonium C. de muner. patrim. lib. 10.* Pellegr. *in prax. Vic. d. part. 4. fect. pr. num. 46.*

Puella ftuprata recognofci poteft à Viris aliquando. Tufch. *lit. P, conclus. 186. num. 69. & feqq.* Aretin. *conf. 142. n. 15.* Pellegr. *loc. fup. cit. n. 47.*

22 Stuprum attentatum effectu non fequuto pœna triremium, vel exilii punitur. Dian. *part. 2. tract. 16. refol. 50.* Bellegrand. *in compend. rerum Crim. Method. tract. 10. quæft. 8. n. 6. in fin.*

23 Stuprum eacluditur ea fponfalibus antecedentibus. Bertachin. *Vot. 223. n. 16.* Amplia ut tali cafu ceffent pœnæ. Bertachin. *dict. Vot. 223. n. 17.* Declara ut per Bertachin. *ibid. n. 18.*

24 Contra ftupratorem non datur actio ad pœnas inflictas à facris Canonibus, ubi per tranfactionem fuerunt injuriæ remiffæ. Gratian. *difcept. forenf. 400. n. 28.* Rot. coram Coccin. *dec. 229. n. 1.* & coram Bich. *dec. 65. n. 1.* Mantiff. ad De Luc. *dec. 41. lib. 6. n. 8. vol. 1. & dec. 43. n. 3. lib. eod. & eod. vol.*

Tranfactio fuper crimine ftupri ftipulata valet, & fervanda eft. Clar. *in §. fin. quæft. 58. n. 14.* Molin. *de contract. tract. 3. difp. 46. fub n. 9.* Mantiff. ad De Luc. *d. dec. 43. lib. 6. n. 1. vol. 1.*

Scientia tranfactionis initæ fuper ftupro probatur refpectu mulieris ftupratæ, tum ex iftius cohabitatione cum patre tranfigente, tum ex querimoniis, quod pater promiffa non adimplebat. Mantiff. ad De Luc. *d. dec. 43. n. 5. & 6. dict. libr. 1. & dict. vol. 1.*

Etiam fi fuper ftupro inita fit tranfactio, in qua fimpliciter promiffum fuit matrimonium, fi iftud ex cafu fortuito fequi non poffit, reviviscit actio pro dote. Burfat. *conf. 101. num. 16. tom. 1.* Rot. coram Bich. *dec. 500. n. 23. & 24. & dec. 541. n. 24.* Mantiff. ad De Luc. *dec. 44. lib. 6. n. 4. vol. pr.*

Tranfactio facta à genitoribus puellæ ftupratæ, in qua remiffa fuerit dos ob promiffum matrimonium, fi iftud fequi non potuit, non fubftinetur, quia puella remaneret enormiter læfa Mantiff. ad De Luc. *dec. 44. lib. 6. n. 6. & dec. 46. n. 4. & dec. 47. num. 7. lib. eod. vol. 1.*

Item dicitur læfiva dicta tranfactio, quando ex aliqua conditione fuerunt mulieri procraftinatæ nuptiæ, quarum medio poterat unicè honorem reparare. Sanchez *de Matrim. lib. 1. difp. 44. n. 3.* Bonac. *oper. moral. tom. 1. de matrim. q. 4. punct. 17. nu. 7. verf. fed alia ratione* Mantiff ad De Luc. *d. dec. 44. lib. 6. n. 8. d. vol. 1.*

25 Stuprator ad nihilum tenetur, fi per ipfum non fteterit, quin fides Matrimonii per ipfum præftita executioni demandata non fuerit. Mantiff. ad De Luc. *dec. 14. lib. 6. n. 19. dec. 43. n. 7. & dec. 46. n. 3. lib. eod. vol. 1.*

Si ftupratori imputari non poffit mora in adimplemento promiffæ fidei, contra ipfum non eft locus alicujus pœnæ. Bartol. *in l. fi ita ftipulatus 225. n. 4. ff. de verb. oblig.* Altograd. *conf. 84. num. 15. lib. 1.* Mantiff. ad De Luc. *dec. 41. lib. 6. num. 23. vol. pr.* Amplia etiamfi id provenerit ex culpa patris ftupratæ, qui nocet in hac materia filiæ. Mantiff. ad De Luc. *ibid. n. 24.* Et vide infra *n. 33.*

26 Stuprum pluries commiffum non præfumitur violentum, & ea reiteratis copulis arguitur confenfus mulieris fuper repromiffione matrimonii Sanchez *de Matrim. lib. pr. difp. 22. n. 6. & in fin.* Mantiff. ad De Luc. *dec. 42. lib. 6. n. 2. vol. 1.*

Confenfus mulieris probatur, fi in concubitu ab aliquo deprehenfa iftum deprecata fuerit, ne genitori factum propalaret Mantiff. *d. dec. 42. n. 3.*

27 Quando mulier patiens fe ftuprari, promiffionem matrimonii ex parte fua per fui corporis traditionem adimplevit, nullam habet ftuprator legitimam caufam, ob quam matrimonium, vel differat, vel evadat. Fontanell. *de pact. nupt. clauf. 5. gloff. 5. part. 1. n. 40. & 41.* Card. De Luc. *de Dot. difc. 141. n. 78. & 79.* Mantiff. ad De Luc. *dec. 45. lib. 6. n. 6. vol. 1. & dec. 7. lib. 14. n. 2. vol. 2.*

28 Violentia non poteft dici commiffa, fi mulier fe præbebat feneftris, & faciebat aliqua figna cum Reo. Carl. Ant. De Luc. *in prax. crim. cap. 7. n. 10. verf. De pœna committentis.*

29 Si probetur præcedens inhoneftas mulieris excluditur ftuprum. Conciol. *refol. 3. n. 7.* Carl. Ant. De Luc. *loc. cit. n. 8.*

30 Ea ftupro cum etiam parentibus fiat injuria, hæc non poteft à fola puella remitti Farinac. *de delict. carn. q. 147. n. 117.* Card. De Luc. *de Dot. difc. 170. n. 10.* Mantiff. ad De Luc. *dec. 47. lib. 6. n. 7. vol. 1.*

31 Dos puellæ ftupratæ debetur ne dum in ea quantitate, quam juxta conditionem, & facultates habere à progenitoribus potuiffet, fed addi quoque debet congrua recompenfa, quam macula per ftuprum illata promeretur. Mantiff. ad De Luc. *d. dec. 47. num. 12.*

32 Stupratæ debentur etiam fructus dotis ftatim, & irrevocabiliter, & abfque ulla conditione, vel obligatione nubendi, cum fuccedant loco alimentorum, & ifti tranfmittuntur etiam ad hæredes. Gomez *variar. refol. tom. 3. cap. 1. fub n. 84. in fin.* Cancer. *var. part. 3. cap. 11. n. 140. & feqq. ufque ad n. 148.* Mantiff. ad De Luc. *dict. dec. 47. n. 13.*

33 Si Pater Puellæ ftupratæ dedit caufam, ne promiffum matrimonium cum ftupratore fequeretur, licet ftuprator ad dotem puellæ teneatur, tamen poteft fe contra patrem puellæ relevare. Mantiff. ad De Luc. *dec. 49. per totam lib. 6. vol. 1*

34 Judea poteft cogere ftupratorem ad contrahendum matrimonium, ut fupra dictum eft, aliquando tamen poteft ex juftis caufis abftinere a coactione Emerix jun. *decif. 1285. num. 5.* Et jufta caufa eft apertus, & fortis animus ftuprantis potius moriendi, quàm ducendi Emerix jun. *d. decif. 1285. n. 7.*, Et quando intercedit impedimentum confanguinitatis Idem Emerix jun. *decif. 704. n. 4.*, Item odium, & inimicitiæ capitales fubortæ inter ftuprantem, & ftupratam *dict. decif. 1285. num. 6. & decif. 1226. n. 9.*, Item vita inhonefta ftupratæ fuperveniens poft ftuprum *dict. decif. 1226. n. 10.*

35 Ad hoc ut ftuprator teneatur adimplere difpofita *in cap. 1, & 2. de Adult.*, tria requiruntur, 1. quod vir feduxerit ftupratam, 2. quod ftupraverit, 3. quod tempore ftupri puella non fuiffet deflorata Mantic. *de tacit. libr. 11. tit. 12. num. 28.* Altimar. *de nullit. rub. pr. part. 3. quæft. 35. n. 402. tom. 5.* Crefcin. ad Peu. *decif. 74.*, ubi plura circa hanc materiam.

36 Dos data per virum ftupratæ dicitur ex caufa onerofa, uti ex debito neceffario, & fic non tenetur illam refervare filiis primi matrimonii De Luc. *de Bimbat. quæft. 38. n. 4.* Altimar. *loc. fupra cit. fub num. 401.*

Sed quod dos ftupratæ, fi illa moriatur fine filiis, revertat ad ftupratorem Capon. *de Dot. fol. 185. nu. 144.* Altimar. *loc. cit. n. 406.*

37 Stupri pœnæ procedunt in eo, qui ad extorquendum deflorationem in actu proximo copulæ puellam allicit fub promiffione ficta futuri matrimonii. Caprar. *decif. 110. n. 11. part. 1.*

38 Ex ftupro non irrogatur injuria Patri, & familiæ, ubi longè ante inter virum, & mulierem præcefferat promiffio reciproca de contrahendo matrimonio Caprar. *dict. decif. 110. n. 18.*

39 Si quis puellam, cujus tutor fuit, ftupraverit, qua pœna puniendus Brunnemann. *fup. C. lib. 9. tit. 10. leg. unic. n. 5.* De pœna cuftodis carceris carceratam ftuprantis *ibid. n. 6.* Quid fi quis Judeæ ftuprum intulerit, vel puellæ nondũ viri potẽti, vel moniali *ibid. n. 7.*

40 An ea ftupro natus fit infamis Brunneman. *fupr. C. lib. 2. tit. 12. leg. 17. n. 8. pag. 217. tom. 2.*

§. SUB-

Digitized by Google

§. SUBHASTATIO. XXXII.

1 SUbhastatio est rei venalis publica expositio cum præconis, vel edicti proclamatione, ut plus offerenti, vel licitanti deliberetur, aut concedatur, sicuti colligitur *ex Aut. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccl. & l. pr. C. de fid. instr. & jur. hast. fiscal. lib. 10.* Jodoc. Damhouder. *tract. de subhast. c. pr. n. 9.* ubi etiam unde dicta, & alia Mangil. *de subhast. q. num. pr. &c.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 37. sub n. 544. tom. 6.*

Plura de origine, ac etymologia subhastationis, illiusque definitione, & alia, Ridolphin. *in prax. part. pr. cap. 15. nu. 39. & seqq.* remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. subhastatio.*

Qua forma servata, sit facienda subhastatio, & plures alias quæstiones in materia, vide per Bar. *in l. citatio ff. de pub. & vectigal. DD. in d. Auth. hoc jus porrectum,* Jodoc. *d. tract. cap. 4.* Bald. *in l. Ordo C. de execut. rei jud.* Specul. *tit. de citat. §. sequitur vers. si verò subhastatio,* Paul. Christin. *decis. Belgic. 296. nu. 9. & seqq. vol. pr.* Merlin. *decis. 24.* Rot. *part. 13. recent. decis. 237. per tot.* ubi fuerunt rejectæ plures nullitates, quæ tamen postea in eadem causa fuerunt approbatæ, & recedendo à decisis resolutum pro nullitate subhastationis *p. 17. dec. 371.* Jovius *de solemnit. glos. 25. §. 5.*

Quòd de jure communi in casibus, in quibus est necessaria subhastatio, debeant stare bona venalia exposita per viginti dies, vel juxta consuetudinem, & statuta loci aliàs restituantur pignora sine expensis, & cum fructibus, Magon. *dec. Flor. 132. n. 10.* ubi etiam quod debet fieri de mandato Judicis, Merlin. *dict. dec. 24. per tot.* Rot. *part. 9. recent. dec. 341. num. 18.* Martha *vot. Pis. 145. n. 6.* ubi quòd dictus terminus 20. dierum redactus ad novem dies de stylo Tribunalium, Bich. *dec. 484. n. 4.* ubi quòd in bonis privatorum non est tempus à jure determinatum, sed arbitrio Judicis remittitur. Altimar. *de nullit. rubr. pr part. 4. quæst. 37. nu. 554. & 555. tom. 6.* Abeccles. & Crescin. *obser. 134. part. pr*

Quòd sit facienda licitatio per viginti dies, vel arbitrio Judicis, Menoch. *de arbitr. cas. 129. & cas. 371. n. 28.* Rot. *part. 4. recent. decis. 406. n. 5. & par. 9. decis. 98. num. 10. & per tot.* ubi quòd stante nullitate, vel injustitia subhastationis debet primus possessor docto de sua anteriori possessione, & moderna adversarii reintegrari ad suam possessionem; Et tunc emens tenetur ad restitutionem rei unà cum fructibus, etiamsi emerit à fisco, quia fiscus in hoc non est privilegiatus, & alia plura de dictis fructibus restituendis stante nullitate subhastationis, Rot. *in eadem causa d. par. 9. dec. 141. per tot.* vide *in §. Fructus n. 9. §. Nullitas num.* Et de dicta restitutione fructuum Hodiern. ad Surd. *decis. 45.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 13. a num. 792. & seqq. tom. 4. & rubr. 5. quæst. 44. n. 7. tom. pr.* Crescin. ad Abeccles. *obser. 164. a n. 7. part. pr.*

De requisitis necessariis in subhastatione præcipuè rerum fiscalium, latè Francisc. de Amaya *in l. 3. C. de fide, & jure hastæ fisc. lib. 10. fol. 53. & seqq.* Ganaver. *cons. 6. art. 3. per tot. fol. mihi 191. & seqq.* ubi de subhastatione rerum pupilli, vel minoris, & ejus requisitis.

2 Subhastatio est necessaria in venditione rerum immobilium Ecclesiæ, hospitalium, aliorumque venerabilium, & piorum locorum. *Auth. hoc jus porrectum C. de Sacros. Eccl. Auth. de non alien. aut permut. rebus immobil. Eccles. §. Nos igitur, Collect. 2.* & utrobique Bart. & alii, Jodoc. Damhouder. *de subhast. cap. pr. num. 16.* Ridolphin. *in prax par. 1. cap. 15. num. 60.* Gratian. *dec. 134. per tot.* ubi etiam loquitur de venditione rerum minoris, de quibus latè Ganaver. *d. cons. 6. art. 3. per tot.* ubi quòd prædicatur Neapoli, & ideò apud Neapolitanos non careret dolo tutor alienans rem minoris omissa subhastatione. Post. *de subhastat. inspect. 2.* Card. De Luc. *de Regal. disc. 81. n. 7.*

Contrarium autem maximè de generali consuetudine, & de jure canonico ubi servando firmant Grat. *discept. forens. cap. 364. n. 24. cap. 479. cap. 861. nu. 19. &c.* Posth. *tract. de subhast. inspect. 2. num. 13. &c.* Ridolphin. *d. cap. 15. num. 61.* ubi quòd non est necessaria de jure canonico, quia Ecclesia hoc privilegium non acceptavit, sed aliam solemnitatem in suarum rerum alienatione constituit *in cap. sine exceptione 12. q. 2.* Mangil. *de tract. de subhast. q. 29. n. 3. &c.* Hier. Cala *tract. de restit. in integr. denegq. nu. per tot.* Ganaver. *d. cons. 6. art. 3. n. 21.* ubi ostendit imò hoc privilegium esse inter Sacros Canones canonizatum, & alta mente repositum *in can. ea enim 10. quæst. 2.* & contrà aliter sentientes lamentantur doctissimi Canonistæ, inter quos Hostien. *in sum. tit. de reb. Eccl. non alien. §. 3. in fine vers. unum tamen nota.* vide De Luc. *de Regal. disc. 81. de Judic. disc. 40. num. 63.* Post. *loc. cit.*, ubi plura pro utraque parte.

Item subhastatio requiritur in alienatione bonorum immobilium pupilli, vel minoris, & est facienda secundum consuetudinem, & statuta loci, aliàs non valet, Afflict. *decis. 249. num. 2. vers. 8.* Jodoc. *d. tract. cap. 2. num. pr. &c.* Montan. *de tut. cap. 33. n. 60. &c.* Greg *dec. 485. nu. 8. &c.* Mangil. *de subhast. q. 27. n. 1. &c.* Ridolphin. *in Prax. p. 1. cap. 15. num. 61. &c.* Rot. *p. 9. recent. decis. 341. num. 18. &c.* latè Ganaver. *d. cons. 6. art. 3. per tot. fol. mihi 191. et seqq.* ubi pro nullitate alienationis factæ sine subhastatione. Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. sect. 2. n. 181. vers. quod non requiratur fol. 192. tom. 8.*

Contrarium quoad principale dictum probat Gratian. *discept. for. cap. sup. cit. cap. 545. et decis. 130. n. 7. etc.* sequitur Posth *de subhast. Inspect. 4. num. 18. et seqq.* ubi latè Mangil. *de subhast. dict. quæst. 27. n. 3. etc.* Beltramin. ad Gregor. *d. decis. 485. nu. 13.* Intriglíol. *decis. 5. num. 29.* Ladercb. *consil. 116. num. 2.* Anguis. *cons. 129. num. 42.* Ridolphin. *dict. cap. 15. num. 62.* ubi quòd de jure canonico, & de consuetudine non est necessaria subhastatio in alienatione rerum minorum, sed sufficit quòd fiat bona fide, & ex causis permissis, de quibus dixi in *§. Alienatio num. 23.* Urceolus *Consult. forens. cap. 35. num. 21. etc. vol. 2.* Addit. ad Sanfelic. *dec. 332.* ubi quando possit omitti, latè Hier. Cala *d. qu. 20.* Vide De Luc. *de Regal. disc. 81. nu 17. De Judic. disc. 40. n. 63.* Ciarlin. *contr. 217. num. 48. et 49.* Altimar. *dict. n. 181 vers. quod non requiratur.*

Quòd sit necessaria Florentiæ extat reformatio officialium pupillorum 20. Augusti 1565. *Rub. 9.* dixi in Pract. *§. Pupilli numer. 18.* ubi qua forma sit facienda.

Item est necessaria subhastatio in venditione bonorum pro executione sententiæ, *l. Ordo*, ubi Bald. & alii *C. de execut. rei jud.* Jodoc. *de subhast. cap. 3. num. pr. etc.* Ridolphin. *d. cap. 15. nu. 67. et seqq. per tot.* Cala *loc. cit.* ubi plura.

Quomodo servetur in statu Florentino dixi in *§. Depositari num. pr. et §. Mobili num. 1. et 2.*

Quòd requiratur subhastatio in venditione pignoris, vel rei hypothecatæ, ita ut non valeat pactum, quod ea omissa, & non citato debitore possit vendi, vel quod si non redimatur intra certum tempus cedat creditori, nisi sit adjectum pro justo pretio æstimando, *leg. fin.* ubi Bald. *C. de jur. dom. impet.* Jodoc. *d. tract. c. 3. nu. 34. etc.* Magon. *decis. Florent. 132. nu. 9. etc.* Duran. *dec. 445. n. 8n.* ubi reprobat Negus. *de pign. in 1. memb. 6. p. n. 47. in fine*, vide Posth. *de subhast. inspect. 7. per tot.* latè Ridolphin. *in Prax. p. 1. cap. 15. numeri 67. & seqq. per tot.* ubi de omni genere pignoris, Mangil. *de subhast. q. 21.* Salust. Tiber. *in prax. lib. pr. cap. 42.* Cala *d. quæst. 20.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 37. n. 543. tom. 6.* Abeccles. & Crescin. *obser. 129. part. 1.*

Item est necessaria subhastatio in venditione fienda per executores testamentarios ad effectum exequendi voluntatem testatoris, quia ea auctoritas illis data, non videtur remissa, cùm non levis, sed maxima reputetur solemnitas & quia regulare, ac indubitatum est semper esse adhibendam in venditionibus bonorum absentium, Bart. *in l. alio ff. de alim. & cib. legat.* Alex. *in l. fundus qui ff. de resc. vend. & in l. Ordo, C. de exec. rei jud.* Jodoc. *d. tract. cap. 3. nu. 28. &c.* Gratian. *discept. for. cap. 479. num. 8. etc.*

Posth.

Digitized by Google

Posth. de subbast. Inspect. 5. per tot. Altimar. de nullit. rub. pr. part. 4. quæst. 37. nu. 543. vers. requiritur fol. 97. tom. 6.

Item requiritur in omni venditione quæ fit à fisco, sive de bonis suis, sive alterius propter debitum sibi solvendum, l. ædicto, Cod. si advers. fisc. restit. portul. Jodoc. dict. cap. 3. n. 32. ubi etiam quid in locatione, & videtur negativè concludere juxta gloss. in l. quamvis Cod. de vendit. rerum Civit. lib. 11. in verb. publici prædii, & ibi Bart. gloss. in l. 3. Cod. de fund. patrim. lib. 11. in verb. licitatio, ubi distinguit inter locationem perpetuam, & temporalem, latè Francisc. de Amaya in lib. 3. Cod. de fide, & jur. hastæ fisc. lib. 10. fol. mihi 53. & seqq. Hier. Cala d. quæst. 20. Altimar. dict. num. 543. vers. ut in venditione rei fisci pag. 96.

Quòd sit necessaria in venditione rerum fiscalium, & bonorum debitorum fisci, quando fiscus illa vendit ut sua; item in venditione rerum patrimonialium Principis; item in locatione vectigalium, & aliarum rerum fiscalium, Mangil. de subbast. quæst. 34. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. pr. &c. Ridolphin. in prax. part. pr. cap. 15. num. 65. & seqq. latè Sanfelic. decis. 332. cum plena addit. ubi quòd potest remitti quando venditio fit à Rege, vel Prorege, vel offertur justum pretium, vel cessat suspicio fraudis, Calvin. de æquitat. lib. 3. cap. 206. ubi quòd res fisci vendi possint, omissa aliquando subhastatione, vide Amaya loc. cit. Altimar. dict. num. 543.

Quòd subhastatio hodie non sit necessaria in alienatione rerum Civitatis, vel Ecclesiæ, Gratian. discept. for. c. 479. num. 14. &c. cap. 364. num. 24. &c. c. 861. nu. 19. &c. Posth. de subbast. inspect. 3. n. 47. &c. Altimar. dict. n. 543. vers. non in alienatione pag. 97. Balduc. de Dot. decis. 31. a num. 34. et decis. 32. a num. 17.

An requiratur in venditione rerum Civitatis, sive Reipublicæ aliquos affirmantes refert Fontanel dec. 519. et 520. Ridolphin. d. cap. 15. num. 63. etc. ubi tamen dicit procedere si adesset statutum particulare, aliàs secus de jure communi, cùm sufficiat præsentia Officialis Communitatis.

3 Subhastatio ex quibus causis reddatur nulla, ita ut bona vendita sub hasta, possint revocari, vide Grat. discept. forens. cap. 7. per tot. cap. 326. num. 5. etc. c. 545. per tot. Merlin. decision. 24. dini in §. Possessionum. Rot. par. 9. recent. decis. 215. ubi quòd nulla deliberatio si fiat pro re debita, non liquidato prius illius pretio per communem æstimationem, ita ut non sufficiat oblatoris, vel debitoris voluntas, vel si fiat unica oblatione, cùm saltem tres oblatores requirantur, vel per immaginariam, sive suppositam licitatoris personam, Bich. decis. 179. num. 13. Vide Altimar. de nullit. loc. cit. a n. 544. et seqq. Abeccles. & Crescin. obser. 128. et seqq. part. pr.

Quòd subhastatio sit nulla ex defectu citationis, termini ad reluendum, trium licitatorum, sive oblatorum, & pecuniæ numeratæ Rot. part. 12. recen. decis. 9. n. 10. et seqq. Posth. de subbast. inspect. 23. 24. 37. etc. Altimar. loc. supra cit. a n. 544. et seqq. Crescin. ad Abeccles. obser. 120. part. pr., ubi latè de citatione.

Item est nulla si non præcessit liquidatio debiti, Rot. part. 12. recent. decis. 131. per tot. decis. 307. n. 8. decis. 311. num. 4. Altimar. de nullit. rub. pr. part. 5. quæst. 47. n. 830. tom. 7. Crescin. ad Abeccles obser. 146. n. 7. part. pr.

Item si fiat in bonis alterius quam debitoris etiam pro parte, vel ex defectu citationis, vel ratione excessus, vel læsionis, &c. Rot. d. part. 12. decis. 538. per tot. decis. 322. infra num. 13. Et sic bonorum possessore non citato est nulla Bonden. docum. 64. n. 8. Et expleta contra unum ex duobus possessoribus non citato altero est nulla in totum Ansald. decis. 96. num. 25.

Qualiter autem possit subhastatio salvari, & defendi à nullitate propter excessum, vel non præcedentem liquidationem crediti, vide Rot. p. 13. recent. dec. 395. per tot. De Luc. de Judic. disc. 40. a n. 70. Emerix jun. decis. 1086. n. 29. Abeccles. & Crescin. obser. 146. & 147. part. pr.

Quòd subhastatio legitimè facta in executionem virtute sententiæ captis, non revocetur licèt sententia posteà retractetur ex noviter deductis, nec detur actio ad rem contra emptorem, sed tantùm contra victum ad pretium habitum restituendum, quia non debet tanta solemnitas vitiari, Franch. decis. 660. per tot. & dec. 120. nu. 8. sequitur Rot. p. 9. rec. dec. 272. nu. 2. & seqq. ubi tamen quòd contrarium esset dicendum, si adjudicatio esset nulla, vel facta creditori, tanquam puro, & mero creditori, secus si ut extraneo licitatori, ut supra facit in §. Oblatio num. 6. p. 13. rec. dec. 238. nu. pr. etc. Vide Modern. Add. ad De Franch. loc. cit.

Subhastatio non est necessaria quotiescumque potest in nundinis pretium rei certificari, veluti si agatur de pecunia, frumento, vino, oleo, caseo, & similibus, quia cùm tunc cesset periculum collusionis possunt vendi, vel assignari creditoribus sine dicta solemnitate, licèt esset à statuto requisita pro satisfaciendo creditoribus, nisi tamen ageretur de gemmis, vel aliis rebus pretiosis, in quibus ultrà justum pretium possit cadere affectio, & carius vendi, latè Gratian. discept. forens. cap. 811. num. 9. &c. Posth. de subbast. inspect. 3. nu. 58. &c. & inspect. 7. n. 28. etc. ubi latius. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 37. n. 547. tom. 6. Abeccles. & Crescin. obser. 128. nu. 3. part. pr. 4

Quòd non sit necessaria subhastatio, quando res data in solutum minus valet, quam sit debitum, Paul. in l. à Divo Pio §. Si Pignora de re judic. Seraphin. decis. 984. nu. 5. vide Ridolphin. in prax. part. pr. cap. 15. num. 71. et seqq. ubi facit regulam in venditione, sive adjudicatione pignoris pretorii requiri subhastationem, quam quatuor modis limitat, & declarat.

Subhastatio, vel deliberatio sub hasta non potest fieri præsente pecunia, aliàs esset nulla, l. à Divo Pio §. Sed si emptor, ubi Aret. num. 4. de re jud. Posth. de subbast. inspect. 37. nu. Rot. part. 13. recent. decis. 326. num. 6. ubi etiam de aliis nullitatibus ob non existentiam crediti, & defectum citationis, nisi aliter probetur servari de consuetudine in specie, vel nisi consentiret creditor, ità ut debitor remaneat liberatus, Ludovis. dec. 22. per tot. ubi Beltramin. in Addit. Gratian. discept. forens. cap. 7. num. 6. etc. cap. 131. num. 5. etc. cap. 326. n. 5. etc. num. 14. etc. ubi plura, & quòd non referat an satisfactio fiat cum pecunia, vel alia re, non tamen sufficiat promissio de accollando tot debita, sequitur omnia prædicta idem Ludovis. decision. 28. Durao. decision. 257. num. 10. et seqq. ubi quòd dictus consensus debet intervenire in ipso actu, & non post, & requiritur etiam ille debitoris quando ei debet aliquod residuum restitui, de hac conclusione latè Ridolphin. in prax. p. 1. c. 15. num. 111. et seqq. ad 117. Mangil. de subbast. quæst. 115. Ricc. Collect. 3527. Vide Nicoli. Instit. tit. de rer. division. nu. 93. De Luc. de Judic. disc. 40. nu. 68. Pen. decis. 5112. Captar. decis. 296. a n. 13. part. pr. Ansald. decis. 96. n. 42. Berrachin. vot. 166. Abeccles. & Crescin. obser. 531. part. pr. 5

Quod subhastatio non vitietur, licèt bona plus valeant si illud plus restituatur debitori, vel deponatur, Rot. part. 11. rec. decis. 112. n. 14. etc. p. 18. tom. pr. decis. pr. per tot. ubi quòd etiam residuum relinqui potest penes deliberatarium cum solutione fructuum, ac sustinetur pro fructibus decurrendis, non tamen ut creditori solvantur, sed ut ei tantùm præcaveatur. Abeccles. & Crescin. obser. 146. & 147. part. pr., Vide Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 5. q. 47. n. 838. tom. 7.

Qualiter subhastatio, & deliberatio, facta juxta consuetudinem loci sit valida, etiamsi non fuerint servatæ solemnitates juris communis, veluti citationis, præsentis pecuniæ, trium oblatorum, & hujusmodi, de quibus sup. n. 3. & infra nu. 7. &c. Itaut potius stari debeat dictæ consuetudini, quàm juris dispositioni, & pro illa probanda remissoria concedi, benè Bich. dec. 477. per tot. Vide Altimar. de nullit. rub. pr. part. 4. quæst. 37. num. 547. tom. 6. De Luc. de Judic. disc. 40. nu. 58. Episc. Rocc. cap. 53.

n. 50.

n. 50. part. pr. Abecclef. & Crescin. obser. 128. par. 1.

6 Subhastatio ut sit valida, debet præcedere æstimatio, l. si quos C. de rescind. vend. Roland. cons. 32. n. 33. lib. 1. Afflict. dec. 88. n. 5. &c. Salust. Tiber. in prax. lib. 1. capit. 44. sive agatur de debito privato, sive fiscali, intelligendo si postea ob deficientiam licitatorum, vel oblatorum sit facienda adjudicatio creditori, nam ubi adsunt Licitatores, non est ita necessaria æstimatio, Gratian. discept. for. c. 545. n. 8 11. 23. &c. cap. 7. n. 19. cap. 686. n. 3. c. 706. n. 4. etc. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 15. n. 139. etc. Mangil. de subbast. quæst. 18. Rot. decis. 411. n. 9. part. 5. rec. & post eundem Mangil. dec. 28. num. 8. Ricc. Collect. 4015. Rot. p. 14. rec. dec. 388. n. 9. et seqq. De Luc. de judic. disc. 40. n. 61. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 37. n. 542. tom. 6. Abecclef. & Crescin. obser. 137. obser. 238. et obser. 140. part. 1.

Quoad debitum privatum contrarium tenere Rotam testatur idem Gratian. d. cap. 545. nu. 24. & c. 706. n. 7. licèt ipse in c. 7. n. 20. teneat requiri æstimationem, etiam in debito privato, de quo vide Mangil. d. quæst. 18. n. 9. & seqq. Ridolphin. d. c. 15. n. 145. ubi aliquibus modis illud declarant, Rot. part. 18. rec. dec. 499. n. 5. ubi quòd dicta æstimatio de stylo Rotæ requiritur solum in subhastatione, & adjudicatione pro credito fisci, & exactione publicarum functionum. Vide Altimar. ubi supra Crescin. pariter ubi supra.

Quòd præcedere debeat æstimatio, tam de jure communi, quàm vigore constitutionis Ægidianæ, quando proceditur per viam dationis insolutum, Afflict. dec. 358. quem sequitur Penn. dec. 1371. in Imolen. pecuniaria de Pantaleonibus nu. 8 & 9. ubi tamen declarat non procedere quando agitur per viam oblationis, quasi tunc creditori licitanti, & plus offerenti consignari possint bona sine alia æstimatione, cùm admittatur ad offerendum, sicuti quilibet alius extraneus, ut ibidem, & dixi in §. Creditor n. 12. & loquitur dicta decisio in debito privato, vide latè Post. de subbast. inspect. 47. per tot. ubi quòd regulariter æstimatio non est necessaria in adjudicatione pro debito privato, sed benè pro exactione publicarum functionum, & pro credito fisci.

Quòd adjudicatio fiat creditori tantùm in subsidium, constito quòd in subhastatione non fuit repertus emptor pro certo pretio, aliàs sit nulla, maximè si non præcessit æstimatio, quæ necessariò debet præcedere, Duran. dec. 37. nu. 11. &c. Ridolph. in prax. par. 1. cap. 15. nu. 136. &c. Mangil. de subbast. qu. 154. n. 5. & seqq. Rot. part. 16. rec. decis. 27. n. 5. & seqq. Vide Altimar. de nullit. rubr. 1. q. 5. a n. 259. tom. 3. De Luc. de Empt. disc. 21. n. 6. & disc. 31. n. 6. Crescin. ad Abecclef. obser. 137. a n. 1. & seqq. part. 1.

Quæ adjudicatio potest fieri, etiam creditori invito quando non fuit repertus emptor, vel non obtulit justum pretium, quod dicitur juxtà communem æstimationem, Rot. penes Post. de subbast. dec. 2. per tot. Ridolphin. loc. cit. n. 137. &c. Afflict. dec. 350. n. 5. Seraphin. dec. 1478. n. 1. Gregor. & Beltremin. dec. 12 n. 1. &c Mangil. de subbast. quæst. 160. n. 10. &c. Salust. Tiber. in Prax lib. 1. c. 44. numer. 4. &c. Vide Abecclef. & Crescin. obser. 138. part. 1.

Existimo autem quod dicta æstimatio non sit necessaria, quando aliàs constat de justo rei valore, juxta ea, quæ dixi supra n. 4. nam quando pretium est adeò manifestum, ut non possit intervenire aliqua collusio, vel agitur de modico excessu, sustinetur subhastatio absque præcedente æstimatione, ad tradita per Gratian. discept. forens. cap. 7. n. 22. Mangil. de subbast. q. 18. n. 7. &c. Ridolphin. dict. cap. 15. n. 143. & 144.

Quòd subhastatio, & alia ad perfectam adjudicationem necessaria præsumantur ex spatio, & diuturnitate temporis, Afflict. dec. 178. n. 8. & 368. n. 2. Balduc. de Dot. tit. 4. dec. 6. n. 16. Rocc. Episc. cap. 153. n. 16. libr. 2.

Intelligendo ubi concurrit observantia pacifica, alias secus Seraphin. dec. 984. n. 4. facit quod dixi in §. Solemnitas num. Vide eumdem Episc. Rocc. d. cap. 153. n. 16. lib. 2.

Quòd bona debitoris non debeant viliori, & læsivo pretio subhastari, sed dum non reperitur emptor, qui justo pretio emat, debeant creditori per judicem pro justo pretio adjudicari, aliàs damnum imputetur ipsi creditori, cujus culpa deventum fuit ad subhastationem, & si aliter fieret, possent magnæ committi fraudes in damnum debitoris, Merlin. decis. 565. n. 3. Rot. part. 13. recent. dec. 151. ubi quòd subhastatio de re magni valoris pro parvo credito est ipso jure nulla, & propter malam fidem tenetur emptor, vel creditor imputare fructus in sortem, ex quibus satisfactus tenetur rem restituere etiam per viam manutentionis. Vide Abecclef. & Crescin. observ. 146. & obser. 147. part. 1.

Subhastatio redditur nulla propter terminum ad reluendum omissum, vel non assignatum debitori, ob defectum citationis, & decreti de subhastando, sicut etiam quando procedit à radice infecta ob mandatum relaxatum in majori summa, quam sit debitum, Gratian. discept. for. cap. 739. n. 22. &c. vide in §. Terminus n. 3. Merlin. dec. 24. Rot. part. 17. rec. dec. 371. ubi pro nullitate ex defectu citationis alterius fratris æquale interesse habentis, etiam quoad alium citatum juxta notata in §. Citatio n. 39. ac ex defectu affixionis edictorum, vel non servata forma illorum cum qualitate, quantitate, & specificatione bonorum, loci, & temporis, & non servatione soliti termini ad solvendum. Vide Abecclef. & Crescin. obser. 120. & observat. 128. cum seqq. part. 1. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. qu. 37. a n. 542. & seqq. tom. 6. 7

Quòd ad validitatem subhastationis plura requirantur, & primò, ut constet de vero credito illius, ad cujus instantiam fit; secundò, citatio partis; tertiò, decretum judicis; quartò, mandatum legitimum si fiat ad instantiam procuratoris; quintò, ut fiat præsente pecunia; sextò, ut debitori fuerit assignatus terminus ad reluendum, qui in mobilibus solet esse decem dierum, & in immobilibus 30. vel aliàs juxta consuetudinem locorum, sive arbitrio judicis; septimò, ut præcedant edicta in loco judicii, & bonorum; octavò, ad minus tres oblationes, vel subhastationes; nonò, æstimatio bonorum subhastandorum; decimò, ut servetur forma mandati, & undecimò, præsentia licitantis, ut obligetur ex sua pollicitatione, licèt enim subhastatio fiat ex causa necessaria; non tamen alteratur natura venditionis, & debitor tenetur de evictione, prout hæc omnia latè declarat videndus Ridolphin. in prax. 1. c. 15. n. 92. & seqq. per tot. ubi plures alios allegat, adde Rot. part. 15. rec. dec. 237. & p. 17. dec. 371. in eadem causa. Vide Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 37. n. 542. & pluribus seqq. tom. 6. Abecclef. & Crescin. d. obser. 120. & 128. cum seqq. part. 1.

An autem subhastatio nulla quoad unum possit sustineri quoad alios, Ridolphin. loc. cit num. 151. &c. Ansald. dec. 96. n. 25. & 26.

Si tamen subhastatio fuerit facta juxta tribunalis loci stylum, qui probatur ex fide Curialium, non potest impugnari ex defectu dictorum requisitorum, Posth. de subbast. inspect. 33. n. 6. Rot. part. 16. rec. dec. 169. per tot.

Subhastatio potest rescindi per remedium leg. 2. C. de rescind. vend. ubi adest læsio ultrà dimidiam inspecto valore de tempore factæ subhastationis, & non antè, nec posteà, Grat. discept. for. cap. 823. n. 38. & 39. c. 916. n. 13. &c. vide in §. Læsio, & §. Remedium nu. 36. Dian. part. 1. tract. 8 resol. 55. Mangil. de subbast. quæst. 18. n. 12. Caval. dec. 187. Burat. dec. 275. n. 8. Ridolphin. in prax. par. 1. c. 15. n. 142. Posth. de subbast. inspect. 59. nu. 5. Rot. part 10. rec. dec. 201. n. 6. & part. 12. dec. 138. nu. 18. &c. part. 14. dec. 178. nu. 7. & seqq. ubi quòd sufficit læsio in sexta parte quando fit subhastatio contrà voluntatem domini, licet alias requiratur ultrà dimidiam in venditione voluntaria, & quare, ac de modo facili probandi hujusmodi læsionem; sed dicta decisio fuit revocata dict. part. 14. decis. 270. ubi fuit firmatum, etiam in subhastatione requiri 8

quiri læsionem ultrà dimidiam, juxtà veriorem, & à Rota approbatam opinionem, & non adeò facile esse læsionem probare, Rot. *part.* 15. *decis.* 320. & *part.* 18. *dec.* 268. ubi etiam reprobatur decisio Bichii 609. firmans sufficere læsionem in sexta parte ut supra. Vide Nicoli. *Instit. tit. de Empt. & Vendit. n.* 9. Aponte *de Potestat. Proreg. tit.* 4. *§.* 5. *n.* 6. *& seq* Noguerol. *alleg.* 18. *n.* 21. De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 60. Abecceles. & Crescin. *observ.* 135. *part.* 1.

Quòd in subhastatione non præsumatur læsio, nec probetur valor rei ex locationibus, sed potius ex subhastatione, saltem præsumptivè Rot. *part.* 18. *dec.* 668.

An autem sit licitum rogare amicos volentes emere, ne plus offerant certa quantitate, ad hoc ut rogans consequatur rem pretio infimo, quod secundum illum modum vendendi latius est, videtur negativè respondendum, quia dum alii erant parati plus offerre, impeditur venditor, ne illud plus consequatur, sed imò hoc licitum esse, & attribuendum industriæ emptoris, dummodò tamen re vera pretium sit justum, licèt infimum secundum latitudinem dicti modi, aliàs secùs, Dian. *p.* 2. *tract.* 8. *resol.* 76. *& res.* 55. ubi de latitudine pretii in subhastationibus, vide in §. *Pretium n.* 2. *vers. finem*.

9 Subhastationi si plures offerant, puta unus decem, alter quindecim, & alter viginti, & ultimus oblator, qui plus obtulit, recedat, moriatur, vel aliàs non possit cogi ad solvendum pretium oblatum, an possit cogi secundus, qui obtulit quindecim, & isto etiam deficiente an primus, qui obtulit decem, vel an potius primus remanserit liberatus per oblationem secũdi, & secundus per oblationem tertii & sic deinceps, dic quòd primi non remanent liberati, nisi subsequentes sint idonei, & conveniri possint juribus, & rationibus allegatis per Bald. *cons. incip. Modus, & forma dotiorum in Civitate Anconæ, &c.* Bart. *in l. licitatio ff. de public. & vectig.* Jodoc. Damhouder. *tract. de subhast. cap.* 4. *n.* 8. *& seqq. & cap.* 3. *nu.* 26. ubi citat Bald. contrarium tenentem, ex quo prima venditio non erat perfecta, sed stabat in suspenso donec plus offeretur ab alio, & Castr. *in d. l. Licitatio*, limitantem, quando adhuc non fuerat adjudicata secundo, vide latè Boer. *dec.* 248. *per tot* Gutierez. *de Gabellis quæst.* 134. *per tot.* Card. Tusch. *litt. S conclus.* 715. *per tot.* Marcian. *disput. for. cap.* 91. *per tot.* dixi in Pract. *§. Oblatori n.* 3. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 7. *art.* 2. *nu.* 18. *in Addit.* ubi quòd primus non liberatur, & latè Constantin. Catar. *Specul. Peregr. qq. quæst.* 37. 38. & 39. ubi plura de restitutione in integrum in hac materia Cabal. *cons.* 130. *per tot. lib. primo* vide *in §. Oblatio n.* 15. Amaiam *in l.* 1. *Cad. de fide, & jur. hast. fiscal. lib.* 10. *n.* 18. 39. *& seqq.* Phœb. *decis.* 536. *par.* 2.

Quando offerens est minor, cùm non possit obligari sine certis solemnitatibus, non potest compelli ad recipiendum bona, & ad pretium oblatum solvendum, Pie. *ad Stat. Urb. gl.* 7. *in Addit. n.* 321. *&c.* Posth. *de subhast. inspect.* 34. *n.* 127.

Si alius eum superet potest in integrum restitui, & recuperare quòd neglexerit, modò sua intersit, & simul persolvat excessum sive adjectionem, quam alter emptor fecit *l. si in emptione* 35. ut refert Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *res.* 57. *vers. secunda*.

Qualiter licitator sive oblator suppositius à debitore ad impediendam adjudicationem sit per judicem expellendus, licet faceret maiorem oblationem, si posteà latitet, & non compareat ad solvendum, Grat. *discept. for. cap.* 321. *n.* 19. *&c.*

Quòd sequuta oblatione plus offerentis dicatur statim perfecta venditio, itaut fructus pendentes ex tunc pertineant ad emptorem, & offerentem, latè Ger. Spin *cons.* 32. vide *in §. Fructus n.* Abecceles. & Crescin. *obser.* 130. *part.* 1.

An admittatur oblatio incerta, & relativa, putà offerendo decem ultrà quascumque summas ab aliis oblatas, vel offerendas dixi in *§. Oblatio n.* 15. ubi quòd non. Abecceles. *obser.* 130. *part.* 1. ubi Crescin. *in annot.* citat Domin. Sabell. *in d. §. Oblatio n.* 15.

Subhastatio solet quandoque fieri cum propositione præmii, sive lucri dandi plus offerenti pro aliqua rata illius majoris summæ oblatæ; istud tamen lucrum non debetetur quando offerens deficeret in dando fidejussores, nisi alteri remaneret incantus, etiam minus offerenti, quo casu plus offerens, & deficiens amitteret tantùm ultimum lucrum, & non primum factum antequam ab alio superaretur, amitteret autem omnia si sit deveniendum ad novam subhastationem ob defectum omnium oblatorum, & alia ad hoc propositum, de quibus maximè standum est consuetudini, Gutierez *tract. de Gabell. quæst.* 152. *&c.* latè Larrea *cum pluribus citatis Alleg. fisc.* 29. *per tot.* ubi quando dicta præmia debeantur nec ne, Catleval. *de judic. tit.* 1. *disp.* 8. *per tot. fol.* 303. *&c.* 10

Quòd si ad alliciendum oblatores, falsò, & scienter per subhastatores asseratur, inveniri majus pretium, quam verè sit oblatum vel per eosdem submitterentur, sive supponerentur oblatores, sint puniendi ipsi subhastatores propter hujusmodi fraudem adhibitam de crimine stellionatus arbitrio judicis, & ipsis oblatoribus veris defalcari pro rata quicquid plus obtulerint ratione hujusmodi falsæ assertionis, Gutierez. *de Gabell. q.* 147. *per tot.*

Qualiter autem ob defectum primi conductoris sit facienda nova locatio, & subhastatio periculo primi Gabellarii, vel conductoris, & an sicuti ad eum spectat damnum si minus inveniatur, ita etiam ad eundem spectet lucrum si pro majori summa locetur, latè Larrea *Alleg. fisc.* 33. *per tot.*

Subhastatione jam perfecta, & facta deliberatione rei subhastatæ plus offerenti in extinctione candelæ prout de more servatur, si posteà superveniat novus oblator plus offerens, an sit admittendus, & audiendus, videtur dicendum quod non, quia transactis terminis incantus, & extincta candela, sicuti oblator remanet obligatus, & non potest pœnitere, ità etiam videtur dicendum in subhastatore, ut non possit ad alios incantus procedere in præjudicium illius, cui primò tanquam plus offerenti fuit facta deliberatio in extinctione candelæ, cùm contractus dicatur jam perfectus, nisi agatur de venditione rei fisci, Reipublicæ, Ecclesiæ, vel minoris, nam isti privilegiati, si fuerint læsi, possunt mediante beneficio restitutionis in integrum petere fieri novos incantus, in quibus tamen pro pari summa, semper esset præferendus primus oblator, cui fuit facta deliberatio, si iterùm vellet offerre, unde Fontanel. *dec.* 519. & 520. Arias de Mesa *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *per tot.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 34. *& seqq.* Thor. *Compend. dec. Neap. verb. Oblatio,* Capyc. & Masul. *in Addit. dec.* 36. *n.* 5. *&c.* Card. Tusch. *litt. O. conclus.* 81. *nu.* 2. *in fine litt. S. conclus.* 715. *n.* 9. *&c.* Cabal. *cons. dec.* 530. *n.* 11. *& seqq. lib.* 1. Ricc. *Collect. dec.* 1716. ubi adducit alias limitationes, veluti si agatur de interesse creditorum, vel stante læsione in sexta parte, &c. Thor. *in Compend. dec. Neap. verb. Oblatio,* Francisc. Anton. Tranchedin. *Consult.* 68. *per tot.* Anton. Amat. *Var. resol. cap.* 38. *nu.* 3. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 12. *per tot.* ubi latè probat in concursu creditorum limitari supradictam regulam, & novum oblatorem meliorem conditionem facientem admitti, etiam post perfectam subhastationem, & candelam extinctam, Didac. Marci in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 5. *n.* 12. *& seqq.* Sanfelic. *dec.* 103. *& dec.* 332. *in Addit. ad vers. verum dubitatur,* Caphar. *supracit. quæst.* 37. 38. & 39. dixi in Pract. §. *Oblatori nu.* 6. Dian. *par.* 9. *tract.* 8. *resol.* 57. *vers.* 3. Ridolphin. *in Prax par.* 1. *c.* 15. *n.* 123. *& seqq.* ubi quòd quando supervenerit novus oblator plus offerens non debet ei fieri deliberatio, nisi prius intimato eo, qui antea licitando vicerat, ut possit iterum si velit plus offerre, & alia de stylo Curiæ, adde Francisc de Amaya *in l.* 3. *C. de fide, & jur. has. fisc. lib.* 10. *n.* 26. *& seqq. fol. mihi* 56. latè Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. de neg. quæst.* 20. *per tot.* Ganaver. *cons.* 2. *per tot. post. ejusdem decis.* 11

Qualiter offerens ad incantum, vel hastam remaneat

neat obligatus rebus ſic ſtantibus, ſecùs autem variato ſtatu bonorum, ut ſi erant plura capita pro unico pretio in conſuſo, & aliqua ſubhaſtantur, quia tunc eſt in electione oblatoris an velit alia, Tuſch. *litt. O. concluſ. 81. per tot.*

Quòd major oblator in ſubhaſtatione remaneat obligatus, ac teneatur emere, & pretium ſolvere, nec ſit locus pœnitentiæ, etiam de conſenſu creditorum poſt completam deliberationem, cùm ſit etiam quæſitum jus debitori pro reſiduo pretii, quicquid ſecus ſit ante completam deliberationem, cùm tunc agatur de ſolo intereſſe creditorum, qui poſſunt illi renunciare, & alia, Duean. *dec.* 445. Poſthum. *de ſubbaſt. Inſpect.* 66. *nu.* 13. *&c.* Mangil. *cod. tract. qu.* 71. *n.* 1. *& ſeqq.* Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 12. *n.* 7. *& ſeqq. & dec.* 110. *in eadem cauſa*, ubi fuit confirmata prima deciſio, & quòd poteſt etiam coerctionibus perſonalibus adſtringi, & alia plura. Jov. *de ſolemnit. gloſſ.* 25. §. 5. *n.* 9. *& 91. part.* 2. Abeccleſ. & Creſcen. *obſer.* 131. *circa finem part.* 1.

12 Subhaſtationi ſi plures offerant idem pretium eodem temporis momento, quo tempus vel candela expirat, vel ſi ex multitudine licitantium non poſſit diſcerni quis fuerit ultimus, & plus offerens, quid agendum? varii varia dicunt, putantes aliqui locum eſſe gratificationi, alii diviſioni, alii arbitrio judicis, alii creditori majoris quantitatis, alii primo conductori, alii cognationi, & hujuſmodi juxta qualitatem caſuum; ſed juſtius eſſe videtur novam facere ſubhaſtationem, ad tradita per Ant. Nigr. *ſubbaſtat p.* 1. *c.* 7. §. 9. *p r tot. fol.* 72. facit quod dixi in §. *Bravium n.* 1.

Subbaſtatio, & deliberatio quando fuit nulla, non privantur poſſeſſores ſua poſſeſſione per factum judicis nulliter, & injuſtè procedentis, ſed ſunt manutenendi, veluti quando deliberatio fuit facta pro minori pretio, quàm antea fuerit oblatum in majori quantitate, cùm non ſit locus pœnitentiæ in præjudicium debitorum, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 296. *per totum* Bich. *deciſ.* 22. Rot. *part.* 17. *deciſ.* 251. *ſupra n.* 6. *in fine*.

Et ſtante nullitate ſubhaſtationis, nullum transfertur dominium in emptorem, nec cauſa acquiſitionis fructuum, ſed ſunt reſtituendi, Poſth. *de ſubbaſt inſpect.* 53. *n.* 65. Rot. *poſt eum dec.* 100. *nu.* 9. *& ſeqq. part.* 5. *rec. dec.* 421 *n.* 26. *& par.* 13. *dec.* 326 *n.* 1. *& ſeqq. & part.* 17. *dec.* 151 Jov. *de ſolemnit. gloſſ.* 25. §. 5. *nu.* 144. Creſcen. ad Abeccleſ. *obſer.* 164. *n.* 7. *cum ſeqq. part.* 1.

Ex quibus autem cauſis reddatur nulla ſubhaſtatio, vide *ſup. n.* 3. &c. Ludov. cum Beltr. *dec.* 319. ubi de nullitate ex defectu citationis, quæ ſuffragatur etiā citatis ratione individuitatis; ratione exceſſus, & non præſentis pecuniæ, & alia, Bich. *dec.* 22. ubi de nullitate ratione exceſſus in ſubhaſtando pluſquā fuerat in executione conceſſum, & defectus citationis debitoris, in nova oblatione poſt terminum re integra factæ neceſſariæ quando debitor ex ea læditur, vel lædi poteſt, quicquid ſecus ſit quoad citationem ceſſante læſione. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæſt.* 37. *a n.* 542. *tom.* 6. Abeccleſ. & Creſcen. *obſer.* 120. *& obſer.* 128. *cum ſeqq. part. pr.*

Si tamen ſubbaſtatio non ſit notoriè nulla, vel læſiva in duabus ex tribus partibus veri valoris rei ſubhaſtatæ, non poteſt reſcindi reintegrationis remedio extraordinario, ſed tantùm remedio ordinario, *l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* ut benè diſtinguit Cagnol. *in dict. l.* 2. *n.* 81. & Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 237. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi examinat, ac rejicit plures nullitates; *& par.* 17. *dec.* 151. ubi pro nullitate, & imputatione fructuum in ſortem propter malam fidem reſultantem ex enormiſſima læſione ultrà dimidiam, ità ut ſatisfacto creditore ex fructibus detur manutentio debitori adverſus deliberationem nullam, *& d. p.* 17. *dec.* 371. ubi fuerunt approbatæ nullitates, quæ in eadem cauſa fuerant rejectæ *dict. part.* 15. *dec.* 237. & aliis ſtantibus conceſſa reintegratio domino in bonis ſubhaſtatis, quæ ſemper dari ſolet ad favorem ſpoliati ob adjudicationem nulliter paſſam. Creſcen. ad Abeccleſ. *obſer.* 135. *n.* 11. *part.* 1.

14 De ſubhaſtatione aliqua Bertachin. *Repertor. verb. Subbaſtatio*, plura Hermoſill. *ad leg. partit. leg.* 52. *gloſſ.* 7. *per tot. fol. mihi* 699. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 2. 4. 12. *&c.* Jul. Capon. *tom.* 3. *diſcept.* 144. Alin. plenè *tract. de execut.* Betlich. *par.* 2. *concl.* 81. Jo. Anton. ab Eccleſ. *p. pr. obſer.* 120. *cum pluribus ſeqq.* Mangil. *tract. de ſubbaſt.* Ant. Nigr. *eod. tract. per tot.* aliique plures citati à Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Subbaſtatio*, & Com. Aug. Fontan. *Biblioth. leg. p.* 5. *eod. verb. fol.* 664. De omnibus contentis in hoc §. latè tractat Jovius *de ſolemnit. gloſſ.* 25. §. 5. *per tot. tom.* 2. Card. De Luc. *in indic. gener.* Altimar. Rocc. Bertachin. Anſald. Emerix Caprar. Manſ. Palm. Creſcen. & alii moderni.

Qualiter ſubhaſtatio poſſit reſcindi propter læſionem, & ex quibus læſio probetur, plenè Andreol. *controv.* 390. *per tot.* & vide in §. *Remedium n.* 34. *& ſeqq.*

15 Subbaſtatio quando ſit valida ſine præcedenti æſtimatione, & tribus Oblatoribus. Ridolphin. *in prax. Judic. part pr. cap.* 15. *nu.* 136. *&* 137. Rot. *deciſ.* 388. *num.* 8. *&* 9. *part.* 14. *recent.* Bertachin. *Vot.* 166. *n.* 6.

16 Pecunia non ſubhaſtatur, ſed adjudicatur. Creſcen. ad Ab Eccleſ. *obſer.* 128. *n.* 6. *part. pr*, Amplia ut per eumdem Creſcen. ad Ab Eccleſ. *ibid. n.* 7.

17 Si prædia ſint plura ſub haſta alienanda, an ſeparatim, vel ſimul debeant ſubhaſtari. Creſcen. ad Ab Eccleſ. *obſer.* 133. *n.* 5. *part. pr.*

18 Hoc licitationis remedium eſt Creditoribus magis proficuum, & utilius, quam ſi accipiant in ſolutum ſibi ipſis, vel ſibi res adjudicentur. Mangil. *de ſubbaſt. q.* 58. *n.* 3. Poſth. *eod. tract. inſp.* 95. *num.* 26. Rot. *dec.* 388. *n.* 14. *part.* 14. *rec.* Creſcen. ad Ab Eccleſ. *obſer.* 137. *n.* 7. *part. pr.*

19 Subhaſtatio debet fieri humanitèr cum minori jactura Debitoris, quam fieri poſſit. Galeſ. *de oblig. Camer. q* 37. *n.* 29 Creſcen. ad Ab Eccl. *obſer.* 133. *n.* 6. *part. pr.* Pro parvo debito ſubhaſtari debet res minus damnoſa debitori. Creſcen. *ibid. n.* 7.

Diſtractio pignoris magni valoris non debet fieri, quando adſunt alia minora. Creſcen. ad Ab Eccleſ. *obſer.* 146 *n. pr. part. pr.* Et ſubhaſtatio rei magni valoris non poteſt fieri pro parvo credito. Idem Creſcen. *loc cit. obſer.* 133. *n.* 8. *p. pr.*

20 Dominium transfertur in Deliberatariū per ſolam actualem deliberationem Mangil. *de ſubbaſt. q.* 26. *n.* 25. Poſth. *eod. tract. inſpect.* 24. *nu.* 122. Emerix Jun *dec.* 1045. *n.* 10.

21 Subhaſtatio fieri poteſt ad inſtantiam Creditoris immiſſi in Salviano, ſi ex fructibus rei non poteſt intra decennium ſatisfieri. Mangil. *de ſubbaſt. q.* 126. *n.* 14. Rot. *dec.* 161. *n.* 15. *part.* 6. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 9. *n.* 1. Obtenta tamen prius Commiſſione Sanctiſſimi. Emerix Jun. *dec.* 737. *num.* 11. Illi non eſt locus ſi creditum effectum fuit illiquidum ex perceptione fructuum. Emerix Jun. *dec.* 11. *n.* 4.

Et quod de conſuetudine bonæ ſubhaſtentur etiam in Salviano, obtenta tamen prius licentia Principis, & de modo, & forma ſupplicandi pro dicta licentia Abeccleſ. & Creſcen. *obſervat.* 137. *a n.* 10. *part.* 1.

22 Nullitas ſubhaſtationis ex lapſu temporis cenſetur remiſſa. Emerix Jun. *dec.* 61. *n.* 4. Allegari non poteſt ab eo, qui recepit reſiduum pretii bonorum deliberatorum Emerix Jun. *dec.* 547. *n.* 9. Neque ab eo, qui ſucceſſivè cum Deliberatario tranſegit Emerix Jun. *d. dec.* 547. *n.* 10. *&* 11. Quanto tempore præſcribatur *dec.* 1135. *n.* 1.

23 Officiali non creditur reſtanti ſubhaſtationem fuiſſe factam cum debitis ſolemnitatibus. Emerix Jun. *dec.* 781. *n.* 5 *& dec.* 1045. *n.* 4. Declara procedere in atteſtatione ſolemnitatum non ſpectantium ad munus Officialis atteſtantis, ſecus ſi illæ ſpectant ad illius munus. Emerix Jun. *d. dec.* 1045. *n.* 5. *&* 6.

24 Poſſidens ex primo decreto Judicis ſubhaſtationis ſuperveniente novo titulo deliberationis cenſetur mutaſſe cauſam poſſidendi etiam abſque declaratione. Rot. *dec.* 143. *n.* 2. *& ſeqq. part.* 2. *diverſ.* Emerix Jun. *cit. dec.* 1045. *n.* 9.

25 Subhaſtatio præſumitur benè, & legitimè facta donec contrarium concludentèr probetur. Emerix Jun. *dec.*

dec. 141. *n. pr.* Et præsumitur valida Episc. Rocc. *cap.* 141. *sub n. pr. lib.* 2.

26 Subhastatio redigi debet in scriptis, & per scripturam probari. Mangil. *de subbast. q.* 22. *n.* 1. *et per tot.* Olasch. *dec.* 172. *sub num.* 2. Emerix Jun. *decis.* 782. *n.* 6.

27 Tempus præfixum in edictis subhastationis est continuum, non utile. Posth. *de subbast. inspect.* 17. *n.* 156. Emerix Jun. *dec.* 1045. *n.* 3.

28 Subhastatio dicitur actus voluntarius, utpote originem trahens à facto voluntario debitoris. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 16. *n.* 24.

29 In Subhastatione non omnis major oblatio est attendenda. Posth. *de subbast. insp.* 35. *n.* 142. *& seq.* Card. De Luc. *de Emph. disc.* 73. *n.* 5.

30 Oblatio quam deliberatarius faciat restituendi bona quid operetur. Card. De Luc. *de Empt. disc.* 54. *num.* 21.

31 Ille qui indebitam passus est subhastationem non vindicat bona à tertio, sed solum agit contra indebitum creditorem. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 177. *n.* 22. *de Empt. disc.* 54. *n.* 19. *de Judic. disc.* 40. *n.* 72. An autem ab isto petat etiam usuras, vel damna, & interesse Card. De Luc. *de Dot. dict. disc.* 177. *n.* 13. *de Empt. d. disc.* 54. *n.* 19 Et quid veniat sub nomine damnorum, & interesse. Idem Card. De Luc. *d. disc.* 177. *n.* 24. Quid ubi ipsemet creditor esset licitator. Idem Card. De Luc. *de Empt. d. disc.* 54. *n.* 19. *de Judic. disc.* 40. *n.* 72. *vers. Benè verum.*

32 Non subhastantur bona possessa per creditorem anteriorem, si eorum valor non superat creditum. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 200. *n.* 21.

33 Creditores, quibus liberandum est pretium, cavere debent de restituendo in casu evictionis, & molestiarum. Card. De Luc. *de Empt. disc.* 54. *n.* 16.

34 Congregatio Reformationis Tribunalium quid providerit in ordine ad subhastationem, & deliberationem. Card. De Luc. *de Judic. in Alleg. num.* 60. ubi registrantur ejus decreta.

35 Subhastatio an requiratur in approbatione, quæ fit hæredi Card. De Luc. *de Hæred. disc.* 28. *ex num.* 20. *&* 11.

36 Subhastatio locorum montium non operatur eorumdem libertatem, nisi interveniat authoritas Officialium deputatorum. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 27. *n.* 3. *disc.* 29. *n.* 5. *disc.* 39. *n.* 2.

37 Subhastatio nova ad instantiam Creditoris anterioris quando permittenda non sit. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 54. *sub n.* 12.

38 Subhastatio nulla si fuerit, quando adhuc competat retentio Rot. *dec.* 208. *part.* 9. *rec.* & coram Cavill. *dec.* 172. *in fin.* Card. De Luc. *de Cred. disc.* 112. *n.* 20. *&* 21.

39 Judex vendere dicitur nomine debitoris, quem obligat ad evictionem Card. De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 67.

40 Subhastatio an probet justum valorem. Card. De Luc. *de Jud. dict. disc.* 40. *n.* 65. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 47. *n.* 792. *tom.* 7.

41 Mandatum de subhastando quando possit expediri pro fructibus decurrendis. Rot. *dec. pr. n.* 2. *usq. ad* 8. *& signantèr n.* 7. *part.* 18. *rec.* Genc. *de Cens. quæst.* 98. *n.* 11. *vers. Quæ conclusio.* Bertachin. *Vot.* 55. *n.* 29.

42 Creditor in executione quando possit variare etiam post subhastationem inceptam, sed non consumptam. Thesaur. *quæst. forens. lib. pr. q.* 7. *sub n.* 6. *vers. cum iste casus in fin.* Rot. coram Cerr. *dec* 927. *n.* 2. Bertachin. *Vot.* 2. *n.* 6. *&* 7.

43 Deliberatio facta non præsente pecunia est nulla Rot. *dec.* 9. *n.* 15. *part.* 12. *& dec.* 289. *n* 21. *part.* 13. *rec.* Bertachin. *Vot.* 166. *n. pr.* Amplia etiam si appareret factum depositum monetæ post deliberationem. Bertachin. *dict. Vot.* 166. *n.* 2. Amplia etiamsi superveniret consensus Creditoris. Bertachin. *ibid. dict. num.* 2.

Subhastatio substinetur etiam non præsente pecunia prævia consignatione ordinis, seu cedulæ, & quando. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 73. *de Cred. disc.* 126. *de Judic. disc.* 40. *n.* 68. Bertachin. *d. vot.* 166. *n.* 3.

44 In subhastatione oblatio conditionalis non est admittenda in debito puro Rocc. Episc. *cap.* 253. *num.* 38. Crescin. ad Abeoclef. *obser.* 130. *n.* 4. *part. pr.*

Subhastatio & deliberatio expleta contra unum ex duobus fratribus, vel possessoribus non citato altero fratre, vel compossessore est nulla quoad utrumque. Rot. *dec.* 371. *nu.* 1. *& seq. part.* 17. *rec.* & cor. Cerr. *dec.* 576. *n.* 4. *& dec.* 594. *n. pr.* Ansald. *dec.* 96. *n.* 25. *part.* 2. 45

§. SUBROGATIO. XXXIII.

Subrogatio non potest fieri, nec admittitur ubi est electa industria personæ; Gratian. *discept. for. cap.* 978. *n.* 13. vide in §. *Industria n.* 1

Quòd subrogare volens aliquem in locum suum debeat eligere sibi æqualem conditione, moribus, & scientia, Jas. *§. Fuerat n.* 8. *Instit. de act.* ubi plura.

Subrogatus in locum alterius debet esse ejusdem 2
juris, & conditionis illius, in cujus locum subrogatur, & talis, qui aliàs à principio potuisset eligi ad hujusmodi officium, aliàs subrogatio esset nulla, & quicquid gestum fuerit per subrogatum, Jas. *in d. §. Fuerat n.* 7. Gratian. *discept. for. cap.* 801. *nu.* 5. *&c.* Tusch. *litt. S. concl.* 757 *per tot.* Gabr. *de re. jur. concl.* 2. Ludov. *dec.* 115. *n.* 3. Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. subrogatio*, ubi & alia remissivè.

Quòd substitutus in Officio dicatur officialis ordinarius, gaudeat iisdem immunitatibus, & possit continuare officium, etiam postea bannito, vel excommunicato substituente, Paul. Christin. *dec.* 26. *num.* 18. *&c. vol.* 5.

An, & quando substituens teneatur de culpa substituti, ejusque defectu, & alia ad propositum, idem Christin. *dec.* 123. *nu.* 19. *&c. vol.* 5. Seraph. *decis.* 527. benè Ludovis. *dec.* 233. *per tot.* Rot. *par.* 4. *rec. dec.* 379. *n.* 1. *&c.* vide *in §. Officia num.* 8.

Subrogatus à testatore in locum illius, cui usumfructum reliquerat, dicitur simplex usufructuarius, 3
licèt adjecta fuerit prohibitio, vel facultas alienandi, quæ solùm importat etiam proprietatem, ut dixi in §. *Usufructus n.* quia est attendenda voluntas testatoris, quotiescumque de illa appareat, Gratian. *discept. for. cap.* 216. *n.* 27. *&c.*

Quòd subrogatus nil consequatur, nisi constito de juribus illius, in cujus locum subrogatur, Grat. *discept. for. cap.* 780. *n.* 6. *&* 13.

Subrogatus, sive subrogatum sapit naturam, & 4
omnes qualitates illius, in cujus locum subrogatur, Jason. *in §. Fuerat nu.* 4. *&c. Instit. de act.* Rot. *in Noviss. par.* 5. *dec.* 358. *n.* 7. *dec.* 128. *num.* 21. Gratian. *discept. for. cap.* 989. *n.* 22. *cap.* 491. *num.* 13. *cap.* 557. *n.* 60. *cap.* 700. *n.* 26. *cap.* 706. *n.* 67. *cap.* 719. *n.* 9. *cap.* 765. *n.* 36. *&* 63. *cap.* 624. *per tot. c.* 808. *cap.* 984. *n.* 33. Magon. *dec. Florent.* 35. *n* 23. *&c.* benè declarat Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 213. *per tot.* vide *in §. Quantitas num.* Tusch. *litt. S. conclus.* 757. *per tot.* Merlin. *dec.* 445. Ricc. *Collect.* 2967. Nicol. *Instit. tit. de Action. n.* 317. Altimar. *de null. rubr.* 8. *quæst.* 8. *n.* 2, *&* 5. *tom.* 1. Flores de Mena *var. libr.* 1. *qu.* 20. Simon Vaz. *Axiom. Jur. litt. S. n.* 58. Crescin. ad Pen. *dec.* 168.

Quòd res subrogata habeat privilegia rei in cujus locum subrogatur, Altograd. *consil.* 16. *n.* 31. *lib.* 2. Merlin. *loc cit. & dec.* 607. *n.* 7. *&c.* ubi quod persona subrogata dicitur eadem cum prima, & gaudet omnibus illius privilegiis, *infra n.* 7. Pen. *dec.* 314. Spad. *cons.* 78. *n.* 10. *vol.* 2. Othob. *dec.* 22. *n.* 3. *et* 24.

Limita dictam conclusionem, si in subrogato deficiat qualitas, quæ aderat in subrogante, Gratian. *discept. for. cap.* 848. *n.* 28. *etc.* Sperel. *dec.* 135. *nu.* 96. *etc.* Episc. Rocc. *cap.* 76. *n.* 13. Valenzuol. *cons.* 63. *n.* 178. Crescin. *loc. cit.*

Item limita quando subrogatio fit ad quid diversum, & maximè si agatur de repetitione qualitatis, & oneris odiosa, Magon. *d. dec.* 35. *n.* 28. *etc.* Sperel. *d. dec.* 135. *n.* 96. Episc. Rocc. *loc. cit.* De Luc. *de Benefic. disc.* 88. *n.* 8. Crescin. *loc. cit.*

Subrogatio bonorum in locum fideicommissi quan- 5
do dicatur facta, vel non à gravato, qui aliena-

vit

Digitized by Google

vit bona fidaicommissi, & ex pretio emit alia bona, ita ut emptà veniant in restitutione tanquam subrogata in locum alienatorum, latè Tusch. litt. S. conclus. 758. per tot. vide in §. Bona n. 27. Merlin. dec. 428. Rot. part. 13. rec. dec. 66. num. 2. et seqq. par. 14. dec. 217. nu. 6. et seqq. et p. 18. dec. 241. per tot. et dec. 545. n. 2. etc. Calderon. resol. 40. a n. 49. et seqq. et resol. 100. a n. 28.

Quòd bona subrogata sint obnoxia eisdem obligationibus, quibus erant obnoxia bona, in quorum locum fuerunt subrogata, Gregor dec. 60. num. 1. Burat. dec. 913. n. 9. Gratian. discept. for. c. 943. n. 8. et seqq. Rot. part. 11. rec. dec. 4. n. 2. ubi quoad hypothecam, & immissionem ex Salviano. Rot. coram Ansald. dec. 80. n. 25., et 26. Rocc. Ep. cap. 227. n. 29. lib. 2.

Quòd dicta subrogatio fideicommissi debeat esse expressa, & ex causa necessitatis, vel majoris utilitatis, & sine læsione fidecommissariorum, & alterius eam licentia Principis, Bich. dec. 62. nu. 8. et seqq. vel de voluntate partium, idem Bich. dec. 260. n. 7. Vide Emerix jun. dec. 1160. a n. 1.

Quòd non sustineatur sine consensu omnium vocatorum, Rot. part. 15. rec. dec. 40. n. 2. et decis. 41. n. 4.

6 Subrogatus gratiosè in beneficio, ut possit obtinere immissionem debet tria probare, nempè litem super titulo beneficii, Clericatum, & obitum possessoris, in cujus locum petit subrogari, & qualiter ista probentur, Ludovis. cum Beltramin. dec. 307. et 335. Rot. in Messanen. Archipresbyteratus 29. Aprilis 1641. coram Cerro in recent par. 9. vol. 1. dec. 17. per tot. dec. 42. n. 8. et seqq. et dec. 244. d. part. 9. ubi quòd debet illi adjudicari beneficium, licèt alius possideat, si de titulo sufficienti non doceat, et dec. 259. n. 3. et n. 14. et seqq. d. part. 9. et dec. 305. per tot. eadem pag. 9. et dec. 371. d. par. 9. et dec. 468. ac alibi sæpè, & præcipuè part. 10. recent. dec. 164. 167. et part. 11. dec. 80. dec. 335. part. 12. dec. 89. per tot. et dec. 177. ubi an dictus subrogatus sit aliis præferendus, et dec. 277. et decis. 365. ubi quæ sint probanda, & an procedat in beneficiis unitis, et part. 13. dec. 104. et dec. 254. et 405. et par. 16. dec. 174. per tot. et decis. 217. d. part. 16. et part. 18. dec. 719. per tot. ubi plura de multiplici subrogationum genere, & de subrogatione gratiosa, illiusque requisitis; Rot. part. 19. dec. 281. Rot. coram Ansald. dec. 18. per tot. Plura circa hanc materiam vide apud De Luc. in Indic. gener. Mantiss. ad eumd. Emerix Caprar. Lott. Piton. Crescin. ad Pen. & alios modernos, & infra in novissim. addit. ejusd. Crescin.

Item si velit admitti vigore subrogationis gratiosæ à Papa obtentæ, contrà provisum ab Ordinario Cardinali vigore indulti, eò quia beneficium sit duplici reservatione affectum, quo casu indultum Cardinalis non suffragatur, qualiter teneatur dictam duplicem reservationem probare, latè Rot. part. 9. recent. dec. 350. per tot. ubi agebatur de reservatione, ex causa Protonotariatus, & Collectoris, sive Subcollectoris, & quomodo utrumque possit, & debeat probari ad dictum effectum, vide in §. Indultum n. 7. & §. Beneficium n. 24.

Qualiter subrogatus gratiosè possit absque vitio attentatorum, etiam lite pendente capere possessionem beneficii propria auctoritate, (quicquid secùs sit in subrogato in forma rigorosa, & quare) sive sit vacans, sive plena, & ab alio occupata titulo collationis habitæ ab alio inferiori collatore, ipso etiam possessore non citato, dummodò tamen illius possessio sit improba, infecta, & notoriè attentata, quia tunc perindè est ac si possessio esset vacua, secùs autem si prima possessio esset ritè, & rectè capta, vide Put. dec. 208. lib. 1. Modeh. dec. 11. ut lit. pendeat. Rot. p. 9. recent. dec. 429. & plenius part. 10. dec. 57. per tot. vide in §. Possessio n. 8. etc.

Alia plura in dicta materia subrogationis in beneficialibus, Rot. par. 11. rec. dec. 124. per tot. & decis. 191. per tot. ac alibi in supracit. dec. & par. 13. dec. 307. per tot. & dec. 322. per tot. & dec. 367. p. 15. dec. 291. p. 16. decis. 174. per tot. & decis. 217.

Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 13. Rot. par. 18. rec. dec. 165. & 719. per tot. Rot. rec. par. 19. tom. 2. dec. 532. 655. 670. & 678. De Luc. Mantiss. ad eumd. Emerix Caprar. Lotter. Piton. Crescin. ubi supra Et infra in noviss. addit. ejusd. Crescin.

Quòd regula de subrogandis collitigantibus non habeat locum in jure patronatu, & quare, latè Martha vot. Pis. 74. per tot. sed vide Rot. par. 16. rec. dec. 174. ubi quod præsentatio facta à patronis pendente lite super titulo beneficii dicitur attentata, ac ideò præfertur gratiosè subrogatus docens de debitis requisitis, ut supra, cùm innitatur magis justitiæ, quàm gratiæ.

Qualiter subrogatio debeat dari collitiganti in beneficio, nisi lis fuerit calumniosa, ex quibus adhuc effectum inducatur lis, & calumnia excludatur, Ludovis. dec. 27. per tot. cum Beltramin. & dec. 305. n. 6. & 335. n. 3. & seqq. Rot. part. 18. rec. dec. 417. per tot. ubi plura, & dec. 627. per tot. Rot. coram Ansald. dec. 4. per tot.

An, & quando debeatur immissio vigore subrogationis gratiosæ, & alia ad rem, idem Ludovis. cum Beltramin. dec. 306. et 307. et dec. 335. per tot. Bich. dec. 198. 405. 545. per tot. Rot. p. 16. recent. dec. 174. et 217. per tot. et p. 17. dec. 91. ubi reprobatur Beltram. ad d. dec. 305.

An verò subrogatus supià in beneficio litigioso amittat jus prosequendi litem quoad fructus decursos, latè Francea var. resol. cap. 5. per tot. ubi quòd non ex pluribus.

Quòd fructus beneficii sequestrati debeantur gratiosè subrogato, Rot. part. 19. rec. dec. 289.

Subrogatio non tribuit subrogato exemptionem, nisi docto de exemptione illius, in cujus locum subrogatur, & debet esse expressa, & facta ab homine non transfert in subrogatum privilegia principalis, Rimin. jun. cons. 18. n. 88. Girond. de privil. num. 313. Rot. penes Posth. de manutent. dec. 152. nu. 9. et part. 3. rec. dec. 95. n. 5. part. 4. dec. 402. nu. 1. et par. 10. dec. 333. n. 35. et 36. ubi de bonis subrogatis in locum aliorum bonorum a decimis exemptorum, an sint & ipsa exempta, & concludit ut supra. 7

An autem, & quando privilegia, & jura antiquorum Abbatum, & Monachorum, transeant in alios in illorum locum subrogatos, sive principaliter institutos, vel non, & quid si in suppressione, & nova erectione Pontifex declaraverit nolle præjudicare privilegia, vide Rot. p. 11. recent. dec. 33. num. 14. et seqq.

De subrogatione, & subrogatis aliqua Bertachin. Repert. verb. Subrogatio, & Joseph. Feliv. Margar. var. conclus. eod. verb. Thoro Compend. dec. Neap. part. 1. verb. Subrogatus, Giurb. ad consuet. Messan. cap. 12. gloss. 2. Vela Dissert. 27. n. 8 Garsia de benef. part. 6. cap. 4. Castil. de tertiis cap. 4. per tot. Mastril. dec. 200. per tot. cæterique indicati à Castejon. Alphab. jurid. verb. Subrogatio, Subrogatum, & Com. August. Fontan. Biblioth. leg. par. 5. eod. verb. fol. 667. Plura etiam Em. De Luc. in Indic. gener. Mantiss. ad eumd. Altimar. Rocc. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. Pignatel. Piton. Ursaya Crescin. & alii moderni. 8

Subrogatio fit de una specie ad alteram in materia decimarum stante jure universali decimandi, si Terræ cultura immutatur Emerix jun. dec. 320. n. 3. et seqq. & vide eumdem in Indic. verb Decimæ. 9

Subrogatus censetur idem in qualitate, potestate, & immunitate Rube. de confession. jur. cap. 9. nu. 5. Vide Castald. consult. 283. n. 8. tom. 2. 10

Subrogatio fit, quatenus subjecta materia id patitur Cyriac. contr. 325. n. 7. Episc. Rocc. cap. 76. n. 14. lib. 1. Rot. post Constantio. dec. 66. nu. 24. Crescin. ad Pen. dec. 168. 11

Subrogatum assumit naturam ejus, in cujus locum subrogatur Ansald. dec. 74. n. 19. De Luc. de Regal. disc. 33. n. 12. de Benefic. disc. 27. n. 13. disc. 88. n. 8. disc. 89. nu. 7. de Emphyt. disc. 36. nu. 4. Balduc. tit. 3. dec. 40. n. 39. Crescin. ad Pen. loc. cit. ubi hanc regulam tribus modis limitat. 12

Et quod subrogatus, & substitutus sortiatur natu-

ram ejus in cujus locum subrogatur, vel subtituitur Pen. & Francea *dec.* 1414.

Subrogatio operatur, ut subrogatum sit ejusdem naturæ, & conditionis cum eo, in cujus locum subrogatur Emerix jun. *dec.* 1088. *num.* 5. *et* 6. *dec.* 1181. *n.* 30.

Et quod subrogatus succedat in universum jus illius, in cujus locum subrogatur Emerix jun. *decis.* 889. *n.* 8.

Et quod subrogatum debeat esse ejusdem naturæ, cujus est res, in cujus locum subrogatur Card. De Luc. *de Emphyt. disc.* 36. *n.* 4.

13 Feudum in locum alterius antiqui subrogatum, an, & quomodo ejus naturam assumat. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 9. *ex nu.* 15. Et quid in illo excessu, qui de propria feudatarii pecunia refusus fuerit. Card. De Luc. *de feud. d. disc.* 9. *n.* 15. *et* 16.

14 Subrogatum assumit naturam, & qualitatem ejus in cujus locum fit subrogatio etiam in materia stricta, & correctoria. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 33. *n.* 12. *de Benef. disc.* 27. *n.* 13. *disc.* 88. *num.* 8. *disc.* 89. *n.* 7. Fallit accedente ratione diversitatis. Card. De Luc. *d. disc.* 88. *n.* 8.

15 Subrogatio Fidejussoria, an fieri debeat, ubi primus naturaliter, vel civiliter defecerit. Cenc. *de cens. q.* 52. *n.* 2. De Merin. *resol.* 133. *nu.* 16. *lib.* 1. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 4. *sub n.* 10. *de Cred. disc.* 141. *sub n.* 10.

16 Subrogatio tacita habet eandem vim, ac expressa. Caprar *dec.* 683. *n.* 5. *part.* 2.

17 Subrogatio tutoris an fieri debeat in locum defecti, vel potius tutela accrescat aliis contutoribus. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 1. *ex nu.* 4. *et disc.* 11. *per tot.*

18 Subrogatio mercium in taberna, an, & quando detur. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 10. *num.* 25. *et* 26.

19 Ex subrogatione unius rei loco alterius dici nequit alterata, seu novata substantia contractus, & obligationis præcedentis. Caprar. *dec.* 348. *num.* 6. *part.* 1.

20 Subrogatio melioramentorum, vel novatum planterum, seu ædificiorum loco principalis rei devastatæ quando detur. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 35. *ex n.* 31.

21 Subrogatio investimenti loco cautionis permittitur. Vide Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap. fin. num.* 153. Card. De Luc. *de credit. disc.* 142. *n.* 6. *et* 7.

22 Creditor, cui competebat actio super aliqua re, potest etiam agere super alia in illius locum subrogata, acceptando subrogationem. Caprar. *dec.* 484. *n.* 5. *part.* 2.

23 Subrogatio fundi censiti permittitur cum primus derogitur inceptus. Card. De Luc. *de Credit. dict. disc.* 141. *num.* 10. Denotatur per dictionem *Loco* Card. De Luc. *disc. et n. præcitat.*

24 Subrogatio quæ fit juris interpretatione, censetur fieri cum omnibus qualitatibus. Jas. *in l. licet Imperator n.* 25. *ff. de leg.* 1. Fagnan. *in cap. Episcopus n.* 45. *de Præben. tom.* 3.

25 Subrogatum sapit naturam ejus in cujus locum subrogatur. Fagnan. *in c. Audientiam il* 2. *num.* 57. *de rescript. tom. pr.* Sed non est idem cum subrogato. Fagnan. *loc. cit. an.* 58.

26 Res empta cum capitalibus donatis, loco istorum subrogatur. Rot. cot. Card. Cerro *dec.* 562. *num.* 1. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 6. *lib.* 7. *n.* 2. *vol.* 1.

27 In particulari pretium non succedit, nec subrogatur loco rei. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 32. *gloss.* 1. *n.* 20. *et seqq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 65. *n.* 9. *lib.* 10. *vol.* 2.

Limita in investimento sequuto ad formam Bullæ juris congrui. Mantiss. ad De Luc. *d. decis.* 65. *lib.* 10. *n.* 10. Item limita si appareat de voluntate, & intentione subrogandi. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 11.

28 Subrogatio facta super corpore non libero contra mentem Principis, non substinetur in præjudicium creditorum anteriorum. Rot. cor. Cerr. *dec.* 316. *n.* 4. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 17. *lib.* 11. *n.* 14. *vol.* 2.

29 Subrogatio importet privationem ejus, cui fit subrogatio, & omnes res, & qualitates transferuntur in subrogatum Mantiss. ad De Luc. *dec.* 88. *nu.* 45. *lib.* 10. *vol.* 3.

In subrogatione gratiosa sufficit verificare litem eo modo, quo fuit narrata. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 40. *n.* 5. & 7. *lib.* 13. *vol.* 4. 30

Subrogatio gratiosa non concedi debet, nec suffragat, quando quia impetravit beneficium viventis senio infecti, & infirmitatibus obnoxii. Mantiss. *dec.* 10. *lib.* 12. *n.* 23. *vol.* 2. Quia tamen id provenit, & fundatur in præsumpta fraude locum non obtinet, quoties fraudis suspicio cessat, & removetur. Mantiss. *d. dec.* 10. *lib.* 12. *n.* 24. 31

Subrogatio gratiosa dicitur mere gratia pendens ab arbitrio Papæ, & potest denegari ex justa causa etiam in regula non enarratis. De Luc. *de Benef. disc.* 53. *n.* 3. 5. 6. Unde jus exinde resultans dicitur eventuale, & incertum. De Luc. *de Benef. disc.* 52. *n.* 3. 32

Sententia lata super litteris gratiæ principalis non vulnerat litteras subrogationis De Luc. *de Benef. disc.* 73. *n.* 73. ubi declaratur; Litteræ subrogationis fuer diversæ à gratia principali, etiam quod expediantur in vim clausularum suplicationis. De Luc. *ibid. n.* 54. 33

Ubi reservatio sit dubia, eget formali justificatione in omnibus. De Luc. *de Benef. disc.* 52. *num.* 21. Fundamentum subrogationis est reservatio indubitata. Idem *de Benefic. disc.* 136. *n.* 6. 34

Subrogationis executio retardari non debet per exceptionem requirentem altiorem indaginem Emerix Jun. *dec.* 361. *n.* 4. Neque per intrusum. Emerix Jun. *dec.* 885. *n.* 1. 35

§. SUBSTANTIA XXXIV.

Substantia actus debet prius probari, & constare antequam queratur, sive agatur de qualitate illi inherente, Gratian. *discept. for. cap* 657. *n.* 38. &c. *cap.* 688. *n.* 36. *cap.* 700. *n* 48. *cap.* 899. *nu.* 12. *cap.* 988. *n.* 16. &c. Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 3. *quæst.* 26. *n.* 7. 1

Nec mutatur per quemcumque multiplicationem verborum, idem Gratian. *cap.* 764. *n.* 35. &c.

Quid sit substantia, & quomodo differat à solemnitate, forma, & ordine, Tusch. *litt. S. concl.* 771. & 772. ubi etiam qualiter vitietur actus plure substantialia requirens, si in aliquo deficiat.

Substantialia contractus dicuntur ea, sine quibus non potest dare dispositio, ut in emptione, res, consensus, & pretium, in mutuo quod consistet in pondere, numero, & mensura, ut idem in genere restituatur, *glos. in l. pacta conventa ff. de contrah. empt.* Cenc. *de Cens. q.* 53. *nu.* 16. &c. vide *in* §. *Contractus n.* §. *Naturalia n.* Tusch. *d. concl.* 771. *et* 772. *per tot.* Nicoli. *Instit. Imper. tit. de obligat. n.* 20. Latissimè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 7. *sect* 1. *a n.* 1. *tom.* 3. ubi de substantialibus plurium contractuum. Quæ sint substantialia contractus assecurationis. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 26. *num.* 16. *tom.* 4. Mens. *consult.* 421. *n.* 2. 2

Substantialia judicii quæ sint, ut in illis non servatis sententia reddatur nulla; Peregrin. *decis.* 137. *per tot.* ubi de libello, citatione, litis contestatione, juramento calumniæ, publicatione, conclusione, causæ cognitione, sententia, &c. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *præmiss.* 2. 3

Quòd substantia sit res habens quidditatem, cui debetur esse per se, & non in alio subjecto secundum D. Thom. 1. *part. sum. qu.* 3. *art.* 5. & de substantialibus contractus, probationis, & judicii, Berrachia. *Repertor. verb. Substantia*, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap. pr. nu.* 50. *et seqq.* & alii citati à Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Substantia fol.* 669. Card. De Luc. *in Indic. general.* Fagn. *sup. Decretal.* Altimar. & alii moderni. 4

Substantialia processus quæ sint. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 4. *quæst.* 14. *nu.* 5. Quæ in favorem Rei inducta sunt non de solemnitate, sed substantialitate processus sunt, quem nul- 5

nullum reddunt si excipiatur. Bellegrand. *loc. cit. tract. 5. quæst. 5. n. 8. qu. 7. nu. 27. 28. & 33. tract. 3. quæst. 3. num. 8.* Ubi qualitas fuit ad substantialitatem corporis delicti, si ommittatur, vel non probetur, inquisitio specialis nulla est. Bellegrand. *cit. tract. 3. quæst. 27. n. 7.* Non est de substantia sententiæ locus, sessio dies, idest, ut non de nocte, sed de die profetatur, ut tamen mentio fiat de die, cujus nox est, de loco V. G. Braiæ Romæ. Bellegrand. *loc. sup. cit. tract. 4. q. 16. n. 19.*

6 Substantia, cum sit subjectum, debet esse certa Beisan. *de compens. cap. 2. quæst. 3. num. 4. fol. 64.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 109. n. 5. part. 1.*

7 Sola substantia actus attendi debet pro Tertio, non verba partium Rubc. *de confuss. Jur. cap. 18. n. 280.*

Substantialia contractus cujus potentiæ sint Altim. *de nullit. rubr. 1. quæst. 7. sect. 1. n. 24. tom. 3.*

8 Substantialia contractus qualiter remitti possint in alterius arbitrium. Altograd. *cons. 21. nu. 1. vol. 5.* Surd. *dec. 52. & dec. 82. utrobiq; n. 55.* Balduc. *de Assecurat. tit. 2. dec. 14. n. 26. usq. ad 30. & seq.*

Substantialia contractus si omissa fuerint, an & quando possint per notarium suppleri Altimar. *de nullit. rubr. 5. quæst. 7. sect. 1. a num. 34.* ubi plura *fol. 128. tom. 3.*

9 Substantia rei quando cessare, vel deficere dicatur Card. De Luc. *de Regal. disc. 65. ex nu. 7.* Cessare dicitur, quando damnum est duraturũ sine spe prioris utilitatis. Card. De Luc. *d. disc. 65. num. 8. & seqq.*

10 Quando dicatur deficere, vel impediri substantia rei, vel potius damna esse in fructu. Card. De Luc. *de Regal. disc. 107. nu. 5.* Et in quibus bonis procedat ista distinctio damni in fructu, vel in substantia. Card. De Luc. *de Regal. disc. 105. n. 4.*

11 Substantiam impossibile est esse separatam ab eo, cujus est substantia Fagnan. *in cap. cum venisset n. 82. de Sacr. Unct. & in c. Presbyt. n. 28. de Sacr. non iter.*

12 Substantia deficiente deficit totum Fagnan. *in cap. publicato n. 29. de Elect.*

13 Substantialia rei, quæ dicuntur, & quæ accidentalia Fagnan. *in cap. Presbyter nu. 28. de Sacram. non iterand.*

14 Substantiale in quolibet gradu, & ordine illud dicitur, in cujus traditione potestas illius ordinis, seu gradus confertur Fagnan. *in cap. presbyterum n. 5. de pœn. & remiss.*

15 Substantialia actus intelliguntur illa omnia de quibus in jure cautum reperitur, ut debeant fieri Fagnan. *ibid. n. 25.*

16 Substantialia actus debent simul, & contemporanee cum ipso actu explicari, benè Fagnan. *loc. cit. n. 38. 39. 41. & 62.*

17 Substantialia actus ubi interveniunt, actum ipsum intervenire necesse est. Fagnan. *in cap. Conquestus n. 36. de feriis.*

18 Substantia actus non præsumitur ex diuturnitate temporis, sed solemnitas tantum. Fagnan. *in cap. Lator n. 50. qui Filii sint legitimi.*

19 Substantiam rei gravius est corrumpere, quam illius accidentia. Fagnan. *in cap. Licet n. 28. de crim. falsi.*

§. SUBSTITUTIO. XXXV.

1 SUbstitutio nil aliud est in substantia quam secunda hæredis institutio, quæ scilicet fit post primam, vel in loco primæ deficientis, vel est secundaria, & condiționalis institutio, quia tunc demum substitutus obtinet, si primo loco institutus hæreditatem non adeat, vel quia nolit, vel quia non possit; non potest esse substitutio sine institutione, & substituti dicuntur secundi hæredes, etiamsi sint ulteriores, ut quia sint plures gradus substitutionum, eo quod in locum primi hæredis instituti deficientis veniant, *gl. & DD. in Rub. ff. de vulg. substit.* Oinot. *in §. 1. Instit. de vulg. substit. n. 3. &c.* Rolandin. *de testam. Rubr. 22 &c.* Dilect. *de art. test. tit. 5.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 1. &c.* Tusch. *litt. S. conclus. 773. per tot.* & plura de substitutionibus remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Substitutio per tot.* Nicoli. *Instit. tit. de vulg. subst. n. 5.* Verd. & alii *eod. instit. tit.* latissimè Fusar. *de substit. quæst. 1.*

Substitutionem non præsumi, sed ab allegante esse probandam, & quomodo possit probari per testes, etiamsi non appareat ex testamento per omissionem Notarii, Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1342. 1343. per tot.*

Substitutio principaliter dividitur in directam, & obliquam, directa dicitur illa, per quam substitutus directè, immediatè, & sine alterius ministerio vocatur ad hæreditatem testatoris; Obliqua, est illa, per quam substitutus capit hæreditatem ex manu alterius, & sic quando via obliqua, & per interpositam personam hæreditas defuncti ad aliquem devolvitur, & ista appellatur etiam precaria, vel fideicommissa hæreditas; dignoscitur utraque à verbis, quibus est concepta, sed in dubio debet interpretari, ut potius sit directa, quam obliqua, quia directa est favorabilis, obliqua verò est odiosa tanquam onus, & gravamen inducens, Oinot. *d. §. 1. Instit de vulg. substit. n. 6.* & latè Mantic. *de conject. ult. volunt. d. lib. 5. tit. 1. n. 3. & seqq. infra n. 6. & 7.* Tusch. *litt. S, conclus. 776. cum pluribus seqq.* Paul. Christin. *dec. 13. n. 5. &c. vol. 4.* Mascard. *de prob. vol. 3. concl. 1346. per tot.* Nicoli. *loc. cit. n. 1.* Verd. & alii *ubi supra* latè idem Fusat. *loc. cit. q. 2 n. 3.* 2

Quando dicatur directa, vel obliqua, Altograd. *consil. 76. nu. 1. etc. lib. 1.* Tusch. *loc. cit. concl. 778. etc.* Ricc. *Collect. 2843. etc.* Nicoli. *ibidem.* Fusar. *loc. supra cit. quæst. 6.*

Quod substitutio collata in liberam alterius voluntatem non subsistat, Paris. *cons. 38. lib. 3.* Pereg. *de fideic. art. 33. n. 52. etc.* Rot. *part. 6. recent. dec. 350. n. 4. et part. 14. dec. 240. n. 13.*

Substitutio directa continet sub se quinque species, nam alia est vulgaris, alia pupilaris, alia exemplaris, alia breviloqua, sive reciproca, & alia compendiosa, *gloss. in Rub. ff. de vulg. substit. et in cap. Raynutius de testam.* Oinot. *in d. §. 1. n. 7.* plenè Mantic. *de conject. ultim. vol. lib. 5. per tot.* Martha *de success. leg. part. 4. quæst. 19. cum pluribus seqq.* Tusch. *litt. S, conclus. 773. num. 16.* Paul. Christin. *dec. 15. et seqq. vol. 4.* Nicoli. *ubi suprà.* Verd. & alii *ubi suprà.* Idem Fusat. *d. quæst. 2* & alibi sæpe. 3

A quibus possit fieri substitutio directa, vel non, an obliquetur, & quando secus, in quibus differat à fideicommissaria, & alii, plenè Tusch. *lit. S, conclus. 780. cum pluribus seq.*

Substitutio vulgaris est secundi hæredis in locum, seu gradum primi non adeuntis institutio sic dicta, quia à quolibet de populo idoneo tamen, & civiliter capaci vulgaribus, apertis, & communiter usitatis verbis fieri possit; & est duplex expressa scilicet, & tacita, expressa fit verbis negativis, veluti *Titius hæres meus esto, et si ille hæres non erit Cajus hæres esto*; tacita quæ fit verbis affirmativis negationem tamen tacitè includentibus, veluti cum duo instituuntur hæredes, & invicem substituuntur, vel sic, uter ex illis vixeris hæres sit, quo casu si uterque vixerit, ambo hæres erunt, si verò unus nolit, vel non possit hæres, alter solus hæres erit, & tunc dicta verba, *eos invicem substituo*, non important reciprocam substitutionẽ, ita ut si unus adita hæreditate decedat, alter ei succedat, sed statim facta aditione substitutio expirat, & hæreditas ad suos hęredes transmittitur, & non ad substitutum per vulgarem tacitam, *l. Titius, & Sejus ff. de hæred. Instit. l. post aditam C. de impub. & aliis substit.* Bart. *in l. pr. ff. de vulg. & pupil. substit.* Oinot. *in §. pr. Instit. eod. num. 8. &c.* latè videndus Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 2. cum plurib. seqq.* ubi agit de conjecturis, quæ versantur circa vulgarem substitutionem, de tacita vulgari quomodo, & quot modis fiat, & intelligatur ex verbis, & mente testatoris *tit. 3.* ex quibus conjecturis excludatur tacita vulgaris *tit. 4. de virtute, & effectibus tacitæ vulgaris tit. 5.* & quomodo extinguatur *tit. 6.* latè etiam Martha *de success. leg. part. 4. quæst. 31. per tot.* ubi quando dicatur facta substitutio vulgaris, quas substitutiones comprehendat, in quibus rebus fieri possit, facta pluribus quando locum habeat, & quando capiret, Nicoli. *eodem* 4

Digitized by Google

Inſtit. tit. n. 2. Verd. & alii *loc. cit.* Fuſar. *loc. adduct. quæſt.* 18.

Quæ dicatur ſubſtitutio vulgaris, quando tacita, vel expreſſa, quando fideicommiſſaria, quomodo cognoſcatur una ab altera, qualiter contineat pupillarem, & è contra, an poſſit fieri in re particulari, quibus fieri poſſit, vel non, quos caſus comprehendat, quando expiret, vel non, & alia, latè Tuſch.
4 *litt. S. concluſ.* 800. *& ſeqq. ad* 817. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 15. *&c. vol.* 4. Joſeph. Feliu. Cerezo *in Margar. var. cancl. verb. Vulgaris per tot. fol.* 134. ubi aliqua non ſpernenda.

5 Subſtitutio vulgaris poteſt fieri verbis generalibus, veluti cùm teſtator dicit, *Titium, et Sempronium hæredes inſtituo, eoſque invicem ſubſtituo*, & verbis ſpecialibus veluti, *Si Titius hæres non erit, Cajus hæres eſto*; hujuſque ſubſtitutionis plures ſunt effectus, nam primò facit ſubſtitutum admitti ad hæreditatem, ſi inſtitutus non ſit hæres, & ut tantùm conſequutus ex ſubſtitutione, quantum conſequuturus fuiſſet hæres ex inſtitutione; ſecundò, ut teſtamentum poſſit aſſumere vires à ſubſtituto; tertiò, ut ad ſubſtitutum perveniant tantùm bona ipſius teſtatoris, non autem propria illius, cui fuit ſubſtitutus; quartò, ut vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem; quintò facit de ſuo, & neceſſario hærede voluntarium hæredem, ita ut filius, cui fuit datus ſubſtitutus poſſit non ſolum de jure prætorio, ſed etiam de jure civili iſto caſu abſtinere, de quibus, & aliis plenè Bart. & alii *in leg. pr. ff. de vulg. & pupill.* Zaſ. *tract. de ſubſtit.* Oinot. *in d. §. pr. num.* 11. *&c. Inſtit. de vulg. ſubſtit.* Mantic. & Martha *in loc. cit.* Pract. Papp. *libell. ex ſubſtit. gloſſ.* 2. *n.* 16. *&c.* latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 802. *&c.* Latè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 34. *per totam*.

Quòd ſubſtitutio vulgaris comprehendat noleitatis, & impotentiæ caſum, quæ impotentia verificatur, ſive inſtitutus decedat ante teſtatorem, ſive poſt, Magon. *deciſ. Florent.* 4. *n.* 3. *&c. infra n.* 34. Surd. *dec.* 37. *per tot.* Altograd. *conſil.* 76. *num.* 8. 9. 10. 19. 49. *et per tot.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 889. *per tot.* ubi etiam an poſſit extendi. Vide Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 10. *deciſ.* 53. *n.* 10. *vol.* 3.

Quòd ſubſtitutus vulgaris excludatur per hæredem hæredis mortui infra tempus deliberandi, quòd tranſmittitur, Bald. Papp. *Libell. ex ſubſtit. gloſſ.* 2. *nu.* 5. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 17. *num.* 2. ubi quòd talis ſubſtitutus non admittitur, niſi cum prorſus ceſſat jus tranſmiſſionis, quæ ſubſtitutioni præfertur, vide Noal. *de tranſmiſ. caſ.* 8. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 46. Rot. *p.* 13. *recent. deciſ* 327. *num.* 21. *et ſeqq.*

Si ſubſtitutio fiat ineſpaci, an efficiatur locus ſucceſſioni ab inteſtato; vel ipſi ſubſtituto, Tuſch. *litt. S. concl.* 852. *per tot.* Vide Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 51. *per totam*.

6 Subſtitutio vulgaris expirat adita hæreditate per primum inſtitutum, etiam ſi plures eſſent gradus ſubſtitutionis, nam quoad omnes expirat, *l. poſt aditam C. de impub & alii ſubſtitut. l. ſi mater §. fin. ff. de vulg. & pupill.* Oinot. *in §. pr. Inſtitut. eod. nu.* 13. *etc.* latè declarat Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 31. *artic.* 5. *per tot.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 5. *tit.* 6. *per tot.* Pract. Papp. *libell. ex ſubſtitut. gloſſ.* 2. *num.* 8. *&c.* ubi etiam an tacita contenta in expreſſa pupillari expirant, expirante expreſſa pupillari, ſi nondum ſit adita hæreditas, & videtur concludere quòd non regulariter, nam vitiato expreſſo non vitiatur tacitum, ſed diſtingue cum Bart. *in l. pr. nu.* 56. *&c. ff. de vulg. et pupill.* & vide latè Mantic. *dict. tit.* 6. *per tot.* ubi plura hinciude Cavaler. *deciſ.* 496. *num. pr. etc.* latè Tuſch. *lit. S. concluſ.* 810. *uſque ad* 813. ubi etiam quando expiret expirata principali, in qua continetur, quando per mortem primi inſtituti ante teſtatorem, & quando per mortem ſubſtituti, *et concluſ.* 853. *per tot.* ubi de omni ſubſtitutione, Nicol. *eodem Inſtit. tit. n.* 3. Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 10. *deciſ* 41. *n.* 12. *et deciſ.* 63. *n. pr. vol.* 2.

An, & quando ſubſtitutus vulgaris veniat ſub nomine hæredum, Altograd. *conſil.* 49. *nu.* 43. *et ſeqq. per tot. lib. pr.*

Rarſtauratur tamen ſubſtitutio vulgaris, & recuperat vires, ſi primus hæres poſt aditam hæreditatem impetret reſtitutionem in integrum contra factam aditionem, & repudiet, Bart. *in d. l. pr. num.* 49. *ff. de vulg. et pupill.* Pract. Papp. *loc. cit. n.* 18. Odd. *de reſtitut. in integr. part.* 2. *quæſt.* 62. *art. pr. nu.* 36. *et art.* 8. *num.* 97. Craſſ. *in §. Subſtitutio quæſt.* 23. Intriglio1. *de ſubſtitut. cent. pr. quæſt.* 47. Martha *de ſucceſſ. d. quæſt.* 131. *art.* 3. *num.* 23. Vivi. *comm. opin.* 856. ubi quòd quomodocumque reſcindatur aditio, & effectum non habeat, non evaneſcit ſubſtitutio, ſed recuperat vires ſuas, Mella *de uſucap. et præſcript. part.* 3. *Miſcellan. cap.* 8.

Excluditur etiam ſubſtitutus vulgaris per fiſcum, quando ab hærede inſtituto auſertur hæreditas tamquam ab indigno, ad excludendum enim ſubſtitutum ſufficit quòd primus hæres faciat alium hæredem miniſterio ſui, *l. cum proponas C. de hæred. Inſtitut. gloſſ. in l. ſi ſequens in princip. ff. ad Syllan. l. in ſervitute §. et qui digeſtis de bon. lib.* Latè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 30. *et* 31.

Subſtitutio directa poteſt fieri tantùm in teſtamento, non autem in codicillis; obliqua verò, vel fideicommiſſaria poteſt fieri etiam in codicillis; Et ſi directa fuerit ſcienter facta in codicillis obliquatur, & ſuſtinetur ſaltem in vim fideicommiſſi, *§. penult. Inſtit. de codicill.* gloſſ. & Oinot. *§. pr. Inſtitut. de vulg. ſubſtitut.* vide *in §. Clauſula num.* *§. Hæreditas num.* 20. *et §. Codicillus*, Gratian. *diſcept.* 774. *nu.* 32. *etc.* ubi quando directa invalida jure directo, trahatur ad fideicommiſſum virtute clauſulæ codicillaris. Vide Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 8. *n.* 18. *et quæſt.* 19. De Luc. *de Fideicom. in ſumm. n.* 15. *et* 17. 7

Quòd ſubſtitutio facta in teſtamento poſſit revocari in codicillis, Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 24. *nu.* 6. *et part.* 18. *deciſ.* 100. *n.* 2. *et deciſ.* 150. *num.* 6. *et ſeqq.* ubi quòd poteſt declarari, in certum tempus, caſum, & bona limitari. Vide Fuſar. *locis ſupracit.*

Subſtitutio poteſt variis modis fieri, nam poſſunt uni hæredi plures ſubſtitui, & è contrà; item ſingulis, item plures hæredes ex diſparibus partibus ſunt inſtituti, & invicem ſubſtituti non facta partium mentione, cenſetur ex iis partibus ſubſtituti, in quibus ſunt inſtituti, & ita partes in inſtitutione expreſſæ, intelliguntur in ſubſtitutione repetitæ, ſi modò, teſtator ſubſtituit per nomina appellativa, hæredum, ſecus autem ſi per nomina propria, vel ſi oneravit æqualiter ſubſtitutos, nam tunc viriles erunt partes in ſubſtitutione, *§. et plures, et §. ſeqq.* ubi gloſſ. & Oinot. *Inſtitut. de vulg. ſubſtitut. l. ſi plures digeſtis de vulg. et pupill. et alius ſubſtitut.* ubi gloſſ. DD. *leg. ſi in teſtamento ff. eodem leg. quoties, et leg. Nonnumquam, ff. ad Trebellian.* Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 98. *num.* 1. *et ſeqq.* ubi plura ad oſtendendum, quòd ſubſtitutio declarari debeat ab inſtitutione, ita ut comprehenſus in inſtitutione, cenſeatur etiam comprehenſus in ſubſtitutione, &c. 8

Quando ſubſtitutio de pluribus facta intelligatur ordine ſucceſſivo, vel copulativè, Tuſch. *litt. S. concluſ.* 795. 9

Quando ſubſtitutio unius perſonæ facta pluribus hæredibus conjunctim, uno adeunte expiret quoad alios, ſecus autem ſi diſiunctim, Pract. Papp. *libell. ex ſubſtitut. gloſſ.* 2. *num.* 17. latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 288. *per tot. cap.* 468. *num.* 69. *etc.* Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 31. *art.* 5. *num.* 5. *etc.* ubi contrarium firmat in primo capite, quia ſubſtitutio vulgaris tollit jus accreſcendi, etiam inter conjunctos, re & verbis, adde Paul. Chriſtin. *deciſ.* 17. *nu.* 6. *vol.* 4. ubi refert contrarias opiniones, vide Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *d. cap.* 288.

Quòd ſubſtitutus duobus non admittatur niſi deceſſerint illi duo, quibus fuit ſubſtitutus, & ita requiratur mors utriſque, & quomodo hoc procedat, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 299. *per tot. cap.* 621. *per tot. cap.* 707. *nu* 11. *etc.* Cyriac. *contr.* 70. *lib. pr.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 186. *per tot.* ubi plures caſus diſtinguit, & declarat quando ſubſtitutus admittitur ad portiones unicus tantùm decedentis, Fuſar. *de ſubſtitut.* 473. Peregrin. *de fideicomiſſ. art.* 13. *per tot.* vide in *§. Conditio num.* 6. *et §. Fideicommiſſum num.* 7. Tuſch. *littera S. concluſ.* 814. 819.

829. *et* 835. ubi plenissimè quòd substitutio pluribus facta non habet locum uno tantùm moriente, sed requirit concursum omnium, & quando secus, adde Fachin. *contr. jur. lib.* 4. *cap.* 72. Paul. Christin. *decis.* 27. *num.* 7. *vol.* 4. ubi refert contrarias opiniones, & benè Ludovis. *decis.* 296. *per tot.* ubi an, & quando substitutio facta duobus, si ambo, vel uterq; decedant sine liberis, habet locum, si alter tantùm sine filiis decedat, & concludit quòd sic, cum declarationibus, de quibus ibidem, & facit latè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 125. vide in §. *Pluralitas num.* 4. *infra num.* 22. *& in §. Renunciatio num.* 26. Add. Cansali ad Peregrin. *loc. cit.* Card. De Luc. *de fideicom. disc.* 95. *& seqq.* Rovit. *cons.* 76. *&* 77. ubi Altimar. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

9 Substitutio an sit directa, vel fideicommissaria, est maximi effectus, quia de directa nihil detrahitur, de fideicommissaria verò detrahitur Trebellianica, nam directè substitutus capit à se ipso, sed fideicommissarius ministerio alterius indiget, Pract. Papp. *libell. ex substitut. gloss. Compendiose num.* 17. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 64. *et* 66. *per tot.* ubi an in dubio directa, vel fideicommissaria præsumatur, Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 3. *etc. supra n.* 2. *et* 7. Tusch. *litt. S. conclus.* 783. ubi plura qualiter differant inter se directa, & fideicommissaria *infr. num.* 63. & quomodo directa obliquetur in fideicommissarium Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 635. *à num.* 5. *tom.* 2.

Quæ dicatur fideicommissaria, ex quibus inducatur tam expressè, quam tacitè, quæ bona comprehendat, quando expirat, vel non, & alia, latè Tusch. *litt. S. conclus.* 786. *et seqq.*

10 Substitutio vulgaris expressa continet in se tacitam pupillarem, & Jas. & alii *in l. pr. n.* 61. *ff. de vulg. et pupill. in l. precibus num.* 7. *C. de impub. et aliis substit.* Ripa *in l.* 2. *num.* 46. *ff. eodem* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 35. 36. *per tot.* latè Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 31. *art.* 2. Tusch. *litt. S. conclus.* 804. *per tot.* latè Ansald. *cons.* 103. *et* 104. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 31. *per tot.* ubi plura quando ex substitutione directa facta à patre filiis pupillis inducatur pupillaris, vel non, & concluditur pro non inductione, reiiciendo conjecturas contrarias, De Luc. *de fideicom. disc.* 126. *n.* 2. *& in summ. n.* 34. Vide Fusar. *quæst.* 28., ubi latissimè.

Limita ubi esset facta per verba taxativa, & restrictiva, Gratian. *discept.* 979. *num.* 16. *&* 30. Menoch. *de præsumpt.* 36. *nu.* 19. *&c.* ubi adducit alias limitationes ad dictam firmatam conclusionem, & vide Rot. *d. decis.* 31. Fusar. *dict. quæst.* 28. *n.* 20., ubi *n. n. seqq.* dat etiam alias limitationes.

Quòd contineat etiam tacitam exemplarem, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 41. *per tot.*

Quas substitutiones complectatur, latè Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 31. *art.* 2. *per tot.*

Quòd pupillaris substitutio tacita regulariter continetur in vulgari expressa, nisi ista esset facta simul majori, & pupillo, vel nisi constarat de voluntate patris nolentis pupillarem tacitam in vulgari comprehendi, vel si pater facit vulgarem, & pupillarem, quia tunc expressum facit cessare tacitum, vel quando vulgaris esset facta per dictiones taxativas, vel ad effectum excludendi matrem, nam his casibus non continetur pupillaris tacita sub vulgari expressa, ut probat Joseph Feliv. *in Margar. var. conclus. verb. Pupillus fol.* 54. *&* 55. Ansald. *cons.* 103. *&* 104. De Luc. *de fideicom. in summ. n.* 34. Latissimè idem Fusar. *de substit. quæst.* 90. *per totam.*

11 Substitutio vulgaris tacita contenta in expressa pupillari excludit matrem, tacita verò pupillaris regulariter matrem non excludit, nisi de contraria mente testatoris appareat, Pract. Papp. *libell. ex substit. gloss. pupillariter n.* 21. *cum Addit.* Afflict. *decis.* 38. latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 37. *&* 39. *per tot.* Martha *d. art.* 2. *per tot.* Tusch. *litt. S. conclus.* 806. *&* 807. *per tot.* Ludovis. *decis.* 495. Surd. *decis.* 173. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *q. pr. sect. pr. nu.* 98. *vers. pupillaris substitutio comprehensa fol.* 166. *tom.* 8.

Quòd expressa pupillaris matrem excludat, etiam quoad legitimam, Magon. *decis. Florent.* 144. *num* 21. ubi dicit ita totum mundum observare, sequitur latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 38. *per tot.* Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 32. *art.* 3. *per tot. & part.* 2. *quæst.* 3. *art.* 8. *infra num.* 16. Mantiss. ad De Luc *lib.* 10. *decis.* 82. *a n.* 9. *decis.* 84. *n.* 16. *et decis.* 85. *et lib.* 12. *decis.* 8. *n.* 7. *vol.* 2.

Substitutio pupillaris dicitur quando pater liberis 12
impuberibus in potestate existentibus institutis hæredibus, alium hæredem illis substituit, substitutionemque intra tempus pubertatis, vel brevius coercet; differt à vulgari, quia illa addita hæreditate expirat, ista verò non; est duplex, expressa scilicet, quæ fit verbis expressis; & tacita, quæ continetur in vulgari expressa; requiritur autem pupillaris substitutio primò, ut ille, cui fit sit ex numero liberorum secundò sit impubes, tertiò sit in potestate substituentis, quartò non sit recasurus in potestatem alterius post mortem substituentis, quintò maneat in potestate parentis substituentis, donec vivit, sextò parens sibi prius in testamento scribat hæredem, posteà filio, vel nepoti substituat, septimò impubes sit institutus, vel exhæredatus, octavò adeatur hæreditas patris; operatur hujusmodi substitutio tacitam vulgarem, item quòd succedatur pupillo impuberi decedenti in omnibus ejus bonis undecumque provenientibus, & si sit expressa exclusionem matris, ac omnium ascendentium per lineam maternam, *l.* 2. ubi Bart. & alii *ff. de vulg. & pupill.* Oinot. & alii *Institut. de pupill. substitut.* Covar. *in cap. Raynutius §.* 5. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 34. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 5. *tit.* 7. Martha *de success. legal. par.* 4. *quæst.* 32. *art.* 1. 2. *&* 3. *per tot.* Pract. Pap. *libell. ex substit. gloss. pupillariter*, plenè Tusch. *litt. S. conclus.* 817. *et seqq. ad* 826. Ricc. *Collect.* 2194. Vivi. *comm. opin.* 864. ubi latè, & clarè qualiter substitutio pupillaris expressa excludat matrem à successione filii, ac etiam à legitima, vide Nicoli. *Instit. tit. de pupill. subst.* Vard. & alii Fusar. *de substitut. quæst.* 87. *cum seqq.*

Quòd non possit fieri ultra pubertatem, sed benè citrà, intelligatur tamen facta usque ad pubertatem perfectam 14. annorum, etiam si quodammodò videatur restricta ad infantiam, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 47. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1347. *per tot.* ubi quòd in dubio præsumitur facta usque ad pubertatem, & cui incumbat onus probandi, pupillum, cui est facta pupillaris substitutio decessisse in pupillari ætate, *infra num.* 17. Vide Fusar. *de substit. quæst.* 102.

Quòd secundum aliquos possit fieri etiam puberi per statutum prohibitio testari usque ad vigesimum quintum annum, licèt contrarium sit verius secundum Bart. *in l.* 2. *ff. de vulg. et pupill.* Pract. Papp. *d. gloss. pupillariter num.* 8. Altograd. *cons.* 91. *num.* 96. *& seqq. lib. pr.* Crass. *§. Substitutio quæst.* 22. Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 32. *art.* 2. *n.* 13. *& seqq.* ubi etiam, quid si statutum disponeret, quòd pupillaris ætas duret usque ad 25. annum, & tenet idem esse, ut non possit fieri substitutio ultra pubertatem, quamvis hoc casu communis sit etiam alia opinio, ut probat Crass. *loc. cit. num.* 4.

An autem pupillaris substitutio facta puberi præsumatur per errorem, & imperitiam Notarii, & refecta mentione pupillaris ætatis sustineatur saltem, ut tacita vulgaris, vel fideicommissaria, dic quod aut pater putavit filium esse impuberem immemor illius ætatis, & nullo modo sustinatur, quia conditio impossibilis, quàm testator putavit possibilem vitiat etiam actum ultimæ voluntatis; aut sciebat filium jam esse puberem, & tunc resolvitur substitutio in vulgarem tacitam, vel fideicommissariam, Alexand. Trentacinq. *de substitut. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. Intrigliol. *eod. tract. quæst.* 65. *num.* 3. Altograd. *cons.* 84. *num.* 3. *&c. lib.* 2. ubi etiam quòd in dubio ætas filii præsumitur nota patri, nisi aliud appareat, vide in *§. Ætas num.*

Quòd possit fieri impuberibus filiis exhæredatis, & posthumis, §. *Non solum Institut. de pupill. substit.* Bart. *in l.* 2. *nu.* 22. *ff. de vulg. & pupill.* Trentacinq. *de substit. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 6. Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 32. *art.* 2. *num.* 20. *&c.* ubi intelligunt

dummodò fint doli capaces, cùm alias hodie non possint sine causa exhæredari, Paul. Christin. *decis.* 17. *vol.* 4. Vide Fusar. *de substit. quæst.* 102.

Substitutio pupillaris non potest fieri extraneo hæredi, facta tamen nepoti ex fratre solvitur in fideicommissum, sit pupillus, alias secus, ne duæ improprietates concurrant, Pract. Papp. *Libell. ex substit. glos. pupillariter* n. 6. 15. & 16. facit Gratian. *discept. forens. cap.* 583. *num.* 17. &c. Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 32. *art.* 2. *num.* 32. &c. ubi quòd valet, ut vulgaris, & n. 10. &c. quod non potest valere jure fideicommissi secundum opinionem, quam veriorem profitetur.

Item substitutio pupillaris non potest fieri à matre, sicut nec à quolibet alio extraneo, sed si fuerit facta, licèt non valeat jure directo, resolvitur tamen in fideicommissum, saltem durante pubertate, licèt non ultra, Gratian *disceptat. for. cap.* 583. *num.* 17. &c. Gomes. *var. resolut. tom. pr. cap.* 4. *tit. de pupill. substitut. num.* 6. Paschal. *de patr. potest. part. pr. cap.* 9. *n.* 38. Mozoc. *cons.* 56. *per tot.* vide tamen Martham *d. quæst.* 32. *art.* 2. *num.* 10. &c. ubi contrarium probat, cùm pupillaris sit omninò contraria fideicommissariæ. Fusar. *de substit. quæst.* 118. *a num.* 27. *cum seq.* De Luc. *de Fideicomm. in summ. n.* 28. & 29.

Quòd substitutio pupilleris facta filio naturali, vel spurio sit nulla, possit tamen convalidari post mortem patris, si de ejus consensu filius ipse fuerit legitimatus, quod fieri posse, probat Vivi. *comm. opin.* 833. *per tot.* Fusar. *dict. quæst.* 118.

Quòd substitutus pupillaris habeat facultatem declarandi, se velle directo potiùs, quàm ex fideicommisso succedere etiam mortuo pupillo in pupillari ætate, Magon. *dec. Flor.* 144. *nu.* 18. vide Altograd. *cons.* 91. *num.* 43. *lib. pr.*

Substitutio pupillaris trahitur tam ad bona testato-
14 ris, quam ipsiusmet pupilli, etiam aliunde quæsita, exclusis venientibus ab intestato, cùm hujusmodi substitutus dicatur hæres pupilli, ac si ipse pupillus condidisset testamentum, & ideò dicitur testatus, & non intestatus decedere; fideicommissarie verò trahitur tantùm ad bona testatoris, Pract. Papp. *Libell. ex substitut. gloss. pupillariter num.* 16. &c. Gratian. *discept. forens. cap.* 518. *num.* 19. &c. Altograd. *cons.* 91. *num.* 16. & *seqq. lib. pr.* Marcian. *disput. forens. cap.* 46. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 48. *per tot.* Tusch. *litt. S. conclus.* 828. *per tot.* & *conclus.* 834. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 147. *num.* 26. & 27. De Luc *de Fideicommiss. disc.* 79. n. 4. *disc.* 122. & *in summ. a* n. 40. Emeria jun. *decis.* 793. n. 7. *decis.* 894. n. 11. & 12.

Quòd licèt hujusmodi substitutio dicatur testamentum pupilli, & illius hæreditas, tamen hoc est fictè, & impropriè, cùm verè sit testamentum patris, & illius hæreditas, Magon. *decis. Florent.* 144. *nu.* 17. & *seqq.* vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *capit.* 276. *n.* 12. Fusar. *de substit. quæst.* 88. *per tot.*

Ex quibus conjecturis arguatur facta pupillaris substitutio, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 34. *per tot.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 5. *tit.* 7. *per tot.* Martha *de success. part.* 4. *cap.* 32. *art. pr. per tot.* Vide Fuser. *de substitut quæst.* 103. *et plurib. seqq.*

Quando dicatur facta substitutio pupillaris expressa, & quando sit directa, vel fideicommissaria, Altograd. *cons.* 91. *per tot. lib. pr.* Vide Fusar. *de substit. quæst.* 6. *et quæst.* 95.

Quòd substitutio fideicommissaria in dubio intelligatur facta pupillariter substituto, & non ipsi pupillo, nisi appareat ex conjecturis, patrem voluisse ipsum pupillum gravare, & non illius substitutum, & quid importet, Altograd. *cons.* 78. *per tot. lib.* 2. vide in §. *Fideicommissu* *nu.* 16. latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 147. *per tot.* ubi ostendit in casu suo substitutionem fideicommissariam fuisse factam pupillo, & non pupillariter substituto, & posse filio pupillo duplicem fieri substitutionem, pupillarem scilicet, & fideicommissariam, quo casu si duo sint substituti, & filius decedat in pupillari ætate, substitutus pupillariter debet tantùm habere legitimam, & Trebellianicam ex persona ipsius pupilli, nisi Trebellianica fuerit prohibita, substitutus autem per fideicommissum reliquum hæreditatis, per doctrinam Bald. *in l. ex tribus num.* 6. *C. de inoff. testament.* & *cons.* 42. *lib.* 2. *cons.* 272. *lib.* 4. *cons.* 316. *lib.* 5. Capr. *cons.* 7. n. 24. & *seqq. cons.* 49. *num.* 8. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 8. *num.* 42. & aliorum ibidem relatorum.

Substitutio pupillaris expresse continet in se taci- 15
tam vulgarem, *l. jam hoc jure*, ubi DD. *ff. de vulg. pupill.* Pract. Papp. *libell. ex substit. gloss. pupillariter* n. 27. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 43. *per tot.* Fuser. *in toties citat. tract. de substit. quæst.* 94.

An contineat exemplarem, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 42. *per tot.* Vide eumdem Fusar. *loc. sup. cit. quæst* 100.

Quando substitutio pupillaris contineatur sub reciproca mixta cum compendiosa, & alia, Ger. Spin. *cons.* 70. *per tot.*

An ex verisimili mente testatoris extendatur de persona ad personam, & de casu ad casum, Gratian. *discept. forens. cap.* 235. *nu.* 8. &c. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 65. *num.* 34.

Substitutio pupillaris expressa, ac etiam partium 16
expressa, & partim tacita, vel compendiosa facta per verba communia cùm dicatur continere pupillarem saltem verbis generalibus expressam, valet etiamsi mater sit in medio, illamque facit censeri exclusam, non tantùm à successione filii in ætate pupillari defuncti, sed etiam à legitima tam debita eidem filio ex bonis patris, quàm debita matri ex bonis filii, quicquid contrarium ostendere studuerit, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 38 hocque nedum in foro fori, sed etiam in foro conscientiæ, & etiam quoad bona, quæ aliunde, quam à patre pupillus acquisiverit, plurimorum auctoritatibus, & per text. *expressum in cap si pater de testam. in* 6. & *in l. precibus*, *C. de impub.* & *alii substitut.* probat Altograd. *cons.* 91. *num.* 86. & *seq. ad* 94. *lib. pr.* ubi etiam *sub num.* 88. efficacem reddit rationem, & Bald. *in d. l. precibus num.* 24. ac ita universam Legistarum, & Canonistarum turbam firmare, in omnibusque Tribunalibus hodie servari testetur, vide supra *num.* 11. Martha *de success. leg. part.* 4. *quæst.* 32. *art.* 3. *per tot.* latè Tusch. *litt. S. concl.* 820. *per tot. infra nu.* 26. & 27. Vivi. *comm. opin.* 864. Cabal. *cons. decis.* 90. *per tot. lib.* 2. & novissimè, ac plenè Jo. Dominic. Pansut. *contr. for. cap.* 3. & 4. *per tot.* ubi etiam quid dicendum vigore consuetudinis Neapolitanæ.

Quoad legitimam an sit debita matri, saltem in foro conscientiæ, Gratian. *decis.* 61. *in Addit.*

Limita tamen dictam conclusionem non procedere, quando mater esset valdè inops, vel ubi vigeret statutum aliquam partem hæreditatis mortui pupilli deferens matri, quia in primo casu deberetur legitime matri, & in secundo portio à statuto reservata quæ per substitutionem non censeretur ablata, prout etiam stante statuto quòd minor 25. annis testari non possit, à 14. annis supra usque ad 25. pater non posset filio pupillariter substituere in præjudicium matris, Altograd. *d. cons.* 91. n. 4. & *seqq. per tot. lib. pr. suprà n.* 12. *vers. Quod secundum.*

Quòd substitutio pupilleris contenta sub compendiosa excludat matrem, sicut expressa pupillaris, etiam à legitima, quia dicitur expresse saltem verbis generalibus, quicquid sit in tacita, Pract. Papp. *libell. ex substitut. gloss. Breviloque num.* 13. & *gloss. pupillariter num.* 20. Gratian. *discep. forens. cap.* 528. *num.* 6. &c. & *num.* 26. &c. *cap.* 407. *per tot. cap.* 542. *numer.* 31. *cap.* 684. *num.* 4. *cap.* 275. *numer.* 25. Afflict. *decis.* 38. *de substitut. quæst.* 156. *num.* 14. Michalot. *de Fratrib. part.* 3. *cap.* 13. *nu.* 62. Surd. *dec.* 273. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 43. & *decis.* 69. & 70. *per tot. cum Addit.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 14. *per tot.* ubi etiam an pupillaris contenta in vulgari matrem excludat à legitima. Vide Card. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 123. n. 2. & 3., ubi hoc declaratur, *et Conflict. obs.* 301. Mantiss. ad ornatum ejusdem De Luc. *lib.* 10. *decis.* 82. *et seqq. vol.* 2. Emeria jun. *decis.* 793. *n.* 8. *et* 9.

An mater existens in medio excludatur ex substitutione compendiosa continente pupillarem, attenduntur conjecturæ, quibus Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 281. *per tot.* vide Vivi. *commun. opin.* 832. ubi etiam,

quid

Digitized by Google

quid si mater transivit ad secundas nuptias vivente filio impubere, & an per hujusmodi transitum contristetur anima viri prædefuncti, de quo dixi in §. *Mulier num. 27. in fine.*

Quòd tamen compendiosa non contineat pupillarem quando est facta personis imparibus, maximè matre existente in medio, quæ propterea non remeaner exclusa saltem à legitima filio debita, in qua ipsa mater succedit, Gratian. *discept. forens. cap. 684. num. 12. etc.*

Quòd substitutio facta posthumo masculo, non habeat locum, nata posthuma fœmina, cui ideò mater succedat, qui substitutio non extenditur de persona ad personam, & refertur ad casum proximum, non ad aliam partem, Cavaler. *dec. 177. per tot.* Ludovis. *dec. 495. per tot.*

Quòd substitutio pupillaris facta posthumo sit valida, etiamsi illa non nascatur, & babeat locum tanquam vulgaris tacita sub illa comprebensa, Franch. *decis.* 299. Surd. *decis. 37. num.* 26. Cabal. *cons.* 164. *lib.* 4. Martha *de success. part. 4. cap. 32. art. 2. num.* 34. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 65. num. 13. &* 21. Dec. *cons. 227. per tot.* Soccin. jun. *cons.* 181. *volum.* 2. Marzar. *de fideicomm. part. 2. quæst.* 13. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 6. num. pr. vers. sed Diligenter*, Tusch. *litt. S. conclus. 849. num. 24. & seqq.* Rot. *part. 5. recent. dec. 222. num. 4. & seqq. & part. 11. decis. 196. num. 16.* Bary. *de success. ab intestat. lib. 3. tit. de vulgar. cap. 3. num. 7.* Hodiern. ad Surd. *loc. cit. à num. 51.* Modern. Add. ad De Franch. *loc. cit.* Fusar. *de substitut. quæst. 137. per totam.*

An substitutus tacitè pupillariter admittatur, si mater existens in medio repudiet, sicut ea non existente admitteretur, & quid si locus pius sit substitutus expressè, vulgariter, & tacitè, pupillariter an mater excludatur, DD. in *l. Centurio*, *& in l. precibus*, ubi Dec. *num.* 11. & Cagnol. *num.* 100. *C. de impub. & aliis substitut.*

Ex quibus conjecturis etiam tacita pupillaris locum habeat contra matrem, latè Mantic. *de conject. libr. 5. tit. 15. per tot.* Mella *de usucap. & præscript. part. 3. Miscellan. cap. 9. per tot.* ubi an tacita pupillaris excludat matrem, & Pausut. *loc. cit.*

17 Substitutus pupillariter, mortuo pupillo, agendo ex substitutione obtinet etiam non probando pupillum mortuum fuisse in ætate pupillari, sed simpliciter mortuum, Marant. *in l. is potest num. 199. &c ff. de acquirend. hæredit. & in l si actor num. 78. ff. de procurat.*

Sed quòd imò ad obtinendum probare debeat ætatem pupillarem præmortui, dicit verius Menoch. *lib. 2. præsumpt. 50. num. 33. & seqq.* vide in §. *Ætas num.* latè Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1347. num. 4. & seqq.* Vide Fusar. *loc. sup. cit. quæst.* 129.

18 Substitutio pupillaris extinguitur pluribus modis, nempè adveniente pubertate, cùm tunc filius possit ex se testamentum condere, vel alio breviori tempore à testatore ordinato; si substitutus non sit capax hæreditatis; si pater deportetur, ita ut ejus testamentum irritetur, vel si testamentum, in quo continetur substitutio fuerit per aliud subsequens testamentum revocatum, vel si conditio apposita defecerit, Oinot. *Instit. de pupill. substit. num. 20. & seqq.* latè Mantic. *de conject. ultim. vol. lib. 5. tit. 12. per tot.* Crass. *§. Substitutio qu.* 22. Martha *de success. part. 4. q. 32. art. 4. per tot.* ubi quòd finitur etiam, si pupillus liberos legitimos, & naturales susceperit, vel si religionem ingrediatur, tum quia monasterium est loco filii, tum quia exit de potestate patris, vivente ipso patre, quo casu pupilleris extinguitur, sicut etiam per emancipationem, nisi iterùm adoptetur, & revertatur in patriã potestatem, & in ea reperiatur tempore mortis patris substituentis, quia tunc reviviscerer substitutio; finitur etiam per deportationem, vel capitis diminutionem pupilli, vel patris substituentis; item secundo substituto præmoriente, quia spes substitutionis pupillaris non transmittitur; non tamen expirat per renunciationem, quia esset pactum de futura successione viventis à jure reprobatum, ut latiùs declarant Martha, & Mantic. *loc. cit.* vide Nicoli. *dict. Instit. tit. de pup. subst.*

Qualiter substitutio pupillaris extinguatur per mortem substituti ante pupillum, vel alias, & quando secus; item per mortem filii, cui facta est ante patrem substituentem, & quando secus, latè Tusch. *litt. S. conclus. 824. & 825. per tot. & conclus. 853. per tot.* ubi de omni substitutione.

Quod non valeat substitutio facta hæredi decedenti ante testatorem, & quando secus, idem Tusch. *loc. cit. conclus. 851. per tot.*

Quòd substitutus pupillaris non petendo tutorem dari pupillo, privetur commodo successionis, licèt secus sit in substituto per fideicommissum, Marante *in l. is potest num. 223. ff. de acquir. hæred.* vide in §. *Mater num.*

Quòd si pupillus, & illi substitutus simul pereant ex aliquo naufragio, ruina, vel pestilentia, ita ut nesciri possit, quis eorum prius decesserit, extinguatur substitutio, nec lex præsumat pupillum prius decessisse, cùm requiratur substitutum, vel hæredem superstitem esse defuncto, Bott. *cons. 80. num. 18. & 19.* Altograd. *cons. 69. sub n. 16. lib. pr.*

An vitietur substitutio pupillaris præteritione alterius filii, vide Tusch. *litt. S. conclus. 819. & 823. per tot.* Vide Fusar. *loc. supra alleg. quæst.* 127.

Substitutio exemplaris est, quam parentes faciunt 19 liberis suis, qui propter furorem, vel alium morbum ingravescentem testari non possunt, & dicta est exemplaris, quia ad exemplum, & imitationem pupillaris substitutionis inducta est humanitatis intuitu; potest hæc substitutio exemplaris fieri à parentibus utriusque sexus, dummodò quoad matrem sit honesta, & non transierit ad secundas nuptias, & si pater unum substituat, & mater alium, præfertur secundos aliquos substitutus à patre, vel secundum alios in bonis maternis succedit substitutus à matre, in paternis verò substitutus à patre, & in aliis æqualiter; potest fieri hujusmodi substitutio filiis naturalibus, & legitimis simul, item legitimis tantùm, nepotibus, & neptibus, puberibus, ac impuberibus, tali furore correptis, qui possit esse perpetuus, item mentecaptis, & surdis, ac mutis, item prodigis, quibus bonis sit interdictum, nisi isti furiosi, vel alio morbo correpti testamentum fecerint dum essent sani; naturalibus autem tantùm pater substituere non potest; in hac substitutione sunt expressæ certæ personæ, quæ debent substitui, nam si furiosus liberos habeat, illi sunt substituendi; sin minus fratres, quibus deficientibus, possunt alii ad libitum substitui; requiritur ad hanc substitutionem, quòd ille, cui substituitur sit de liberis, non sit recasurus in potestatem alterius in furore decedat, & quod substituens sibi etiam faciat testamentum; continet in se tacitam vulgarem; finitur autem cessante furore, vel morbo, & aliis modis applicabilibus, prout dictum est de pupillari, & omnia prædicta probantur per text. cum ibi notatis per DD. *in l. humanitatis*, *Cod. de impub. & aliis substit. & in l. ex facto*, *ff. de vulg. & pupill.* ubi Bart. & alii Ang. Oinot. & alii in §. *Qua ratione institut. de pupill. substitut.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 6. per tot.* Pract. Papp. *Libell. ex substit. glos. Exemplaris per tot.* Ger. Spin. *cons. 22. num. 19. &c.* Tusch. *litt. S. conclus. 830. per tot.* Rot. *part. 19. recent. decis. 190. num. 5. & seqq.* ubi quòd substitutio exemplaris debet respicere tempus mortis, ita ut furoris mentio sine mentione mortis, non sufficiat ad illam inducendam, cessat cessante furore, vel alio morbo, & nequit fieri ob solum judicium imperfectum, vel debile, ac alia ad rem. Add. Nicoli. *in dict. §. qua ratione.* ubi Verd. & alii. Latissimè Fusar. *de substitut. quæst. 166. & plur. seqq.*

An substitutio exemplaris tacita contineatur sub expressa vulgari, & an post aditam hæreditatem locum habeat exemplaris, vel fideicommissaria, latè explicat Martha *de success. Legal. part. 4. quæst. 33. art. 1. & 2. per tot.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 41. num.* 122 Fusar. *de substitut. quæst. 29. num. 6. quæst. 162. num. 2. et seqq.* Intrigliol. *de substitut. cent. 2. quæst. 22. n.* 28. Rot *part. 11. recent. decis. 146. num.* 20. ubi quòd si testator fecit tantùm substitutionem expressam vulgarem, & fideicommissariam tacita exemplaris exinde deduci non potest, cùm expressa testatoris provisio,

Digitized by Google

tio, facit cessare tacitam legis provisionem. Fusar. *de substit. quæst. 175. per totam.*

Quòd ista exemplaris regulariter contineatur sub expressa vulgari, & an sub expressa pupillari, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 41. et 42. per tot.* Fusar. *dict. quæst. 175. et quæst. 176.*

Quòd exemplaris inducatur etiam per verba generalia, & ex conjecturis, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 49. et 50.* Ger. Spin. *cons. 22. per tot.* Mantic. *d. lib. 5. tit. 16. per tot.*

An ista exemplaris expressa contineat sub se vulgarem, & pupillarem tacitas, Menoch. *lib. 4. præsump. 44. per tot.* Vide Fusar. *cit. tract. de substit. qu. 173. et quæst. 174.*

Quòd exemplaris expressa excludat matrem sicut pupillaris, non verò tacita, Pract. Papp. *libell. ex substit. gloss. Exemplaris*, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 46. per tot.* Vide Fusar. *de substit. quæst. 177. per tot.*

20 Substitutio reciproca, sive breviloquia non est propriè species ab aliis distincta, sed quædam adjectio, quæ alias in se substitutiones continet; dicitur reciproca, quando plures una verborum conceptione ultrò, citròque, sive simul instituuntur, & substituuntur ad invicem, & breviloqua, quia brevibus fit verbis; effectus enim hujusmodi substitutionis sunt sub se continere quandoque duas vulgares, quandoque duas pupillares, quandoque duas fideicommissarias, quandoque duas pupillares, & duas vulgares, quandoque plures, ut explicat Bart. *in l. Lucius, ff. de vulg. et pupill.* Plat. Angel. Oinot. & alii in *§. Qua ratione, et §. Si plures instit. de vulg. et pupill. substitut.* Menoch. *lib. 4. præsump. 60. per tot.* Pract. Papp. *libell. ex substitut. gloss. Breviloqua num. 5. etc.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 8. et lib. 7. tit. 4. et tit. 5.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 13.* Intrigliol. *de substitut. centur. 2. quæst. 70. etc.* Mart. *de success. part. 4. quæst. 29. art. pr. et seqq. per tot.* ubi quando, & ex quibus verbis censeatur inducta ista reciproca substitutio, quando contineat vulgarem, quando pupillarem, quando fideicommissariam, & alia, Menoch. *libr. 4. præsumption. 59. per tot.* latè Tusch. *litt. S. conclus. 826. et seqq.* ubi ex quibus desumatur substitutio reciproca inter hæredes institutos, & eorum descendentes, & benè Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis. 361. per tot. et part. 18. recentior. decis. 793.* plenè Baitel. *de ultim. volunt. decis. pr. et 2. per tot. et decis. 5. 6. 7. 8. 9. et 10.* ubi ad saturitatem de ista materia reciprocæ substitutionis. Adde Nicoli. *dict. §. qua ratione.* Latissimè Fusar. *de substitut. quæst. 254. cum plurib. seqq.*

Qualiter inducatur, & per quæ verba inter descendentes, & an proximior ultimo defuncto, vel proximior testatori præferatur, Gratian. *discept. for. cap. 285. per tot.* vide in *§. Proximitas num.* Manriss. ad De Luc. *lib. 10. decis. 28. num. 4. vol. 3.* Cert. *dec. 409. a num. pr.*

Quòd regulariter non inducatur inter duas lineas separatas, nisi verbis expressis, & quando secus, Gratian. *discept. forens. cap. 828. num. 40. etc.* Tusch. *littera S. conclus. 729.* Merlin. *decis. 326. et dec. 360.* ubi qualiter reciproca, etiam de linea ad lineam deducatur ex conjecturis ibidem relatis, Urceol. *Consult. for. cap. 80. per tot.* Rot. in *Bonon.* fideicommissi de Grottis 4. Junii 1666. apud Urceol. *loc. cit. vol. 2.* ubi plura pro inducenda reciproca lineari, hoc est de una linea ad aliam ex conjecturis, & dicta decisio habetur *par. 14. rec. dec. 472.* Bich. *dec. 271. per tot.* ubi plura, ex quibus inducatur tacita reciproca de linea ad lineã, idem Bich. *decis. 287.* Rot. *part. 18. recent. dec. 433. nu. 9. et seqq. decis. 733. per tot. et decis. 755. per tot.* ubi de requisitis, *& part. 19. & decis. 218. nu. 9. & seqq.* vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap. 371. a nu. 12. & de linea legal. libr. pr. art. 19.*

Qualiter vitietur propter inæqualitatem inter institutos, Roland. *cons. 29. lib. pr.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 684. num. 8. &c.*

Quòd reciproca facta inter solos primos institutos, non extendatur ad illorum filios in conditione positos, & alia ad rem facientia, Rot. *part. 13. rec. decis. 124. num. 2. & seqq. per tot.*

21 Substitutio reciproca, ut inducatur, tria concurrere debent, primò quòd fiat inter ipsos vocatos, & institutos, secundò fiat omnibus descendentibus, & sic ultimo morienti, tertiò fiat in universa hæreditate, sive specificè, sive per verba æquipollentia DD. *in l. hæredes, §. Cum ita, ff. ad Trebell.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 15.* Duran. *decis. 258. n. 19. &c. decis. 451. n. 3. &c. in eadem causa*, ubi adducit quatuor conjecturas ad inducendam hujusmodi substitutionem, Merlin. *decis. 326.* Martha *de success. part. 4. quæst. 29 art. 2.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 61.* Spetel. *decis. 152. num. 22. &c.* Pontiol. *in responso pro Mambellis n. 192.* Cæsenæ impresso de anno 1645. Altograd. *cons. 60. n. 55. &c. lib. pr.* ubi plura pro exclusione substitutionis reciprocæ ob defectum dictorum requisitorum, & ex aliis etiam rationibus, vide in *§. Fideicommissum n. 22.* Rota in Romana Laudi 15. Novemb. 1641. coram Carillò *in part. 9. recent. decis. 49. per tot.* ubi pro exclusione reciprocæ substitutionis ex defectu dictorum trium requisitorum, Rot. *part. 9. recent. decis. 385. num. 3. &c.* ubi pro fideicommisso reciproco, perpetuo, & absoluto, *& decis. 497. per tot. d. part. 9. & part. 10. decis. 18. per tot. decis. 142. num. 57. & seqq. decis. 183. per tot. & part. 13. decis. 45. decis. 283. & 442. part. 14. decis. 326.* Bich. *decis. 271. & 287. per tot.* Rot. *part. 18. recent. decis. 755. per tot.* ubi de requisitis substitutionis reciprocæ, linealis, quæ sunt vocatio omnium substitutorum, quòd facta sit ultimo morienti, & in tota hæreditate. Et in hoc ultimo sensu loquitur Rot. *rec. part. 29. dec. 609. per tot. tom. 2. & dec. 487.* ubi plura ad intellectum *d. l. hæredes mei §. cum ità.* De substitutione reciproca lineari plura infra *in novissimis additionibus* Cerfein.

De substitutione facta ultimo morienti ex pluribus substitutis, quæ bona comprehendat, vel non, & ad quot extendatur, Tusch. *litt. S. conclus. 836. & 837. per tot.*

Quòd tamen etiam cessantibus dictis requisitis inducatur substitutio reciproca si ex conjecturis appareat de voluntate testatoris fideicommissum reciprocum inter omnes vocatos inducere volentis, Merlin. *dec. 326.* & benè probat Altograd. *cons. 92. n. 3. & per tot. lib. pr.* ubi ad hoc ponderat multas conjecturas, & præcipuè vocationem in perpetuum, verba collectiva, clausulam pleno jure, sine diminutione, prohibitionem alienationis aliunde vestitam, exclusionem fœminarum, expressam rationem agnationis conservandæ dispositivè adjectam, quæ per se sola potest esse apta ad inducendum fideicommissum, aliaque plura, *& in cons. 80. num. 57. & seqq. ad 71. lib. 2.* ubi quinque conjecturas ad inducendum reciprocum fideicommissum considerat, & eadem latiùs examinat, & sustinet *in cons. 81. n. 53. & seqq. ad 68. lib. 2.* plenè etiam Galvan. *cons. 34. per tot.* Mantic. *de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 7. tit. 5. per tot.* Tusc. *litt. S. conclus. 828. per tot.* ubi quibus modis substitutio reciproca tacitè inducatur, Rot. *part. 10. recent. decis. 18. per tot.* ubi an facta deficientibus masculis æquipolleat debitæ expressioni ultimi morientis, item an facta per verba indefinita in bonis intelligatur de omnibus, & sic de tota hæreditate, ut dicantur concurrere supradicta requisita, & affirmativè resolvitur, stantibus maximè conjecturis, de quibus etiam Rot. *part. 10. decis. 183. per tot. & part. 12. decis. 306. decis. 319. part. 13. decis. 45. num. 7. &c. decis. 419. nu. 5. & seqq. & part. 14. decis. 244. num. 4.* & Bich. *decis. 271. per tot. & decis. 287.* quæ est supracitata *decis. 18. part. 10. recent.* Rot. *part. 18. recent. decis. 433. num. 9. & seqq.* vide Rot. *rec. part. 19. dec. 417. n. 11. tom. 2.* Vide De Luc. *de Fideicomm. disc. 221. num. 12. & disc. 240.* & infra *in novissimis addition.* Cerfein.

Quòd etiam cessantibus dictis requisitis præsumatur facta, & inducta reciproca substitutio inter vocatos, quando ultimus superstes est talis, qui ex verisimili mente testatoris substitutum excludit, ut si sit descendens testatoris, vel talis, qui possit ab intestato succedere alteri præmortuo, ita ut dicatur saltem inter eos reservatum jus legitimæ successionis ab intestato, & alio pro sustinenda reciproca substitutione, Bardellon. *cons. 189. per tot. lib. 2.* Spetel. *decis. 152.*

num.

Digitized by Google

num. 82. &c. Rot. part. 12. recent. dec. 306. per tot. & 319. Bich. decis. 271. & 278. Rot. part. 18. recentior. decis. 433. num. 9. &c. plenè Baitell. de ultim. volunt. decis. 1. & dec. 5. cum plur. sequentib. Adde Rot. rec. part. 19. dec. 487. n. 17. tom. 2. Et latè infra in novissimis additionibus Crescin.

22 Substitutio reciproca directa, vel fideicommissaria, an & quando præsumatur facta inter plures institutos, & vocatos, quibus morientibus datus est substitutus, latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 61. & 62. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 707. num. 12. &c. Martha de success∫. part. 4. quæst. 29. art. 2. per tot. plenè Baitell. de ult. volunt. decis. pr. & seqq. & decis. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

Quòd substitutio fideicommissaria à pluribus inter se reciprocè substitutis relicta ad favorem tertii, etiam sub conditione collectiva, si omnes sine filiis decesserint, debeatur ex benignitate, & ob verisimilem testatoris mentem, si in ultimo decedente verificetur conditio, licèt in aliis defecerit, latè probat Pontisol. in respons. pro Mumbellis Cæsenæ impresso de anno 1645. num. 16. & seqq. vide in §. Conditio nu. 52. & §. Fideicommissum nu. 7. Rot. part. 17. recent. decis. 126. per tot. & decis. 142. per tot.

De substitutione pluribus simul facta sub conditione si ambo, vel omnes decesserint sine filiis, locum habeat in portione ultimi decedentis sine filiis, nisi superfit persona, quæ ex mente præsumpta testatoris excludat substitutum, & quæ talis verè dicatur, & an hoc verum sit tantùm in substitutione universali, vel etiam in legato particulari, Ger. Spin. cons. 86. & 87. per tot. vide Mantic. de conject. lib. 11. tit. 5. nu. 29. &c. Fusar. de substitut. quæst. 473. num. 118. etc. Baitel. de ultim. volunt. decis. pr. et seqq. Rot. in Romana fideicommissi de Drusolinis 12. Junii 1654. coram Cerro, Urceol. consult. forens. cap. 58. nu. 6. et seqq. per tot. vol. 2. facit Rot. part. 9. recent. decis. 407. per tot. et par. 12. decis. 318. num. 12. et seqq. part. 13. decis. 88. num. 11. et part. 15. decis. pr. ubi plenè declaratur text. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. in quo fundatur hæc conclusio, & part. 17. decis. 89. num. 15. et seqq. vide in §. Pluralitas, quando resolvatur in suas singularitates, supra num. 8. Rot. d. part. 17. decis. 97. ubi plura ad limitationem d. l. hæredes mei, §. cum ita, ut stante reciproca substitutione, & superexistentia personæ, quæ verisimiliter ex mente testatoris excludat substitutum, pluralitas non resolvatur in singularitatem, & quando resolvatur super portione ultimi sine filiis defuncti ad exclusionem reciprocæ à filiis alterius instituti tamquam prædilectis prætensæ, eadem Rot. d. part. 17. decis. 126. per tot. et decis. 142. per tot. ubi etiam n. 18. benè declarat quæ censeatur persona prædilecta, et decis. 244. d. part. 17. Rot. rec. part. 19. decis. 487. n. 30., et per tot. tom. 2.

Quòd reciproca substitutio inter aliquas personas excludat omnes alias, Cavaler. decis. 296. num. 7. & quando secus, Rot. part. 17. recentior. decis. 98. et 243. per tot.

An reciproca substitutio sustineatur in dote, pendet à quæstione, an dos succedat loco legitimæ, vel non, dixi in §. Dos nu. 16. et seqq. et §. Fideicommissum num. 20. Altograd. cons. 87. num. 30. lib. pr. facit Rot. part. 13. recent. decis. 118. vide in §. Legitima num. 30. Facit De Luc. de legit. disc. 16. n. 12.

23 Substitutio reciproca regulariter refertur ad omnes institutos in eodem capitulo comprehensos, secus autem stante diversitate orationum, & capitulorum separatorum, nam tunc refertur ad solos proximè institutos, maximè si inter unam, & aliam institutionem sit aliquod intermedium, vel si sit posita post minus dilectos, non extenditur ad magis dilectos, cùm onus contineat, sicut nec quando diversa militat ratio, vel ubi resultaret inæqualitas, sive absurdum, ut latè probat contrariis respondendo Altograd. cons. 54. nu. 4. & seqq. per tot. lib. pr. ubi etiam ex quibus orationum unitas, vel diversitas cognoscatur, & quando clausula substitutionis in fine posita referatur ad omnes, vel tantùm ad proximè nominatos, & ibidem etiam inserit consilium D. Jo. Baptistæ Spadæ in eadem causa succinctè redditum, facit Rot. part. 13. rec. dec. 49. n. 22. & seqq. & dec. 124. n. 2. et seqq. ubi quòd facta inter primos institutos, non extenditur ad eorum filios in conditione positos, & alia latè Baitel. de ultim. volunt. decis. 1. etc. Vide Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 46. num. 27. vol. 3.

Quando autem substitutio reciproca facta inter institutos comprehendat etiam alium institutum additum, & primis institutis adæquatum, latè Rot. par. 17. rec. dec. 98. et 243. per tot. in eadem causa.

Substitutis pluribus invicem, sive reciprocè, illorumque filiis, filii cujuslibet intelliguntur tantùm substituti ad invicem respectu portionis paternæ, non autem aliorum institutorum, quasi in substitutione facta de transversalibus non includatur alter transversalis, sed tantùm descendentes transversalis gravati, Gratian. discept. forens. cap. 371. nu. 8. etc. cap. 664. num. 2. cap. 741. n. 10. etc. Matt. Medic. dec. 5. num. 11. Handed. cons. 60. n. 59. lib. pr. Sperel. dec. 151. nu. 11. et decis. 152. n. 29. etc. nu. 91. etc. alios allegat Altograd. cons. 92. n. 33. lib. pr. ubi tamen ipse n. 34. dicit contrarium esse verius, quando ex conjecturis apparet fuisse inductum reciprocum fideicommissum inter omnes vocatos, & præcipuè ubi fuit expressa ratio agnationis, sequitur Sperel. d. dec. 152. nu. 29. etc. vide Rot. in Urbinatens. Prædii 3. Junii 1652. coram Bichio, §. Neque hic inter rec. par. 11. dec. 42. Gregor. dec. 337. Urceol. Consult. forens. cap. 56. num. 34. vol. 2. et cap. 80. n. 13. et seqq. et n. 35. et seqq. vol. 2. ubi inserit decisionem Rot. Romanæ in Bonon. Fideicommissi de Grottis 4. Junii 1666. coram Otalora, & benè declarat quando reciproca intelligatur dumtaxat discretivè inter liberos respectu portioni proprii parentis, vel inter omnes, etiam de linea ad lineam, & ex pluribus conjecturis simul junctis concludit pro reciproca de linea ad lineam, Rot. par. 12. rec. dec. 171. n. 22. etc. ubi benè declarat par. 13. dec. 124. nu. 3. et seqq. per tot. et par. 14. decis. 411. per tot. Bich. dec. 272. 424. 559. 608. et 593. n. 8. vide in §. Positus in conditione n. 3.

An autem substitutio reciproca inducatur inter filios in conditione positos, an inter institutos cum prohibitione alienationis, quæ substitutiones contineat, & alia, latè Martha de success∫. par. 4. qu. 29. art. 3. & seqq. per tot. vide in §. Positus in conditione num. Urceol. consult. forens. cap. 81. volum. 2. Rot. par. 13. recent. dec. 124. num. 3. & seqq. per tot. Baitel. de ultim. volunt. dec. 1. & 2. ubi plenè de materia reciprocæ substitutionis an, & quando, & inter quos censeatur inducta. De Luc. de Fideicomm. disc. 101. a n. 35., ubi de prohibitione alienationis Mantiss. ad eumdem De Luc. libr. 10. decis 55. n. 2. et decis. 58. n. 15. vol. 2., ubi de filiis in conditione positis.

Substitutio compendiosa sic dicta à compendio, 25
& brevitate verborum, quibus pluras substitutiones comprehenduntur, nam cùm multi sint rerum eventus, & testatores filiis suis in omni tempore providere cupiant, sive moriantur ante aditam hæreditatem, sive posteà in pupillari ætate, sive in pubertate, fuit inducta hæc substitutio, qua mediante possint in omni tempore sub compendio providere, veluti quandocumque filius meus decesserit sine liberis, substituto talem, vel aliis verbis æquipollentibus, etiam absque hujusmodi dictione, quandocumque, & perinde est, ac si testator omnes substitutiones expressisset, & sic compendiosa est secunda institutio, quæ sub compendio temporum, & non personarum plures substitutionum species comprehendere, apta est; potest fieri verbis directis, obliquis, seu precariis, & communibus, ut benè declarant Batt. Soccin. jun. & alii in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. Bald. Curt. Cagnol. & alii in l. precibus, C. de impub. & aliis substitut. Panorm. Covar. & cæteri in cap. Raynutius de testam. Gomes. var. resolut. lib. pr. cap. 7. Ang. Oinot. & alii in §. fin. Instit. de pupill. substitut. Cabal. cons. decis. 89. lib. pr. Martha de success∫. par. 4. quæst. 30. art. pr. &c. Tusch. litt. S. conclus. 796. & seqq. ad 800. ubi plenè Ricc. Collect. 790. 1861. Rot. par. 12. rec. dec. 171. n. 13. &c. dec. 197. num. pr. & seqq. par. 14. dec. 30. per tot. Bich. dec. 17. Rot. par. 15. dec. 322.

Carol.

Carol. Marant. *controv. par.* 5. *respons.* 23 *per tot.* Addo Nicoli. *in dict.* §. *fin.* ubi Verd. & alii, latissimè Fusar. *de substit. quæst.* 228. & *seqq.*

Quòd dicatur compendiosa substitutio, si fiat alicui, si decesserit sine filiis, quamvis non contineat dictionem, *quandocumque*, Gratian. *discept. forens. cap.* 407. *nu. pr.* &c. *cap.* 528. *nu. pr.* &c. *cap.* 869. *nu.* 38. Magon. *dec. Florent.* 4. *n. pr.* Altograd. *cons.* 76. *n.* 5. *lib. pr.* Surd. *dec.* 37. *n.* 8. vide Tusch. *loc. cit.* & Rot. *in loc. sup. cit.* Censal. ad Peregrin. *de fideicom. ar.* 34. *verso addo ad n.* 9. Fusar. *de substit. quæst.* 233. *n.* 47. De Luc. *de Fideicom. disc.* 127. *nu* 2. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 9. *n.* 9. *et decis.* 15. *num.* 6. *vol.* 2.

Quando, & ex quibus conjecturis dicatur facta compendiosa, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 51.

Quòd sit compendiosa, quando est facta alicui, quandocumque sine liberis decedenti, & fideicommissum importet, Cavaler. *dec.* 575. *num. pr.* Rot. *par.* 21. *rec. dec.* 346. *nu.* 17. &c. ubi quòd facta deficientibus omnibus, &c. omne tempus deficientiæ amplectitur, & sic est compendiosa, quæ continet fideicommissariam, cujus vigore succedit secundus substitutus post aditam hæreditatem à primo, vide Bich. *dec.* 27. *per tot.* Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 322. Carol. Marant. *contr. par.* 5. *respons.* 23. *per tot.* Fusar. *dict. quæst.* 233. *ferè per totam.*

26 Substitutio compendiosa, licèt regulariter contineat pupillarem tamquam expressam verbis generalibus, tamen illam non comprehendit quando testator se restrinxit ad propria bona, & quomodo hoc intelligatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 528. *n.* 13. &c. *cap.* 542. *nu.* 29. &c. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 181. *n.* 9. &c. Martha *de success. par.* 4. *quæst.* 30. *ar.* 5. *n.* 27. & *seqq. per tot.* Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 269. *nu.* 21. & *seqq.* ubi quòd non comprehendit pupillarem, quando testator restrinxit se expressè ad vulgarem, & fideicommissariam, & tunc mater non censetur privata legitima, *supra num.* 26. Vide Fusar. *de substit. quæst.* 240. *cum seqq.* De Luc. *de Fideicom. disc.* 121. *n.* 3. & 4. *et disc.* 124. *n.* 16. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 82. *n.* 13.

Quòd contineat etiam vulgarem, nisi constet de contraria mente testatoris, Magon. *dec. Florent.* 4. *num.* 2. & *num.* 18. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 53. *per totum* Altograd. *cons.* 76. *nu.* 53. *lib. pr.* Latè Martha *de success. d. ar.* 5. *nu. pr.* & *seqq.* Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 196. *num.* 23. & *seqq.* ubi quòd vulgarem non continet, quando confertur post acquisitam hæreditatem gradui antecedenti, & quando illam contineat, Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 322. Vide Fusar. *loc. supra cit. quæst.* 234. *cum seqq.* De Luc. *de Fideicomm. disc.* 108. *n.* 4. *in summ. n.* 14. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 8. *n.* 4. *decis.* 9. *à n.* 5. *decis.* 15. *n.* 7. *decis.* 16. *n.* 5. *vol.* 2.

Quòd in relictis particularibus compendiosa resolvatur in fideicommissariam, nec possit aliquo pacto esse vulgaris, intelligendo quando est facta hæredi, de cujus manu res particularis sit capienda, secus si sit facta legatario, Altog. *cons.* 49. *num.* 34. & *seqq. lib. pr.* vide Martha *loc. cit.* Vide De Luc. *loc. cit.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 72. *n.* 6. *vol.* 2.

An compendiosa comprehendat exemplarem, dic quòd sic regulariter, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 45. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 22. *n.* 14.

Et an isto casu mater excludatur per exemplarem, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 46. *n.* 2. &c. *supra n.* 16.

Quòd compendiosa contineat vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, nec pupillaris excludatur per conditionem, si sine liberis, Petr. Cabal. *cons. dec.* 89. *lib. pr.* Gratian. *discept. forens. cap.* 528. *n.* 30. &c. latè Menoch. *libr.* 4. *præsumpt.* 53. 54. & 55. *per tot.* Vide Fusar. *loc. supra adduct.* & *dict. qu.* 234. *cum seqq.*

27 Substitutio compendiosa facta à Pagano, (hoc est à non milite) per verba merè directa, valet in vim directæ, durante pupillari ætate, illa verò finita, cùm paganus, idest non miles non possit directè substituere, trahitur ad fideicommissum, Pract. Papp. *Libell. ex substit. gloss. Compendiosè n.* 8. &c. vide latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 56. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 84. Cavaler. *dec.* 496. Mart. Medic. *Exam.* 43. & *dec.* 69. & 70. *per tot. cum Addit.* Martha *de success. par.* 4. *qu.* 30. *art.* 30. *nu.* 15. & *per tot.* ubi hanc opinionem tamquam æquiorem, & veriorem sustinet, post multos in contrarium relatos tenentes post pubertatem in totum evanescere. Vide Censal. ad Peregr. *de fideicommiss. vers. verum hinc.*

Quòd adveniente casu pupillaris, admittatur substitutus ad omnia bona pupilli, etiam aliunde quæsita, exclusis venientibus ab intestato; & matre, etiam à legitima, Grat. *disceptat. forens. cap.* 528. *n.* 19. *etc.* prout dictum est supra de pupillari, Cabal. *cons. dec.* 90. *per tot. lib.* 2.

An autem substitutio compendiosa facta à milite per verba directa, valeat omni tempore jure directo, dic quòd sic; & quid si sit facta verbis obliquis, vel communibus, vide Mart. *de success. d. par.* 4. *qu.* 30. *ar.* 2. *per tot.* benè etiam Oinot. *in* §. *fin. n.* 8. & *seqq. Institut. de pupill. substitut.*

Substitutio compendiosa facta sive à Pagano, sivè à milite per verba merè obliqua, omni tempore est fideicommissaria, nec matrem excludit à legitima, & trebellianica, Pract. Papp. *Libel. ex substitut. glos. Compendiosè num.* 14. &c. Gratian. *discept. forens. cap.* 407. *per tot.* Mart. Medic. *de exam.* 43. & *dec.* 69. & 70. *cum Addit.* Martha *de success. par.* 4. *qu.* 30. *ar.* 2. *n.* 10. & *ar.* 4. *per tot.* ubi latè explicat. Vide Censal. ad Peregrin. *de fideicom. ar.* 34. *vers. sed quia.* Fusar. *de substitut. quæst.* 236. De Luc. *de Fideicom. disc.* 91. *n.* 25. 28

An autem compendiosa facta per verba communia, sit omni tempore directa, vel fideicommissaria, Bartol. *in l. Centurio, ff. de vulg.* & *pupill.* Pract. Papp. *loc. cit. num.* 18. &c. Gratian. *discept. forens. cap.* 542. *num.* 27. &c. *cap.* 528. *per tot.* ubi in casu suo ex multis ostendit esse directam, & quòd talis in dubio præsumatur, & propter clausulam *omni meliori modo*, maximè pia causa substituta, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 52. &c. Cavaler. *decis.* 496 Mart Medic. *loc. sup cit.* Martha *de success. d. par.* 4. *quæst.* 30. *art.* 2. *n.* 21. &c. & *art.* 5. *per tot.* Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 131. ubi quòd verba communia, si non subsit aliqua necessitas, vel ratio obliquandi, debent interpretari pro directis, & sic semper debet potius capi interpretatio, ut substitutio sit directa, quam obliqua.

Quid si compendiosa fuerit facta per verba directa, & communia simul, an substitutus possit eligere ex qua velit succedere, & quando compendiosa facta sub diversis formis, solam fideicommissariam contineat, & alia Martha *de success. d. quæst.* 30. *art.* 6. & 7. *per tot.*

Quæ sint verba directa, quæ communia, & quæ obliqua Pract. Papp. *d. glos. Compendiosè in princip.* Oinot. *in* §. *fin. n.* 6. *Instit. de pupill. substit.* Vide Fusar. *de substit. quæst.* 234. & *seqq.*

Substitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, an possit eligere, ex qua substitutione velit succedere, & quid importent illa verba, ut plurimum per notarios apponi solita in substitutionibus, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 63. *per tot.* Martha *de success. par.* 4. *quæst.* 30. *art.* 7. *per tot.* Tusch. *litt. S. conclus.* 788. *per tot.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 80. & 81. *vol.* 2. Fusar. *de substitut. qu.* 10. *per tot. qu.* 245. *nu.* 79. *qu.* 257. *n.* 29. ubi de aliis effectibus dictæ clausulæ, de quibus etiam Caren. *resol.* 34. *per tot.* 29

Et quid si fuerit dictum vulgariter, pupillariter, &c. an sub hujusmodi clausula cæterata comprehendatur etiam substitutio fideicommissaria, cùm dictio cæterata contineat omnia, quæ sunt de consuetudine notatii in tali materia, Altograd. *cons.* 75. *per tot. lib.* 2. ubi tandem firmat pro negativa, cùm clausula cæterata non extendatur, ubi intentio partium non fuit plenè expressa, nec ad inducendum onus, & dispositionem substantialem non expressam.

Qualiter autem substitutio compendiosa extinguatur respectu vulgaris, & pupillaris, Martha *de success. par.* 4. *quæst.* 30. *art.* 8. *per tot.*

Et qualiter respectu fideicommissariæ, & sic an, & quando fideicommissum expiret, sive extinguatur, idem

idem Martha d. part. 4. quæst. 21. art. 15. per tot. vide in §. Fideicommissum num.

30 Substitutio conditionalis non transit ad hæredem substituti, nisi de illo sit facta specialis mentio, vel nisi esset talis, qui veniat ex judicio testatoris, Pract. Papp. Libell. ex subst. gloss. Breviloque n. 26. & glos. Qui ex eis num. 2. Cravett. cons. 152. n. 3. Capyc. dec. 115. n. 6. &c. vide in §. Fideicommissum n. 27. ubi plura Vivi. comm. opin 843. & 844. ubi plenè Gomes. var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 29. & cap. 4. n. 15. Paul. Christin. dec. 16. nn. 8. &c. vol. 4. Rot. part. 13. rec. dec. 11. num. 10. & seqq. dec. 378. n. 1. etc. Sanfelic. dec. 279. ubi quòd præmoriente substituto, legatum non transmittitur. Emerix jun. dec. 1156. n. 7. Palm. nep. alleg. 176. n. 17. tom. 2.

Quòd substitutiones factæ in contractibus, etiamsi sint conditionales, transmittantur ad hæredes, & quare, benè Caren. resol. 170. per tot. Urceol. de Transact. quæst. 87. n. 14. & vide in d. §. Fideicommissum n. 27.

31 Substitutio fideicommissaria potest fieri, etiam in contractibus, & donationibus inter vivos, vel causa mortis, & dabitur actio ex fideicommisso, non tamen poterit detrahi trebellianica, sed tantùm legitima, & licèt postea revocetur donatio quoad primum donatarium, non censebitur revocata quoad substitutum, cui per stipulationem donantis, vel donatari quæritur, actio, secundùm multos etiam ipso jure dominium adveniente casu substitutionis, ita ut habeat rei vindicationem videndus, Gratian. discept. forens. cap. 247. per tot. cap. 332. per tot. c. 381. nu. 22. etc. cap. 405. n. 19. etc. cap. 575. per tot. Franc. decis. 74. Caren. resolut. 154. et resolut. 170. per tot. Magon. dec. Florent. 71. n. 6. etc. plenè Cabal. cons. dec. 142. n. 74. et seqq. et ad 131. lib. 1. Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 25. fol. 307. etc. ubi plura qualiter fiat in contractibus, & quid operetur, ubi quòd competit tantùm actio personalis, & non hypothecaria contra possessores, vide in § Donatio n. 37. etc. §. Renunciation. §. Fideicommissum n. 3. Rot. par. 9. recent. dec. 334. n. 12. et seqq. vol. 2. et part. 13. dec. 82. n. 4. et dec. 280. Merlin. dec. 404. ubi qualiter donatione facta patri, nec non filiis, & descendentibus in infinitum sub conditione non alienandi si pater alienaverit, possint filii, vel alii descendentes, etiam tempore alienationis non concepti illam revocare, cùm habeant jus quæsitum irrevocabile ex stipulatione patris, & notarii, etiam ante illorum acceptationem, vel ratificationem dixi in §. Donatio n. 65. vers. 8. Rot. par. 13. rec. dec. 429. per tot. Martha vot. Pis. 215. Vide Censali ad Peregrin. art. 51. in princip. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 39. nu. 380. tom. 6. Caprar. dec. 433. n. 1. et dec. 126. n. 5.

Quòd in præjudicium substituti non sit locus revocationis donationis, etiam de consensu donatarii, stante stipulatione pro dicto substituto absente, Martha vot. Pis. 215. Rot. in Noviss. par. 7. dec. 37. n. 6. Altograd. cons. 37. n. 6. et 7. lib. 2. vide latè Urceol. consult. for. cap. 54. nu. 42. et seqq. vol. 2. ubi benè hanc probat opinionem, & Rot. part. 9. rec. dec. 334. n. 12. et seqq. per tot. et par. 13. dec. 280. per tot. Pen. & Add. dec. 239. et dec. 563. Hodiern. ad Surd. dec. 209.

In contrarium vide Surd. dec. 209. n. 15. Laream in alleg. fisc. tom. 2. alleg. 115. n. 25. Dian. par. 8. tract. 6. resol. 103. ubi probat donationem factam alicui, ut post eum alius substituatur, quamvis respectu primi donatarii non possit revocari, tamen respectu secundi substituti ante illius acceptationem mutari posse, & revocari Ant. Fab. in suo Cod. tit. de donat. quæ sub mod. etc. definit. 2. Paul. Christ. dec. 191. n. 10. vol. 4. vide Urceol. et alios supr. cit. Martha vot. Pis. 247. num. 7. et seqq. ubi quòd de consensu primi donatarii potest revocari in præjudicium substituti ante acceptationem ab eo factam, & maximè si sit de descendentibus primi. De quibus latè Censali ad Peregrin. loc. cit. Vide Hodiern. ad Surd. cit. dec. 209.

In ultimis voluntatibus, quia tertio non est jus irrevocabiliter quæsitum, revocato legato quoad principalem, erit etiam revocatum quoad substitutum, Bart. in l. qui Romæ §. Flavius, ff. de verb. obligat. ad finem, Seraph. dec. 1409. n. 6. &c. vide in §. Donatio n. 37. & 38.

Quòd in donationibus factis in testamento, ipso jure dominium transfertur in donatarium absque traditione, etiam ad favorem ulteriorum vocatorum, Sperel. dec. 168. n. 36. &c.

Quòd quamvis donatio fuerit caducata quoad primum donatarium, tamen sustineatur quoad substitutos, cùm tot reputentur donationes, quot sunt substitutiones, & quilibet donatarius veniat jure suo per text. in l. Quoties, Cod. de donat. quæ sub mod. Rot. part. 9. rec. dec. 444. n. 35. & seqq. ubi concordantes adducit, & part. 12. dec. 356. per tot. dixi in §. Donatio n. 21. 14. &c. Rot. par. 13. rec. dec. 280. n. 15. ubi quòd contraventio unius ex vocatis, non potest aliis jure proprio venientibus præjudicare, sed potiùs aperit illis viam succedendi quasi caducata prima parte.

Substitutio regulariter non potest extendi de persona ad personam, nisi aliter de mente disponentis appareat, & ideò facta sub conditione, si hæres decesserit sine filiis, illo decedente cum filiis videtur per defectum conditionis expirasse juxta celebre consilium Oldrad. 21. Cavaler. dec. 454. 481. & 513. per tot. Rot. par. 18. rec. tom. 1. dec. 166. nn. 1. & dec. 645. tom. 2. Fusar. de substitut. quæst. 480. per tot. Martha vot. Pis. 222. per tot. Vivi. commun. opin. 855. facit latè Cabal. cons. dec. 39. lib. 2. Altograd. cons. 60. n. 1. & seqq. lib. 1. Pontisol. optimam rationem adducens in Respons. pro Mambellis Cæsenæ impresso de anno 1645. n. 128. &c. Paul. Christ. dec. 16. num. 2. vol. 4. Merlin. dec. 83. ubi quando possit ex conjecturis recedi à dicto cons. Oldrad. idem Merlin. dec. 654. n. 12. &c. Urceo. Consult. forens. cap. 56. vol. 2. & cap. 70. per tot. dict. vol. 2. Rot. part. 9. rec. vol. 1. dec. 2. nn. 7. & seqq. per tot. & dec. 108. n. 6. & seqq. & dec. 239. n. 22. & decis. 385. per tot. d. part. 9. et part. 10. dec. 72. per tot. et dec. 142. per tot. et par. 12. dec. 2. par. 13. decis. 154. n. 18. et seqq. dec. 459. nu. 3. etc. & coram Bichio decis. 4. ubi quòd vera est conclusio quando substitutio est facta per verba certi, & determinati temporis, ut mortis hæredis, secus autem si sub conditione deficientiæ filiorum, nam tunc cùm non habeat tempus determinatum, admittitur substitutus quandocumque deficiant filii, etiam post mortem institutorum, ut infra n. 49 Rot. part. 16. recent. dec. 104. n. 14. et seqq. et dec. 235. per tot. ubi canonizatur dictum Oldradi consilium, à quo licèt recedi possit ex conjecturis, tamen illæ debent esse urgentes, efficaces, ac omninò concludentes, & ideò plures rejiciuntur in dicta decisione, et part. 17. decis. 2. ubi quòd passim receditur à cons. Oldrad. ex conjecturis, nec procedit quando testator processit per verba realia, vel respexit ad tempus indeterminatum, ut supra et part. 18. dec. 645. ubi quòd non intrat cons. Oldrad. quando in casu deficientiæ lineæ fuit alter vocatus, qui sine præcedenti substitutione inter omnes de linea succedere non poterat, ac ideò necesse sit dicere, fuisse inductam reciprocam inter ipsos de linea, licèt primus decesserit sine filiis, De Luc. de fideicomm. disc. 6. nn. 2. disc. 83. disc. 247. & Rot. rec. part. 19. decis. 444. tom. 2. & coram Caprar. dec. 43. n. 2. dec. 169. nn. 1. dec. 191. n. 3. dec. 232. n. 1. part. 1. et dec. 524. n. 11. part. 2. Crescin. ad Pen. dec. 85. Mantiss. ad De Luc. libr. 10. dec. 7. nn. 6. vol. 3. Palm. nep. decis. 412. tom. 5. dec. 176. n. 1. tom. 2. 32

Quòd sufficiat obiicere prætendenti jus ex substitutione, de re non loquitur substitutio, vel illam dubiam, & obscuram reddere ad eum excludendum, Mascard. de prob. vol. 3. conclus. 1342. Altogr. cons. 48. n. 1. 19. et 20. cons. 54. n. 49. 52. 54. 97 etc. ad 101. lib. 1. cons. 43. n. 73. cons. 79. n. 1. et seqq cons. 92. per tot. lib. 2. Fusar. de substitut. quæst. 351. n. 9. Cyriac. contr. 579. n. 31. et 608. n. 2. Conciol. allegat. 41. in fin. Urceol. consult. for. cap. 70. n. 1. vol. 2. Rot. part. 11. rec. dec. 181. per tot. ubi plura pro non extensione, etiam si fuerit contemplata agnatio,

tio, quia debet referri ad perſonas nominatas, *et part. 3. dec. 378. num. pr. et ſeqq.* ubi quod ad fideicommiſſum aſpirans tenetur caſum ſuæ vocationis probare, aliàs poteſt repelli, quòd ad ipſum non trahatur ſubſtitutio, & latè Ludoviſ. cum Beltram. *dec.* 433. Vide Epiſc Rocc. *cap.* 2. *n.* 15. *lib.* 1. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 63. *n.* 3. *vol.* 3. Palm. nep. *dec.* 175. *n. pr. tom.* 2. *et alleg.* 244. *n. pr. et alleg.* 296. *n. pr. tom.* 3.

Quòd non extendatur de uno tempore ad aliud Altograd. *conſ* 46. *n.* 42. *&c. lib.* 1. ubi plura de extenſione non permiſſa, & Ger. Spin. *conſ.* 12. *&* 89 *per tot.* Ludoviſ. cum Beltramin. *dec.* 338. Creſc. ad Pen. *dec.* 85. *n.* 4.

Quòd non extendatur de caſu ad caſum, & quando poſſit extendi, Gratian. *diſcept. for. c.* 741. *per tot. c.* 847. *n.* 12. *&c.* Magon. *deciſ. Florent.* 4. *n.* 41. *&c.* Sperel *dec.* 152. *per tot.* Marcian. *diſput. forenſ. c.* 30. latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 842. *per tot.* Paul. Chriſtin. *dec.* 16. *n.* 2. *vol.* 4. Urceol. *Conſul. forenſ. cap.* 56. *n.* 1. Ludoviſ. cum Beltramin. *dec.* 338. *per tot. & dec.* 371. Rot. *par.* 171. *rec. dec.* 154. *numer.* 9. *& ſeqq.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 635. *n.* 15. *tom.* 2. Cerr. *dec.* 406. *n.* 21. *dec.* 441. *n.* 26. Caren. *reſol.* 29. Roſa *conſult.* 49. Card. De Luc. *de Fideicom. diſc.* 115. *n.* 4. *diſc.* 239. *n.* 4. *de Regal. diſc.* 160. *nu.* 13. Creſcin. ad Pen. *loc. cit.*

Ex conjecturis tamen, & præſumptionibus poteſt recedi à dicto conſilio Oldradi, quales autem eſſe debeant, latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 69. Magon. *decis. Florent.* 50. *nu.* 32. *&c.* Altograd. *conſ.* 60. *nu.* 116. *& ſeqq. lib. pr.* Merlin. *deciſ.* 83. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent volum.* 1. *dec.* 2. *n.* 7. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 208. *n.* 6. *& ſeqq. d. part.* 9. *et dec.* 355. *n.* 26. *et ſeqq. decſ.* 266. *per tot. dict. part.* 9. *et deciſ.* 385. *per tot. ead. part.* 9. *et part.* 10. *dec.* 142. *per tot.* vide Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 480. Rot. *part.* 13. *recentior. dec.* 45. *nu.* 9. *et ſeqq. dec.* 459. *nu.* 5. *etc. part.* 16. *dec.* 104. *n.* 14. *et ſeqq. et dec.* 235. *per tot.* Joſeph. de Roſa *conſultat.* 40. *per tot.* Caren. *reſolut.* 29. 43. 120. *et* 163. vide Rot. *recent. part.* 19 *deciſ.* 444. *tom.* 2. Caprat. *d. dec.* 169. *n.* 2. *dec.* 193. *n.* 21. *dec.* 232. *n.* 2. *part.* 1. *et d. dec.* 524. *nu.* 14. *part.* 2. *et dec.* 452. *n.* 9. *et* in. *ead. part.* 2.

Et ideò ſubſtitutio facta ſub dicta conditione *ſi hæres deceſſerit ſine filiis*, quando fuit cogitatum de bonis in familia, & agnatione conſervandis, habet locum etiam ubi hæres habuit filios qui poſtea ſine filiis deceſſerint, Gratian. *diſceptat. for. cap.* 487. *n.* 10. *& per tot. cap.* 629. *cap.* 828. *c.* 847. *cap.* 774. Franch. *dec.* 92. *n.* 1. *&c.* ubi contra, &c. vide *§. Fideicommiſſum num.* 8. *§. Legatum num.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 2. *per tot.* & plenè *dec.* 152. *per tot. part.* 10. *recent.* ubi quòd licèt regulariter expiret ſubſtitutio per exiſtentiam filiorum, etiamſi poſteà moriantur juxta *conſ.* 21. Oldradi, tamen ſecùs eſt quando ex conjecturis apparet teſtatorem purum, & abſolutum fideicommiſſum omni caſu inducere voluiſſe, quod colligitur ex contemplatione agnationis, tractu ſucceſſivo, digreſſione ad plures ſubſtitutionum gradus, tam in parte activa, quàm paſſiva, & hujuſmodi, ut latè ibid. pro fideicommiſſo reſolvitur, & *part.* 13. *dec.* 45. *n.* 9. *& ſeqq. & part.* 16. *dec.* 104. *n.* 4. *&c. dec.* 235. ubi pro concluſione fideicommiſſi, Joſeph. de Roſa *dict. conſult.* 40. *per tot.* ubi pro fideicommiſſo ad limitationem conſilii Oldradi, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 684. *per tot.* ubi pariter pro fideicommiſſo, quando ſubſtitutio ſub dicta conditione *ſine filiis* facta fuit per verbum, *quandocumque*, *&c. part.* 19. *dec.* 89. ubi pro fideicommiſſo quando adeſt ratio agnationis, & permanentiæ bonorum in familia.

An, & quando ſubſtitutio directa poſſit extendi de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 65. *per tot. et præſumpt.* 73. *per tot.* ubi quid in fideicommiſſaria, Ludoviſ. cum Beltramin. *dec.* 338. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 114. *n.* 10. *et ſeqq. per tot.* ubi quòd facta in eventum, quòd hæres decedat *cum filiis* maſculis, & fœminis non porrigitur ad caſum, quo decedat *ſine filiis* ob defectum conditionis, & ſubſtitutio fideicommiſſaria habetur pro non facta, ac bona remanent ſub libera diſpoſitione hæredis ſine filiis defuncti, dixi in *§. Conditio n.* 78.

Quòd extendatur ubi conſtat de voluntate teſtatoris, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 979. *n.* 32. *etc.* Duran. *dec.* 267. *n.* 1. Tuſch. *litter. S. concluſ.* 842. *num.* 60. *et ſeqq.* ubi refert plures conjecturas, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 2. *et dec.* 385. *d. part.* 9. *et part.* 17. *dec.* 154. *n.* 20. *et ſeqq.* Creſcin. ad Pen. *d. dec.* 85. *n.* 2.

Item ratione majoris dilectionis, Gratian. *c.* 828. *n.* 49. Pontirol. *loc. ſup. cit. n.* 87.

Item quando caſus omiſſus habet eandem omninò rationem cum caſu expreſſo, & in caſu omiſſo veriſimile eſt, quòd teſtator idem voluerit, quòd in expreſſo, non obſtantibus aliquibus verbis reſtrictivis, quæ non impediunt extenſionem ex veriſimili mente teſtatoris, Surd. *dec.* 37. *nu.* 17. *etc. et conſ.* 236. Beltramin. cum Ludoviſ. *dec.* 338. *n.* 54. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 254. *n.* 12. *et ſeqq.*

Item favore piæ cauſæ, & quando teſtator fecit plures gradus ſubſtitutionum vocando omnes invicem, & ita poſſe limitari dictum conſilium Oldradi Gratian. *diſcept. for. cap.* 662. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 140. *per tot.* Duran. *dec.* 267. *n.* 2. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 154. *nu.* 25. ubi quòd favore piæ cauſæ permittitur quidem extenſio de perſona ad perſonam, ſed non admittitur extenſio conditionis, de caſu ad caſum.

Quòd ſubſtitutio directa poſſit de caſu ad caſum extendi concurrente favore piæ cauſæ, vel animæ, vel ubi teſtator conſideravit potius effectum, quàm modum, vel ubi apparet de mente teſtatoris, vel ubi caſus omiſſus poteſt ſub generalitate verborum comprehendi, vel quando fuit expreſſus caſus, qui frequentius ſolet accidere, vel quem teſtator magis evenire poſſe putaverit, vel ubi militat eadem ratio, & idem effectus, Altograd. *conſ.* 76. *n.* 26. *&c. lib.* 1. ubi propterea infert ad plures caſus, in quibus datur extenſio de caſu ad caſum, *& n.* 69. *&c.* reſpondet objectis, latè Sperel. *dec.* 144. *&* 152. *per tot.*

Multa de ſubſtitutione piæ cauſæ quando locum habeat, vel non, & quos favores habeat, vel non, Tuſch. *litter. S. concluſ.* 831. *&* 832. *per tot.*

Subſtitutio facta patruis ad favorem nepotum, ut quia nepotes fuerint activè vocati, & ſubſtituti 33
patruis ſine filiis decedentibus, cenſetur etiam facta paſſivè ipſis nepotibus ad favorem patruorum, & ſic patrui ex præſumpta mente teſtatoris cenſentur vocati, & ſubſtituti ipſis nepotibus ſine filiis decedentibus, ita ut ſi inter omnes vocatos adſit reciproca ſubſtitutio, & ultimo decedenti ſint ſubſtituti proximiores agnati, veniat etiam in reſtitutione ad favorem agnatorum hujuſmodi portio cum aliis conglobata, & ſic in utroque caſu ipſis quoque nepotibus cenſebitur gravamen appoſitum, licèt non ſit expreſſum, quando fuit habita ratio agnationis conſervandæ, factus fuit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, & quando aliàs reſultaret abſurdum, cum etiam ratione abſurdi vitandi poſſit fideicommiſſum, vel ſubſtitutio extendi de perſona ad perſonam, Surd. *dec.* 319. *nu.* 11. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 20. cum aliis per Pontirol. in Reſponſo pro Mambellis Cæſenæ impreſſo de anno 1645. *n.* 72. *& ſeqq.*

Contrarium tamen in utroque caſu, nempè reciprocam ſubſtitutionem inter filios, ſi fideicommiſſariam contineat, non extendi ad nepotes, nec ideò eos cenſeri gravatos, nec erga agnatos ultimò vocatos, niſi ſit expreſsè diſpoſitum, latè ex multis oſtendit idem Pontirol. *loc. cit. n.* 97. *& ad* 112. & præcipuè quia tacita reciproca in jure non reperitur, ubi non concurrunt omnia ejus requiſita, nec eſt locus extenſioni de perſona ad perſonam ex quacumque ratione verbis non expreſſa, cùm voluntas teſtatoris, quæ ex verbis non colligitur tamquam imaginaria non attendatur, licèt enim ex legitimis conjecturis poſſit depromi, tamen illæ debent eſſe omninò neceſſariæ, & concludentes, ac ex teſtamenti verbis, & diſpoſitis per neceſſarium intellectum,

ctum, non possibilem tantùm, & persuasivum desumptæ, ita ut sint perspicuæ, & violentæ, cum aliàs in dubio ex comentitio æquitatis dictamine, non sint inducendæ substitutiones tamquam ratione oneris simpliciter odiosæ, & cum juxta propriam verborum significationem sub nomine filiorum non veniant nepotes, ut perbellè probat Pontirol. *loc. cit.* Mandel. *cons.* 29. *num.* 11. Cravett. *cons.* 161. *num.* 8. *cons.* 306. *in fine*, Menoch. *cons.* 367. *n.* 41. *cons.* 636. *n.* 11. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 13. *num.* 88. latè Fusar. *de substitut. quæst.* 472. *num.* 30. *et seqq. quæst.* 479. *num.* 124. Altograd. *cons.* 160. *num.* 118. *lib. pr.* Urceol. *consultat. forens. cap.* 56. *volum.* 2.

Neque ratio agnationis, etiam expressa facit locum dictæ extensioni, nisi in parte prorsus separata testamenti principaliter de per se, ac independenter ab omni alia dispositione, & conditione sit adscripta, ita ut apertissimè constet testatorem voluisse de per se inducere, Fusar. *quæst.* 480. *num.* 24. Seraphin. *decis.* 883. *num.* 6. *etc.* prout egregiè declarat Pontirol. *loc. citat. num.* 156. *et seqq.* ubi quòd ita quamplurima Sacræ Rotæ Romanæ responsa possunt interpretari, & *num.* 160. *et seqq.* explicat quando digressio ad plures substitutionum gradus dicatur facta, & extensionem operetur, vel non, *et num.* 193. *et seqq.* respondet absurdis pro extensione inducenda consideratis.

Quòd ubi ratio agnationis est dispositivè expressa possit per se sola sufficere ad inducendum fideicommissum, probat Altograd. *cons.* 92. *num.* 17. *etc. lib. pr.* Secùs autem si non sit dispositivè, & per viam principalis dispositionis adjecta, sed per modum rationis consecutivæ ad præcedentem dispositionem, quia tunc non ampliat fideicommissum præcedens, nec operatur ullam extensionem, sed restringitur ad personas expressè vocatas, idem Altograd. *cons.* 66. *num.* 53. *etc. lib.* 2. facit latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 181. *per tot.* ubi plura ad excludendam extensionem substitutionis de persona ad personam, non obstante ratione agnationis, quæ est referenda ad personas nominatas.

34 Substitutio evanescit, si deficiat institutio, à qua dependet, *leg. qui habebat, ff. de vulg. et pupill.* Gratian. *discept. forens. cap.* 536. *num.* 33. *et* 54. *cap.* 571. *numer.* 28. *capit.* 662. *numer.* 6. *capit.* 771. *numer.* 35. *etc. cap.* 774. *num.* 5. *etc.* Sperel. *decis.* 151. *nu.* 5. *etc.* Magon. *decis. Florent.* 4. *num.* 4. *et* 26. Thes. *decis* 60. ubi quærit an venientes ab intestato teneantur vigore clausulæ codicillaris restituere hæreditatem filiis primi instituti; adde Cabal. *cons. decis.* 100. *per tot. lib.* 2. ubi quòd caducata institutione per mortem hæredis ante testatorem, fit locus substitutioni piæ causæ vocatæ sub conditione si hæres sine filiis decesserit, stante clausula codicillari, per quam venientes ab intestato censentur rogati restituere piæ causæ, etiam sine Trebellianicæ detractione, De Luc. *de fideicom. disc.* 256. *num.* 10.

Quòd quando deficit conditio quoad primos, non sit locus sequenti substitutioni, Rot. *part.* 2. *diverſ. decis.* 230. *num. pr.* Martha *vot. Pis.* 28. *num.* 8. *et seq. et vot.* 222. *num.* 24. Altograd. *cons.* 46. *nu.* 8. *et seqq. per tot.* ubi etiam multa de conditione voluntaria, & necessaria quomodo differant, & quòd in necessaria admittatur extensio de casu ad casum ex conjecturis, in voluntaria verò secùs, cum in necessaria videatur potius consideratus effectus, quàm modus, in voluntaria verò solùm modus, & forma præscripta, latè Urceol. *Consult. forens. cap.* 82. *per tot. volum.* 2. Rot. in Bonon. fideicomm. de Pinchiaris Martii 1659. coram Priolo habetur *part.* 13. *recent. decis.* 49. & penes Urceol. *dict. cap.* 82. *num.* 70. *et seqq.* & in Perusiana fideicommissi 26. Januarii 16 0. coram eodem apud Urceol. *loc. cit. num.* 88. *et seqq.* facit idem Urceol. *Consult.* 96. *per tot. vol.* 2. vide Fusar. *de substitut. quæst.* 456. *per tot.* Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 86. *per tot. et decis.* 154.

Quòd substitutio fideicommissaria corruat decedente hærede gravato ante testatorem, *leg. si nemo, ff. de reg. jur.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 7. *num.* 6. Altograd. *cons.* 77. *n. pr. lib. pr.* Vir. *comm. opin.* 854. ubi arguit in utramque partem, & concludit ad successionem admitti venientes ab intestato, quando hæres institutus moritur ante testatorem, *supra num.* 5. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 53. *n.* 3. *dec.* 67. *n.* 2. *decis.* 71. *n.* 17. *vol.* 3. *et libr.* 9. *decis.* 18. *n. pr. vol. pr. et lib.* 10. *decis.* 16. *n.* 3. *et decis.* 34. *n.* 7. *vol.* 2. Emerix jun. *decis.* 1315. *n.* 16. *et decis.* 1156. *n.* 6. Palm. nep. *dec.* 182. *num. pr. tom.* 2. Sed vide eumdem Emerix *decis.* 1071. *n.* 4.

Substitutus verò per compendiosam admittitur, etiam si hæres institutus decedat ante testatorem, & quando secùs Gratian. *decis.* 140. *per tot.* Surd. *decis.* 37. vide in §. *Testamentum num.* Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 281. *n.* 3. *&c.* ubi quòd substitutus per compendiosam admittitur si primus ante conditionis eventum decedat, vel fideicommissum recuset, quia resolvitur in vulgarem, cujus vigore ex proprio jure alter substitutus admittitur, *part.* 15. *decis.* 355. *& part.* 17. *decis.* 134. *num.* 11. *& seqq.* Vide Hodiern. ad Surd. *cit. dec.* 37., ubi plura.

Quòd conditio debeat verificari, sed illa, quæ est apposita gradui, cui succeditur hoc est hæredis gravati, non autem illa, quæ est adjecta gradui caducato, nempè primi substituti, qui prædecessit, cum illa tantùm conditio attendatur, per quam defertur successio, Surd. *cons.* 229. *n.* 10. Duran. *decis.* 339. *num.* 74. *& seqq.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 197. *num.* 5. *&* 6. *part.* 13. *decis.* 45. *num.* 13. *&c.* ubi quòd quando omnes casus sunt de per se positi, nec unus ab altero pendet, sed sub distincto periodo, & oratione separata, attenditur conditio unicuique adjecta, & defecta in uno casu, non facit alios sequentes corruere, vide Rot. *dict. part.* 13. *recent. decis.* 86. *per tot. & decis.* 154. *& part.* 17. *decis.* 134. *num.* 11. *& seqq.* latè Cresp. de Valdaur. *observat.* 41. *per tot.* ubi plura an caducato medio gradu, caducetur etiam conditio in eo adjecta, vel obstet sequenti substituto.

Substitutio divisa in plures gradus, puta quia filio 35
substituatur mater, & matri pia causa, si mater ante eventum conditionis decedat, nihilominus valet, & pia causa succedit filio jure substitutionis loco matris, & sic etiam mediis substitutionibus sublatis, & caducatis, admittuntur sequentes ingrediendo locum priorum, & succedendo gravato, ac si immediatè illi fuissent substituti, nisi tamen deficiat conditio, sub qua isti ultimi vocabantur in locum caducatorum, vel nisi positi in conditione possint dici dispositivè vocati, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 528. *n.* 12. *&c. cap.* 747. *num.* 15. *&c. cap.* 662. *in princip. cap.* 821. *nu.* 22. *&c. cap.* 979. *per tot.* Magon. *decis. Florent.* 134. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 164. *num.* 20. *& seqq. lib. pr.* Martian. *disput. forens. cap.* 68. *per tot.* Duran. *decis.* 339. *per tot.* ubi latè & pulchrè Peregrin. *de fideicomm. art.* 15. *per tot.* Surd. *decis.* 144. *num.* 5. *&c.* Thes. *decis.* 86. *per tot.* Geron. Spin. *cons.* 12. *num.* 49. *& seqq.* ubi quando sequens gradus substitutorum non admittatur *& cons.* 56. *per tot.* ubi quando sequens gradus admittatur, *cons.* 80. *num.* 29. *&c.* ubi distinguit, *& cons.* 90. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 123. *n.* 4. *& decis.* 427. Bardellon. *cons.* 108. *per totum, lib.* 2. Paul. Christin. *decis.* 14. *num. pr. volum.* 2. ubi quod deficiente medio gradu, substitutio transit ad ulteriorem, plenè videndus Urceol. *Consultat. forens. cap.* 82. *per tot. volum.* 2. ubi *num.* 70. *& seqq.* inserit decisionem Rotæ Romanæ in Bonon. fideicomm. de Pinchiaris 28. Martii 1659. coram Priolo, & in Perusiana fideicommissi 26. Januarii 1660. coram eodem, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 255. *nu.* 38. *&* 39. *et part.* 10. *decis.* 12. *num.* 20. *et seqq.* ubi quòd in substitutionibus fideicommissariis, primo gradu perempto sequens succedit perinde, ac si fuisset hæredi immediatè substitutus, *et part.* 13. *decis.* 49. quæ est supracitata Bononiens. de Pinchiaris 28. Martii 1659. ubi benè tota materia illa declaratur, *& dict. par.* 13. *dec.* 86. *per tot. & decis.* 135. *num.* 3. *&c. decis.* 154. *part.* 14. *decis.* 244. *part.* 15. *decis.* 333. *& part.* 17. *dec.* 134. *n.* 11. *etc. part.* 18. *decis.* 645. *num.* 7. *et seq.* ubi quòd substitutiones plures non dependentes à prima, illa caducata, non caducantur, sed subsistunt, quia substitutio sequens concepta verbis indefinitis aptis comprehendere omne tempus, & totam familiam non cessat cum prima, vide Censal. ad Peregrin.

grin. *loc. adduct.* De Luc. Mantiss. Emetix Palm. nep. *loc. infra cit.*

Quòd substitutio illius, qui vocatur ad legatum sub conditione si legatario supervixerit efficiatur caduca, si substitutus moriatur ante legatarium, ita ut hæc caducatio faciat deficere alias substitutiones sequentes ex defectu conditionis, latè probat Altograd. *cons.* 46. *num.* 7. *&c. per tot. lib. pr.* Paul. Christin. *decis.* 115. *volum.* 6. ubi qualiter per mortem substituti ante eventum conditionis efficiatur caduca substitutio, & nihil ad hæredes transmittatur, vide latè Urceol. *d. cap.* 82. *per tot. vol.* 2. Giovagnon. *cons.* 77. *n.* 29. *& seqq. lib. pr.* vide in *§. Legatum num.* 98. *&* 109. Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 154. vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 635.

36 Substitutionum pluribus gradibus ordinatis per compendiosam continentem etiam vulgarem ultra fideicommissariam, caducato medio gradu, ultimus substitutus per vulgarem ingreditur in locum illius, & succedit gravato; quando verò per meram fideicommissariam subordinari sunt plures gradus, medio caducato hæres gravatus rem habet cum onere præstandi sequenti fideicommissario, Bart. *in leg. Quamdiu num.* 10. *ff. de acquirend. hæredit.* Peregrin. *de fideicom. art.* 15. *num.* 14. Fusar. *de substitut. quæst.* 469. *num.* 68. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 196. *n.* 23. *& seqq. & part.* 13. *decis.* 281. *et decis.* 295. *num.* 7. *et seqq. part.* 14. *decis.* 30. *num.* 19. *et seqq. et decis.* 417. *num.* 2. *et seqq. et par.* 15. *decis.* 353. *et part.* 17. *decis.* 134. *numer.* 11. *et seqq.* Bich. *decis.* 17. *per tot.* ubi benè materiam declarat, & *decis.* 27. *per tot. et in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio, idem Bich. latè *decis.* 548. *per tot.* Altograd. *cons.* 46. *nu.* 48. *et* 49. *lib. pr.* ubi tamen *num.* 50. *etc.* declarat primam conclusionem procedere quando verificatur conditio adjecta primo substituto, aliàs secùs, secundam verò quando substitutiones essent factæ purè, simpliciter, & indeterminatè, vel sub conditione necessaria, quæ tacitè inest ex natura actus, ita ut actum conditionalem non reddat, alias secus, & idem est si deficiat conditio adjecta ultimæ substitutioni, vel si adjecta primo substituto repugnat secundo, quia tunc caducata prima substitutione, corruunt etiam sequentes, prout quando substitutio reperitur facta in uno casu, & sub conditione ad certum tempus restricta, nam tunc non extenditur ad aliud tempus, & cessat dicta doctrina Bart. & aliorum, ut latè explicant Fusar. & Altograd. *loc. cit.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 82. *per tot. vol.* 2. ubi infert decisionem Rotæ Romanæ de hac materia *sub num.* 70. *& seqq.* & aliam decisionem *sub num.* 88. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 45. *num.* 13. ubi benè distinguit, an omnes casus sint de per se, ac sub diversa oratione, & periodo positi, vel subordinatè, consecutivè, & dependenter unus ab alio, & in primo casu defectus conditionis in uno gradu, non faciat alios corruere, in secundo verò sic, latè eadem Rot. *d. part.* 13. *decis.* 49. *per tot. et dec.* 86. *per tot. et decis.* 154. *per tot.* facit Paul Christin. *decis.* 115. *vol.* 6. ubi qualiter efficiatur caduca substitutio per mortem substituti ante eventum conditionis, ita ut nihil ad hæredes transmittatur prædictis, adde Caren. *resol.* 154. vide Consali. ad Peregr. *loc. cit.* De Luc. Mantiss. Emetix Palm. nep. *loc. infra cit.*

An autem conditiones positæ in gradu medio caducato, debeant adimpleri, ut sequens substitutus, qui reponitur in ejus locum admittatur, & alia ad rem, Fontanel. *decis.* 41. *et seqq.* ubi plures pro utraque parte allegat, & videtur negativè concludere de magis communi hodie practicata, & *decis.* 589. *et seqq.* ubi de caducatione medii gradus, & qualiter hæreditas remaneat penes gravatum cum onere restituendi sequenti, etiamsi gravamen esset ab existente in grado caducato nominatim appositum. Vide Mell. *alleg.* 61. *n.* 37. Redenasch. *cons.* 11. Palm. nep. *alleg.* 127. *num.* 2. *et* 3. *tom.* 2.

Et an, & quando per expirationem substitutionis in primo, vel secundo gradu expirent sequentes vocationes, Tondut. *quæst. civil.* 143. & benè Jo. Torre *de success. in Majorat. et Primog. Ital. part.* 2. *quæst.* 31. *et seqq.* Cattald. *Consult.* 248. ubi quòd substitutio facta in casu nativitatis filiorum caducatur illis non natis ex conjecturis in casu suo, vide in *§. Conditio num.* 83. & in hoc §. *num.* 49. plenè Jacob. Balducc. in Annotat. ad Roman. *cons.* 28. ubi etiamsi plures fuerint conditiones, qualiter sint omnes verificandæ, & alia ad rem in consiliis *seqq. et in decis.* 27. 28. *et* 39. quæ sunt in *Bononien. fideicommissi de Pandinis* 3. *Decemb.* 1685. *die* 29. *Martii* 1686. *et* 4. *Decemb. ejusdem*. An prima caducata caducentur sequentes De Luc. *de fideicom. disc.* 53. *disc.* 107., *et duobus seqq. et disc.* 127. Mantiss. ad eumdem De Luc. *libr.* 10. *decis.* 24. *n.* 8. *decis.* 25. *n.* 3. *decis.* 27. *n.* 5. *et* 52. *vol.* 3. *et lib.* 10. *decis.* 74. *n.* 2. *et* 5. *vol.* 2. Palm. nep. *decis.* 429. *n.* 28. *decis.* 476. *n.* 21. *decis.* 452. *nu.* 104. *decis.* 449. *n.* 2. *et* 5. *decis.* 251. *n.* 2. *et* 3. *decis.* 259. *n.* 1. *et* 2.

An caducata substitutione debeantur ab hærede legata, quæ à substituto præmortuo erant præstanda, Ant. Gob. *Consult.* 129. *per tot.*

Qualiter conditio præcedens dicatur repetita, latè Altograd. *cons.* 60. *num.* 39. *&c. lib. pr.*

Quòd conditionalis substitutio non sortiatur effectum ubi conditio non extat, latè Tusch. *litt. S. conclus.* 849. *per tot.*

Quòd deficiente conditione succedant venientes ab intestato, & quando secus, idem Tusc. *littera T. concl.* 140. *per tot.* Cresp. de Valdaur. *observ.* 41. *per tot.* ubi an caducato medio grado, caducetur etiam conditio *si sine filiis*, in eo adjecta, vel obstet sequenti substituto.

Substitutio facta hæredi de duobus antiquioribus de domo, vel familia, non restringitur ad duos primos antiquiores, sed illis exclusis devolvitur ad alios duos antiquiores sequentes, Gratian. *discept. forens. cap.* 645. *num.* 8. *&c. cap.* 834. *num.* 6. *&c.* Magon. *decis. Florent.* 37. *num.* 28. Mandel. *cons.* 51. *num.* 14. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 92. *num.* 6. facit quod dixi in *§. Legatum num.* 16. Vide De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 91. *cum seqq.* 37

Intellige prout dixi *in §. Fideicommissum num.* 10. & latè declarat Peregrin. *decis.* 112. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 52. *num.* 4. *& seqq.*

Quòd substitutio facta de seniore, & proximiore singulis hæredibus, non intelligatur complexivè, sed distributivè, ita ut sufficiat quòd substitutus sit uni ex dictis hæredibus proximior, & si sint plures præfertur ille, qui habet utramque qualitatem à testatore requisitam, Altograd. *cons.* 49. *num. pr. & seqq. per tot.* ubi etiam latè disputat an proximitas sit mensuranda à primis hæredibus scriptis, & destinatis, vel potius ab effectivis, & substitutis.

De quibus intelligatur substitutio facta de proximioribus agnatis, & an attendatur proximitas testatoris, vel gravati, Tusch. *litt. S. conclus.* 838. *&* 839. *per tot.* vide in §. *Proximitas num.* 2.

Substitutio facta in pœnam alienationis ad favorem filiorum natorum alterius, non extenditur ad nascituros, qui non poterunt revocare alienationem, vel similem dispositionem, & quando secus, Gratian. *discept. forens. cap.* 860. *num.* 17. Magon. *decis. Flor.* 91. *num.* 4. *& per tot. decis.* 92. *num.* 36. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 93. *num.* 7. *& seqq.* vide in §. *Fideicommissum num.* 31. *&c.* §. *Prohibitio num. &* §. *Legatum nu.* 6. Vide Surd. & Hodiern *dec.* 230. 38

Quòd substitutio facta in casu alienationis, non extendatur ad casum mortis ex verbis quantumvis generalibus, quando in alia parte testamenti, & sic separatim fuit facta substitutio in casu mortis, Gabriel. *cons.* 132. *num.* 68. *lib. pr.* Honded. *cons.* 78. *num.* 47. *&c. lib. pr.* Ludovis. *decis.* 433. *num.* 12. *&c.* ubi plura ad rem, vide *in §. Fideicommissum num.* 12. Latè Surd. & Hodiern. *dec.* 238.

An substitutus in casu alienationis admittatur statim sequuta alienatione, non expectata morte alienantis, vide in *§. Probatio num.*

Et si ipse substitutus emerit rem prohibitam alienari, an dicatur contravenisse, possit retinere pretium, vel illud repetere, latè Mart. Medic. *decis.* 8. *per tot.* vide *in §. Fideicommissum num. & §. Emptio num.*

Substitutio facta alicui si decesserit intestatus, locum 39

Digitized by Google

cum habet, etiamsi decesserit ia pupillari ætate, & sic antequam posset coadere testamantam, cùm ex generalitate varborum dicatur etiam intastatus decedere, qui testaodi facultatam aoa habuit, Altograd. *cons.* 76. *nu.* 17. & 18. *lib. pr.* facit quod diai *in §. Statutum excludens num*

40 Substitutio facta, si aliqnis filiorum decedat ab'que liberis, intelligitur de primo taatùm filio sine liberis dacedonta, aec habet locum in cæteris postaa decadantibus, aisi alitar fit dispositum, val appareat da menta testatoris, per taxt. *in l. boves*, *§. hoc sermone*, *ff. de verb. signif.* Dec. *cons.* a87. *col. penult.* Tiraquel. *in repet. d. l. amplius.* 77. *inter regul. diversf. fol. mihi* 565. facit Rot. *part.* 17. *recent. decis.* a. *per tot.*

Substitutio quando dicatur ia pœnam, & captato-
41 ria, ita ut noa valaat, Surd. *decis.* 7. *per tot.* vida *in §. Legatum num.* & §. *Testamentum num.* Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 7. & *decis.* 228. Fusat. *de Substit. quæst.* 503. & *cons.* 43.

Substitutio facta filio decedenti siac liberis ex suo
42 corpore oatis, aapirat illo ingredicate monasterium capax bonorum, quia tuac non amplius dicitur decadere sine libaris, cùm moaasterium habeatur loco filii, Bart. *cons. pr. lib. pr.* Alaa. *cons.* 35. *lib.* 3. Cravett. *cons.* 151. Pract. Papp. *Libell. ex substitut. glos. ex suo corpore cum Addit.* Manoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 83. Gratiaa. *discept. forens. cap.* 305. & 306. *per tot. cum duabus decisionibus*, & *cap.* 815. *num.* 12. &c. vide *in §. Conditio num.* 45. *in fine*, & *num.* 54. latè Fusar. *de substit. quæst.* 429. *per tot.* ubi limitat pluribus modis, vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *dict. cap.* 305. & 306. & ad De Franc. ubi *decis.* 29. Sperell. *decis.* 153. *à num.* 18. De Luc. *de Fideicom. disc* 63. & *seqq. et disc.* 138. *n.* 4. Caldaroo. *resol.* a. *n. pr. part. pr. tom. pr.*

Quod imò qaaado fuit relictum fideicommissum filiis legitimis, & aaturalibus, & ex suo corpore uatis, monasterium excludatur, cùm fictè veuiat sub nomiae filii, & non verè de receptiori opinione probat Altograd. *cons.* 96. *n.* 26. 33. 34. 41. & 42. *lib.* 1 vide *in Monasterium num.* 11. &c. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. Peregria. *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 58. &c. Martha *de success. part.* 3. *quæst.* 13. *art.* 3. & 4. ubi plures casus considerat Tusch. *litt. S. conclus.* 844. *num.* 47. & *seqq.* Vivi. *d. comm. opin.* 841. *num.* 7. & *seqq.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 207. *per tot.* ubi plura pro substituto ad exclusionam monasterii ex voluatate testatoris, latè Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 71. *per tot.* ubi qualiter pia causa substituta excludat monastarium, & alia plura ad tam, Addo Ceasal. ad Peregrio. *loc. cit. fol.* 151. *vers. addo à nu.* 58. ubi plura cumulat, & materiam declarat. De Luc. *de fideicommiss. n disc.* 63. Calderon. *loc. cit. n n.* 2. *cum seqq.*

Substitutio pupillaris expressa concipitur quomodocumque præcipue ob clausulas salutares. Card. De Luc. *ibid. n.* 36.

Substitutio pupillaris fieri non potest ab hæreticis schismaticis, & aliis de quibus. Card. De Luc. *ibid. num.* 38.

Substitutio pupillaris facta posthumo masculo non habet locum nata posthuma fœmina cui succedit masculus. Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst. pr. num.* 47. *vers. Substitutio fol.* 28. *tom.* 8.

Substitutio pupillaris facta, si sine filiis Titius decedat, si moriatur, cum filio spurio habet locum, secus si talis substitutio fiat Clerico in sacris. Mantica *de conject. lib.* 8. *tit.* 9. *nu.* 23. Peregrin. *de Fideic. art.* 22. *n.* 81. *art.* 28. *n.* 44. Altimar. *de Nullit. rub.* 2. *et* 3. *quæst. pr. fol.* 83. *col.* 2. *tom.* 8. *vers. sic substitutio.*

Substitutio pupillaris facta per patrem filio impuberi facit, quod valeat facultas testandi à Principe ei concessa in præjudicium substituti. Bart. *in l. qui Romæ §. duo fratres n.* 4. *ff. de verb oblig.* Altimar. *de nullit. rub.* 2. *et* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *nu.* 98. *vers. Et per patrem fol.* 165. *tom.* 8.

Substitutio pupillaris non potest fieri in contractu. Altimar. *de Nullit. loc. prox. cit. vers. pupillaris substitutio.*

Substitutio pupillaris finitur per supervenientem pubertatem, tàm in masculo, quàm in fœmina, & finit si pater restrinxit ætatem ante pubertatem, & sic ad breve tempus, idem si nupsit impubes, & procreavit filios, & in quibus aliis casis finitur. Mantic. *de conject. lib.* 5. *tit.* 12. *nu. pr.* Marta *de success. leg. p.* 4. *q.* 32. *art.* 4. *n.* 7. *&* 12. Altimar. *de Nullit. loc. cit. vers. Substitutio pupillaris, cum vers. seq.*

Corruit si pupillo, & substituto simul decedentibus neuter eorum præsumatur supervixisse, sed substitutio directa pupillaris à milite facta durat etiam post finitam pupillarem ætatem ex privilegio militari, matre in medio existente. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 7. *&* 12. Mascard. *de probat. concl.* 1353. *n.* 11. Altimar. *de Nullit. d. rub.* 2. *&* 3. *quæst. pr. sect.* 1. *n.* 98. *vers. Pupillo, & substituto, cum vers. seq. fol.* 165. *tom.* 8.

Substitutio pupillaris quandoque judicatur tamquam testamentum patris, quandoque filii, prout magis impuberi expedit, ad tabulas pupillares conservandas, licèt revera patris testamentum non sit, qua distinctione adhibita rectè ad concordiam revocari potest nonnullorum jurium acerrima antinomia, quæ interpretum rigidè torquet ingenia Rocc. Episc. *cap.* 3. *lib. pr.*

Stante statuto, quod de quolibet testamento gabella persolvi debeat, unica, non autem duplex est solvenda in testamento pupillarem substitutionem continente Rocc. Episc. *loc. citat.*, ubi rejicit contrariam opinionem Martæ.

Plura alia de substitutione pupillari vide apud Card. De Luc. Rocc. Episc. Altimar. *de nullitat. tom.* 8. Mantiss. ad eumd. De Luc. Emerix Bertachin.

Plura de substitutione exemplari vide apud Fusar. *de substit. quæst.* 166. *& pluribus seqq.* De Luc. *in Indic. gener. verb. substitutio exemplaris.* 71

Plura de substitutione militari vide apud eumd. Fusar *loc. cit. quæst.* 206. *cum pluribus seqq.* De Luc. *de Fideicommiss. in summ. n.* 54. *& seqq. & in Indic. verb. testamentum militare.* 72

De substitutione pœnali non nulla tradit Card. De Luc. *in Indic. general. verb. substitutio pœnalis*, Et plura Fusar. *de substit. quæst.* 673. *cum seqq.* 73

De substitutione compendiosa latè Fusar. *quæst.* 228. *cum pluribus seqq.* Card. De Luc. Rocc. Episc. Mantiss. ad eumd. De Luc. Emerix Caprar. 74

Substitutus in casu non adimplementi quando admittatur, vel potius sit locus purgationi moræ, & quando sit necessaria interpellatio Card. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 154. Bertachin. *vol.* 187. *per tot.* 75

Substitutus non potest vindicare bona fideicommissaria per hæredem gravatum alienata in extraneum, sed repellitur exceptione de jure aliorum ante ipsum vocatorum; Licèt hæc exceptio aliquando per Rotam fuerit rejecta. Calderon. *resol.* 89. *n.* 4. *fol.* 782. *tom. pr. part.* 2. 76

Substitutus admittitur exclusis filiis contravenientis, & non adimplentis conditionem a testatore præscriptam, quoties fideicommissum non est perpetuum, vel agnatitium Calderon. *loc. cit. resol.* 35. *num.* 51. *fol.* 258.

Substitutus in posteriori gradu non extantibus vocatis in proximiore, non potest adipisci hæreditatem, nisi priori loco vocato præfixus fuerit terminus ad declarandum, an velit adire hæreditatem, necne Calderon. *resol.* 89. *n.* 3. *fol.* 781. *tom. pr. part.* 2. ad text. *in l. quamdiu* 68. *de acq. vel amitt. hæredit.*

Substituti capacitas attenditur unicè de tempore facti casus ad obtinendam successionem, & superveniens illi non opitulatur Calderon. *loc. cit. resol.* 98. *n.* 118. *fol.* 985. 77

Substitutus tenetur ad factum defuncti, & hæredis gravati Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 11. *n.* 8. 78

Substitutus in fideicommisso habet optionem, vel recuperandi bona fideicommissaria alienata, vel consequendi pretium ab hæredibus alienantis Cyriac. *contr.* 5. *n.* 25. Cels. *decis.* 141. *n.* 5. *& decis.* 235. *n.* 3. Ansald. *decis.* 80. *n.* 24. *part.* 2. 79

Existentia personarum positarum in conditione aliquando obstat substituto, licèt tales personæ non valeant succedere Carill. *decis.* 266. *a n.* 20. Card. De Luc. *de Fideicom. disc.* 40. *n.* 8. *& disc.* 48. *num.* 2. Mans. *consult.* 463. *n.* 93. Ansald. *decis.* 89. *n.* 9. 80

Substitutus sibi ipsi nemo potest dici Rot. coram Caprar. *decis.* 397. *n.* 39. *part. pr.* Sed hoc declara, ut per eumdem Caprar. *loc. cit. n.* 40. *&* 41. 81

Substitutus per verba *a morte di ciascheduno, come di tutti* admittitur per uniuscujusque obitum, & in cujuslibet portione, nec attenditur, an superstit persona magis dilecta; secus, si fuisset substitutus *a morte di ciascheduno*, & superesset persona magis dilecta, tunc enim non esset admittendus nisi post omnium obitum Caprar. *decis.* 39. *& decis.* 59. *part. pr.*, ubi alia plura circa hanc materiam. 82

Substitutus in casu voluntatis, vel impotentiæ in adimplenda voluntate testatoris eveniente impedimento perinde habetur, ac si initio fuisset purè substitutus Emerix jun. *decis.* 418. *n. pr. et decis.* 399. *a n. pr.*, ubi hoc ampliat. 83

Substitutus natus, & conceptus post purificatam conditionem admittitur in præjudicium substituti jam admissi Emerix jun. *decis.* 403. *n. pr.*, Quod tamen limita, & intellige, ut per eumdem Emerix *dict. dec.* 403. *& decis.* 413. 84

Substitutus pendente conditione restitutionis dicitur dominus Emerix jun. *decis.* 2230. *n.* [illegible] 38. *n.* 16. 85

Sub-

Digitized by Google

86 Substitutus probare debet eventum conditionis, sub qua fuit vocatus Emerix jun. *decis.* 385. *n.* 6. Et substitutus sub conditione, ea non purificata censetur litteraliter exclusus Idem *decis.* 1340. *n.* 9.

87 Secundus substitutus per viam compendiosæ complectentis subsa vulgarem anomalam admittitur etiã priore defuncto ante agnitionem fideicommissi Emerix jun. *decis.* 1151. *n. pr. et decis.* 1162. *n.* 4. *et* 5. Sed hoc limita, ut per eumdem Emerix *decis.* 1166. *n.* 12. *et* 14.

88 Plura de substituto in usufructu De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 53. *n.* 10. *disc.* 60. *n.* 12. *disc.* 107. *a n.* 9. *disc.* 210. *a num.* 3. *de Legat. disc.* 33. *Conflict. obser.* 108.

89 Plura de substituto in fideicommisso pænali. Idem De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 7. *a n.* 9. *disc.* 10. *n.* 3. *disc.* 13. *n.* 12.

90 Ultimus substitutus admittitur, si nullus compareat de comprehensis in aliis substitutionibus. Rot. cor. Card. Cerr. *dec.* 49. *n.* 7. *dec.* 378. *n. pr.* Mantiss. ad De Luca *dec.* 59. *lib.* 10. *n.* 42. & *dec.* 61. *n.* 2. *lib. eod. vol.* 2.

91 Qui prætendit se substitutum fuisse, debet suam vocationem ex verbis substitutionis probare. Gloss. in *l. qui duos vers. superstes ff. de reb. dub.* Rot. *dec.* 358. *n.* 1. & 2. *part.* 13. *rec.* & cor. Gregor. XII. *dec.* 433. *n.* 1. & 2. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 75. *lib.* 10. *n.* 15. *vol.* 2.

92 Substitutus in defectu lineæ, seu descendentiæ alicujus non censetur vocatus existente aliquo de tali linea, & descendentia. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 25. *n.* 3. *lib.* 10. & *dec.* 26. *n.* 7. *lib. eod. vol.* 3. Limitatur quoties in parte conditionali major amplitudo adsit verborum. Mantiss. ad De Luc. *ibid. n.* 5.

93 Substitutus post omnes descendentes non admittitur, nisi extinctis omnibus, adeo ut interim bona possint permanere penès extraneum. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 28. *n.* 8. *lib.* 10. *vol.* 3. Limita si agatur de descendentibus testatoris, quia tunc ex substitutione post mortem omnium descendentium insurgit reciproca inter ipsos etiam linearis ad exclusionem extranei. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 28. *n.* 9. *dict. lib.* 10. Præsertim si concurrant tria vulgata tacitæ linearis. Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 28. *n.* 10. *lib. eod.*

94 Substitutus jure accrescendi quando gaudeat. Peregr. *de Fideic. art.* 9. *n.* 5. Bellon. *de Jure accresc. cap.* 5. *q.* 43. *n.* 34. & *cap.* 7. *q.* 15. *num.* 18. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 121. *n.* 2.

95 Substitutus cautionem quando possit petere à gravato. Peregr. *art.* 40. *n.* 10. *cum seq.* Rot. *dec.* 168. & 582 *part.* 5. *rec.* & cor. Duran. *dec.* 260. *num.* 7. Card. De Luc. *de fideic. disc.* 200. *per tot.* & *signanter num.* 1. & 2.

96 Substitutus fructus pendente conditione quando consequatur. Farinac. *q.* 6. *sub n.* 44. Odd. *de rest. in integr. p.* 2. *q.* 99. *art.* 24. *nu.* 129. Card. De Luc. *de fideic. disc.* 151. *n.* 7. *disc.* 187. *n.* 3.

97 Substitutus non revocat bona fideicommissi per gravatum alienata, si sit ejus hæres. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 15. *n.* 5. Surd. *dec.* 99. *n.* 10. Rot. cor. Emerix Jun. *dec.* 138. *n.* 13., *et dec.* 277. *num.* 1. *et* 2. Piton. *de Jurep. all.* 24. *n.* 22. *tom. pr.*

98 Substituti non possunt excludere primo vocatos. Fusar. *de substit. quæst.* 456. *sub n.* 10. Balduc. *tit.* 3. *dec.* 55. *n.* 13. & *dec.* 56. *n.* 11. Piton. *de Jurep. all.* 25. *n.* 23. *vers. Neque tom. pr.*

99 Extinctis primo vocatis Juspatronatus devolvitur ad substitutos in instrumento fundationis. Text. in *l. cum ita*, §. *In fideicommisso ff. de legat.* 2. Piton. *de Jurep. all.* 93. *n.* 2. *tom.* 2.

100 Allegantur decisiones, quod substitutis descendentibus ex filiabus alicujus primi stipitis, non veniunt orti ex fæminis de linea masculorum agnatorum primo loco vocatorum per Rot. cor. Emerix Jun. *dec.* 359. *n. pr. vers. nec purificationem et n.* 2. *cum seq. signanter n.* 10. & 11. Piton. *de Jurep. d. all.* 93. *nu.* 56. *cum seq.*

101 Servitium Chori non potest adimpleri per substitutum. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de Refor.* Fagn. *in cap. ut Abbates n.* 91. *et seq. et n.* 100. *in fin. de ætat. et qualit.* Piton. *de Jurep. all.* 27. *n.* 6. *tom. pr.*

§. SUCCESSIO. XXXVI.

Successio omnis, sive hæreditas provenit, vel ex 1
testamento, vel ab intestato; de successione ex testamento non potest dari certa regula, cùm quilibet possit de bonis suis ad libitum disponere, & in re sua sit moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati*, ac nihil sit magis hominibus debitum, quàm ut supremæ, idest ultimæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quòd iterùm non redit arbitrium, *l.* 1. *C. de Sacros. Eccles.* & ideò etiam voluntas testatoris pro lege habetur §. *Disponat. Auth. de nupt. Novell.* 22. quatenus tamen dispositioni juris non contrarietur, & formam à legibus præscriptam non transgrediatur, *l. nemo potest.* 55. ubi DD. *ff. de leg.* 1. de qua in specie successionis latissimè peragit Vasq. *tract. de success.* & *ult. volunt. per tot.* Martha *de success. legal. par.* 4. *per tot.* & aliqua dicuntur *in* §. *Testamentum per tot.* ac alibi, & plura remissivè tradit Ægid de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. successio*, & *successor*. Hering. *de Molend. quæst.* 26. *n.* 7. Rube. *de Confess. Jur. cap.* 1. *ar.* 5. *a nu.* 168.

Successio ab Intestato locum habet quotiescom- 2
que defunctus, de cujus hæreditate agitur, testamentum non fecit, vel quia noluit, vel quia non potuit, vel si fecit testamentum, quod viribus, & de jure non subsistat, vel licet fuerit validum, fuerit postea ruptum agnatione posthumi præteriti, vel irritum factum per capitis diminutionem, idest condemnationem ad mortem naturalem, vel civilem ipsius testatoris, vel si nullus ex eo adeat hæreditatem, vel si aliter testamentum fuerit per sententiam rescissum, nam his casibus hæreditas, sive successio non sub hominis, sed sub legis dispositione manet, quæ certo quodam ordine prout infra dicetur, illam defert proximioribus consanguineis, ut benè declarat Oinot. *in Rub. Instit. de hæred. quæ ab intest. defert n.* 24. &c. Paul. Christ. *dec.* 59. *cum plurib. seq. vol.* 4. & *ad l. Municip. tit.* 16. Nicoli. *Inst. tit. de hæredit.*, *quæ ab intest. def. n.* 20. Calderon. *resol.* 14. *n.* 70. *fol.* 96. *tom. pr. part. pr.*, ubi loquitur in casu nullitatis testamenti. Latè Barry. *de success. ab intest.*

Quoad condemnationem testatoris, vide in §. *Bannitum num.*

Successio ab intestato dividitur in tres ordines, sive 3
gradus, ad quos omnes casus referri, & accomodari possunt; primus ordo, sive gradus est descendentium ipsius defuncti, de cujus successione agitur; secundus ascendentium, & tertius collateralium prout statutum est de jure, *Auth. Novell.* 118. *de hæred. ab intest. venien. glos. in* §. *fin. verb. toties Instit. de ser. cogn.* Oinot. *loc. supra cit. num.* 16. & ita totam hanc materiam dividit, & declarando latè prosequitur Martha *de succ. leg. par. pr.* & *per tot. tract.* Tusc. *litt. S. concl.* 862. & *seqq. per tot.* Paul. Christin. *dec.* 61. & *seqq. vol.* 4. Fagund. *de just. et contract. lib.* 6. *cap.* 14. *per tot.* Nicoli. *loc. cit. n.* 11. Barry. *loc. cit.*

Quibus addi possunt alii duo gradus, nempè viri, & uxoris, prout *in ff. et C. unde vir.* & *ux.* & demum fisci juxta *l. pr.* & *l. vacantia*, *C. de bon. vacant. lib.* 10. de quibus omnibus singillatim aliqua tangemus, & in reliquis remissivè ad DD. materiam tractantes.

Successio cum aliquis intestatus decedit, sive sit 4
pater familias, sive filiusfamilias, defertur primo loco illius filiis, omnibus aliis ascendentibus, vel collateralibus exclusis, cum prima causa successionis sit liberorum, sublata omnis sexus differentia de jure, §. *pr. Auth. de hæred. ab intest. venient. Novell.* 118. *auth. in successione*, *C. de suis*, & *legit.* §. *pr. Inst. de hæred. quæ ab intestato defer.* Martha *de success. legal. par. pr. qu.* 44. *in princ.* Gratian. *discept. forens. cap.* 820. *nu.* 15. & *seqq.* Gabr. Vasq. *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. §. *pr. fol.* 254. Ganaver. *cons.* 5. *post illius decisiones*, ubi latè Tusch. *litt. S. conclus.* 861. Paul. Christin. *dec.* 61. *vol.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 265. *num. pr.* Oinot *in d.* §. *pr. cap. de prim. ord. succed num. pr.* &c. ubi limitat non procedere in filiis damnatorum ob crimen læsæ Majestatis humanæ, vel divinæ, juxta tex. *in l. quisquis*, §. *pr.*

pr. C. ad l. Jul. Majest. c. excommunicamus 13. *§. damnati extr. de haeret.* nec in filiis naturalibus tantùm, vulgò quaesitis, & natis, ex damnato coitu. Nicoli. *dict. §. pr. de hered. quae ab intest. def. n.* 12. Rot. *rec. par.* 19. *dec.* 587. *n.* 7. *tom.* 2. Barty. *loc. adduct.* Brunnemann. *in Cod. tit. de suis et legit. liber.*

In hac igitur materia sunt considerandae plures species filiorum sive liberorum, nam alii dicuntur spirituales, qui in nihilo succedunt, & ideò de istis hoc loco non est differendum; alii naturales, & legitimi simul; alii legitimi tantùm; alii naturales tantùm, alii spurii, sive vulgò quaesiti, alii nati ex incestuoso, & damnato coitu, de quibus Paul. Christin. *dec.* 61. *num.* 5. *&c. vol.* 4. *et alii infra citati.* De filiis autem putativis an succedant patri putativo dixi in §. *Filius num.* 3.

Filii naturales, & legitimi simul primi gradus succedunt aequaliter suis parentibus ab intestato, exclusis omnibus aliis, si verò cum filiis primi gradus concurrant nepotes ex aliis filiis ejusdem gradus praemortuis, hujusmodi nepotes assumendo locum parentum succedunt cum eis in stirpes, & si nulli adsint filii primi gradus, sed omnes nepotes, succedunt avo, ut supra in stirpes, & non in capita, etiamsi non essent in aequali, sed remotiori in gradu, quia inter descendentes repraesentatio procedit in infinitum, ut dixi *in §. Repraesentatio num.* & probatur ista conclusio per jura supracitata, & ad latè tradita per Oinot. *Instit. de haeredit. quae ab intest. defer. cap. de success. fil. nat. & legit. simul per tot. fol. mihi* 219. *&c.* Martha *de success. Legal. par. pr. quaest.* 4. *cum plurib. seqq.* ubi plures particulares quaestiones ad hanc materiam spectantes diligenter spectat Paul. Christin. *dec.* 61. *n.* 5. *vol. pr.* Nicoli. *loc. cit.* ubi de omnibus expositis in hoc num. Vide Rotam coram Emerix jun. *decis.* 1238. *n.* 10. Brunnemann. *loc. cit.*

Quid si essent filii ex diversis matrimoniis, dixi in *§. Divisio num.* 15.

Filii legitimi tantùm, quales sunt adoptivi, vel arrogati, succedunt patri adoptanti, vel arroganti ab intestato, etiamsi pater adoptivus habeat filios naturales, & legitimos, cum quibus aequaliter admittuntur exclusis aliis ascendentibus, vel collateralibus, quod procedit etiam in nepotibus ex ipsis filiis adoptivis, intelligendo omnia durante adoptione, nam si fuerint emancipati in nihilo succedunt, sicut etiam non succedunt agnatis, vel cognatis ipsius patris adoptivi, aliàs extraneis, nec in feudis; quid autem si fuerint adoptati ab avo, dic quod res est magis plana, ut succedat durante adoptione unà cum patre suo ipsi avo adoptanti, *§. sed hodie Instit. de adopt. §. sed ea omnia*, ubi Arg. & alii *Instit. de haeredit. quae ab intest. def. l. si te parens, C. de suis, & legit.* cum concordantibus adductis per Oinot. *in d. tit. Institut. de haeredit. quae ab intest. def. cap. de success. fil. adopt.* Martha *de success. Legal. par. pr. qu.* 19. *per tot.* ubi latiùs explicat Paul. Christin. *d. dec.* 61. *sub num.* 4. *vol.* 4. *& dec.* 185. *vol.* 4. ubi plura de adoptione. Vide Brunnemann. *loc. cit.*

Adoptio tamen existentis in potestate patris facta à transversali, vel extraneo, non operatur quod adoptatus, sine authoritate Principis jura sanguinis ipsius adoptantis consequatur, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 214. *n.* 15.

Filii naturales tantùm, quales propriè dicuntur nati ex concubina unica, & indubitato affectu domi loco uxoris retenta, nec sufficit, ut sint simpliciter nati ex soluto, & soluta; si agatur de succedendo patri ab intestato, illi succedunt in duabus unciis, idest sexta parte haereditatis unà cum matre quotquot illi fuerint, dummodò non extent filii legitimi, & naturales, nec legitima uxor patris naturalis defuncti, nam his extantibus in nihilo succedunt, sed tantùm sunt alendi secundùm vires patrimonii arbitrio boni viri; ex testamento verò contra voluntatem patris nihil capere possunt, quamvis pater non prohibeatur illis relinquere etiam totam haereditatem, si non extent legitimi descendentes, nec ascendentes, nec uxor, si verò extent filii legitimi, potest naturalibus, & eorum matri unciam tantùm in totum relinquere, si ascendentes illis tenetur legitimam reservare, si uxor quantum ei debetur juxta consuetudinem loci, vel dispositionem *Auth. praeterea, C. unde vir, & uxor*, & residuum ipsis filiis naturalibus si velit; praedicta tamen non procedunt in nepotibus naturalibus tantùm, qui non succedunt, nec in feudis, si autem agatur de succedendo matri, vel alteri ascendenti per lineam maternam, indistinctè admittuntur naturales tantùm, sicut legitimi, & naturales simul, ut latè declarat Oinot. *Instit. de haeredit. quae ab intest. defer. cap. de success. liber. nat. tantùm fol. mihi* 224. Martha *de success. legal. par. pr. qu.* 16. *ar. pr. per tot.* Paul. Christin. *d. dec.* 61. *n.* 5. *vol.* 4. *& dec.* 64. *vol.* 4. ubi plura qualiter naturales succedant matri, vel non, *& decis.* 193. *vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 18. *per tot.* Peregrin. *dec.* 16. ubi quid si extent fratres, vel sorores, &c. vide in *§. Filiatio num.* 9. Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 171. *num.* 29. *& seqq.* latè Gabriel Vasq. *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 5. *§.* 6. *per tot. fol.* 276. *&c.* Fontanel. *dec.* 405. *& seqq.* Consiol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 65. *per tot.* De Luc. *de success. disc.* 10. *n.* 19. vide Brunneman. *ubi supra.*

Filii spurii, sive vulgò quaesiti, idest nati ex soluto, & soluta extra matrimonium, & extra concubinatum per coitum à jure civili non damnatum, patri, & aliis ascendentibus per lineam paternam nullo modo succedere possunt, sed tantùm sunt capaces alimentorum naturali aequitate inspecta; matri verò, & aliis ascendentibus per lineam maternam indistinctè succedunt, etiam cum legitimis, & naturalibus, nisi mater sit persona illustris, nam tunc stantibus legitimis, spurii non succedunt, Oinot. *loc. cit. cap. de success. spur.* 225. Martha *d. qu.* 16. *ar. pr. num.* 25. *& seqq.* plenè Tusch. *litt. S. conclus.* 416. *&* 417. *per tot.* vide in §. *Filiatio num.* 9. Dian. *par.* 5. *tract.* 3. *resol.* 121. ubi quid liceat, vel non relinquere filiis spuriis in foro conscientiae, *et part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 19. *per tot.* Gabr. Vasquez *loc. cit. qu.* 7. *per tot. fol.* 280. *et seqq. ad* 269. ubi plenè pro foro conscientiae.

Filii nati ex damnato coitu, & à jure civili reprobato, & punibili, ut incestuosi, nefarii, & adulterini, nec patri, nec matri succedere possunt, sed sunt insuccessibiles omnibus ascendentibus per lineam masculinam, & foemininam, licèt de aequitate canonica ubique servanda sint à parentibus alendi, *cap. si quid autem, Novell.* 4. *quibus mod. nat. eff. legit. & Auth. ex complexu, C. de incest. nupt.* ubi Bart. Bald. & alii Oinot. *ubi supra cap. de success. liber. ex damn. coit. fol.* 226. Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 228. *num.* 9. ubi quòd non habent successionem neque activam, neque passivam, *& par.* 12. *dec.* 175. *num.* 10. *& seqq.* ubi de incestuosis ratione copulae praecedentis cum sorore matris desponsatae, qui exceptis alimentis, sunt incapaces successionis, *& dec.* 325. ubi qualiter stante ignorantia dicti impedimenti in matre non sint incestuosi, & succedere possint, de quo latiùs eadem Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 367. *per tot. & par.* 17. *decis.* 145. *&* 356. *par.* 18. *tom. pr. dec.* 37. *per tot.* Martha *d. tract. part. pr. quaest.* 16. *art. pr num.* 29. *& seqq.* ubi quid de natis ex viro uxorato, & muliere soluta, vel ex Sacerdote, & ejus concubina, vide Tusc. *d. concl.* 416. *&* 417. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3641. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 198. *vol. pr. & dec.* 61. *num.* 5. *vol.* 4. *& dec.* 193. *vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 18. *per tot.* Peregrin. *dec.* 11. ubi de filiis presbyterorum legitimatis, ut possint succedere saltem pro medietate jure alimentorum, idem Peregrin. *dec.* 42. *n.* 6. ubi quando nati ex clerico possint matri succedere, vel non, *& dec.* 59. *n.* 1. ubi quòd filius sacerdotis non potest capere ex testamento patris ultra alimenta, Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 407. *num.* 6. ubi quòd quicquid aliàs dubitatum fuerit, praxis judiciorum invaluit, ut macula ignominiosa in spuriis ex damnato, & punibili coitu, solummodò eos removeat à successione patris, non autem bonorum matris, aut aliorum ex transversò consanguineorum, *& par.* 17. *dec.* 171. *per tot. in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio, quia non constabat de sacerdotio, nec de virginitate, quae non praesumitur quando allegatur à tertio, nec de scientia hujusmodi qualitatis in muliere, et ideò filii praesumuntur potius naturales

Digitized by Google

les qoam incestuosi, vel ex alio damnato coitu, *&* *dec.* 356. ebi quòd ignorantia excusat tantùm in matrimonio, non autem in concubinatu, & qoare.

Qualiter actem filii possunt legitimari, et seccedant, latè Martha *d. tract. part. pr. qu.* 18. *per tot.* vide in §. *Legitimatio*, Cabal. *cons.* 263. *per tot. lib.* 2. Vide Brunneman. *loc. relat.*

Quòd non valeat statutem habilitans spurios, & naturales ad successionem patris, & quando secos, latè Tusch. *litt. S. concl.* 654. *&* 655. *per tot.* Rota *part.* 16. *recent. decis.* 367. *num.* 45. facit eadem Rot. *part.* 17. *decis.* 145. *n.* 21. *& seqq.*

De materia successionis ab intestato quoad lineam descendentium facta distinctione qualitatis omnium filiorum, ut hic notatur cum pluribus aliis quæstionibus inde emergentibus, latè multis citatis videndus præ aliis Antunea Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 18. *per tot.* ubi benè omnia explicat.

5 Successio ab intestato, deficientibus liberis, & descendentibus personæ defunctæ, secundo loco defertur parentibes, & ascendentibus ipsies defuncti, *cap. si igitur defunctus* 2. *Novell.* 118. *Auth. de hæred. ab intest. convenient.* latè Paul. Christin. *decis.* 62. *per tot. vol.* 4. Martha *de success. legal. part.* 2. *per tot.* Gab. Vasqeea *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. §. 2. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 479. *n. pr.* Barty *loc. relat.* Michalor. *de Fratr. part.* 3. *cap.* 14. Brunnemann. *in l. in successione* 2. *& in auth. & cum & in auth. defuncto C. ad S. C. Tertul.*

Si enim defunctus reliquit tantùm ascendentes, nempè patrem, & matrem, illi æqualiter admittuntur ad successionem, si alios ascendentes in grade dispares, proximior remotiorem excludit; si verò defunctus reliquit ascendentes, & collaterales simul, tenc fratres, & sorores utrinque conjuncti succedunt defuncto cum ejus patre, & matre in capita, *d. cap. si igitur defunctus, & Auth. defuncto, C. ad S. C. Tertull.* latè explicat Oinot. *Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. cap. de secund. grad. sive ord. succed. fol.* 257. Tusch. *litt. S. conclus.* 861. *numer.* 30. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 62. *&* 63. *per tot. vol.* 4. *& ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 6. Peregrin. *decis.* 77. Maralia *de success. legal. part.* 2. *quæst. pr. art. pr. &* 2. *per tot.* ubi quòd idem est in filiis fratrum, vel sororum utrinque conjunctorum, ut admittanter in stirpes cum ascendentibus, vel fratribus prædictis per text. *in Auth. inter fratr. fil. in princ. Novel.* 124. & qeid in conjunctis ex uno latere tantùm, & alia vide per eos, diximus §. *Ascendentes num.* 2. *& seq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 381. *vol. pr. & decis.* 62. *&* 63. *vol.* 4. Jo. Dominic. Panset. *contr.* 12. *per tot.* ubi plura an, & qeando juxta consuetudines Neapolitanas admittantur, vel non, fratres utrinque conjuncti, vel ex eno latere tantùm, ad successionem cum ascendentibus, Nicoli. *Instit. tit. de hæred. quæ ab intest. def.* ubi ferè de omnibus sub hoc nemer. contentis. Vide Barry *loc. adduct.* Michalor. *ubi supra* Conciol. *ad Statut. Engub. libr.* 2. *rub.* 66. *n.* 15. Caren. *resol.* 173. *n. pr.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *dec.* 68. *a n.* 10. *decis.* 69. *n. pr. decis.* 70. *n.* 4. *& dec.* 71. *n.* 7. *vol. pr.* Brunnemann. *loc. cit.*

De successione ascendentium plura idem Antunea Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 19. *num. pr. & seqq. usque ad* 41. ebi ponit plures casus, in quibus ascendentes succedere nequeunt suis descendentibus, quos vide penes eum, faciunt notata in §. *Ascendentes num.* 2. *&* §. *Mater n.* 1. *&c.* latè Anton. Gob. *Consult.* 117. ubi qualiter fratres, & fratrum filii concurrant cum ascendentibus ad successionem fratris, & patrui respectivè, &c.

Intelligendo hanc conclusionem de ascendentibus legitimis, & naturalibus simul, de aliis autem ascendentibus, nempè legitimis tantùm, naturalibus tantùm, spuriis, sive vulgò quæsitis, & incestuosis, vel damnatis, cùm pater & filius sint correlativa, & correlativorum sit eadem natura, & judicium, eadem mensura, & modis, quibus dictum est supra, filios hujusmodi respective parentibus succedere posse, dicendum est eosdem parentes pariter respectivè ad filiorum successionem admittendos, ad tradita per *Imperat. cap. in quibus* 13. *Novell.* 89. *& Auth. licèt in fine, C. de nat. lib.* Oinot. & Marth. *loc. cit.* Paul. Christin. *d. decis.* 62. *&* 63. *vol.* 4. ubi plura, vide in §. *Ascendentes num.* 6. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 145. *num.* 21. *& seqq.*

Quando autem, & qealiter successio in bonis paternis, idest filio defencto obvenris ex linea paterna spectet ad patrem in totum, exclusa matre, & è contra in obventis à matre, & linea materna spectet ad matrem in totom, excluso patre, latè Tusch. *litt. S. concl.* 863. *per tot.* vide in §. *Ascendentes num.* 4. ubi contra, & Gab Vasquea *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. §. 2. *dub. pr. per tot. fol.* 256. novissimè Jo. Domin. Pansut. *contr. forens.* 7. *&* 8. *per tot.* ubi contra Bart. & ejus sequaces probat de jure communi non dari hujusmodi bonorum distinctionem, juxta sententiam Baldi, quæ validissimis rationibus, & juribus fulcita prævaluit, & quid dicendum sit attenta consuetudine Neapolitana ibidem declarat.

De quæstione an sit facienda distinctio bonorem, unde proveniant, Antunez. Portugal. *d. cap.* 19. *n.* 5. *& seqq.* ebi transit cum opinione Baldi contra Baldem, qeem dicit approbatum Neapoli, ut per Franch. *decis.* 59. *nu.* 4. *& seqq.* Vivi. *decis.* 173. & in Senatu Sabaudiæ Thes. *decis.* 27. *num.* 4. *& seqq.* ubi alios in §. *Ascendentes num* 4. De Marin. *cap.* 262. *a num.* 11. Michalor. *dict. cap.* 14. *a num.* 12. Caren. *resolut.* 203. *num.* 13. Add. ad De Franche *loc. cit.*

6 Successio tertio loco non extantibus descendentibus, neque ascendentibus personæ defunctæ, sed tantùm collateralibus, defertur ab intestato primò fratribus, & sororibus utrinque conjunctis in capita, exclusis omnibus aliis collateralibes, exceptis tamen fratrum utrinque conjunctorum filiis, qui per repræsentationem admittuntur in stirpes cum dictis fratribus, vel soli ad successionem patrui; secundò, non extantibus dictis fratribus utrinque conjunctis, neque illorum filiis, defertur successio fratribus, & sororibus ex uno latere tantùm conjunctis æqualiter, eorumque filiis per repræsentationem in stirpes, ut supra exclusis omnibus aliis collateralibus, etiam lineæ superioris, veluti patruo, amita, & similibus; tertiò, non extantibus aliquibes ex prædictis, defertur successio reliquis collateralibes consanguineis, qei in gradu sint proximiores, vel pares æqualiter, & in capita, remotioribus exclusis, ita ut infallibiliter semper proximior in gradu, sit potior in successione, & pares pariter admittantur in capita secundum numerum personarum, usque ad decimum gradum, & non ultra, intelligendo prædicta de fratribus legitimis, & naturalibus simul, vel legitimatis per rescriptum Principis, vel oblationem Curiæ, prout hæc omnia colliguntur, & probantur ex text. *in* §. *si igitur defunctus neque* 3. *Novell.* 118. *Auth. de hæred. ab intest. vend. auth. cessante, C. de legitim. hæred. auth. itaque, C. com. de success. Novel.* 84. *de consang. & uter. fratr. auth. post fratres autem, C. de legit. hæred.* & utrobique glos. & DD. Oinot. *Instit. de hæred. quæ ab intest. de fer. cap. de test. ord. de succed. fol.* 231. *&c.* Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.* 2. *Rub.* 66. *per tot.* Autunea Portugal. *de donat. Reg. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 41. *& seqq. per tot.* ebi latè, & plenius Martha *de success. legal. part.* 3. *per tot.* ubi plures particulares quæstiones examinat Tusch. *litt. S. concl.* 862. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 20. *lib.* 2. *& cons.* 130. *d. lib.* 2. Paul. Christin. *decis. Belg.* 194. *vol. pr. & decis.* 66. *vol.* 4. *& ad leg. Munic. tit.* 16. *art.* 8. *&c.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 153. *num. pr. &c.* Gab. Vasquea *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. §. 3. *per tot. fol.* 261. vide in §. *Frater num.* 4. *& seqq. & in* §. *Repræsentatio per tot.* Et de fratribus utrinqee conjunctis, an, & quando excludant æquales in gradu conjunctos ex eno latere tantùm, sive agatur de successione prædefuncti fratris utrioque conjuncti super bonis antiquis, sive aliis de novo quæsitis, & alia ad rem juxta consuetudines Neapolitanas; latè Jo. Dominic. Pansut. *contr.* 10. *& seqq.* Nicoli. *dict. Inst. tit. de hæred. quæ ab intest. def.* ubi plenè de expositis seb hoc num. Vide Barry *de success. ab intestat.* Michalor. *de Fratrib. d. part.* 3. *a cap.* 14. Emerix jun. *decis.* 516. *n.* 15. *decis.* 160. *n. pr.*

Digitized by Google

n. pr. decis. 162. n. pr. decis. 187. n. pr. decis. 206. n. pr. decis. 429. n. 6. decis. 1079. n. pr. decis. 1213. n. 37. decis. 5310. n. 7. Brunnemann. in legibus citatis.

Inter fratres legitimus tantùm, non datur successio, nisi sint adoptati ab ascendente, cùm tunc concurrat etiam naturalis conjunctio, ex qua possunt succedere suis collateralibus agnatis, l. pen. §. pr. C. de adopt. & l. qui in adoptionem 23. ff. eod. §. Nullam verò, Novell. 113. de hæredit. ab intest. Oinot. loc. cit. nu. 41. Aug. in §. eos, & in §. Infrà Instit. de success. cog.

Intar fratres, vel alios collaterales, naturales tantùm, vel vulgò quæsitos ex linea paterna conjunctos, non datur successio, inter eosdem verò conjunctos ex linea materna, admittitur successio, etiamsi mater illorum sit illustris, §. Vulgò quæsitos, ubi Angel. & alii Instit. de success. Cognat. cap. Filium 4. Novell. 89. Auth. quibus mod. nat. eff. sui, Oinot. loc. cit. num. 42. & seqq. cum Addit. Christin. decis. Belgic. 198. n. 12. & seqq. vol. 1. dec. 65. vol. 4. & ad l. Municip. tit. 18. art. 2. n. 5. & art. 3. n. 6. &c. Peregrin. dec. 16. n. 3. &c. dec. 42. per tot. Rot. part. 16. rec. dec. 98. n. 2. &c. ubi quòd illegitimatis exceptio non attenditur quando agitur de succedendo conjuncto ex latere matris.

Inter fratres, val alios collaterales ex latere matris conjunctos ax coitu incestuoso, adulterino, vel aliàs à jure civili damnato, nulla invicem datur successio, Auth. ex complex. C. de intest. & inutil. nupt. §. fin. Novell. 89. Auth. quibus mod. nat. eff. sui, Ang. & Oinot. loc. cit. num. 47. cum Addit. Martha de success. legal. part. 1. qu. 16. art. 1. num 24. & seqq. ubi refert in consilio Neapolitano fuisse pluries contrarium judicatum ex antiquissima consuetudine illius Tribunalis, ut per Afflict. decis. 96. Franch. dec. 238. sed dicta consuetudine cessante, non esse à nostra conclusione recedendum, de qua vide etiam Christin. d. dec. 198. n. 13. & seqq. per tot. vol. 1. ubi quòd commonis opinio est affirmativa, ac à pluribus Tribunalibus approbata, idem Christin. dec. 65. n. 3. vol. 4. & ad leg. Municip. tit. 18. art. 3. n. 7. &c. Peregr. dec. 42. ubi pro successione in linea materna, secus autem in paterna, Rot. part. 10. recent. dec. 228. nu. 9. ubi pro non successione, & faciunt plura tradita, juxta consuetudines Neapolitanas per Jo: Dominic. Pansut. contr. 11. per tot. cum aliis seqq.

7 Successio ab intestato, ut supra defertur collateralibus consanguineis defuncti usque ad decimum gradum tantùm inclusivè, & non ultrà, sublata omni differentia agnationis, & cognationis §. fin. ubi glos. & DD. Instit. de success. cognat. Azot. in summa, C. de legitim. hæred. Pract. Pap. Libell. hæred. ab intest. glos. 2. n. 27. Oinot. Instit. de hæred. quæ ab intest. de fer. cap. de rer. ord. succed. n. 38. fol. 235. Gratian. discept. forens. cap. 697. n. 51. Martha de success. legal. part. 3. quæst. 2. art. 2. num. 1. Rot. part. 13. recent. dec. 356. n. 1. & 2. vide in §. Agnatio n. 4. §. Matrimonium n. Paul, Christin. decis. 72. n. 3. vol. 4. ubi tamen, quòd in Francia defertur etiam ultra decimum gradum, & decis. 61. vol. 6. ubi quid in feudis. De quibus etiam Nicoli d. Instit. de hæredit. quæ ab intest. def. Barrii. & Michalor. ubi supra.

Jure autem affinitatis, nulla datur successio inter affines ab intestato, l. affinitas 7 C. comm. de success. Oinot. loc. cit. cap. de success. inter vir. et uxor. n. 8. vide in §. Affinitas n. idem Oinot. ubi sup. cap. de success. fisc. n. 14. in fine fol. 243. ubi quòd fiscus potiùs admittitur, quam affinis. Brunnemann. in l. 3. 5. et 7. C. commun. de success. et in l. 4. ff. de grad. et affin.

8 Successio ab intestato regulariter non datur inter conjuges, sed aliquo ex eis decedente, primò animadvertendum est, an inter eos præcesserint pacta dotalia, quæ sunt servanda; secundo, deficientibus pactis dotalibus, sunt attendenda statuta, & consuetudines loci, & domicilii viri circa lucrum dotis, vel successionum inter eos; tertiò, in defectum pactorum, & statutorum, recurrendum est ad jus commune, secundùm quod ut dixi inter eos non datur successio, etiam in dote, sed soluto matrimonio dos revertitur ad uxorem, & patrem dotantem, & donatio propter nuptias ad maritum; exceptis duobus casibus, nempè si conjux defunctus nullos descendentes, nec ascendentes, nec collaterales consanguineos intra decimum gradum inclusivè reliquit, quia tunc conjux superstes illi ab intestato succedit, excluso fisco, & omnibus aliis de æquitate prætoria per bonorum possessionem unde vir. & uxor, intra centum dies utiles agnoscendam, & petendam, vel etiam extantibus consanguineis conjugis defuncti, si matrimonium est sine dote, val sine donatione propter nuptias, conjux præmortuus dives, & superstes inops, nam tunc superstes unà cum liberis communibus, vel etiam alterius matrimonii succedit in quarta parte bonorum defuncti, si liberi sint tres, vel pauciores, si plures in viriles portiones quoad usumfructum tantùm, reservata proprietate filiis, quibus deficientibus, obtinet quoque dominium dictæ portionis in quam tenetur imputare omne debitum, sibi à conjuge factum, & ista quarta tamquam proveniens à jure civili, potest usque ad triginta annos peti, & debetur non solùm ab intestato, sed etiam condito testamento concurrentibus prædictis requisitis, cessat autem inter sponsos, item quando matrimonium non fuit justum, & legitimum, item si fuerit facta separatio, vel divortium, item si se invicem interfecerint, vel necessaria non subministraverint, ita ut mors sit sequuta prout colligitur ex Auth. præterea ex tot. tit. cum ibi notatis per glos. & DD. C. unde vir, & uxor, §. quia verò 5. Novell. 117. Auth. ut liceat matr. & aviæ, Oinot. Instit. de hæredit, quæ ab intest. defer cap. de success. inter vir. & uxor. per tot. fol. 236. &c. Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 9. 10. 11. 12. per tot. à fol. 148. ad 186. & aliqua Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 19. n. 49. & seqq. per tot. Martha de success. legal. part. 3. quæst. 12. art. 1. num. 12. & seqq. per totam illam quæstionem, & præcipuè art. 5. per tot. ubi de materia dictæ Auth. præterea, de qua pleniùs par. 63. quæstiones, Mangil. de imput. & detract. quæst. 37. & seqq. ad 100. vide in §. Uxor num. 10. Tusch. litt. S. conclus. 866. Paul. Christin. decis. 77. n. 3. &c. vol. 4. & latiùs dec. 78. & 79. per tot. dict. vol. 4. & dec. 197. vol. 5. & ad leg. Municip. tit. 16. art. 13. &c. Rot. part. 11. rec. decis. 138. per tot. Martha vot. Pis. 21. & 22. per tot. Adde Rot. rec. part. 19. dec. 471. & 479. per tot. tom. 2. & De Luc. de success. disc. 39. De Legat. disc. 10. nu. 8. De Testam. disc. 32. nu. 4. Brunneman. in legibus citatis Hodieu. ad Surd. dec. 61. & in l. hac Edictal. Rovit. dec. 46. Conciol. alleg. for. 9. & 10.

An in feudo sibi invicem succedant maritus, & uxor, Paul. Christin. dec. 62. vol. 6. Mansic. d. tract. part. 3. quæst. 12. art. 1. nu. 16. &c.

Successio ab intestato non extantibus legitimis hæredibus, nempè descendentibus, nec ascendentibus, nec collateralibus intra decimum gradum nec conjuge personæ defunctæ juxta superius dicta, ne aliquis decedat sine hærede, ultimo loco defertur fisco, quod procedit etiam aliquibus ex prædictis extantibus, sed incapacibus, & insuccessibilibus, vel tantùm per affinitatem conjunctis, l. 1. & l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. latè Oinot. Instit. de hæredit. quæ ab intest. de fer. cap. de success. fisc. nu. 14. & seqq. per tot. fol. 242. Martha de success. legal. part. 4. quæst. 2. art. 6. num. 29. et seqq. Istè Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. tit. 1. cum pluribus seqq. et per tot. tract. ubi quot modis bona possint ad fiscum pervenire, Paul. Christin. dec. 77. n. 4. et seqq. vol. 4. vide in §. Fiscus n. 6. Amaya in d. l. vacantia per tot. fol. 90. etc. Nicoli. d. Instit. tit. nu. 57. et seqq. Barry de success. lib. 18. tit. 5. n. 8. Fagnan. in cap. Præsbyter n. 8. de Pæn. 9

Materiam bonorum vacantium, & decedentium ab intestato, vel intestabilium sine hæredibus ab intestato venientibus, sicut etiam indigniorum, & incapacium, à quibus bona fiscus aufert, qui tales dicuntur, cùm ferè omnibus quæstionibus incidentibus, plenissimè tractat multis singillatim citatis, &

præ cæteris videndus Antunez Portogal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 14. et seqq. et cap. 29. et seqq. per tot.* Cancer. *var. resol. p. 1. cap. 5. et 6. per tot.* vide De Luc. *de Regal. in Summ. a nu. 92. et de Feud. disc. 72.*

Quod fiscus excluditur à socio liberalitatis, seu donationis à Principe factæ, respectu tamen donationis tantùm, & non aliorum bonorum, sicut etiam excludatur à patrono in successione liberti, probat idem Portugal. *d. lib. 3. cap. 19. n. 59. et 60.*

Multas aliàs quæstiones in materia successionis, & præcipuè an mortuo Episcopo, vel alio Prælato inferiori, & simplici Clerico, vel Monaco, sive novitio, pupillo, Rectore hospitalis, peregrino, vel advena, Decurione, Collega, vel alio de universitate, & hujusmodi personis sine legitimo hærede intra decimum gradum, succedere debeat Ecclesia, Monasterium, tutor, hospitale, Episcopus, Civitas, Collegium, Universitas ad exclusionem fisci, vel fiscus prædictis exclusis, quo jure succedat fiscus in bonis vacantibus, an teneatur solvere legata, an succedat in bonis majoratus instituti pro conservatione certæ familiæ, si nullus de ea extet tempore mortis ultimi possessoris doctè pluribus citatis resolvit Antunez. Portugal. *d. lib. 3. cap. 20. et seqq.*

De successione advenarum, & peregrinorum, ad quos deferatur dixi in §. *Vagabundus n. 3.*

Qualiter fiscus auferat hæreditatem etiam ab indignis, & tunc in eum transeant jura activa, & passiva, ac possit ex persona indigni expetiti petitionem hæreditatis, vel remedium *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. nu. 263. et seqq.* Peregrin. *d. tract.* Guaz. *de confisc. bon. concl. 20.* Marta *de success. legal. part. 4. qu. 16. art. 1. n. 99. etc.* vide *in §. Fiscus num* Urceol. *tract. de transact. qu. 84. n. 46. et seqq. per tot.* ubi etiam quid si indigni, & incapaces transegerint, & an fiscus teneatur ad legata, debita, & alia onera hæreditaria, & concludit quod sic secus si fuerint contracta ab ipsis indignis, ad Guaz. *de cocfisc. bon. ampliat. 6 concl. 13. n. 40.* & Mastrill. *eod. tract. qu. 24. n. 27.* Vide Nicoli. *loc. supra citat. n. 69.*

An autem successio minoris tutorem habentis, & sine legitimis hæredibus decedentis spectare debeat potiùs ad tutorem, vel ad fiscum, sunt opiniones hincinde, & ideò posse judicem utrumque æqualiter admittere, concludit Montan. *de tut. cap. 37. reg. 2. n. 113. et seqq. fol. 189.*

De successione feudali quomodo, & quibus deferatur vel non latè Christin. *dec. 26. cum pluribus seqq. vol. 6.* & alii citati *in §. Feudum nu. 13. etc.* idem Christin. *ad leg. munic. tit. 10. art. 9. et seqq.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 7. subsect. 3. a n. 215. cum plurib. seqq. tom. 3.*

10 Successio ab intestato, an fiat in stirpes, vel in capita, ubi agitur de hæreditate patrui inter plures filios fratrum diversi numeri, vide Thes. *decis. 162. per tot.* Fusar. *de substit. quæst. 481.* Giurb. *in Consuet. Messan. cap. 8. glos. 5.* Mart. Medic. *exam. 33. n. 1. etc. cum Addit. de anno 1665.* ubi plures alios refert, dixi supra *n. 6.* & in §. *Repræsentatio nu.* Tusch *litt. S. conclus. 864. et 865. per tot.* Christin. *decis. Belg. 194. vol. 1.* Latè Censali ad Peregr. *de fideicom. 21. vers. duodecimò observa pag. mihi 53.* De Luc. *De Hæred. disc. 5. De fideicom. disc. 19. et disc. 22.* Rot. coram Ansald. *dec. 84. n. 2.*

Ex testamento autem aliquando fit in stirpes, aliquando in capita, prout testamenti verba sonant, vel mens testatoris suadet, & in dubio fit in capita, & quando fiat in stirpes, Mart. Medic. *d. Exam. 33. et dec. 56. per tot. cum Addit.* Merlin. *dec. 570. et 631. et inter recent. par. 6. dec. 180. et 278. per tot.* vide in §. *Institutio nu.* et §. *Repræsentatio n.*

11 Successio an deferri possit per saltum de una linea ad lineam, donec superest aliquis sive masculus, sive fœmina ex linea illius, qui semel fuit admissus, Peregrin. *de fideicom. art. 7. num. 13. etc.* Gratian *discept. for. cap. 621. n. 3. etc. cap. 773. n. 3.* ubi videtur negativè concludere.

Quòd non transeat ad aliam lineam jam exclusam, donec extant descendentes etiam fœminæ primæ lineæ jam admissæ, Altograd. *cons. 92. nu. 17. lib. 2.* ubi etiam latè quando sit attendenda proximitas ultimi gravati, & non testatoris, & dixi in meis *resol. c. 40. per tot. et in §. Proximitas.*

An successio deferatur filiis, vel aliis, qui interfecerunt defunctum, Tusch. *litt. S. conclus. 867.* & dixi *in §. Homicidium n. 22.* ubi vide.

Successio parentum infanti, vel minori delata licèt non adita si decedat, transmittitur ad patrem, 12
vel matrem superstitem, excluso penitus avo, non tantùm jure suitatis, & sanguinis, sed etiam ex beneficio restitutionis in integrum, quod pariter transmittitur, quamvis alias regulariter hæreditas non adita non transmittatur, latè Gratian. *discept. c. 820. n. 15. et seqq.* ubi *n. 26.* subdit hoc casu ex æquitate esse admittendum avum æqualiter cum matre, vide in §. *Hæreditas n.* et §. *Transmissio n.*

Successoris verbum quando intelligatur de successo- 13
re hæreditatis, & sic de successore universali, vel singulari, juxta subjectam materiam Cavaler. *dec. 437. per tot.*

Quis dicatur propriè successor, & quis universalis, vel particularis, Tusch. *litt. S. conclus. 877. et 878. per tot.*

Quòd appellatione successorum veniant etiam creditores, Rot. *part. 17. rec. dec. 77. et dec. 236.* in eadem causa.

Successor locatoris an teneatur stare locationi fa- 14
ctæ per suum prædecessorem, Pract. Papp. *libell. adficti præstat glos. solvere n. 6.* Gratian. *discept. for. cap. 37. per totum*, Duran. *reg. 240.* ubi ponit regulam negativam, quam undecim modis limitat Soccin. *reg. 480.* Staiban. *de interess. lib. 2. tit. 10. qu. unic. n. 49. et seqq. n. 116.* ubi loquitur tam de successore universali, quàm particulari, vel singulari, ampliat, limitat, & declarat Mantic. *de tacit. et ambig. lib. 5. tit. 12. et 13. per tot.* Gratian. *dec. 99. n. 10. et seqq. et discept. for. cap. 606 per tot.* ubi de successore in beneficio, vel Ecclesia, quid si fuerit facta locatio nomine Ecclesiæ, vel dùt hypotheca, vel simus in colono partiario, vel si jam fuerit seminatum, & quid è contra an successor possit cogere conductorem, vel colonum ad perseverandum, Sperel. *dec. 74. n. 19. et 32.* vide *infra n. 15. in fine, et in §. Conductio n. 12. et §. Emptio n. 42.* Ricc. *Collect. 4000. et Collect. 1007. et 2166.* ubi plura de successore in beneficio quando teneatur stare colono, vel non, Rot. *part. 10. recent. decis. 219. nu. 10. etc.* Sanfel. *dec. 366. cum Addit.* vide Nicoli. *Instit. Locat. n. 13.* De Luc. *Conflict. observ. 219. de Locat. in summ. ex n. 31.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. part. 4. quæst. 39. a n. 200. tom. 6.* Bersan. *de Compens. cap. 3. quæst. 23. nu. 16.* Castald. *consult. 214. n. 10. et 21.* Domin. Advoc. Cabrun. *lucub. 43. a n. 1. et seqq.*

An autem hujusmodi successor recipiendo pensionem unius anni, videatur ratificasse locationem pro toto tempore à prædecessore facta, Surd. *dec. 33. per tot.* ubi etiam latè Hodiern. *et dec. 40.*

De successore singulari, an, & quando teneatur stare locationi factæ per suum auctorem, Gratian. *discept. for. cap. 357. n. 17. et 44.* Cavaler. *decis. 612. per tot.* Mantic. *de tacit. et ambig. lib. 5. tit. 9. et seqq. per tot.* Surd. *dec. 225. per tot. et dec. 264. et 265. per tot.* Franch. *dec. 216. 302. et 488.* Merlin. *dec. 627.* Ricc. *Collect. 93. 631. 1055.* Peregrin. *decis. 136. per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 372. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec. 366.* ubi refert ad plures casus particulares Joseph. Feliv. *Margar. var. conclus. verb. successor fol. 98. et 99.* plene ad saturitatem Scapuccin. *in tract. de success. sing. per tot.* Pacion. *de locat. cap. 61. per tot.* ubi de quolibet successore singulari, exemplificando in multis latè Anton. Gob *Consult. 105.* Caldas Pereyr. *de empt. et vendit. cap. 26. per tot. et quæst. forens. cap. 32. per tot.* Vella *Dissert. 20.* Torre *de Majorat. et Primogen. part. 2. quæst. 7. n. 1. et seqq.* Vide Altimar. Castald. Cabrun. *ubi supra* Pen. & Crescin. *dec. 18.*

Quid si conductor seminavit, Surd. *dec. 40. per tot.* Pacion. *d. cap. 61. n. 292.* ubi alios allegat. vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd

Quòd si successor singulatis sciebat rem esse locetam, vel si alienatio sit facta pendenre lite, ne alias detut occesio fraudis, teneatur state locationi Surd. *dec.* 172. ubi loquitor de alienetione facte à patre in filium, vide Pacion. *d. cap.* 61. *num.* 86. *et seqq.* Altimar. & Cabrun. *loc. supra adductis*.

Non temen intelligitur finita locetio, nisi quatenus ipse velit, Magon. *dec. Flor.* 2. *n.* 27. *in fine*, vide in §. *Condactio n.* 14. ubi contra prout etiam contrarium tenet Pacion. *d. tract. cap.* 61. *nu.* 296. cùm æqueliter judicari debeant, & ideò sicuti permissum est domino recedere, ita etiam debet esse licitum conductori.

In hac igitur materia sunt considerandæ plures species filiorum sive liberorum, nam alii dicuntur spirituales, qui in nihilo succedunt, & ideò de istis hoc loco non est disserendum; alii naturales, & legitimi simul; alii legitimi tantùm; alii naturales tantùm, alii spurii, sive vulgò quæsiti, alii nati ex incestuoso, & damnato coitu, de quibus Paul. Christin. dec. 61. num. 5. &c. vol. 4. et alii infra citati, De filiis autem putativis an succedant patri putativo dixi in §. Filius num. 3.

Filii naturales, & legitimi simul primi gradus succedunt æqualiter suis parentibus ab intestato, exclusis omnibus aliis, si verò cum filiis primi gradus concurrant nepotes ex aliis filiis ejusdem gradus præmortuis, hujusmodi nepotes assumendo locum parentum succedunt cum eis in stirpes, & si nulli adsint filii primi gradus, sed omnes nepotes, succedunt avo, ut supra in stirpes, & non in capita, etiamsi non essent in æquali, sed remotiori in gradu, quia inter descendentes repræsentatio procedit in infinitum, ut dixi in §. Repræsentatio num. & probatur ista conclusio per jura supracitata, & ad latè tradita per Oinot. Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. cap. de success. fil. nat. & legit. simul per tot. fol. mihi 219. &c. Martha de success. Legal. par. pr. quæst. 4. cum plurib. seqq. ubi plures particulares quæstiones ad hanc materiam spectantes diligenter spectat Paul. Christin. dec. 61. n. 5. vol. pr. Nicoli. loc. cit. ubi de omnibus expositis in hoc eum. Vide Rotam coram Emerix jun. decis. 1238. n. 10. Brunnemann. loc. cit.

Quid si essent filii ex diversis matrimoniis, dixi in §. Divisio num. 15.

Filii legitimi tantùm, quales sunt adoptivi, vel arrogati, succedunt patri adoptanti, vel arroganti ab intestato, etiamsi pater adoptivus habeat filios naturales, & legitimos, cum quibus æqualiter admittuntur exclusis aliis ascendentibus, vel collateralibus, quod procedit etiam in nepotibus ex ipsis filiis adoptivis, intelligendo omnia durante adoptione, nam si fuerint emancipati in nihilo succedunt, sicut etiam non succedunt agnatis, vel cognatis ipsius patris adoptivi, aliàs extranei, nec in feudis; quid autem si fuerint adoptati ab avo, dic quod res est magis plana, ut succedāt durante adoptione unà cum patre suo ipsi avo adoptanti, §. sed hodie Instit. de adopt. §. sed ea omnia, ubi Arg. & alii Instit. de hæredit. quæ ab intest. def. l. si te parens, C. de suis, & legit. cum concordantibus adductis per Oinot. in d. tit. Institut. de hæredit. quæ ab intest. def. cap. de success. fil. adopt. Martha de success. Legal. par. pr. qu. 19. per tot. ubi latiùs explicat Paul. Christin. d. dec. 61. sub num. 4. vol. 4. & dec. 185. vol. 4. ubi plura de adoptione. Vide Brunnemann. loc. cit.

Adoptio tamen existentis in potestate patris facta à transversali, vel extraneo, non operatur quod adoptatus, sine authoritate Principis jura sanguinis ipsius adoptantis consequatur, Rot. part. 9. recent. decis. 214. n. 15.

Filii naturales tantùm, quales propriè dicuntur nati ex concubina unica, & indubitato affectu domi loco uxoris retenta, nec sufficit, ut sint simpliciter nati ex soluto, & soluta; si agatur de succedendo patri ab intestato, illi succedunt in duabus unciis, idest sexta parte hæreditatis unà cum matre quotquot illi fuerint, dummodò non extent filii legitimi, & naturales, nec legitima uxor patris naturalis defuncti, nam his extantibus in nihilo succedunt, sed tantùm sunt alendi secundùm vires patrimonii arbitrio boni viri; ex testamento verò contra voluntatem patris nihil capere possunt, quamvis pater non prohibeatur illis relinquere etiam totam hæreditatem, si non extent legitimi descendentes, nec ascendentes, nec uxor, si verò extent filii legitimi, potest naturalibus, & eorum matri unciam tantùm in totum relinquere, si ascendentes illis tenetur legitimam reservare, si unot quantum ei debetur juxta consuetudinem loci, vel dispositionem Auth. præterea, C. unde vir, & uxor, & residuum ipsis filiis naturalibus si valit; prædicta tamen non procedunt in nepotibus naturalibus tantùm, qui non succedunt, nec in feudis, si autem agatur de succedendo matri, vel alteri ascendenti per lineam maternam, indistinctè admittuntur naturales tantùm, sicut legitimi, & naturales simul, ut latè declarat Oinot. Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. cap. de success. liber. nat. tantùm fol. mihi 224. Martha de success. legal. par. pr. qu. 16. ar. pr. per tot. Paul. Christin. d. dec. 61. n. 5. vol. 4. & dec. 64. vol. 4. ubi plura qualiter naturales succedant matri, vel non, & decis. 193. vol. 5. & ad leg. Municip. tit. 18. per tot. Peregrin. dec. 16. ubi quid si extent fratres, vel sorores, &c. vide in §. Filiatio num. 9. Rot. par. 17. rec. dec. 171. num. 29. & seqq. latè Gabriel Vasq. Opusc. moral. tract. de testam. cap. 5. §. 6. per tot. fol. 276. &c. Fontanel. dec. 405. & seqq. Conciol. & Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 65. per tot. De Luc. de success. disc. 10. n. 19. vide Brunnemann. ubi supra.

Filii spurii, sive vulgò quæsiti, idest nati ex soluto, & soluta extra matrimonium, & extra concubinatum per coitum à jure civili non damnatum, patri, & aliis ascendentibus per lineam paternam nullo modo succedere possunt, sed tantùm sunt capaces alimentorum naturali æquitate inspecta; matri verò, & aliis ascendentibus per lineam maternam indistinctè succedunt, etiam cum legitimis, & naturalibus, nisi mater sit persona illustris, nam tunc stantibus legitimis, spurii non succedunt, Oinot. loc. cit. cap. de success. spur. 225. Martha d. qu. 16. ar. pr. num. 15. & seqq. plenè Tusch. litt. S. conclus. 416. & 417. per tot. vide in §. Filiatio num. 9. Dian. par. 5. tract. 3. resol. 121. ubi quid liceat, vel non relinquere filiis spuriis in foro conscientiæ, et part. 10. tract. 15. resol. 19. per tot. Gabr. Vasquez loc. cit. qu. 7. per tot. fol. 280. et seqq. ad 269. ubi plenè pro foro conscientiæ.

Filii nati ex damnato coitu, & à jure civili reprobato, & punibili, ut incestuosi, nefarii, & adulterini, nec patri, nec matri succedere possunt, sed sunt insuccessibiles omnibus ascēdentibus per lineam masculinā, & fœmininā, licèt de æquitate canonica ubique servanda sint à parentibus alendi, cap. si quid autem, Novell. 4. quibus mod. nat. eff. legit. & Auth. ex complexu, C. de incest. nupt. ubi Bart. Bald. & alii Oinot. ubi supra cap. de success. liber. ex damn. coit. fol. 226. Rot. par. 10. recent. dec. 128. num. 9. ubi quòd non habent successionem neque activam, neque passivam, & par. 12. dec. 175. num. 10. & seqq. ubi de incestuosis ratione copulæ præcedentis cum sorore matris desponsatæ, qui exceptis alimentis, sunt incapaces successionis, & dec. 325. ubi qualiter stante ignorantia dicti impedimenti in matre non sint incestuosi, & succedere possint, de quo latiùs eadem Rot. par. 16. rec. dec. 367. per tot. & par. 17. decis. 145. & 356. par. 18. tom. pr. dec. 37. per tot. Martha d. tract. part. pr. quæst. 16. art. pr num. 29. & seqq. ubi quid de natis ex viro uxorato, & muliere soluta, vel ex Sacerdote, & ejus concubina, vide Tusc. d. concl. 416. & 417. per tot. Ricc. Collect. 3641. Paul. Christin. dec. Belgic. 198. vol. pr. & dec. 61. num. 5. vol. 4. & dec. 193. vol. 5. & ad leg. Municip. tit. 18. per tot. Peregrin. dec. 11. ubi de filiis presbyterorum legitimatis, ut possint succedere saltem pro medietate jure alimentorum, idem Peregrin. dec. 42. n. 6. ubi quando nati ex clerico possint matri succedere, vel non, & dec. 59. n. 1. ubi quòd filius sacerdotis non potest capere ex testamento patris ultra alimenta, Rot. part. 16. rec. dec. 407. num. 6. ubi quòd quicquid aliàs dubitatum fuerit, praxis judiciorum invaluit, ut macula ignominiosa in spuriis ex damnato, & punibili coitu, solummodò eos removeat à successione patris, non autem bonorum matris, aut aliorum ex transversò consanguineorum, & par. 17. dec. 171. per tot. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, quia non constabat de sacerdotio, nec de virginitate, quæ non præsumitur quando allegatur à tertio, nec de scientia hujusmodi qualitatis in muliere, ac ideò filii præsumuntur potius natura-
les

les quam incestuosi, vel ex alio damnato coitu, & *dec.* 356. ubi quòd ignorantia excusat tantùm in matrimonio, non autem in concubinatu, & quare.

Qualiter autem filii possunt legitimari, ut succedant, latè Martha *d. tract. part. pr. qu.* 18. *per tot.* vide in §. *Legitimatio*, Cabal. *cons.* 163. *per tot. lib.* 2. Vide Brunneman. *loc. relat.*

Quòd non valeat statutum habilitans spurios, & naturales ad successionem patris, & quando secus, latè Tusch. *litt. S. concl.* 654. & 655. *per tot.* Rota *part.* 16. *recent. decis.* 367. *num.* 45. facit eadem Rot. *part.* 17. *decis.* 145. *n.* 21. & *seqq.*

De materia successionis ab intestato quoad lineam descendentium facta distinctione qualitatis omnium filiorum, ut hic notatur cum pluribus aliis quæstionibus inde emergentibus, latè multis citatis videndus præ aliis Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 18. *per tot.* ubi benè omnia explicat.

5 Successio ab intestato, deficientibus liberis, & descendentibus personæ defunctæ, secundo loco defertur parentibus, & ascendentibus ipsius defuncti, *cap. si igitur defunctus* 2. *Novell.* 118. *Auth. de hæred. ab intest. convenient.* latè Paul. Christin. *decis.* 62. *per tot. vol.* 4. Martha *de success. legal. part.* 2. *per tot.* Gab. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. §. 2. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 479. *n. pr.* Barry *loc. relat.* Michalor. *de Fratr. part.* 3. *cap.* 14. Brunneman. *in l. in successione* 2. & *in auth.* & *cum* & *in auth. defuncto C. ad S. C. Tertul.*

Si enim defunctus reliquit tantùm ascendentes, nempè patrem, & matrem, illi æqualiter admittuntur ad successionem, si alios ascendentes in gradu dispares, proximior remotiorem excludit; si verò defunctus reliquit ascendentes, & collaterales simul, tunc fratres, & sorores utrinque conjuncti succedunt defuncto cum ejus patre, & matre in capita, *d. cap. si igitur defunctus*, & *Auth. defuncto, C. ad S. C. Tertull.* latè explicat Oinot. *Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. cap. de secund. grad. sive ord. succed. fol.* 227. Tusch. *litt. S. conclus.* 861. *numer.* 30. & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 62. & 63. *per tot. vol.* 4. & *ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 6. Peregrin. *decis.* 77. Martha *de success. legal. part.* 2. *quæst. pr. art. pr.* & 2. *per tot.* ubi quòd idem est in filiis fratrum, vel sororum utrinque conjunctorum, ut admittantur in stirpes cum ascendentibus, vel fratribus prædictis per text. *in Auth. inter fratr. fil. in princ. Novel.* 124. & quid in conjunctis ex uno latere tantùm, & alia vide per eos, dicti §. *Ascendentes num.* 2. & *seq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 381. *vol. pr.* & *decis.* 62. & 63. *vol.* 4. Jo. Dominic. Pansut. *contr.* 12. *per tot.* ubi plura an, & quando juxta consuetudines Neapolitanas admittantur, vel non, fratres utrinque conjuncti, vel ex uno latere tantùm, ad successionem cum ascendentibus. Nicoli. *Instit. tit. de hæred. quæ ab intest. def.* ubi ferè de omnibus sub hoc numer. contentis. Vide Barry *loc. adduct.* Michalor. *ubi supra* Conciol. *ad Statut. Eugub. libr.* 2. *rub.* 66. *n.* 15. Caren. *resol.* 173. *n. pr.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *dec.* 68. *a n.* 10. *decis.* 69. *n. pr. decis.* 70. *n.* 4. & *dec.* 71. *n.* 7. *vol. pr.* Brunnemann. *loc. cit.*

De successione ascendentium plura idem Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 19. *num. pr.* & *seqq. usque ad* 41. ubi ponit plures casus, in quibus ascendentes succedere nequeunt suis descendentibus, quos vide penes eum, faciunt notata in §. *Ascendentes num.* 2. & §. *Mater n.* 1. &c. latè Anton. Gob. *Consult.* 117. ubi qualiter fratres, & fratrum filii concurrant cum ascendentibus ad successionem fratris, & patrui respectivè, &c.

Intelligendo hanc conclusionem de ascendentibus legitimis, & naturalibus simul, de aliis autem ascendentibus, nempè legitimis tantùm, naturalibus tantùm, spuriis, sive vulgò quæsitis, & incestuosis, vel damnatis, cùm pater & filius sint correlativa, & correlativorum sit eadem natura, & judicium, eadem mensura, & modis, quibus dictum est supra, filios hujusmodi respectivè parentibus succedere posse, dicendum est eosdem parentes pariter respectivè ad filiorum successionem admittendos, ad tradita per *Imperat. cap. in quibus* 13. *Novell.* 89. & *Auth. licèt in fine, C. de nat. lib.* Oinot. & Marth. *loc. cit.* Paul. Christin. *d. decis.* 62. & 63. *vol.* 4. ubi plura, vide in §. *Ascendentes num.* 6. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 145. *num.* 21. & *seqq.*

Quando autem, & qualiter successio in bonis paternis, idest filio defuncto obventis ex linea paterna spectet ad patrem in totum, exclusa matre, & è contra in obventis à matre, & linea materna spectet ad matrem in totum, excluso patre, latè Tusch. *litt. S. concl.* 863. *per tot.* vide in §. *Ascendentes num.* 4. ubi contra, & Gab. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. §. 2. *dub. pr. per tot. fol.* 256. novissimè Jo. Domin. Pansut. *contr. forens.* 7. & 8. *per tot.* ubi contra Bart. & ejus sequaces probat de jure communi non dari hujusmodi bonorum distinctionem, juxta sententiam Baldi, quæ validissimis rationibus, & juribus fulcita prævaluit, & quid dicendum sit attenta consuetudine Neapolitana ibidem declarat.

De quæstione an sit facienda distinctio bonorum, unde proveniant, Antunez. Portugal. *d. cap.* 19. *n.* 5. & *seqq.* ubi transit cum opinione Baldi contra Baldum, quem dicit approbatum Neapoli, ut per Franch. *decis.* 59. *nu.* 4. & *seqq.* Vivi. *decis.* 173. & in Senatu Sabaudiæ Thes. *decis.* 27. *num.* 4. & *seqq.* ubi alios in §. *Ascendentes num* 4. De Marin. *cap.* 162. *a num.* 11. Michalor. *dict. cap.* 14. *a num.* 12. Caren. *resolut.* 203. *num.* 13. Add. ad De Franchis *loc. cit.*

Successio tertio loco non extantibus descendentibus, neque ascendentibus personæ defunctæ, sed tantùm collateralibus, defertur ab intestato primò fratribus, & sororibus utrinque conjunctis in capita, exclusis omnibus aliis collateralibus, exceptis tamen fratrum utrinque conjunctorum filiis, qui per repræsentationem admittuntur in stirpes cum dictis fratribus, vel soli ad successionem patrui; secundò, non extantibus dictis fratribus utrinque conjunctis, neque illorum filiis, defertur successio fratribus, & sororibus ex uno latere tantùm conjunctis æqualiter, eorumque filiis per repræsentationem in stirpes, ut supra exclusis omnibus aliis collateralibus, etiam lineæ superioris, veluti patruo, amita, & similibus; tertiò, non extantibus aliquibus ex prædictis, defertur successio reliquis collateralibus consanguineis, qui in gradu sint proximiores, vel pares æqualiter, & in capita, remotioribus exclusis, ita ut infallibiliter semper proximior in gradu, sit potior in successione, & pares pariter admittantur in capita secundum numerum personarum, usque ad decimum gradum, & non ultra, intelligendo prædicta de fratribus legitimis, & naturalibus simul, vel legitimatis per rescriptum Principis, vel oblationem Curiæ, prout hæc omnia colliguntur, & probantur ex text. *in §. si igitur defunctus neque* 3. *Novell.* 118. *Auth. de hæred. ab intest. vend. auth. cessante, C. de legitim. hæred. auth. itaque, C. com. de success. Novel.* 84. *de consang.* & *uter. fratr. auth. post fratres autem, C. de legit. hæred.* & utrobique glos. & DD. Oinot. *Instit. de hæred. quæ ab intest. de fer. cap. de test. ord. de succed. fol.* 231. &c. Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 66. *per tot.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 41. & *seqq. per tot.* ubi latè, & plenius Martha *de success. legal. part.* 3. *per tot.* ubi plures particulares quæstiones examinat Tusch. *litt. S. concl.* 862. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 10. *lib.* 2. & *cons.* 130. *d. lib.* 2. Paul. Christin. *decis. Belg.* 194. *vol. pr.* & *decis.* 66. *vol.* 4. & *ad leg. Munic. tit.* 16. *art.* 8. &c. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 153. *num. pr.* &c. Gab. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 4. §. 3. *per tot. fol.* 261. vide in §. *Frater num.* 4. & *seqq.* & *in* §. *Repræsentatio per tot.* Et de fratribus utrinque conjunctis, an, & quando excludant æquales in gradu conjunctos ex uno latere tantùm, sive agatur de successione prædefuncti fratris utrinque conjuncti super bonis antiquis, sive aliis de novo quæsitis, & alia ad rem juxta consuetudines Neapolitanas; latè Jo. Dominic. Pansut. *contr.* 10. & *seqq.* Nicoli. *dict. Inst. tit. de hæred. quæ ab intest. def.* ubi plenè de expositis sub hoc num. Vide Barry *de success. ab intestat.* Michaloe. *de Fratrib. d. part.* 3. *a cap.* 14. Emeriz jun. *decis.* 216. *n.* 15. *decis.* 160. *n. pr.* 6

Digitized by Google

n. pr. decis. 161. *n. pr. decis.* 187. *n. pr. decis.* 206. *n. pr. decis.* 429. *n.* 6. *decis.* 1079. *n. pr. decis.* 1213. *n.* 37. *decis.* 1310. *n.* 7. Bruonemann. *in legibus citatis*.

Inter fratres legitimos tantùm, non datur successio, nisi sint adoptati ab ascendente, cùm tunc concurrat etiam naturalis conjonctio, ex qua possunt succedere suis collateralibus agnatis, *l. pen. §. pr. C. de adopt. & l. qui in adoptionem* 23. *ff. eod. §. Nullam verò, Novell.* 113. *de haredit. ab intest.* Oinot. *loc. cit. nu.* 41. Ang. *in §. eos, & in §. Infrà Instit. de success. cog.*

Inter fratres, vel alios collaterales, naturales tantùm, vel vulgò quæsitos ex linea paterna conjunctos, non datur successio, inter eosdem verò conjunctos ex linea materna, admittitur successio, etiamsi mater illorum sit illustris, *§. Vulgò quæsitos*, ubi Angel. & alii *Instit. de success. Cognat. cap. Filium* 4. *Novell.* 89. *Auth. quibus mod. nat. eff. sui*, Oinot. *loc. cit. num.* 42. *& seqq. cum Addit.* Christin. *decis. Belgic.* 198. *n.* 11. *& seqq. vol.* 1. *dec.* 65. *vol.* 4. *& ad l. Municip. tit.* 18. *art.* 2. *n.* 5. *& art.* 3. *n.* 6. *&c.* Peregrin. *dec.* 16. *n.* 3. *&c. dec.* 42. *per tot.* Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 98. *n.* 2. *&c.* ubi quòd illegitimatis exceptio non attenditur quando agitur de succedendo conjuncto ex latere matris.

Inter fratres, vel alios collaterales ex latere matris conjunctos ex coitu incestuoso, adulterino, vel aliàs à jure civili damnato, nulla invicem datur successio, *Auth. ex complex. C. de incest. & inutil. nupt. §. fin. Novell.* 89. *Auth. quibus mod. nat. eff. sui*, Ang. & Oinot. *loc. cit. num.* 47. *cum Addit.* Martha *de success. legal. part.* 1. *qu.* 16. *art.* 1. *num* 24. *& seqq.* ubi refert in consilio Neapolitano fuisse pluries contrarium judicatum ex antiquissima consuetudine illius Tribunalis, ut per Afflict. *decis.* 96. Franch. *dec.* 238. sed dicta consuetudine cessante, non esse à nostra conclusione recedendum, de qua vide etiam Christin. *d. dec.* 198. *n.* 13. *& seqq. per tot. vol.* 1. ubi quòd communis opinio est affirmativa, ac à pluribus Tribunalibus approbata, idem Christin. *dec.* 65. *n.* 3. *vol.* 4. *& ad leg. Municip. tit.* 18. *art.* 3. *n.* 7. *&c.* Peregr. *dec.* 42. ubi pro successione in linea materna, secus autem in paterna, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 228. *nu.* 9. ubi pro non successione, & faciunt plura tradita, juxta consuetudines Neapolitanas per Jo: Dominic. Pansut. *contr.* 11. *per tot. cum aliis seqq.*

7 Successio ab intestato, ut supra defertur collateralibus consanguineis defuncti usque ad decimum gradum tantùm inclusivè, & non ultrà, sublata omni differentia agnationis, & cognationis §. *fin.* ubi glos. & DD. *Instit. de success. cognat.* Azor. *in summa, C. de legitim. hæred.* Pract. Pap. *Libell. hæred. ab intest. glos.* 2. *n.* 27. Oinot. *Instit. de hæred. quæ ab intest. de fer. cap. de rer. ord. succed. n.* 38. *fol.* 235. Gratian. *discept. forens. cap.* 697. *n.* 11. Martha *de success. legal. part.* 3. *quæst.* 2. *art.* 2. *num.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 356. *n.* 1. *&* 2. vide *in §. Agnatio n.* 4. *§. Matrimonium n.* Paul. Christin. *decis.* 70. *n.* 3. *vol.* 4. ubi tamen, quòd in Francia defertur etiam ultra decimum gradum, & *decis.* 61. *vol.* 6. ubi quid in feudis. De quibus etiam Nicoli *d. Instit. de hæredit. quæ ab intest. def.* Barrii. & Michalor. *ubi supra*.

Jure autem affinitatis, nulla datur successio inter affines ab intestato, *l. affinitas* 7 *C. comm. de success.* Oinot. *loc. cit. cap. de success. inter vir. et uxor. n.* 8. vide in *§. Affinitas n.* idem Oinot. *ubi sup. cap. de success. fisc. n.* 14. *in fine fol.* 243. ubi quòd fiscus potiùs admittitur, quam affinis. Brunemann. *in l.* 3. 5. *et* 7. *C. commun. de success. et in l.* 4. *ff. de grad. et affin.*

8 Successio ab intestato regulariter non datur inter conjuges, sed aliquo ex eis decedente, primò animadvertendum est, an inter eos præcesserint pacta dotalia, quæ sunt servanda; secundo, deficientibus pactis dotalibus, sunt attendenda statuta, & consuetudines loci, & domicilii viri circa lucrum dotis, vel successionum inter eos; tertiò, in defectum pactorum, & statutorum, recurrendum est ad jus commune, secundùm quod ut dixi inter eos non

datur successio, etiam in dote, sed soluto matrimonio dos revertitur ad uxorem, & patrem dotantem, & donatio propter nuptias ad maritum; exceptis duobus casibus, nempè si conjux defunctus nullos descendentes, nec ascendentes, nec collaterales consanguineos intra decimum gradum inclusivè reliquit, quia tunc conjux superstes illi ab intestato succedit, excluso fisco, & omnibus aliis de æquitate prætoria per bonorum possessionem *unde vir. & uxor*, intra centum dies utiles agnoscendam, & petendam, vel etiam extantibus consanguineis conjugis defuncti, si matrimonium est sine dote, vel sine donatione propter nuptias, conjux præmortuus dives, & superstes inops, nam tunc superstes unà cum liberis communibus, vel etiam alterius matrimonii succedit in quarta parte bonorum defuncti, si liberi sint tres, vel pauciores, si plures in viriles portiones quoad usumfructum tantùm, reservata proprietate filiis, quibus deficientibus, obtinet quoque dominium dictæ portionis in quam tenetur imputare omne debitum, sibi à conjuge factum, & ista quarta tamquam proveniens à jure civili, potest usque ad triginta annos peti, & debetur non solùm ab intestato, sed etiam condito testamento concurrentibus prædictis requisitis, cessat autem inter sponsos, item quando matrimonium non fuit justum, & legitimum, item si fuerit facta separatio, vel divortium, item si se invicem interfecerint, vel necessaria non subministraverint, ita ut mors sit sequuta prout colligitur ex *Auth. præterea ex tot. tit.* cum ibi notatis per glos. & DD. *C. unde vir, & uxor, §. quia verò* 5. *Novell.* 117. *Auth. ut liceat matr. & aviæ*, Oinot. *Instit. de hæredit, quæ ab intest. defer cap. de success. inter vir. & uxor. per tot. fol.* 236. *&c.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 9. 10. 11. 12. *per tot. à fol.* 148. *ad* 186. & aliqua Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 49. *& seqq. per tot.* Martha *de success. legal. part.* 3. *quæst.* 12. *art.* 1. *num.* 12. *& seqq. per totam illam quæstionem*, & præcipuè *art.* 5. *per tot.* ubi de materia dictæ *Auth. præterea*, de qua pleniùs *par.* 63. *quæstiones*, Mangil. *de impus. & detract. quæst.* 37. *& seqq. ad* 200. vide in *§. Uxor num.* 20. Tusch. *litt. S. conclus.* 866. Paul. Christin. *decis.* 77. *n.* 3. *&c. vol.* 4. & latiùs *dec.* 78. *&* 79. *per tot. dict. vol.* 4. *& dec.* 197. *vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 13. *&c.* Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 138. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 21. *&* 22. *per tot.* Adde Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 471. *&* 479. *per tot. tom.* 2. *&* De Luc. *de success. disc.* 39. *De Legat. disc.* 10. *nu.* 8. *De Testam. disc.* 32. *nu.* 4. Brunneman. *in legibus citatis* Hodien. ad Surd. *dec.* 61. *& in l. hac Edictal.* Rovit. *dec.* 46. Conciol. *alleg. for.* 9. *&* 10.

An in feudo sibi invicem succedant maritus, & uxor, Paul. Christin. *dec.* 62. *vol.* 6. Manise. *d. tract. part.* 3. *quæst.* 22. *art.* 1. *nu.* 16. *&c.*

Successio ab intestato non extantibus legitimis 9
hæredibus, nempè descendentibus, nec ascendentibus, nec collateralibus intra decimum gradum nec conjuge personæ defunctæ juxta superius dicta, ne aliquis decedat sine hærede, ultimo loco defertur fisco, quod procedit etiam aliquibus ex prædictis extantibus, sed incapacibus, & insuccessibilibus, vel tantùm per affinitatem conjunctis, *l.* 1. *& l. vacantia, C. de bon. vacant. lib.* 10. latè Oinot. *Instit. de hæredit. quæ ab intest. de fer. cap. de success. fisc. nu.* 14. *& seqq. per tot. fol.* 242. Martha *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 2. *art.* 6. *num.* 29. *et seqq.* latè Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 1. *cum pluribus seqq. et per tot. tract.* ubi quot modis bona possint ad fiscum pervenire, Paul. Christin. *dec.* 77. *n.* 4. *et seqq. vol.* 4. vide *in §. Fiscus n.* 6. Amaya *in d. l. vacantia per tot. fol.* 90. *etc.* Nicoli. *d. Instit. tit. nu.* 57. *et seqq.* Barry *de success. lib.* 18. *tit.* 5. *n.* 8. Fagnan. *in cap. Præsbyter n.* 8. *de Pœn.*

Materiam bonorum vacantium, & decedentium ab intestato, vel intestabilium sine hæredibus ab intestato venientibus, sicut etiam indigniorum, & incapacium, à quibus bona fiscus aufert, qui tales dicantur, cùm ferè omnibus quæstionibus incidentibus, plenissimè tractat multis singillatim citatis, &

præ cæteris videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 14. et seqq. et cap. 19. et seqq. per tot.* Cancer. *var. resol. p. 1. cap. 5. et 6. per tot.* vide De Luc. *de Regul. in Summ. a nu. 92. et de Feud. disc. 72.*

Quod fiscus excluditur à socio liberalitatis, seu donationis à Principe factæ, respectu tamen donationis tantum, & non aliorum bonorum, sicut etiam excludatur à patrono in successione liberti, probat idem Portugal. *d. lib. 3. cap. 19. n. 59. et 60.*

Multas alias quæstiones in materia successionis, & præcipuè an mortuo Episcopo, vel alio Prælato inferiori, & simplici Clerico, vel Monaco, sive novitio, pupillo, Rectore hospitalis, peregrino, vel advena, Decurione, Collega, vel alio de universitate, & hujusmodi personis sine legitimo hærede intra decimum gradum, succedere debeat Ecclesia, Monasterium, tutor, hospitale, Episcopus, Civitas, Collegium, Universitas ad exclusionem fisci, vel fiscus prædictis exclusis, quo jure succedat fiscus in bonis vacantibus, an teneatur solvere legata, an succedat in bonis majoratus instituti pro conservatione certæ familiæ, si nullus de ea extet tempore mortis ultimi possessoris doctè pluribus citatis resolvit Antunez. Portugal. *d. lib. 3. cap. 20. et seqq.*

De successione advenarum, & peregrinorum, ad quos deferatur dixi in §. *Vagabundus n. 5.*

Qualiter fiscus auferat hæreditatem etiam ab indignis, & tunc in eum transeant jura activa, & passiva, ac possit ex persona indigni experiri petitionem hæreditatis, vel remedium *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. nu. 263. et seqq.* Peregrin. *d. tract.* Guaz. *de confisc. bon. concl. 20.* Martin *de success. legal. part. 4. qu. 16. art. 1. n. 99. etc.* vide *in §. Fiscus num* Urceol. *tract. de transact. qu. 84. n. 46. et seqq. per tot.* ubi etiam quid si indigni, & incapaces transegerint, & an fiscus teneatur ad legata, debita, & alia onera hæreditaria, & concludit quod sic secus si fuerint contracta ab ipsis indignis, ad Guaz. *de confisc. bon. ampliat. 6. concl. 13. n. 40.* & Mallin. *cod. tract. qu. 24. n. 27.* Vide Nicoli. *loc. supra citat. n. 69.*

An autem successio minoris tutorem habentis, & sine legitimis hæredibus decedentis spectare debeat potiùs ad tutorem, vel ad fiscum, sunt opiniones hincinde, & ideò posse judicem utrumque æqualiter admittere, concludit Moman. *de tut. cap. 37. reg. 2. n. 113. et seqq. fol. 189.*

De successione feudali quomodo, & quibus deferatur vel non latè Christin. *dec. 26. cum pluribus seqq. vol. 6.* & alii citati *in §. Feudum nu. 13. etc.* idem Christin. *ad leg. munic. tit. 10. art. 9. et seqq.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 7. subsect. 3. a n. 215. cum plurib. seqq. tom. 3.*

10 Successio ab intestato, an fiat in stirpes, vel in capita, ubi agitur de hæreditate patrui inter plures filios fratrum diversi numeri, vide Thes. *decis. 162. per tot.* Fusar. *de substit. quæst. 482.* Giurb. *in Consuet. Messan. cap. 8. glos. 5.* Mart. Medic. *exam. 33. n. 1. etc. cum Addit. de anno 1665.* ubi plures alios refert, dixi supra *n. 6.* & in §. *Repræsentatio nu.* Tusch *litt. S. conclus. 864. et 865. per tot.* Christin. *decis. Belg. 194. vol. 1.* Latè Censali ad Peregr. *de fideicom. 11. vers. duodecimò observa pag. mihi 53.* De Luc. *De Hæred. disc. 5. De fideicom. disc. 19. et disc. 22.* Rot. coram Ansald. *dec. 84. n. 2.*

Ex testamento autem aliquando fit in stirpes, aliquando in capita, prout testamenti verba sonant, vel mens testatoris suadet, & in dubio fit in capita, & quando fiat in stirpes, Mart. Medic. *d. Exam. 33. et dec. 56. per tot. cum Addit.* Merlin. *dec. 570. et 631. et inter recent. par. 6. dec. 180. et 278. per tot.* vide in §. *Institutio nu.* et §. *Repræsentatio n.*

11 Successio an deferri possit per saltum de una linea ad lineam, donec supersit aliquis sive masculus, sive fœmina ex linea illius, qui semel fuit admissus, Peregrin. *de fideicom. art. 7. num. 13. etc.* Gratian *discept. for. cap. 621. n. 3. etc. cap. 773. n. 3.* ubi videtur negativè concludere.

Quòd non transeat ad aliam lineam jam exclusam, donec extant descendentes etiam fœminæ primæ lineæ jam admissæ, Altograd. *cons. 92. nu. 17. lib. 2.* ubi etiam latè quando est attendenda proximitas ultimi gravati, & non testatoris, & dixi in meis *resol. c. 40. per tot. et in §. Proximitas.*

An successio deferatur filiis, vel aliis, qui interfecerant defunctum, Tusch. *litt. S. conclus. 867.* & dixi *in §. Homicidium n. 22.* ubi vide.

Successio parentum infanti, vel minori delata li- 12
cèt non adita si decedat, transmittitur ad patrem, vel matrem superstitem, excluso penitus avo, non tantùm jure suitatis, & sanguinis, sed etiam ex beneficio restitutionis in integrum, quod pariter transmittitur, quamvis alias regulariter hæreditas non adita non transmittatur, latè Gratian. *discept. c. 820. n. 15. et seqq.* ubi *n. 26.* subdit hoc casu ex æquitate esse admittendum avum æqualiter cum matre, vide in §. *Hæreditas n.* et §. *Transmissio n.*

Successoris verbum quando intelligatur de successore hæreditatis, & sic de successore universali, vel 13
singulari, juxta subjectam materiam Cavaler. *dec. 437. per tot.*

Quis dicatur propriè successor, & quis universalis, vel particularis, Tusch. *litt. S. conclus. 877. et 878. per tot.*

Quòd apellatione successorum veniant etiam creditores, Rot. *part. 17. rec. dec. 77. et dec. 236.* in eadem causa.

Successor locatoris an teneatur stare locationi fa- 14
ctæ per suum prædecessorem, Pract. Papp. *libell. ad fict. præstin. glos. solvere n. 6.* Gratian. *discept. for. cap. 37. per totum*, Duran. *reg. 240.* ubi ponit regulam negativam, quam undecim modis limitat Soccin. *reg. 480.* Sraiban. *de interess. lib. 2. tit. 10. qu. unic. n. 49. et seqq. ad 116.* ubi loquitur tam de successore universali, quàm particulari, vel singulari, ampliat, limitat, & declarat Mantic. *de tacit. et ambig. lib. 5. tit. 12. et 13. per tot.* Gratian. *dec. 99. n. 10. et seqq. et disceptat. for. cap. 606. per tot.* ubi de successore in beneficio, vel Ecclesia, quid si fuerit facta locatio nomine Ecclesiæ, vel dut hypotheca, vel simus in colono partiario, vel si jam fuerit seminatum, & quid è contra an successor possit cogere conductorem, vel colonum ad perseverandum, Sperel. *dec. 74. n. 19. et 32.* vide *infra n. 15. in fine, et in §. Conductio n. 12. et §. Emptio n. 42.* Ricc. *Collect. 4000. et Collect. 1007. et 2166.* ubi plura de successore in beneficio quando teneatur stare colono, vel non, Rot. *part. 10. recent. decis. 219. nu. 10. etc.* Sanfel. *dec. 366. cum Addit.* vide Nicoli. *Instit. Locat. n. 13.* De Luc. *Conflict. observ. 219. de Locat. in summ. ex n. 31.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 39. a n. 200. tom. 6.* Bersan. *de Compens. cap. 3. quæst. 23. nu. 16.* Castald. *consult. 314. n. 10. et 11.* Domin. Advoc. Cabrun. *lucub. 43. a n. 1. et seqq.*

An autem hujusmodi successor recipiendo pensionem unius anni, videatur ratificasse locationem pro toto tempore à prædecessore facta, Surd. *dec. 33. per tot.* ubi etiam latè Hodiern. *et dec. 40.*

De successore singulari, an, & quando teneatur stare locationi factæ per suum actorem, Gratian. *discept. for. cap. 357. n. 17. et 44.* Cavaler. *decis. 612. per tot.* Mantic. *de tacit. et ambig. lib. 5. tit. 9. et seqq. per tot.* Surd. *dec. 225. per tot. et dec. 264. et 265. per tot.* Franch. *dec. 216. 302. et 488.* Merlin. *dec. 627.* Ricc. *Collect. 93. 631. 1055.* Peregrin. *decis. 136. per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 372. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec. 366.* ubi refert ad plures casus particulares Joseph. Feliv. *Margar. var. conclus. verb. successor fol. 98. et 99.* plene ad saturitatem Scapuccin. *in tract. de success. sing. per tot.* Pacion. *de locat. cap. 61. per tot.* ubi de quolibet successore singulari, exemplificando in multis latè Anton. Gob *Consult. 105.* Caldas Pereyr. *de empt. et vendit. cap. 26. per tot. et quæst. forens. cap. 32. per tot.* Vella *Dissert. 20.* Torre *de Majorat. et Primogen. part. 2. quæst. 7. n. 1. et seqq.* Vide Altimar. Castald. Cabrun. *ubi supra* Pen. & Crescin. *dec. 18.*

Quid si conductor seminavit, Surd. *dec. 40. per tot.* Pacion. *d. cap. 61. n. 292.* ubi alios allegat. vide Hodien. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd

Quòd si successor singularis sciebat rem esse locatam, vel si alienatio sit facta pendente lite, ne alias detur occasio fraudis, teneatur stare locationi Surd. *dec.* 172. ubi loquitur de alienatione facta à patre in filium, vide Pacion. *d. cap.* 61. *num.* 86. *et seqq.* Altimar. & Cabrun. *loc. supra adductis*.

Non tamen intelligitur finita locatio, nisi quatenus ipse velit, Magon. *dec. Flor.* 2. *n.* 27. *in fine*, vide in §. *Conductio n.* 24. ubi contra prout etiam contrarium tenet Pacion. *d. tract. cap.* 61. *nu.* 296. cùm æqualiter judicari debeant, & ideò sicuti permissum est domino recedere, ita etiam debet esse licitum conductori.

Quòd successor necessarius, idest acquirens per adjudicationem judicialem teneatur stare colono, Magon. *dec. Florent.* 2. *num.* 28. Franch. *decis.* 488. Surd. *dec.* 40. *n.* 2. 3. *et* 12. *dec.* 326. *nu.* 80. ubi limitat nisi sit facta in fraudem, Staiban. *de interess. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 83. *et* 84. ubi distinguit, vide in §. *Creditor n.* 29. Joseph. Feliu. *in Margar. var. resol. verb. Successor fol.* 98. *limit.* 1. *etc.* Gregor. *dec.* 68. Merlin. *dec.* 627. ubi quòd non tenetur stare locationi quando successit per extinctionem, & privationem juris auctoris, nec quando locatio fuit facta lite pendente, & concurrente dolo, vel fraude, adde Pacion. *de locat. cap.* 61. *n.* 57. *et seqq. et n.* 262. *et seqq.* Hodiern. ad Surd. *loc. relat.*

15 Successor in Canonicatu, vel Præbenda, non potest contravenire actui legitimè per antecessorem gesto, prout nec quando contractus fuit celebratus nomine Ecclesiæ, imò debita in utilitatem Ecclesiæ versa solvere tenetur, Altograd. *cons.* 28. *nu.* 76. *et seqq. lib.* 1. Tusch. *litt. S. conclus.* 879. *per tot.* adde latè Pacion. *d. cap.* 61. *n.* 212. *et seqq.* Caldas Pereyr. *quæst. forens. cap.* 32. *per tot.* ubi ampliat, limitat, & plures casus distinguit.

Quòd successor obligetur per prædecessoris contractum nomine Ecclesiæ celebratum, intelligendo in Prælato habente administrationem nomine Ecclesiæ, secùs autem in simplici præbendario, qui non habet jus, ratione suæ personæ, vel in alio non habente possessionem, & administrationem, vel quando ageretur de damnificando successorem in jure futuro, puta anticipatè exigendo à conductoribus, quia his casibus successor non obligaretur ex contractu prædecessoris, Socein. *reg.* 481. *per tot.* Tusch. *litt. S. concl.* 875. *in fine*, ubi quòd tria requiruntur nempè quòd sit validus, realis, & auctoritas superioris, vide eundem *conclus.* 879. *per tot.* Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 75. *per tot.* Pacion. *d. cap.* 61. *n.* 212. *et seqq.* vide De Luc. *de Canon. disc.* 9. *n.* 1. *et* 2.

Et quòd etiã ubi teneretur stare locationi, nõ tamen tenetur servare ãticipatas solutiones, sed possit denuò pensiones tempore suo decursas exigere, Surd. *dec.* 316. *n.* 79. *etc.* ubi etiam quòd nullus successor tenetur stare locationi quando in fraudem illius fuit facta, facit latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 75. *per tot.* ubi quòd si prædecessor post factam locationem conficeret apocam aliquam modificativam instrumenti ad favorem conductoris, asserendo etiam esse correspectivam ad primum tractatum successor non tenetur dictam apocam servare imò potest instrumentum approbare, & illam rejicere, & fuit latius confirmatum in eadem causa penes Bich. *decis.* 452. *per tot.* prout etiam dicta *dec.* 75. habetur inter impressas ipsius Bich. *dec.* 437. adde Pacion. *dict. cap.* 61. *num.* 261. *& num.* 290. *&c.*

Quando successor possit revocare alienationem nulliter à prædecessore factam, vel agere contra illius hæredes, latè Sperel. *decis.* 154. *num.* 43. *et seqq. et num.* 79. *et seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 219. *per tot.* ubi de locatione. De Luc. *de Fideicom. disc.* 84. *n.* 12. *disc.* 173. *n.* 2. *et* 3.

Quòd successor in beneficio non teneatur stare locationi factæ ab antecessore, etiam ad modicũ tempus, nisi fuerit facta nomine Ecclesiæ, & ad Ecclesiæ utilitatem, vel nisi jam esset annus inceptus, & culturæ impensa facta, Gratian. *discept. forens. cap.* 606. *num. pr. et seqq.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 94. *num. pr. etc.* Manric. *de tacit. et ambig. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 22. *etc.* Addit. ad Buratt. *decis.* 482. *num.* 17. *etc.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 75. *num.* 3. *et seqq.* Bich. *decis.* 347. *et* 452. bene Joseph. Feliu. *in Margar. var. conclus. verb. Successor fol.* 98. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 366. *vers. an successor*, Martha *vot. Pis.* 214. *et* 180. ubi quòd tenetur stare quando colonus seminavit, & citat Cavalcan. *decis.* 44. *num.* 23. *et seqq. part. pr. et alios*, vide latè Pacion. *de locat. cap.* 61. *num.* 212. *et seqq. per tot.*

Successor singularis Prælati non tenetur ad pensiones, vel alia debita contracta decursa, & non soluta tempore antecessoris, nisi in subsidium, & factis diligentiis contra prædecessorem, vel ejus hæredes, Maur. *tract. de solut. cap.* 81. Gratian. *discept. forens. cap.* 94. *num* 51. *etc.* Franch. *decis.* 107. *num.* 15. *et* 16. vide *in §. Hypotheca num.* 39. *vers.* 4. *et in §. Pensio num.* 10. *et* 11. Tusch. *litt. S. conclus.* 875. *per tot.* Seraph. *decis.* 1351. Burat. *decis.* 617. Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 171. *et* 173. Merlin. *dec.* 580. Ricc. *Collect.* 4001. 1652. 2243. Possent. *sing.* 119. plenè Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 507. ubi quòd tenetur, quia pensio est onus reale cohærens beneficio, quando clarè constat de diligentiis, & dummodò remaneat congrua, & diligentiæ semel factæ non suffragantur pro terminis posteà decursis, & alia, plenè Rot. *part.* 16. *recen. decis.* 232. *per tot.* ubi quòd tenetur tantùm pro rata fructuum, non temporis, factis diligentiis prædictis, quatenus possidet, deducta congrua, & alia ad ejus excusationem, vide Nicol. *Instit. Canonic. tit. de solution. num. pr.* De Luc. *de Pens. disc.* 19. *n.* 14. *et* 15. *disc.* 31. *à n.* 8. *disc.* 33. *n.* 4. Latè Fagnan. *in cap. ad hoc de solution. libr.* 3. *Decret.* 16

Quòd Camera, quæ succedit in spoliis teneatur solvere salaria debita pro servitiis præstitis Prælato defuncto, Lanfranch. Zacch. *tractat. de Salar. et Merced. quæst.* 7. *per tot.* Ac etiam ad pensiones pro rata fructuum perceptorum, Coccin. *decis.* 327. vide in §. *Pensio num.* 13. Ridolphin. *ubi supra num.* 174.

Quando successio in bonis Clerici spectet ad Ecclesiam, vel ad consanguineos ipsius Clerici defuncti, Tusch. *litt. S. conclus.* 869. *per tot.* vide *in §. Clericus num.* 40. § *Fructus num* 38. de successione in bonis Clerici, vide De Luc. *de success. disc.* 6. *de fideicom. disc.* 77. *de testam. disc.* 25. *et alibi.*

An successor teneatur ad salarium Vicarii sui antecessoris, Gratian. *discept. forens. cap.* 257. *num.* 13. *cap.* 561. *nu.* 16. *cap.* 655. *num.* 52. *etc.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 12. *tit. pr. num.* 13. *et seqq. fol.* 557. Lanfranch. Zacch. *dict. tract. quæst.* 90. *num.* 8. *et seqq.* ubi quòd non nisi agatur de Vicario necessario, quo etiam casu non teneretur si Vicarius tot percepisset redditus ex officio, qui essent sufficientes pro illius satisfactione, adde Ricc. *Collect.* 2243. ubi plura, ad quæ debita prædecessoris teneatur, vel non.

Qualiter successor in beneficio teneatur ad expensas funeris sui prædecessoris, vide in §. *Expensæ nu.* Gratian. *discept. forens. cap.* 94. *num.* 20. *etc. ad* 50. ubi etiam quòd potest conveniri pro aliis debitis contractis pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, & pro prædecessoris necessaria substentatione, Tusch. *litt. S. conclus.* 875. *num.* 4. *et seqq.* ubi plura, & Viv. *com. opin.* 838.

Quòd teneatur ad debita contracta pro necessitate personæ prædecessoris, & pro subministratis eidem, dum esset carceratus, & ad salarium Advocati, qui illum defendit, Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 13. Fagn. *in cit. cap. ad hoc de solut.*

Et generaliter quando apparet debitum versum in utilitatem Ecclesiæ, ut puta mutuum, teneatur etiam successor solvere de fructibus, & bonis Ecclesiæ, Menoch. *de arbitr. cas.* 432. *num.* 18. *&c. per tot.* Tusch. *litt. S. conclus.* 875. *num. pr. &c.* ubi latè ad quæ debita prædecessoris teneatur, vel non successor in Ecclesia, vel Episcopatu, *et conclus.* 876. ubi quando successor in dignitate, vel Regno teneatur ad debita prædecessoris, vel non Dian. *part.* 8. *tract.* 4. *resol.* 74. *per tot.* ubi qualiter Capitulum sede vacante teneatur solvere debita Episcopi defuncti ex fructibus Episcopatus, Cabed. *decis.* 10. *part.* 2. ubi de successore in bonis Regiæ Coronæ, vel Majoratus, quando, & ad quæ debita Prædecessoris, teneatur, vel non,

& an uti possit beneficio inventarii. Fagnan. *ubi supra* Boscol. Parmens. *in controvers. feudal. art. 6. n. 59.* inter oper. Card. De Luc.

De successore singulari Prælati, an, & quando teneatur ad pensiones non solutas à prædecessore, & pro qua rata ad pensiones nondum maturatas tempore mortis prædecessoris, an pro rata temporis, vel pro rata fructuum, &c. Tondut. *tract. de pens. cap. 19. & cap. 20. per tot.* vide *in §. Pensio num.* 10. & 11. ubi plures allegavi, Calderon. *resol. 27. n. 8. fol.* 168. An Episcopus successor teneatur ad debita prædecessoris, Ansald. *decis. 79. num. 12. & 39.*

17 Successor in beneficio an, & quando teneatur stare confessioni sui antecessoris, Gratian. *discept. forens. cap. 674. num. 18. &c.* vide *in §. Confessio num.*

Quòd non obligetur ex facto antecessoris præjudiciali Ecclesiæ, idem Gratian. *cap. 916. num. 4. & 33.* Magon. *decis. Flor. 69. num. pr. &c.*

18 Successor in beneficio an teneatur hæredibus antecessoris restituere semina dejecta, & an possit illa prætendere pro anno sequenti, si antecessor decesserit fructibus iam recollectis, & nondum semine projecto pro anno futuro, vide *§. Sacerdos num.* 12.

19 Successor in beneficio non potest exigere canones decursos, & non solutos tempore prædecessoris, ad cujus hæredes spectant, Magon. *decis. Flor. 70. num.* 22. vide *in §. Fructus num.* 38.

Contrarium videtur tenere Thes. *decis. 143. per tot.* facit Cavaler. *decis.* 104. vide *in §. Fructus num.* 38. & Possent. *sing.* 174.

An autem possit agere ad caducitatem incursam tempore prædecessoris, aliqua hincinde adducit Magon. *d. decis.* 70. ubi tandem indecisum reliquit, facit, quòd dixi *in §. Hæres num.*

20 Successor in Officio an, & quando possit expedire causas suo antecessori delegatas, sive sub nomine proprio, sive sub nomine officii, & dignitatis, Sperel. *decis. 21. 85. & 116. per tot.* vide *in §. Industria num. §. Judex num. & §. Vicarius n.* Rot. *part. 14. recent. decis. 115. num. 32. &c.* ubi quòd successor in Rota potest causam sui prædecessoris reassumere absque alia commissione, quia Auditorium Rotæ dicitur respectu omnium unum Tribunal, ac eadem omnium jurisdictio.

21 Succedens in jus alterius, qualiter succedat cum omni causa, vitio, & onere, & quando secùs, ac qualiter successori singulari obstet exceptio auctoris, Tusch. *litt. S. conclus. 880. & 881. per tot.* vide *in §. Cessio num. & §. Exceptio num.*

22 Successor in Ecclesia, vel beneficio potest juvari possessione sui prædecessoris, & ex ea manuteneri, quia possessio censetur esse penes Ecclesiam, & ideò titularis potest nomine Ecclesiæ intentare remedia possessoria, adeò ut etiam si titularis habuerit se pro spoliato, possit nihilominus nomine Ecclesiæ petere manutentionem, Seraph. *decis.* 1417. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 246. & alii ibi citati dixi *in §. Manutentio n. 4. & §. Possessio num.* 17.

23 De successione, & variis successoribus ac eorum juribus non pauca tradunt ultra alios citatos Bertachin. *in Repert. verb. Succedat, Succedens, Successio, &c.* Thoro *Compend. decis. Neap. part. 1. 2. verb. Succedere, Successio,* Cancer. *var. resol. part. pr. cap. 5. per tot.* ubi de successione ab intestato, Covar. *tractat. de success. post scripta de testam.* Giurb. *ad Consuet. Messan. cap. 11.* & alibi sæpè Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Successio, Successor Universalis, singularis,* ubi tangit ferè omnes quæstiones occurrentes, & indicat Auctores illas pertractantes, Tepat. *var. sent. tit. 643. cum pluribus sequentis per tot.* ubi plenè, Baiel. *in suis decis. de ult. volunt.* Barry *tract. de success.* Botilier *eod. tract.* Capriol. *eod. tract* aliique plurimi antiqui, & moderni longa manu relati à Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg part. 5. verb. Successor fol. 677. & seqq. ad* 686. ubi ultra successiones ordinarias ab intestato, ac ex testamento, & successores universales, & singulares, indicat etiam Auctores agentes de successionibus Regnorum, Principatuum, Feudorum, & hujusmodi Magnatum; de quibus successionibus Regnorum, Principatuum, & Feudorum, plura tradit Consiliar. Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. part. pr. cap. 35. & 36. per tot. ac alibi sæpè per totum Tractatum, ut in Indice generali, verb. Successio, &c.* Plura etiam Em. De Luc. Jacob. Emerix, Ansald. de Ansald. de Comit. *in decis. noviter impress. verb. successio, & successor.* Caprar. pariter *in Decis.* Rocc. Altimar. Bertachin. Calderon. Mantiss. ad eumdem De Luc. Castald. Mans. Palm. Pignatell. Ursoya Piton. & alii moderni.

Successor, qui sit hæres ultimi possessoris tenetur ad factum sui auctoris saltem in æstimatione Card. De Luc. *de Legat. disc. 1. n.* 12. Licet teneatur pro debito contracto ex causa publica Ecclesiæ non tenetur ex causa particulari, neque ex dissipatione, per quam consumentur fructus futuri. Card. De Luc. *de Canon. disc. 9 sub n. 1. et 2.* 24

Successor dignitatis, vel officii continuat possessionem eoll nomine per prædecessorem quæsitam. Garz. *part. 5. cap. 5. n. 9. cum seq.* Rot. *dec. 35. in fin. p. 5. rec.* & cor. Cavaler. *dec. 655. n. 9.* Card. De Luc. *de Jurep. disc. 63. n. 36.* 25

Successor vocatus à Jure subintelligitur, licet expressè non nominetur. Card. De Luc. *de Jurep. disc. 35. n. 6.* ubi declaratur. 26

Attentata an successorem afficiant. Card. De Luc. *de Judic. disc. 18. n. 55.* 27

Successor an impugnet actum, quem ejus au[illegible] non impugnavit. Card. De Luc. *conflic. obser.* [illegible] 28

Successor non potest de mendatio suum authorem redarguere. Angel. *de confess. lib. 1. q. 8. limit. 6 nu.* 68. Duran. *dec. 409. n. 6.* Ansald. *dec. 40. num. 22. part. 1.* 29

Successor non potest impugnare scripturam, quam ejus author approbavit Ansald. *dec. 57. n. 2. part. 1.* Nec qualitatem personæ, quam ipse fassus fuit. Ansald. *ibid. n.* 3. 30

Successor non tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum ab antecessore lite pendente. Ansald. *dec. 79. n. 8.* Maxime, quando Ecclesia nullum fructum percepit. Ansald. *ibid. n. 9. part. 1.* 31

Successor non ligatur facto prædecessoris quando venit jure suo independenter, secus ubi habeat ab eo dependentiam. Card. De Luc. *de Regal. disc. 156. sub n.* 8. 32

Successor veniens independenter quando præjudicari valeat à contraventione prædecessoris. Card. De Luc. *de Don. disc. 9. n. 10. & 13. disc. 18. n. 20. de Testam. disc. 85. n. 4. de Jurep. disc. 31. n. 13.*

Successor in electivis an teneatur stare facto prædecessoris. Rot. *dec. 664. nu. 13. part. 2. rec.* Card. De Luc. *de Feud. disc. 4. n.* 4. 33

Successor in Principatu an possit revocare subinfeudationes, concessiones Regalium, vel alienationes factas per prædecessorem Card. De Luc. *de Feud. disc. 64. n. 6.* 34

Successor in dominio, seu baronia an possit revocare destinationem factam à prædecessore. Card. De Luc. *de Regal. disc. 136. n. 8.*

Negligentia, seu culpa prædecessoris, an successori præjudicet Card. De Luc. *de Regal. disc. 146. n. 4. de Fideic. disc. 214. n. 5.* Præjudicet, ubi successor vocatus sit in casu alicujus conditionis implendæ per ejus auctorem, isto enim non adimplente præjudicatur. Card. De Luc. *de Testam. disc. 85. sub n.* 4. 35

Successor spernere non potest sui auctoris præceptum, atque alterare legem fundationis. Card. De Luc. *de Dot. disc. 174. sub n.* 3. 36

De usu Imperatorum, aliorumq; Principum destinandi successorem in vita. Card. De Luc. *de Fideic. post disc. 201. §. 2. n. 19.* 37

Sententia contra prædecessorem lata an, & quando successor ligetur. Card. De Luc. *de Don. disc. 28. n. 8.* 38

Habet locum etiam in substituto, Pract. Papp. *libel. ex substit. glos.* 2. *n.* 19. Marant. *in l. is potest n.* 97. *ff. de acquir. hæredit.*

Currit non à die scientiæ, sed delatæ hæreditatis, Gratian. *disceptat. for. cap.* 475. *n.* 15. *&c.* vide in §. *Præscriptio n.*

Quod tempus anni ad deliberandum ab initio sit utile, cùm incipiat currere tantùm à die scientiæ, postquam verò incipit efficiatur continuum, & ideò licèt transmittatur ad quoscumque hæredes, quoad eos erit continuum, & habebunt tantùm residuum anni, quod supererat defuncto, & illo elapso, sive sciverint, sive ignoraverint non possunt ampliùs adire, Marant. *in l. is potest nu.* 319. *ff. de acquir. hæred.*

Plura de jure deliberandi, quanto tempore duret, & alia, Paul. Christin. *dec.* 22. *per tot. vol.* 4.

Tempus, quòd datur per judicem ad deliberan- 15
dum hæredi ad instantiam substituti, vel creditorum non debet esse minus centum dierum, quibus elapsis quando fuit assignatum ad instantiam substituti, censetur hæreditas repudiata, si verò fuit assignatum ad instantiam creditorum censetur adita hæreditas, Marant. *in d. l. is potest nu.* 99. Menoch. *de arbitr. cas.* 1. *n.* 8. *& seq. per tot.* ubi an istud tempus possit coarctari, & videtur concludere quòd non, nisi justa subsit causa.

Imolæ vigore statuti *lib.* 2. *rub.* 3. *circa medium*, assignantur tantùm tres dies, & viginti ad inchoandum, & perficiendum inventarium.

Tempus conficiendi inventarium de jure commu- 16
ni est trium mensium, ita tamen ut inchoetur in primo mense, & perficiatur intra alios duos menses, licèt iste ordo non sit de substantia, Pract. Papp. *libell. hæreditat. ex testam. gloss.* 2. *n.* 9. Rota *part.* 12. *rec. dec.* 118. *n.* 25. *&c.* De Luc. *de hæred. disc.* 21. *n.* 5. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *intersect.* 5. *n n.* 19 *pag.* 208. ubi plura.

Et juxta constitutiones Pontificias, est 60. dierum computandorum à die obitus defuncti, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 499. *n.* 5. ubi etiam quòd deducitur tempus impedimenti.

Si tota hæreditas, vel major pars sit extra domicilium hæredis, tempus ad conficiendum inventarium, de jure est unius anni, & alia vide *in §. Inventarium n.* 2. *&c.*

Hanc tamen esse levem solemnitatem, & cessante dolo, valere inventarium, etiam postea factum, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 272. *n.* 1. *& seqq.*

Intellige in hærede, secus in aliis, qui tenentur statim conficere inventarium, vide *in §. Inventarium num.*

Et in supradicto casu quilibet mensis intelligitur de 30. diebus, & quid in similibus, Menoch. *de arbitr. cas.* 50. *n.* 5.

Quòd

Quòd dictum tempus conficiendi incipiat currere à die aditæ hæreditatis, nisi hæres cum dolo, & in aliorum præjudicium differat adire, quia tunc currit à die scientiæ sibi delatæ hæreditatis, Rom. *cons.* 34. Addit. ad Pract. Papp. *libel. hæredit. ex test. glos.* 2. Roland. *cons.* 73. *n.* 34. *lib.* 2. Grat. *discept. for. cap.* 563. *n.* 27. *&c.*

An currat à die scientiæ sibi delatæ hæreditatis, vel à die aditionis ipsius hæreditatis, valdè controversum esse inter DD. sed non esse recedendum à firmata conclusione pluribus decisionibus, ac aliis auctoribus comprobat Paul. Rub. *in Annot. ad dec.* 192. *n.* 80. *& seqq. par.* 9. *rec.*

Quòd non currat nisi à die adeptæ possessionis bonorum hæreditariorum, Monticul. *de Invent. qu.* 236. *num.* 96. Cancer. *var. resol. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 21. *&c.*

Item non currit quandiu durat lis super validitate testamenti, vel quæstione hæreditatis, Paul. Christin. *dec.* 213. *n.* 132. *vol.* 4.

Nec stante aliquo impedimento, veluti infirmitatis, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 499. *n.* 6.

17 Tempus petendi tutorem filiis pupillis, est unius anni, & ideò si moriantur infra dictum annum, non potest mater dici in mora, nec successione privari, nisi moriantur in fine anni, quia tunc mater dicitur in culpa, cùm non debuerit ita se arctare ad finem anni, *l. sciam C. de legit. hæred.* Marant. *in l. is potest n.* 232. *ff. de acquir. hæredit.* vide *in §. Mater n.* 2. *&c. §. Tutela n.*

Verùm is annus datus, primo in gradu, eo superstite non currit quoad sequentes, nec illos excludit, neq; secundus annus eis datus, alios postea sequentes excludit Montan. *de tut. cap.* 18. *nu.* 8.

Quòd dictum tempus anni sit utile, & non currat nisi à die scientiæ, ac ideò excipiens de privatione contra matrem, debeat probare evenisse casum, quo debuerit peti tutor, & matrem illius notitiam habuisse, nec sufficeret præsumpta scientia, Seraph. *dec.* 916. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3990. Vide Balduc. *de Dot. tit.* 4. *dec.* 20. *n.* 28.

18 Tempus petendi legitimam, vel illius supplementum, quidquid durare tantum quinquennium dicat Bart. *in l. si quis in fine C. de inoff. test. & in cons.* 14. secundum veriorem opinionem durat 30. annos, Addit. ad Pract. Papp. *libell. hæredit. ex test. glos. ac etiam realiter*, vide Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 3. *qu.* 10. *per tot.* & dixi *in §. Legitima*.

19 Tempus dicendi testamentum nullum vitio nullitatis est 30. annorum, si verò uti inofficiosum est tantùm quinque annorum, *l. Papinianus in fine ff. de inoff. test. gloss. ac etiam realiter n.* 22. Ludovis. *dec.* 338. *n.* 12. *&* 13. vide *in §. Querela n.* 3.

20 Tempus petendi apostolos post sententiam est 30. dierum continuorum, & non utilium, *glos. in cap. non solum vers. dicendum de appellat. nu.* 6. Addit. ad Pract. Papp. *form. appellationis à definit. glos. ult.* vide *in §. Appellatio nu.* Fontanel. *dec.* 408. *&* 409. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 3. *sect.* 1. *a n.* 91.

Sicut etiam decem dies ad appellandum sunt continui, & currunt de momento ad momentum, admittitur tamen appellatio per totam ipsam decimam diem, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 95. *n.* 6. latè Scacc. *de appellat.* 12. *n.* 48. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 584. *&c. fol.* 577. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *qu.* 11. *num.* 3. *tom.* 2. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 3 *sect.* 1. *a n.* 71. *& seqq.*

Quòd dies sententiæ non computetur in termino decem dierum ad appellandum, Rot. *pluribus citatis par.* 10. *rec. dec.* 90. *n.* 1. *&c.*

Licet autem dictum tempus decem dierum ad appellandum in progressu sit continuum, ab initio tamen est utile, quia non currit nisi à die scientiæ, ita ut non currat à die intimationis domi factæ, nisi etiam præcesserit similis citatio domi vel personaliter ad sententiam, Gratian. *decis.* 23. *num.* 8. *dec.* 62. *nu.* 4. *& dec.* 111. *per tot.* vide in §. *Terminus n.* 5. Pellegr. *a dict. n.* 72. *cum seqq.*

Quòd tempus ad appellandum intra decem dies non incipiat nisi à die notitiæ quando fuit processum per contradictas, intelligendo ad effectum ut possit appellari non autem attentatorum, quia non ideò attentata fiunt gesta post decennium à die latæ sententiæ, Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *lim.* 50. *n.* 183. cum aliis per Bich. *dec.* 440. *n.* 13. *&* 14. *& dec.* 217.

Tempus appositum in compromisso operatur ut laudum illo elapso latum sit nullum, quid verò si nullum tempus fuerit assignatum, Pract. Papp. *libell. ad pæn. ex compromiss. glos. infra duos menses*, Boer. *dec.* 283. Afin. *in Prax.* §. 1. *c.* 8. vide *in §. Laudum n.* Circa hanc materiam vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 28. *n.* 61. *n* 148. *et* 150. *tom.* 4. 21

Potest tamen dictum tempus prorogari, & debet prorogatio partibus intimari, licèt intimationi fuerit renunciatum, Genu. *de script. priv. lib.* 3. *quæst.* 17. *n.* 4. *&c. fol.* 137.

Intellige quando data fuit facultas prorogandi.

Tempus quadriennii ad petendam restitutionem in integrum post minorem ætatem, vel post absentiam ex justa causa à principio est utile, & non currit nisi à die scientiæ læsionis, licèt posteà in progressu efficiatur continuum, Roland. *cons.* 59. *nu.* 10. *lib.* 4. vide *in §. Restitutio num.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 456. *tom.* 6. 22

Nec currit impedito, Gratian. *discept. for. cap.* 798. *n.* 5. *&c.*

Et generaliter de tempore, quòd non currat impeditis, idem Gratian. *cap.* 929. *per tot.* vide in §. *Impedimentum num.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 5. *quæst.* 43. *n.* 42. *tom.* 7. Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 254. *n.* 11. *de Testam. disc.* 72. *nu.* 8. *de Feud. disc.* 57. *n.* 18. Rocc. Episc. *cap.* 62. *a nu.* 1. *lib.* 2. Caprar. *dec.* 66. *n.* 2. *dec.* 103. *la* 2. *nu.* 4. *dec.* 596. *n.* 7. *dec* 641. *n.* 3.

Tempus ad redimendum pignus an currat à die factæ deliberationis in incantu, vel tantùm à die captæ possessionis, Guid. Pap. *dec.* 22. *per tot.* vide *in §. Terminus n.* 3. 23

Tempus assignatum à statuto ad cognoscendum causas non currit proposita aliqua exceptione, per quam sint ligatæ manus judicis ad ulterius procedendum, sed primum debet cognosci exceptio proposita, Pract. Papp. *respons. A.* 1. *hypoth. gloss. exceptionem num.* 3. vide *in §. Instantia n.* 24

Tempus competens vicinis, vel consanguineis ad retrahendum an incipiat currere à die venditionis factæ cum pacto redimendi, an verò tantùm post finitam facultatem reservatam venditori, qui ex tali pacto præfertus vicinis in retrahendo, disputat hincinde Tiraquel. *de retract. convent.* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 5. *& seqq. per tot.* ubi tamen concludit currere à die factæ venditionis, sequitur Altograd. *cons.* 44. *per tot. lib.* 1. ubi etiam an incipiat à die venditionis, vel conditionis sequtæ an sit continuum, vel utile, & an currat contra ignorantes, & minores *supra n.* 8. Vide Balduc. *tit.* 2. *dec.* 1. *nu.* 60. Altim. *de nullit. rubr.* 1. *par.* 4. *quæst.* 38. *n.* 431. *vers. sic impedito cum vers. seqq. & vers. tempus tom.* 6. 25

Tempus adjectum legato, an, & quando importet conditionem, vel diem simpliciter, ad effectum transmissionis, latè Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 534. *&* 677. *per tot.* in eadem causa, & dixi in §. *Dies n.* 8. *&* 9. *& §. Legatum num.* 110. Vide De Luc. *de Legat. disc.* 3. *a n.* 5. 7. *cum seqq. & disc.* 59. *nu.* 8. *disc.* 58. *n.* 4. *&* 9. *de Fideicommiss. disc.* 108. *num.* 30. *cum seqq.* Bertachin. *vot.* 198. 26

Plura de tempore quid sit, quomodo computetur, quando currat, vel non, & alia remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. tempus*. 27

De tempore immemorabili, quid, & quantum operetur, vide in §. *Consuetudo &c.* 28

De tempore quoad diversa plura Bertachin. *Repert. verb. tempus*; Joseph Feliv. *in Margar. var. conclus. verb. Tempus*, Thoro Compend. *dec. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* Antonel. *de temp. legal. per tot.* Bard. *tract. de temp. util. & contiv.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 265. *&* 266. aliique plures indicati à Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Tempus fol.* 708. Plura etiam Em. De Luc. *in Indic. general. verb. Tempus*. Mantiss. ad eumd. 29

De

De Luc. Alter De Luc. Rocc. Altimar. Calderon. Castald. Constantin. Balduc. Ansald. Emerix Caprar. Pignatell. Ursaya Piron. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

30 Quæ verba soleant, tractum temporis successivum designare, referuntur per Rotam in Mantiss. ad ornatum Card. De Luc. *libr.* 10. *decis.* 41. *n.* 16. *vol.* 3.

31 Tempus decennii, quo per Statutum ratio reddita præsumitur, a quo die incipiat Mans. *consult.* 586. *nu.* 20. *et* 20. Balduc. *tit.* 4. *de Dot. decis.* 8. *n.* 25.

32 Tempus proximum dicitur, quod nullum admittit medium inter duo discreta Balduc. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 22. *n.* 43. Et verificatur in tempore immediatè præcedenti vel subsequenti post actum Balduc. *ibid. num.* 44.

33 Tempus continuum, & utile quale Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 3. *sect. pr. n.* 79. *pag.* 258. Et quando debeat esse utile vel continuum Bertachin. *vot.* 166. *n.* 4.

34 Tempus dierum, & noctium in materia beneficiali quomodo calculetur Larr. *de Capell. libr. pr. cap.* 9. *n.* 25. Cels. *decis.* 19. *nu.* 3. & 4. Bertachin. *vot.* 42. *per tot.*

35 Tempus breve dicitur duorum, vel trium dierum Antonell. *de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 13. Bertachin. *vot.* 108. *n.* 7.

36 Ad tempus concessum, post illud censetur denegatum Duran. *decis.* 402. *nu.* 2. Dunoz. jun. *decis.* 40. *n.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 65. *n.* 2. *lib. pr.*

37 Tempus in testamentis restitutioni adjectum semper censetur in gratiam hæredis, non autèm fideicommissarii Peregrin. *de fideicomm. art.* 3. *num.* 127. *vers. quia dilectio* Antonell. *de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 19. Rocc. Episc. *cap.* 49. *n.* 52. *lib. pr.*

38 Tempus in dubio potius censeri debet adjectum ad obligationem solicitandam, quàm ad illam perimendam, seu extinguendam, præcipuè quando non est pactum resolutivum cum clausula *non alias* Sanchez *de matrim. libr. pr. disp.* 53. *n.* 3. Episc. Rocc. *cap.* 62. *n.* 18. & 19. *libr. pr.*

39 Præjudicium consistens in sola delatione temporis non potest dici magnum *l. debitoribus ff. de re judic.* Episc. Rocc. *cap.* 86. *n.* 16. *lib. pr.*

40 Tempus censeri debet potius adjectum demonstrativè, quàm taxativè Episc. Rocc. *cap.* 190. *num.* 52. *tom. pr.*

41 Tempus peractæ renunciationis, non autèm delatæ successionis est attendendum, quoties quæstio versatur inter plures renunciatarios vocatos ad successionem Rovit. *cons.* 29. *n.* 9. *libr.* 2. Camill. de Medic. *cons.* 35. *a n.* 28. Rocc. Episc. *cap.* 194. *n.* 95. *libr.* 2.

42 Tempus contractus attenditur pro metienda utilitate. Card. De Luc. *de Alien. disc. pr. n.* 46. Et ad effectum metiendi læsionem. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 14. *n.* 10. *Miscell. disc.* 5. *n.* 28. & 29. Procedit in his, quæ momento temporis perficiuntur, secus in iis, quæ habent tractum successivum. Idem *de Alien. disc.* 13. *sub n.* 14. *disc.* 14. *n.* 11. *disc.* 24. *n.* 4.

Et quod illud sit solitum, ac naturale, ac probabiliter duraturum. Idem Card. De Luc. *de Alien. disc. pr. num.* 46. Et quod non sit calamitosum, seu alias accidentale Idem De Luc. *ibid. n.* 47. & *disc.* 53. *n.* 9.

43 Tempus dispositioni quomodo adjectum censeatur. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 45. *n.* 5.

44 Tempus incertum, an sustineatur in legatis dotis. Sanchez *de Matrim. libr pr. disp.* 34. *n.* 37. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 73. *n.* 15. ubi plura.

45 Tempus non est aptum inducere, vel tollere obligationem. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 20. *sub n.* 5. & vide infra *n.* 65.

46 Tempus quando fiere dicatur pro necessaria dilatione, vel facultativa. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 16. *n.* 2. *remissivè*.

47 Tempus requisitum cum dictione *circitèr* quantum se extendat. Garz. *de Benef. p.* 11. *c.* 3. *n.* 49. Rot. *dec.* 164. *n.* 6. *part.* 3. *rec.* Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 30. *n.* 12.

48 Tempus præfinitum facolteri, seu licentiæ si expiratur, an, & ipsa cesset Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 166. *n.* 3.

49 Tempus quando præcisè non sit attendendum, sed potius spectetur finis, seu effectus. Card. De Luc. *de Fideic. d. disc.* 30. *n.* 13.

50 Tempus Vacationis non attenditur pro qualitate in præsentando requisita, sed præsentationis, vel electionis. Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 96. *n.* 19.

51 Tempus centum annorum attenditur etiam in iis, in quibus non caderet præsumptio ex lapsu temporis. Card. De Luc. *de Pens. disc.* 77. *num.* 8.

52 Tempus pretiorum varietatem inducit. Corn. *cons.* 181. *n.* 56. *lib.* 2. Mascard. *de probat concl.* 650. *nu.* 7. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 4. *n.* 17.

53 Tempus Penuriæ obligat Principem ad gratis subveniendum populis. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 109. *n.* 7. & *disc.* 125. *n.* 9.

54 Ut quis dicatur proximè decocturus, quale tempus dicatur. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 115. *n.* 11.

55 Tempus triginta annorum operatur præsumptionem justificationis gratiæ. Lotther. *lib. pr. quæst.* 38. *n.* 122. Card. De Luc. *de Pens. disc.* 11. *n.* 5.

56 Tempus triennii ad detegendum impotentiam conjugi, à quo die sit computandum. Card. De Luc. *de Matrim. disc.* 9. *n.* 10.

57 Tempus calamitosum attendi non debet. Ansald. *dec.* 27. *n.* 11. *part. pr.*

58 Tempus est pater veritatis. Ansald. *dec.* 82. *nu.* 6. *part.* 2.

59 Tempus limitatum dicitur de forma. Castill. *controv. Jur. lib.* 4. *cap.* 45. *num.* 38. & 39. Decian. *cons.* 77. *sub n.* 26. *vers. pro quorum corroboratione* Caprar. *dec.* 171. *n.* 5. & 7. *part. pr.*

60 Probatio certi, & determinati temporis prævalere debet tempori incerto nativitatis alterius. Caprar. *dec.* 221. *n.* 3. *part. pr.*

61 Tempus sex mensium datum vocatis ad Juspatronatus passivum pro deducendis eorum juribus coram Ordinario, non currit, nisi à die habitæ notitiæ vacationis Beneficii. Rot. *dec.* 325. *nu.* 2. *part.* 2. *rec.* coram Seraph. *dec.* 702. *n. pr.* Caprar. *dec.* 575. *nu.* 21. *part.* 2. Prout si adsit justa credulitas, & excusatio. Caprar. *ibid. n.* 22. 23., & 31.

Tempus ad præsentandum, & petendum Beneficium, non currit nisi à die scientiæ vacationis. Garz. *de Benef. part.* 10. *cap.* 2. *n.* 34. Rot. coram Buratt. *dec.* 459. *n.* 7. Caprar. *dec.* 596. *n.* 3. *part.* 2.

62 Temporis futuri natura exigit, ut qualitas non requiratur de præsenti, hoc est tempore successionis, sed de futuro, & debito tempore. Rot. *dec.* 103. *n.* 38. 42. *et* 43. *part.* 15. *rec.* & coram Rembold. *dec.* 20. *à n. pr. usq. ad* 3. Caprar. *dec.* 631. *n.* 5. *par.* 2.

63 Tempus depositionis testis attenditur ad effectum considerandi illius qualitatem. Farinac. *de testib. qu.* 56. *n.* 22. *et seq.* Emerix Jun. *dec.* 1101. *sub num.* 13.

64 Tempus finitum continetur in indefinito. Rot. coram Bich. *dec.* 28. *sub nu.* 8. Emerix Junior. *dec.* 483. *n. pr.*

65 Tempus modus non est inducendi, vel tollendi obligationem Text. *in l. obligationem* 44. §. *primo*, *ff. de obligat. et action.* Rot. *dec.* 215. *n.* 37. *part.* 19. *rec.* & coram Bich. *dec.* 386. *num.* 26. Emerix jun. *dec.* 899. *n.* 10., Et vide supra *n.* 45.

66 Ea, quæ possunt recipere variationem e tempore fieri nequeunt ante tempus in præjudicium Tertii Decis. Sicul. *sub nu.* 48. impress. inter opera Card. De Luc.

67 Tempus belli, seu alterius impedimenti an sit subducendum ex termino conventionali Card. De Luc. *de Feud. disc.* 57. *n.* 18.

68 Tempus concessum venditori ad redimendum, an sit causa dilationis, vel potius terminandæ obligationis De Luc. *de Empt. disc.* 32. *n.* 7.

§. TENTANS. IV.

1 TEntans per vim sine armis cognoscere carnaliter fœminam, vel masculum effectu non subsecuto, punitur ad triremes pro tempore arbitrio judicis, effectu verò sequuto punitur pœna mortis, sicut etiam si per vim cum armis adhibitam tentaverit ut supra etiam effectu non sequuto, Cabal. *resol. crim cas.* 99. & *cas.* 211. ubi an requirantur saltem

actus proximi, vel sufficiant remoti, & loquitur secundùm leges municipales statuts Florentini, licèt quandoque ex corruptela temporum, & moribus modernorum judicum tantus rigor non servetur, vide in §. *Affectus num.* & §. *Vis num.* & *in meam Pract.* §. *Violenza*, ubi plura. Faciunt tradita per Basilic. *dec.* 6. *n.* 15. Chartar. *dec.* 1. *n.* 290. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. method. tract.* 9. *qu.* 1. *num.* 10.

2 Tentans fugere à carceribus, qua pœna sit puniendus teat. & *DD. in l. in eos, ff. de cust. reor.* Ricc. *Collect.* 543. ubi quòd pœna est arbitraria, & refert quosdam fuisse condemnatos ad triremes per decennium, intelligendo quando sunt confessi, vel convicti, aliàs mitiùs puniuntur, ac idem esse in attentante eximere aliquem à carceribus; quod tamen non servatur Florentiæ cum tanto rigore, sed satis mitiùs utroque casu puniuntur, ut plurimum pœna confinii, vel ictuum funis, vel pecunisria (nisi qualitas facti, & personarum aliud exigat) ut videri potest ex multis decisionibus Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum, ad quos spectat cognitio in esibus quotidiè occurrentibus, alios allegavi *in* §. *Carceratus n.* 23. &c. & hodiè ad Rotam criminalem. Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 8. *n.* 74.

3 De tentante testes ad deponendum falsum, an sit puniendus non sequuto effectu, & an credendum testibus tentatis, Giurb. *consil. crim.* 64.

4 De tentationibus, quoad animam, multa magistraliter tradit Rayner de Pisis *in Summ. Theolog. Verit. tom.* 2. *tract. de tentat. fol. mihi* 1083. &c. Diaon. *tom.* 2. *tract.* 7. *resol.* 147. & *seqq.*

De pœna tentantis se ipsum occidere latè Basilic. *dec. crim.* 3. *à nu.* 38.

5 Quid sit tentatio, & unde dicta, & quidquid de tentatione, & tentatore legitur in sacris paginis & apud Sanctos Patres, notat Polyanthea *verb. tentatio.*

6 Tentatio Dei non est facienda Specul. *de accus.* §. *fin. vers. sed quid si*, Bertachin. *in repert. part.* 5. *verb. tentatio*. Et in Evangelio [Non tentabis Dominum Deum tuum.

7 Tentanda prius sunt omnia Bertachin. *loc. cit.* Unde Poeta:

Cuncta tentanda prius, sed immedicabile vulnus
Ense rescindendum, ne pars syncera trahatur.

8 Tentans aliquem, ut alius eum interficiat, in factum actione tenetur *ff. libr.* 9. *tit.* 2. *leg.* 11. §. 2.

9 Tentans vim inferre, capitis tenetur si alter occidatur *Cod. lib.* 9. *tit.* 12. *leg.* 6. *lit. O.*

10 Tentasse crimen est. *Cod. lib.* 5. *tit.* 7. *lit. N.* De Tentatione fusè agitur *in theatr. vit. humanæ* Beyerlinch. Tentator Henrici Knaustini.

§. TERMINUS. V.

1 Terminus præfixus judici ad inquirendum quoad judicem incipit currere à die scientiæ delicti, Bart. *in l. eum qui*, §. *in popularibus circa finem, ff. de jurejur.*

Quòd incipiat à die criminis commissi, licèt nondum pervenerit ad aures judicis, Clar. §. *fin. qu.* 51. *vers. Sed quæro*, vide in §. *Præscriptio num.*

2 Terminus defensionis debet assignari reo etiã sponte confesso, vel plenè convicto per testes de visu, & licèt fuerit jam condemnatus in contumaciam, nam facta legitima recognitione personæ, non debet statim sententia executioni demandari, sed dari debet hujusmodi terminus defensionis ad dicendũ causam, quare sententia exequi non debeat, ita ut dicto termino neque cum juramento possit renunciari; posset tamen aliquando in furibus omitti, ac famosis latronibus, incendiariis, raptoribus, & publicè disfamatis, dummodò de hujusmodi qualitatibus plenè in actis appareat, & judex interloquatur, non esse concedendum, tamquam per calumniam petitum, Clar. §. *fin. quæst.* 49. Guaz. *def.* 31. *per tot.* vide in §. *Defensio num.* §. *Renunciatio num.* Fagnan. *in cap. dilectus il primo n.* 34. *de rescript.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap.* 24. *n.* 6.

3 Terminus ad reluendum pignus, aliàs assignandum creditori in solutum dicitur potiùs de stylo, quàm de necessitate, & ideò omissus non inducit nullitatem, sed debet appellari, Gratian. *discept. for. cap.* 353. *num.* 22. *etc. cap.* 375. *per tot.* vide *in* §. *Creditor num.* §. *Subhastatio num.* 7. et §. *Tempus nu.* 23. Crescin. ad Abeceles. *observ.* 149. *n.* 8. & 9. *part.* 2.

Quòd imò terminus ad reluendum post decretum deliberationis sit necessarium, ad tradita per Salust. Tiber. *in prax. lib. pr. cap.* 41. *num.* 5. Gregor. *decis.* 416. *num.* 2. Rot. *post tract.* Mangill. *de subhast. decis.* 51. *num.* 15. *et part.* 9. *rec. decis.* 308. *num.* 11. Crescin. ad Abecelaf. *loc. supra adduct. n.* 10. *et* 11.

4 Termini judiciales, sive dilationes quot sint, an ex causa possint dilatari, vel arctari, quibus, quomodo, & quoties assignari, quid operentur, & qualiter prorogandi, quando non currant, & alia plura, Marant. *de ord. judic. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 52. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *per tot. fol.* 148. &c. Iste Tusch. *litt. T*, *concl.* 58. & *seqq. ad* 82. ubi plura quid operetur termini præfixio, & *conclus.* 73. quinam sint termini substantiales judicii, qui non possunt omitti secundum stylum Romanæ Curiæ, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 98. & *seq. per tot.* & *par.* 3. *cap.* 1. & 2. Paul. Christ. *dec. Belg.* 158 *vol.* 2. Sansel. *in Prax. sect.* 46. *et seq.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect. pr. intersect. unic. a num.* 31. *et sect.* 2. *subsect.* 3. Altimar. *de nullit. rub.* 12. *quæst.* 8 *et quæst.* 35. *tom.* 2. Abeceles. & Crescin. *observat.* 46 *part. pr.*

An elapso termino à statuto assignato ad producendum instrumenta, & jura, possint ulterius produci, vel deferri juramentum, vel probari per confessionem adversarii, vel per scripturas privatas, latè Asin. *in Prax.* §. 22. *cap.* 2. *et seqq. per tot.* vide *in* §. *Productio num.*

An autem sufficiat in termino statuti facere verbalem productionem, & postea realem, dic quòd non, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 156. *num.* 16. *etc.* ubi etiam quòd oppositio requisita per statutum in aliquo termino, debet esse realis, & probata, nec sufficit verbalis.

5 Terminus decem dierum ad appellandum currit non à die latæ sententiæ, sed tantùm à die scientiæ, nisi essemus in vero contumace, qui scilicet fuerit personaliter citatus, quia tunc curreret à die latæ sententiæ, nam licèt de rigore juris verus contumax non appellet, tamen de consuetudine admittitur ad appellandum, dummodò intra decem dies à die latæ sententiæ, quamvis sententia esset conditionalis, puta, *nisi infra tres* &c. vel *nisi ad primam* &c. computantur enim decem dies ad appellandum à die hujusmodi decreti, & non à die existentis conditionis, Grat. *discep. for. cap.* 364. *per tot. cap.* 636. *n.* 16. &c. Scacc. *de appell. qu.* 12. *n.* 7. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 563. & *seqq. fol.* 575. vide in §. *Tempus num.* 20. Rot. coram Hiebio *decis.* 2. *num.* 4. & *seqq. per tot.* & *decis.* 227. ubi etiam quòd dolosè latitans ne personaliter citetur, habetur pro personaliter citato, de latitatione status, requisitis, quando carceratio excuset, vel non, & alia ad rem. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 37. Caprar. *decis.* 75. *n.* 2. & *decis.* 466. *n.* 3. Ansald. *decis.* 99. *a n.* 18. Abeceles. & Crescin. *obser. pr. part.* 2.

Quòd sit necesse intimare sententiam, nisi pars contra quam lata fuit habeat illius notitiam, Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 66.

Quòd terminus prædictus ad appellandum non possit etiam de ambarum partium consensu prorogari, nec post decem dies mutuo consensu appellatio recipi, Altograd. *cons.* 23. *num.* 42. *lib.* 2. de quo tamen vide Scacc. *d. quæst.* 12. *n.* 100. & *seqq.* Jordan. *d. tit.* 26. *n.* 602. *fol.* 578.

6 Terminos ad certiorandum principalem, quando dari debeat procuratori, vel non, vide Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 37. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 833. *num.* 63. &c. ubi distinguit Ricc. *Collect.* 1343. Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 70. *num.* 37. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 272. *vers. quando procuratori. tom.* 5. Carol. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 36. *a n.* 7., ubi plura circa hanc materiam.

Ter-

Termini sive fines agrorum, vel jurisdictionales non possunt sub diversis pœnis arbitrio judicis infligendis juxta personarum, & locorum qualitates, ab aliquo amoveri, sive moveri, & mutari, etiam si non animo limites obscurandi id fiat, ut latè, & quid diversis legibus fuerit sancitum contra hujusmodi terminorum motores explicat Coneiol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 6. Rub.* 14. *per tot. & Rub.* 42. & 43. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 393. *per tot* Oinot. *in §. Quædam actiones Instit. de act. fol.* 448. *nu.* 2. *& seqq. per tot.* ubi plura de hac materia finium regundorum, & quale sit judicis officium in constitutione, vel positione terminorum, Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 693. *& seqq.* Costa *de facti scient. & ignorant. distinct.* 50. *per tot.* Bonifac. *de furt. §.* 9. *num.* 62. *& seqq. ad* 92. Farinac. *de furt. quæst.* 168. *part.* 5. *per tot.* Sperell. *decis.* 178. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 347. *& seqq. fol.* 289. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 14. *art.* 7. *&c.* Vivi. *comm. opin.* 870. *per tot.* Pichard. *Pract. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 119. *fol.* 106. Urceol. *tract. de transact. quæst.* 100. *num.* 55. *& seqq. per tot.* ubi tamen quòd licitum est vicinis propria auctoritate inter se cum consensu interesse habentium transigere de terminis, & finibus agrorum suorum, illosque dirigere, & mutare, ac sibi ipsis lapides finales figere, & refigere absque ulla pœna, cùm in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, dummodò sequatur sine præjudicio alterius, nisi per statuta locorum esset aliter dispositum, vel nisi agatur de justitia administranda super directione terminorum motorum, quia spectat ad Principem, & ejus ministros providere, ut unicuique conserventur, & contrafacientes punire, ne quisquam aliena invadere attentet, & quis fuerit primus terminorum inventor, nempè Numam Pompilium Regem, vel secundum alios Cainum; dixi *in Practica §. Confini n.* 14. ubi de pœna Statuti Florentini *lib.* 3. *Rub.* 562. & in hoc opere *§. Confines num. pr.* ubi plura.

Quòd terminus adjectus, vel expressus non sit idem cum terminato, ipsumque confine ex se importet exclusionem rei confinatæ, *l. cum servo* 63. *ff. de contrah. empt.* Bald. *in l. fines, C. de evict.* cum aliis per Rot. *part.* 17. *recent. decis. pr. num.* 14. & 15.

8 Terminus respiciens plura determinabilia omnia æqualiter terminare debet, & quando secus, latè Tusch. *litter. T, conclus.* 53. vide in *§. Dispositio num.* 31.

9 Terminus quatuor mensium conceditur de jure communi cuicumque condemnato ad solvendum miserationis causa, *l. debitores*, ubi Bart. & alii *ff. de re jud.* secus autem vigore statutorum, & consuetudinis, ac in aliis casibus, de quibus Soccin. *reg.* 6. *verb. Terminus*, Tusch. *litt. T, conclus.* 57. latè Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 14. *n.* 77. *& seqq.* vide in *§. Debitor num.* 7. Abeccles. & Crescin. *observat.* 122. *part. pr.*

Quòd suscipiens terminum ad solvendum dicatur agnoscere debitum, & si non solverit, non possit executionem aliqua exceptione evitare, *l. ad solutionem*, ubi Bald. *num. pr. C. de re jud.* Baratt. *decis.* 888. *num.* 6. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 348. *num.* 8. *&c. part.* 16. *decis.* 140. & 304.

Quòd terminus ad solvendum debeat dari cuicumque debitori, & reo convento, etiam in Salviano, vel alia actione reali, & censeatur datus eo ipso, quòd fuit petitus, Rot. *part. pr. rec. tom.* 2. *dec.* 383. *per tot.* Crescin. ab Abeccles. *dict. observat.* 122. *part. pr.*

10 Terminus nimis brevis assignatus ad aliquid agendum, vel probandum habetur pro non dato, & executio interim consumata dicitur attentata: quinimò lex ipsa tali casu supplet, statuendo tempus congruum, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 149. *num.* 16. ubi de termino quinque dierum nimis breve ad liquidandum melioramenta.

11 Terminus legalis, vel à jure concessus an possit coarctari ex justa causa affirmat Franch. *decis.* 588. quem sequi videtur Sanfelic. *decis.* 268. *num.* 10., licèt contrarium resolvat ex defectu justæ causæ. Salgad. *part.* 4. *de Protect. cap.* 7. *à num.* 59. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 8. *à n.* 5. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *dict. obser.* 125. *part. pr.*

12 Terminus præfixus ad aliquid agendum, operatur, ut post ejus lapsum non sit amplius audiendus ille, cui fuit assignatus, nisi facta repositione, vel concurrente aliqua justa causa, *cap. lator qui fil. sint legit.* Ludovis. *dec.* 237. *per tot.*

13 Terminus ad aliquid faciendum in loco remoto debet esse competens habita ratione dietæ legalis quæ solet calculari ad viginti milliaria pro qualibet die, juxta text. *in leg.* 3. *ff. de verb. significat. & leg. pr. in princip. ff. si quis caut.* hæc tamen calculatio non procedit ubi constat de consuetudine Regionis diversa à dicta dieta legali, nec stante usu tabellariorum vulgò *Corrieri* in contrarium, qui multò plura milliaria agunt singulo die, *§. Cum ita ff. de verb. obligat.* Rebuff. & Alciat. *in dict. leg.* 3. & Alex. *in dict. leg. pr.* Ludovis. *decis.* 501. *num.* 3. 4. & 5. Abeccles. *observ.* 46 *n.* 16. & 17. *part. pr.*

Alia de termino remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Terminus.*

14 De diversis terminis, & præcipuè ad comparendum, ad accusandum, ad inquirendum, ad agendum, ad opponendum, ad se defendendum, ad probandum, & respondendum, ad appellandum, ad solvendum, ad deliberandum, ad eligendum, & hujusmodi, quomodo intelligantur, quando currant, vel non, & alia, Bertachin. *Repertor. verb. Terminus per tot.* Aliqua Joseph. Felin. *Margar. var. conclus. eod. verb.* Thoro *Compend. decis. Neapol. part. pr. & 2. verb. Terminus*, Capucc. *in Prax. tom. pr. cap.* 10. *per totum, part. pr.* Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Terminus fol.* 711. ubi indicat plures Auctores agentes de terminorum agrorum motione, de terminis legalibus, judicialibus, & hujusmodi. Plura etiam Emin. De Luc. *in Indic. general. verb. Terminus*. Altimar. Pellegrin. Carol. Ant. De Luc. Calderon. Mans. Palm. Piton. Crescin. & alii moderni.

15 Termini substantiales in Curia qui sint, & quam speciem redoleant, & quæ forma Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 64. *n.* 3. *pag.* 208.

16 Terminus ad concomitandum scripturas productas in termino conclusionis in causa suffragio testium examinandorum declaratur, & an sit unus cum termino ad impugnandum, & quæ scripturæ possint concomitari Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 65. *per tot.*

17 Terminus probatorius an possit dari ex officio, an aliquæ causæ expediantur sine termino, & an termino dato die feriata, probationes factæ valeant, & terminus probatorius pluribus modis solet dari in Regno Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. cap.* 53. *per tot.*

18 An terminus pro servato simpliciter tantus causet inhibitionem Mantiss. ad De Luc. *dec.* 3. *n.* 1. & 2. *lib.* 15. *vol.* 4. *dec.* 4. *num.* 2. & 6. *lib. eod. & vol.* Et terminus pro servato quando habeatur, & quomodo. Pellegr. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 15. *n.* 9. *pag.* 170. Et termini pro servato decretum. Pellegrin. *ibid. n.* 10. Et alia de termino habito pro servato Card. De Luc. *in Indic. general.*

19 Termino pendante ad deliberandum bona Patris debent permanere apud filium. Calderon. *resol.* 40. *n.* 29. *tom. pr. part. pr. pag.* 197. Et filius interim ex illis ali debet Calderon. *loc. cit. n.* 30. Et omnia ex eis agere, quæ sine periculo, & damno hæreditatis præteriri non possunt Idem Calderon. *loc. adduct. n.* 31. Et pendente actus expleti à Filio non inducunt hæreditatis aditionem. Idem *d. resol.* 40. *n.* 28.

20 Termini dies an, & quando computetur in termino. Tusch. *litt. D. concl.* 409. Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæst.* 38. *n.* 31. *& seqq. tom.* 2.

21 Terminus quando currat in medio, & in fine Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 38. *n.* 89 *& seq.*

22 Termini præfixio an, & quando habeat vim citationis. Marant. *inspec. part.* 6. *membr. pr. n.* 48. Altimar. *de Nullit. d. rub.* 12. *q.* 40. *n.* 2. 2. 3.

23 Terminus ordinarius si sit datus tempore, quo erat dandus summarius, an sit nullus. Altimar *de Nullit. rub.* 13. *q.* 2. *num.* 76. *tom.* 2. Si sit datus in aliqua causa an possit variari ad viam executivam Altimar.

ibid. n. 158. *& seq.* Quando incipit currere, quantus est, an possit prorogari. Altimar. *ibid. n.* 162. *& seq.*

24 Terminus juris quantus est. Rod. *de mod. vid. process. cap.* 6. *n.* 10. *&* 31. Seacc. *de Judic. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 144. *& seqq.* Altimar. *de Nullit. d. rub.* 13. *qu.* 2. *n.* 185. *& seqq.* est communis utrique parti. Guazzin. *defens.* 24. *cap.* 4. *n.* 10. Odd. *cons.* 35. *n.* 2. *vol. pr.* Altimar. *ibid. num.* 208.

25 Terminus conventionalis prorogari potest à Principe. Castill. *disc.* 218. *lib.* 3. Card. De Luc. *de Fideic. dec.* 254. *n.* 14.

26 Supersessoria obtenta à signatura computatur in termino & ejus loco cedit. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 56.

27 Terminus præfigi solet ad transportandum acta post lapsum annum. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 37. *sub n.* 25. *&* 28.

28 Termini substantiales in proferenda declaratoria quando sint necessarii. Card. De Luc. *de Judic. d. disc.* 40. *n.* 94. *&* 99.

29 Sanatio terminorum quando concedatur in citatione ad sententiam vigore Constitutionis Innocentianæ. Card De Luc. *de Judic disc.* 34. *n.* 14.

30 Terminus decem dierum à Concilio Tridentino præfixus in *cap.* 18. *sess.* 24. quomodò sit computandus quoad vacationem Ecclesiæ. Fagnan. *in cap. cum sit ars n.* 41. *& seq. usq. ad n.* 48. *de ætat. et qualit. tom. pr.*

31 Termini habiles præsupponuntur, cum de una re disputatur. Fagnan. *in cap. Non est vobis n.* 34. *de Regul. tom.* 3.

32 Terminus ad quem, non in quo dispositio celebratur, debet considerari. Fagnan. *in cap. quanto n.* 5. *de Privil. tom.* 3.

33 Judex termino pendente ad disputandum super defensionibus, nihil innovare potest Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 4. *quæst.* 12. *num.* 14., ubi hoc limitat tribus modis. Et an termino pendente aliquid possit fieri a Judice Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 2. *n.* 216. *tom.* 2.

Terminus defensionibus debitus debet assignari, ut ab illius brevitate appellari possit Bellegrand. *loc. cit. tract.* 4. *quæst.* 16. *n.* 1.

Terminus datus ad defensam currit post repetitionem testium Fisci, & quæ forma Decreti Carol. Ant. De Luc. *in prax. criminal. pag.* 315.

In criminalibus dantur majores dilationes Reo, quàm Actori, secus in civilibus Crescin. ad Abeccles. *obser.* 54. *n.* 6. *&* 8. *part. pr.*

34 Terminus confinans disparatus est a confinato, & in illo non comprehenditur Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 27. *n.* 21. *vol.* 3. Idem non est cum terminato. Emeria jun. *dec.* 617. *n.* 8

35 Plura de terminis in materia appellationis, & nullitatum vide apud De Luc. Altimar. *de nullit.* Abeccles. & Crescin. & alios recentiores.

36 Plura de terminis in materia beneficiali vide apud Lott. De Luc. Piton. & alios modernos. De terminis in materia pensionum Tondut. De Luc. & alii.

§. TERTIUS. VI.

1 TErtius, vel tertia persona, quæ scivit litem inter alios peragi, & sententiam latam, à qua, vel non appellavit, vel appellare non potuit, non potest impedire ipsius sententiæ executionem in re petita possessa à reo convento; si verò agatur de exequendo in re petita à nemine possessa, sed vacanti, potest tertius executionem impedire, sicut quando agitur de exequendo non re petita, sed in alia, ut quando fuit actum actione personali, & posteà jure pignoris capitur fundus, in quo tertius interesse prætendit, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 56. *& seqq. per tot.* ubi etiam alios casus distinguit, & declarat, sicut Surd. *decis.* 325. *per tot. lib.* 2. vide latè Tusch. *litt. T. concl.* 81. *& seqq.* Ludovis. *decis. Perus.* 26. Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 117. *& seqq ad* 136. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 297. *per tot. volum. pr.* Sanfelic. *decis.* 90. *num.* 10. *& seq. per tot.* Costa *de facti scient. et ignorant. distinct.* 57. *per tot. et de re integr. distinct.* 95. *per tot.* Vide Abeccles. & Crescin. *obser.* 158. *et obser.* 159. *part. pr.*

Qualiter tertia persona, quæ nunquam fuit in judicio citata possit se opponendo executioni sententiæ illam impedire, Pract. Papp. *form. execut. sent. definit. glos. pr. num.* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 232. *num.* 7. *etc.* vide in *§. Executio num.* 18. latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de Pragmat. super Bulla de censibus quæst.* 2. *per tot. fol.* 269. *et seqq.* ubi plura an, & quando tertius possit se opponere executioni, quæ fieret pro censibus vigore dictæ Bullæ, Costa *d. distinct.* 57. *per tot. distinct.* 95. vide Salgad. *part.* 2. *de retent. cap.* 34. *à num.* 51. *et part. pr.* Labyr. *cap.* 16. *à num.* 22. Carleval. *de Judic. tit. disp.* 12. *et* 13.

Dato quòd admittatur, an procedat postquam fuit pronunciatum super executione, & concessum mandatum de exequendo, vide Magon. *decis. Flor.* 104. *num.* 27. ubi dicit semper admitti ante consumatam executionem, vide Rodolphin. & alios supracitatos.

Quòd tertia persona possit impedire executionem sententiæ docto saltem semiplenè, vel per juramentum de suo interesse postea plenè probando lite contestata, & præferatur, quatenus habeat meliora jura, maximè quando non fuit actum ad rem particularem, sed judicio universali, vel actione personali, & quando per cautionem repellatur, nec possit impedire executionem, *juxta l. is, à quo* 57. *ff. de re jud.* latè Gratian. *discept. for. cap.* 439. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 10. *etc.* ubi novem casus distinguit, & declarat Surd. *decis.* 335 *per tot. lib.* 2. Hodiern. ad Surd. *loc. allegat.*

Qualiter tertius se opponens alicui actui debeat probare de suo interesse, Tusch. *litt. T. conclus* 82. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 504. *per tot.* ubi quòd pro sola admissione ad causam interesse non requirie probationem omninò certam, & concludentem, sed sufficit de eo apparenter docere, etiam non citata parte ad dicendum contra; si verò deducatur interesse ad effectum retardandi executionem, & ipse tertius non possideat, nil refert an possessio sit penes unum, vel alterum, & non admittitur, nisi velit admitti sine retardatione processus *et decis.* 602. *et* 715. *dict. part.* 18. ubi quòd admisso pro suo interesse non obstat transactio inter primos litigantes facta. Carol. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 43. *n.* 8., ubi plura alia. Crescin. ad Pen. *decis.* 23. ubi pariter alia plura.

Tertius pendente lite inter alios super aliqua re 2
per actorem petita, & à reo possessa, si eamdem rem petat comparendo in judicio non potest impedire executionem sententiæ ad favorem alterius latæ in dicta re petita, si ex parte sua nondum sit lis finita, & decisa, sed ei succurritur per cautionem præstandam ab actore, qui priùs obtinuit sententiam de restituenda re ipsi tertio petenti, casu quo illum obtinere contingat, Bart. *in leg. à Divo Pio §. Si super rebus n.* 3. & ibi Jas. *num.* 17. *ff. de re jud.* Mysinger *observ.* 73. *cent.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 61. Franch. *decis.* 261. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 68. *lib. pr.* Vide Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 159. *part. pr.*

Quòd tertius veniens ad causam post latas sententias non impediat ulteriorem processum, & executionem inter primos collitigantes, sive veniat ad unius partis defensionem, sive ex jure diverso, & proprio super re, & bonis à se non possessis, quia primo casu non habet majus privilegium, quàm primus collitigans quem defendere intendit; secundò, autem nullum ei fit præjudicium per executionem, Covar. *pract. quæst. cap.* 14. *num.* 3. *& seqq.* Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 357. *num.* 7. *&* 8. cum aliis per Bich. *decis.* 24. *num.* 6. *&* 7. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 13. *num.* 5. *& per tot. & part* 16. *decis.* 109. *num.* 7. *& seqq.* ubi quòd tertius veniens ad exclusionem utriusque collitigantis non facit acta sua.

Tertius potest impedire executionem sententiæ ap- 3
pellando ab illa propter suum interesse, si de illo doceat summariè intra tempus ad appellandum constitutum, etiam si essent tres sententiæ conformes, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 18. *num.* 50. *&c.* Magon. *dec. Flor.* 100. *num. pr.* Gratian. *decis.* 149. Surd. *decis.* 335. *lib.* 2. vide *in §. Appellatio num.* 18. *&c.* Ricc. *Collect.* 1314. ubi pluribus modis limitat, Palma *cons.* 99. *nu. pr. & seqq.*

Au

An tertius pro suo interesse possit sequi causam appellationis ab alio interpositæ, ac alia de tertio appellante, Fontanell. decis. 143. & 144. per tot.

Et plura de tertio, qui prætextu dominii potest impedire executionem sententiæ, quamvis non sit possessor, vel virtute clausulæ constituti, vel reservatione ususfructus, Alvarez Pegas. resol. for. cap. 5. & 6. per tot. Cancer. var. part. 2. cap. 16. per tot.

De tertio veniente ad causam pro suo interesse admittendo, & quid facere possit, vel non, Bertachio. Repert. verb. Tertius, Cancer. ubi supra, Joseph Felin. Margar. var. conclus. verb. Tertius, Thoro Compend. decis. Neap. part. pr. & 2. cod. verb. ubi etiam de tertio possessore, de quo dixi ego in §. Possessor, Com. August. Fontan. Biblioth. leg. par. 5. verb. Tertius fol. 714. &c. ubi indicat plures quæstiones, & DD. illa tractantes circa tertios oppositores, an possint ex eorum personis declinare forum, & hujusmodi, ac de tertiis possessoribus an possint executivè conveniri, &c. prout facit Castejon. jam citatus in verb. Tertius, &c. De Tertio veniente ad causam latissimè Altimar. de nullit. rubr. 4. quæst. 3. per tot. tom. pr. ubi ferè de omnibus contentis in hoc §., ubi citat alios Doctores modernos, & latissimè etiam Schettin. de tert. venient. ad caus. Pen. & Crescin. decis. 23. 29. 120. & 191.

4 Tertius veniens ad causam ex proprio jure, & appellans à sententia contra alium lata, facit omnia acta sua, perindè ac si ipso citato facta fuissent, & ideò non potest dicere de nullitate sententiæ ex defectu citationis sui ipsius, licèt secus sit si novam causam instituat, quia tunc non facit acta sua, & sententia illum non afficit; nam si iste tertius proprium interesse prætendens non possidet, sed possessio est plena penes alium, sufficit possessorem citari, & jus tertii non læditur, cùm semper venire possit ex jure proprio contra possessorem, & nihil sua intersit an contra unum, vel contra alterum agat, ideòque immissionem impedire non potest contra præsentem possessorem, plenè Rot. in Senogallien. bonorum 30. Maji 1644. 15. Maji 1645. coram Cerro penes Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. tom. 2. decis. 85. & 86. per tot. & part. 9 recent. decis. 288. & 346. num. pr. &c. vide in §. Appellatio num. 18. Addit. ad Gregor. decis. 259. & decis. 303. num. 3. facit Rot. par. 13. recent. decis. 103. num. 4. & 5. & p. 18. dec. 504 per tot. dec. 602. & 715. ubi quando faciat acta sua, & an ei præjudicet transactio inter primos litigantes inita. Addo De Luc. de Decim. disc. 6. n. 7. de Judic. disc. 27. à num. 4. Vide Schettin. loc. cit. Pen. & Crescin. dict. dec. 23. 29 120. & 191.

5 Tertius veniens ad causam, & judicium inchoatum inter alios, ut ei pro suo interesse assistat, & alteri ex contendentibus adjuvet, debet admitti, si statim, & ante omnia doceat summariè de suo interesse, & judicium suscipiat in terminis in quibus reperitur careat dolo, & malitia, nec veniat ad protelandum judicium, vel sententiam, & sit habilis, atque idoneus standi per se in judico, latè Menoch. de arbitr. cas. 18. num. 19. & seqq. ad 50. vide in §. Nullitas n.   latè Tusch. litt. T. concl. 83. per tot. Ridolphin. in Prax. part. 2. cap. 4. n. 91. & seqq. ad 136. Ludovic. dec. Perus. 26. per tot. Ricc. Collect. 106. 986. 2936. 3583. 3714. Rot. p. 9. rec. dec. 441. num. 4. &c. Sanfelic. dec. 90. n. 10. & seqq. vide De Luc. d. disc. 27. in princ. Jacob. Emerix dec. 1074. & 1079. n. 2. Schettin. loc. cit. Pen. & Crescin. ubi supra.

An, & quando tertius comparens in judicio pro suo jure, & interesse ad effectum impediendi alterum, qui judicium, & causam inchoavit, ne ipsam causam agat, vel defendat, & ne rem petitam consequatur, sit admittendus, vel non, idem Menoch. d. cas. 18. n. 2. & seqq. ad 18. ubi sex casus constituit, & declarat, vide Ridolphin. loc. cit. ubi latè de hac materia an, & quando tertius veniens ad causam, sive pro suo interesse, sive ad coadjuvandum alterum ex litigantibus, sit admittendus, & in quibus terminis, & an possit executionem impedire, & alia. Vide Schettin. Pen. & Grescin. ubi supra.

Quòd tertius, qui profitetur, velle de novo venire ex jure suo principaliter diverso à jure colligantium, non possit impedire processum jam inter alios inchoatum quando sua non interest, & alia ad rem, Ludovis. dec. 396. per tot.

Tertius non videtur admissus ad causam quamvis fuerit citatus, si sua putaverit interesse, nisi aliundè doceat de interesse, quod est probandum citata parte, etiã aliter de gestis notitiam habente, nisi esset in actis aliquid productum realiter, ex quo verè constaret de interesse, quia tunc non esset necessaria alia citatio, Gratian. discept. for. cap. 1000. n. 12. &c. Menoch. d. cas. 18. n. 30. &c. 6

De tertio admittendo ad causam propter suum interesse, etiam coram judice delegato, idem Grat. cap. 510. n. 30. &c

Admittitur tamen in terminis, & statu quo causa reperitur, & videtur ratificasse omnia gesta, Grat. cap. 850. n. 13. cap. 872. n. 25. Aliograd. cons. 6. n. 97. lib. 1. Ludovis. cum Beltramin. decis. 259. & 303. Menoch. d. cas. 18. n. 35. & seqq. ubi propterea infert non posse declinare forum, posse tamen allegare judicem suspectum ex sua persona, & si sit Clericus, vel minor etiam declinare forum, vel petere restitutionem, non opus habere producere novum libellum, vel nova instrumenta, nec litem contestari, nec petendo compromissum impedire posse executionem, & alia, ut ibi per eum, vide Franch. dec. 261. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 269. num. 2. & seqq. vol. 1. ubi quando possit declinare forum, vel non, Ricc. Collect. 2284. ubi quòd imò non potest allegare exceptiones declinatorias, aut dilatorias, etiamsi sit Clericus, vel miserabilis persona, quod probat etiam Sanfelic. dec. 90. num. 23. & 24. Hieron. Cala tract. de restit. in integr. denegan. qu. 26. n. 1. & seqq. per tot. ubi benè distinguit, & facit ad rem quæst. 27. 28. & 29. ubi an possit recusare judicem, ut suspectum, &c. De Luc. de Judic. d. disc. 17. Jacob. Emerix. dec. 261. n. 1. dec. 1258. n. 6. & dec. 1190. n. 10. ubi veniens ad causam impugnando non facit acta sua. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judic. cap. 43. Pen. & Crescin. loc. sup. cit.

65 Tempus modus non est inducendi, vel tollendi obligationem Text. *in l. obligationem* 44. §. *primo, ff. de obligat. et action.* Rot. *dec.* 215. *n.* 37. *part.* 19. *rec.* & coram Bich. *dec.* 386. *num.* 26. Emerix jun. *dec.* 899. *n.* 10., Et vide supra *n.* 45.

66 Ea, quæ possunt recipere variationem a tempore fieri nequeunt ante tempus in præjudicium Tertii Decis. Sicul. *sub nu.* 48. impress. inter opera Card. De Luc.

67 Tempus belli, seu alterius impedimenti an sit subducendum ex termino conventionali Card. De Luc. *de Feud. disc.* 57. *n.* 28.

68 Tempus concessum venditori ad redimendum, an sit causa dilationis, vel potius terminandæ obligationis De Luc. *de Empt. disc.* 32. *n.* 7.

§. TENTANS. IV.

1 TEntans per vim sine armis cognoscere carnaliter fœminam, vel masculum effectu non subsecuto, punitur ad triremes pro tempore arbitrio judicis, effectu verò sequuto punitur pœna mortis, sicut etiam si per vim cum armis adhibitam tentaveris ut supra etiam effectu non sequuto, Cabal. *resol. crim cas.* 93. & *cas.* 211. ubi an requirantur saltem

actus proximi, vel sufficiant remoti, & loquitur secundùm leges municipales status Florentini, licèt quandoque ex corruptela temporum, & moribus modernorum judicum tantus rigor non servetur, vide in §. *Affectus nu.* & §. *Vis num.* & *in meam Pract.* §. *Violenza*, ubi plura. Faciunt tradita per Basilic. *dec.* 6. *n.* 15. Chartar. *dec.* 1. *n.* 290. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. method. tract.* 9. *qu.* 1. *num.* 10.

2 Tentans fugere à carceribus, qua pœne sit puniendus text. & *DD. in l. in eos*, ff. *de cust. reor.* Ricc. *Collect.* 543. ubi quòd pœna est arbitraria, & refert quosdam fuisse condemnatos ad triremes per decennium, intelligendo quando sunt confessi, vel convicti, aliàs mitiùs puniuntur, ac idem esse in attentante eximere aliquem à carceribus; quod tamen non servatur Florentiæ cum tanto rigore, sed satis mitiùs utroque casu puniuntur, ut plurimum pœne confinii, vel ictuum funis, vel pecuniaria (nisi qualitas facti, & personarum aliud exigat) ut videri potest ex multis decisionibus Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum, ad quos spectat cognitio in casibus quotidiè occurrentibus, alios allegavi *in* §. *Carceratus n.* 23. &c. & hodiè ad Rotam criminalem. Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 8. *n.* 74.

3 De tentante testes ad deponendum falsum, an sit puniendus non sequuto effectu, & an credendum testibus tentatis, Giurb. *consil. crim.* 64.

4 De tentationibus, quoad animam, multa magistraliter tradit Rayner de Pisis *in Summ. Theolog. Verit. tom.* 2. *tract. de tentat. fol. mihi* 1083. &c. Dian. *tom.* 2. *tract.* 7. *resol.* 147. & *seqq.*

De pœna tentantis se ipsum occidere latè Basilic. *dec. crim.* 3. *à nu.* 38.

5 Quid sit tentatio, & unde dicta, & quidquid de tentatione, & tentatore legitur in sacris paginis & apud Sanctos Patres, notat Polyanthea *verb. tentatio.*

6 Tentatio Dei non est facienda Specul. *de accus.* §. *fin. vers. sed quid si*. Bertachin. *in repert. part.* 5. *verb. tentatio*. Et in Evangelio: Non tentabis Dominum Deum tuum.

7 Tentanda prius sunt omnia Bertachin. *loc. cit.* Unde Poeta:

Cuncta tentanda prius, sed immedicabile vulnus
Ense rescidendum, ne pars syncera trahatur.

8 Tentans aliquem, ut alius eum interficiat, in factum actione tenetur ff. *libr.* 9. *tit.* 2. *leg.* 11. §. 1.

9 Tentans vim inferre, capitis tenetur si alter occidatur *Cod. lib.* 9. *tit.* 12. *leg* 6. *lit. O.*

10 Tentasse crimen est. *Cod. lib.* 5. *tit.* 7. *lit. N.* De Tentatione fusè agitur *in theatr. vit. humanæ* Beyerlinch. Tentator Henrici Knausteni.

§. TERMINUS. V.

1 TErminus præfixus judici ad inquirendum quoad judicem incipit currere à die scientiæ delicti, Bart. *in l. eum qui*, §. *in popularibus circa finem*, ff. *de jurejur.*

Quòd incipiat à die criminis commissi, licèt nondum pervenerit ad aures judicis, Clar. §. *fin. qu.* 51. *vers. Sed quæro*, vide *in* §. *Præscriptio num.*

2 Terminus defensionis debet assignari reo etiã spontè confesso, vel plenè convicto per testes de visu, & licèt fuerit jam condemnatus in contumaciam, nam facta legitima recognitione personæ, non debet statim sententia executioni demandari, sed dari debet hujusmodi terminus defensionis ad dicendũ causam, quare sententia exequi non debeat, ita ut dicto termino neque cum juramento possit renunciari; posset tamen aliquando in furibus omitti, ac famosis latronibus, incendiariis, raptoribus, & publicè disfamatis, dummodò de hujusmodi qualitatibus plenè in actis appareat, & judex interloquatur, non esse concedendum, tamquam per calumniam petitum, Clar. §. *fin. quæst.* 49. Guaz. *def.* 31. *per tot.* vide *in* §. *Defensio num.* §. *Renunciatio num.* Fagnan. *in cap. dilectus il primo n.* 34. *de rescript.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap.* 24. *n.* 6.

3 Terminus ad reluendum pignus, aliàs assignandum creditori in solutum dicitur potiùs de stylo, quàm de necessitate, & ideò omissus non inducit nullitatem, sed debet appellari, Gratian. *discept. for. cap.* 353. *num.* 22. *etc. cap.* 375. *per tot.* vide *in* §. *Creditor num.* §. *Subhastatio num.* 7. *ut* §. *Tempus nu.* 23. Crescin. ad Abeccles. *observ.* 149. *n.* 8. & 9. *part.* 2.

Quòd imò terminus ad reluendum post decretum deliberationis sit necessarium, ad tradita per Salust. Tiber. *in prax. lib. pr. cap.* 41. *num.* 5. Gregor. *decis.* 416. *num.* 2. Rot. *post tract.* Mengill. *de subhast. decis.* 51. *num.* 15. *et part.* 9. *rec. decis.* 308. *num.* 21. Crescin. ad Abeccles. *loc. supra adduct. n.* 10. *et* 11.

Termini judiciales, sive dilationes quot sint, an ex causa possint dilatari, vel arctari, quibus, quomodo, & quoties assignari, quid operentur, & qualiter prorogandi, quando non currant, & alia plura, Marant. *de ord. judic. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 52. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *per tot. fol.* 148. &c. late Tusch. *litt. T*, *concl.* 58. & *seqq. ad* 82. ubi plura quid operetur termini præfixio, & *conclus.* 73. quinam sint termini substantiales judicii, qui non possunt omitti secundum stylum Romanæ Curiæ, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 98. & *seq. per tot.* & *par.* 3. *cap.* 1. & 2. Paul. Christ. *dec. Belg.* 158. *vol.* 2. Sanfel. *in Prax. sect.* 46. *et seq.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect. pr. intersect. unic. a num.* 31. *et sect.* 1. *subsect.* 3. Altimar. *de nullit. rub.* 12. *quæst.* 8 *et quæst.* 35. *tom.* 2. Abeccles. & Crescin. *observat.* 46 *part. pr.* 4

An elapso termino à statuto assignato ad producendum instrumenta, & jura, possint ulterius produci, vel deferri juramentum, vel probari per confessionem adversarii, vel per scripturas privatas, latè Asin. *in Prax.* § 22. *cap.* 2. *et seqq. per tot.* vide *in* §. *Productio num.*

An autem sufficiat in termino statuti facere verbalem productionem, & postea realem, dic quòd non, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 156. *num.* 26. *etc.* ubi etiam quòd oppositio requisita per statutum in aliquo termino, debet esse realis, & probata, nec sufficit verbalis.

Terminus decem dierum ad appellandum currit non à die latæ sententiæ, sed tantùm à die scientiæ, nisi essemus in vero contumace, qui scilicet fuerit personaliter citatus, quia tunc curreret à die latæ sententiæ, nam licèt de rigore juris verus contumax non appellet, tamen de consuetudine admittitur ad appellandum, dummodò intra decem dies à die latæ sententiæ, quamvis sententia esset conditionalis, puta, *nisi infra tres* &c. vel *nisi ad primam* &c. computantur enim decem dies ad appellandum à die hujusmodi decreti, & non à die existentis conditionis, Grat. *discep. for. cap.* 364. *per tot. cap.* 636. *n.* 26. &c. Scacc. *de appell. qu.* 12. *n.* 7. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 563. & *seqq. fol.* 575. vide *in* §. *Tempus num.* 20. Rot. coram Bichio *decis.* 2. *num.* 4. & *seqq. per tot.* & *decis.* 217. ubi etiam quòd dolosè latitans ne personaliter citetur, habetur pro personaliter citato, de latitatione statur relationi nuncii, quando carceratio excuset, vel non, & alia ad rem. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 37. Caprar. *decis.* 75. *n.* 2. & *decis.* 466. *n.* 3. Ansald. *decis.* 99. *a n.* 58. Abeccles. & Crescin. *obser. pr. part.* 2. 5

Quòd sit necesse intimare sententiam, nisi pars contra quam lata fuit habeat illius notitiam, Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 66.

Quòd terminus prædictus ad appellandum non possit etiam de ambarum partium consensu prorogari, nec post decem dies mutuo consensu appellatio recipi, Aldograd. *cons.* 23. *num.* 42. *lib.* 2. de quo tamen vide Scacc. *d. quæst.* 12. *n.* 100. & *seqq.* Jorden. *d. tit.* 26. *n.* 601. *fol.* 578.

Terminus ad certiorandum principalem, quando dari debeat procuratori, vel non, vide Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 37. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 833. *num.* 63. &c. ubi distinguit Ricc. *Collect.* 3342. Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 70. *num.* 37. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 272. *vers. quando procuratori. tom.* 5. Carol. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 36. *a n.* 7., ubi plura circa hanc materiam. 6

Ter-

Termini sive fines agrorum, vel jurisdictionales non possunt sub diversis pœnis arbitrio judicis insligendis juxta personarum, & locorum qualitates, ab aliquo amoveri, sive moveri, & mutari, etiam si non animo limites obscurandi id fiat, ut latè, & quid diversis legibus fuerit sancitum contra hujusmodi terminorum motores explicat Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 6. Rub. 14. per tot. & Rub. 42. & 43. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas. 393. per tot* Oinot. *in §. Quædam actiones Instit. de act. fol. 448. nu. 2. & seqq. per tot.* ubi plura de hac materia finium regundorum, & quale sit judicis officium in constitutione, vel positione terminorum, Card. Tusch. *litt. C, conclus. 693. & seqq.* Costa *de facti scient. & ignorant. distinct. 50. per tot.* Bonifac. *de furt. §. 9. num. 62. & seqq. ad 92.* Farinac. *de furt. quæst. 168. part. 5. per tot.* Sperell. *decis. 178. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 347. & seqq. fol. 289.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit. 14. art. 7. &c.* Vivi. *comm. opin. 870. per tot.* Pichard. *Pract. Instit. part. 3. tit. de pœn. omn. delict. num. 119. fol. 106.* Urceol. *tract. de transact. quæst. 100. num. 55. & seqq. per tot.* ubi tamen quòd licitum est vicinis propria auctoritate inter se cum consensu interesse habentium transigere de terminis, & finibus agrorum suorum, illosque dirigere, & mutare, ac sibi ipsis lapides finales figere, & refigere absque ulla pœna, cùm in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, dummodò sequatur sine præjudicio alterius, nisi per statuta locorum esset aliter dispositum, vel nisi agatur de justitia administranda super directione terminorum motorum, quia spectat ad Principem, & ejus ministros providere, ut unicuique conserventur, & contrafacientes punire, ne quisquam aliena invadere attentet, & quis fuerit primus terminorum inventor, nempè Numam Pompilium Regem, vel secundum alios Cainum; dixi *in Practica §. Confini n. 14.* ubi de pœna Statuti Florentini *lib. 3. Rub. 162.* & in hoc opere *§. Confines num. pr.* ubi plura.

Quòd terminus adjectus, vel expressus non sit idem cum terminato, ipsumque confine ex se importet exclusionem rei confinatæ, *l. cum servo 63. ff. de contrah. empt.* Bald. *in l. fines, C. de evict.* cum aliis per Rot. *part. 17. recent. decis. pr. num. 14. & 15.*

8 Terminus respiciens plura determinabilia omnia æqualiter terminare debet, & quando secus, latè Tusch. *litter. T, conclus. 53.* vide in *§. Dispositio num. 31.*

9 Terminus quatuor mensium conceditur de jure communi cuicumque condemnato ad solvendum miserationis causa, *l. debitores*, ubi Bart. & alii *ff. de re jud.* secus autem vigore statutorum, & consuetudinis, ac in aliis casibus, de quibus Soccin. *reg. 6. verb. Terminus*, Tusch. *litt. T, conclus. 57.* latè Ridolphin. *in prax. part. pr. cap. 14. n. 77. & seqq.* vide in *§. Debitor num. 7.* Abeccles. & Crescin. *observat. 522. part. pr.*

Quòd suscipiens terminum ad solvendum dicatur agnoscere debitum, & si non solverit, non possit executionem aliqua exceptione evitare, *l. ad solutionem*, ubi Bald. *num. pr. C. de re jud.* Buratt. *decis. 888. num. 6.* Rot. *part. 12. recent. decis. 348. num. 8. &c. part. 16. decis. 140. & 304.*

Quòd terminus ad solvendum debeat dari cuicumque debitori, & reo convento, etiam in Salviano, vel alia actione reali, & censeatur datus eo ipso, quòd fuit petitus, Rot. *part. pr. rec. tom. 2. dec. 383. per tot.* Crescin. ab Abeccles. *dict. observat. 522. part. pr.*

10 Terminus nimis brevis assignatus ad aliquid agendum, vel probandum habetur pro non dato, & executio interim consumata dicitur attentata: quinimò lex ipsa tali casu supplet, statuendo tempus congruum, Rot. *part. 13. recent. decis. 149. num. 16.* ubi de termino quinque dierum nimis breve ad liquidandum melioramenta.

11 Terminus legalis, vel à jure concessus an possit coarctari ex justa causa affirmat Franch. *decis. 588.* quem sequi videtur Sanfelic. *decis. 268. num. 10.*, licèt contrarium resolvat ex defectu justæ causæ. Salgad. *part. 4. de Protect. cap. 7. à num. 59.* Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæst. 8. à n. 5. tom. 2.* Crescin. ad Abeccles. *dict. obser. 122. part. pr.*

12 Terminus præfixus ad aliquid agendum, operatur, ut post ejus lapsum non sit amplius audiendus ille, cui fuit assignatus, nisi facta repositione, vel concurrente aliqua justa causa, *cap. Inter qui fil. sint legit.* Ludovis. *dec. 237. per tot.*

13 Terminus ad aliquid faciendum in loco remoto debet esse competens habita ratione dietæ legalis quæ solet calculari ad viginti milliaria pro qualibet die, juxta text. *in leg. 3. ff. de verb. significat. & leg. pr. in princip. ff. si quis caut.* hæc tamen calculatio non procedit ubi constat de consuetudine Regionis diversa à dicta dieta legali, nec stante usu tabellariorum vulgò *Corrieri* in contrarium, qui multò plura milliaria agunt singulo die, *§. Cum ita ff. de verb. obligat.* Rebuff. & Aleiat. *in dict. leg. 3.* & Alex. *in dict. leg. pr.* Ludovil. *decis. 501. num. 3. 4. & 5.* Abeccles. *observ. 46 n. 16. & 17. part. pr.*

Alia de termino remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Terminus.*

14 De diversis terminis, & præcipuè ad comparendum, ad accusandum, ad inquirendum, ad agendum, ad opponendum, ad se defendendum, ad probandum, & respondendum, ad appellandum, ad solvendum, ad deliberandum, ad eligendum, & hujusmodi, quomodo intelligantur, quando currant, vel non, & alia, Bertachin. *Repertor. verb. Terminus per tot.* Aliqua Joseph. Feliu. *Margar. var. conclus. cod. verb.* Thoro *Compend. decis. Neapol. part. pr. & 2. verb. Terminus*, Capuec. *in Prax. tom. pr. cap. 10. per totum, part. pr.* Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part. 5. verb. Terminus fol. 711.* ubi indicat plures Auctores agentes de terminorum agrorum motione, de terminis legalibus, judicialibus, & hujusmodi. Plura etiam Emin. De Luc. *in Indic. general. verb. Terminus.* Altimar. Pellegrin. Carol. Ant. De Luc. Calderon. Mans. Palm. Piron. Crescin. & alii moderni.

15 Termini substantiales in Curia qui sint, & quam speciem redoleant, & quæ forma Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap. 64. n. 3. pag. 208.*

16 Terminus ad concomitandum scripturas productas in termino conclusionis in causa suffragio testium examinandorum declaratur, & an sit unus cum termino ad impugnandum, & quæ scripturæ possint concomitari Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap. 65. per tot.*

17 Terminus probatorius an possit dari ex officio, an aliquæ causæ expediantur sine termino, & an termino dato die feriata, probationes factæ valeant, & terminus probatorius pluribus modis solet dari in Regno Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. cap. 53. per tot.*

18 An terminus pro servato simpliciter tentus causet inhibitionem Mantiss. ad De Luc. *dec. 3. n. 1. & 2. lib. 15. vol. 4. dec. 4. num. 2. & 6. lib. cod. & vol.* Et terminus pro servato quando habeatur, & quomodo. Pellegr. *in prax. Vic. part. 2. sect. 2. subsect. 15. n. 9. pag. 170.* Et termini pro servato decretum. Pellegrio. *ibid. n. 10.* Et alia de termino habito pro servato Card. De Luc. *in Indic. general.*

19 Termino pendente ad deliberandum bona Patris debent permanere apud filium. Calderon. *resol. 40. n. 29. tom. pr. part. pr. pag. 197.* Et filius interim ex illis ali debet Calderon. *loc. cit. n. 30.* Et omnia ex eis agere, quæ sine periculo, & damno hæreditatis præteriri non possunt Idem Calderon. *loc. adduct. n. 31.* Et pendente actus expleti à Filio non inducunt hæreditatis aditionem. Idem *d. resol. 40. n. 28.*

20 Termini dies an, & quando computetur in termino. Tusch. *litt. D. concl. 409.* Altimar. *de Nullit. rub. 12. quæst. 38. n. 31. & seqq. tom. 2.*

21 Terminus quando currat in medio, & in fine Altimar. *de Nullit. rubr. 12. quæst. 38. n. 89. & seq.*

22 Termini præfixio an, & quando habeat vim citationis. Marant. *in spec. part. 6. membr. pr. n. 48.* Altimar. *de Nullit. d. rub. 12. q. 40. n. 1. 2. 3.*

23 Terminus ordinarius si sit datus tempore, quo erat dandus summarius, an sit nullus. Altimar *de Nullit. rub. 13. q. 2. num. 76. tom. 2.* Si sit datus in aliqua causa an possit variari ad viam executivam Altimar, *ibid.*

ibid. n. 158. *& seq.* Quando incipit currere, quantus est, an possit prorogari. Altimar. *ibid. n.* 162. *& seq.*

24 Terminus juris quantus est. Rod. *de mod. vid. process. cap.* 6. *n.* 10. *&* 31. Seacc. *de Judic. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 144. *& seqq.* Altimar. *de Nullit. d. rub.* 13. *qu.* 2. *n.* 185. *& seqq.* est communis utrique parti. Guazzin. *defens.* 24. *cap.* 4. *n.* 10. Odd. *cons.* 35. *n.* 2. *vol. pr.* Altimar. *ibid. num.* 208.

25 Terminus conventionalis prorogari potest à Principe. Castill. *disc.* 218. *lib.* 3. Card. De Luc. *de Fideic. dec.* 254. *n.* 14.

26 Supersessoria obtenta à signatura computatur in termino & ejus loco cedit. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 56.

27 Terminus præfigi solet ad transportandum acta post lapsum annum. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 37. *sub n.* 25. *&* 28.

28 Termini substantiales in proferenda declaratoria quando sint necessarii. Card. De Luc. *de Judic. d. disc.* 40. *n.* 94. *&* 99.

29 Sanatio terminorum quando concedatur in citatione ad sententiam vigore Constitutionis Innocentianæ. Card De Luc. *de Judic disc.* 34. *n.* 14.

30 Terminus decem dierum à Concilio Tridentino præfixus in *cap.* 18. *sess.* 24. quomodò sit computandus quoad vacationem Ecclesiæ. Fagnan. *in cap. cum sit ars n.* 41. *& seq. usq. ad n.* 48. *de ætat. et qualit. tom. pr.*

31 Termini habiles præsupponuntur, cum de una re disputatur. Fagnan. *in cap. Non est vobis n.* 34. *de Regul. tom.* 3.

32 Terminus ad quem, non in quo dispositio celebratur, debet considerari. Fagnan. *in cap. quanto n.* 5. *de Privil. tom.* 3.

33 Judex termino pendente ad disputandum super defensionibus, nihil innovare potest Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 4. *quæst.* 12. *num.* 14., ubi hoc limitat tribus modis. Et an termino pendente aliquid possit fieri a Judice Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 2. *n.* 216. *tom.* 2.

Terminus defensionibus debitus debet assignari, ut ab illius brevitate appellari possit Bellegrand. *loc. cit. tract.* 4. *quæst.* 16. *n.* 1.

Terminus datus ad defensam currit post repetitionem testium Fisci, & quæ forma Decreti Catol. Ant. De Luc. *in prax. criminal. pag.* 315.

In criminalibus dantur majores dilationes Reo, quàm Actori, secus in civilibus Crescin. ad Abecclef. *obser.* 54. *n.* 6. *&* 8. *part. pr.*

34 Terminus confinans disparatus est a confinato, & in illo non comprehenditur Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 27. *n.* 21. *vol.* 3. Idem non est cum terminato. Emerix jun. *dec.* 617. *n.* 8

35 Plura de terminis in materia appellationis, & nullitatum vide apud De Luc. Altimar. *de nullit.* Abecclef. & Crescin. & alios recentiores.

36 Plura de terminis in materia beneficiali vide apud Lott. De Luc. Piton. & alios modernos. De terminis in materia pensionum Tondut. De Luc. & alii.

§. TERTIUS. VI.

1 Tertius, vel tertia persona, quæ scivit litem inter alios peragi, & sententiam latam, à qua, vel non appellavit, vel appellare non potuit, non potest impedire ipsius sententiæ executionem in re petita possessa à reo convento; si verò agatur de exequendo in re petita à nemine possessa, sed vacanti, potest tertius executionem impedire, sicut quando agitur de exequendo non re petita, sed in alia, ut quando fuit actum actione personali, & posteà jure pignoris capitur fundus, in quo tertius interesse prætendit, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 56. *& seqq. per tot.* ubi etiam alios casus distinguit, & declarat, sicut Surd. *decis.* 335. *per tot. lib.* 2. vide latè Tusch. *litt. T. concl.* 85. *& seqq.* Ludovis. *decis. Perus.* 26. Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 517. *& seqq. ad* 136. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 297. *per tot. volum. pr.* Sanfelic. *decis.* 90. *num.* 10. *& seq. per tot.* Costa *de facti scient. et ignorant. distinct.* 57. *per tot. et de re integr. distinct.* 95. *per tot.* Vide Abecclef. & Crescin. *obser.* 158. *et obser.* 159. *part. pr.*

Qualiter tertia persona, quæ nunquam fuit in judicio citata possit se opponendo executioni sententiæ illam impedire, Pract. Papp. *form. execut. sent. definit. glos. pr. num.* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 232. *num.* 7. *etc.* vide in *§. Executio num.* 28. latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de Pragmat. super Bulla de censibus quæst.* 2. *per tot. fol.* 269. *et seqq.* ubi plura an, & quando tertius possit se opponere executioni, quæ fieret pro censibus vigore dictæ Bullæ, Costa *d. distinct.* 57. *per tot. distinct.* 95. vide Salgad. *part.* 2. *de retent. cap.* 34. *à num.* 51. *et part. pr.* Labyr. *cap.* 16. *à num.* 22. Carleval. *de Judic. tit. disp.* 12. *et* 13.

Dato quòd admittatur, an procedat postquam fuit pronunciatum super executione, & concessum mandatum de exequendo, vide Magon. *decis. Flor.* 104. *num.* 27. ubi dicit semper admitti ante consumatam executionem, vide Ridolphin. & alios supracitatos.

Quòd tertia persona possit impedire executionem sententiæ docto saltem semiplenè, vel per juramentum de suo interesse postea plenè probando lite contestata, & præferatur, quatenus habeat meliora jura, maximè quando non fuit actum ad rem particularem, sed judicio universali, vel actione personali, & quando per cautionem repellatur, nec possit impedire executionem, *juxta l. is, à quo* 57. *ff. de re jud.* latè Gratian. *discept. for. cap.* 439. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 50. *etc.* ubi novem casus distinguit, & declarat Surd. *decis.* 335 *per tot. lib.* 2. Hodiern. ad Surd. *loc. allegat.*

Qualiter tertius se opponens alieni actui debeat probare de suo interesse, Tusch. *litt. T. conclus.* 82. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 504. *per tot.* obi quòd pro sola admissione ad causam interesse non requirit probationem omninò certam, & concludentem, sed sufficit de eo apparenter docere, etiam non citata parte ad dicendum contra; si verò deducatur interesse ad effectum retardandi executionem, & ipse tertius non possideat, nil refert an possessio sit penes unum, vel alterum, & non admittitur, nisi velit admitti sine retardatione processus *et decis.* 602. *et* 715. *dict. part.* 18. ubi quòd admisso pro suo interesse non obstat transactio inter primos litigantes ficta. Catol. Ant. De Luc. *in prax. judic. cap.* 43. *n.* 8., ubi plura alia. Crescin. ad Pen. *decis.* 23. ubi pariter alia plura.

Tertius pendente lite inter alios super aliqua re 2
per actorem petita, & à reo possessa, si eamdem rem petat comparendo in judicio non potest impedire executionem sententiæ ad favorem alterius latæ in dicta re petita, si ea parte sua nondum sit lis finita, & decisa, sed ei succurritur per cautionem præstandam ab actore, qui priùs obtinuit sententiam de restituenda re ipsi tertio petenti, casu quo illum obtinere contingat, Bart. *in leg. à Divo Pio §. Si super rebus n.* 3. & ibi Jas. *num.* 17. *ff. de re jud.* Mysinger *observ.* 73. *cent.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 61. Franch. *decis.* 261. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 68. *lib. pr.* Vide Abecclef. & Crescin. *dict. obser.* 159. *part. pr.*

Quòd tertius veniens ad causam post latas sententias non impediat ulteriorem processum, & executionem inter primos collitigantes, sive veniat ad unius partis defensionem, sive ex jure diverso, & proprio super re, & bonis à se non possessis, quia primo casu non habet majus privilegium, quàm primus collitigans quem defendere intendit; secundò, autem nullum ei fit præjudicium per executionem, Covar. *pract. quæst. cap.* 14. *num.* 3. *& seqq.* Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 357. *num.* 7. *&* 8. cum aliis per Bich. *decis.* 24. *num.* 6. *&* 7. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 53. *num.* 5. *& per tot. & part* 16. *decis.* 109. *nu.* 7. *& seqq.* ubi quòd tertius veniens ad exclusionem utriusque collitigantis non facit acta sua.

Tertius potest impedire executionem sententiæ ap- 3
pellando ab illa propter suum interesse, si de illo doceat summariè intra tempus ad appellandum constitutum, etiam si essent tres sententiæ conformes, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 18. *num.* 50. *&c.* Magon. *dec. Flor.* 100. *num. pr.* Gratian. *decis.* 149. Surd. *decis.* 335. *lib.* 2. vide *in §. Appellatio num.* 18. *&c.* Ricc. *Collect.* 1354. ubi pluribus modis limitat, Palma *cons.* 99. *nu. pr. & seqq.*

An

An tertius pro suo interesse possit sequi causam appellationis ab alio interpositæ, ac alia de tertio eppellente, Fontanell. *decis.* 143. & 144. *per tot.*

Et plura de tertio, qui prætextu dominii potest impedire executionem sententiæ, qnamvis non sit possessor, vel virtute clausulæ constituti, vel reservatione ususfructus, Alvarez Pegas. *resol. for. cap.* 5. & 6. *per tot.* Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 16. *per tot.*

De tertio veniente ad causam pro suo interesse admittendo, & quid facere possit, vel non, Bertachin. *Repert. verb. Tertius*, Cancer. *ubi supra*, Joseph Felin. *Margar. var. conclus. verb. Tertius*, Thoro *Compend. decis. Neap. part. pr.* & 2. *eod. verb.* ubi etiam de tertio possessore, de quo dixi ego *in §. Possessor*, Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *verb. Tertius fol.* 714. &c. ubi indicat plures quæstiones, & DD. illa tractantes circa tertios oppositores, an possint ex eorum personis declinare forum, & hujusmodi, ac de tertiis possessoribus an possint executivè conveniti, &c. prout facit Castejon. *jam citatus in verb. Tertius*, &c. De Tertio veniente ad causam latissimè Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæst.* 3. *per tot. tom. pr.* ubi ferè de omnibus contentis in hoc §., ubi citat alios Doctores modernos, & latissimè etiam Schettin. *de tert. venient. ad caus.* Pen. & Crescin. *decis.* 23. 29. 120. & 191.

Tertius veniens ad causam ex proprio jure, & ap-
4 pellans à sententia contra alium lata, facit omnia acta sua, perindè ac si ipso citato facta fuissent, & ideò non potest dicere de nullitate sententiæ ex defectu citationis sui ipsius, licèt secus sit si novam causam instituet, quia tunc non facit acta sua, & sententia illum non afficit; nam si iste tertius proprium interesse prætendens non possidet, sed possessio est plena penes alium, sufficit possessorem citari, & jus tertii non læditur, cùm semper venire possit ex jure proprio contra possessorem, & nihil sua intersit an contra unum, vel contra alterum agat, ideòque immissionem impedire non potest contra præsentem possessorem, plenè Rot. *in Senogallien. bonorum* 30. *Maji* 1644. 15. *Maji* 1645. coram Cerro penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 85. & 86. *per tot.* & *part.* 9. *recent. decis.* 288. & 346. *num. pr.* &c. vide *in §. Appellatio num.* 18. Addit. ad Gregor. *decis.* 259. & *decis.* 303. *num.* 3. facit Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 503. *num.* 4. & 5. & *p.* 18. *dec.* 504 *per tot. dec.* 602. & 715. ubi quando faciat acta sua, & an ei præjudicet transactio inter primos litigantes inita. Addo De Luc. *de Decim. disc.* 6. n. 7. *de Judic. disc.* 17. *à num.* 4. Vide Schettin. *loc. cit.* Pen. & Crescin. *dict. dec.* 23. 29 120. & 191.

5 Tertius veniens ad causam, & judiciũ inchoatũ inter alios, ut ei pro suo interesse assistat, & alterũ ea cõtẽdẽtibus adjuvet, debet admitti, si statim, & ante omnia doceat sũmariè de suo interesse, & judiciũ suscipiat in terminis in quibus reperitur careat dolo, & malitia, nec veniat ad protelandum judicium, vel sententiam, & sit habilis, atque idoneus standi per se in judicio, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 19. & *seqq. ad* 50. vide *in §. Nullitas* n. latè Tusch. *litt. T. concl.* 83. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 4. n. 91. & *seqq. ad* 136. Ludovic. *dec. Perus.* 26. *per tot.* Ricc. *Collect.* 106. 986. 2936. 3583. 3714. Rot. *p.* 9. *rec. dec.* 441. *num.* 4. &c. Sanfelic. *dec.* 90. n. 10. & *seqq.* vide De Luc. *d. disc.* 17. in *princ.* Jacob. Emeria *dec.* 1074. & 1079. n. 2. Schettin. *loc. cit.* Pen. & Crescin. *ubi supra*.

An, & quando tertius comparens in judicio pro suo jure, & interesse ad effectum impediendi alterum, qui judicium, & causam inchoavit, ne ipsam causam agat, vel defendat, & ne rem petitam consequatur, sit admittendus, vel non, idem Menoch. *d. cas.* 18. *n.* 2. & *seqq. ad* 18. ubi sex casus constituit, & declarat, vide Ridolphin. *loc. cit.* ubi latè de hac materia an, & quando tertius veniens ad causam, sive pro suo interesse, sive ad coadjuvandum alterum ex litigantibus, sit admittendus, & in quibus terminis, & an possit executionem impedire, & alia. Vide Schettin. Pen. & Crescin. *ubi supra*.

Quid tertius, qui profitetur, velle de novo venire ex jure suo principaliter diverso à jure colligantium, non possit impedire processum jam inter alios inchoatum quando sua non interest, & alie adrem, Ludovis. *dec.* 396. *per tot.*

Tertius non videtur admissus ad causam quamvis fuerit citatus, si sua putaverit interesse, nisi aliundè doceat de interesse, quod est probandũ citata parte, etiã aliter de gestis notitiam habente, nisi esset in actis aliquid productum realiter, ex quo verè constaret de interesse, quia tunc non esset necessaria alia citatio, Gratian. *discept. for. cap.* 1000. n. 12. &c. Menoch. *d. cas.* 18. n. 30. &c. 6

De tertio admittendo ad causam propter suum interesse, etiam coram judice delegato, idem Grat. *cap.* 510. n. 30. &c

Admittitur tamen in terminis, & statu quo causa reperitur, & videtur ratificasse omnia gesta, Grat. *cap.* 850. n. 13. *cap.* 872. n. 25. Altograd. *cons.* 6. n. 97. *lib.* 2. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 259. & 303. Menoch. *d. cas.* 18. n. 35. & *seqq.* ubi propterea infert non posse declinare forum, posse tamen allegare judicem suspectum ex sua persona, & si sit Clericus, vel minor etiam declinare forum, vel petere restitutionem, non opus habere producere novum libellum, vel nova instrumenta, nec litem contestari, nec petendo compromissum impedire posse executionem, & alia, ut ibi per eum, vide Franch. *dec.* 261. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 269. *num.* 2. & *seqq. vol.* 1. ubi quando possit declinare forum, vel non, Ricc. *Collect.* 2284. ubi quòd imò non potest allegare exceptiones declinatorias, aut dilatorias, etiamsi sit Clericus, vel miserabilis persona, quod probat etiam Sanfelic. *dec.* 90. *num.* 23. & 24. Hieron. Gala *tract. de restit. in integr. denegan. qu.* 26. *n.* 1. & *seqq. per tot.* ubi benè distinguit, & facit ad rem *quæst.* 27. 28. & 29. ubi an possit recusare judicem, ut suspectum, &c. De Luc. *de Judic. d. disc.* 17. Jacob. Emerix. *dec.* 261. n. 1. *dec.* 1258. *n.* 6. & *dec.* 1190. *n.* 10. ubi veniens ad causam impugnando non facit acta sua. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 43. Pen. & Crescin. *loc. sup. cit.*

Quòd non admittatur nisi docto de interesse, Grat. *discept. for. cap.* 869. n. 24. &c. *cap.* 1000. n. 10. &c. Menoch. *d. cas.* 18. n. 27. &c. ubi limitat non esse necessarium doceri, de hujusmodi interesse in tribus casibus, nempè quando ille tertius fuit à reo convento nominatus vel citatus in causa, non tamen cum clausula *si sua putet interesse*, sed simpliciter, vel quando sumus in causa respiciente publicam utilitatem, vide De Luc. *de Judic. disc.* 17. Pen. & Crescin. *dec.* 23. *dec.* 29. *dec.* 120. & *dec.* 191.

Tertius potest impedire executionem obligationis Cameralis, dummodò doceat de suo bono jure, & aperta, nullamque exceptionem admittente, vel habeat instrumentum cum clausula constituti, & sic possit uti retentione, Gratian. *discept. for. cap.* 1000. nn. 1. &c. ubi loquitur de uxore veniente ad defensionem bonorum viri pro suis dotibus contra creditores illius, vide in §. *Uxor* n. 7

Quòd tertius possit, ut supra veniens ad causam impedire executionem intellige quando possidet, aliàs si non possideat non potest impedire, quamvis non adesset obligatio Cameralis, tantò minus quando illa adest, idem Gratian. *d. cap.* 1000. *n.* 7. &c. vide Menoch. *de arbitr. cas.* 18. n. 64. & *seqq.*

Qualiter tertius possit impedire restitutionem spolii, docendo incontinenti de bono, & claro jure suo, Rot. *p.* 2. *div. dec.* 201. & 2705. *per tot.*

Tertius electus in casu discordiæ aliorum æstimatorum, etiam si ipse discordaverit ab aliis, valet æstimatio, si postea primi electi simul concordaverint spreto tertio, quia per electionem tertii non est revocata facultas primis data, ut benè probat Cabal. *cons. dec.* 20 *per tot. lib.* 2. vide in §. *Periti n.* 8. & *seqq.*, & quid agendum tribus omnibus discordantibus Cyriac. *controv.* 159. 8

Qualiter autem tertius electus in casu discordiæ duorum arbitrorum, non constito prius de discordia, non possit suum interponere arbitrium, & si laudaverit sit nullum laudum ex defectu jurisdictionis, Burat. *dec.* 29. n. 9. cum aliis per Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 389. *n.* 5. & *dec.* 390. *n.* 5. dixi in §. *Laudum*

dum num. 59. & §. *Arbiter num.* 5.

49 Plura de tertio possessore, & de tertio opposito- re remissivè Ægid. de Castejon. *Alphab. jurid. verb. Tertius possessor, & oppositor.*

50 Plura alia de Tertio ad diversos effectus Card. De Luc. Altimar. Rocc. Calderon. Rube. Pallegrin. Carol. Ant. De Luc. Abecclef. & Crescin. Antald. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

51 Plura alia de Tertiariis vide apud Fagnan. *sup. Decr. in Indic. verb. Tertiarii.* De Luc. Mantiss. ad eumdem.

52 Principi exprimendum est præjudicium, quod tertio infert gratia, & de ratione Piton. *de Jurepatr. alleg.* 47. *n.* 10. *tom.* 1.

53 Tertius possessor fundi censuati non valet reportare cessionem translativam. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæst.* 12. *n.* 30. *in fin.* Capyc. Latt. *dec.* 26. *n.* 20. & *seq.* & *n.* 28. *cum seq.* Ansald. *dec.* 42. *n.* 8. *part.* 1.

54 Tertius pendente lite inter duos super hæreditate non prohibetur petere ab eadem hæreditate, quod sibi debetur Tundut. *de prævent. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 8. *cum duob. seq.* Valeron. *de Transact. tit.* 5. *qu.* 8. *n.* 30. *vers. quia tamen.* Ansald. *dec.* 49. *num.* 1. *part.* 1.

55 Tertius an det de attentatis, & an ista ipsum afficiant. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 18. *n.* 56.

56 Confessio tertii quando tendat in alterius præjudicium. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 23. *nu.* 25.

57 Tertius executionem quando valeat impedire cum cautela Angeli. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 19. ubi plenè; ubi impediat debet esse possessor titulo translativo dominii, non autem ubi possideat jure crediti, vel pignoris. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 42. *n.* 7. *disc.* 40. *sub n.* 19. *vers. In ista itaque.* Fallit ubi valor bonorum creditum anterius possessoris non superaret. Card. De Luc. *d. disc.* 42. *n.* 7.

58 Tertius non potest explicare ea, quæ latent in animo. Text. in *l. qui autem ff. quæ in fraud. cred.* Card. De Luc. *de Empb. disc.* 36. *n.* 14.

59 Tertius possessor quando dicatur legitimus contradictor fideicommissario actori. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 271. *n.* 22.

60 Tertius Remedio *l.* 2. *C. de resc. Vend.* an conveniri valeat Card. De Luc. *de Empt. disc.* 25. *per tot.* & *disc.* 54. *n.* 4. & *seqq.*

61 Tertius juramento in litem non subjacet. Farinac. *in Fragment. part.* 2. *verbo juramentum in litem n.* 1056. *in fin. vers.* & *in tantum &c.* Leotard. *de usur. quæst.* 77. *num.* 27. *in fin.* Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 8. *n.* 11.

62 Tertius non potest molestari à Creditore, qui fuit negligens contra principalem debitorem. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 161 *n.* 4.

63 Tertius possessor non potest per interpellationem constitui in mora pro debito ad quod de proprio non tenebatur. Caprar. *dec.* 370. *n* 5. *part.* 1.

64 Tertius an comprehensus sit in statuto dante executionem instrumento. Ruin. *cons.* 209. *n.* 21. *lib.* 1. Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 4. *n.* 845. & *seq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 4. *quæst.* 4. *n.* 6. *tom.* 1.

Tertius an comprehendatur *in prag. de apocis banci.* Altimar. *de Nullit. d. rub.* 4. *qu.* 4. *num.* 14. & an *in prag.* 5. *de offic. S. R. C.* quo ad faciendum depositum ad dicendum de nullitate. Altimar. *loc. cit. n.* 15. & 20.

65 Tertius an possit Judicem recusare citatus, si sua putaverit interesse. Farinac. *quæst.* 99. *num.* 211. & *seq.* Altimar. *de nullit. d. rubr.* 4. *quæst.* 10. *nu.* 21. *d. tom.* 1.

66 Tertius an possit aliquid facere appellatione pendente. Scacc. *de appell. quæst.* 3. *n.* 62. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 45. *n.* 17. *tom.* 1.

67 Tertius quando teneatur de eo quòd amplius non possidet. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 122. *n.* 5. *de Regal. disc.* 129. *n.* 6.

68 Tertius possessor rei censitæ seu &c. cessante rei possessione remanet absolutus. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 8. *n.* 3. & 4. Sed intellige, ut per De Luc. *d. disc.* 8. *n.* 3. 4. & 5. & *disc.* 9. *n.* 3.

69 Actione personali quando conveniatur pro bonis in tertium obventis, & non extantibus. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 129. *nu.* 6. Et quid si extent, sed actu non habeat hypothecam, sed solam personalem. Card. De Luc. *de Don. disc.* 65. *ex n.* 5. *de Cred. disc.* 162. *ex n.* 2. Conveniri non potest super avocatione subsidiaria. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 129. *n.* 8. ubi declaratur.

Edictum *de iis quæ in fraudem &c.* quando intret contra tertium possessorem titulo singulari. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 156. *nu.* 55. *de Cred. disc.* 162. *per tot.* ubi plura. 70

Ex quibus remediis tertius molestari valeat ab eo, qui destitutus sit hypotheca, vel alia ratione reali. Card. De Luc. *de Don. disc.* 65. *ex nu.* 2. *de Cred. disc.* 162. *n.* 5. *de Alien. disc.* 40. *nu.* 4. & *seq. de Fideic. disc.* 270. *n.* 4. & 5. *de Judic. disc.* 40. *nu.* 20. *de Tutor. disc.* 8. *n.* 3. 71

Tertius an possit excipere de Jure tertii Emerix Jun. *dec.* 623. *n.* 1. *dec.* 726. *n.* 26. *dec.* 1300. *nu.* 3. *dec.* 751. *n.* 5. *dec.* 597. *n.* 7. 8. & 9. *dec.* 892. *nu.* 2. & 3. *dec.* 201. *n.* 10. & *dec.* 623. *num.* 2. Piton. *de Jurep. all.* 94. *n.* 14. & *all.* 100. *n.* 329. *tom.* 2. 72

Tertius an possit allegare nullitatem. De Luc. *de alien. disc.* 37. *n.* 5. Intellige ut *ibid. n.* 6. & 7. Palm. nep. *dec.* 81. *n.* 18. & 19. *tom.* 1. & *dec.* 102. *num.* 41. & 42. Plura Altimar. *de Nullit.* 73

Tertius non opponit de spretu in electione. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 30. *n.* 17. 74

Tertius non opponit de fideicommisso ordinato ad favorem alterius. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 66. *n.* 2. 75

Tertius non valet excipere de incapacitate ex capite forensitatis contra prohibitionem Statuti, cum hæc exceptio competat tantùm Cameræ Ducali, & Fisco Caprar. *dec.* 471. *n.* 6. *part.* 2. 76

Tertius possessor ad tuendam suam possessionem, allegare potest jura quæcunque principali debitori competentia. Caprar. *dec.* 362. *n.* 7. *part.* 1. 77

Tertius possessor valet ex persona gravatorum alienantium se tueri, & retentionem allegare ex capite detractionum. Caprar. *dec.* 532. *n.* 2. *part.* 2. 78

Nullitas actus proveniens ex defectu consensus Capituli, non potest allegari per tertium. Federic. de Sen. *cons.* 214. *n.* 5 *vers. Item* Piton. *de Jurep. all.* 70. *n.* 6. *tom.* 2. 79

Tertius præsumitur Dominus. Calderon. *resol.* 77. *n.* 56. *tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 678. 80

§. TESTAMENTUM. VII.

TEstamentum dicitur testatio mentis, & est voluntatis nostræ [id est perfecta, solemnis, & legitima] sententia de eo, quòd quis post mortem suam fieri velit, *l.* 1. ubi Bart. & alii, *ff. de test.* In genere sumptum substantialiter consistit tantùm in hæredis institutione, intelligendo de nuncupativo juxta text. *Instit. de testam. ordin. in princ.* ubi Oinot. & alii *d. l.* 1. *ff. eod.* Altograd. *cons.* 79. *n.* 23. *lib.* 1. Paul. Christin. *dec.* 5. *n* 2. &c. vol. 4. & *ad leg. Municip. tit.* 17. *in princip.* & *art.* 1. &c. ubi plura de testamentis, latè explicat, & defendit Vasq. *tract. de success. part.* 1. *in præfat. nu.* 26. & *seqq.* Tusch. *litt. T. conclus.* 90. ubi etiam quod est favorabile, Clar. §. *Testamentum in princip.* Covar. *in Rub. de test.* Fagundez. *de just.* & *contract. lib.* 6. *cap.* 1. & alii Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *art.* 1. *fol.* 447. Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 1. *fol.* 334. Nicoli. *instit. tit. cit. de testam. ordin. num.* 1. Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 565. *num.* 22. Layman. *in Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 1. *tom.* 1. *fol.* 363. Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 1. *n.* 170. *cap.* 19. *n.* 18. 1

Quòd non valeat sine institutione hæredis, & quando secus, idem Tusch. *litt. T. concl.* 125. *per tot.*

Testamentum de sui origine est de jure gentium, solemnitate verò, & forma dicitur de jure civili inventum, Jas. *l. ex hoc jure n.* 46. *ff. de just.* & *jur.* sed de hac quæstione plenè Vasquez *d. tract.* §. 2. *per tot.* ubi refert plures opiniones ad invicem pugnantes, Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 1. *art.* 1. 2

3 *per tot.* ubi quatuor casus distinguit, & an Princeps possit

possit testantium voluntatibus derogare, de quo etiam Vasquez *loc. cit. num.* 10. *& per tot.* Tusch. *litt. T. conclus.* 91. *&* 92. *per tot.* Paul. Christin. *ad l. Municip. tit.* 17. *a.* 1. *&c.* vide De Luc. *de testam. disc.* 72. *n.* 12. *disc.* 14. *n.* 16. *de fideicom. disc.* 141. *num.* 28. *&* 36. Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 1. *n.* 174.

A quibus, & ex quibus causis possit testamenti factio tolli, sive restringi, vel non, & qui possint aliquem testabilem, vel intestabilem facere, cùm alias regulariter sit libera unicuique testamenti factio, Tusch. *litt. T. conclus.* 93. *&* 94. *per tot. infr. num.* 13.

3 Testamentum non præsumitur confectum, sed ab allegante est probandum, & ostendendum, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 1. *per tot.* plenè Mascard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1352. *per tot.* ubi etiam quomodo probetur Altograd. *cons.* 69. *nu.* 26. *&c. lib.* 1. Tusch. *litt. T. conclus.* 98. *cum pluribus seqq.* ubi qualiter, & quibus modis probetur Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 534, quod non sit factum probatur ex protocollis Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 4. *n.* 18. *tom.* 2.

Probato autem testamento, & sic causa testati cessat causa intestati, qualiter, & quando secus, Tusch. *litt. T. concl.* 95. *per tot.* Episc. Rocc. *c.* 36. *n.* 1. *lib.* 1.

Et quòd testamentum, solemne, ac validum præsumatur, Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1353. *per tot.*

4 Testamentum (omissis speciebus, quæ olim apud antiquos fuerunt in usu) aliud est militare, quòd fit per milites dum in castris, & expeditione degunt, & istud non requirit solemnitates juris, sed quocumque modo factum valeat, dummodò constet de voluntate, ut latè explicant Cabal. *resol. crim. cas.* 294. *n.* 348. *& seqq.* Oinot. & alii *Institut. de milit. testamen.* Vasqu. *de successf. lib.* 3. *§.* 24. *per tot.* Cabed. *decis.* 126. *part.* 1. & alibi sæpè Clar. §. *Testamentum quæst.* 15. *&* 16. *DD. in ff. & C. de milit. testament.* Tusch. *litt. T. conclus.* 119. *per tot.* Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *resol.* 43. *& seqq. per tot.* ubi plura notabilia testamentis militum Capell. Tholos. *dec.* 41. Christ. *dec. Belg.* 109. *vol.* 1. ubi de testamento validè jure militari facto à milite existente in præsidio pro defensione Civitatis, vel Castri, *& decis.* 3. *vol.* 4. vide *in* §. *Militia n.* 2. *&c.* Christin. *dec.* 149. *nu.* 24. *& seqq. vol.* 5. Merlin. *dec.* 806. *n.* 3. *&c. decis.* 862. ubi de testamento facto à scriba militum, vel alio inserviente, Rot. *p.* 9. *rec. dec* 177. *nu.* 11. *& seqq.* ubi contra, plenè Rot. cum pluribus citatis *part.* 12. *rec. decis.* 150. *per tot.* Addo Nicoli. *loc. cit.* Plura alia circa testamentum militare De Luc. *in Indic. gener.* Mantiss. ad eumdem De Luc. *lib.* 9. *dec.* 35. *dec.* 36. *& dec.* 37. *vol.* 3.

Aliud Paganicum, quod fit domi extra militiam per quoscumque, & istud subdividitur in solemne vel in scriptis, & nuncupativum, Oinot. & alii *Instit. de testam. ordinand.* Vasquez. *de successf. lib.* 1. §. 2. *num.* 1. *&c.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 5. *& seqq. vol.* 4. Tusch. *litt. T. concl.* 97. *per tot.* ubi etiam an in dubio præsumatur solemne, sive nuncupativum, & quòd nuncupativum aliud est explicitè, quando publicatur coram testibus, aliud implicitè, quando non publicatur, sed fit secretè cum subscriptione testium, & traditur Notario cum rogitu à tergo, quòd illud est testamentum talis, nam ex illo rogitu assumit vim testamenti nuncupativi constito de identitate scripturæ *infr. n.* 6. *& seqq. & nu.* 36. *& seqq.* latè Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 136. *per tot. infra nu.* 38. vid. Nicoli. *ubi suprà.*

De his duabus speciebus testamenti nempè solemnis, & nuncupativi plura tradit Antunez. Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 16. *per tot.*

De octo speciebus ultimarum voluntatum, nempè in scriptis, nuncupativo, codicillis, inter liberos, militari, rusticano, donatione causa mortis, & per epistolam, Guid. Papp. *dec.* 543.

5 Testamentum solemne, sive in scriptis dicitur quando testator suam ultimam voluntatem, per scripturam exprimit, adhibitis testibus, qui hujusmodi scripturæ subscribant, & sigilla apponant, licèt ut illius tenorem sciant, non sit necesse; requirit autem plures solemnitates; primò, ut testator habeat testamenti factionem activam; secundò, ut expressis verbis instituat hæredem, tertiò ut voluntatem suam redigat in scriptis; quartò, adhibeat septem testes, vel octo si ipse nesciat scribere; quintò, ostendat illam scripturam testibus, & dicat in ea suam ultimam contineri voluntatem, sive esse suum testamentum; sextò, quòd dicti testes sint ad hoc specialiter rogati, nec casu advenerint; septimò, ut dicti testes sint liberi homines, masculi, & puberes; octavò, ut singuli se subscribant, faciendo etiam mentionem de aliis; nonò, propriis annulis, vel sigillis subsignent, sive alienis si proprios non habeant; decimò, ut sint omnes in præsentia testatoris & illum videant; undecimò, debet ipse etiam testator subscribere si sciat litteras, alias autem adhibere, octavum testem, qui pro eo scribat, vel subscribat; duodecimo, & hæc omnia (excepta scriptura testamenti, quæ potest diù ante, cum deliberatione fieri) expediantur unico contextu, in eodem loco, & tempore, ut colligitur ex *l. hac consultissima*, ubi *gloss. & DD. Cod. de test.* Oinot. & aliis *Instit. de testam. ordinand.* plenè ad saturitatem Vasquez *de successf. lib.* 2. *per tot.* ubi enumerat, & declarat usque ad quadraginta duo requisita, *& lib.* 3. *per tot.* limitat, & declarat illa cessare in triginta quatuor casibus, Cardin. Tusch. *litt. T. concl.* 111. Altograd. *cons.* 58. *per tot. lib.* 2. Mart. Medic. *Exam.* 38. *per tot. cum Addit. infr. n.* 36. *etc.* Paul. Christ. *dec.* 6. *vol.* 4. Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testament.* §. 3. *per tot. fol.* 336. Nicoli. *loc. cit.* Layman. *d. cap.* 1. *nu.* 3.

Formam dicti testamenti solemnis, & qualiter mortuo testatore sit aperiendum, & publicandum, vide per Oinot. *loc. cit.* Roland. *in summ. de test. rub.* 61. Fulgos. *cons.* 65. Rot. *part.* 5. *rec. dec.* 96. *n.* 9. *et part.* 9. *dec.* 136. *n.* 32. *etc.* Nicoli. *dict. Instit. tit. de testam. ordin. num.* 11. Vide Rocc. Episc. *cap.* 39. *n.* 21. *lib.* 1.

In quibus differant testamentum nuncupativum, & in scriptis, Tusch. *litt. T. concl.* 121. *per tot.*

Testamentum nuncupativum, & sine scriptis dicitur quando testator coram septem testibus specialiter ad id rogatis suam ultimam voluntatem exponit, & declarat, ac hæredem palam coram omnibus testibus audientibus nominat; differt à solemni, quia non requirit scripturam, nec alias solemnitates, sed tantùm legitimum numerum testium, nempè septem regulariter, & habiles, ut supra dictum est, & potest duobus modis fieri, scilicet sine aliqua scriptura, ut quando testator non adhibito notario simpliciter suam voluntatem exprimit coram septem testibus, qui postea quandocumque de illa deponant, & illorum examen coram Judice, & apud acta registretur ad perpetuam memoriam, vel cum scriptura adhibito notario, qui roget instrumentum de dicta voluntate, ut supra coram eo, & testibus declarata, sicuti hodie frequenter fieri solet, Plat. Oinot. & alii in §. *fin. Instit. de testament. ordin.* Jas. & alii *in l. publicati C. de testament.* glos. & Bart. alii *in l.* 2. *in princip. ff. quemad. testamen. aper.* Paul. Christin. *decis.* 6. *nu.* 2. *etc. volum.* 4. *et decis.* 39. *n.* 46. *et seqq. vol.* 6. Gabr. Vasquez. *Opusc. moral. tract. de testam.* §. 4. *per tot. fol.* 338. Nicoli. *loc. cit.* Layman. *dict. cap. pr. n.* 3. Rocc. Episc. *cap.* 40. *num.* 3. 6

Quòd testamentum probari possit pluribus modis, & qualiter quando requirat septem testes, vel sufficiant duo, & alia, latè Tusch. *litt. T, conclus.* 99. *et seqq. infr. num.* 21.

Qualiter probetur testamentum fuisse conditum, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 136. *per tot. et part.* 12. *decis.* 327. *per tot.* ubi plura de testamento sine scriptis, qualiter possit probari per testes, & quomodo deponere debeant de tenore, & perfectione voluntatis, nec sufficiat dispositio, & voluntas testandi ad actum perfectionis non perducta, & eadem Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 177. *nu.* 4. *et seqq.* Rocc. Episc. *cap.* 40. *n.* 4. *et* 5.

Formam testamenti nuncupativi ponit Oinot. *loc. cit.* Roland. *in sum. rubr.* 62. *de testam.*

De

Digitized by Google

De materia testamenti nuncupativi, an, & quando possit per testes probari, qualitar deponere debeant per formalia verba, asse omni axceptione majoret, qood testamenti scriptura copiata, & postea nootelecta non probet, & quare, quòd non subsiineatur quando tastator nihil fuit alloquutus coràm testibus, licèt coram illis, & coram testatore fuerit à notario lectum testamentum, & da eo factum instrumentum, ac alia plota ootabilia Mart. Medic. *Exum.* 58. *& decis.* 95. 96. *& 97. per tot. cum Addit.*

Qualiter omnia testamenta debeant publicari, quando dicantur publicata, an probent ante publicationem, & alia, latè Tusch. *litt. T. conclus.* 109. *& seqq.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 136. *num.* 38. *et seqq.* ubi quando non opus sit publicatione.

7 Testamentum nuncnpativum qoalitar possit condi in tribus, vel pluribus verbis, & ita absque ulla scriptura probari per testes citatis interesse habentibus, & postea publicari à Judice tales attestationes in vim testamenti, per qnòd remaneat revocatum etiam aliud præcedens testamentum, Altograd. *cons.* 55. *num.* 35. *& seqq. per tot. lib. pr.* ubi etiam an sint citandi legatarii primi testamenti, vel sufficiat citari hærades.

Et ao sit citaodi substituti, Mart. Medic. *dec.* 95. *num.* 35. *&c.*

Quòd sit validum testamentum nuncupativum implicitè per relationem ad schedulam etiam non scriptam, nequa subscriptam manu testatoris, dummodò proferantur verba omninò dispositiva, & non simpliciter assertiva, tradatur notario propriis manibus tastatoris, & alia pro nullitate hujusmodi testamenti, & legati in eo relicti, Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 467. *per tot. part.* 15. *decis.* 72. *in eadem causa, & part.* 17. *decis.* 148. *&* 149. *per tot.* ubi pro nullitate ax quo non constabat de identitate scripturæ, & foliorum, nisi per solam notarii assertionem, quæ non sufficit in hae mareria adeò gravi, & periculosa, *infr. nu.* 36. *&c.* Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis. pr. decis.* 3. *vol. pr.* Roec. Episc. *cap.* 38. *cap.* 39. *& cap.* 40. Ansald. *decis.* 22. *&* 29. Emerix jun. *decis.* 514. *decis.* 1032. *decis.* 562. *decis.* 1023. *nu.* 3. *& decis.* 1125. *nu.* 17. Captar. *decis.* 298. *decis.* 329. *et decis.* 419.

8 Testamentum nuncupativum factum oretanus coram testibus, si de illo non sit factum instrumentum, nec alia scriptura viribus subsistens, potest, & debet testibus probari, quo casu cùm tota substantia, & probatio testamenti dependat à testium depositione, debent testes citatis citandis examinari, & deponera de auditiona nominis hæredis ore proprio à tastatore instituti, & de toto testamenti tenore, ac illorum examen sic in scripturam redactum, & per interloeutoriam Judieis approbatum dicitur testamentum, ac vim obtinet testamenti juxta *l. publicati C. de testam.* ubi latè Bald. & aliis communiter, ut benè declarat Altograd. *d. cons.* 50. *n.* 2. *et seqq. lib.* 1. ubi quòd istud propriè dicitur testamentum nuncupativum, quod si ad faciliorem probationem redigatur in publicum instrumentū, prout passim est hodie consuetudine receptum, tune propriis nititur viribus, ac plenam facit fidem absque aliquo testium examine, & qui vult asserere contrarium ejus, quod reperitur in eo scriptum, non potest allegare quòd testamentum debeat probari per testea, sed debet recurrere ad materiam reprobationis instrumenti, nam ubi de testamento fuit confectum instrumentum, illud certè probat actum, testium præsentiam, ae illorum intelligentiam, quæ præsumptivè oritur ex præsentia, nisi probetur tale quid, quòd illorum incapacitatem ostendat, ut benè discurrit Altograd. *cons. cit. num.* 7. *& seqq. ad* 50. ubi multis allegar, & objectis respondet, ac ita fuit judicatum in illa causa per Rot. *Roman. in Regien. hæredit. Mercurii* 27. *Februarii* 1636. *& Ven.* 24. *Aprilis* 1637. coram Coccino Decano, quæ duæ decisiones habentur apud Altograd. *consil.* 100. *lib.* 1.

Plura de testamento nuncupativo, quòd in Cathalonia, & alibi sacramentale appellatur, quale sit, & alia latè Fontanel. *dec.* 576. *cum pluribus & seqq.*

De testamento nuncupativo per schedulam secretam Notario coram testibus consignatum, probata illius identitate, & quomodo, Anton. Gob. *Consult.* 4. *per tot.* Andreol. *contr.* 103. *et* 346. *per tot.*

Quòd ad corroborationem, vel comprobationem testamenti nuncupativi plurimum etiam valeant depositiones aliorum testium in eo non descriptorum, Altograd. *cons.* 72. *n.* 14. *etc. lib.* 1. Reliqua de testamento nuncupativo, vida *inf. n.* 36. *et seqq.*

Quòd instrumentum testamanti non reprobetur per dubiam, & æquivocam probationem, sed omninò claræ, & concludentes probationes requirantur, idem Altograd. *cons.* 50. *n.* 65. *et seqq. lib.* 1.

Et qualiter tastes deponere debeant ad reprobationem instrumenti, vide in §. *Testis num.*

Testamentum in sui facie, & apparantia non vitiatum, non abolitum, neque cancellatum facit assa locum ad favorem hæredis in eo descripti summariæ immissioni in possessionem bonorum hæreditariorum ex remedio *l. fin. C de edict. D. Adrian. toll.* nec impeditur per nullitatem oppositam, nisi incontinanti de illa appareat, Altograd. *cons.* 74. *nu.* 35. *et seqq. lib. pr. vide in §. Hæres num.* *et in §. Remedium num.* 22. *et seqq.* Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 16. *per tot.* plenissimè Argel. *tract. de acquir. possess. ex remed. d. l. fin per tot.* Manoch. *tract. de adipisc. possess. remed.* 4. *per tot.* Ridolph. *in prax. p.* 2. *cap.* 8. *per tot.* Rota *part.* 13. *recent. decis.* 8. ubi tamen fuit revocata immissio in partibus concessa, stante delirio, & phrænesi testatoris cum assidua mentis alienatione tempore conditi testamenti, cùm ex numero testium, & adminiculis satis visum fuerit constare incontinenti de vitio, & nullitata ipsius testamenti, vide Decis. Sicul. imprassam intar opera Em. Card. De Luc. in ejus theatr. *n.* 13. *et* 14. Mantiss. ad ornatum ejusdem Card. De Luc. *libr.* 9. *decis.* 3. *n.* 5. *vol.* 3. 9

Ex quibus conjecturis redarguatur falsum, sive suspectum de falso ad effectum ne hæres ex eo mittatur in possessionem, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 525. *per tot.* & novissimè, ac plenè Francisc. Anton. Tranchedin. *Consult.* 105. *&* 106. *per tot.* ubi pro falsitate, sive suspicione, ut in judicio civili nullam mereatur fidem. Et quòd ubi testamentum arguitur dolosè factum, etiam ex conjecturis, & sic ex vitio non visibili, executionem non mereatur, Rot. *par.* 18. *recent. decis* 279. *num.* 6. vide Dec. Sicol. *loc. cit. ex num.* 412.

Testamenta duo, vel plura reperta ab eodem testatora confecta, quorum, vel ultimum, cùm fortè aodem die, vel hora sint confecta, & an invicem diversa, vel contraria se invicam confundunt, & neutrum illorum valeat; favora taman piæ causæ præsumeretur posterius, & valeret illud, in quo sit aliquid dispositum pro pia eausa, Jas. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Everard. *loc. à fisc. ad Eccles. vel pium causam num.* 7. Pract. Papp. *libell. hæred. ex test. glos.* 6. *n.* 3. *etc.* Magon. *decis. Luc.* 31. *nu.* 3. *cum Addit. et num.* 31. *etc.* Menoe. *libr.* 4. *præsumpt.* 13. *per tot.* ubi adducit quinque easus, quibus dignoscitur quale testamentum sit habendum pro ultimo, Argel. *de legit. contradict. quæst.* 2. *art. pr. et in Addit. num.* 45. Olea *de cess. jur. tit.* 8. *quæst.* 3. *nu.* 11. *etc.* Vivi. *comm. opin.* 378. *nu.* 12. *et seqq.* ubi etiam limitat si in uno adest ademptio, vel revocatio ad alterum, item favore venientium ab intestato, piæ causæ, & possessoris, quia in pari causa melior est conditio possessoris, vide Altimar. *de nullit. rub.* 1. *quæst.* 8. *n.* 166. *tom.* 3. Lara *de Anniversf. libr.* 2. *cap.* 10. *n.* 26. ubi de duobus codicillis. 10

Testamenta duorum vicissim se, suosque filios instituentium eodem loco, & tempore, ac in eadem membrana, an dicantur continere voluntatem captatoriam propter spem lucri, & per indirectum restringere facultatem testandi, & sic nulla, & invalida, & quòd possint revocari ab uno absque alterius consensu pro parte sua, non obstante quodlibet pacto, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 908. *per tot.* vide *in §. Conjuges nu.* 2. *etc.* Duran. *tractat. de condit. et mod. imposs. part.* 3. *c.* 5. *num.* 30. *etc.* ubi quòd hujusmodi testamenta sunt valida, vide Paul. Christin. *decis.* 12. *num. pr. et seqq. vol.* 4. *et decis.* 58. *volum.* 6. Fagnndez. *de just. et contract. lib.* 6. *cap. pr. nu.* 45. *et seqq.* 11

Digitized by Google

seqq. Peregr o. decis. 50. num. 2. et 7. ubi quoad revocationem refert contrarias opiniones. Hodiern. ad Surd. decis. 52. n. 2.

Si tamen sequatur mors simul, & eodem tempore dictorum sic testantium ex aliqua ruina, naufragio, vel pestilentia, hujusmodi testamenta efficiuntur caduca, & est locus successioni ab intestato, si non appareat quis eorum prius decesserit, cùm ad hoc ut valeant requiratur supervivenria unius, & scientia successionis sibi delatæ, ut possit illam ad suos hæredes transmittere, latè Altograd. d. cons. 69. per tot. lib. pr.

12 Testamentum dicitur continere voluntatem captatoriam, & est nullum quando confertur in alterius liberam, & expressam voluntatem, quasi tunc captus, & deceptus remaneat testator illo non volente, gloss. Bart. Castren. & alii communiter in l. captatorias, ff. de hæredib. instit. vide in §. Institutio n. 21. & §. Legatum num. Paul. Christin. decis. 12. n. 9. &c. vol. 4. Surd. cons. 380. n. 25. et seqq. Rot. part. 22. recent. decis. 170. n. 26. & part. 18. decis. 368. per tot. ubi tamen qualiter hæres vigore clausulæ codicillaris teneatur restituere hæreditatem venientibus ab intestato, & alia plura ad rem, & decis. 465. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, & part. 19. decis. 139. ubi quòd valet institutio facta de certo hærede pro persona ab eo nominanda, non autem de eo, quem Titius nominaverit, cùm tunc dicatur collata in arbitrium tertii, quod fieri non potest, et decis. 386. in eadem causa d. part. 19. Vide Hodiern. ad Surd. decis. 98.

Contrarium tamen nempè dicto modo conditum testamentum valere, & eam tantùm dici captatoriam voluntatem, & restringentem liberam facultatem testandi, quæ fit sub conditione pendente ex hæredis, vel legatarii testamento in futurum, ut si dixerit, qua ex parte Titius, me hæredem fecerit, ea ex parte hæres meus sit, latè Duran. tract. de condict. & mod. imposs. p. 3. c. 5. num. 4. & seqq. vide in §. Conditio num. 13. &c. Vide Hodiern. ad Surd. cit. decis. 98.

Quæ dicatur voluntas captatoria, & nulla, Surd. decis. 7. decis. 53. decis. 68. & decis. 98 per tot. Seraphin. decis. 359. & 363. per tot. Paul. Christin. decis. 12. num. 9. & seqq. vol. 4. Ricc. Collect. 593. Vasq. de success. §. 17. num 78. & seqq. Leoncil. decis. 56. latè Peregrin. de fideicomm. art. 33. nu. 51. & seqq. per tot. Gabriel. Vasquez Opusc. moral. tract. de testam. cap. 9. §. 2. dub. pr. & seqq. fol. 358. &c. ubi etiam an per legem, vel consuetudinem possit introduci captatoria voluntas in testamentis, & latè Carol. Marant. contr. part. 4. respons. 9. per tot. latè Hodiern. ad Surd. dict. decis. 53. decis. 68. decis. 98. & decis. 228.

Quòd testamentum, in quo instituo te hæredem, si tu me instituas, licèt sit captatorium, & nullum, tamen si tu invitatus per meam institutionem hæredem me instituas, valet hæc secunda institutio, Duran. d. cap. 5. num. 28. & seqq. part. 5. cap. pr. num. 20. &c. ubi reprobat Ruin. & alios facientes differentiam, quando captatoria voluntas fit per viam modi, quasi tunc valeat, quia indistinctè non valet, vide Surd. decis. 64. per tot. plenè Rot. part. 6. rec. decis. 350. num. 4. & seqq. & part. 11. decis. 23. num. 22. & seqq. ubi quòd tribus modis consideratur captatoria voluntas, & quando neutrum ex illis obstet validitati testamenti; & aliqua de voluntate captatoria, Fernand. de Escanno tract. de testam. cap. 20. & seqq. Fagundez. de just. & contract. lib. 6. cap. 13. num. 4. seqq.

13 Testamentum captatorium valet favore piæ causæ juxta communem opinionem, à qua in consulendo, & judicando non esse recedendum, licèt in puncto juris multa obstent, testatur Duran. d. tract. part. 3. c. 5. nu. 40. & seqq. ubi etiam n. 43. quòd potest consuetudine approbari secundum communem, licèt dicat sibi non placere, adde Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de pia caus. concl. 3. per tot. Calvin. de æquit. lib. pr. cap. 8. per tot. Vide Hodiern. ad Surd. decis. 98. et decis. 228.

Quòd valeat testamentum ad pias causas, item & legatum, etiamsi arbitrio alterius committatur, vel in liberam alterius voluntatem conferatur, Dian. par. 5. tract. 3. resol. 127. et part. 17 tract. 6. resol. 21.

Plura de testamento ad pias causas, quando dicatur tale, quæ solemnitates in eo sint remissæ, quid si institutio non sit de pia causa, sed tantùm legata, an valeat etiam quoad profana legata; qui possint testari ad pias causas, vel non, quot testes requirantur in hujusmodi testamento, quales admittantur, & alia, latè Dian. part. 7. tract. 6. resolut. pr. et seqq. ad 35. per tot. Vide Bertachin. vot. 96. num. 5. Layman. in Theol. Moral lib. 3. tract. 5. cap. 2. tom. pr. Castald. consult. 241. tom. 2.

Quænam autem dicantur relicta ad pias causas, singillatim enumerat Dian. loc. cit. resol. 30. et 31. per totam, Rot. par. 22. recent. decis. 150. n. 20. et seqq. ubi plura de testamento ad pias causas, vide in §. Scriptura num. 16. Rot. p. 12. rec. dec. 327. num. 12. et seqq.

An autem convalidetur per probationem illius, ad quem data nullitate commodum, aut lucrum spectat, disputat idem Duran. d. cap. 5. nu. 44. et seqq. ubi num. 48. concludit pro negativa ex Surd. dec. 53. per tot. Hodiern. ad Surd. loc. cit. Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 9. sect. 2. per tot. tom. 3.

Quod ex eisdem causis, quibus annullatur testamentum captatorium, ex eisdem quoque ademptio sit nulla, Duran. d. cap. 5. num. 54.

Quando ademptio dicatur in pœnam, captatoria, & nulla Surd. dec. 7. et 101. per tot.

Testamentum factum à vulnerato in domo amici ad instantiam Prætoris sequestrato, in quo reperiatur institutus ille amicus sui custos, non valet, nam præsumitur testator compulsus, vel paria sunt quod potuerit compelli, Boss. de carcer. num. 22. vide in §. Carceratus num. 10. Sanfelic. decis. 404. n. 9. et seqq. ubi benè declarat dictam Bossii doctrinam, pro qua facit Martha vot. Pis. 89. per tot. ubi quando sit nullum ob blanditias, & importunas preces, vel factum ad interrogationem alterius, vide in §. Testator n. 19. 14

Quòd valeat testamentum conditum à carcerato in carceribus, & in eo sint testes idonei, qui ibi reperiri, & adhiberi potuerunt, Altograd. cons. 55. nu. 56. lib. pr. Tusch. litt. T. concl. 133. n. pr. et seqq.

Quando autem, & qualiter testamentum præsumatur metu, vel dolo confectum, & ex hoc capite sit nullum, Menoch. libr. 4. præsumpt. 11. et 12. per tot. et de arbitr. cas. 395. nu. 36 Franch. decis. 180. ubi de testamento condito ab uxore in favorem viri, Urtil. ad Afflict. dec. 69. Card. Tusch. litt. T. concl. 133. num. pr. etc. Vasq. de success. lib. 2. §. 17. nu. 4. &c. Mantic. de conject. ult. volunt. libr. 2. tit. 9. per tot. Guaz. def. 6. cap. pr. n. 15. &c. Farinac. qu. 35. n. 40. & seqq. ubi quòd idem est in testamentis prout in contractibus, vide in §. Testator nu. 19. Rot. par. 14. recen. decis. 164. nu. 11. & seqq. ubi de testamento uxoris ad favorem viri nullo propter metum ex pluribus resultantem, Martha vot. Pis. 198. ubi de testamento facto à minore ad favorem sui curatoris, quando sit nullum ob dolum, & metum præsumptum, Rot. part. 17. recent. dec. 304. nu. 31. et seqq. ubi de nullitate testamenti ab infirmo conditi ob timorem ne in extremis desereretur, et decis. 392. nu. 21. & seqq. in eadem causa, & part. 18. decis. 279. n. 7. & seqq. in eadem causa, ubi in hoc capite fuerunt præcedentes decisiones confirmatæ, respondendo etiam prætensæ ratificationi ejusdem testamenti ex compromisso super eo facto, Addo Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 14. n. 535. tom. 3. & ibidem qu. 11. n. 76. & alibi Pen. & Add. decis. 259. Antuo. de Donat. Reg. tom. 2 part. 3. cap. 31.

Testamentum factum à masculo majore 14. annis, vel à fœmina majore 12. annis, licèt sit validum, l. qua ætate de testam. tamen si in illo sit institutus tutor, vel curator, non valet institutio, ut dixi in §. Institutio num. 17. vide in §. Pubertas num. 4. ubi etiam an impubes possit testari ad pias causas, Paul. Christin. ad leg. Municip. tit. 19. art. 24. per tot. Rot. part. 23. recent. decis. 92. n. 8. & seqq. ubi plura ad sustinendum testamentum favore curatoris, cessan- 15

te

te fraude, & dolo, & non extantibus consanguineis.

Quòd defectus ætatis debeat concludenter probari, aliàs præsumptio stet pro validitate testamenti, Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 523. *n.* 17. *&c.*

An autem Princeps supremus possit dispensare, ut impubes contrà legum sanctiones possit testari, Thes. *decis.* 87. *per tot.* ubi quòd sic, dummodò sit saltem proximus pubertati, ac doli capax, & dummodò per ejus parentes non fuerit illi facta substitutio pupillaris, quia tunc in præjudicium substituti non posset Princeps dispensare, Paul. Christin. *d. tit.* 19. *art.* 24. vide in §. *Princeps num.* 11.

De iis, qui non possunt testari sine culpa sua, ut sunt impuberes, furiosi, obsides, prodigi, monaci professi, filii familias, & hujusmodi, ac de iis qui ex propria causa, & culpa prohibentur testari, veluti excommunicati, usurarii manifesti, damnati ad mortem, & hujusmodi, latè Tusch. *litt. T. concl.* 304. *&* 305. *per tot.* ubi etiam an, & à quibus possint dispensari, & quid si posteà fiant testabiles, Paul. Christin. *decis.* 4. *et seqq. volum.* 4. ubi quòd regula est permissoria, & affirmativa, ut omnes possint testari, nisi sint expressè prohibiti, & quinam sint isti prohibiti, Argel. *de acquir. posses. qu.* 3. *art. pr. per tot.* idem Christin. *ad leg. Municip. tit.* 17. *art. pr. &c.* Ricc. *Collect.* 346. Nicoli. *loc. cit.* Layman. *ubi supra cap.* 3.

An, & quando, ac de quibus bonis testari possit filiusfamilias, vel non, latè Jo. Dominic. Panfut. *contr. forens.* 6. *per tot.* dixi in §. *Filius num.*

26 Testamentum scriptum per Tabellionem, sive notarium in imbreviatura, vel schedula, non valet si testator decedat antequam sit redactum in publicam formam, & lectum testibus; valeret tamen favore militis, & piæ causæ, si posset probari per duos, vel tres testes, Everard. *loc. à milit. ad Eccles. vel piam causam num.* 2. Grat. *discept. for. cap.* 550. *per tot.* Tusch. *litt. T. concl.* 112. ubi plura quando possit dici nullum, & imperfectum ob defectum solemnitatis, Peregrin. *decis.* 33. *per totum*, ubi quid inter liberos, dixi in §. *Scriptura num.* 15. *etc.* vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

An testamentum repertum inter rogitos notarii per Imbreviaturas possit extendi in publicam formam Peregrin. *decis.* 33. Genu. *de scriptur. privat. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 201. *fol.* 16.

An testamentum, & quando repertum inter alias matrices notarii habeatur pro matrice, licèt in parte deletum, & cum additionibus marginalibus, ita ut ad illud tamquam matricem sit recurrendum, si reperiantur aliæ copiæ diversæ, latè Rot. *part.* 21. *recen. decis.* 285. *per tot.*

Quòd scriptum etiam per notas, & cifras insolitas valeat favore militis, & piæ causæ, Everard. *ubi supra num.* 2.

An, & quando jure communi, vel speciali, & privilegiato confectum præsumatur, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 4. *per tot.*

27 Testamentum dicitur Imperfectum ratione voluntatis, & est nullum, ubi constat testatorem voluisse adhibere notarium, si publicatio, & recitatio testamenti per notarium non fuerit facta, nisi appareat, quod testator absque notario habuerit voluntatem suam pro perfecta, quia isto casu posset testamentum sustineri, & per testes probari, Gratian. *discept. forens. cap.* 550. *num. pr. &c. num.* 44. *&c. cap.* 764. *num.* 6. *&c. cap.* 895. *nu.* 22. Marth. Medic. *dec.* 97. *num.* 10. *& seqq. cum Addit.* Martha *vot. Pisan.* 8. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 5. *n.* 6. *&c.* Genu. *de script. priv. lib.* 6. *cap. pr. n.* 10. *& seqq. ad* 176. *fol.* 14. *&c. cap.* 2. *nu.* 31. *& seqq. fol.* 26. Cabed. *decis.* 169. *part. pr.* ubi videtur firmare quòd favore piæ causæ sustineri possit, vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 16. *per tot.* ubi quòd stante imperfectione ex defectu voluntatis, nec favore piæ causæ sustinetur, nec remedium, *l. fin Cod. de edict. D. Adrian.* competit, & novissimè Ferdinand. de Escanno *tract. de testamen. cap.* 3. 4. 5. *& seqq.* ubi plenè de materia ista, *& cap.* 13. in specie de voluntate testatoris testibus manifestata, ut non dicatur imperfecta ex vocatione notarii, si decedat testator antequam veniat notarius, sed sustineatur juxtà communem opinionem contrà Oldrad. *cons.* 219. & ejus sequaces. Hodiern. ad Surd. *dec.* 292.

Quando testamentum non publicatum dicatur imperfectum ratione voluntatis, ita ut nec favore piæ causæ sustineatur, Surd. *decis.* 292. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 98. *et seqq. per tot.* Thes. *decis.* 28. Gam. *dec. Lusit.* 221. Ricc. *Collect.* 3635. ubi pro conciliatione opinionum distinguit, ut supra, & infrà, vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 16. *per tot. et decis.* 92. ubi quòd non revocatur primum, adde latè Escan. *d. tract. cap.* 14. *per tot.* Rot. *part.* 19. *rec. decis.* 17. *per tot.* ubi de pluribus minutis factis à testatore, ut tamquam imperfectæ ratione voluntatis non sustineantur, etiam favore piæ causæ, sed locus sit successioni ab intestato. Hodiern. ad Surd. *cit. decis.* 292.

Quòd etiamsi testator destinasset confici publicam scripturam, nihilominus si voluntatem suam coram testibus declaravit, valeat testamentum uti nuncupativum, licèt dicta scriptura non fuerit confecta, & possit per testes probari juxtà veram, & communem sententiam Altograd. *cons.* 55. *num.* 41. *lib. pr.* Marth. Medic. *decis.* 97. *num.* 10. *&c. cum Addit. infrà num.* 58. *vers. quòd dicitur*, Ricc. *Collect.* 3635. Martha *vot. Pis.* 8. ubi latè pro validitate testamenti, & vide Escan. *d. tract. cap.* 14. *per tot. & cap.* 16. ubi an testes debeant cum verbis formalibus testatoris concordare.

Quòd scriptum manu privatæ personæ possit ad perpetuam memoriam, ne veritas occultetur, citatis venientibus ab intestato publicari in vim testamenti nuncupativi, quod scripturam non requirit, examinatis testibus de illius tenore deponentibus, juxtà *l. publicari ubi DD. C. de test.* Magon. *decis. Luc.* 32. *num.* 11. 43. *& per tot.* vide *suprà num.*

Quòd simplex copia non probet sine originali, & carens subscriptione volita per testatorem, etiam si esset originalis non sustineatur, nec recognitio valeat sine partis citatione, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 72.

Plura de testamento perfecto ratione voluntatis, & imperfecto ratione solemnitatis, cœpto, & non completo ob impedimentum testatoris superventum, latè Ferdinand. de Escanno *tract. de testam. per tot.* Et de requisitis necessariis ad testamenti validitatem, & perfectionem, latè etiam Cresp. de Valdaur. *obser.* 52. *per tot.*

Testamentum dicitur imperfectum, & nullum ratione voluntatis, quando apparet, quòd testator ultrà institutionem hæredis in ipso actu testandi volebat facere legata, vel aliquid aliud addere, sive minuere, sed morte præventus, vel loquela destitutus non potuit perficere, Grat. *discept. forens. cap.* 550. *num.* 9. 31. *&c.* 49. *&c. cap.* 764. *nu.* 3. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 173. *num.* 7. *&c.* adde latè Ferdinand. de Escanno *d. tract. de testam. cap.* 3. *& seqq.* ubi benè conclusionem declarat juxtà *text. in l. si quis testamentum* 25. *ff. de testam. & l. jubemus Cod. ead.* *ut in cap.* 5. *& cap.* 12. ubi de Imperfectione ob destinationem legati non adjecti. 28

Quando testamentum dicatur perfectum, vel imperfectum ratione voluntatis, benè declarat Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 5. *per tot.* ubi adducit plura exempla quotidiana, & familiaria, Card. Tusch. *litt. T. concl.* 233. *per tot.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 6. *&c.* Rot. *par.* 23. *rec. dec.* 26. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 8. *per tot.* de Escanno *d. tract. cap.* 9. *per tot.* Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 292.

Quòd dicatur imperfectum, & nullum, ubi testator volebat fieri scripturam, si illa non fuit publicata, Rot. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 4. *per tot.* & ipse Zacch. *d. tom.* 2. *cons.* 58. vide *supra num.* 17. *vers. Quòd etiam*, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 404. *num.* 2. *&* 3. ubi quòd præparatio testandi facta coram notario absque testibus, non potest sustineri tamquam testamentum.

Quòd nullitas proveniens ex imperfectione, ex defectu voluntatis sit insanabilis, etiam inter liberos, Altograd. *cons.* 78. *nu.* 26. *lib. pr.* & ad pias causas, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 16. *per tot.* de utroque Vivi. *comm. opin.* 880.

An autem sustineantur saltem legata, vel institutio favore piæ causæ, affirmativam opinionem contra

tra

sra Clar. & alios sestinet Menoch. *cons.* 224. *num.* 24. *& seqq.* qeem sequitur Genu. *de script. privat. lib.* 6. *cap.* 2. *numer.* 40. *& seqq.* Laynan. *Theol. moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 5. *cap.* 2. *numer.* 6. Dian. *p.* 5. *tract.* 3. *resol.* 126. & latiùs *par.* 7. *tract.* 6. *resol.* 20. *per tot.* Vide De Lec. *de Donat. disc.* 21. *sub n.* 8., ubi quid in conscientia, vel stante comprobatione venientium ab intestato.

Sed quando desectes provenit ca imperfectione voluntatis, ut quia testator tantùm tractavit, vel se præparavit, ec etiam vacato notario tastari incepit, sed in aliqea parte non perfecit, non sustineater tastamentum, naque legatum, etiem favora piæ causæ, latè de magis communi opinione, contrariis respondendo, & ità obtineisse testatur, & probat Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 98. *& seqq. per tot.* vide in *§. Scriptura num.* 16. saquitur Rot. *par.* 22. *recent. decis.* 372. *numer.* 12. *& part.* 13. *rec. dec.* 26. *per tot. & dec.* 92. & novissimè pluribus hincindè ralatis hanc partem eti verintem sequendo, & contrariæ satisfaciendo Ferdinand. de Escanno *tract. de testam. cap.* 6. *per tot.*

19 Tastamentum in dubio habetur pro perfecto, etiamsi in acte tastandi post hæredis institutionem superveniat impedimentum, concurrentibus præcipuè conjecturis persactionem voluntetis denotantibus, etiam si testamentum non fuerit per notariom publicatam, cum hujusmodi imperfactio respiciat notariem, & non testatorem, & dicatur imperfectio solemnitatis, quæ non attanditur ubi non agiter da prabando testamentem per scripturam, sed per testes, ut benè pro perfectiona testemensi aliis contrariis respondendo dacidit Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 173. *per tot.* Altograd. *cons.* 55. *num.* 37. *& seqq. lib. pr.* Martha *vot. Pis.* 8. *per tot.* ubi pro validitate testamenti onncupativi, distinguendo deplicam esse publicationem testamenti, onam quæ fit à tastetore coram tastibus, & notario, elteram à notario, esseque duos actus separatos, volentatam, & publicationem scripturæ, ao ideò suspensionem publicationis notarii non suspendere voluntatam, & ejus publicationam à tastatore coram tastibus, & notario factam, ut ibidam latè declaras, adde Escan. *d. tract. cap.* 14. *per tot.* ubi pluribus aliis additis hanc sequitur opinionem cem aliqeibus limitationibus, & declarationibus.

In contrarium Surd. *decis.* 292. *per tot.* sed concorda ut supra, & vide Fardinand. da Escanno *tract. de testam. cap.* 9. *per tot.* ubi plusa qeando tastamentem præsumatet perfectum, val impertactem ratione voluntatis, &c. *cap.* 10. ubi quòd si testator volebat nominare tutores, substitutiones adjicara, & hujesmodi, sed impedites non potuis, &c. *cum pluribus seq.* ubi plenè de materia perfectionis, val imperfectionis volnntetis, sive testamenti ca qeibus cognoscatur, *& cap.* 23. ubi an probetur ca assertione notarii, &c. De numero, & qualitate testium ad probandam perfectionem, vel imperfectionem voluntatis, idem Escan. *cap.* 25. *per tot.* Vide Hodiern. *ad allegat. decis.* 292. Surd.

20 Testamentum conditum ab infirmo ita in eetremis laborante, ut non potuerit seam voluntatem perfectè aaplicare, non præsumitur factum animo daliberato, sed potiùs ad se aaimendum à molestiis interrogantium, & notarius non debet da hujusmodi testamento rogari, Gratian. *discept. for. cap.* 550. *num.* 15. *&c.* ubi tamen refert in dicto casu fuisse per Rotam judicatam pro validitate tastamenti, ex multis rationibus, de quibus per aum, Cardinal. Tusch. *litt. T concl.* 114. *per tot.* Caren. *resol.* 3. vide in *§. Legatum num.* 2. latè hincindè Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 321. 428. 605. 729. *&c. infra num.* 25. Jacob. Balduc. in Annot. ad Ramon. *cons.* 44. *per tot.* Vide Rot. coram Pen. & ibi Add. *decis.* 478. *juxta Venetam impressianem, alias* 607. *juxta Lugdunensem* Card. De Luc. *de Testam. disc.* 4. *n.* 8.

Quòd sanitas mentis præsumitur, etiam in graviter iofirmo, imò, & in constituto in articulo mortis ad hoc ut ejus valeat testamentum, Altograd. *cons.* 75. *num.* 44. *&c. lib. pr. & cons.* 50. *num.* 188. *&* 290. *lib. pr.* latè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 353. ebi etiam quod magis creditur testibus, licèt paucioribus de sana mente deponentibus, qeàm aliis, licèt pluribus da insania, *& part.* 14. *decis.* 237. *num.* 6. *&c. part.* 16. *decis.* 348. *num.* 10. *& seqq.* ubi etiam quòd non sufficit probata insaniam entecedentem, & subsequentem, sed est præcisè probanda de tempore actus controversi, alias præsemptio stat pro validitata, *& part.* 18. *decis.* 167. *num.* 3. *& seqq.* ebi quòd præsumptio stat pro sana mente, & creditur notario de illa attestenti, ec arguitur ex pluribus eliis conjecturis. Latè Card. De Lec. *de Testam. disc.* 38. *disc.* 39. *& disc.* 40.

Quòd etiam semimortuus possit testari, & valaet testamantum conditum atiam à testatore balbutiante, & cem difficeltate, ec obscutè voces exprimanse, cùm sufficias ot possit proferre dictionem, *sic, vel non, respondendo di sì, ò di nò, l. quoniam indignum ubi glos. in verb. Nceis Cod. de testam.* Grat. *discept. for. cap.* 843. *num.* 10. *&c.* Altograd. *cons.* 30. *num.* 59 *& nu.* 189. *ad* 190. *et cons.* 72. *num.* 18. *lib. pr.* facit latè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 353. *per tot. et part.* 14. *decis.* 137. ubi intelligit si constet de præordinatione testandi, & omnis cesset suspicio.

An, & quando testamentum conditum à laborante in extremis valet, vel non, remittitur arbitrio judicis secundum Menoch. *de arbitr. cas.* 97. *num.* 4. *&c.* vide latè Tusch. *litt. T. concl.* 124. *per tot.* Peregrin. *decis.* 80. *num.* 5. *&c.* ebi plera hincinde de hujusmodi testamento, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 137. plenè Ferdinand. de Escanno *tract. de test. cap.* 21. *per tot.*

Quòd testamentom factum ab agonizante, vel morti proximo, sive aliàs non sanæ mentis, vel intellectus, sit nullum ex defectu sensuum, Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 19. *num* 8. *&c.* ubi citat Rot. Rom. *in Senogallien. bonorum* 30. *Maji* 1644. *coram Cerro, & in eadem causa coram eadem* 1645. *& alios*, ac admirarur teperiri notarios, qui quandoque hujesmodi tastamente conficiunt.

Quòd factus ad suggestionem alterius ab existente in articulo mortis, non sit validum, quia à morbo vanatus solet semper respondere *sic*, ut se à molestiis eximant, Rot. *d. tract. tam.* 2. *decis.* 9. 85. *&* 86. *per tot. & part.* 9 *recent. decis.* 288. ubi latè pro nullitate legati etiam savore piæ causæ facti ad interrogationam alterins, quia testator respondet solùm *fate voi*, quæ verba non important dispositionem perfectam, maximè ubi non constat de alia præordinata testatoria volontate, & rursùs in eadem cause *dec.* 346. *num.* 13 *& seqq. d. part.* 9. *recent. & part.* 14. *decis.* 239. *per tot.* ubi plura considerentur pro nullitate hujusmodi tastamenti, & *decis.* 333. *in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio latè etiam Martha *vot. Pis.* 89. *per tot.* Caren. *resol.* 3. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 111. *per tot.* ubi pro nullitare, *infra n.* 25. vide Emeria jun. *decis.* 1101., *& dec.* 1125. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 33. *& disc.* 78. *de Feud. disc.* 114. *n.* 23. *Constict. obser.* 71.

Sed quòd imò testamentum conditum à laborante in extremis, dummodò adhuc sanæ mantis, valeat etiam si fit factam ad interrogationem alterius non suspecti, & agitor da revocatione alterius primi testamenti, etiam favore piæ causæ conditi; secùs tamen ubi concurreret aliqea fraudis suspicio, cùm in testamentis non mortis proximitas, sed mentis sanitas, & voluntas testandi sit attendenda, qeæ qeidem mentis sanitas à lege præsemitur, nisi contrarium probatur, & volentas tastandi probatur per tastes, planè Rot. *in Bononien. hæreditatis* 14. *Martii* 1651. coram Bichio apud Pael. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decision.* 96. Mantic. *de conjectur. ultim. voluntat. libr.* 2. *titul.* 5. *&* 6. Gabriel. *commun. conclusion. titul. de testament. conclus.* Card. Tusch. *litt. T. concl.* 133. *num.* 7. *& seqq.* ebi refert octo conditiones necessarias pro validitate hujusmodi testamenti, Vasq. *de success. tom.* 2. *lib. pr. §. pr. num.* 94. *&c.* dixi in Pract. *§. Testamenti numer.* 31, vide in *§. Infirmitas num.* 5. *infr. num.* 25. latè Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 137. *per tot.* & plenè Ferdinand. de Escenno *tract. de test. cap.* 21. Vide De Luc. *locis supra adductis*.

Quòd

Quòd testamentum tempore delirii, & phrænesis conditum ad interrogationem notarii non sustineatur, quia morbus, qui lædit memoriam, & intellectum, testamenti quoque factionem impedit, quomodo dicatur constare de hujusmodi mosbo ad effectum impediendi etiam immissionem ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen. & alia latè Rot. par. 13. rec. dec. 8. per tot. quæ est in Avenion. fideicom. 24. Januar. 1659. coram Cerra; sed postcà re melius perpensa fuit revocata, & conclusum pro validitate testamenti ex multis deductis d. part. 13. dec. 353. per tot. & part. 16. dec. 348. in eadem causa, ubi plura de phrænesi, ejus causa, & effectibus, quod dilucida intervalla recipere possit, quo tempore conditum testamentum valeat, potiusque duobus testibus de sana mente deponentibus, quàm mille contrarium asserentibus credatur, nec sufficiat probatio antecedentis, & subsequentis Insaniæ, sed præcisè de tempore actus controversi exigatur, & alia pro testamenti validitate. Addo De Luc. de Testam. in summ. ex nu. 15. Rot. post eumdem De Luc. de Testam. disc. 38. Pen. & Crescin. decis. 459.

21 Testamentum quot requirat testes secundum varietatem casuum, & testantium, licèt regulariter debeant esse septem, Pract. Pap. libel. hæredit. ex test. glos. 4. num. 2. Vasq. de success. lib. 2. §. 12. requisit. pr. per tot. Martha de success. part. 4. quæst. pr. art. 8. & 9. per tot. Clar. §. Testamentum quæst. 56. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. titul. 16. per tot. Tusch. litt. T. concl. 122. per tot. ubi latè quando minor numerus, vel duo sufficiant, Paul. Christin. dec. 5. num. 3. &c. vol. 4. & ad leg. Municip. tit. 17. art. pr. Rot. part. 6. recent. decis. 356. & part. 24. decis. 460. Martha vot. Pis. 8. num. 37. & seqq. Vivi. comm. opin. 890. & 891. ubi etiam qualiter debeant esse rogati, de quo dixi in §. Testes n. 67. & latè Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1354. per tot. ubi quando præsumantur rogati, vide Nicoli. Instit. tit. de testam. ordin. à n. 4., ubi de multis contentis sub hoc numer. Fagnan. in cap. cum esses n. 3. & seqq. & num. 159. de Testament. Calderon. resol. 13. nu. 3. pag. 75.

An numerus septem testium sit de forma substantiali, vel solum probatoria testamenti, Altograd. cons. 50. num. 16. &c. lib. pr. ubi multos pro utraque parte allegat, & quatenùs sit de forma substantiali id esse impropriè, & accidentaliter ostendit, vide Marth. & alios supracitatos, Magon. decis. Luc. 32. num. 4. cum Addit. ubi quòd sit de forma substantiali, cui derogari non potest, vide Christin. d. dec. 5. num. 3. &c. vol. 4. Rot. p. 6. rec. decis. 356. num. 3. ubi quòd est de forma.

Quòd inter liberos sufficiant duo testes, etiam si pater sit cæcus, ac etiam non rogati, & fœminæ, sive alias inhabiles, ac nulli testes requirantur si ipsa scriptura testamenti non negetur, latè Genu. de script. priv. lib. 6 cap. pr. num. 238. & seqq. ad 252. fol. 19. vide in §. Scriptura num. 15. & seqq. Paul. Christin. decis. 7. vol. 4. Martha vot. Pis. 8. num. 37. & seqq.

Quòd inter liberos, & ad pias causas sufficiant duo testes, & quales, Altograd. cons. 65. num. 54. & seq. lib. 2. Dian. par. 7. tract. 6. resol. 25. & seqq. Paul. Christin. d. dec. 7. vol. 4. Rot. par. 10. rec. dec. 231. n. 21. & part. 16. dec. 327. ubi in concernentibus favorem extraneorum, an, & quando sustinea:ur testamentum, vel non. Vide Card. De Luc. de Testam. disc. 14. n. 7. disc. 15. n. 2. disc. 26. n. 5. & 7. disc. 27. n. 6. Fagnan. in cap. relatum il primo num. pr. & n. 10. de Testam. & in cap. cum esses a num. 66. eod. tit.

Plura de testamento inter liberos, vel ad pias causas, quam solemnitatem requirat, vel non, Tusch. litt. T. concl. 114. cum pluribus seqq. Fagundez de just. & contract. lib. 6 cap. 3. per tot. vide in §. Scriptura n. 15. & seqq. Plura De Luc. in Indic. gener verb. testam. inter liber., et verb. testam. ad pias caus.

Quòd in testamento ad pias causas sufficiant duo testes c. relatum 1. ubi Canonistæ de testam. Cavaler. dec. 27. num. 2. et 31 intelligendo quando extraneus ex causa pietatis est institutus; secùs si consanguineus pauper, quia prævalet præsumptio naturalis affectionis, & consanguinitatis, etiamsi fuerit expressa causa paupertatis, & sic non sustineatur ex privilegio causæ piæ, Rot. par. 13. dec. 52. num. 12. & seqq. vide in §. Legatum num. 44. ubi contra.

Qualiter sufficiant quinque testes in testamento condito tempore pestis, & alia de hac materia Rot. part. 14. recent. decis. 460. per tot. & par. 6. decis. 56. in eadem causa. De Luc. de Testam. disc. 27. n. 5.

An duo testes sufficiant in testamento tempore pestis condito à pestiferato, altam quæstionem appellat Altograd. cons. 71. nu. pr. &c. lib. pr. ubi tandem relatis sectatoribus utriusq; partis, ostendit ex hujusmodi testamento oriri saltem obligationem naturalem, quæ confirmari, & approbari potest ab hæredibus venientibus ab intestato, ut tale testamentum saltem valeat in vim pacti, cùm etiam secundum multos Theologos, & tutiorem opinionem pro anima venientes ab intestato non possint in foro conscientiæ impugnare testamentum cui lex non assistit, si illis constet de voluntate testatoris, licèt alii multi, & gravissimi contrarium teneant, ut videri potest penes Altograd. loc. cit. infrà num. 23. in fine, Dian. resol. moral. par. 5. tract. 3. resol. 123. ubi qualiter moribundus possit testari tempore pestis, & latiùs par. 7. tract. 6. resol. 35. & seqq. ad 43 ubi plura de testamento tempore pestis, quot testes requirat, quales, & alia notabilia, adde Peregrin. decision. 80. per tot. Paul. Christin decis. 6. num. 5. vol. 4. Ricc. Collect. 324. 1921. 2475. Rot. part. 13. recent. decis. 331. num. 12. ubi an idem sit in aliis casibus urgentis necessitatis, & difficultatis inveniendi testes, veluti in loco campestri sequuto vulnere, & ibi moribundo existente testatore, & videtur negativè concludere, exemplumque tempore pestis procedere tantùm ubi pestis adeo grassatur, ut copia testium omninò deficiat, aliàs numerum testium non debere esse minorem quinque, maximè si agatur de revocatione alterius testamenti. Vide De Luc. De Testam. disc. 27. nu. 5. de success. disc. 27. num. 8. Manusc. ad eumdem De Luc. libr. 9. decis. 5. num. 3. & 4. & decis. 55. num. 8. vol. pr.

Quòd possit induci per consuetudinem, ut minor numerus testium, quam septem sufficiat in testamentis, Cavaler. dec. 496. per tot. vide Paul. Christin. dec. 5. num. 4. vol. 4. Gizzarell. & Addent. dec. 45. ubi de multis locis, in quibus viget dicta consuetudo.

Et idem posse induci per statutum, quo casu tamen debent esse omni exceptione majores, & ista qualitas probari, Mart. Medic. dec. 95. per tot. cum Addit. Rot. par. 10. rec. dec. 231. n. 4. & par. 7. dec. 126. n. 17. &c. Gizzarel. ubi supra, Rot. par. 14. rec. dec. 176. n. 3.

Quòd religiosi etiam Mendicantes, & Capuccini possint esse testes in testamento, dixi in §. Religio num. 2.

Sicut etiam testamentum conditum coram Principe illi suam voluntatem patefaciendo; vel apud acta, valet sine aliis testibus, cùm tunc cesset omnis sinistra suspicio, l. omnium C. de testam. ubi Jas. Bart. Alex. & alii per Altogr. cons. 96. num. 27. &c. lib. 2. Paul. Christin. decis. 7. num. 4. vol. 4. Rot. in selectis per Farinac. par. pr. tom. pr. dec. 123. per tot. ubi tamen, quòd non sufficit productio sola in actis si extra factum sit. Vide De Luc. de Testam. disc. 12. n. 6. & n. 16. Layman. in Theol. moral. libr. 3. tract. 5. cap. 2. n. 15. tom. pr. fol. 365.

De numero, & qualitate testium in testamentis requisitorum juxta varietatem prædictorum casuum, latè Ferdinan. de Escan. tract. de test. cap. 22. per tot. cum seqq. Fagundez. de just. et contract. lib. 6. cap. 2. per tot.

Testamentum debet confici juxta solemnitates requisitas in loco, ubi fit, licèt bona essent sita in alio loco, in quo diversa vigeret consuetudo, & in quo testator habet originem, & domicilium; & ita ubique deberet executioni demandari, l. fin. Cod. de testam. Pract. Papp. libel. hæred. ex tex. glos. 4 n. 4. Cabal. cons. dec. 104. lib. 2. ubi exemplificat in pluribus Genu. de script. priv. lib. 7. cap. pr. nu. 279. ubi de quadam privata testamentaria cedula Paduæ facta, 22

&

Digitized by Google

& recognita juata consuetudinem Venetam, quæ fuit executioni demandata Pisis, ubi erant sita bona, & postea per appellationem à Rota Florentina approbata, allegat Peregr. *cons.* 63. *lib.* 1. vide eumdem *dec. pr.* Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 372. *num.* 30. *et seqq.* Francb. *dec.* 552. *num.* 23. *et seqq.* Gayl. *lib.* 2. *observ.* 123. *per tot.* Guid. Pap. *dec.* 262. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 4. *vol.* 2. ubi adducit plura in contrarium, maximè de consuetudine illarum partium, facit quod dixi in §. *Filius num.* 61. idem Christin. *dec.* 166. *n.* 3. *etc. vol.* 2. *dec.* 167. *num.* 5. *etc. vol.* 2. *et dec.* 5. *nu.* 4. *vol.* 4. *et ad leg. Municip. tit.* 17. *in princ. num.* 10. ubi contra prout infra. Vide De Luc. *de Testam. disc. pr. n.* 7. *disc.* 21. *n.* 6.

De dicta conclusione, utrum testamentum factum secundum dispositionem juris communis, vel consuetudinem loci, in quo fit, locum habet ubique, plenè hinc inde Paul. Christin. *dec. Belg.* 51. *per tot. vol. pr.* ubi tamen concludit juxta prædicta de magis communi opinione, & *dec.* 282. *per tot. vol.* 1. ubi quid si bona essent contrariis legibus municipalibus affecta, ut quia in loco ubi sita sunt, non essent disponibilia, & concludit ad illa testamentum non extendi, & ita moribus receptum esse, quicquid alii de jure sentiant, quod verum puto, ne ita de facili detur occasio eludendi jura sua municipalia conferendo se extra patriam ad testandum.

Quòd consuetudo testandi, aliquibus Diœcesanis concessa in eorum Ecclesiis pro animabus defunctorum, qui sine ullo, vel nullo testamento decesserunt, tamquam justa, pia, & valida, si fuerit probata, sit manutenenda, Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 66.

23 Testamentum conditum in terris Ecclesiæ juxta *cap. cum esses de testam.* coram suo Parocho, & tribus, vel duabus aliis personis idoneis in extrema voluntate, vel coram quatuor testibus sine Parocho est validum, Roland. *cons.* 33. *nu.* 41. *lib* 3. Cabal. *cons. dec.* 104. *per tot. lib.* 2. Clar. §. *Testamentum qu.* 57. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 351. *num. pr. etc. vol. pr.* Cavaler. *dec.* 497. *num.* 3. *etc.* Sperel. *decis.* 81. *etc.* Leoncil. *dec. Ferr.* 144. *per tot.* ubi plura Buratt. *cum Addit. dec.* 616. Capr. *consil.* 57. *nu.* 4. *etc.* Magon. *dec. Luc.* 32. *num.* 5. *et per tot. cum Addit.* ubi quod etiam in terris Imperii potest peti publicatio hujusmodi scripturæ, non ut de per se fidem faciat, sed ut ex ore testium probetur testatoris voluntas, vide Covar. *in d. cap. cum esses per tot.* Guid. Pap. *dec.* 543. *n.* 11. ubi quòd duo requirantur, nempè ut testator sit ægrotans in extrema voluntate, & fiat in præsentia Curati proprii sequitur Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 52. ubi quòd procedit in testatore dumtaxat ægrotante non autem in sano, & sufficit etiam Confessarius, dummodò sit solitus audire confessiones ipsius testatoris, secùs si ex accidenti, Vasq. *de success.* §. 21. *n. pr. etc.* §. 24. *n.* 19. §. 22. *n.* 17. *etc.* Rot. *in Perusina relevationis testamenti* 7. *Maii* 1632. *par.* 6. *divers. dec.* 126. *per tot.* Card. Tusch. *litt. T. concl.* 113. *per tot.* ubi *num.* 32. *etc.* limitat dummodò non præcedat aliud testamentum solemne, latè Urceol. *Consult. for. cap.* 88. *per tot. vol.* 2. ubi quòd est validum in utroque foro, etiamsi testator postea reconvaluerit, vel in sanitate illud fecerit, licèt adhibiti fuerint sex, vel plures testes, an, & quando publicatio sit necessaria, vel non, & alia plura, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *qu.* 76. *nu.* 11. ubi quòd si testator reconvalescat, resolvitur testamentum coram Parocho, vel Confessario factum, & cùm talis modus testandi sit etiam innixus Confessarii, vel Parochi integritati, ista non concurrente qualitate evanescit testamentum ad Rot. *d. dec.* 52. *n.* 10. *et* 11. *par.* 3. *rec.* cùm non omnis sacerdos præsumatur Sanctus Joannes Baptista; ego tamen puto præsumptionem stare pro illo donec contrarium probetur. Fagnan. *in d. cap. cum esses de testam.*, ubi latissimè Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *decis.* 4. *nu.* 3. *vol. pr.* Calderon. *resol.* 13. *n.* 4. *et resol.* 14. *n. pr.*

Quòd dictum testamentum coram Parocho, & duobus testibus, licèt profanum, & non ad pias causas valeat ubique in foro Ecclesiastico, in foro verò sæculari ita demum valeat si versemur in terris Ecclesiæ, nam in terris Imperii in hujusmodi foro sæculari non attenditur, sed tantùm in foro Ecclesiastico, Clar. §. *Testamentum qu.* 57. *per tot.* latè pro nullitate in terris Imperii, & non ad pias causas in foro sæculari, Cabal. *cons.* 151. *per totum libr. pr.* Leoncil. *dec. Ferr.* 144. ubi *num.* 4. videtur firmare, quod in puncto juris possit etiam sustineri in foro sæculari in terris Imperii, ex Honded. *cons.* 26. *nu.* 3. *lib.* 2. Bald. *consil.* 285. *lib.* 3. Durand. *de art. test. tit. de test. ordin. caut.* 2. *num.* 2. *vers. tamen stricto jure*, ac ita dicit servari apud Venetos, vide alios supracitatos Gizzarel. & Addent. *dec.* 45. *&* 46. *& per tot.* Marcian. *disp. for. cap.* 26. *per tot.* dixi in Pract. §. *Testamenti n.* 24. Urceol. *Consult. for. cap.* 88. *per tot. volu.* 2. Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 79. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 68. Ferdinand. de Escan. *tract. de testam. cap.* 6. *num.* 61. *& seqq.* ubi quòd sustinetur tantùm quoad Clericos, & in terris Ecclesiæ, non autem quoad laicos Ecclesiæ in temporalibus non subjectos, & quare, Fagundez. *de just. & contract. libr.* 6. *cap.* 2. *num.* 28. *& seqq.* ubi dubitat etiam quoad clericos commorantes in terris Principum sæcularium, cùm teneantur servare solemnitates loci, quæ non sunt contra libertatem Ecclesiæ, ac ita ante factum esse consulendum, licèt post factum sustineri possit, Possent. *singul.* 363. ubi ex Abbat. *in dict. cap. cum esses*, dicit sustineri ubique, etiam in foro sæculari, & maximè si sit ad pias causas, de quo etiam in *singul.* 364. *per tot.* Vide De Luc. *de Testamen. disc.* 25. *numer.* 3., *& disc.* 33. *num.* 9. Mantiss. ad eumd. De Luc. *loc. supra citat. num.* 4. Calderon. *resol.* 14. *a num.* 2.

Quòd hujusmodi testamentum in foro conscientiæ sit validum, & servandum ubique terrarum (etiam sine præsentia Parochi) latè probat videndus Comitol. *respons. moral. lib.* 7. *qu. pr. per tot.* Valer. *in differ. utriusq; fori verb. Testamentum differ. pr. & seqq.* & alii quos refert, & sequitur Dian. *par.* 5. *tract.* 3. *resol.* 119. Urceol. *consult.* 88. *nu.* 26. *& seqq. vol.* 2. Martha *d. vot.* 68 *num.* 14. *& seqq.* ubi quod præsentia Parochi potest suppleri per duos alios testes, & si unus tantùm interfuerit loco sacerdotis, potest alter suppleri per juramentum suppletorium deferandum hæredi, vel substituto, & tale testamentum sufficit ad revocandum primum antea factum.

De testamento facto confessori, an, & quando valeat, ut legata ex eo peti possint, latè Magon. *dec. Flor.* 58. Rot. *p.* 9. *recent. dec.* 372. *n.* 23. *& seqq. inf. num.* 38. Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *qu.* 76. ubi quód hoc totum pendet à gravitate, fama, & probitate sacerdotis, vide in §. *Sacerdos n.* 30. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *decis.* 4. *n.* 4. *vol. pr.* Calderon. *resol.* 13. *n.* 5. *resol.* 14. *n.* 5.

An hæres teneatur credere confessori asserenti testatorem voluisse relinquere legatum alicui, & illud ei solvere, pro affirmativa arguit, sed negativè resolvit Dian. *par.* 11. *tract.* 2. *resol.* 31. *per tot.* vide in §. *Sacerdos n.* 10. *vers. probat*.

Plura de clausula derogatoria in primo testamento apposita, quod remaneat sublata per secundum, in quo de illa fiat mentio etiam verbis generalibus tantùm, Gratian. *discep. forens. cap. 48. num. 19. &c.* Cravett. *cons. 152. num. 2.* Rot. *in Romana successionis 19. Januarii 1619.* coram Durano *num. 7. &c.* penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom. 2. dec. 62.* Rot. *part. 13. recent. decis. 99. & part. 15. decis. 328.* ubi plura ad rem, *& part. 16. decis. 319.* latè Tusch. *litt. T. conclus. 151. & 152. per tot.* ubi an, & quando primum testamantum cum juramento, sive voto de non revocando, vel alia clausula speciali derogatoria, his non obstantibus remaneat revocatum per secundùm, & an opus sit in secundo speciali derogatione clausularum derogatoriarum in primo contentarum, Dian. *part. 15. tr. 3. resol. 122.* ubi an, & quando testamentum juratum possit revocari salva conscientia, *& part. 9. tract. 7. resol. 42. per tot. & part. 10. tract. 15. resol. 11. per tot.* & latè Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testament. cap. 2. per tot. fol. 243. &c.* ubi plura de revocatione testamentorum, de clausula derogatoria in primo apposita, de juramanto non revocand à tastatore apposito, & hujusmodi, Frances *Consult. Moral. 21. per tot.* ubi de juramento non revocandi testamentum, vide De Luc. *de testam. disc. 76. ex n. 4. & alibi*, ut supra. Mantiss. *loc. cit.*

Quòd nemo sua propria voluntate, vel ex pacto etiam jurato possit sibi auferre liberam testandi facultatem, quia juramentum contra bonos mores non est obligatorium, ita ut nec contraveniens efficiatur perjurus, benè probat Peregrin. *decis. 50. num. 3. & seqq.* Fagundez *de justit. & contract. lib. 6. cap. 22. per tot.* ubi quòd licet testamentum possit usq; ad ultimum vitæ spiritum revocari, potest tamen testator de consensu Principis sibi adimere hanc facultatem, & facere testamentum irrevocabile, secus autem per juramentum, vel clausulas derogatorias, ut latè ibidem declarat, quòd revocando contra juramentum illicitè agat, efficiatur perjurus, & peccet mortaliter, nisi prius relaxationem obtineat, licèt validè revocet, Vasqu. *Opusc. moral. tract. de testam. cap. 2. fol. 343.*

Testamentum primum revocatum per secundum, 45
etiam si testator illud nominaverit codicillum, & non testamentum, si tamen solemnitas testamenti adhibita fuerit, & clausula, *omni meliori modo*, Cavaler. *decis. 394. per tot.* vide in *§. Codicilli num. ...* Rot. *part. 17. recent. decis. 148. nu. 7. & seqq. per tot.* ubi quòd clausula codicillaris, *& omni meliori modo*, in secundo testamento apposita importat tacitam vocationem venientium ab intestato, & revocationem primi, ac si testator dixisset se velle ab intestato decedere

Ad effectum revocandi primum testamentum, debet secunda dispositio esse prorsus incompatibilis cum prima, & novam hæredis institutionem continere, vel cum declaratione expressa quòd velit ab intestato decedere, alioquin rerum particularium dispositio præcedentem hæredis institutionem non tollit, Ang. *cons. 383.* quem refert, & sequitur Rot. *part. 13. recent. decis. 4. num. 3. &c. decis. 92. num. 2. & seqq.*

Casum notabilem, in quo revocatur primum testamentum cum legatis in eo factis per simplicem scripturam patris inter liberos, vide per Decian. *cons. 34. lib. 1.* quem refert Genu. *de scrips. privat. lib. 6. cap. 1. num. 205. fol. 57.*

Quòd testamentum de sui natura sit revocabile, nec possit aliqua obligatione, vel conventione effici irrevocabile in tot. sed benè quoad aliquam particu-

ticularem dispositionem possit effici non revocabile, Rom. *cons.* 171. Tusch. *litt. V. concl.* 249. Mascard. *de probat. conclus.* 1282. *per tot.* ubi plura de revocatione testamenti, ex quibus inducatur, & probetur.

46 Testamentum primum ut remaneat revocatum oportet, quòd posterius sit omninò validum, & solemne, secus autem si esset nullum ob præteritionem filiorum, vel aliis de causis, Altograd. *cons.* 78. *n.* 2. *& seqq. lib. pr.* Franch. *dec.* 552. *per tot.* plenè Tusch. *litt. T. conclus.* 153. *&* 154. *per tot.* Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 92. *& part.* 17. *decis.* 148. *num.* 8. *& seqq.* ubi quòd procedit quando secundum est ab initio intrinsecè nullum, secus si sit in se validum, licèt ex aliquo accidente extrinseco annulletur, & alia pro revocatione primi testamenti per secundum, quod ex defectu probationum identitatis scripturæ non habuit effectum, Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 14. *n.* 38. *tom. pr.* Cyrocc. *discept.* 7. *n.* 4. Andreol. *contr.* 221. *nu.* 5. *&* 6. De Luc. *de Testam. disc.* 7. *nu.* 2. *disc.* 31. *& alibi.*

Item oportet ut in secundo sit institutus persona capax hæreditatis, *l. cum in secundo ff. de injust. rup. et irrit. test.* cum concordantibus adiunctis per Covar. *in Rub. de test. part.* 2. *num.* 21. *vers. Septima*, Clar. §. *Testamentum quæst.* 96. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 200. *num.* 41. *vol. pr.* Cæphal. *cons.* 73. *num.* 15. *et* 16. Bich. *decis.* 533. *num.* 20.

Quòd sufficiat secundum, vel posterius esse validum de jure speciali ad revocandum primum validum de jure communi, Altograd. *cons.* 55. *numer.* 49. *lib. pr. et cons.* 65. *nu.* 71. *&c. lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 605. *per tot* ubi quid si primum sit ad pias causas, & solemne, secundum verò validum jure speciali tantùm, vide Tusch. *loc. cit.* Martha *vot. Pis.* 68. ubi de testamento facto penes acta notarii, & corã duobus testibus, vel juxta dispositionem *cap. cum esses de test.* ut sit validum, & revocet primum solemniter factum.

Quòd secundum licèt perfectum inæqualiter tractans liberos non tollat primum, Magon. *decis. Florent* 4. *nu.* 12. *etc.* vide in §. *Codicilli num.*..

47 Testamentum solemne conditum favore piæ causæ, vel inter liberos, non revocatur secundum multos per aliud subsequens minus solemne, licèt in eo sit instituta alia pia causa, cùm simplex mutatio voluntatis, & pœnitentia testatoris non sufficiat, nisi nova, & æquè solemnis dispositio subsequatur, & cùm hujusmodi testamentis subintelligatur clausula derogatoria ad subsequentes alias voluntates, & ideò non possint revocari per secundum, nisi facta expressa mentione primi, & clausulæ derogatoriæ in eo contentæ: Contrarium tamen nempè primum remanere revocatum per secundum, in quo pariter pia causa sit instituta, *vel* inter liberos, licèt minus solemne, dummodò sit in sui specie perfectum, & sic validum saltem de jure speciali, & secundum privilegia testandi ad pias causas, vel inter liberos, præcipuè si secundum sit magis utile piæ causæ, vel liberis, latè Altograd. *cons.* 65. *num.* 4. *& seqq. & num.* 65. *& seqq per tot. lib.* 2. Tusch. *litt. T. conclus.* 153. *et* 154. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 199. *num.* 10. *& seqq. vol.* 5. ubi plura de revocatione testamenti inter liberos, Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1282. *num.* 7. *& seqq.* Fontanell. *decis.* 203. *per tot.* ubi de duobus testamentis inter liberos factis, ut prævaleat secundum etiam minus solemne, si sit filiis favorabilius, & magis juris conforme.

Quòd non infringatur primum testamentum per secundum, quando secundum est de facto suspectum, & alia ad rem, Rot. *in Romana*, *seu Januens. testamenti*, *Veneris* 2. *Aprilis* 1683. coram Matthæio apud Jo: Torre *de success. in Majorat. & Primogen. Ital. part.* 3. *decis.* 47. *per tot.*

Non etiam infirmatur primum testamentum per secundum, ubi primum fuit revocatum ex falsa causa, & ex eadem falsa causa conditum secundum, ut per Anton. Gob. *Consult.* 20. *per tot.* Vide infra *n.* 56.

Quòd testamentum ex pluribus causis conditum, altera existente falsa non annulletur, si alia, vel aliæ causæ sint veræ, & idem in similibus, idem Anton. Gob. *Consult.* 21. *per tot.* Vide infra *sub dict. n.* 56.

De testamento ultimo condito ad persuasiones, & dolosas suggestiones hæredis in eo instituti, ut non tollat primum, & ex quibus arguantur, latè Andreol. *Controv.* 14. *& seqq.* Vide Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 124. *sub n.* 13.

De testamento cœpto, & ob impedimentum non completo, perfecto tamen ratione voluntatis, qualiter rumpat primum ex omni parte perfectum, & solemne, dummodò secundum contineat hæredis institutionem, & alia ad rem, Ferdinand. de Escanno *tract. de test. cap.* 4. *per tot. &c.* Vide De Luc. *de Testam. disc.* 64. *n.* 7.

Testamentum inter liberos, vel ad pias causas, licèt in se tacitè contineat clausulam derogatoriam ad sequentes voluntates, ita ut hæc clausula sic tacitè subintellecta præseferat protestationem defectus voluntatis in dispositione sequente, & operetur quòd sequens testamentum non valeat ex defecto voluntatis, nec revocet primum, nisi facta expressa, & specifica mentione illius, & clausulæ derogatoriæ in eo contentæ, expressè, vel tacitè, ad latè tradita per Altograd. *d. cons.* 65. *num.* 10. *&c. lib.* 2. *cum pluribus ab eo citatis*, Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *resol.* 28. Baitell. *de ult. volunt. decis.* 89. *per tot.* 48

Tamen nisi hujusmodi clausula sit expressa non porrigitur ad futura testamenta, & tacita tollitur per clausulam cessantem hujusmodi testamentum nominatim, etiam non facta specifica mentione dictæ tacitæ derogatoriæ, vel per clausulam generalem derogatoriam, prout etiam quando sequens testamentum esset pariter inter liberos, vel ad pias causas, nam tunc sicuti primum continet dictam tacitam derogatoriam ad subsequens testamentum, ita etiam ultimum dicitur continere tacitam derogatoriam ad præcedens, & ad illam derogatoriam tacitam in eo contentam, ita ut alia non requiratur expressio, præcipuè si aliquæ concurrant mutatæ voluntatis conjecturæ, ut benè declarat Altograd. *d. cons.* 65. *num.* 107. *& seqq per tot. lib.* 2. vide Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *resol.* 27. ubi an testamentum nõ solemne ad pias causas, revocet prius solemne etiam ad pias causas, & concludit affirmativè secundum magis communem opinionem, licèt referat etiam alios contrarium tenentes ea regula, quòd privilegiatus non utitur privilegio contra pariter privilegiatum, nempè Fachin. *contr. jur. lib.* 4. *cap.* 6. Tusch. *tom.* 8. *concl.* 116. *num.* 93. *& alios.*

Quòd testamentum conditum à patre inter liberos contineat clausulam derogatoriam ad sequens testamentum, nec tollatur per secundum nisi in specie de hujusmodi clausula derogatoria fiat mentio, *Auth. hoc inter liberos C. de test.* ubi Jas. & alii, Cravett. *cons.* 152. *n.* 12. de quo tamen vide Gratian. *discept. forens. cap.* 48. *num.* 18. *&c. cap.* 369. *in princip.* ubi quòd continet etiam clausulam codicillarem licèt non expressam, *& cap.* 695. *num.* 13. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt* 166. *num.* 61. *&c.* Altograd. *d. cons.* 65. *per tot.* Bich. *decis.* 56. *num.* 6. *& seqq.* ubi tamen quòd ad effectum revocationis non requiritur individua mentio dicti testamenti, seu derogatoriæ in eo appositæ, sed sufficit specialis contenta in verbis generalibus derogatoriis habentibus vim specialis expressionis, Rovit. *cons.* 93. *& decis.* 56. *per tot.* de quibus latè de Comit. *dec. Flor.* 12. *per tot.*

Quòd testamentum inter liberos probetur ex assertione patris per verba enunciativa de præterito, & ideò si probetur assertio patris inter filios, quòd fecerit testamentum sic, & sic disponendo, talia verba probant testamentum factum inter ipsos filios, licèt de eo aliter non appareat, Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 215. *n.* 42. Genu. *tract. de verb. enun. lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 16. ubi *per tot.* an, & quando verba enunciativa disponant in testamentis, & *d. lib.* 2. *qu.* 23. *num.* 31. vide in §. *Scriptura num.* 55. *&c.*

Quòd verba enunciativa favore liberorum disponant, cùm eorum favore sufficiant quælibet indicia voluntatis, Genu. *d. tractat. lib.* 2. *quæst.* 34. *fol.* 73. vide in §. *Verba num*....

Quòd tamen testamentum conditum solo nutu, vel signis, levibus conjecturis per patrem loqui non valentem sit nullum etiam inter liberos, Clar. §. *Testamentum quæst.* 8. *num. ult.* Genu. *de script. priv.*

lib.

Digitized by Google

lib. 6. cap. 5. num. 17. fol. 5. licèt valeat favore piæ causæ, idem Genu. *d. lib. 6. cap. 2. num. 16.*

De testamento inter liberos imperfecto ratione voluntatis, ut nullatenus sustineatur etiam illorum favore, quicquid aliquid aliqui contrarium tenuerint, sed tantùm sustineatur quando est imperfectum ratione solemnitatis, cùm in eo sint remissæ solemnitates juris, data perfectione voluntatis, Fernand. de Escanno *tract. de test. cap. 7. & seqq.* ubi etiam quid si non servetur æqualitas, quid si liberi non sint in potestate parentum, vel sint naturales, aut spurii, vide in §. *Scriptura n. 15. & 16.* Card. De Luc. *de Testam. disc. 26. n. 6. & 15. disc. 75. a n. 2. disc. 86. n. 4. de Fideicom. disc. 91. n. 14.*

49 Testamentum primum revocatur per secundum, non obstante clausula derogatoria primo contenta, ne de illa non facta mentione, nec aliqua speciali derogatione, stante lapsu decennii, quia tunc præsumitur oblivio dictæ clausulæ derogatoriæ in primo testamento contentæ, Rot. *part. 19. recen. decis. 194. in Bononiens. hæreditatis* 24. *Martii* 1651. coram Bichio *inter ejus impressas decis.* 458. apud Paul. Zacch. *quæst. Medic. Legal. tom. 2. decis. 96.* Rot. *part. 17. recentior. decis. 296. num.* 23. ubi quòd secus est si appareat de memoria primi testamenti medio tempore habita, & *part. 18. decis.* 586. ubi fuit confirmata præcedens decisio pro validitate primi testamenti, in quo aderat dicta clausula derogatoria, & rursus in eadem causa *decis. 539. d. part.* 18. ubi fuerunt confirmatæ præcedentes decisiones pro validitate primi testamenti, non obstante secundo, & *decis.* 787. pariter confirmatoria in eadem. Vide supra *n.* 44. De Luc. *de Testam. disc. 76. Conflict. obser. 67.* infra *in novissim. addit.* Crescin.

Quòd primum continens derogatorias speciales revocetur per secundum, licèt de illis non sit facta individua mentio in secundo, sed tantùm specialis per verba generalia, & prægnantia, Rot. *part. 13. rec. decis. 99. decis.* 180. in eadem causa, ubi fuit revocata prima decisio ex pluribus suspicionibus falsitatis ibi relatis, quia conclusio, quòd primum testamentum revocetur per posterius eatenus procedit, quatenus secundum, & ultimum sit legale, & non suspectum, ita ut non operetur etiam favore piæ causæ, qui non sufficit ad sustinandum ultimum testamentum contra voluntatem testatoris *part. 27. decis. 296. per tot.* ubi pro validitate primi testamenti habentis specialem derogatoriam secundi, nam non facta mentione dictæ derogatoriæ in secundo, primum remanet in suo robore, & posterius nullum ex defectu voluntatis præventivæ ademptæ, & ad complacendum tantùm conditum, licèt in effectu testator à primo recedere non intendat; nisi ex conjecturis, & circumstantiis appareat de voluntate testatoris revocandi primum, etiam sine expressa revocatione, quarum multas recenset, & refellit, cùm debeant esse tales, ut rem in claris ponant, & ad id credendum pernecesse ducant intellectum, aliàs secus, & opus sit speciali derogatione, ut ibidem latè declarat, vide supra *num.* 44. & Fagundez *de justit. & contract. lib. 6. cap. 12. num. 10. & seqq. per tot.* Rot. *par. 28. decis. 186. in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio, etiam si ageretur de muliere, quæ prætendebatur dictatum clausularum ignara, & non certiorata, cùm potuerit consulere peritos, & alia, *decis. 319. & 787. per tot. 19. dec.* 211. Vide supra *dict. nu.* 44. De Luc. *loc. cit.* infra *in novissim. addit.* Crescin.

50 Testamentum primum remanet revocatum per secundum, in quo sit institutus posthumus, vel venter prægnans uxoris testatoris, licèt uxor verè non fuerit prægnans, & nullus nascatur posthumus, & sic licèt hoc idem ultimum testamentum remaneat irritum, & caducum, cùm ad effectum tollendi primum testamentum sufficiat secundum non esse nullum ipso jure, sed validum de tempore, quo fuit confectum, prout est quando instituitur posthumus, cujus institutio mero jure valeat, licet uxor nihil in utero haberet, cùm sufficiat eam habere potuisse, nec fuisse omninò per naturam impossibile quod esset gravida, unde sola opinio testatoris, & possibilitas naturæ facit validam institutionem posthumi, ita ut primum testamentum remaneat revocatum, nec posse reviviscere, & convalescere etiam si nullus posthumus postea natus fuerit, sed tunc fuit locus successionis ab intestato per *text. in l. si quis posthumus ff. de lib. & posthum.* ubi Bald. Castr. Jas. & alii plures, ac latè probat Altograd. *cons. 52. per tot. lib. 1.* ubi respondet pluribus objectis, & hanc opinionem in individuo, probat etiam Ciarlin. *contr. for. cap. 3. per tot.* idem Altograd. *in eadem causa cons. 53. per tot. lib. pr.* Altimar. *de null. rubr. 1. & 2. quæst. 1. nu. 54. tom. 8. fol. 39.*

Testamentum secundum cum clausula codicillari revocat primum etiam si in illo adsit pariter clausula codicillaris, quia licèt videatur posse sustineri tamquam codicillus, & concurrere cum secundo testamento, tamen contrarium est verius, & primum remanet revocatum unà cum omnibus in eo contentis, Pract. Papp. *libell. pro legat. rei sing. gloss. valere debent nu.* 15. facit Cravet. *con. 152. num.* 12. 51

Quòd clausula, *omni meliori modo*, habeat vim clausulæ derogatoriæ ad præcedentia testamenta, cum denotat præcisam voluntatem, Peregrin. *decis. 54. num.* 3.

Quòd primum remaneat revocatum per secundum etiam si non adsit clausula, *cassans, & irritans, &c.* Altograd. *cons. 79. num. 15. lib. 1.* Merlin. *decis. 237. num. pr. &c.* ubi tamen quòd non revocatur per codicillum, & *decis. 258. in eadem causa.*

An quis præsumatur potiùs voluisse condere testamentum, vel codicillos, Menoch. *lib. 4. præsump. 3. per tot.*

Quòd stante revocatione primi testamenti per secundum, dicantur sublatæ non solùm institutiones hæredum, sed etiam omnia legata, fideicommissa, donationes, confessiones, & alia quæcumque in eo disposita, latè Gratian. *discept. for. cap. 605. num. 6. & per tot. cap. 751. n. pr. &c.* Montan. *de tut. cap. 20. n. 16.* Surd. *decis. 38. num. 15. et seqq.* Altograd. *cons. 52. n. 77. lib. pr.*

Testamentum primum tollitur per secundum, quamvis testator dixerit se velle etiam primum valere, illudque confirmare in partibus non repugnantibus secundo, cùm nullus paganus possit decedere cum duobus, vel pluribus testamentis, hujusmodi tamen declaratio, & confirmatio operatur, quòd institutus in secundo, contentus rebus particularibus sibi relictis, aut suppleta quarta ex lege falcidia, censeatur per obliquum gravatus præstare institutis, & nominatis in primo id omne, in quo erant instituti; & si primum omninò revocatur quoad valorem, & efficaciam testamenti, & valet solùm in vim fideicommissi vigore secundi ad sustinendam omni meliori modo voluntatem testatoris, ad *text. in §. Sed & si quis Institut. num. quib. mod. test. infirm.* & latè tradita per Altograd. *cons. 78. num. 11. & seqq. lib. pr. cons. 65. num. 24. & seqq. ad 52. lib. 2. & cons. 96 num. 10. &c. lib. 2.* Et ita in dicto casu fit reductio primi testamenti ad codicillum, ac sustinetur tamquam codicillus, idem Altograd. *cons. 79. per tot. lib. 1.* ubi respondet objectis illorum, qui tenebant hujusmodi confirmationem operari, quòd scripta in primo haberentur pro expresse repetitis in secundo, & valerent jure directo cum etiam valeat institutio facta per relationem ad aliam scripturam, in qua reperiatur scriptum nomen hæredis, ut diximus in §. *Institutio num.* .... ostendendo differentiam inter hunc, & illum casum. 52

Testamentum primum revocatur per secundum, etiam factum ad blanditias, & persuasionem alterius, nisi interveniat dolus, vel nisi sit conditum ad interrogationem personæ suspectæ, Gratian. *discept. forens. cap. 659. per tot.* Ursil. ad Afflict. *decis. 69.* Altograd. *cons. 53. num. 26. lib. pr.* vide in §. *Testator num....* 53

Testamentum primum numquam dicitur revocatum, nisi secundum fuerit perfectè celebratum, etiamsi in secundo adsit clausula, *cassans, &c.* vel clausula codicillaris cum similibus, Gratian. *discept. forens. cap. 764. num. 5. & cap. 895. nu. 28. &c.* latè Tusch. *litt. T. concl. 153. & 154. per tot.* Rot. *part. 13. recen. decis.* 92. vide De Luc. *de testam. disc. 7. num. 3. & disc. 32. num. 6.* 54

Si

Digitized by Google

Si tamen secundum licèt invalidum, sit ad savorem venientium ab intestato sufficit tamquam declaratio suæ voluntatis revocandi ad illorum savorem, licèt expresè non dixerit velle inrestatum decedere, ad tradita per Peregrin. *decis.* 43. *n.* 2. *infra n.* 55.

Quòd testamentum primum non remaneat sublatum quando revocatur cum animo, & intentione aliud condendi, de quo postcà non appareat, & alia, Gratian. *discept. forens. cap.* 558. *per tot. cap.* 490. *num.* 41. *cap.* 763. *num.* 2. *cap.* 764. *per tot. part.* 13. *recent. decis.* 331. *per tot.* ubi plura qualiter primum testamentum non remaneat revocatum, nisi de alia dispositione valida, & perfecta appareat, & quales debeant esse testes ad effectum probandi revocationem primi testamenti.

Quando præsumatur revocatio, vel mutatio voluntatis, Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 165. Rot. *part.* 23. *recent. decis.* 92. ubi quòd revocatio probari debet per testes idoneos, & omni exceptione majores.

Quòd secundum ex falsa causa factum, non rumpat primum, Magon. *decis. Flor.* 4. *num.* 4. 23. vide *supra num.*....

55 Testamentum solemne, & validum revocatur per simplicem declarationem factam coram septem testibus, quando ita declarans dicit velle ab intestato decedere, nam tunc videntur instituti venientes ab intestato, per quorum aditionem confirmatur ademptio, & revocatio primi testamenti, Clar. §. *Testamentum quæst.* 91. Alex. *cons.* 30. *lib.* 2. *cons.* 104. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 558. *per tot. cap.* 763. & 764. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 879. Oinot. *in* §. *ex eo autem Instit. quibus mod. test. infirm.* plenè Fontanell. *decis.* 49. *& seqq.* Caldas Pereyr. *cons.* 3. *per tot.* & latè cum pluribus hinciode citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 17. *per tot.* & novissimè Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primogen. Ital. part.* 2. *quæst.* 39. *per tot. & par.* 3. *dec.* 37. ubi quòd revocans testamentum cum declaratione decedendi ab intestato, censetur instituisse venientes ab intestato, qui ideò dicuntur succedere ex provisione testatoris, & non legis, ac proinde excludunt fœminas, etiam quoad bona sita extra territorium, cùm non vigore statuti, sed ex voluntate disponentis succedant, sed postea re melius perpensa fuit dictum esse indubitatum, quòd ita declarans verè decedat ab intestato, & sic revocata dicta præcedens decisio cum suis illationibus, & consequentiis cùm hujusmodi declaratio non importet novum actum dispositivum, sed simplicem revocationem favore venientium ab intestato, ut constat ex aliis decis. Rot. Romanæ apud eundem Torre *d. part.* 3. *decis.* 46. *per tot.* & est in Romana, seu Januens. successionis Lunæ 31. Januarii 1683. coram Marthæjo, & iterum in eadem causa, & coram eodem pluries proposita, Rota variavit ex aliis rationibus, & considerationibus sub die 23. Junii 1684. ut videre est penes Torre *d. part.* 3. *decis.* 59. *per tot.* de qua materia plenè etiam Mans. *Consult.* 445. *cum pluribus seqq. lib.* 5. & sunt decisiones, & consultationes in eadem causa, de qua Torre *ut supra*, ubi benè hanc conclusionem declarat, Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1282. *num.* 33. *& seqq.* Guid. Pap. *quæst.* 200. Thes. jun. *quæst. forens. lib.* 3. *quæst.* 45. *num.* 1. *&c.* Altograd. *cons.* 77. *num.* 43. *&c. lib. pr.* Matescot. *var. resol. lib. pr. cap.* 48. Franch. *decis.* 287. *per tot.* Altograd. *cons.* 65. *num* 19. *& seqq. ad* 29. *lib.* 2. Marcian. *disput. forens. cap.* 61. *per tot.* Peregrin. *decis.* 431. *per tot.* Surd. *decis.* 128. ubi quòd testes in revocando testamento debent habere qualitates requisitas in illo condendo, Ludovis. *decis.* 446. *per tot.* ubi quòd non refert an expresè sit dictum velle ab intestato decedere, cum etiam sufficiat tacitè colligi velle ab intestato decedere, maximè si in revocatione adsit clausula codicillaris, latè videndus Sanfelic. *decis.* 196. ubi de simplici protestatione coram septem testibus facta, nolle testamentum valere, & sic sola pœnitentia revocari, & locum legitimis hæredibus fieri. Emeria jun. *decis.* 1164., ubi plura. Vide infra *in novissim. addit.* Crescin.

Quid si ademptio esset captatoria, vide *suprà num.*...

Quòd stante favore filiorum, vel piæ causæ valeat simplex revocatio, etiam absque dicta aditione, quòd velit intestatus decedere, Castr. *in auth. hoc inter liberos, num.* 3. *C. de testam.* Alex. *cons.* 104. *num.* 4. *lib.* 2.

Contrarium tamen tenent alii, ut per Gratian. *d. cap.* 764. *num.* 24. *&c.* plenè Sanfelic. *decis.* 196. ubi plurimos pro hac contraria opinione allegat, quibus, & eorum rationibus respondet, & pro revocatione testamenti ad favorem venientium ab intestato decisum restatur, licèt venientes ab intestato, non fuerint expresè vocati, nec dictum velle intestatum decedere, sed simpliciter coram septem testibus protestatum, nolle suum testamentum firmum esse.

Quando autem, & ex quibus conjecturis, & præsumptionibus arguatur testamenti revocatio, licèt de illa non appareat, Rot. *part.* 18 *recent. decis.* 302. cum aliis per me citatis in §. *Fideicommissum num.* 54.

Testamentum primum non remanet revocatum per secundum conditum ex falsa, & erronea causa, dummodò hujusmodi causa fuerit finalis, & benè probata, quia tunc secundum est nullum, & ideò non potest revocare primum, & quatenus etiam primum non subsisteret, fit locus successioni ab intestato, Rot. *in Romana successionis* 21. *Junii* 1642. coram Carillo *in recent. part.* 9. *decis.* 102. *num.* 6. *& seqq.* ubi plura de probatione dictæ causæ per testes, *suprà num.* 42. 56

Postcà tamen sub die 9. Maji 1644. in eadem causa Rota recessit à dicta decisione, ut constat in *d. part.* 9. *recent. decis.* 280. eo quia prætensa falsitas causæ non erat sufficienter probata, & quia ut testamentum corruat ex falsitate causæ, debet de illa constare ex ipso testamento, non aliundè sumenda, maximè si aliæ causæ sint in testamento expressæ, quia causa expressa est attendenda, & non recurrendum ad tacitam, & immaginatiam, & rursus in eadem causa, *decis.* 392. *num.* 11. *& seqq. per tot. d. part.* 9. *recent. & decis.* 443. *num.* 13. *& seqq. in Appendice d. part.* 9. Addo Alrimar. *de nullit. rub. pr. q.* 13. *num.* 144. *tom* 3. Mantiss. ad eumd. De Luc. *libr.* 16. *decis.* 18. *& decis.* 19. *vol.* 4.

Testamenta omnia, sive quæcumque dispositiones per modum ultimæ voluntatis, sicuti non sortiuntur effectum, nisi mortuo testatore, & ab illo vivente semper possunt revocari. Ita etiam quæcumque pacta, & promissiones de instituendo aliquem sibi hæredem, vel non subsistunt de jure, cùm inducant votum captandæ mortis alienæ, & auferant liberam testandi facultatem, vel quatenus possent sustineri propter consensum promittentis, debent intelligi nisi sequatur revocatio per institutionem alterius, cùm semper possint revocari, etiamsi emanaverint in capitulis matrimonialibus, & sic favore certi matrimonii, ac etiam accedente juramento, vel stante consuetudine, quæ debet intelligi, nisi sequatur revocatio, & concludenter probata in illo loco particulari, & in omnem casum non extenderetur ad bona alibi sita, vel secundum aliquos tamquam contra bonos mores esset nulla, prout latè hæc omnia singillatim, probat Rot. *in Avenionens. hæreditatis* 5. *Martii* 1646. coram Rojas *part.* 9. *recent. decis.* 390. *per tot.* facit quod dixi in §. *Pactum num.* 3. 57

Testamenta non possunt vivo testatore aperiri, neque publicari etiam si testator sit factus mentecaptus, qui aliàs pro mortuo reputatur, sed illius mors naturalis est expectanda, Sanfelic. *decis.* 297. & dixi in §. *Notarius num.* 23. 58

Testamentum inter liberos qualiter valeat absque solemnitatibus à jure requisitis, si de illo appareat scriptura patris, etiam sine testibus, & die, ac de intelligentia, *Auth. si modo C. famil. ercis. & auth. quod sine C. de testam.* latè Cabal. *cons. decis.* 106. *per tot. lib.* 2. & dixi in §. *Scriptura num.* 15. *& seqq.* Vide Episc. Roccam *cap.* 35. *a nu.* 45. *cum seqq. libr. pr.* 59

Quòd dispositio *l. hac consultissima* §. *ex imperfecto C. de testam.* procedat etiam in testamento mentis imperfecto inter liberos, & non obstante magna ina-

Digitized by Google

inæqualitate inter eos, Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 2.* Clar. *§. Testamentum quæst.* 14. Boer. *decis.* 240. *n.* 8. *& seqq.* Cabal. *cons. decis.* 88. *per tot. lib. pr.*

Aliqua notabilia de testamento inter liberos, Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap. pr. §. 6. per tot. fol.* 239.

Testamentum confidentiale quale dicatur, ex qui-
60 bus arguatur, ac de ejus effectu, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 23. *& part.* 18. *decis.* 238. *in eadem causa*, & dixi in pluribus citatis in §. *Hæres num.* 11. *& §. Testator num.* 24. plura etiam Em. De Luc. *verb. testam. confidentiale.*

Multa de testamentis remissivè, tradit Ægid. de
61 Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Testator, & Testamentum*, plura etiam Em. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *de nullit.* Ansald. & Emeria *in dec. Sacr. Rot. Roman. verb. testament.* Caprar. Mantiss. ad eumd. De Luc. Rocc. Castald. Bertachin. Balduc. Carol. Ant. De Luc. Mans. Palm. & alii moderni.

Testamentum quid sit, quale, à quibus fieri pos-
62 sit, vel non, quomodo, & quibus modis fiat, quot testes requirat, quando & ex quibus dicatur defectivum, imperfectum, nullum, ruptum, quid si sint plura eodem die confecta, & non constet quodnam fuerit primum, vel ultimum, quod si sit vitiatum, vel rasum, quomodo speciatur, publicetur, probetur, revocetur, aliaque plurima tradit Bertachin. *in Repertor. verb. Testamentum per duodecim paginas*, aliqua Joseph Feliv. *Margar. var. conclus. eod. verb.* plura Thoro *Compend. decis. Neapol. part. pr. & 2. verb. Testamentum*, Arismin. Tepat. *variar. sent. tit.* 588. *cum pluribus seqq.* Vasquius *tract. de success.* Cancer. *var. resolut. part. pr. cap.* 4. *per tot.* Castill. *lib.* 4. *contr. cap. pr.* & alibi sæpè Jul. Capon. *tom.* 4. *discept.* 201. Em. de Luca *tract. de testam. per tot.* Francisc. Pinber. *tract. de testam. per tot.*

63 Si quis ulterius scire cupiat in materia testamentorum, unde testandi facultas proveniat, qui possint testari, vel non, quæ solemnitates sint necessariæ, vel non, quando dicantur perfecta, & absoluta, vel non, quid in dubio præsumendum, qui possint esse testes, vel non, quomodo, & coram quo Judice aperienda, & publicanda, ad quos spectet executio, penes quem sint custodienda, & secundum quas leges judicanda, de conditionibus adjectis, de prohibentibus aliquem testari, vel per vim, metum, & dolum inducentibus ad testandum, an testator præsumatur fuisse sanæ mentis, an possit contra leges disponere, de captatoria voluntate, an sit credendum assertioni testatoris, vel standum ejus confessioni pro se, vel contra se, sive alios, quomodo interpretanda, & exequenda sit testatoris voluntas, quando, & à quo irritentur, rumpantur, vel revocentur testamenta, de querela inofficiosi, de executoribus testamentariis, de illis, quibus data fuit facultas, & mandatum à testatore testandi, & disponendi pro eo, an valeant testamenta si potens sit institutus ad alterius invidiam, vel ex errore, & falsa causa, & multas alias notabiles, & peregrinas quæstiones, adeat Auctores latè cumulatos à Castejon. *Alphab. juridic. verb. Testamentum, Testator &c.* atque à Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 719. *& seqq.* ac novissimè etiam de testamentis, & testatoribus, quid disponere valeant, vel non, habentur plura per Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primogen Ital. in locis indicatis in Repertor. general. in fine part.* 3. *verb. Testamentum, Testator per tot.* Cancer. *var. resol. part. pr. cap.* 4. *per tot.* Andreol. *contr. ut in Indice verb. Testamentum &c.* Em. De Luc. *in ejus Indic. gener. verb. Testamentum*, Altimar. *de nullit.* Vide Ansald. Emerix Caprar., & alios, quos retuli supra *num.* 61.

64 Testamentum an revocetur per donationem universalem posteà factam hæredi in antecedente testamento instituto, & an donatione acceptata, si illa fuerit nulla, possit idem hæres, & donatarius consequi bona vigore præcedentis testamenti, vel potiùs admittantur venientes ab Intestato, latè hincinde fundamenta adducit nihil resolvens Andreol. *controv.* 221.

Testamentum factum jure militari, ut valeat ne- 65
cesse est quòd fiat in bello, vel in acie, & in procinctu, non autem in statione, ex veriori sententia, & probari debet voluntas militis, & si facta sit scriptura debet legitimè recognosci, nec sufficit attestatio Capitanei, sed debet fieri formiter, citata parte, Tondut. *quæst. civil.* 137. *per tot. part.* 2. vide De Luc. *de Donat. disc.* 38. *de testam. disc.* 28. Mantiss. ad eumdem *lib.* 9. *decis.* 35. 36. *&* 37. *vol.* 3.

Testamentum efficitur caducum decedente hærede 66
ante testatorem, & substitutiones sequentes evanescunt, nisi contineat clausulam codicillarem, quæ habet vim sustinendi substitutiones, Tondut. *quæst. civil.* 173. *part.* 2. & dixi in hoc §. *num.* 28. ubi plures allegavi.

Testamenta, & aliæ ultimæ voluntates non com- 67
prehenduntur in decreto Concilii Tridentini de renunciationibus non faciendis, nisi cum licentia Ordinarii, & intra duos menses ante professionem. Fagnan. *in cap. Quia ingredientibus, n.* 17. *de testam. tom.* 3.

Testamentum, in quo fratres minores sunt insti- 68
tuti, non valet, nisi adsit cohæres, & hæreditas defertur venientibus ab intestato. Bart. *in tract. Minorit. lib.* 1. *dist.* 1. *cap.* 2. Fagnan. *in cap. Præsentia n.* 42. *de Probat. tom.* 2.

Testamentum super feudis an valeat. Galeot. *lib.* 69
2. *contr.* 14. *n.* 20. *controv.* 15. *n.* 23. Sraib. *resol.* 99. *n.* 119. Rocc. *de offic. rub.* 13. §. 4. *n.* 30. Carol. Ant. De Luc. *in tract. de linea leg. art.* 4. *n.* 50. *lib.* 1.

Testamentum resultare dicitur ex donatione reci- 70
proca facta ad favorem superstitis. Card. De Luc. *de Fideic. disc.* 159. *n.* 3.

Testamentum ambiguum declarari potest coram 71
minori numero testium. Card. De Luc. *de Success. disc.* 27. *n.* 9.

Testamentum legis continent statuta in materia 72
successionum. Card. De Luc. *de Success. disc.* 1. *num.* 8. *disc.* 3. *n.* 21. *disc.* 22. *n.* 4. *De Renunc. disc.* 18. *n.* 4. Et qui non reperitur in Statuto vocatus, censetur exhæredatus, vel præteritus. Card. De Luc. *de Success. d. disc.* 1. *n.* 10.

Testamentum interpretandum venit juxta qualita- 73
tem testatoris. Card. De Luc. *de Success. disc.* 3. *n.* 54. *disc.* 7. *num.* 10. Et juxta substantiam verisimilia voluntatis. Card. De Luc. *de Success. disc.* 17. *num.* 7.

Scriptor, vel dictator testamenti pro interpretatione ambiguæ voluntatis est attendendus. Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 39. *n.* 6.

Testamentum à vitio præteritionis salvatur; si re- 74
licta fuerit legitima honorabili titulo institutionis. Text. in *l. scimus, & in l. omnimodò. C. de inoff. testam.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 17. *lib.* 16. *nu.* 1. *vol.* 4.

Ex testamento revocato elicitur voluntas testato- 75
ris. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 11. *lib.* 9. *num.* 15. *et dec.* 12. *n.* 10. *lib. eod. vol.* 1. Limita quando in altero testamento fuit voluntas substantialiter immutata. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 6. *lib.* 10. *n.* 7. *vol.* 2.

Testamentum præsumitur testatori fuisse lectum, si 76
illud subscripserit. Rot. *dec.* 581. *num.* 16. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* & coram Coccin. *dec.* 1266. n. 7. *et seqq.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 8. *lib.* 10. *n.* 15. *dec.* 9. *nu.* 22. *et* 23. *lib. eod. vol.* 2.

Abolitiones, & Cancellationes existentes in testa- 77
mento, retardant illius executionem. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 86. *lib.* 10. *n.* 2. Limita si cancellationes non respiciant substantialia testamenti, nec impediant illius lecturam. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 86. n. 3. *et* 4. Et maximè si suspicari potest, quod cancellationes sint recentes, & factæ pendente lite, ex quo in antecedentibus exemplaribus non inspiciantur, nec memorentur, & quia fuit eidem testamento alias data Judicialis executio. Mantiss. ad De Luc. *loc. supra alleg. n.* 5. *et seqq. vol.* 2.

Pars anterior testamenti an suppleat dispositi- 78
vam, in qua ordinatur successio. Piton *de Jurep. all.* 32. *n.* 16. *tom.* 1.

Jus competens ex testamento, facilius revocatur, 79
quàm competens ex contractu, Rot. *dec.* 229. *nu.* 4.
vers.

Digitized by Google

vers. quod præjudicium part. 3. rec. & cor. Merlin.
dec. 568. n. 7. et 8. Piton. de Jurep. all. 86. n. 10. et
seqq. tom. 2.
Revocatio facta in ultima voluntate de omnibus
80 præcedentibus dispositionibus non extenditur ad
actum inter vivos Alexand. cons. 35. num. 20. lib. 4.
et cons. 32. n. 4. lib. 7. Rot. dec. 204. n. 9. part. 3. et
dec. 6. n. 4. part. 18. rec. & coram Gregor. dec. 257.
n. 4. et 6. Piton. de Jurep. d. all. 86. n. 13.
Erectio beneficii Patronalis facta ab Ordinario po-
81 tius attenditur, quàm testamentum Fundatoris, &
de ratione. Piton. de Jurep. in supplem. num. 52.
tom. 2.
Partes testamenti subalternæ regulantur ad formam
82 dispositivæ. Rot. dec. 461. n. 8. part. 13. dec. 269.
n. 17. part. 15. et dec. 207. n. 4. part. 16. rec. Piton.
de Jurep. all. 75. n. 17. in fin. tom. 2.
Juspatronatus in testamento relictum recipit in-
83 terpretationem ex dispositione super bonis tempora-
libus. Piton. de Jurep. dict. all. 75. n. 41.
Erectio Jurispatronatus facta ab Ordinario cum
relatione ad Testamentum censetur se conformare
cum illo. Rot. coram Cels. dec. 368. num. 8. coram
Priol. dec. 439. n. 7. coram Emerix Jun. dec. 535.
et dec. 834. utrobiq. n. 16. Piton. de Jurep. loc. sup.
cit. n. 44.
Testamentum approbatum quando dicatur, adeo
84 ut non possit amplius impugnari. Rot. decis. 190.
n. 1. part. 13. rec. Balduc. de Legat. tit. 3. decis. 21.
n. 23. et 24.
Testamentum nullum quoties fuerit, & postea à
85 Principe convalidatum, decretum convalidationis
habet vim novæ concessionis. Rot. dec. 145. nu. 4.
part. 7. rec. Balduc. de Legat. d. dec. 21. nu. 22.
86 Testamentum Patris, quo filius instituitur, præ-
sertim in legitima probat filiationem. Natta cons.
535. n. 7. et seqq. Ruin. cons. 109. n. 38. lib. 3. Mans.
consult. 40. n. 21. in fin. et n. 22. Balducc. de Legat.
tit. 3. dec. 12. n. 7.
87 Testamentum quovis tempore fiat dicitur factum
tempore mortis. Text. in l. unum ex familia in princ.
ff. de leg. 2. Fagnan. in cap. Cum esses num. 71. de
testam. tom. 3.
88 Testandi facultas generaliter concessa non com-
prehendit personas alioquin inhabiles Gloss. in l. Pri-
mu in verb. Habent C. de Sacros. Eccles. Fagnan.
in d. cap. Cum esses n. 94. Declaratur ibid. nu. 142.
89 Testamenta rarò sortiuntur suam executionem
absque aliquo litigio. Marant. resp. 78. à princip.
part. 4. Ansald. dec. 22. num. 1. part. 1.
90 Testamentum, cujus veritas aliundè adminicula-
tur, non debet exponi fallaci experimento compa-
rationis litterarum, sub prætextu recognoscendi ma-
num testatoris. Ansald. decis. 22. num. 15. et 18.
part. 1.
91 Quæstiones cadentes super interpretatione testa-
mentorum, regulariter sunt potius facti quam Juris.
Ansald. dec. 93. n. 32. part. 2.
92 Stante controversia super validitate Testamenti
aliquando est practicandum sequestrum. Lancellot.
de attentat. part. 2. cap. 2. in præfat. num. 46. Posth.
de Manut. obser. 55. n. 34. ad med. vers. Nisi age-
retur inter duos. Bertachin. vol. 121. nu. 22.
In concursu probationum præferuntur illæ, quæ
93 favent Testamento. text. in cap. propterea de test.
cog. Capon. contr. 360. n. 50. Bertachin. d. vol. 121.
n. 32. vide infra sub n. 98. Mantiss. ad De Luc. libr.
10. dec. 33. n. 17. vol. 2.
94 Testamentum inofficiosum aliquo dicente, & vin-
cente contra hæredem, an legatarius possit appel-
lare, & dicere de nullitate text. in l. Papinianus §.
si ex causa ff. de inoff. testam. Ruginell. de appell.
§. 2. c. 1. n. 26. Altimar. de nullit. rubr. 4. qu. 27.
n. 9. tom. 1.
95 Testamentum quod non sit factum probatur ex pro-
tocollis. Calà de modo articul. et prob. §. 2. gloss.
unic. n. 1136. Altimar. de Nullit. rub. 7. quæst. 4. n.
18. tom. 1.
96 Testamentum confirmatum censetur per Codicil-
los, in quibus reformatum fuit in aliquo tantùm
casu Fusar. de substit. quæst. 451. n. 5. cum seq. Rot.
dec. 51. num. 2. part. 6. dec. 347. nu. 9. part. 14. rec.
Emerix Jun. dec. 373. n. 6.
Testamentum excludit venientes ab intestato. Eme- 97
rix Jun. dec. 98. n. 1. dec. 123. nu. 1. Et facit cessare
remedium interdicti quorum bonorum. Emerix Jun.
d. dec. 98. n. 2.
Materia testamentorum est multum periculosa, & 98
fuit legumlatoribus semper suspecta Emerix Jun.
dec. 121. n. 4. Semper tamen fieri debet benigna in-
terpretatio ad illud sustinendum. Emerix Jun. dec.
523. n. 2. Vide supra nu. 93.
Testamentum factum juxta mores, & ordinatio- 99
nes unius loci, valet etiam in aliis. Emerix Jun.
dec. 1184. n. 5.
Testamentum rogatum à non verè Notario est 100
nullum. Emerix Jun. dec. 276. n. 12. et seq.
Testamenti falsitate in una parte probata, totum 101
Testamentum inficitur. Calderon. resol. 14. n. 33. fol.
96. tom. 1. part. 1.
Testamentum factum ob motus planetarum an 102
valeat. Rub. de Confus. Jur. cap. 1. n. 127. et 181. et
c. 19. n. 54.
Testamentorum pluralitas non præsumitur De 103
Luc. de Testam. disc. 66. num. 1. Mantiss. ad ornat.
Card. De Luc. lib. 9. dec. 15. n. 19. et 20. vol. 1.
Testamenti condendi facultas publici Juris est. 104
Text. in l. testamento 3. ff. de testam. Episc. Rocc.
cap. 28. n. 17. part. 1.
Testamenta inspecta lege duodecim Tabularum,
cum publicè fierent ideo testamenti factio publici;
non autem privati Juris fuit. Text. in l. testamenti
3. ff. qui testam. fac. poss. Episc. Rocc. d. cap. 28.
num. 23.
Testamentum quousque declaretur nullum per rem 105
judicatam, legitimi successores nihil consequi va-
lent Episc. Rocc. cap. 36. n. 2. Neque legitimi con-
tradictores dicuntur. Episc. Rocc. ibid. n. 3. part. 1.
Testamenti quo ad validitatem omnino requiri- 106
tur habilitas tempore conditi testamenti, & tempo-
re mortis. Andreol. controv. 356. nu. 22. Ciroc. di-
scept. 50. n. 64. et seq. Cavaler. dec. 570. num. 3. et
seq. Episc. Rocc. d. cap. 28. n. 66.
Testamenta ex hæreditatum numero non distin- 107
guuntur. Episc. Rocc. cap. 5. n. 13. part. 1.
Testamentaria Schedula, præcedenti die à Nota- 108
rio conscripta, Testatore dictante, in omnibus con-
sonans cum Schedula scripta per Parochum coram
duobus testibus rogatis, deservit pro vehementi ad-
miniculo ad effectum probandi voluntatem defuncti
Card. Cels. dec. 351. nu. 1. Episc. Rocc. cap. 40. nu.
30. part. 1.
Testamenti validitati, & veritati confirmationis
die antecedenti conscripti, Testatore dictante præ-
judicium inferri non potest ex variatione Testium,
& Parochi in subsequenti depositione. Suid. cons.
378. n. 24. et seq. cons. 414. nu. 76. Altograd. cons.
50. num. 9. et seq. libr. 1. Episc. Rocc. d. cap. 40.
num. 41.
Testamentis ex duobus, si non appareat, neque 109
prioritas, neque potioritas in tempore, neutrum est
attendendum. Soccin. Jun. cons. 2. num. 11. et seq.
lib. 2. Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 4. art. 5.
n. 2. et seq. Rocc. Episc. cap. 42. n. 12. part. 1.
Testamentum favore piæ causæ præsumitur po-
sterius. Mart. loc. cit. num. 3. vers. aut piæ causæ
Episc. Rocc. d. cap. 42. n. 14.
Testamentum revocatum non attenditur, cum 110
nemo possit decedere cum duobus testamentis Episc.
Rocc. cap. 1. n. 75. Præcipuè stante clausula cassans
etc. ex qua primum testamentum neque etiam alle-
gari potest ad alterius declarationem. Episc. Rocc.
d. cap. 1. n. 76. et seq.
In Testamento in dubio, voluntas pro perfecta 111
haberi debet, donec ex adverso doceatur, Testatorem
voluisse ulterius disponere. Menoch. lib. 4. præsump.
5. n. 1. et duob. seq. Alex. cons. 74. n. 3. lib. 1. et
cons. 105. in fin. lib. 7. Episc. Rocc. cap. 40. n. 14.
In Testamentis conditis in Terris Ecclesiæ forma 112
præscripta in Decretal. in cap. cum esses de Testam.
non est præcisa, sed probatoria. Episc. Rocc. cap.
40. n. 42. Idque comprobatur, quia requirit Paro-
chum,

Digitized by Google

chum, duosq. testes, & nihilominus, etiam sine Parocho quatuor sufficiunt testes. Episc. Rocc. *ibid.* *n.* 43. Prout etiam loco Parochi suffiait Confessarius Rocc. Episc. *ibid.* *n.* 44.

In tastamentis conditis in Terris Ecclesiæ ob quam causam S. Mem. Alexander III. *in Decretal. in cap. cum esses de Testam.* decrevit, ut duo testes cum Parocho sufficiant abrogara Juris Civilis solamnitate. Episc. Rocc. *d. cap.* 40. *n.* 46.

213 Tastamentum per relationem ad Schedulam valet etiam, ubi talario esset ad schedulam nondum confectam, & traditam, sed conficiendam, & tradendam. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 1. *num.* 10. Immò etiam quod schedula non esset scripta propria manu, sad ab altera de ipsius ordine. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 3. Ubi præsartim dispositum essat favora piæ causæ. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 4. *num.* 7.

Testamentum per relationem ad Schedulam non desiderat solamnitates, quæ desiderantur in nuncupativis. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 5. *nu.* 14.

214 Tastamanti solemnitatas requiruntur in nova concessione adamptiva, san concessiva, secus ubi agatur de daclaratione voluntatis ambiguæ. Rot. *dec.* 108. *part.* 7. *dec.* 61. *part.* 10. *rec.* Card. De Luc. *de Testam. disc.* 47. *n.* 8. *disc.* 48. *n.* 5.

215 Si Pontifex concadat indultum testandi sine solemnitatibus, an censaatur solum semisisse illas juris civilis, non autem Canonici text. *in cap. esses, et in c. relatum de testam.* Card. De Luc. *de Testam. disc.* 6. *n.* 2.

216 In Testamentis nuncupativis forma nominandi hæredam ore proprio ast pernecesse adhibenda respectu primi hæredis diractè instituti; non autem substituti per fidaicommissum. Taxt. *in l. hac consultissima*, §. *per nuncupationem*, *Cod. de testam.* Marlin. *decis.* 505. *n.* 25. Rocc. Episc. *cap.* 30. *n.* 24. *part.* 1.

217 Tastamenti nuncupativi impliciti forma subsistit, sive agatur de legatis, sive da hæredis institutione. Episc. Rocc. *cap.* 39. *n.* 3. Reprobatur santentia affirmans, hujusmodi formam tastandi solummodo procadera in legatis; non autem in hætadis institutione. Rocca *ibid.* *n.* 4. *part.* 1.

218 In Testamanto nuncupativo implicito, juxta æquioram santantiam, non requiritur, quòd testator ore proprio nominavarit hæredam, cum non alia exposcatur magis explicita hæradis institutio, quam scriptura ralata demonstret. Episc. Rocc. *d. cap.* 39. *n.* 6. *et cap.* 36. *nu.* 27. Reicitur contraria santentia affirmans, quod raquiratur explicita hæredis institutio, vel saltem implicita coram testibus expressa. Episc. Rocc. *d. cap.* 39. *n.* 7.

219 In testamanto nuncupativo implicito identitas schedulæ præsumenda, quoties testium concurrit subscriptio; signaater non concurrentibus vehamantibus conjecturis in contrarium. Episc. Rocc. *d. cap.* 39. *n.* 18. Præcipuè si testatoris adsit subscriptio in calce singulorum foliorum. Rocc. Episc. *ibid. citat.* *n.* 18. *in fin.*

Traditur singularis casus relatus per Borgos de Pax super suppositione Schadulæ testamentariæ absq; Notarii, & testium dalicto. Rot. *dec.* 581. *nu.* 12 *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* Episc. Rocc. *d. cap.* 39. *n.* 10.

Tastamenti nuncupativi impliciti in aperitione nullum requiritur Judicis decratum, aut alia solemnitas. Episc. Rocc. *loc. præalleg.* *n.* 22.

Præcipuà, quando tastator tribuit Notario facultatem apariendi tastamentum propria authoritate. Episc. Rocc. *ibid.* *n.* 23.

220 A testamento inter liberos ad dispositionem ad pias causas valet argumantum. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 4. Rot. *dec.* 285. *n.* 1. *& seq. part.* 10. *rec.* Episc. Rocc. *cap.* 35. *n.* 46. *part.* 1.

221 In Tastamento militari, atiam Codicillis potest adimi hæraditas. Vasq. *de success. creat lib.* 3. §. 25. *n.* 15. Boss. *de testam. milit. tit.* 11. §. 2. *n.* 35. *& seq.* Episc. Rocc. *d. cap.* 35. *n.* 53.

222 Filia familias, quamvis nupta non potest, neque etiam inter liberos da suis dotibus, sive profactitiis, sive adventitiis tastari, adhuc Patris accedente consensu, neque testamentum sustineri valet ex beneficio clausulæ codicillaris in vim donationis causa mortis; nisi expressus, specialisque ejusdem Patris accedat consensus in ipso acto tastandi; non autem præsumptus, unà cum præsentia donatarii omnino à Jure requisita, quoties mortis causa donatur Eapenditur vers ratio, ob quam filiis familias tastamantum facera sit interdictum. Filio familias non est à Jura permissum, patris consensu non accadente, causa mortis donare, neque etiam bona adventitis, sive profectitis, licet eidam patri in eisdem bonis non fuarit quæsitus ususfructus, cum Patris consansus non requiratur ratione præjudicii, ob usumfructum, sad potius ad integrandam filii personam, Reprobatur theorica Bartolo tributa in *Novella* 117. *Auth. ut liceat Matri, & Aviæ*, Ipsamque *Auth.* in verbo, *disponere*, asse mendosè traductam in latinum ex Graco Idiomata ostenditur, ejusdemque traditur intallectus. Episc. Rocc. latissimè *cap.* 28. *per tot. part.* 1.

Tastari potest Filius familias etiam Clericus primæ tonsuræ. Boss. *de Patr. potest. cap.* 5. *nu.* 182. Grass. *de effect. Clericul. in præl ud.* *n.* 300. *& seq.* Bartachin. *Vot.* 74. *n.* 8. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 7. *lib.* 2. *n.* 3. *vol* 1.

Error, qui ttibui potast scriptori non vitiat testamentum. Rot. *dec.* 581. *n.* 39. *cum trib. seq. part.* 4, *tom.* 3. *& dec.* 749. *num.* 13. *part.* 18. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 3. *lib.* 9. *n.* 23. *vol.* 1. 223

Testator, deficientibus masculis, si vocat ad fideicommissum fœminam natu majorem, quæ tempore evenientis casus fideicommissi nupta non reperiatur sub lege, ut nubat viro nomen ac insignia familiæ assumenti, debetur successio, etiam excluso substituto Viduæ in decrepita ætate constitutæ, si tamen plures filios haberet paratos assumere cognomen. Episc. Rocc. *sup. dict. cap.* 194. *n.* 151. *part.* 2.

66 Testator mandans suis hæredibus ut conficiant instrumentum Census Cessionis cum obligatione in forma Cameræ, & in solidum manutenendi Censum exigibilem perinde est ac si ipse exigibilitatem promisisset, & ejus hæreditas obligata remanet. Bart. *in l. cum tabernam in fin. ff. de pignor.* Rot. *decis.* 320. & 426. *utrobiq. n.* 2. *part.* 13. *rec.* Caprat. *dec.* 177. *n.* 4. *part.* 1.

67 Testator legando annua scuta centum, intelligitur reliquisse de illis introitibus, quos unicè habebat, & est ac si dixisset, lego scuta centum annua ex meis annuis redditibus, quos habeo. Cæsar de Afflict. *contr.* 43. *n.* 5. *ad med.* Caprat. *dec.* 583. *n.* 1. 2. 15. & 18. *part.* 2.

68 Testator qui in ejus testamento descripsit omnia ejus bona, Census, Cambia, & alia credita: non omisisset recensere illud, quod modò discutitur, si verum fuisset. Text. *in l. Unica* §. *si autem C. de cadue. tollen.* Caprat. *dec.* 528. *n.* 15. *part.* 2.

69 Testator si voluit descendentes illegitimos utriusque sexus, & sic etiam fœminas ad successionem admitti mediante legitimatione, multo magis voluit fœminas legitimas admitti. Caprat. *dec.* 588. *nu.* 4. *part.* 2.

70 Testator dando facultatem filiis illegitimis hæredum, quod possint se legitimari facere, ad effectum, ut successive admitti valeant ad ejus Fideicommissum, per necesse sequitur, quod eos vocaverit. Jason. *cons.* 202. *num.* 2. *usq. ad fin.* & *per tot. vol.*

vol. 2. Capran. *d. dec.* 588. *n.* 6. ubi rejicitur Dulph. contrarium sentiens.

71 Testator dicitur contemplasse filios nasciturosex hæredibus, si unicam filiam ex eis natam exclusit, quod tractum temporis importat. Rot. *dec.* 310. *n.* 12. *part.* 1. *&* *dec.* 97. *n.* 6. *part.* 4. *tom.* 1. *& dec.* 355. *nu.* 9. *part.* 17. *rec.* Caprar. *dec.* 397. *num.* 14. *part.* 1.

72 Testator vocando Nepotes cum nomine successorum, dicitur eos vocasse post obitum parentum, & illud tempus prospexisse, & sic per fideicommissum, cum nemo in vita habeat successores. Menoch. *præsumpt.* 70. *n.* 26. *& seq. lib.* 4. Fusar. *de substit. quæst.* 479. *n.* 17. Rot. *dec.* 320. *n.* 5. *&* 12. *part.* 1. *& dec.* 171. *n.* 20. *&* 21. *part.* 15. *rec.* Caprar. *dec.* 318. *n.* 5. *part.* 1.

§. TESTES. IX.

1 TEstes omnes regulariter admittuntur ad testificandum, nisi à lege reperiantur expressè prohibiti; plures autem sunt, vel qui omninò repelluntur, vel non integri reputantur pro diversitate casuum, rerum, & personarum, nempè inimici, vel malavoli, affines, vel consanguinei, domestici, familiares, famuli, vassalli, coloni, inquilini, emphyteutæ, amici, infames, criminosi, accusati, carcerati, perjuri, judæi, hæretici, aut infideles, excommunicati, non confessi, nec communicati, concubinarii, adulteri, sive alii peccatores notorii, & perseverantes, banniti, usurarii, meretrices, lenones, birruarii, spurii, blasphematores, lusores, ebrii sive tabernarii, histriones, mimi, saltatores, & similes in publicam scenam artis ludicræ causa prodeuntes; apostatæ, decocti proditores, fustigati, prodigi, calumniatores, litigatores continui, & litium redemptores pauperes, & viles, infantes, impuberes, & minores, mulieres in criminalibus, interessati, qui pluribus modis considerantur, veluti si agator de causa propria, vel ad quam habeant affectionem, ut accusatores, judices, arbitri, advocati, procuratores, solicitatores, administratores, vel negotiorum gestores, curatores, executores testamentarii, actores ad lites, legatarii, hæredes, creditores, vel debitores, venditores, cedentes, donantes, fidejussores, socii, proxenetæ, de universitate si de singulorum commodo agatur, abbates, vel prælati in causis sui monasterii, vel Ecclesiæ in quibusdam casibus: Non sunt etiam idonei testes furiosi, dementes, ac similes integro intellectu carentes, cæci, muti, & surdi, clerici contra laicum, laici contra clericum, religiosi, repentini, idest qui obiter, & transeundo aliquid viderunt, vel audierunt, & similes, prout latissimè cum ampliationibus, & limitationibus, & illationibus singillatim declarat videndus Farinac. *de testam. quæst.* 53. *& seqq. ad* 62. *per tot.* cujus, & aliorum dicta circa singula suprascripta summatim colligit, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 13. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 358. *ad* 395. *fol.* 313. *&c. ad* 334. & dial in §. *Particularibus de dictis materiis*, Mascard. *de probat. volum.* 3. *Concl.* 1356. *cum pluribus seqq.* Pract. Papp. *for. juram. test. glos. Protestante* n. 6. *&c.* Clar. *§. fin. qu.* 24. Conciol. *resol. crim. verb. Testis resol. pr. cum pluribus seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 277. *per tot.* ubi de teste amico, affine, habente affectionem, paupere, lusore, vel deponente per verba, *in circa, plus, vel minus, fortè, vel ferre*, sive aliter indeterminatè, an probet, latè Caren. *de offic. §. Inquisit. part.* 3. *tit.* 5. *& seq.* Nicoli. *Instit. tit. quibus ex caus. manum. non lic.* n. 1. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *&* 5. Bellegrand. *in Compend rer. crimin. method. tract.* 5. *quæst.* 2. *& seqq.*

De dicta regula, quòd omnes admittantur, & quinam repellantur, Tusch. *litt. T. conclus.* 191. *per tot. cum pluribus seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 27. *n.* 9. *&c. dec.* 28. *vol.* 3. ubi alia plura de testibus Thom. Trivisan. *decis.* 49. *per tot. lib.* 2. ubi enumerat multos testes, qui non admittuntur in criminalibus, *& decis.* 53. *per tot. d. lib.* 2. ubi etiam quando tales examinati non probent, vel de falso puniri possunt. Vide Pellegrin. & Bellegrand. *loc. supra citat.*

Quòd socius offensi tempore illatæ injuriæ personalis non probet Magon. *decis. Lucens.* 30. *num.* 22. Conciol. *resolut. crim. verb. Testis quoad personas resol.* 20. *per tot.* ubi tamen refert Farinac. *quæst.* 60. *nu.* 402. & alios contrarium tenentes, dixi in *§. Societas num.* 55. Pellegrin. *ubi supra sect.* 4. *n.* 27. *&* 28. Domin. meus Advocatus Cabrun *lucubrat.* 11. *n.* 32. Ciarlio. *contr. cap.* 181. *n.* 16. *libr.* 1.

Sicut nec consanguineus, cùm injuria illata uni dicatur omnibus illata, ex qua resultat præsumpta inimicitia repellens à testimonio, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 229. *num.* 2.

Quando consanguineus, vel affinis admittatur, vel non, & quam probationem faciat, latè Tusch. *litt. T. concl.* 201. *per tot.* Thom. Trivis. *dec.* 10. ubi quòd admittuntur in causa matrimoniali, vide Ludovis. *dec.* 351. Viv. *commun. opin.* 953. *cum plurib. seqq.* ubi de patre, filio, uxore, marito, venditore, cedente, advocato, affine, socio, domestico, & hujusmodi, an, & quando admittantur ad testificandum, vel non, Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad personas resol.* 2. *cum pluribus seqq. & resol.* 18. *&* 19. ubi etiam an, & quando possint cogi, vel non, & debitor possit esse testis contra creditorem Emerix jun. *decis.* 247. *num.* 3. Vide Pen. & Add. *decis.* 40. *& decis.* 285. Spad. *cons.* 221. *n.* 20. *& cons.* 252. *n.* 7. *libr.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 24. *n.* 21. *libr. pr. & cap.* 175. *n.* 18. *libr.* 2. Pellegrin. *dict. sect.* 4. *n.* 23. Cabrun. *lucubrat.* 41. *n.* 21. Ansald. *decis.* 24. *n.* 8. *& decis.* 40. *n.* 9. Abecclef. & Crescin. *observat.* 98. *part. pr.* Bellegrand. *loc. cit. quæst* 3. *n.* 5.

Non tamen quòd licèt consanguinei, & affines non possint cogi ad deponendum contra suos consanguineos, & affines, volentes tamen admittuntur, & dicuntur non inviti, sed volentes, ubi citati, & jussi deponere, non allegant eorum privilegium, & sic si deponat contra eos in casibus permissis præsumuntur dicere veritatem, & magis istis quàm aliis creditur, Bajard ad Clar. *quæst.* 24. *num.* 135. *&* 138. Farinac. *cons.* 29. *num.* 8. *&c.* ubi de filiis, etiam impuberibus, ut probent contra matrem, *& de testam. quæst.* 78. *num.* 101. *& seqq.* Cabal. *cas.* 247. *num.* 8. Guaz. *defens.* 14. *cap* 11. *num.* 17. *& seqq.* Conciol. *resol. crimin. verb. Testis quoad personas resol.* 19. *n.* 4. 5. *&* 6. *vide infra nu.* 14. *&c.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 815. *num.* 19. *&* 20. ubi quòd fratres, & mater certè non dicerent contra fratrem, & filium, nisi esset veritas, Possent. *singul.* 225. ubi de filia probante contra matrem in causa adulterii, in qua veritas aliter haberi non poterat. Ansald. *decis.* 83. *num.* 26. Censal. *decis. Lucens.* 47. *n.* 20. Priol. *dec.* 360. *n.* 9. *& decis.* 372. *n.* 5.

Quòd ubi veritas aliter haberi non potest possunt cogi ad testificandum etiam liberi contra parentes, & parentes contra liberos, & tantò magis alii consanguinei, & affines maximè in atrocibus, & exceptis delictis, Farinac. *quæst.* 54. *num.* 271. Gomes *var. tom.* 3. *cap.* 12. *de probat. delict. post num.* 12. cum aliis relatis à Quæsad. Pilo *controvers for. cap.* 30. *num.* 42. *& num.* 55. *& seqq.* ubi puer octo annorum, & filius fuit examinatus contra matrem in causa infanticidii, & habitus pro teste idoneo, junctis aliis indiciis, ad imponendam, & exequendam pœnam furcarum ob immanitatem criminis; postulante sic ordine justitiæ, ut mater per instrumenta suæ iniquitatis afficeretur, quæ interemit filium, ex dicto filio interimeretur. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 5. *quæst.* 3. *n.* 6.

Quòd non sufficiat quælibet amicitia ad repellendum testem, nec quod illam confessus fuerit testis in interrogatoriis, debeat probari cum omnibus qualitatibus, & non possit consistere sine virtute, aliaquo moralia, Gratian. *discept. forens. cap.* 200. *per tot. cap.* 690. *num.* 29. Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 16. *per tot.* latè Farinac. *qu.* 55. *Inspect.* 5. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 271. *fol.* 318. Pellegrin. *loc. cit.* n. 22. Bellegrand. *dict. tract.* 5. *quæst.* 3. *n. pr.* Crescin. ad Pen. *decis.* 278.

Quòd creditor non prohibeatur esse testis pro debitore extra causam pignoris, & quando satisfieri potest ex aliis bonis debitoris, Farinac. *de test. qu.* 60. *num.*

Digitized by Google

num. 316. *& seqq.* cum aliis per Bich. *decis.* 179. *n.* 5. Jacob. Emerix *decis.* 253. ubi in causa matrimoniali. Pen. & Crescin. *decis.* 107.

Quòd amicus utrique parti non repellatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 748. *num.* 20. *&c.* Jacob. Emerix *dec.* 100. *num.* 9. *dec.* 240. *num.* 5. Pen. & Add. *decis.* 1301. Dunoz. jun. *decis.* 664. *n.* 3. Cels. *decis.* 312. *n.* 4. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 42.

Sic videmus fratrem admitti inter alios fratres, Menoch. *de arbitr. cas.* 104. *num.* 5. *&c.*

Et inter pariter conjunctos cessare suspicionem conjunctionis, Franch. *decis.* 95. *num.* 2. Farinac. *qu.* 54. *num.* 45. *&c.* cum aliis per Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 269. *num.* 3. *&* 4. Spad. *cons.* 285. *n.* 12. *lib.* 2. De Luc. *de Donat. disc.* 114. *n.* 8.

An autem credatur nutritori, vel nutrici pro ejus alumno, residet in judicis arbitrio juxta veriorem opinionem, quam approbat Menoch. *de arbitr. cas.* 201. *per tot.* sequitur Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1120. Pan. *decis.* 1301. *n.* 6.

An compater pro compatre, vel pro filio spirituali, sive è contra filii spirituales pro patre spirituali fidem faciant, est in judicis arbitrio, ad tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 100. *per tot.* Vivi. *commun. opin.* 976.

Quòd parochus non prohibeatur esse testis pro eo, quem baptizavit, Ludovis. *dec.* 351. *num.* 12.

De teste inimico, vel conversante cum una parte, Gratian. *discept. forens. cap.* 468. *num.* 16. *&c.* Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 28. *& lib.* 2. *cas.* 110. ubi de inimici testimonio repellendo, etiam si sit reconciliatus, vide in *§. Inimicitia num.* 4. latè Cardin. Tusch. *litt. T. conclus.* 222. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 978. *per tot.* Conciol. *resol. crimin. verb. Testis resol. pr. per tot.* Pellegrin. *dict. sect.* 4. *n.* 21. Castald. *consult.* 266. *n.* 21. Rocc. Episc. *cap.* 36. *n.* 40. *lib. pr.* Domin. Advocat. Cabtun. *lucubr.* 11. *n.* 30. Pen. & Crescin. *decis.* 278.

Non tamen quis potest injuria afficere testem; ne contra eum sit idoneus, licet aliqui ex hoc sumant cautelam repellendi testem, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 41. *n.* 24.

Quòd testes subditi admittantur, licet aliquid eorum fidei detrahatur, & omnis defectus suppleatur ex numero, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 53. *num.* 11. *&* 12. *& decis.* 131. *num. pr. &c.* vide in *§. Vassallus num.* 6. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 48. *de Jurepatr. disc.* 3. *a n.* 6. *Annot. ad Concil. disc.* 11. *n.* 13. *& in Indic. general. verb. Vassallus.*

2 Testes inhabiles qualiter admittantur in casibus difficilis probationis, nocturnis, ubi veritas per alios haberi non potest, in criminibus exceptis, ad defensam in causis matrimonialibus, si de favore matrimonii agatur, in instrumentis, vel testamentis, vel à partibus rogati, sive de partium consensu expresso, vel tacito per non oppositionem, in causis summariis, contra producentem; de facto examinati an aliquam faciant probationem, quo tempore attendatur inhabilitas, an illorum fides suppleatur ex numero, vel ex magna fide, & qualitate contestium, vel ex aliis adminiculis, an exceptio inhabilitatis impediat examen, vel reservetur in fine litis; Quando tamen inhabilitas provenit ex defectu famæ, vel status debent deponere cum levi tortura ad purgandam maculam, & in omnem casum sufficiunt tantùm quoad pœnam extraordinariam imponendam, vel ad torquendum, non autem ad pœnam ordinariam, latè Farinac. *quæst.* 62. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1359. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 1282. *& seqq. fol.* 373. *&c.* Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 228. *& concl.* 271. *&* 272. ubi qualiter suppleantur, & adjuventur ex aliis, de quo latè Ludovis. *decis.* 351. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 75. Bellegrand. *dict. tract.* 5. *quæst.* 3.

Quòd ubi patiuntur exceptiones tàm in personis; quàm in dictis, non possint suppleri ex numero, Merlin. *decis.* 277. *num.* 11. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 362. *num.* 19. ubi allegat Farinac. *d. quæst.* 62. *num.* 317. *&* 343. *&c.* Conciol. *verb. Testium Miscellanea resol.* 5. ubi quòd testes prorsus inhabiles adminiculis & aliorum numero non juvantur, quia non entium nullæ sunt qualitates. Vide Abeceles. & Crescin. *observat.* 95. *part. pr.*

Et quando admittuntur inhabiles in casibus exceptis, & privilegiatis, non tamen sunt omni exceptione majores, nec plenè probant, sed tantùm aliqualem probationem, vel judicium faciunt, idem Conciol. *loc. cit. resol.* 7. *per tot.* ubi tamen refert etiam contrarium tenentes, ut plenè probent, & plenè probare Matth. Sanz. *contr.* 76. *n.* 26. *et seqq.*

Quòd testes aliàs inhabiles admittantur interdum propter immanitatem criminum, & quando aliter veritas haberi non potest, in delictis occultis ne remaneant impunita ex defectu probationum, non tamen ad effectum imponendi pœnam ordinariam, sed extraordinariam, vel ad torquendum pro veritate habenda, sicut etiam admittuntur ad defensam, nisi plures patiantur defectus, Clar. *§. fin. qu.* 24. *vers. sciendum est*, Magon. *decis. Luc.* 30. *n.* 25. *etc.* Guaz. *def.* 29. *cap.* 3. *per tot.* ubi latè quæ probationes admittantur favore defensionis, & quando non testes inhabiles, Gratian. *discep for. cap.* 144. *num.* 28. *etc.* Farinac. *d. quæst.* 62. *limit.* 1. *etc.* Th. Trivis. *decis.* 28. *lib.* 2. ubi qualiter admittantur in causa hæresis favore fidei nisi sint inimici capitales, quod melius declarat idem Trivis. *decis.* 30. *num.* 7. ubi cum tormentis, &c. vide in *§. Tortura num.* 14. *& §. Socius num.* 49. *in fine.* Pellegrin. *loc. cit. sect.* 4. *&* 5. Bellegrand. *ubi supra quæst.* 2. *cum seqq.*

Qualiter testes infames, meretrices, vel alias inhabiles admittantur, & etiam singulares in probatione adulterii, maximè ad effectus separationis thori, latè Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 818. *per tot.*

Quòd etiam frater admittatur ad defensam fratris in causa capitali, dummodò non agatur de aliquo ejus interesse, sed de mera defensione, præcipuè si agatur de delicto in domo commisso, Menoch. *de arbitr. cas.* 104. *num.* 6. dixi *in resol. cap.* 64. *num.* 26. vide in *§. Frater num.* Vivi. *comm. opin.* 981. *n.* 5. *&c.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis res.* 4. *num.* 6. *et seqq.*

Quòd admittatur frater pro fratre ad testificandum in civilibus, & quando secus, & quid in criminalibus, Duen. *reg.* 382. 383. *&* 384. Vivi. *d. res.* 4. *per tot.* Conciol. *d. resol.* 4. *per tot.* D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 44. *& seqq. fol.* 173.

Testes domestici admittuntur, quando aliter veritas haberi non potuit, ut quia versemur in actu, qui verisimiliter sciri non possit nisi à domesticis, 3
Gratian. *discept. for. cap.* 374. *per tot.* ubi de alimentis præstitis ad eandem mensam, Franch. *decis.* 538. *per tot.* Duran. *decis.* 368. *n.* 42. Rot. coram Emerix jun. *dec.* 1038. *nu.* 4. 1356. *num.* 5. *&* 6. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. n. 25. Bellegrand. *dict. tract.* 5. *quæst.* 3. *a n.* 3. Caprar. *decis.* 543. *n.* 37.

Quòd in eis, quæ intra domesticos lares, & in domesticis penetralibus peraguntur admittantur etiã testes domestici, imò famuli, & ancillæ, Altograd. *cons.* 23. *num.* 10. *lib.* 2. ubi de probanda sævitia mariti, *& consil.* 24. *num.* 5. *lib.* 2. ubi de probando metu intra domesticos parietes illato, vide in *§. Famulus num.* 5. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 101. *num.* 11. *&c.* Ludovis. *decis.* 351. Vide Pellegrin. *dict. sect.* 4. *sub num.* 25.

Intellige de famulis, & similibus domesticis, non autem de filiis, & parentibus, qui nullatenus admittuntur, ad tradita per Franch. *decis.* 538. ubi quando admittantur domestici, vel non, & quam probationem faciant.

Quando, & in quibus casibus parentes pro filiis, & filii pro parentibus admittantur ad ferendum testimonium, & cogi possint, vel non, Mascard. *de probation. volum.* 3. *concl.* 1148. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis resol.* 2. *&* 3. *per tot.*

Et de uxore, & marito an, quando admittantur, cogi possint, vel non, idem Conciol. *loc. cit. resol.* 6. *&* 7. *per tot.*

Quòd regulariter testes domestici non admittantur, & quando secus, latè Farin. *de test. quæst.* 55. *per tot.* Diaz. *reg.* 746. ubi adducit 32. limitationes, in quibus admittuntur Tusch. *litt. T. concl.* 202. *per tot.*

Lu-

Digitized by Google

Ludovis. decis. 351. ubi etiam quòd domesticus personæ domesticę non repellitur à testificando, Conciol. resol. crim. verb. Testis quoad personas resol. 24. per tot. ubi quòd regulariter non admittuntur, nisi quando veritas aliter baberi non potest, vel in crimine læsæ majestatis divinæ, & humanæ, vel ad defensam, & alia de hac materia D. Fulv. Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 6. num. 44. & seqq. Pellegrin. ubi supra Bellegrand. loc. allegat. Pen. & Add. decis. 107. & decis. 521. Ansald. decis. 44. num. 28. Domin. Advocat. Cabrun. lucubr. 36. a n. 24.

Quòd admittantur ubi sunt personæ valdè honestæ, & in dignitate positæ, Surd. decis. 232. num. 25. Ludovis. decis. 351. n. 36. ubi quòd etiam famuli illustrissimæ personæ admittuntur, præsertim super his, quæ domi facta sunt, de quo Farinac. quæst. 55. num. 140. Spad. cons. 221. a n. 4. libr. 2. Crescin. ad Peo. dict. decis. 507. Pellegrin. dict. sect. 4. sub num. 25. Idem Crescin. ad Abeccles. obser. 98. n. 3. part. 1.

Quando autem veritas aliundè haberi non posse dicatur, Gratian. dict. cap. 374. et cap. 525. nu. 8. etc. Clar. §. fin. quæst. 24. vers. sciendum est tamen, Franch. d. decis. 538. num. 8. etc. Menoch. de arbitr. cas. 106. num. 2. Diaz. reg. 759. vers. Limita.

4 Testes infames, vel alias inhabiles quando aliter veritas haberi non potest, admittuntur ad testificandum, sed cum tortura, quæ purget hujusmodi defectus, nisi essent in dignitate positi, quia tales etiam varii non torquentur, Clar. §. fin. quæst. 25. per tot. Guaz. def. 19. cap. 10.

Quando non obstat infamia, Gratian. discept. for. cap. 960. num. 25. Menoch. de arbit. lib. pr. quæst. 27. per tot. plenè Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1356. per tot.

Quod admittantur etiam lenones, & meretrices ubi agitur de gestis in lupanari, vel postribulo, idem Menoch. de arbitr. cas. 534. nu. 37. Rot. part. 13. recent. decis. 318. n. 8. &c. ubi quòd admittuntur testes inhabiles quando agitur de re, quæ cum honestis, & probis participari non solet, & decis. 379. num. 20. d. part. 13.

Quomodo repellantur infames, Gratian. decis. 240. num. 14. &c. vide in §. Infamia num. 3. Tusch. litt. T. conclus. 208. 209. &c. Vivi. comm. opin. 958. ubi etiam de perjuris, & opin. 969. & seqq. latè Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1356. per tot. ubi descendit ad plures species infamiæ, & plenè D. Fulvi. Majoran. in Opoprax. crimin. lib. 2. cap. 6. num. 58. & seqq. vide Nicoli. Instit. tit. de capit. diminut. n. 6. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 4. a n. 13. cum seqq.

Quòd testes infames, criminosi, à jure reprobati, deportati, ultronei, & similes, non admittantur sine tortura ad purgandam maculam in casibus, in quibus à jure permittuntur, quæ quidem tortura debet esse moderata, veluti per spatium unius Credo, vel plus arbitrio Judicis ex qualitate personæ valdè suspectæ, Farinac. quæst. 79. num. 23. &c. n. 81. & seqq. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 19. num. 157. & seqq. ad 169. & nu. 201. fol. 387. vide in §. Tortura num. Dian. part. 4. tract. 6. resol. 11. ubi qualiter admittantur in Tribunali Sanctæ Inquisitionis etiam sine tortura arbitrio Inquisitorum, Conciol. resolat. criminal. verb. Testes quoad personas resol. 8. & seqq. ubi de spuriis, vel aliis illegitimis, de fustigatis, excommunicatis, accusatis, inquisitis, ebriosis, & hujusmodi, qui tamquam infames infamia facti regulariter non admittuntur ad testificandum, & quando secus. Pellegrin. dict. part. 4. sect. 5. n. 27. cum seqq. Cabrun. lucubr. 11. num. 28. & 29. Crescin. ad Abeccles. obser. 61. num. 3. part. 2. Caprat. decis. 190. num. 21.

Quòd testes, qui non debebant examinari in criminalibus, si de facto fuerint examinati probent parte non opponente, nisi essent tales, qui omninò à limine judicii repellantur, nam tunc faciunt solum indicium ad inquirendum, non verò ad torquendum, nec minus ad condemnandum, Clar. §. fin. quæst. 24. vers. ult. Diaz. reg. 755. Tusch. litt. T. conclus. 224. vide Farinac. quæst. 62. num. 61. & seqq.

Quid si patiantur plures defectus, Tusch. litt T. conclus. 218. per tot. Conciol. resol. crimin. verb. Testis quoad personas resol. 25. per tot. ubi quòd patientes plures exceptiones, vel defectus, etiam duo tantùm nullam faciunt probationem, etiam in casibus difficilis probationis, & ubi veritas aliter haberi non potest, nec in delictis exceptis, etiam læsæ majestatis, ita ut nec adminiculis coadjuventur, vide in §. Tortura num. 14. in fine, §. Socius nu. 49. et in §. Paupertas n. 3. Idem Conciol. alleg. 93. n. 38. Vermigliol. cons. 433. n. 22. Cabrun. lucubr. 11. num. 38. et 39. et lucubr. 41. n. 8.

Quòd quilibet testis in dubio præsumitur idoneus, & legalis, & ideò qualitas idoneitatis non sit probanda, nisi lex vel statutum requirat idoneitatem in superlativo gradu, ut unico testi credatur, nam tunc dicta qualitas esset probanda, Farinac. de test. quæst. 62. num. 15. etc. cum aliis per Conciol. resol. crim. verb. Testium Miscellanea resol. 20. num. 3. et 4. et ad Statut. Eugub. lib. 4. Rub. 64. dixi in §. Birruarii n. pr. in Addit. et §. Officialis num. 38. inf. nu. 26.

Testis proxeneta, vel mediator regulariter non probat circa contractum, in quo fuit mediator, Mascard. de probat. conclus. 1039. Gratian. disceptat. forens. cap. 514. num. 29. cap. 573. nu. 4. etc. benè Cabal. cons. decis. 135. num. 2. et seqq. lib. pr. Farinac. quæst. 60. illat. 16. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 4. tit. 18. num. 580. fol. 333. Genu. de script. privat. lib. 2. tit. de lib. proxenet. num. 8. et num. 9. fol. 214. ubi tamen num. 10. videtur limitare nisi sit à publico deputatus, & approbatus, & agatur de pertinentibus ad illius officium, dixi in Pract. §. Sensali n. 8. vide Tusch. lit. P. conclus. 954. per tot litt. T. conclus. 225. num. pr. et seqq. Trivis. decis. 40. lib. pr. Ricc. Collect. 715. ubi octo modis limitat Rot. part. 13. rec. decis. 174. num. 11. ubi quòd mediatori plusquam semiplenè defertur, Conciol. resol. crim. verb. Testis quoad personas resol. 13. per tot. ubi quòd in criminalibus non est testis integer, etiam in crimine simoniæ, concussionis, vel barratteriæ, & quod mediator pacis non potest compelli ad testificandum, & D. Fulvi. Majoran. in Opoprax. crimin. lib. 2. quæst. 6. num 62. et seqq. fol. 176. Card. De Luc. de Judic. disc. 22. n. 49. et 58. de Empt. disc. 48. n. 2. de Donat. disc. pr. n. 16. de credit. disc. 77. n. 2. disc. 78. n. 5. de Alien. disc. 60. n. 8. de Legat. disc. 56. n. 13. de success. disc. 36. n. 8. Emerix jun. decis. 262. num. 27. decis. 880. n. 4. decis. 200. nu. 9. et decis. 240. num. 4. Caprat. decis. 153. n. 3. 5

Quòd probet quando producitur pro illa parte, quæ stat contra contractum, maximè si veritas aliundè haberi non possit, Mascard. de probat. d. concl. 1040. n. 4. 16. et 17. Altograd. cons. 10. num. 38. lib. pr.

Quòd si deponat de facto proprio, & sit notæ integritatis, debeat ei plurimum deferri, & probat Rot. part. 10. rec. decis. 29. n. 19. decis. 276. num. 15. etc. ubi tantò magis si sit sacerdos, et decis. 355. n. 7. etc. d. part. 10. ubi quòd junctis adminiculis probat, et part. 18. decis. 393. n. 10. & decis. 438. num. 9. &c. Emerix jun. decis. 542. n. 2. et decis. 200. n. 10.

Si tamen sit lapsum longissimum tempus non probat propter præsumptam oblivionem, Rot. part. 13. rec. decis. 428. n. 9. & 10.

De socio, sive bonorum, sive criminis quando probet pro socio, vel contra socium, latè Menoch. de arbitr. cas. 474. per tot. vide in §. Societas n. Card. Tusch. lit. T. conclus. 317. per tot.

Testes ex consuetudine blasphemi tempore depositionis sunt inhabiles ad testificandum, licet secundum aliquos requiratur, quòd de hujusmodi crimine sint damnati, nisi sit publicum, limita tamen non procedere, quando blasphemia provenisset ex iracondia oriente ex magna causa, & non ex actu illicito, Gratian. disceptat. forens. cap. 93. num. 16. &c. cap. 144. num. 56. &c. cap. 468. num. 19. &c. perseverans enim in peccato, nec Deo, nec hominibus fidelis, vide in §. Blasphemia num. & §. Peccatum num. 7. Tusch. litt. T. conclus. 210. et seqq. Vivi. comm. opin. 972. per tot. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 4. sub n. 16. 6

Testis deponens in causa, ex qua sibi commodum resultet, non probat nisi protestetur non intendere sibi aliquod jus quærere, Ferett. cant. 40. Soccin. 7

reg.

reg. 313. *per text. in l. nullum, ff. de test. l. omnibus, C. eod. tit.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 118. *n.* 3. *et* 4. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1357. *per tot.* Zuff. *de legit. process. lib. pr. quæst.* 34. *per tot.* Nicoli. *instit. Canon. lib.* 2. *tit.* 20. *num.* 9.

Quòd in causa propria nullus admittatur, & quando secus, Tusch. *litt. T. conclus.* 197. *per tot.*

Quòd si deponat pro tertio, & renunciet omni commodo sibi ob illam causam obventuro, admittatur, & sit idoneus, probat Menoch. *de arbitr. cas.* 235. *n.* 25. licèt hanc cautelam videatur rejicere idem Menoch. *cas.* 473. *num.* 7. *et* 8. vide Zuff. *loc. sup. cit.*

Quid si sentiat commodum non principaliter, sed in consequentiam, vel habeat similem causam, Tusc. *litt. T. concl.* 199. *et* 200. *per tot.*

An cedens probet pro cessionario, Menoch. *d. cas.* 473. *per tot.* ubi quòd non quando potest sentire commodum, quando verò non sentit commodum remittitur arbitrio Judicis, & contra cessionarium benè probat, vide in §. *Cessio num.* *et* §. *Confessio num.* 31. *et* 65.

Qualiter testis repellatur, propter interesse, quod habet in causa, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 293. *nu.* 6. *etc. cap.* 662. *n.* 12. *etc. cap.* 796. *n.* 36. Magon. *decis. Florent.* 12. *nu.* 16. *etc.* latè Farinac. *quæst.* 60. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1357. *per tot.* Pac. Jordan. *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 540. *etc. fol.* 332. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 222. *num.* 4. ubi quòd repellitur tantùm propter interesse proximum, certum, & principale, non autem remotum, & incertum quamvis possibile, Ansald. *dec.* 78. *n.* 76. ubi etiam si agatur de interesse secundario. Spad. *cons.* 247. *n.* 46. *libr.* 3. *et cons.* 306. *nu.* 5 *libr.* 2. Castald. *consult.* 265. *n.* 21. Cabrun. *lucubrat.* 21. *n.* 2. *et lucubrat.* 36. *nu.* 9. Pen. *decis.* 107. 171. 206. & alibi sæpe. Idem Pen. & Cresein. *decis.* 1277.

Non tamen repellitur si apud acta ante depositionem, vel tempore depositionis renunciet omni suo commodo, & interesse, licet non sit omni exceptione major, benè probat Conciol. *resol. crim. Furtum resol.* 13. *per tot.* ubi de testibus derobatis, ut probent cum dicta renunciatione, & Zuff. *de legit. process. lib. pr. quæst.* 34. *per tot.*

An repellatur si sit subditus producentis, vide in §. *Vassallus num.* Tusch. *litt. T. conclus.* 204. Pen. & Add. *decis.* 281. *et decis.* 521. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 48. *de Jurepatr. disc.* 3. *num.* 6. *Annot. ad Concil. disc.* 11. *n.* 13.

An ex eo quod sit clientulus videtur affirmare Magon. *loc. cit. num.* 6. Farinac. *d. q.* 60. *illat.* 4. *etc.*

Quòd tractatus de se exonerando nihil probet, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 998. *num.* 5. *etc.* vide in §. *Portator n. pr.* Vivi. *comm. opin.* 967. Nicoli. *instit. Canon. lib.* 2. *tit.* 20. *num.* 9. Cabrun. *lucubrat.* 11. *nu.* 36. *et lucubrat.* 37. *n.* 15. Rot. *rec. part.* 2. *decis.* 303. *num.* 3.

An homines de universitate admittantur ad ferendum testimonium pro ipsa universitate, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 206. *per tot.* Socein. *reg.* 519. Farinac. *de test. quæst.* 60. *num. pr. et seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 34. *per tot.* Vivi. *commun. opin.* 953. ubi plura Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1414. *per tot.* Cavaler. *decis.* 140. ubi quòd non quando agitur de commodo singulorum, & latiùs, idem Cavaler. *decis.* 143. *per tot. decis.* 174. *n.* 1. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 233. *num.* 15. Franch. *decis.* 197. *n.* 4. *etc.* Tusch. *litt. T. conclus.* 205. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 320. *num.* 8. *et seqq.* ubi quòd testes confratres plenè probant pro confraternitate quando exindè emolumentum aliquod, vel honorem ut singuli non reportant, sed tantùm ut universi, vide in §. *Universitas num.* 14. latè Nicoli. *instit. tit. de rer. divis. num.* 17. Pen. *decis.* 107. *decis.* 281. *n.* 8. *et decis.* 1465. *n.* 5. *et* 6. Spad. *cons.* 112. *n.* 14. *et* 15. *et cons.* 121. *n.* 7. *lib.* 3. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 107. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 46. *de Testam. disc.* 14. *n.* 4. Caprar. *decis.* 339. *n.* 22. *decis.* 367. *n.* 12. *decis.* 432. *n.* 14. *et* 15.

Quod multi non admittantur ratione affectionis, & qualiter, Tusch. *litt. T. conclus.* 203. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1357. *per tot. cum aliquibus seqq.* ubi enumerat plures alios, qui ob defectum personæ repelluntur à testimonio. Pellegrin. *dict. part.* 4. *sect.* 4. Bellegrand. *dict. tract.* 5. *quæst.* 2. *et seq.*

Testis non habens manus non potest validè testimonium ferre in judicio, cùm non possit jurare tactis scripturis, nam hujusmodi tactus est de forma, & debet fieri manibus, nec sufficit si fiat ore, pede, vel cubitu, Farinac. *quæst.* 74 *n.* 20. Guaz. *def.* 14. *cap.* 6. *num.* 5. Thes. *decis.* 47. *num.* 16. *et per tot.* vide in §. *Juramentum nu.* 9. *etc.* Menoch. *de arbitr. cas.* 26. Tusch. *litt. T. conclus.* 166. *per tot. infr. n.* 49. *etc.* 8

Quòd imò tactus scripturarum non sit de substantia juramenti, sed possit etiam solo verbo jurari, Surd. *decis.* 159. *n.* 21. Burat. *decis.* 148. *num.* 10. *etc.* Marlin. *dec.* 486. *num.* 5. *etc.* Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 93. *et seqq* ubi etiam de modo jurandi per Sacerdotes tacto pectore, & per Equites super cruce sui habitus, Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad examen resol.* 2. *in fine*, ubi quòd ideò etiam testis non habens manus, potest cogi ad se examinandum, & jurandum per procuratorem, vel viva voce. Vide Pen. *decis.* 297. *nu.* 7. *et* 9. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 6. *nu.* 3. Abecceles. & Crescin. *obser.* 63. *et obser.* 64. *part.* 2.

Testis salariatus, vel familiaris Judicis non est idoneus in causa, in qua ipse Judex sententiavit, Gratian. *discept. forens. cap.* 980. *num.* 11. 9

Habilitas autem, vel inhabilitas testium attenditur de tempore depositionis, ut probat Conciol. *resol. criminal. verb. Testium Miscellanea resol.* 6. *per tot.* dixi in §. *Famulus n.* 3. *et* §. *Status num. pr.* Pen. & Crescin. *decis.* 107. ubi plura.

Si tamen fuissent habiles tempore actus celebrati, vel adhibiti ad solemnitatem, vel à partibus rogati vel in instrumento descripti, vel subscripti, reputantur habiles etiamsi tempore depositionis essent facti inhabiles, ut benè probat Joseph. Feliv. *in Margar. var. conclus. verb. Testes fol.* 105. *col.* 2.

Testis inhabilis communi opinione reputatus habilis fidem facit, Clar. §. *Testamentum quæst.* 55. *in fine*, Pract. Papp. *for. juram. test. gloss. protestante num.* 36. 10

Quòd testis inhabilis sustentetur per alium habilem valdè dignum, & qualificatum, quia integra fides unius supplet defectum alterius, Diaz. *reg.* 752.

Quòd testi verisimilia deponenti credatur licet alias non sit idoneus, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 135. *num.* 14.

Testis deponens de facto proprio, præsertim si sit deputatus ad officium, de cujus concernentibus agitur fidem facit, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 626. *num.* 7. *cap.* 653. *num.* 60. *cap.* 697. *num.* 13. *cap.* 842. *num.* 2. *cap.* 910. *num.* 15. *&c. cap.* 912. *num.* 7. 17. & 36. *cap.* 948. *nu.* 17 *cap.* 753. *nu.* 21. *&c.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 220. *num. pr.* Menoch. *de arbitr. cas.* 99. *per tot.* Gratian. *decis.* 240. *per tot.* ubi quid si sit unicus, & patiatur plures defectus, Tusch. *litt. T. concl.* 198. ubi intelligit quando deponit ad favorem tertii, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 439. *n.* 6. *et* 14. ubi quòd Rot. sequitur opinionem testem unicum plenè non probare, etiam in facto proprio favore tertii, sed solum facere plusquam semiplenam probationem, & junctis adminiculis etiam plenè probare *infr. num.* 27. Addo Jacob. Emerix. *decis.* 66. *nu.* 3. 763. *n.* 2. 956. *nu.* 4. Ansald. *decis.* 30. *n.* 50. Caprar. *decis.* 11. *n.* 3. & 5. *decis.* 213. *n.* 29. Pen. & Crescin. *decis.* 1425 11

Testes non repelluntur à testificando per objectionem criminis, nisi contineat solemnitates, *l. libellorum, ff. de accus.* & sic locum, & tempus commissi criminis, aliàs repulsa dicitur inepta, Addit. ad Marant. *part.* 4. *distinct. pr. num.* 38. Clar. §. *fin. quæst.* 12. *vers. adde quod hæc conclusio, et quæst.* 53. *vers. in hoc autem*, Magon. *decis. Florent.* 17. *num.* 18. vide in §. *Repulsa num.* 4. Guaz. *def.* 28. *cap.* 7. *et* 8. *per tot.* Viv. *comm. opin.* 925. Spad. *cons.* 153. *n.* 7. *libr.* 2. Vide Abecceles. & Crescin. *obser.* 81. *part. pr.* 12

Quòd debeat crimen esse notorium, vel per sententiam, Gratian. *discept. forens. cap.* 468. *nu.* 22. Altograd. *cons.* 55. *num.* 64. ubi etiam quòd crimen debet esse admodum grave, & testis pro criminoso habitus,

Digitized by Google

tus, vide Mascard. *de probation. conclus.* 464. *per tot.* ubi plena an, & quando testis criminosus ratione criminis repellatur, vel non à testificando.

Ad repellendū testes in civilibus non sufficere solam imputationem, & carcerationem de crimine, nisi quoque concurrat sententia condemnatoria, Farinac. *cons.* 50. *n.* 25. *lib.* 1. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 44. *nu.* 55. Pen. & Crescin. *dec.* 107.

Quòd debeat objectio fieri ante publicationem processus, nisi facto judicis impediatur, vel nisi inhabilitas sit talis, quæ consensu partium tolli non possit, vel nisi testes fuerint producti absente parte, vel de novo oppositiones ad notitiam devenerint; an autem, & quando probationes super objectis sint statim recipiendæ, ut testes omninò repellantur ab examine, vel reservandæ post publicationem, & an in causa appellationis recipiendæ, Menoch. *de arbitr. cas.* 139. *per tot.* Vide Abeceles. & Crescin. *obser.* 81. *part.* 1.

Quando sit admittenda repulsatio testium, vel non, latè Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *quæst.* 32. *per tot.* vide in §. *Repulsa n.*.. Pelleg in. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 9. & 10.

Quòd requirantur saltem duo testes pro singulo teste reprobando, Bald. *cons.* 101. *lib.* 1. *duplicat. cons.* 477. *lib.* 5. Tusch. *litt. T. conclus.* 283. *num.* 1.

Et si crimina objecta non probentur, tenetur objiciens actione injuriarum versus testem, non obstante protestatione citrà animum injuriandi, quando nihil omninò fuit probatum, secus autem si aliquis rumor, vel fama saltem sit probata de crimine objecto.

23 Testes ut rectè officio sub fungantur debent scire factum super quo examinantur saltem in substantiali, non se ultrò offerre, jurare, nihil accipere, non se à veritate dicenda retrahere tàm in civilibus, quàm in criminalibus, nisi ob id grave malum sibi immineat, viva voce, & non scriptis deponere exceptis quibusdam casibus, cognoscere partes inter quas deponunt, testificari de his, quæ aliquo sensu corporeo percipiuntur, videlicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, juxtà materiam subjectam, reddere rationem sui dicti per aliquem, vel plures ex dictis sensibus corporeis, non esse nimis celeres, nec morosi, non variare, nec vacillare, aut sibi contradicere, non de credulitate, sed de veritate per sensum corporeum deponere, & per verba clara non dubitativa, sed per necesse concludentia, non subornati, neque instructi ad dicendam falsitatem, vel occultandam veritatem, cùm alias instructio ad dicendam veritatem, vel ad reddendam congruam rationem sui dicti non sit prohibita, ut latè omnia prædicta, & alia ad rem facientia declarat Farinac. *de test. quæst.* 65. *&c.* & summatim Pac. Jordan. *lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 812. *&c. ad* 1060. *fol.* 346. *&c. ad* 360. D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 87. & *seqq. per tot. infr. n.* 36. & 59.

24 Testes præcedente monitione, & citatione, si recusent, cogi possunt ad testificandum in causis civilibus per indictionem mulctæ, vel captionem pignorum, & si non habeant in quo graventur, per carcerationem, vel procedendo contra eos uti suspectos, & subornatos ad pœnam falsi, vel aliam extraordinariam, si pretio corrupti se subtraxerint à testificando, & peccant etiam mortaliter, & si agatur de causa fori Ecclesiastici possunt etiam per censuras compelli. Qualiter compellantur in civilibus, etiam si juraissent non testificari, Sanfelic. in *Prax. sect.* 50. *nu.* 16. Vide Pellegrin. *in Prax. Vic. part.* 4. *sect.* 5. *a n.* 1. *cum seqq.*

In causis etiam criminalibus (quicquid multi negent de jure canonico) compellentur eisdem modis de jure civili, & in practica ad subeundum examen, imò secundum alios etiam de jure canonico, maximè quando veritas aliter haberi non potest, vel proceditur per inquisitionem, vel ex judicis officio, prout hodie in omnibus ferè delictis servatur de consuetudine, vel ubi agitur de delictis enormibus, & etiam ipsi principales offensi possunt compelli ad se examinandum, & judicandum offendentes, nisi in omni casu grave ex sua dispositione periculum immineat, ut pluribus citatis probant, Clar. §. *fin. quæst.* 24. *in fine*, Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. Farinac. *quæst.* 78. *nu.* 115. & *seqq.* Conciol. *resol. crim. verb.* Testium *Miscellanea resol.* 1. *per tot.* Vide Pellegr. *ubi supra*.

Licet autem regula sit affirmativa, quòd omnes compelli possunt ad testificandum ut supra, sunt tamen multi in hoc privilegiati, qui volentes admittuntur, sed inviti non coguntur saltem ad judicium accedere, ut senes septuagenarii, infirmi, & valetudinarii, milites in expeditione degentes, absentes ex justa causa, vel aliàs legitimè impediti, impuberes, & pupilli, vitricus contra privignum, & è contra fratres, vel consobrini, agnati, cognati, affines, & consanguinei, uxor, nec maritus, libertus, nec patronus, deportati, mulieres prægnantes, Doctores, Clerici, & similes, nisi tamen dicti privilegiati se subtraherent ab examine gratia, odio, vel timore, quia tunc possent compelli, sicut etiam alias coguntur ex magna causa, vel ubi veritas aliter haberi non potest, vel si officium testificandi jam voluntariè assumpserint, ut hæc omnia, & alia, latè explicat cum ampliationibus, & limitationibus Farinac. *de test. quæst.* 58. *per tot.* & summatim de more Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *num.* 1. & *seqq. ad* 128. *fol.* 378. *&c.* ac alii plures per eos citati, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *c.* 11. *n.* 137. & *seqq.* Paul. Christin. *dec.* 27. *num.* 23. & *seqq. vol.* 3. ubi de testibus invitis cogendis, & an teneantur revelare sibi sub secreto commissa Franc. Marc. *dec.* 282 *part.* 2. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 219. *num.* 50. ubi quòd personæ, quæ de jure compelli non possunt, deficientibus aliis probationibus compelluntur, vide *supra nu.* 1. *vers. Nota tamen*, vide Niculi. *Instit. tit. de testib. cogen. per tot. tom.* 2. Pellegr. *d. part.* 4. *sect.* 4. & 5.

Quòd testes possunt officio judicis compelli ad testificandum in criminalibus, Clar. §. *fin. quæst.* 24. *vers. Successivè*, latè Conciol. *verb. Testium Miscellanea resol.* 1. *per tot.* Etiam per torturam si verisimiliter sint informati, Thes. *dec.* 42. *per tot.* ubi ampliat etiam in civilibus si aliter veritas haberi non possit; sed in civilibus non practicatur tortura, vide *n. seq.*

Quòd indistinctè compelli possint tàm in criminalibus, quàm in civilibus, Surd. *dec.* 190. Ridolphin. *dict. cap.* 11. *n.* 137. & 143. Carrar. *dec. crim.* 84. *per tot.* ubi quòd etiam testes laici possunt cogi, tàm in civilibus, quàm in criminalibus causis coram judice Ecclesiastico ad ferendum testimonium sub pœnis pecuniariis, & in subsidium excommunicationis: sed hoc casu peti debet licentia à Principe sæculari, ut annuit etiam Carrar. *loc. cit. n.* 2. & 3.

An teneantur in foro conscientiæ detegere, & manifestare judici legitimè interroganti auctores, & complices delicti, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 63. ubi quòd utraque opinio est probabilis, facit quod dixi in §. *Negativa num.* 28. vide Alvarez de Velasch. *de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 5. *n.* 68. & *seqq. per tot.* ubi etiam de sociis criminis.

Item an teneantur quando sciunt nullum alium scire illud delictum, & sic non adesse contestes ad convincendum, & an alias juridicè interrogati respondendo nihil scire teneantur ad restitutionem, idem Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *res.* 100. & 101. ubi refert diversas opiniones, vide *infra n.* 34.

Quid si dubitent utrum judex illos juridicè interroget, an teneantur respondere veritatem, idem Dian. *d. part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 106.

Quòd ad vitandum grave damnum puta torturam possit licitè alterius crimen, licet occultum, & sibi sub secreto communicatum manifestari, Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 60. *vers. Notandum.*

Si tamen aliquod grave periculum imminere possit testibus, ex sua depositione, non esse cogendos, testatur Menoch. *de arbitr. cas.* 487. *per tot.* vide Pac. Jordan. *Lucubr. resol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 818. *&c. fol.* 347. & latiùs *tit.* 19. *per tot. fol.* 378. Anot. *Institut.*

stitut.

stitut. moral. part. 3. lib. 13. cap. 27. dub. 6. fol. mihi 1125. Gabr. Vasq. Opuscul. moral. tract. de restit. cap. 9. §. 3. n. 3. fol. 160. dixi in Pract. §. Testimonii n. 12. ubi quod est verum, nisi possit aliter suæ indemnitati provideri, adde Conciol. verb. Testium Miscellanea res. 1. n. 11. & 12. ubi etiam quòd nec sunt cogendi propriam detegere turpitudinem.

Qualiter testes legitimè à judice interrogati teneantur in foro conscientiæ dicere veritatem, sicut etiam à privato requisiti, imò ex se ad evitandum iniquum proximi damnum, in his tamen, quæ pertinent ad condemnandum, non tenentur ferre testimonium, nisi quando à Superiore compelluntur secundùm juris ordinem, quia licet veritas occultetur, nulli damnum infertur, & si accusatori imminet periculum, sibi imputet, qui spontè se ingessit: non etiam possunt revelare, etiam de præcepto Superioris, quæ habent sub secreto nisi talia sint, quæ pertineant ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel in grave damnum alicujus personæ, & hujusmodi, quæ quis statim propalare tenetur, vel testificando, vel denunciando, nam contra hoc debitum, nemo potest per commissionem secreti obligari, ut ex D. Thom. & aliis, latè explicat Th. Hurtad. resolut. moral. part. 2. tract. 6. cap. 6. & seqq. fol. mihi 10. &c. ubi multa dubia circa prædicta resolvit, & Gibalin. de univers. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art. 7. fol. 387. &c. ubi etiam quando possint excusari, Vasquez, & alii præcitati, Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 29. dubit. 13. ubi quod nisi præcedat infamia personæ, vel delicti, non debent testes patefacere criminosos occultos, & patefaciendo ad punitionem peccare, non ad emendationem, nec ad obviandum malo spirituali, vel temporali, nam his casibus possunt revelare superiori absque alia infamia, vel fame, & melius idem Less. lib. 2. cap. 30. dubit. 6. ubi quando teneantur testificare judice præcipiente, & juramentum deferente, de quo plenè Cabed. dec. 70. per tot. part. 2. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 5. n. 20. & seqq. Fagnan. in cap. tua nobis n. 46. de Testam. in cap. constitutis il prima n. 4. de. Test. & attest. & in cap. falsidicus de crimin. fals.

15 Testes citati se subtrahentes à testificando redduntur suspecti de falso, possunt inquiri, & puniri pœna contumaciæ, & extraordinariè judicis arbitrio, imò etiam de falso quando jam assumpsissent officium testificandi, & jurassent, vel se subtrahent à repetitione, vel hoc facerent pretio corrupti, & tenebuntur etiam parti ad damna, & interesse. Punitur etiam subtrahens testes à testificando, quandoque pœna extraordinariæ arbitrio judicis, quandoque in amissione causæ, & quandoque pœna delicti, de quo inquiritur, nisi elias constet de sua innocentia, & idem est etiam in subtractione instrumentorum, Farinac. de test. quæst. 78. nu. 131. & seqq. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 19. n. 128. & seqq. fol. 385. Conciol. resolut. crim. verb. Testium Miscellanea resol. 2. & resol. 22 per tot. Zuff. de legitim. process. lib. 2. quæst. 89. Conciol. cum addit. Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 48. per tot.

Quòd examinati pro informatione Curiæ, parte subtracta ad repetendum vocati nolint comparere, possint inquiri, & pœna falsi puniri tanquam veritatis occultatores, sicut etiam quando accipiunt pecuniam ne aliquid deponant, Cabal. resol. crim. cap. 55. per tot. & cas. 169. n. 19. sequitur Zuff. de legitim. process. lib. 3. quæst. 103. Conciol. ubi sup. d. resol. 2. ubi etiam quòd tunc prima depositio præsumitur falsa, & potest formari inquisitio super subornatione, & magna inquisiti innocentia resultat; nisi tamen (ut scio ego sæpissimè evenire) ad instantiam inquisitorum se subtrahant à repetitione, nam si hoc possit probari, essent gravius omnes puniendi; ne istis autem, ut plurimum non deficit jus, sed probatio, vide D. Fulv. Majoran. in Opopraxi crimin. lib. 2. cap. 6. num. fol. 189. ubi etiam ipse testatur hoc sæpè sæpius evenire, ac quòd tunc habentur testes pro receptis, & repetitis stantibus dicto impedimento, ad Mastrill. dec. 125. n. 10. &

alios ibi citatos, quibus adde Zuff. de legit. process. d. quæst. 89. per tot.

Quid si repetant, sed contrarium deponant infr. num. 40.

Testes qui sint liberi homines regulariter non torquentur, nisi in crimine læsæ majestatis, vel nisi sint vacillantes, varii, & contrarii circa negotium principale, vel de facto verisimiliter informati, & recusent dicere veritatem, ut quia fuerint præsentes, & dicant nihil vidisse, vel audivisse, vel si negent facto interfuisse, & convincantur de mendacio etiam per unum solum testem digniorem, vel si probetur illorum extrajudicialis confessio, vel si sint domestici, & agatur de furto, vel alio delicto domi patrato, vel vicini, de quo dixi in §. Vicinus n. vel si dicant non recordari de eo, de quo verisimiliter recordari debent; & hæc procedunt etiam illis non data copia indiciorum, & sive agatur de inquisitione speciali, sive generali, intelligendo tamen dummodò prius constet de corpore delicti, testes sint tales, qui cogi possint ad testificandum, non sint in dignitate positi, agatur de causa criminali, & aliud non obstet impedimentum. Quando autem ut supra torquentur pro habenda veritate possunt in tortura detineri per quartam partem horæ, vel ad summum per dimidiam horam juxta facti, & personarum qualitates, & juxta multorum opinionem debet postea ratificare extra torturam, licèt alii probabiliter contrarium sentiant ex eo, quod non sit illis permissum ex intervallo se corrigere, Farinac. quæst. 79. per tot. Conciol. resol. crim. verb. Tortura resol. 19. nu. 12. ubi an sit necessaria ratificatio, & resol. 20. ubi quando, & ex quibus causis torqueri possint testes, vel non juxta prædicta, Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 19. n. 142. & seqq. ad 201. fol. 387. Cabal. resol. crim. cas. 33. Sanfelic. dec. 24. ubi quòd tutior est opinio, ut ratificare debeant extrà torturam, sed contrarium fuisse servatum, & re vere etiam Florentiæ practicatur in dies ut non fiat alia ratificatio. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 4. & 5. 16

Quòd testes de delicto verisimiliter informati, si recusent dicere veritatem possint torqueri, Clar. §. fin. quæst. 25. & quando possint torqueri, vel non, latè Guaz. def. 19. per tot. infr. n. 48. Pellegr. dict. sect. 5. n. 31.

Quòd testes possint torqueri denegatis defensionibus, & non data copia indiciorum, quando resultaret ex actis, vel ex proprio illorum ore, quando verò resultarent aliunde, debet illis dari copia, & terminus defensionum, sicuti concordando opiniones distinguit Guaz. def. 19. cap. 15. D. Fulv. Majoran. in Opoprax. lib. 1. cap. 5. n. 14. & n. 15. fol. 16. Zuff. de legit. process. lib. 2. quæst. 91. & melius lib. 3. quæst. 107. per tot. Clar. §. fin. quæst. 25. vers. solet dubitari, ubi tamen dicit quòd in practica numquam vidit servari, sed judices semper torqueri facere testes absque ulla disputatione, Farinac. quæst. 39. n. 117. & seqq. Scanarol. de visit. carcer. lib. 1. §. 5. cap. 2. sect. 1. n. 20. &c. Sanfelic. dec. 24. n. 2. ubi quòd contra testes proceditur ad torturam absque ulla disputatione, non data copia indiciorum, & processus, ac ita etiam servatur Florentiæ sequitur Mallin. de confisc. bon. quæst. 2. nu. 62. & seqq. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 100. num. 16. & Conciol. resol. crimin. verb. Tortura resol. 5. per tot. vide Zuff. d. quæst. 107. per tot. Hieron. Cala tract. de Præm. M.C.V. cap. 41. & 42. per tot.

Quòd testes torti ad tollendas maculas non debeant dictum suum ratificare extra tormenta, cùm non possint variare, maximè quando fuerunt leviter torti, nam si per aliquod notabile spatium, ita ut possit dubitari, an depositio emanaverit per corporis cruciatum, debet ratificari extra tormenta, ut tradit per Cabal. resol. criminal. cas. 33 num. 1. &c. Guaz. def. 19. cap. 14. per tot. & defens. 30. c. 31 n. 2. Sperel. de tort. cap. 13. n 82. D. Fulv. Majoran. in Opoprax. crim. lib. 1. cap. 6. fol. 17.

Testibus hincinde contrariis, & contradicentibus quibus magis sit credendum, dic regulariter magis credendum, pluribus numero, magis unico quam pluribus 17

singularibus singularitate obstativa, magis dignioribus, & honestioribus, masculo potius, quàm fœminæ, magis verisimilia, quàm inverisimilia deponentibus, vel concordantibus cum dispositione juris, magis deponentibus ad favorem rei, quàm contra illum, melius informatis, in specie deponentibus, reddentibus rationem sui dicti, Clericis, senibus, notariis, peritis in arte, deponentibus pro causa favorabili, mortuis, distinguentibus, affirmantibus, instrumentariis, & similibus, prout latè ampliando, & limitando singillatim declarat Farinac. *de test. quæst.* 65. *part.* 3. *per tot.* ubi etiam Vulpin. *in suco*, Pac. Jorden. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1300. & *seqq. ad* 1360. *fol.* 375. Card. Tusch. *littera T. conclus.* 240. & 255. *cum pluribus seqq.* Leoncil. *decis. Ferr.* 5. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 31. *n.* 15. &c. ubi quòd sunt præferendi honestiones, verisimiliora deponentes, ac pro exclusione impudicitiæ, vel delicti, & *part.* 13. *dec.* 53. *n.* 17. ubi de magis specificè deponentibus, & aliis conjecturis, fulcitis, vide *infrà nu.* 32. & 35. *in fine*, Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 520. *n.* 15. *tom.* 2. ubi quod attenduntur ii in concursu, qui numero, pondere, & qualitate cæteris præferuntur.

Testes ob quas circumstantias in concursu sint præferendi, latè Ansald. *dec.* 78. *num.* 70. in *addit.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 16. *dec.* 33. *n.* 15. *vol.* 4.

Et quod in eorum concursu, & conflictu prævaleat habens Juris assistentiam, & qui deponit verisimilia De Luc. *de success. disc.* 48. *sub num.* 4. *de Fideicomm. disc.* 179. *n.* 16. *de Decim. disc.* 13. *n.* 8. *de Judic. disc.* 32. *n.* 74. Pen. & Crescin *decis.* 818. & *dec.* 1104. & 1408. Caprar. *dec.* 11. *n.* 5. & 6. *dec.* 398. *n.* 10.

Item quod præferantur testes, qui sunt numero plores; & omni exceptione majores Caprar. *decis.* 289. *n.* 16. *part.* 1. Pen. & Crescin. *dec.* 1259.

Item quod præferantur testes, qui magis specificè deponunt Pen. *dec.* 106. *n.* 3. & *dec.* 817. *n.* 6. Spad. *cons.* 101. *num.* 13. *lib.* 2. Crescin. ad Pen. *d. dec.* 817. Caprar. *dec.* 398. *n.* 10.

Item quod attendentur testes digniores Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 6. *n.* 26. *vol.* 1. Vide infra *in noviss. addit.* Crescin. ubi quod Clerici præferuntur laicis.

Quòd magis credatur testibus, licèt paucioribus de sana mente deponentibus, quam aliis licèt pluribus de insanie, cùm primi habeant præsumptionem naturæ, & juris pro se, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 353. *n.* 31. &c. vide in §. *Furor nu.* 1. Caren. *resol.* 171. *n.* 27. Cerr. *dec.* 127. *n.* 22. Ansald. *dec.* 44. *n.* 33. & 34.

Et generaliter testes quamvis numero plures, sed viles, & inverisimilia in substantialibus deponentes non attendi in concursu pauciorum nullam contradictionem patientium, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 456. *n.* 2. &c. *inf. n.* 35. *in fine*.

Quòd nullus judex possit ex causa non credere testibus etiam plenè probantibus, & ex duabus contrariis præsumptionibus, vel probationibus liberum habeat arbitrium, quam velit eligendi, cùm omnes probationes sint judici arbitrariæ, attentis tamen circumstantiis, & verisimilitudine, benè Cabal. *res. crim. cas.* 231. *n.* 21. & *seqq.* vide in §. *Probatio nu.* 8. & 9.

18 Testes super affirmativa deponentes sunt præferendi testibus negativam asstruentibus etiam pluribus, quia magis creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, nam melius, & certius novit qui affirmando novit, quam qui negando; intelligendo tamen ubi affirmativa est concludenter probata, aliàs magis creditur duobus negantibus, quam uni tantùm affirmanti, sicut etiam quando versamur in actu non instantaneo, sed successivo, & continuato, in quo negativa sicut affirmativa cadit sub cognitione testis non est differentia inter affirmativam, & negativam, nec etiam quando testes negantes reddunt concludentem rationem scientiæ, vel magis verisimilia deponunt, ut benè probat Sperel. *decis.* 178. *num.* 20. & *seqq.* & latius ampliando, ac limitando quando testes affirmantes præferantur, vel non negantibus, Farinac. *quæst.* 65. *num.* 200. & *seq.* cum aliis summatim, & pulchrè per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *numer.* 1344. & *seqq. fol.* 377. ubi octo modis notabiliter dictam regulam limitat, vide Cabal. *consil.* 135. *lib. pr.* Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 259. & 260. *per tot.* Merlin. *decis.* 242. *n.* 3. &c. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 323. *nu.* 5. &c. ubi quòd magis creditur affirmantibus, quam negantibus de sævitia viri in uxorem, quando non coarctatur probatio, & *part.* 12. *dec.* 119. *num.* 20. & *seqq.* ubi in terminis probandæ servitutis aquæductus *par.* 13. *dec.* 53. *num.* 18. ubi in terminis confectionis testamenti. Nicoli. *Instit. tit. de usucap. n.* 23. Emerix jun. *dec.* 763. *num.* 2. Spad. *cons.* 307. *n.* 11. *lib.* 2. & *cons.* 314. *a n.* 3. *eod. lib.* 2. Castald. *consult.* 204. *n.* 9. *lib.* 2. Ansald. *decis.* 55. *n.* 5. Pen. & Crescin. *decis.* 661., & alibi sæpè.

Quòd testes deponentes super negativa etiam non interrogati, teneantur reddere rationem scientiæ tam in civilibus, quàm in criminalibus, Gratian. *discep. for. cap.* 789. *num.* 9. &c. *cap.* 843. *num.* 16. *etc.* Card. Tusch. *litt. T. concl.* 189. Leoncil. *decis. Fer.* 41. *nu.* 2. Ludovis. *decis.* 42. *num.* 3. *etc.* ubi etiam quòd affirmare debent vidisse actum, in quo negativa resultat, & sic illam coarctare, quod aliter esse non possit quin ipsi scivissent, vel audivissent, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 430. *per tot.* Spad. *cons.* 307. *num.* 4. *vol.* 2. Ros. *de Incompat. part.* 2. *cap. pr. a num.* 47. Crescin. ad Pen. *decis.* 206.

Quòd licet deponentes super negative, ut probent debeant removere sensum ab actu, tamen si sint periti super re, in qua deponunt, non sit necesse, ut removeant sensum ab actu, vel actum à sensu, Rot. *p.* 4. *rec. dec.* 2. *num.* 3. Vide Pen. & Crescin. *dict. decis.* 206.

Quòd debeant esse omni exceptione majores, Magon. *decis. Flor.* 17. *n.* 14. *in fine*, ubi etiam nu. 17. quòd tunc non attenditur numerus testium, & quòd ista qualitas sit probanda, Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 9. *Negativa n.* 9. *infr. num.* 26. *et* 47. ubi quòd præsumuntur nisi aliqua exceptione repellantur. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 206., ubi plura.

Quòd deponentes super negativa sint suspecti, quando non est loco, & tempore coarctata, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 55. *num.* 7. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 129. *num.* 14. & ideò possint ad instantiam fisci carcerari, Scanarol. *de visit. carc lib.* 2. §. 3. *cap.* 2. *n.* 6. Clar. §. *Falsum n.* 9. Card. Tusch. *litt. T. concl.* 260. *n.* 13. ubi quòd si non sit coarctata possunt arbitrio judicis puniri pro temeraria depositione, vide in §. *Negativa num.* 9. ubi qualiter possint cogi, ad dandum fidejussorem de se repræsentando. Balduc. *tit.* 3. *decis.* 58. *n.* 58. Crescin. ad Pen. *d. decis.* 206.

Quomodo autem negativa coarctari debeat ad effectum probandi, & qualiter possit probari, Gratian. *discept. forens. cap.* 525. *num.* 24. *etc. ad* 37. Gozz. *cons* 28. *cap. pr.* Barbos. *de axiom. jur. axiom.* 158. Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 189. 259. *et* 260. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 50. *num.* 8. *etc.* Altograd. *cons.* 21. *num.* 13. *etc. cons.* 50. *num.* 107. *etc. cons.* 84. *n. pr. lib. pr.* Ponzirol. *in Respons. pro Mambellis num.* 320. *et seqq. Cæsenæ impresso de anno* 1645. *quæst.* 3. *princip. per tot.* Ludov. *dec.* 42. *n.* 4. *et n.* 5.

Quòd quando affirmativa fuit clarè probata, non credatur testibus super negativa deponentibus, quia negativa semper magis est dubia, ex quo semper magis imprimitur ens, quam non ens, & ideò magis credatur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, *glos. in l. diem proferre §. si plures, ff. de arbitr.* Rot. *par.* 13. *divers. decis.* 285. *n.* 2. *dec.* 619. *num.* 9. Altograd. *cons.* 30. *n.* 117. *lib. pr.* Magon. *dec. Flor.* 17. *nu.* 17. Tusch. *dict. concl.* 259. *et* 260. Marcian. *disp. for. cap.* 72. *n.* 20. Sperel. *dec.* 178. *n.* 20. *et seqq.* Crescin. ad Pen. *decis.* 984.

Limita prædicta in criminalibus, quia magis creditur testibus deponentibus super negativa coarctata ad favorem rei, & ad exclusionem delicti, quam affirmantibus, Farinac. *quæst.* 65. *par.* 13. *n.* 252. *et seqq. et num.* 200 *etc.* ubi etiam Vulpin. *in succo n.* 42. 48. *etc.* Gabriel. *comm. conclus. tit. de test. conclus.* 4. *nu.* 20. Thom. Trivis. *dec.* 62. *num.* 36. *lib.* 2. ubi quòd

in

in criminalibus potiùs creditur negantibus delictum, quàm affirmantibus, Conciol. *res. crim. verb. Testis, quoad dicta resol.* 18. *n.* 4.

Et generaliter quando negativa est benè loco, & tempore coarctata, vel in se continet affirmativam, cessat dicta regula de magis credendo affirmantibus, quàm negantibus, & est æqualis probatio, habito tamen respectu numeri, & qualitatis testium, *cap. in nostra* 32. *de test.* Farinac. & Vulpio. *loc. cit.* Tusch. *d. concl.* 259. & 260. Mascard. *de probat. concl.* 70. & *concl.* 656. Heteul. *tract. de negat. proban.* Pacian. *de probat. cap.* 37. 42. & 45. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 325. Maretan. *disput. for. cap.* 24. *nu.* 4. & *seqq.* Zoff. *de legit. process. lib. pr. cap.* 32. *num.* 18. & *seq.* Pontitol. *loc. sup. cit. n.* 534. ubi aliis modis limitant, & declarant quando probatio negativa possit concurrere cum affirmativa, vel etiam illis prævalere, & dixi in §. *Negativa num.* 7. &c. Rot. *p.* 18. *rec. dec.* 695. *n.* 7. ubi quòd testes deponentes super negativa coarctata si sint etiam adminiculati præferuntur testibus de affirmativa contestantibus.

Testes deponentes de suo judicio, & credulitate
19 non probant, Marant. *p.* 1. *n.* 2. Gratian. *discep. for. cap.* 461. *n.* 22. &c. & *cap.* 474. *n.* 23. *cap.* 736. *n.* 48. *etc. cap.* 848. *n.* 4. *etc.* Ludovis. *dec.* 517. *n.* 17. *et* 18. ubi licèt dicant pro firmo credere, Afflict. *dec.* 381. *n.* 7. Alex. *cons.* 114. *num.* 15. *lib.* 4. *cons.* 92. *n.* 5. *etc. cons.* 109. *lib. pr.* Barr. *cons.* 111. *lib. pr. cons.* 89. *lib.* 2. latè Tusch. *litt. T. conclus.* 182. *per tot.* facit quod dixi in §. *Periti num.* 12. Vivi. *comm. opin.* 963. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1363. *per tot.* faciunt tamen efficacissimum indicium, Altograd. *cons.* 50. *nu.* 104. *lib. pr.* Ludovis. *dec.* 427. *n.* 5. ubi quòd in materia difficilis probationis efficacissimum præstant indicium ut in probanda origine incendii. Addo Jacob. Emeria *dec.* 131. *nu.* 5. 195. *num.* 10. 623. *n.* 8. 1059. *num.* 7.

Et si in eodem examine prius dixerint se scire probant, licèt posteà dicant se credere, aut sibi videri, cùm stari debeat primo dicto de scientia, & non secundo de credulitate, aut opinione, Altograd. *d. cons.* 50. *num.* 53. *lib. pr. infr. num.* 33. *et* 42.

Item probant si illorum depositio pendeat à solo intellectu, Gratian. *discept. forens. cap.* 710. *num.* 30. Cavalet. *dec.* 553. *num.* 6. Altograd. *d. cons.* 50. *n.* 67. *lib. pr.* Merlin. *dec.* 692. *num.* 43. *etc.* ubi quòd probant si deponant de actu in animo latente, vel de materia conjecturali, vel saltem conjunguntur cum aliis.

Item probant ad defensam, maximè si reddant causam sui dicti, Guaz. *def.* 29. *cap.* 3. *num.* 11.

Quando deponentes de credulitate probent, vel non, Soccin. *reg.* 518. & 921. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1363. *per tot.* Tusch. *litt. T. conclus.* 182. & 188. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 963. ubi plura Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad dictu resol.* 13. *n.* 4. & *seq. per tot.* ubi quòd regulariter non probant, nisi ad defensam, vel contra fiscum producentem, vel nisi bonam reddant rationem, vel in casibus difficilis probationis. Spad. *cons.* 647. *a nu.* 47. *lib.* 2. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *num.* 53. Bertachin. *vot. pr. n.* 5.

Quòd in facto antiquo magis probent deponentes dubitativè, Gratian. *discept. for. cap.* 778. *n.* 21. &c.

Quod in antiquis deponentes de credulitate probent, *c. quoties in fine, de test.* Genu. *de verb. enunciat. lib.* 3. *quæst.* 4. *num.* 21. *fol.* 94.

Quòd dubitativè, vel de sua credulitate deponentes nunquam possint redargui de falso, cùm possint semper se excusare asserendo quomodocumque veritas se habeat ità credidisse, vel sibi visum fuisse, Conciol. *resol crim. verb. falsum, resol.* 14. An autem ità deponendo probent, Idem Conciol *verb. Testis quoad dictu resol.* 13. *per tot. inf. n.* 74. Ansald. *decis.* 77. *n.* 14. *decis.* 24. *n* 9. Zarat. *decis.* 73. *nu.* 21. Ubrg. *decis.* 78. *n.* 15. & 16. Idem Conciol. *alleg.* 93. *a nu.* 4. Bertachio. *vot.* 108. *n.* 3.

Quòd testes de credulitate non probent, nec proprìè dicantur testes, Farinac. *quæst.* 68. *num.* 62. &c. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 147. & 470. ubi quod ideò nec ipsi tenentur ad aliquod interesse partis, loquitur tamen de extrajudiciali attestatione, quæ reducitur ad mendacium, ut dixi *infra n.* 34. & *in* §. *Mendacium n.* 6. Vide Ansald. *decis.* 77. *n.* 13. *decis.* 24. *n.* 9. Zarat. *decis.* 73. *n.* 21. Ubag. *decis.* 78. *nu.* 15. & 16. Conciol. *alleg.* 93. *a n.* 4. Bertachin *locis citatis*; Mantiss. ad De Luc. *lib.* 16. *decis.* 33. *n.* 11. *vol.* 4.

Testes debent interrogari an credant verum esse id quòd deponunt, si dicunt quod sic, sunt de credulitate, & non probant, si dicunt quod non, revocant quod primo deposuerunt. Item an possibile sit rem aliter se habere, nam si affirmant non concludunt pernecesse prout requiritur. Item quam partem vellent vincere, si respondent illam, quæ justitiam fovet; sed hujusmodi interrogationes sunt calumniosæ, & non admittendæ, ad tradita per Cæpol. *caut.* 74. *per totum.* 20

An autem possint, & quomodo interrogatoria tesecari, & alia, vide in §. *Interrogatio n.* 7. *etc.*

Quòd non possint, nec debeant testes interrogari de sua turpitudine, vel delicto, & quid si crimen esset notorium, Vivi. *comm. opin.* 912. *inf. n.* 88.

Licèt aliàs testes nolentes evacuare interrogatoria reddantur suspecti, Seraphin. *decis.* 836. *num.* 2. ubi allegat Cravett. *cons.* 134. *num.* 43. & nil probent, Rot. *par.* 2. *rec. dec.* 900. *num.* 32. *part.* 9. *dec.* 349. *num.* 22. *et par.* 18. *decis.* 194. *num.* 14. Martha *vot. Pis.* 45. *num.* 11. *et vot.* 118. *num.* 5. *et seqq.* Ludovis. *decis.* 513. *num.* 10. Altograd. *cons.* 50. *num.* 68. *lib. pr.* Tusch. *litt. T. concl.* 169. ubi limitat nisi repetantur, & examinentur super eis etiam posteà datis, & post publicatas attestationes *infr. num.* 53. Ridolphin. *in prax par. pr. cap.* 14. *n.* 98. *et seqq.*

Et quòd præferatur depositio facta super interrogatoriis depositioni factæ super capitulis, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 89. *num.* 4. *part.* 14. *dec.* 169. *num.* 6. *et par.* 17. *decis.* 343. *nu.* 4. *et p.* 18. *num.* 4. Mantiss. ad ornat. Card. De-Luc. *lib.* 9. *decis.* 5. *n.* 7. *vol. pr.* & *lib.* 14. *decis.* 4. *n.* 5. *vol.* 4.

Plura de modo, & forma examinandi testes, & de interrogatoriis ipsis faciendis, Specul. *tit. de testam.* §. 6. *per tot.* Pac. Jordan *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 142. *etc. ad* 158. *fol.* 312. vide *in* §. *Interrogatio nu.* 2. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *a n.* 77. *cum seqq.*

Quòd probent etiam sine interrogatoriis, quando pars citata ad dandum interrogatoria, illa dare neglexit, Gregor. *dec.* 351. *n.* 46. Rot. *p.* 10. *rec. dec.* 223. *n.* 10. ubi etiam idem si illis detractis remanent alii formiter examinati in numero sufficienti duorum in qualibet materia, *part.* 12. *dec.* 86. *nu.* 18. ubi quòd probant quando pars neglexit dare interrogatoria, & quid si postea vellet illa dare. Crescin. ad Pen. *dec.* 38. *decis.* 49. & ad Abecelef. *observ.* 88. *part. pr.* Bertachin. *vot.* 138. *n.* 6. 21

Quod examen sine interrogatoriis sit validum, etiam si essent in actis producta sine protestatione, sed testes non probare nisi repetantur, Gregor. cum Beltramin. *decis.* 331. Crescin. ad Pen. *loc. cit.* & ad Abecelef. *loc. pariter cit.*

Quòd testis interrogatus de duobus, si unum tantùm affirmet, alterum videatur negare, *l. et si sine* 8. §. *Sed quod ff. de minor.* Pacian. *de probat. c.* 34. *nu. pr.* Rot. *part.* 18. *recen. dec.* 76. *num.* 8.

Qualiter autem testes possint legitimè interrogari super unoquoque ex decem prædicamentis, & sic reddi singulares in eorum depositionibus, benè docet Rebuff. *tract. var. tract. de reprobat. & salvat. test. n.* 513. & *seqq.* & alios allegavi *in* §. *Interrogatoria num.* 2. Pellegrin. *d. part.* 4. *sect.* 4. *a num.* 78. *cum seqq.*

Testes debent assignare rationem, & causam sui dicti, & scientiæ diversam ab eodem dicto, nam si interrogati de causa scientiæ respondeant quia sciunt, & non aliud, nihil probant, Marant. *par.* 2. *n.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 461. *num.* 24. &c. *cap.* 755. *n.* 40. &c. Tusch. *litt. T. conclus.* 173. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 28. *num.* 4. &c. *vol.* 3. plenè Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1369. *per tot.* ubi quando, & quomodo testes teneantur assignare rationem dicti sui, D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. libr.* 2. *cap.* 6. *nu.* 85. *fol.* 183. Pellegrin. *in Prax.* 22

car. part. 2. sect. 2. subsect. 7. n. 16. & part. 4. sect. 4. n. 68. Dom. Advocat. Cabrun. lucubr. 36. n. 80.

Intellige si fuerint interrogati, aliàs non interrogati non tenentur reddere rationem scientiæ, nisi essemus in criminalibus, & ad offensam, quia tunc etiam non interrogati debeat illam reddere, secus ad deffensam, Clar. §. fin. qu. 53. vers. ult. Guaz. deff. 29. c. 3. n. 10. Grat. discept. forens. cap. 843. num. 15. &c. latè Succin. reg. 496. & 497. per tot. Vivi. comm. opin. 898. Farinac. quæst. 70. per tot. ubi plenè, & Conciol. resol. crim. verb. Testis quoad dicta, resol. 15. per totum.

Quòd ratio visus, vel quia vicinus sit optima, Magon. dec. Flor. 17. n. 3. &c. Farinac d. qu. 70. n. 164. & seqq.

An & quando testes teneantur reddere rationem sui dicti, & qualem, latè Farinac. d. qu. 70. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 24. tit. 18. num. 925. & seqq. ad 102. fol. 352. &c. Card. Tusch. litt. T. concl. 371. &c. ubi qualiter debeant deponere per sensum corporis, & memoriam, aliàs non probeat, & quando secus, Vivi. comm. opin. 898. Conciol. verb. Testis quoad dicta resolut. 25, per tot. Zuff. de legit. process. lib. pr. capit. 32. per tot. benè Rebuff. tract. var. tract. de reprobat. & salvat. test. n. 536. & seqq. ubi de quinque sensibus corporis, & quæ sub unoquoque cadant, ad effectum ut per eum testes sufficientem causam scientiæ reddant. Vide Nicoli. Instit. tit. de testibus n. 27. tom. 2. Pellegrin. loc. sup. cit. Pen. & Crescin. dec. 728.

Qualiter possint interrogari de ratione sui dicti, & scientiæ ita ut non advertant, & sic non respondendo nihil probent, Ferret. caut. 42. per tot.

Quòd testes deponantes de his, quæ non aliquo sensu corporeo, sed judicio intellectus percipiuntur, etiam non interrogati debeant reddere rationem sui dicti, Farinac. dict. qu. 70. num. 93. cum aliis per Michalor. de fratr. p. 2. cap. 19. num. 8. Rot. in Practicabilibus post p. 2. divers. num. 110. ubi videtur distinguere in his, quæ modico intellectus discursu percipiuntur ut probent, etiamsi non allegant causam sui dicti, Tusch. lit. T. concl. 174. per tot. ubi etiam quando non interrogati debeant deponere de causa scientiæ, Vivi. comm. opin. 898. & 899.

Item deponentes super negativa, debent etiam non interrogati reddere rationem scientiæ, ut dixi supra num. 18. vers. Quod testes.

Quòd debeant intelligere id, quod dicunt, aliàs non probent, & quando secùs, Tusch. lit. T. conclus. 172. per tot.

Testes recepti, & examinati non citata parte ad vi-
22 dendum illos jurare non probant regulariter, l. si quando C. de test. Afflict. dec. 28. Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1366. per tot. Buratt. dec. 118. per tot. ubi multis modis limitat, Farinac. de test. quæst. 72. per tot. Gratian. discept. for. cap. 694. num. 7. &c. num. 49. vide in §. Nullitas num. 21. Conciol. resol. crimin. verb. Testis quoad examen resol. 6. per tot. Soccin. reg. 523. ubi novem modis limitat, Cavaler. dec. 275. per tot. Tusch. litt. T. conclus. 163. per tot. ubi plenè, vide in §. Citatio num. 26. ubi quid servetur Florentiæ Sanfelic. in Prax. sect. 50. Ludovis. decis. 518. Vivi. comm opin. 966. Nicoli. Instit. tit. de testibus n. pr. Pellegrin. loc. cit. part. 2. sect. 2. subsect. 6. num. 10. & 11. Rocc. Episc. cap. 139. n. 11. lib. 2. Pen. & Crescin. observat. 295. & alibi. Abeccles. & idem Crescin. obser. 84. part. pr.

Quòd examinari debeant, vel saltem jurare in die, qua cadit citatio, Cavaler. dec. 410. n. 3.

Et si juraverint extra diem cadentiæ citationis di-
23 cuntur nulliter examinati, Coccin. decis. 216. num. 21. Rot. par. 9. decis. 280. num. pr. ubi etiam qualiter sint intimanda hora examinis ad effectum conducendi interpretem, qui de stylo adhibetur. Vide Abeccles. & Crescin. observ. 62. part. 2.

Item ut testes dicantur validè examinati, debet locus examinis specificari, si agatur coram judice delegato, vel etiam ordinario, quando examinantur extra locum soliti residentiæ, an sufficiat aliunde notitia, & alia, Rot. par. 10. recent. decis. 180. & part. 11. dec. 101. num 13. decis. 301. num. 14. Bich. dec. 169. num. 10. Vide Abeccles. & Crescin. observ. 84. part. pr. & observ. 62. part. 2.

Quòd possint de consensu partis non citatæ valere attestationes, Guid. Papp. decis. 216. num. 2. Altim. de nullit. rubr. 12. quæst. 21. n. 243. De Luc. de Judic. disc. 32. nu. 24. Crescin. ad Abeccles. obser. 84. n. 4. part. pr.

Et ex cursu longi temporis hujusmodi citationem præsumi, & probare testes, sicut sententiam, etiamsi non exhibeatur totus processus, Ludovis. decis. 535. num. 6. &c.

Item possunt testes examinati prævia partis citatione, illorum dicta declarare absque alia citatione, ut dixi in §. Citatio num. 54. Tusch. litt. T. conclus. 163. num. 72. & conclus. 276. nu. 4. ubi qualiter possint ad hunc effectum repeti.

Item valent attestationes absque citatione, si reus sit contumax, & patiatur in contumaciam condemnari, Cabal. resol. crim. cas. 110. in fine, Altograd. cons. 98. n. 23. & seqq. libr. pr. Conciol. verb. Testis quoad examen res. 6. num. 26. & seqq. per tot.

Item si testes sint mortui, & non possint repeti, vel si simus in atrocissimis, & notoriis, vel si judex sit certus nullam reo competere defensionem, vel quis sit repertus in flagranti, ac alias limitationes, vide per Clar. & Bajard. in §. fin. qu. 45. per tot. Guaz. deff. 24. cap. 9. per tot. Farinac. dict. qu. 72. cap. 2. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. nu. 225. &c. fol. 310. & dixi in §. Repetitio nu. pr. in fine, Zuff. de legit. process. qu. 115. ubi plura an testes mortui habeantur pro repetitis, & probent, concludens aliqualem facere probationem, vel indicium ad torturam, salvo jure inquisito opponendi contra illorum personas, & dicta, & qu. 125. per tot. ubi quòd si fuerint confrontati, vel declarati probant, licèt ob mortem supervenientem repeti non possint super interrogatoriis. Quoad mortuos vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 11. n. 32. Caprar. dec. 298. n. 7. part. pr. Crescin. ad Abeccles. observat. 84. nu. 16. part pr. Mantiss. ad De Luc. libr. 7. decis. 24. n. 9. vol pr.

An autem idem sit in testibus, ad defensam, ut citari debeat procurator fiscalis, & accusator ad videndum illos jurare, & dicendum contra articulos, ac ad dandum interrogatoria affirmant Guaz. def. 28. cap. 6. Conciol. verb. Testis quod examen resol. 5. & alii ab illis citati.

Possunt etiam postea citata parte repeti, & sic examen nullum convalidari, nisi jam esset facta conclusio in causa, per quam clauditur os partibus, ne nihil amplius probare possint, Capyc. decis. 35. nu. 7. vide in §. Nullitas num. 21. Thom. Trivis. decis. 46. lib. pr. ubi qualiter depositio testis nulla possit convalidari per novam depositionem formaliter factam, Zuff. de legit. process. qu. 212. ubi an possint repeti in secunda instantia, & quæst. 113. ubi an repetitio possit præposterari, & sic fieri post factas defensiones.

An autem testes nulliter examinati possint in repetitione se referre ad illud examen nullum, vel simpliciter, ac per extensum debeant deponere, est opinio valdè controversa, ex traditis per Farinac. quæst. 66. nu. 3. & seqq. & quòd debeant per extensum deponere absque relatione ad primum examen nullum tenuit aliàs, Rot. part. 2. recent. dec. 720. num. 4. sed istam decisionem non esse attendendam, & sufficere quòd se referant ad primum examen, licèt nullum, magis communis est opinio, ut testatur Ludovis. cum Beltramin. dec. 331. n. 15. & 22. dixi in §. Nullitas n. 21. idem Beltramin. ad Ludovis. decis. 578. n. 13. infr. nu. 61. Zuff. de legit. process. lib. 3. quæst. 104. per tot. ubi quòd in criminalibus praxis est, ut per judicem, vel notarium testi præsenti legatur totum ejus examen pro informatione receptum, & testis illo audito respondeat approbando, ratificando, vel moderando prout sibi placuerit: præcedente tamen prius examine super interrogatoriis juxta stylum, alias repetitio esset nulla, idem Zuff. loc. cit. quæst. 106. & quæst. 131. ubi de formula repetitionis, vide Pellegrin. in prax. vicar. part. 4. sect. 11. Episc. Rocc. cap. 175. n. 15. cum seqq. lib. 2.

Quòd

Digitized by Google

Quòd sustineatur examen sine citatione quando persona testis erat omni exceptione major, & contra quam non poterat aliquid verisimiliter opponi, Vant. *de nullit. tit. qualiter sent. poss. à null. deff. n.* 310. *in fine*. Sicut etiam de stylo Hispaniarum quando præcessit decretum amissionis ad probandum in termino communi, vel speciali, & quare, Bieh. *dec.* 48. *nu.* 6. *& seqq.* Rot. *p.* 15. *rec. decis.* 123. *n.* 5. ubi quòd testes dicuntur validè examinati, quando fuit servatus stylus solitus, qui probatur ex attestatione Curialium.

Quòd in probanda morte alicujus possint examinari testes parte non citata, vide *in §. Mors n.*

Quòd adhibeatur fides etiam nulliter examinatis ob impedimenta, & tergiversationes partis, Seraph. *dec.* 1154. *n.* 2. *& dec.* 1196. *num.* 10. Gregor. *dec.* 327. *n.* 10. Rot. *p.* 10. *recent. dec.* 255. *num.* 22. *& par.* 12. *dec.* 246. *n.* 18. *&c.* ubi quòd examen factum sine citatione partis est validum, quando pars recusavit citari, ut quia fecerit Cursorem carcerari. Crescini ad Abecclef. *obser.* 84. *part.* 1.

Qualiter testes examinati pro informatione curiæ parte non citata, non probent de jure, nisi citata parte repetantur, vel habeantur expressè pro repetitis, vel nisi aliter servetur de consuetudine, & alia ad hoc propositum, Cabal. *resol. crim. cas.* 269. *per tot. cas.* 110. *n.* 36. *&* 37. Gizzarel. *& Addent. dec.* 33. *per tot* Guaz. *deff.* 24. *cap.* 9. Zuff. *de legitim. process. lib.* 1. *quæst.* 52. *per tot. quæst.* 117. ubi qualiter repetitio possit tolli per statutum, stylum, vel consuetudinem, *& quæst.* 124. ubi an verum sit quòd de stylo non dentur interrogatoria pro repetitione testium, Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 163. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad examen resol.* 6. *per tot.* Farinac. *quæst.* 72. Seanarol. *de visitat. Carcer. lib.* 2. *§.* 6. *cap.* 6. *per tot. §.* 7. *in princip. & in Append. capit.* 33. *versic. ad Tertium denique,* dixi *in §. Repetitio num.* 1. *& in Pract. in Præfat. num.* 69. *& seqq. & in §. Testimonii n.* 3. *&c.* quibus adde Matthæn. Sanz. *de re crim. contr.* 25. *n.* 34. *& seqq.* ubi quòd in atrocissimis, & criminibus exceptis probant sine repetitione, & quòd re benè perpensa, repetitio est supervacanea solemnitas, quia fides testium ex religione juramenti, & probitate personarum dependet, experientia comprobante, si summaria fiat per judicem practicum, & Deum timentem veritas pura ab infectione subordinationis, tantummodò in summaria reperitur *in §. Repetitio n.* 1. *in fine*, vide Nicoll. *Instit canonic. tit. de testibus n.* 3. *&* 44. *in fin.* Pellegrin. *in Prax. Vicari part.* 4. *sect.* 21. Rocc. Episc. *cap.* 175. *a n.* 15. *cum seqq. libr.* 2. Castald. *consult.* 265. *numer.* 11. *vol.* 2. Domin. Advoc. Cabrun. *lucubr.* 21. *n.* 12. *& lucubr.* 37. *n.* 17.

Quòd non sit concedendum reo petenti, ut testes coram eo repetantur, & ab ipso interrogentur ob periculum subornationis, & territionis, quidquid secus sit in confrontatione, in qua permittitur dicta interrogatio, Zuff. *d. tract. quæst.* 123. *per tot.*

Quòd quamvis testes fuerint habiti pro repetitis à reo, possint non obstante tali declaratione, re integra, & non data copia processus repeti, Sanfelic. *dec.* 219.

Cujus autem expensis sint repetendi, an rei, vel fisci, vide Ambrosin. *cum Addit. process. inform. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 5. Guaz. *def.* 24. *cap.* 8. *n.* 10. *vers. sed benè &c. defens.* 25. *cap.* 2. *n.* 4. Conciol. *resol. crimin. verb. Accusatio resol.* 3. & fuit disputatum de anno 1674. & resolutum Florentiæ per Magistratum DD. Octo Baliæ sub die 20. Novembris in causa contra Joannem Antonium de Fossis quòd repetantur expensis Inquisiti, prout in Giornall negociorum, & filcia processuum dicti temporis, & penes me in volum. *allegat. crimin. convenit*, Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 100. *et* 101. ubi tamen quòd debet id fieri cura, & diligentia fisci, nisi repetitio sit sublata per consuetudinem ut supra quo casu fiscus tenetur tantùm præstare brachium, & auctoritatem ad compellendum, & etiam expensas stante carceratorum inopia, Zuff. *quæst.* 143. *in fine*, & tale quod dixi *in §. Expensæ n.* 21. idem Zuff. *qu.* 141. *per tot.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 14. Et quid in causa civili, vide *infra in novissim. addit.* Crescin.

Quòd ubi quis intra terminum præfixum neglexerit dare interrogatoria, frustra de nullitate examinis conqueratur Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 317. *n.* 26.

An autem, & quando sit necessaria citatio ipsorum testium, ita ut si non fuerint citati ad se examinandum non probent, Tusch. *litt. T. conclus.* 163. *n.* 51. *et seqq. et conclus.* 165. *per tot.*

Quòd in summarissimo possessorio manutentionis admittantur testes examinati sine citatione partis ad perpetuam rei memoriam, ubi non adsunt probationes contrariæ, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 455.

Testes jurati neutra parte præsente, licèt legitimè
citata, vel etiam præsente, sed in actis non appa- 23
rente nihil probant, Glos. *in l. si quando verb. Introducit C. de test.* Ferret. *caut.* 12. *n.* 3. *etc.*

Quòd imò sufficit citatio, & præstito juramento, neutra pars possit esse præsens examini, quod secretò recipiendum est, remotis etiam aliis testibus, & singillatim unus post alium, ne se invicem instruant; si tamen aliqua partium fuisset præsens examini, non ob id esset nullum, sed esset illi præclusa via ad ulteriorem examinis prosequutionem, eo quia jam didicerit testificata, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 120. *et seqq. nu.* 139. *et seqq. fol.* 311. *et nu.* 777. *et seqq. fol.* 344. ubi de ultimo dicto Farinac. *quæst.* 74. *nu.* 44. *et quæst.* 80. *nu.* 93. Zuff. *de legit. process. lib* 2. *quæst.* 123. *n.* 6. *etc.* ubi quod licèt testes jurare debeant parte præsente, vel citata, non tamen examinari debent parte præsenta, sed secretè, ac ideò nec inquisitus potest obtinere, ut illo præsente repetantur, & ab ipso interrogentur, quidquid sit in confrontatione, in qua talis facultas interrogandi conceditur, & de ratione dictæ praxis diversæ, in utroque casu communiter servatæ. Vide Abecclef. & Crescin. *obser.* 84. *part.* 1.

Testes in casu repetitionis, sunt repetendi, vel
confrontandi cum omnibus qualitatibus requisitis in 24
primo examine, ideò si essent socii criminis, infames, vel alio vitio laborantes, sicut non probant sine tortura, ità sunt repetendi cum dicta tortura, Ambros. *process. infor. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 16. *et lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 1. Clar. *§. fin. quæst.* 45. *vers. cæterum si reus*, Guaz. *def.* 14. *cap.* 4. dixi *in Pract. §. Testimonii n.* 4.

Licèt quoad torturam non servetur de consuetudine, ut dixi *in §. Repetitio n.* 1.

De consuetudine non esse necessariam repetitionem in pluribus casibus testatur Cabal. *resol. crim. cas.* 269. *per tot.*

Nec quando reus fuit admissus ad novas defensiones, idem Cabal. *cas.* 100. *num.* 36. *et* 37. vide *in §. Repetitio*, *n.* 1.

Multa de repetitione testium, & quòd publicatis attestationibus, sicuti non possunt de novo regulariter recipi testes, ità nec etiam repeti maximè ad partis instantiam, Farinac. *quæst.* 66. *n.* 264. *et seqq. quæst.* 75. *n.* 407. *et seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 1231. *et seqq. fol.* 370. vide *in §. Repetitio sub nu.* 1. D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. cap.* 3. *n.* 49. *et seqq. fol* 125. *lib.* 2. *et quæst.* 6. *n.* 125. *et seqq. fol.* 197. ubi si non fuit facta in causa principali, an possit fieri in causa appellationis, & plura hincinde adducit Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad examen resol.* 6. *per tot.* Zuff. *de legitim. process. crim. quæst.* 168. *per tot*, vide Pellegr. *in prax. Vicar. part.* 4. *d. sect.* 11.

Testes post conclusum in causa, vel post publi- 25
cationem processus, & didicita testificata, non possunt regulariter de novo recipi, & examinari super iisdem articulis, & capitulis, vel de directo contrariis, exceptis aliquibus casibus, Afflict. *dec.* 33. *cum Addit. et dec.* 216. *per tot.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 34. *et* 35. *per tot.* Rot. *in Cremonen. pensionis* 4. *Maii* 1635. coram Coccino *in noviss. part.* 7. *decis.* 41. *per tot.* Roland. *cons.* 52. *lib.* 4. *et consil.* 45. *lib.* 2. Gabriel. *comm. conclus. tit. de test. conclus.* 21. Vivl. *comm. opin.* 896. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 74. *nu.* 11. *etc.* Farinac. *quæst.* 78. *cap.* 4. *et seqq.*

Pac. Jorden. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 698. *et seqq. fol.* 340. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 11. *nu.* 117. *et seqq. per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 27. *n.* 3. *etc. vol.* 3. *et dec.* 184. *n.* 23. *et seqq. vol.* 5. Peregrin. *dec.* 126. *per tot.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 583. *per tot.* Tusch. *littera T, conclus.* 294. *et* 295. Sanfelic. *in Prax. sect.* 47. *per tot. et sect.* 38. *per tot.* ubi ponit plures limitationes Marthe *vot. Pis.* 245. ubi quòd decreta publicatione, etiam non dicictis attestationibus, & non possunt alii testes super iisdem capitulis examinari, & quare, vide Nicoll *instit. canonicar. tit. de testib. n.* 17. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 8. Pen. & Crescin. *dec.* 595. Abeccles. *obser.* 79. *part.* 1.

Quòd publicatis attestationibus in causa principali, non possint testes in causa appellationis denuò produci, & examinari, super eisdem primis capitulis, & quando secus latè Soccin. *reg.* 498. *per tot.* ubi 52. limitationes adducit, vide Franch. *decis.* 668. *per tot.* Rot. *part.* 6. *rec. decis.* 266. *et part.* 9. *dec.* 303. *num.* 13. *etc.* ubi quòd in Curia Romana nomquam dicuntur didicita testificata, quia non publicatur processus originalis, nec nomina testium, sed tantùm communicatur summarium sine nominibus testium, & ideò possunt alii testes admitti maximè super diversis articulis, *et p.* 13. *dec.* 395. *num.* 6. *et seqq. et part.* 14. *dec.* 105. *n.* 8. ubi etiam super eisdem, vel directò contrariis, *et part.* 16. *dec.* 181. *et dec.* 221. ubi etiam quòd non dicuntur didicite testificata per visionem processus à procuratore, nisi devenerit ad manus partis, quia Rotæ valdè confidit de procuratoribus, &c. *p.* 17. *decis.* 233. *n.* 3. *et* 4. ubi etiam de stylo Rotæ, etiam post didicita testificata, admittuntur testes, quando non fuit habitus processus originalis, sed solùm summarium. Quoad primam conclusionem latè Crescin ad Abeccles. *obser.* 85. *part.* 1. quoad alias Bertachin. *vot.* 85. *per tot.*

Posse recipi post publicationem quando per judicem, vel notarium examinantem fuit omissum examen super aliquibus capitulis, Franch. *dec.* 371. *supra nu.* 20. Sanfelic. *in Prax. sect.* 47. *n.* 3. *limit.* 6. & *sect.* 58. *nu.* 16. &c. Ludovis. *dec.* 497. *nu.* 6. ubi quòd verum est, si id processerit ex culpa examinantis, secùs si ea culpa partis, vel ejus procuratoris.

Item stante clausula, sola facti veritate inspecta, posse alios testes produci, & examinari etiam publicatis attestationibus, Barbos. *de claus. claus.* 273. *num.* 14. Contra Abeccles. *obser.* 91. *part.* 1.

Item si articuli contineant materiam magis specificam, & distinctam non in solo cortice verborum, sed circa substantiam, novum examen non solet denegari, Rot. *part.* 24. *recent. dec.* 359. *n.* 3. & *seqq. dec.* 361. *n.* 1. & *seqq.* & *part.* 16. *dec.* 181. & *part.* 17. *dec.* 133. *num.* 5. Sanfelic. *in Prax. sect.* 58 Bich. *dec.* 335. *n.* 6. & *seqq.* vide in §. *Remissoria num.* 7. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 8. *sub n.* 10. *vers. secundo limitatur* Crescin. ad Abeccles. *obser.* 85. *n.* 12. *part.* 1.

Quòd super novis capitulis possint testes examinari, etiam post publicationem, & ex additione loci, vel temporis, aut alterius qualitatis dicantur nove capitula, Cabil. *cons.* 45. *lib.* 1.

An publicatis attestationibus coram Arbitro, & expirato compromisso, causaque coram Judice introducta, possint alii testes examinari, vide proindè Capic. *dec.* 47. *per tot.*

An detur saltem restitutio in integrum ad producendum novos testes post publicationem, Cabal. *consil. dec.* 43. *lib.* 1. ubi quòd sic in minore, & litis consorte, cujus interesse sit individuum cum minore, Gratian. *dec.* 219. *per tot.* Farinac. *de test. quæst.* 75. *cap.* 15. *n.* 431. *et seqq.* Bich. *dec.* 335. *n.* 7. & *seqq.* ubi quòd sic favore Ecclesiæ, probata tamen læsione, & idem puto dicendum in similibus privilegiatis, Bich *dec.* 346. *per tot.* ubi quòd debet constare de bono jure, & relavantia probationum, cùm ex sola omissione illarum non resultet læsio, Rotæ *part.* 13. *rec. dec.* 211. *n.* 9. ubi quòd mulieri competit restitutio in Integrum, Hieronym. Cala *tract. de restitutio in integr. de neg. qu.* 33. ubi intelligit ad defensam, secus autem in accusatore, Farinac. *ubi supra n.* 450. Vide Pen. & Crescin. *dec.* 606.

Quando possint recipi testes post publicationem, latè Surd. *dec.* 126. 153. & 296. *per tot.* Ridolphin. *d. cap.* 15 *n.* 225. & *seqq.* ubi ponit decem casus, & alios remissivè ad Tusch. Gabriel. & Farinac. *in loc. supra cit.* Paul. Christin. *dec.* 27. *n.* 3. *volum.* 3. ubi decem casus refert, & alios remissivè Sanfelic. *in Prax. sect.* 58. ubi ponit decemnovem casus Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 583. Pellegrin. *part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 8. Abeccles. & Crescin. *obser.* 79. *observ.* 85. 86. & *obser.* 91. *part.* 1. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd in criminalibus possint de novo recipi testes etiam post publicationem processus pro fisco, quando proceditur ex officio, novis supervenientibus indiciis, Guaz. *def.* 24. *cap.* 7. *per tot.* Thes. *dec.* 262. Franch. *decis.* 716. *per tot.* vide Farinac. *d. quæst.* 75. *cap.* 14. *n.* 407. & *seqq.* Jord. *loc. sup. cit. n.* 711. Conciol. *verb. Testis quoad examen resol.* 1. *per tot.* & fuit decisum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum, & à Serenissimo Magno Duce, me proponente approbatum, contra votum Dom. Auditoris Militarium Legionum sub die 1. Aprilis 1672. in causa contra Clementem Franchinum, ut in filcie negociorum sub. num. 5009. & iterum in eadem causa sub die 28. Junii 1672. in filcia processum nom. 254. & negociorum numer. 5117. & in alia causa sub die 17. Aprilis 1676. in filcia negociorum nom. 1509. ac ita servandum quando proceditur ex officio, vel etiam existente accusatore, quando Judex est certus nullam adesse subornationem, absque tamen interventu, & notitie ipsius accusatoris, aliis citatis probat Sanfelic. *decis.* 22. *per tot.* & *dec.* 23. ubi etiamsi essent date vota in causa, dato tamen novo termino reo super novis, &c. D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 63. & *seqq. fol.* 128. & *c.* 5. *nu.* 6. & *seqq. fol.* 162. ubi quòd in delictis in quibus potest ex officio procedi, semper admittuntur, etiam si adsit accusator, vel instigator ad illud coadjuvandum, & favore Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita; ac ita pellim servatum vidi, & servavi. Florentiæ, ec ejus Statu. Vide Pellegrin. *loc. cit.*

Sicut è contra pro reo in qualibet parte judicii, possunt examinari testes ad suam innocentiam probandam, etiam post publicationem processus, & post didicita testificata, ac super iisdem articulis, vel directè contrariis, maximè ubi agitur de pœna corporali imponenda, licet renunciaverit termino probatorio, & defensionibus, Gomez. *var. resol. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 33. Farinac. *quæst.* 39. *n.* 80. & *quæst.* 75. *n.* 420. & *seqq.* Thes. *dec.* 262. Guaz. *def.* 28. *cap.* 2. cum aliis per Conciol. *resol. crim. verb. Reus resol.* 3. *per tot.* plenè Carter. *dec. crim.* 47. *per tot.* vide in §. *Negativa n.* 19. *in fine*, eumdem Conciol. *verb. Testis quoad examen resol.* 1. *nu.* 21. & *seqq.* D. Fulv. Majoran. *loc. cit.* Hieron. Cala *tract. de restitut. in integr. de neg. quæst.* 33. *n.* 48. &c. Aoel. *in prax. crimin. part.* 1. *cap.* 31. *per tot. omnin. vidend.*

Quòd quando examen fuit nullum possint denuò testes examinari super eisdem attestationibus publicatis, & ad illas se referre, & non tantùm illi, qui primò fuerunt examinati, sed etiam alii, Thes. *dec.* 28. *per tot.* Soccin. *reg.* 498. & 503. Franch. *decis.* 668. *num.* 6. *dec* 716. Vivi. *comm. opin.* 911. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 51. *n.* 16. & *seqq. p.* 13. *decis.* 393. *n.* 9. & 10. & *par.* 16. *dec.* 186. *nu.* 5. & *seqq.* ubi etiam si pars offerret habere illos pro ritè, & rectè examinantis quando non potest successoribus præjudicare. Pellegrin. *dict. subsect.* 8. *nu.* 20. Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 14. *n.* 45. *tom.* 1. *et rubr.* 13. *quæst.* 7. *n.* 32. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *observ.* 86. *part.* 2.

An, & quando liceat testi dum repetitur se referre primæ depositioni, vel est in arbitrio judicis; ut benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 109. *per tot.* Vide Abeccles. & Crescin. *obser* 87. *part.* 2.

An ad concomitentiam scripturæ privatæ possint testes examinari per conclusum in causa, Ursil. ad Afflict. *dec.* 275. Freuc. *dec.* 631. Peregr. *dec.* 126.

in fi-

Digitized by Google

in fine, *et dec.* 146. *n.* 15. vide *in §. Concluſio n.* 1. *et* 2. Quòd ad corroborationem antiquorum capitulorum admittantur teſtes, etiam poſt didicita teſtificata, & in aliis caſibus, Ludoviſ. cum Beltramin. *dec.* 583. Farinac. *quæſt.* 75. *num.* 155. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 133. *nu.* 6. *etc.* Vide Abeccleſ. & Creſcin. *d. obſer.* 91. *part.* 1.

Quòd in cauſis matrimonialibus, etiam poſt conclusum in cauſa, & publicatis atteſtationibus licitum ſit producere novos teſtes Abbas *in cap. ſicut. de teſt. n.* 7. *et* 8. Felin. *in Rubr. de Sponſal. nu.* 4. Thom. Triviſ. *dec.* 28. *nu.* 15. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 1027. *per tot.*

Quòd licèt poſt didicita teſtificata ſint prohibitæ aliæ probationes, nunquam tamen cenſeatur prohibita illa, quæ fit per evidentiam rei, & viſitationem loci, Menoch. *de arbitr. caſ.* 526. *num.* 7. Peregrin. *dec.* 126. *n.* 71. *etc.* ubi etiam de productione inſtrumentorum permiſſa, depoſitionibus ad effectum reſpondendi, & hujuſmodi.

Et quando poſt publicationē admittantur teſtes ſuper novis articulis dependentibus à primis, Capyc. *dec.* 81. *n.* 6. *etc.* Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 285. & *part.* 14. *deciſ.* 359.

Alle de hac materia Ridolphin. *in Prax. part. pr. cap.* 11. *num.* 117. & *ſeqq.* ubi quòd duplex eſt publicatio teſtium, nempè pronunciative, & inſinuativa, quid ſit unaquæque, & quid operetur, Peregrin. *dec.* 126. *per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 220. *per tot.* Thom. Triviſ. *deciſ.* 43. *per tot. lib. pr.* Ludoviſ. *deciſ.* 493. *per tot.* ubi quòd poſt didicita teſtium dicta, non poſſunt denuò ſuper eiſdem articulis alii teſtes examinari, ſed benè ſuper novis, vel partim novis, & partim antiquis, dummodò in ſubſtantia, & non in cortice tantùm, vel ſono verborum differant à prima, facit quòd dixi *in §. Negativa n.* 19. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 8. Abeccleſ. & Creſcin. *obſer.* 79. 85. *et ſeqq. part. pr.*

Quòd poſſint ex officio interrogari à judice, & non ad inſtantiam partis, pro declaratione depoſitionum omni ſubornationis timore ceſſante, aliàs ſecùs benè, Conſtantin. Caſar. *peregr. qq. ſpecul. quæſt.* 47. *num.* 20. & *ſeqq. per tot.*

Quòd in cauſis miſerabilium perſonarum poſſint teſtes per judicem interrogari, & examinari illarum favore etiam poſt concluſum in cauſa, *l. ubicumque ff. de interrog. act.* Ricc. in Addit. ad Franch. *dec.* 371. *in fine*, Novar. *tract. de privil. miſer. perſon. privil.* 2.

46 Teſtis unicus de viſu, licèt non integer facit indicium ad inquiſitionem ſpecialem, ſi verò ſit omni exceptione major ſufficit etiam ad torturam, & quando non deponeret de viſu, ſed audiviſſe vocem, & cognoviſſe (licèt hoc ſit multum periculoſum) ſi ſit veriſimile cognoviſſe facit idem indicium ad torturam, Clar. §. *fin. quæſt.* 21. *verſ. unus teſtis*. Menoch. *de præſumpt. lib. pr. quæſt.* 89. *n.* 5. &c. Farinac. *de indic. & tort. quæſt.* 37. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 941. ubi etiam *num.* 7. quòd cenſetur omni exceptione major, & idoneus in dubio, niſi repellatur aliqua legitima exceptione probata.

Plures caſus ſingulares, in quibus ſtari poteſt dicto unius teſtis, refert Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 281. *per tot.* facit *infr. num.* 79. & *ſeqq.* Ricc. *Collect.* 224. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 149. *num.* 8. & *ſeqq.* ubi in poſſeſſorio ſummario, ſi teſtificetur contra proprium commodum, ad faciendum indicium ad torturam, contra producentem, ad condemnandum ab expenſis, ſi deponat de facto proprio tanquā mediator, ſi concurrat fama, vel aliud adminiculum, in cauſis brevibus, & modici præjudicii, ac ſtante partium voluntate, idem Novar. *Collect.* 219. *num.* 3. & *ſeqq.* Et quòd teſtis unicus, qui fuit mediator ſi ſit adminiculatus plenam fidem faciat, Rot. *p.* 18. *recen. dec.* 393. *num.* 10. vide Nicoli. *Inſtit. canonicar. tit. de teſtib. à num.* 59. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 2. *nu.* 15. & 17. Et vide infra *in noviſſimis addit.* Creſcin.

An autem teſtis præſumatur idoneus, & omni exceptione major, diſtingue ut per Farinac. *de teſt. qu.* 62. *in prælud.* Altograd. *conſ.* 55. *n.* 15. *lib. pr.* licèt in practica præſumatur, niſi aliter appareat, ut dixi *in Pract. §. Teſtimonii num.* 7. *infr. nu.* 47. Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtium Miſcellanea reſ.* 10. *per tot.*

Quando teſtis dicatur omni exceptione major, vel non, Tuſch. *litt. T. concluſ.* 233. *per tot.* Ludoviſ. *deciſ.* 351. *per tot.* ubi quòd remittitur arbitrio judicis, & iſta qualitas, vel præſumitur, vel ſuppletur ex numero teſtium ultra trium, etiamſi omnes patiantur aliquas exceptiones, vel aliis adminiculis, & præſumptionibus, Nicoli. *Inſtit. civil. fol.* 247. *num.* 152. & *Inſtit. canonic. fol.* 70. *num.* 48. & 49. Domin. meus Advocat. Cabrun. *lucubr.* 36. *nu.* 41. & 42. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 2. *num.* 16. *pag.* 294.

Teſtis unicus, quamvis valdè qualificatus, & etiam Epiſcopali, vel Præſidiali dignitate refulgens regulariter non probat, ſed duo teſtes ad minus requiruntur, ac etiam quandoque plures ad plenam probationem faciendam, cum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, *cap. veniens & cap. juſjurandi de teſt. l. juſjurandi C. eod.* Jaſ. *in l. ſi quando num.* 11. *C. unde vi*, latè ampliando, limitando, & declarando, Farinac. *quæſt.* 23. *per tot.* Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 25. & *ſeqq. ad* 84. *fol.* 306. &c. ubi colligunt plures caſus particulares, in quibus duo teſtes non ſufficiunt, ſed plures requiruntur, item plures alios caſus, in quibus unico teſti creditur, & ſignanter quòd unico teſti deponenti ad defenſam rei credatur quando illius depoſitio non eſt directè contraria teſtibus pro fiſco examinatis, ſed cum eis compatibilis, & in omnem caſum ſufficiet ad evitandam pœnam ordinariam, Farinac. *loc. citat. n.* 42. &c. Jordan. *ubi ſupra num.* 71. & 72. Maſcard. *de probat. concluſ.* 491. *n.* 17. & 18. *concluſ.* 904. *n.* 10. &c. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 280. & *ſeqq.* ubi quando unicus teſtis probet, vel non, Ricc. *Collect.* 224. Viv. *comm. opin.* 941. *cum pluribus ſeqq.* benè Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad dicta reſolut.* 16. *per tot.* Quod unicus teſtis, quamvis valdè qualificatus non probet Pellegrin. *loc. ſupra citat.* Capras. *deciſ.* 25. *n.* 3. & *deciſ.* 236. *n.* 4. Pen. & Creſcin. *deciſ.* 316. Sed vide Mantiſſam ad De Luc. *libr.* 10. *deciſ.* 32. *n.* 14. *vol.* 3. Quod verò duo teſtes regulariter probent Emerix jun. *dec.* 612. *num.* 6. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 95. *part. pr.*

Quòd in modica quantitate arbitrio judicis æſtimanda poſſit credi unico teſti, Menoch. *de arbitr. caſ.* 91. *num.* 18. Leoncil. *dec. Fer.* 37. *n.* 16. &c.

Probat etiam unicus, maximè inſtrumentarius, ubi non agitur de nova diſpoſitione inducenda, ſed tantùm de declaratione actus dubii, Alex. *conſ.* 75. *num.* 14. *lib.* 5. & alii per Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 374. *n.* 14. *et ſeqq. et part.* 16. *dec* 128. *num.* 5.

Item probat unicus teſtis quando fuit à partibus approbatus, vel quando deponit de facto proprio, concurrentibus aliis indiciis, Soccin. *reg.* 507. *et* 515. *limit.* 3. Sperel. *dec.* 81. *nu.* 51. *etc.* Vide Emerix jun. *deciſ.* 512. *ſub n.* 4.

Item probat unicus teſtis conſanguinitatem, vel affinitatem ad impediendum matrimonium, vel ad illud permittendum, ſi deponat de morte alterius conjugis, ad tradita per Thom. Triviſ. *dec.* 47. *nu.* 6. *et* 7. *lib. pr.* Vide Emerix jun. *deciſ.* 104. *nu.* 13. *et deciſ.* 195. *n.* 4.

Quòd unicus teſtis concurrentibus aliis adminiculis, ſi deponat de facto proprio, & conſtet de ejus legalitate fidem faciat, Gratian. *diſcept. for. cap.* 749. *num. pr.* &c. *cap.* 753. *n.* 21. &c. ubi limitat, Thom. Triviſ. *dec.* 52. *num.* 7. & 8. *lib.* 2. Vivi. *comm. opin.* 940. Sperel. *d. deciſ.* 81. *n.* 51. &c. Menoch. *de arbitr. caſ.* 99. *per tot.* ubi ſex caſus diſtinguit Altograd *conſil.* 24. *num.* 19. *conſ.* 50. *num.* 103. *lib. pr.* ubi ampliat, etiamſi non eſſet omni exceptione major, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 364. *n.* 5. & *ſeqq.* ubi quòd junctis adminiculis pleniſſimè probat ad Seraphin. *dec.* 1163. *num.* 6. & 7. Buratt. *deciſ.* 775. *num.* 6. *etc.* Rot. *dict. part.* 14. *deciſ.* 448. *nu.* 4. *in eadem cauſa*, Ludoviſ. *deciſ.* 273. ubi quòd teſtis unicus de certa ſcientia, & fama junctus cum alio de fama plenè probat, *et deciſ.* 277. *in princ.* vide ſupra *num.* 12. Rot. *par.* 13.

rec.

Digitized by Google

rec. decis. 368. *n.* 4. ubi quòd testis unicus junctis adminiculis plenè probat, *et part.* 16. *decis.* 152. *n.* 4. *&c. decis.* 269. ubi etiam rejiciuntur exceptiones paupertatis, affinitatis, & contradictionis contestis nominati, *et part.* 17. *decis.* 188. *num.* 13. ubi quòd unicus cum adminiculis probat, *& decis.* 378. *n.* 10. *& seqq.* ubi etiam quòd hoc tantò magis procedit si esset sacerdos, cujus dictum æquipollet duobus testibus Ansald. *decis.* 8. *n.* 20. supra *n.* 11. Eadem Rot. *recent. part.* 18. *decis.* 401. *n.* 7. *et seq.* Pen. & Crescin. *decis.* 932.

Quando testis unicus probet in possessorio summariissimo, & quid in ordinario, Gratian. *discept. for. cap.* 425. *n.* 36. *cap.* 950. *n.* 35 *et dec.* 192. *cum Addit. per tot.* Cavaler. *dec.* 223. ubi quòd unicus probat in
127 judicio manutentionis, in quo non admittuntur exceptiones contra testes, Greg. *dec.* 160. *ubi addit. n.* 3. *etc. et dec.* 438. Seraph. *dec.* 392. *num.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 38. *num.* 26. *etc.* ubi intelligit quando in contrarium non adsunt alii testes diversa disponentes ad Buratt. *dec.* 591. *num.* 4. *&c.* & prædicta simpliciter sequitur eadem Rot. *dict. part.* 9. *decis.* 356. *n.* 3. *&c. p.* 12. *decis.* 361. Vide Pen. & Crescin. *decis.* 857. Abeccles. & Crescin. *obser.* 192. *part. pr.*

Quòd unicus testis non sufficiat, neque probet etiam in summariissimo manutentionis, quando aliquid relevans in contrarium deducitur, benè Bich. *decis.* 8. *nu.* 2. *& seqq.*

An autem possit Princeps, vel Statutum, disponere, ut credatur dicto unius testis, dic quòd non, cum sit de jure divino, ut *in* ore duorum, vel trium stet omne verbum, id tamen posset esse permissum in aliquo casu, & ob publicam utilitatem, ut declarat Farinac. *quæst.* 63. *n.* 8. *et seqq.* Leorard. *de usur. quæst.* 93. *num.* 30. Capyc. Latr. *decis.* 132. *num.* 7. *par.* 2. cæterique relati per Conciol. *resolut. crim. verb. Princeps res.* 2. *num.* 7. *et ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 64. *num.* 1. *et* 2. & sequitur Romaguer. *ibid. in addit. n.* 5. ubi quòd benè potest id fieri partium de consensu ad tradita per Pegas *ordinat. Reg. Portug. tom.* 2. *cap.* 3. *§.* 59. *num.* 4. Sed an possit per Principem, vel Statutum disponi, ut credatur dicto unius testis ad effectum condemnandi ne deseras videre Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap. pr. §. pr. ad* 7. *num.* 43. *et seqq. fol.* 66. *et nu.* 156. *fol.* 95. Anton. Gob. *Consult.* 218. *num* 28. *et seqq.* ubi in terminis Guardiarum, seu denunciantium contraventiones venationum, & piscationum prohibitarum ut illis credatur, etiamsi sint vicini in vim legis ita Mantoæ disponentis, & idem est Florentiæ, sed cum moderamine, de qua in Banno generali venationum, & piscationum 2. Augusti 1622. *cap.* 11. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 2. *n.* 15. Urceol. *de Transact. quæst.* 58. *n.* 58.

128 Testis etiam unicus probat contra producentem, & habentes causam ab eo, Gratian. *discept. forens. cap.* 552. *nu.* 9. *cap.* 967. *num.* 15. *etc. cap.* 519. *n.* 27. *cap.* 625. *nu.* 8. *cap.* 699. *num.* 21. *etc. cap.* 765. *n.* 58. *&* 74. *cap.* 869. *nu.* 8. Altograd. *cons.* 74. *num.* 14. *lib.* 2. Coccin. *decis.* 462. *num. pr.* Rot. *par.* 6. *recen. dec.* 87. *num.* 9. *& part.* 10. *decis.* 370. *num.* 5. *&* 6. ubi intelligit concurrentibus adminiculis; *et part.* 13. *dec.* 100. *num.* 2. ubi simpliciter quòd sufficit contra inducentem. Ansald *decis.* 11. *nu.* 9. Bertachin. *vor.* 95. *n.* 12. Capiar. *decis.* 492. *num.* 5. *et decis.* 675. *nu.* 18. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 42. *n.* 4. *vol. pr.*

Hanc materiam testis unici pro fisco examinati, ut probet contra fiscum, ut est in ore omnium de vulgo doctè reassumit moderous Raynald. *Syntax. rer. crimin. Præm. §.* 11. *num.* 37. *& seqq.* ubi distinguit tres casus, primus si testis sit verè, & propriè unicus in deponendo de facto, vel qualitate ejus, de quo agitur, & sic contradictorem non habeat, tunc inconcussa est regula, ut probet contra fiscum, secundus si testis favens reo habet alium unicum testem de directo contrarium asserentem pro fisco, & tunc pariter procedit dicta regula, tertius, si unicus testis pro reo habet alios plures testes contra se, & pro fisco deponentes, & tunc nullum jus de mundo, nec ulla æquitas suadet quòd ille unicus prosternat aliorum fidem, sed probatio fisci tanquam plenior præfertur; non tamen ad imponendam pœnam ordinariam, ut advertit Vulpel. *cons.* 62. *nu.* 91. nisi testes essent tot, qui convincerent, nam tunc intraret etiam pœna ordinaria, ut judicatum refert Sanfelic. *d. dec.* 163. *in fine.* Dominus meus Advocatus Cabrin. *Insubrat.* 34. *n.* 23.

Amplia licèt deponentes tantum de credulitate, Grat. *disceptat. for. cap.* 468. *nu.* 47. *cap.* 950. *n.* 38. vel de simplici tantùm opinione, credulitate, vel auditu, Altograd. *dict. cons.* 73. *num.* 14. *lib.* 2. Sperel. *decis.* 69. *nu.* 48. *&c.* Tusch. *litt. T. conclus.* 287. ubi intelligit quando producens vidit dictum testis, secùs ante depositionem.

Amplia etiam in criminalibus, ut unicus testis probet contra inducentem, Farinac. *quæst.* 62. *num.* 237. ubi vide, & Vulpin. *in suce limit.* 10. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Testis quoad dicta resol.* 16. *nu.* 12. *& seqq.* ubi benè declarat, & quòd non procedit quando alii testes fisci deposuerunt contrarium, quia tunc statur majori parti testium.

Amplia ut unicus probet etiam contra Curiam, & fiscum, quando fuit ex officio examinatus pro informatione Curiæ, Socein. jun. *cons.* 66. *num.* 11. *lib. pr.* Roman. *cons.* 140. Bursatt. *cons.* 311. *n.* 21. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 65. *num.* 55. *cons.* 110. *nu.* 26. *etc.* Tob. Non. *cons.* 98. *num.* 10. *&* 18. Rim. jun. *cons.* 60. *in princip. cons.* 86. *nu.* 20. *lib. pr.* Magon. *dec. Luc.* 30. *num.* 27. Farinac. *quæst.* 62. *num.* 213. *&c.* Sanfelic. *decis.* 163. *per tot.* ubi tamen quod secùs est si contra Inquisitum extent depositiones aliorum plurium testium, quia non creditur unico testi producentis, quando alii testes ejusdem contradicunt, nam sicuti plena probatio non præjudicat pleniori, ita nec semiplena plenæ, & sic judicatum refert Romæ per Rot. *divers. par.* 3. *lib.* 3. *dec.* 592. Bononiæ per Bart. *dec.* 156. & Neapoli per ipsum, idem probat Conciol. *verb. Testis quoad dicta resolut.* 16. *num.* 15.

Quòd receptior sit sententia, ut unicus testis non probet etiam contra inducentem, cùm per inductionem censeatur tantùm approbatus quoad personam, non autem quoad dictum, vel depositionem, maximè quando emanavit super interrogatoriis partis adversæ, & ideò dictam conclusionem unicum testem probare contra inducentem non esse in judicando receptam, præcipuè stante protestatione, vel clausula in parte, & partibus, Cavaler *dec.* 154. *in fine*, Altograd. *cons.* 21. *num.* 21. *&c. lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 677. *num.* 36. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 455. *n.* 17. Rot. *par.* 4. *rec. to.* 2. *decis.* 42. *n.* 5. *&* 6.

Quòd ex stylo, & opinione Rotæ testis unicus non probet contra inducentem, dixit Cavaler. *decis.* 336. & penes Paul. Zecch. *quæst. medic. legal. tom.* 2. *dec.* 39. *num.* 5. Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 344. *numer.* 20. *&c.* ubi quòd contraria opinio procedat quando etiam examen fuit in judicio productum, cùm ex sola inductione testis intelligatur tantùm approbata persona, non verò dictum, nisi reproducatur examen, ut supra, & hanc declarationem esse communiter receptam, Farinac. *de test. quæst.* 62. *nu.* 243. Gratian. *discept.* 505. *num.* 6. Addit. ad Greg. *dec.* 215. *numer.* 9. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 191. *nu.* 11. *p.* 14. *dec.* 523. *nu.* 15. Vide Pen. & Crescin. *decis.* 581.

Testis semel à me productus dicitur quoad personam approbatus, ita ut non possit amplius contra 129
illum opponere si contra me reproducatur, etiam in alia causa, Pract. Papp. *for. jur. test. glos. Protestante in Addit.* Vivi *comm. opin.* 934. Nisi exceptio de novo superveniat, Seraphin. *decis.* 265. Farinac. *quæst.* 62. *num.* 215. Pac. Jordani *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1282. *fol.* 375. Tusch. *litt. T. concl.* 289 ubi plura quando testis dicatur approbatus circa personam, vel dictum, & quando non, Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. pr. art.* 28. *num.* 24. *et seqq.* Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 102. *num.* 28. *&c.*

Quòd per inductionem testis videatur tantùm approbata illius persona, non autem depositio, nisi reproducatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 753. *n.* 3. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 27. *num.* 19. *vol.* 3. ubi quòd procedit solùm in illa causa, non autem in aliis.

Et ita quamvis testis sit quoad personam approbatus, possit quoad dicta reprobari, notat etiam Capyc. *dec.* 62. *num.* 6. Farinac. *d. quæst.* 62. *num.* 241. Jordan.

Digitized by Google

dan. *ubi sup. num.* 1283. *&c.* ubi limitant nisi productum sit etiam exameo post habitam illius cognitioecm, & scientiam, nam tunc nec opponi potest cootra dictum, addo Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1235. ubi an, & quando producens testem presomatur adeò illius fidem approbasse, ut illum amplius reprobare non possit, vide in *§. Productio*.

30 Testes semel approbati in instrumento non possunt amplius reprobari, Jas. *in leg. pr. num.* 13. *ff. de fer.* Gratian. *discept. forens. cap.* 586. *num.* 36. Menoch. *de arbitr. cas.* 105. *num.* 6. Soccin. *reg.* 506. *limit.* 4. Jordan. *loc. sup. cit. num.* 1282. Tusch. *lit. T. concl.* 288. ubi quinam admittantur, vel non in instrumentis, ac testamentis.

Hoc tamen non procedit ubi non apparet de scientia partium, vel nova causa superveniente, Montan. *de tut. cap.* 9. *num.* 72. Menoch. *d. cas.* 105. *num.* 7.

Quòd adhibiri in instrumento censeantur approbari, & optimè probent pro instrumento, licèt non probarent contra illud, & licèt inhabilitas supervenerit post instrumentum, Altograd. *consil.* 50. *n.* 560. *&c. lib. pr.*

Quòd etiam adhibiti in testamento censeantur approbati tanquam idonei, idem Altograd. *cons.* 55. *n.* 56. *lib. pr.*

31 Testis quoad personam semel approbatus, sive à producente, sive ab eo contra quem inducitur, non potest amplius reprobari, & approbare dicitur qui est præsens, & non contradicit, nisi ignoraret defectus, & ideò datur cautela, ut semper fiat protestatio etiam contra personam, aliàs solummodò potest contra dictum opponi, Pract. Papp. *for. jur. test. gloss. Protestante*; Marant. *par.* 6. *Act.* 13. *num.* 10. facit Gratian. *discept. for. cap.* 151. *num.* 23. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 58. *num.* 1273. *&c. fol.* 373. vide in *§. Repulsa au.* Conciol. *crim. verb. Reus resol.* 2. *per tot.* ubi quòd reus interrogatus an habeat aliquem pro viro probo, si respondeat, quod sic, non potest amplius illius personarum reprobare, sed tantum dictum, & idem si dixerit non habere cum eo inimicitiam, nam non potest postea exceptionem inimicitiæ opponere, suadet tamen abstinendum ab hujusmodi interrogationibus.

An testis in una causa productus, & à judice tamquam inhabilis rejectus, si in alia causa contra primum producentem reproducatur, possit illius personæ opponi cum fuerit semel approbatus per productionem in alia causa, Pract. Papp. *d. gloss. Protestante* ubi quòd non.

32 Testibus deponentibus in favorem illius, contra quem producuntur, & qui contra eorum personas protestatus est, facilè non est credendum, Jas. *in l. admonendi ff. de jurejurand.* Addict. ad Pract. Papp. *for. juram. test. gloss. Protestante*. Vide Abecclef. & Crescin. *observat.* 81. *part. pr.*

Quòd judex possit credere, vel non credere testibus juxta suum arbitrium ex causa tamen moderatum, cùm probationes sint in Judicis arbitrio, Menoch. *de arbitr. cas.* 90. *per tot.* Cabal. *resol. crimin. cas.* 231. *n.* 23. *&c.* vide in §. *Probatio*.

Quòd in dubio potius credendum sit testibus rei, quàm actoris, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, cùm semper pro reo concurrat præsumptio illum non deliquisse, nec aliena occupare velle, Menoch. *de arbitr. cas.* 98. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad dicta resol.* 18. ubi quòd magis creditur deponentibus pro reo, & non delicto, quàm deponentibus pro fisco, & pro delicto, quia primi attestantur de eo, quod consentaneum est naturæ, quæ præsumit hominem bonum, & non delinquere, nisi alii multum excederent in numero.

Quando fuerunt plures hincinde examinati, quibus magis credere debeat Judex, latè explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 526. *n.* 19. *et seqq. ad* 41. vide *sup. n.* 17. ubi etiam Crescin. *in novissim. addit.* & vide infra pariter *in novissim. addit.* ejusdem Crescin.

33 Testis in aliqua parte falsus nihil probat, cùm juramentum sit indivisibile, intelligendo quando falsitas est circa negotium principale, & qualitates substantiales, secus autem si tantùm circa extrinseca, & accidentalia, Clar. §. *fin. quæst.* 53. *vers. Sed quæro pone*, Gratian. *discept. forens. cap.* 468. *nu.* 4. *et* 24. *cap.* 736. *n.* 30. *etc.* Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 22. *et* 23. *per tot. et de arbitr. cas.* 307. *et* 308. *per tot.* Farinac. *quæst.* 67. *§.* 4. *per tot.* Cardin. Tusch. *litt. T. conclus.* 247. *et seqq.* Gizzarel. *dec.* 86. *per tot.* ubi quòd falsitas in uno teste, vel parte processus, illum totum reddit nullum, & falsum, Vivi. *comm. opin.* 935. ubi quòd testis falsus in uno capitulo redditur falsus quoad alia, & inhabilis semper ad deponendum, limitat tamen non procedere in capitulis prorsus diversis à falso. Thomat. *dec.* 99. *n.* 47. Gobb. *consult.* 15. *n.* 25. Nogueroll. *alleg.* 10. *n.* 168. Domin. Advoc. Cabrun. *lucubr.* 86. *n.* 31.

Quod depositio testis non possit scindi, sed debeat tota approbari, vel improbari, cum sit individua sicut juramentum, Conciol. *resolut. crimin. verb. Testis quoad dict. res.* 7. *per tot.*

Quòd falsitas circa accidentalia excuset à pœna falsi, sed tamen vitiet depositionem, Menoch. *de arbitr. cas.* 307. *n.* 5. *et* 6.

Quòd imò testis deponens falsum non circa factum principale, nec circa qualitates substantiales, sed circa res extraneas, non dicatur in totum falsus, nec vitietur illius depositio circa factum principale, Alexand. *cons.* 88. *num.* 19. *lib.* 1. Clar. *§. Falsum n.* 10. *vers. sed si testis*; Ger. Spin. *consil.* 28. *nu.* 12. *et* 13. Vivi. *comm. opin.* 936.

Posset tamen puniri pœna stellionatus Judici arbitraria, Clar. *loc. cit. in fine*, Cabal. *resol. crim. cas.* 34. *n.* 5. Vivi. *loc. cit.* Conciol. *resol. crim. verb. falsum resol.* 15. ubi quòd deponens falsum negando se consanguineum, inimicum, pauperem, & similia, licèt non substantialia, puniri debet extraordinariè de stellionatu Judicis arbitrio, *et verb. Testis quoad dicta res.* 8.

Negans tamen id, quod resultaret in ejus infamiam, vel damnum, non potest puniri de perjurio, quod procedit etiam in reo principali, qui negando delictum non per hoc punitur de perjurio, Conciol. *verb. Testis quoad dicta resol.* 11. *per tot.* vide *in §. Negativa n.* 18. *infr. n.* 88.

Quòd præsumatur testis scienter, & non ignoranter falsum dixisse, Men. *de arbitr. cas.* 308. *per tot.*

Quomodo salvari possint testes à falsitate, Rom. *cons.* 301. Capyc. *dec.* 37. *per tot.* Ludovis. *dec* 194. *num.* 4. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 58. *nu.* 11. *etc.* Ricc. *Collect.* 731. ubi docet novem excusationes, quas ego intelligo ad effectum minuendi pœnam, non autem in totum excusandi, vide in §. *Falsitas n.* 14. *etc. supra n.* 19.

Quòd testium depositio sit individua, nec possit scindi, sed debeat acceptari cum qualitate narrata, Gratian. *discept. foren. cap.* 749. *num.* 7. *etc.* Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 248. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Confessio n.* Pen. & Crescin. *dec.* 107. *et decis.* 556. & latè *dec.* 1399.

Si tamen deponerent ultra capitulata, posset scindi depositio, ad tradita per Surd. *dec.* 16. *per tot.* Gramat. *dec.* 28. *n.* 11. Marta *vot. Pis.* 118. *n.* 10. ubi quòd deponentes extra articulum sunt suspecti, & rejiciuntur, infra nu. 50. Vide Hodiern. ad Surd. *præallegat. dec.* 16.

Quòd deponentes falsum, si depositio sit nulla alio vitio, non teneantur pœna falsi ordinaria, sed extraordinaria mitiori arbitrio Judicis, & idem si extra capitula, vel sine juramento deposuerint, Conciol. *verb. Testis quoad dicta res.* 3. *per tot.* vide *in* §. *Notarius num.* 8. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 5. *n.* 86. *cum seqq.*

Testis deponens aliquid verum in se, sed ipsi ignotum dicitur deponere falsò, & non falsum, nec ipse, vel eum inducens tenetur pœna falsi ordinaria, cùm nemini noceat sed tamen pœna extraordinaria arbitrio Judicis, tamquam rem mali exempli fecerit, Cabal. *resol. crim. cas.* 38. *per tot.* latè Conciol. *resol. crim. verb. falsum resol.* 11. *per tot.* Farinac. *quæst.* 67. *num.* 70. Guaz. *def.* 24. *c.* 8. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *sub num.* 90. *vers. Sicuti pœna fol.* 188. facit Dian. *plures citans part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 77. ubi videtur con- 34

clu-

eludere quòd si quis deponet etiam in judicio, & cum juramento se scire pro certo id, quod audivit à viro optimæ famæ, possit excusari à perjerio falsitem in foro conscientiæ, quia certificatur à fide digno, notabili viro dicitur scire pro certo, vide *in §. Juramentum n. 20.* latè Rot. *part. 18. recent. dec. 347. & 470. per tot. in eadem causa*; ubi plura ad excusationem testis, qui testificatus est quod ab alio audiverat, & verum crediderat, ita ut nec dicatur propriè mendax, nec de mendacio teneatur ad aliquam pœnam, nec ad interesse partis, et dixi *in §. Mendacium nu. 6.* Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract. 5. quæst. 9. n. 2.*

Quòd ita puniri debeat testis scienter tacens veritatem, sicut quando exprimit falsum, Bart. & Jas. *in l. Præscriptione C. si cont. jus vel util. pub.* Diaz *reg. 756.* Tesch. *lit. T. conclus. 246.* Farinac. *quæst. 67. §. 6.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. n. 246. fol. 312. & ibid. nu. 822. fol. 347.* Rot. *p. 18. rec. dec. 194. n. 14.* ubi quòd celando veritatem super interrogatoriis committit falsum, & examen redditur in totum nullum.

Plurima de vi veritatis, quæ in æternum elucescit, & fortior ter mendi repetatur (quidquid odium pariat, & pericula contineat) in comparationem vini, & mulierum, quæ etiam potentissima reputantur, plenè Paul. Rub. *in disc. ad p. 14. decis. Rot. Rom. in princ. per tot.*

Quòd scienter tacens veritatem, vel requisitus recusans illam deponere peccet mortaliter contra charitatem, & examini suppositus, ac juridicè interrogatus à Judice, non manifestando veritatem sibi notam teneatur etiam ad restitutionem damni versus partem, Azor. *Instit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 56. quæst. 8. fol. mihi 258.* Ricc. *prax. var. resol. cap. 259. n. 2.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. par. lib. 1. cap. 2. nu. 33. & 34.* Alvarez de Velasch. *tract. de jud. perfect. Rub. 24. annot. 5. nu. 80. &c.* Dian. *par. 5. tract. 13. resol. 68.* ubi quòd ista est magis communis opinio, licèt alii contra, vide *in §. Monitorium num. 5. infr. n. 59. sup. n. 14. in fine,* Gabr. Vasqu. *Opusc. moral. tract. de restit. cap. 6. dub. 4. per tot. fol. mihi 39.*

An testes ratione falsi testimonii possint aliquando excusari à restitutione damnorum, Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 105.* ubi quòd sic, veluti quando reus erat jam per alios testes convictus, vel si falsa depositio processit ex ignorantia, vel inadvertentia non damnabili, vel ex oblivione non mortifera, & sic cessante peccato mortali, cessat etiam obligatio restitutionis, de quo iterum *part. 4. tract. 4. resol. 99.* ubi etiam qualiter testis falsus teneatur revocare dictum suum, etiamsi sibi æquale, vel majus damnum ex revocatione immineat, vide *in §. Falsitas n. 11.* Gabr. Vasqu. *loc. sup. cit.* Michael. Ferro Manriq. *Quæst. Vicar. part. 2. quæst. 111. per tot.* ubi reprobat Dianam, & alios, ostendens testes falsum deponentes teneri ad restitutionem, licèt reus jam esset per alios testes convictus, & hoc ratione cooperationis, &c. Vide Pellegrin. *loc. supra relat.* late Bellegrand. *loc. cit. tract. 1. quæst. 30. n. 28. & tract. 5. quæst. 16. per tot.*

De aliis peccatis, & obligationibus testium in conscientia circa deponendum, vel non in judicio, plenè idem Azor. *d. part. 3. lib. 13. cap. 27. & 28. per tot. fol. mihi 1114. &c.* Dian. *part. 2. tract. 15. res. 63. & part. 3. tract. 5. res. 100. 101. & 106. supra n. 14.*

Quòd si suo falso testimonio impediant sententiam non teneantur ad restitutionem pœnarum, & idem in similibus, Dian. *part. 3. tract. 6. res. 35. vers. Septimò, & per tot.* vide in *§. Index n. 19.*

35 Testis falsum deponens in criminalibus sive ad offensam qualiter sit puniendus, & quid si ex hujusmodi falsa depositione esset sequuta condemnatio, vel absolutio, Cabal. *resol. crimin. cas. 265. per tot.* Farinac. *quæst. 67. §. 1. & §. 3. per tot.* Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 13. cap. 28. dub. 12. fol. mihi 1123.* Ricc. *Collect. 2065.* Capyc. Latt. *decision. 172. per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eug. lib. 4. Rub. 47. per tot.* vide Nicoli. *Instit. Imper. tit. de public. judic. à num. 80.* Pellegrin. *ubi supra* Bellegrand. *loc. cit.*

An autem testi falso, & iniquo possit obiici falsum crimen ad infringendum ejus dictum, & an hoc sit peccatum contra justitiam, vel charitatem, latè Dian. *p. 9. tract. 9. res. 44. per tot.* ubi refert diversas opiniones.

Quòd testis, qui sua falsa depositione fuit causa, ut quis morti traderetur tanquàm proditor, & assassinus, non gaudeat immunitate Ecclesiæ, maximè si fuit mediante pecunia corruptus, Peregrin. *de immunit. cap. 7. n. 43.* Ital. *eod. tract. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 145. & seqq.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 19.* ubi declarant Farinac. *de immunit. cap. 9. nu. 242.* idem Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 104.* ubi quòd idem est in Judice, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnavit, cessante autem pecunia esset locus immunitati, vel consulendus Papa, refert tamen Bonac. *in Decal. disput. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 3.* tenentem absolutè utroque casu locum esse immunitati, cùm testis, & Judex propriè, & physicè non occidant, & hanc ultimam opinionem aliis etiam citatis iterùm probat idem Dian. *part. 6. tract. 1. resol. 26. quæst. 11.* Sed contra Bonacinam, & sequaces probat et supra Thom. del Bene *tract. de Immunitat. part. 2. c. 16. dubit. 21. sect. 7. fol. 64.*

A quo Judice puniri debeat, vel possit hujusmodi testis falsarius, vide text. *in l. nullam C. de judic.* Franch. *decis. 147. n. 6. dec. 722. per tot.* Cabal. *res. crim. cas. 261. per tot.* Toedut. *de prævent. part. 2. cap. 46. n. 10. & cap. 47. per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. n. 49. & 50.* Farinac. *quæst. 67. §. 2. per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. falsum resol. 20. per tot.* ubi bene declarat, *& verb. forum resol. 5. per tot.* Ricc. *Prax. variar. resol. cap. 140. & 144. per tot.* vide *in §. Clericus n. 52.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 76. per tot. vol. 1.* & dixi *in §. Delinquens n. 6. & §. Forum nu. 1. versic. 3.* Grivel. *dec. 77.* ubi adducit plures distinctiones, latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 2. n. 86.*

Quòd generaliter testis, vel alius quoquo modo delinquens coram aliquo judice, efficiatur de illius foro, Ricc. *Collect. 4199. & Collect. 243.* ubi pluribus modis limitat, & latè Sanfelic. *in Prax. sect. 25. nu. 17. & seqq. & dec. 336. cum plena Addit. per tot.* Add. ad Sanfelic. *dec. 408.* Cartar. *dec. crim. 96. & ultim per tot.* ubi de teste laico falsum deponente coram Judice Ecclesiastico, vel alio, cui non subsit, ut possit ab illo puniri, nisi Judex laicus prævenerit; licèt secùs sit in Clerico falsum coram Judice laico deponente, qui à suo Judice Ecclesiastico tantùm, & non à laico puniri potest. Vide Pellegrin. *ubi supr.*

Quòd puniatur à Judice, cujus aures falsum deponendo offendit, licèt aliàs esset cognitor tantùm caesarum civilium, ultra citatos vide Surd. *cons. 42. nu. 18.* Soccin. *reg. 520.* Ricc. *Collect. 4199. & 243.* Sanfelic. *in loc. cit.* ubi limitat pluribus modis, & præcipuè si haberet propriam Judicem cum clausula abdicativa, vel privativa, Menoch. *de arb. qu. 91. per tot.* ubi de Judice ordinario, qui tamen non pœnam ordinariam sed extraordinariam imponere potest, secùs autem in delegato, qui nec extraordinariè punire potest, licèt etiam multi non faciant differentiam, Conciol. *resol. crimin. verb. Falsum resol. 20. per tot. & verb. Forum resol. 5.* adde Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 203. & seqq. fol. 90.* ubi limitat in Clerico, & dixi *in §. Clericus n. 52.* Franch. *dec. 147. n. 6.* ubi testatur in magna Curia servari, ut puniatur à Judice criminali tantùm, & non à civili, ob jurisdictiones distinctas, vel saltem esse locum præventioni, Sanfelic. *dec. 336. n. 32. &c.* facit Thom. Trivis. *dec. 62. in fine lib. 2.* ubi qui erat laicus testes non fuit punitus in foro Ecclesiastico, Mich. Ferro Manriq. *Quæst. Vicar. 23. per tot. part. 2. ubi num. 7.* concludit quòd veritas est, ut testis falsum deponens coram Judice civili sit remittendus criminali, cùm nihil sit quòd reus acquiescat Judici civili, si ipse habilitate cognoscendi est destitutus.

&

& allegat l. *Divus Pius* 31. ff. *ad l. Cornel. de falsis*, Ricc. *in Praxi resolut.* 140. *nu.* 11. Farinac. *controv. lib.* 9. *cap* 26. §. *rectè igitur*, & §. *cæterum*, vide Galcot. *resp.* 1. Ruſ. *conſ.* 12. *lib.* 2.

Qualiter puniantur testes falsi, & illorum corruptores, vel inductores in Tribunalibus Sancti officii, vide Dian. & quos allegat *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 16. Ricc. *Collect.* 4162. ubi generaliter, Souſ. *Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 27. & *ſeqq.*

Multa pro ſalvandis teſtibus à falſitate, Surd. *dec.* 282. *per tot.* Ludoviſ. *dec.* 230. Farinac. *quæſt.* 65. *part.* 2. & 4. *per tot.* Cardin. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 251. *cum pluribus ſeqq.*

Quòd in conflictu teſtium contrarie deponentium non ſit locus contra eos condemnationi de falſo, cùm invicem confundantur, ſed ſint relaxandi ſub fidejuſſione, & quare, latè Scacc. *de ſent.* & *re jud. gloſ.* 14. *quæſt.* 7. *n.* 127. & *ſeqq. ad* 146. Conciol. *reſol. crim. verb. Falſum reſ.* 16. *per tot.* & *verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 10. *per tot.* ubi quia non conſtat quiſnam ex eis falſum depoſuerit, & nemini eſt credendum, intelligendo quando ſunt numero hincinde pares, ſecùs autem ſi una probatio alteri præponderet, veluti ſi plures uni contradicant, vel plures paucioribus, quia tunc pauciores poſſunt puniri tamquam perjuri, & falſi, vel magis ſuſpecti proceſſari, inquiri, & quandoque torqueri, ut declarat Conciol. *d. verb. falſum reſol.* 16. *nu.* 3. Boſſ. *de oppoſit. contra teſtes num.* 12. & *ſeqq.* vide *ſupra num.* 17.

36 Teſtis corruptus ſi producatur contra corrumpentem probat ad tradita per Jaſ. *in l.* 1. *n.* 22. ff. *de ſer.*

Quando, & ex quibus dicatur corruptus, & non probet, ſed de falſo teneatur, Tuſch. *litt. T. concl.* 227. *per tot.*

Et ſi dicat ſe fuiſſe corruptum à tali non probat contra eum ſubornationem, nec corruptionem, Grat. *diſcept. for. cap.* 92. *per tot.* Farinac. *de indic.* & *tort quæſt.* 45. *per tot.* ubi quale indicium faciat teſtis ſubornatus deponendo de ſubornatione contra ſubornatorem, ſive ipſe ſubornationi conſenſerit, ſive non, vide Ciarlin. *contr.* 48. *n.* 28. & *ſeqq.* ubi quòd licet teſtis non conſenſerit, debet ſubornator ſaltem extraordinariè puniri, ſive ſit pars litigans, ſive alius tertius non intereſſatus, & tunc ſi ille teſtis ſit unicus, facit grave indicium contra tentatorem; & ſi duo, vel plures poſſunt illum convincere, ſi alios non patiantur defectus, quia nullum habent intereſſe, & laudandi ſunt ex ſua probitate, & reſiſtentia, latè Conciol. *reſol. crim. verb. ſubornatio reſol.* 2. & 3. *per tot.* ubi qualiter puniatur ſubornator, quale indicium faciat ſubornatus contra eum, & ex quibus probetur ſubornatio, latè Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 59. *per tot.* ubi *nu.* 86. *et ſeqq.* quòd teſtis corruptus poſt falſum depoſitum, & perjurum ſe detegens non probat contra corrumpentem, niſi adhibita tortura ad purgandam maculam, qui verò conſenſum non præſtitit ſubornationi laude dignus eſt, & concurrentibus adminiculis, ad difficultatem probationis facit indicium ad torturam contra corrumpentem, ad Farinac. *d. quæſt.* 45. *n.* 34. *limit.* 3. videnda Rot. apud eumdem Farinac. *poſt.* 1. *vol. conſ. dec.* 105. *n.* 5. *cum Addit.*

Qualiter inſtruens teſtes ad deponendum falſum, ſit puniendus, etiam non ſequuto effectu ſi devenit ad actus proximos, Vulpel. *conſ.* 24. *n.* 5. & 6. Bardellon. *conſil.* 138. *lib.* 2. Farinac. *quæſt.* 67. §. 7. *per tot.* Conciol. *verb. Subornatio reſ.* 1. *n.* 6. & *ſeqq.* dixi *in Pract.* §. *Teſtimonii n.* 49. & 57. ubi de ſtatuto, & ſtylo Florentino, Martha *vot. Piſ.* 157. *per tot.* ubi quòd teſtis inſtructor aliorum non eſt idoneus, & qualitas inſtructionis probatur per confeſſionem extrajudicialem, an aliquo caſu ſit permiſſa inſtructio teſtium, vel potius ſit ſubornatio, & alia ad rem, *infr. nu.* 59. & *ſup. nu.* 14. *in fine*, Rot. *p.* 17. *rec. dec.* 394. *n.* 17. & *ſeqq.* ubi quòd licitum eſt inſtruere teſtes ad dicendam veritatem, etiam per ſchedulam illis traditam, vel per oſtenſionem capitulorum, & inſtructio ſemper intelligitur de licita, niſi concludenter probetur ſubornatio ad dicendum falſum. Vide Pellegrin. *loc. cit. num.* 93. & Bellegrand. *ubi ſupra tract.* 10. *quæſt.* 2. *n.* 7.

Teſtes tamen à parte inſtructi nihil probant, & de hoc illis creditur, Farinac. *q.* 67. *nu.* 283. & *ſeqq.* ubi benè declarat quomodo iſtud intelligatur, & ſequitur ſimpliciter Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 326. *nu.* 5. Emeria jun. *dec.* 107. *n.* 2. & *dec.* 149. *n.* 5.

Teſtis aliquid deponens extra judicium, & ſine juramento, & poſteà contrarium in judicio, & cum juramento probat tantùm quoad ſecundum dictum judiciale, ac juratum, licèt ei multum diminuatur de fide per primum, & poſſit torqueri; ſi verò etiam primum dictum extrajudiciale fuit juratum, cùm reperiatur inter duo juramenta contraria, poteſt uti perjurus puniri, Clar. §. *fin. qu.* 53. *verſ. primus caſus*, Ferret. *caut.* 13. Vivi. *comm. opin.* 903. Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *n.* 22. &c. Conciol. *verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 9. ubi quòd teſtis dicto extrà judicium non eſt ſtandum, excuſat tamen accuſatorem à calumnia, Farinac. *quæſt.* 66. *n.* 195. &c. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 1216. latè Tuſch. *litt. T. concluſ.* 237. & 238. *per tot. concluſ.* 249. ubi quando poſſit torqueri, vel non, Th. Triviſ. *dec.* 11. *n.* 13. & 14. ubi quòd in cauſa matrimoniali ſtatur primo dicto, etiam extrajudiciali, & non jurato favore matrimonii prolato, & non ſecundo, etiam judiciali, & jurato contra matrimonium. 37

Quòd quando unum dixit extra judicium, & poſteà contrarium in judicio, poſſit arbitrio judicis puniri, Menoch. *de arbitr. caſ.* 312 *per tot.*

Quod ubi teſtes ſe ſubſcripſerunt teſtamento, vel alteri ſcripturæ, niſi doceant ſe fuiſſe deceptos, non probent poſtea atteſtantes contra illorum primam depoſitionem tanquam allegantes propriam turpitudinem, ſed prima ſubſcriptio, & non ſecunda depoſitio quamvis jurata ſit attendenda, Capyc. *deciſ.* 192. *num.* 4. &c. Rot. *part.* 13 *recent. deciſ* 353. *num.* 20. & *ſeqq.* & *part.* 17. *deciſ.* 109. *num.* 14. & *ſeqq. per tot.*

Teſtis deponens in judicio cum juramento, & poſteà revocans ſuum dictum extrà judicium, probat tantùm quoad primum judiciale dictum, Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. Secundus eſt caſus*, Altograd. *conſ.* 72. *num.* 21. *lib. pr. per tot.* Thom. Triviſ. *deciſ.* 62. *per tot. lib.* 2. ubi plure hincindè concludendo in criminalibus non probare, ſed tantùm in civilibus, de quo tamen latè Farinac. *quæſt* 66. *nu.* 200. & *ſeq.* ubi ſequitur Clarum, & alia tenentes ſtandum eſſe primo dicto judiciali, etiam in criminalibus, non attento ſecundo extrajudiciali. Otthob. *deciſ.* 58. *n.* 38. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat.* 67. *part.* 2. Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 5. *quæſt.* 8. *n.* 5. 6. & 7. 38

Quòd quando poſt dictum teſtimonium mutat, vel corrigit atteſtationem reddatur ſuſpectus, Menoch. *lib.* 1. *præſumpt.* 55. *num.* 8.

Quando primum dictum fuit in forma judicii eſt attendendum rejecto ſecundo ſine forma judicii, etiam ſi ſecundum eſſet prolatum in articulo mortis, & ideò non eſt credendum illi, qui moriens dixit ſe falſum teſtimonium perhibuiſſe, prout nec judici ſe malam ſententiam tuliſſe aſſerenti, licèt multum diminuatur de fide circa primum dictum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *num.* 19. & *ſeqq.* Vivi. *comm. opin.* 924. Farinac. *quæſt.* 46. *num.* 81. & *quæſt.* 66. *nu.* 100. & *ſeqq.* Clar. *d. quæſt.* 53. *verſ. Secundus eſt caſus*, Altograd. *conſ.* 72. *num.* 23 *lib. pr.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 313. *num.* 8 ubi quòd licet regulariter inſpici debeat depoſitio judicialis primitus edita, & altera ſperni, tamen limitatur concluſio, quando ſecunda depoſitio pluribus fulcitur adminiculis, nam tunc vel hæc ſecunda depoſitio fidem meretur, vel ſaltem utraque viribus omninò deſtituitur ſecundum plures, quos ibi allegat Ludoviſ. *deciſion.* 230. ubi quòd licèt regulariter ſtandum ſit primæ depoſitioni, tamen ſecus eſt quando ſecunda eſt magis veriſimilis, & adminiculata, nam tunc iſta prævalet primæ. Vide Bellegrand. *loc. ſupra adduct.*

Teſtis in uno judicio deponens contrarium ejus, quòd depoſuerat in alio, poteſt tamquam falſus puniri 39

miri; an verò sit standum primo, vel secundo, vel neutri dicto, Clar. §. *fin. quæst.* 53. *vers. Tertius est casus*, videlatè Tusch. *lit. T*, *conclus.* 237. *&* 238. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 184. *n.* 7. *vol. pr.* ubi videtur tenere quod stetur primæ depositioni, licet alii teneant nullam facere fidem, Sanfelic. *dec.* 248. ubi de teste deponente contra clericum coram judice laico, & diversum in repetitione coram judice Ecclesiastico, ad quem fuit remissus clericus constito de clericatu; quid observetur in tortura inferenda ad finem videndi quænam depositio sit vera, an scilicet dictæ torturæ debeat intervenire Curia sæcularis, prout servatum fuit in dicto casu, vide infrà *num.* 92. Bellegrand. *ubi supra*.

Quòd testes varii non probent, & illis non sit credendum; *l. qui falsa, vel varia ff. de test.* Gratian. *discept. forens. c.* 753. *num.* 30. *&c.* Spad. *cons.* 247. *n.* 45. *lib.* 3. Bellegrand. *d. quæst.* 8.

Quòd contraria deponentes non probent, idem Gratian. *cap.* 843. *num.* 17. *&c.* Zucchar. *dec. crim. Rot. Luc.* 8. *n.* 8. Gobb. *consult.* 145. *n.* 36. Cabrun. *lucubr.* 36. *n.* 39. Bellegrand. *loc. cit. quæst.* 6. *quæst.* 7. *& quæst.* 8.

De deponentibus mendacium, *idem* Grat. *c.* 468. *n.* 14. *&c.*

40 Testis in eodem judicio, & inter easdem personas contraria deponens, an, & quando probet, Clar. §. *fin. quæst.* 53. *vers. quartus est casus*, Menoch. *de arbitr. cas.* 108. *num. pr. & seqq.* ubi quid si animo corrigendi id faciat.

An, & quando testis admittatur ad corrigendum suam depositionem incontinenti, vel ex intervallo, & quod admittatur antequam cum parte loquatur allegando justam erroris causam, vel ex officio judicis, sive ad instantiam ipsius testis, non autem partis, minuatur tamen ei de fide, & si dicat se aliter deposuisse, quam scriptum reperiatur, cui magis sit credendum, Capyc. *dec.* 61. *per tot.* & de hoc ultimo idem Capyc. *decis.* 94. *per tot.* Tusch. *litt. T. concl.* 277. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 904. ubi quòd potest statim se corrigere, vel antequam recedat à præsentia examinatoris, vel partibus loquatur, & tunc statur secundæ depositioni; secùs autem si velit ex intervallo se corrigere, nam tunc tenetur docere de errore, & de eo non docto, deponens contraria de perjurio, & falso tenetur, & statur primo dicto, idem Vivi. *comm. opin.* 905. Vide Pen. & Crescin. *dec.* 41. *&* 1087. Abeccles. & Crescin. *obser.* 78. *part.* 1. Bellegrand. *d. quæst.* 8.

De correctione incontinenti, vel ex intervallo antequam alloquatur partem, vel si testis fuit retentus in carceribus secretis, Farinac. *quæst.* 66. *num.* 227. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 1218. *& seqq. fol.* 369. Argell. *de acquir. poss. qu.* 2. *ar.* 13. *per tot.* Card. Tusch. *litt. T. concl.* 277. *per tot.* ubi quòd testis potest incontinenti, idest antequam alloquatur partem, dictum suum corrigere, & statur ultimo dicto, nec reputatur varius, neque contrarius; imò etiam ex intervallo potest testis corrigere dictum suum quando deposuit per verbum, credo, vel nescio, quia potest postea scire, & credere, ac probat, & valet ejus dictum, & idem si dixerit in primo examine non recordari, &c. convenit Farin. *d. qu.* 66. *num.* 163. 233. 251. *&* 253. licet dicat tunc non tantùm adhiberi fidem depositioni ex intervallo factæ, & ita quotidie servatum fuit, & servatur in Statibus Etruriæ, ut dixi in *Pract. in præf.* ubi plenè, & respondetur contrariis, vide Nicoll. *Instit. canonicar. tit. de testibus à n.* 39. *& n.* 37. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.* Pen. & Crescin. *ubi supra* & Dominum Sabellum *in hoc opere* §. *Consuetudo n.* 33. Bellegrand. *dict. quæst.* 8.

Quòd testes, qui plus, vel magis explicitè in secundo examine deposuerunt, quàm in primo, non dicantur contrarii, Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 101. *n.* 22. *& part* 18. *dec.* 82. *n.* 35. ubi quòd possunt se corrigere, & statur correctioni.

Multa de teste vario, contrario, & vacillante, quòd regulariter non probet, qualiter possit torqueri ad videndum in quo dicto persistat, vel à quo fuerit subordinatus, & puniri de falso, vel extraordinariè de stellionatu, latè Farinac. *d. quæst.* 66. *per tot.* Guaz. *def.* 19. *cap.* 2. Ansald. *cons.* 128. Pac. Jordan. *d. tit.* 18. *n.* 1157. *& seqq. ad* 1235. *fol.* 366. *&c.* Tusch. *litt. T. conclus.* 237. *&* 238. *per tot. cum pluribus seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 253. *n.* 7. *&* 8. ubi quòd statur depositioni in tortura confirmatæ. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 5. *num.* 43. *cum seqq.* Bellegrand. *tract.* 5. *quæst.* 6. 7. *&* 8.

Quòd standum sit primo dicto quando secundum emanavit ex intervallo, & in diverso examine, maximè si testis exivit à conspectu judicis, & potuit alloqui cum partibus, Farinac. *d. quæst.* 66. *nu.* 123. *& seqq.* cum aliis per Jordan. *d. tit.* 18. *num.* 1224. *fol.* 368. *dixi in Pract. in præfat. num.* 36. ubi quando stetur secundo dicto, Tusch. *litt. T. concl.* 277. Paul. Christin. *decis.* 27. *num.* 28. *vol.* 3. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 86. *num.* 26. ubi simpliciter stando priori dicto, spreto secundo per text. *in cap. in tua de test.* ubi Abb. *num.* 9. Felin. *num.* 4. Rot. *d. part.* 12. *decis.* 317. *num.* 6. ubi quòd retractatio prioris examinis vires illius non infringit, vide *in* §. *Confessio num.* 43. *in fine*, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 109. *num.* 15. *& seqq.* Circa hanc materiam præter Doctores superius adductos vide Rot. post Urceol. *de Transact. decis.* 53. *nu.* 21. Cabrun. *lucubr.* 21. *nu.* 3. *&* 4. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 81. *n.* 26. *cum seqq.* Rot. apud eumdem Piton. *loc. cit. alleg.* 100. *n.* 352. *tom.* 2. De Luc. *de Judic. disc.* 33. *n.* 71. *&* 72.

Quando testes examinati ex officio deposuerunt ad favorem fisci, & postea repetiti ad instantiam partis destruunt primum dictum vel ab eo recedunt sine concludenti ratione, debent secundum aliquos torqueri ad videndum in quo dicto persistant; sed hujusmodi praxis non est bona pro fisco, cùm per eam destruerentur multi processus, & ideò cùm ex primo dicto sit quæsitum jus fisco, solent cauti judices, & latrunculatores torquere hujusmodi testes, non ad effectum videndi, in quo dicto persistant, sed tantum ad effectum sciendi à quo fuerunt subornati, cùm ex dicta variatione ad instantiam partis resultet magna subornationis suspicio, fieri pluries resolvi, & servari vidi per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & signanter sub die 12. Augusti 1666. in causa Vici Pisani contra Matthæum Parellum, prout in filcia negociorum num. 728. dixi *in Pract. in Præfat. num.* 36. *& num.* 73. *& seqq. & in* §. *Testimoni num.* 18. *&* 19. ac ita servandum esse de jure aliis citatis probant Galvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *num.* 122. *& seqq.* Guaz. *def.* 19. *cap.* 2. *nu.* 15. ubi quòd contrarium facere est errare, & processum destruere, Conciol. *resol. crim. verb. Testium Miscellanea resol.* 3. *per tot.* ubi si deponant contrarium in repetitione, tamquam contrarii non probant, quia nec aliàs stetur primo dicto; illud tamen valde debilitetur ex secundo contrario ob perjurium, & si contrarietas sit circa substantialia sine ratione revocationis uti de subornatione suspecti, possunt torqueri ad sciendum à quo fuerint subornati, & ità sæpè servatum vidi, & etiam de perjurio, & falso inquiri, & aliquà pœna puniri tamquam positi inter duo juramenta contraria, Locatel. *in Prax. Inspect.* 5. *num.* 171. Zuff. *de legit. process. quæst.* 111. *num.* 4. ubi quod contrarii nec probant pro reo.

An autem ante dictam torturam sint illis assignandæ defensiones, distinguendo videtur affirmare Zuff. *de legit. process. qu.* 107. *per tot. num.* 16.

Quando verò testes in primo examine deposuerunt contra fiscum ad exclusionem delicti, & postea ex intervallo, etiam si exierint à conspectu judicis, & potuerint alioqui cum parte, vel aliis deponant pro fisco, & contra delinquentem, cùm non ita facilis sit subornatio ad deponendum pro fisco, tunc torqueri debeant, non ut solatur, à quo fuerint subornati, sed tamquam varii, ad effectum videndi, in quo dicto persistant, & ad purgandam variationis maculam, & persistendo in ultimo dicto ad favorem fisci, probent, vel faciat indicium contra delinquentem reverendo autem ad primam depositionem contra fiscum, iterùm torqueri debeant, ad sciendum à quo, vel quibus fuerint subornati, & non probent contra delinquentem fuit resolutum ab eodem Magi-

Digitized by Google

gnatura DD. Octo, me proponente sub die 6. Augusti 1676. in causa Scarperiæ contra Antonium Cellinum, & approbatum à sua Celsitudine Serenissima, ut in filcia negociorum dicti Magistratus sub num. 1622. & rursus in eadem causa sub die 24. Novembris 1676. non obstante contradictione D. Auditoris Bandinum, ut in filcia Processuum 648. n. 41.

Quòd si testis deponat in secundo examine etiam jurato contrarium ejus, quod dixit in primo, statur primo dicto, quia ex eo jurato, & judiciali est jus quæsitum parti, Clar. §. fin. quæst. 53. vers. Tertius est casus, Rot. part. 2. divers. decis. 206. num 4. Altograd. cons. 72. num. 13. & seqq. lib. pr. Card. Tusc. litt. T. conclus. 237. & 277. Farinac. quæst. 66. part. 4. per tot. Rot. in Autonitana incendii 30. Maji 1588. coram Comitolo n. 14. penes Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. tom. 2. dec. 8. Ludovis. dec. 230. ubi limitat nisi secundum dictum sit magis verisimile, & adminiculatum; & quòd quando una depositio aliam non destruit, debent ad concordiam reduci, & ultima attendi, nec dicitur testis varius quando utraque testificatio concludit intentionem inducentis, & si adesset diversitas, quæ conciliari non posset, adhuc posterior depositio est attendenda, si pro ea adsint majores conjecturæ; vel si in priori fuisset obiter, vel simili modò dubitativè aliquid dictum, & in posteriori appensatè, & deliberatè. Rot. coram Ansald. dec. 51. n. 19. Abbeccias. & Crescen. observ. 67. a num. pr. part. 2. Pao. & idem Crescen. decis. 838. n. n. 3.

Quòd standum sit secundo dicto, quando testis in secundo dicto hæresim, vel delictum detegit, non verò si illud neget, cùm tamen in priori dicto delictum manifestaverit, quia tunc priori, & non posteriori dicto creditur, & sic si testis priùs deposuit ad favorem fisci, statur priori dicto; si verò non deposuit in primo, sed in secundo pro fisco statur secundo (quòd est speciale favore fidei) per text. in c. accusatus §. licet de hæredit. in 6. Dian. part. 4. tr. 19. resol. 20. in fine, ubi quòd in causa fidei standum est dicto, quod fidei favorem concernit, de quo vide Farinac. quæst. 66. num. 159. & seqq. Trivisan. dec. 39. num. 12. lib. 2. Carol. Marant. contr. par. 9. respons. 59. numer. 93. & seqq. Ludovis. decis. 230. ubi quòd statur secundo dicto si sit magis verisimile, & conjecturis fulcitum ad Farinac. loc. cit. num. 191. supra num. 38. in fine, Francisc. Pegna in Prax. Inquisit. lib. 2. cap. 38. & 39. cum Annot. Caren. de S. Offic. apud eum Caren. d. tract. fol. mihi 417. &c. ubi plura quid agendum si testis in repetitione dicat aliter quàm in primo examine, cui dicto sit standum, & alia.

Quid si testis unum deponat in tortura, & aliud extra torturam, latè Guaz. deff. 19. cap. 16. per tot.

Quòd standum sit testimonio in tortura prolato. Menoch. de arbitr. cas. 108. num. 14. &c. Farinac. quæst. 66. num. 165. & seqq. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. nu. 1215. fol. 368. cum declarationibus per eos adductis.

Quòd attendatur potiùs depositio facta super interrogatoriis, quàm super articulis, cùm in articulis præsumatur voluisse favere inducenti, Rot. par. 3. rec. dec. 774. num. 3. Bich. dec. 618. nu. 17. Mantiss. ad De Loc. lib. 14. decis. 4. n. 5. vol. 4.

42 Testis depositio est supplenda quantum fieri potest, ne sibi contradicat, Gratian. discept. for. cap. 677. num. 35. &c. cap. 797. num. 29. &c. cap. 948. n. 36. cap. 960. num. 30. Altograd cons. 50. n. 169. &c. libr. pr. infr. num. 15. Ludovis. decis. 230. & 487. per tot. Rot. par. 12. recent. decis. 101. num. 23. ubi quòd omnis interpretatio est capienda pro evitanda contrarietate, etiamsi verba sint impropriand, & per subauditos intellectus, & suppletivam interpretationem, Bich. decis. 618. nu. 6. & seqq. ubi etiam quòd testes non dicuntur contrarij eo quòd plùs in secundo, quàm in primo examine deposuerunt, Rot. par. 17. rec. dec. 188. num. 15. ubi quòd est sumenda omnis possibilis interpretatio, ut testes ad concordiam reducantur, & par. 16. decis. 269. n. 9. & 10. & melius in part. 18. dec. 288. per tot. ubi plura de dictis testium non cavillandis, sed concordandis

per temporum distinctionem, & decis. 438. in eadem causa. Rot. post Urceol. de Transact. dec. 78. n. 6. Pen. & Crescin. decis. 194. & alibi Bulduc. tit. 4. decis. pr. n. 72. Gatt. cons. 57. nu. 103. De Loc. de Regal. disc. 156. n. 13. de Servit. disc. 25. nu. 6. Emerix jun. decis. 200. n. pr. decis. 243. n. pr. Caprar. decis. 128. n. 15. decis. 415. n. 4. Mantiss. ad De Luc. lib. 16. decis. 7. n. 6. vol. 4. & lib. 9. decis. 4. n. 14. vol. pr. & decis. 8. n. 4. ibid.

Quando, & quomodo sit facienda ista concordia, vel non, Mart. Medic. decis. 95. num. 31. Sperell. decis. 81. num. 54. Tusch. litt. T. conclus. 150. per tot. Ludovis. dec. 298. ubi quòd testes non possunt ad concordiam reduci, quando sibi manifestè contradicunt, nec quando concordia non est probabilis, nec verbis, nec veritati consonat, & difficiliùs concordatur testis sibi contrarius, quàm si contrarietur cum alio teste, & alia ad evitandam concordiam testium, & Rot. part. 17. recent. dec. 289.

Quòd quando contrarietas non est circa substantialia, non diminuitur testi de fide, Gratian. discep. forens. cap. 551. num. 30. cap. 797. num. 26. Sperel. decis. 81. num. 56. Ludovis. dec. 357. n. 9. & seqq. Altograd. cons. 50. nu. 166. &c. & cons. 55. num. 57. & 61. lib. pr. ubi quòd modica contrarietas etiam in facto principali non tollit fidem testi, Rot. par. 12. recent. decis. 57. num. 6. & seqq. & dec. 101. nu. 24. & part. 13. decis. 173. numer. 8. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 5. n. 49. De Luc. de Judic. disc. 32. n. 51. Emerix jun. dec. 264. n. 11. dec. 280. n. 6. dec. 645. n. 12. dec. 1010. n. 4. dec. 1061. n. 4. Caprar. decis. 667. n. 3.

Quomodo solvetur à contrarietate testis, qui deposuit super aliquo articulo, si postea iterùm interrogatus dicat nihil scire, Rot. part 2. divers. decis. 147. num. 10. ubi quod secundum dictum debet intelligi, & suppleri quòd nescit aliter quàm dixit in primo examine, Vermigliol. cons. 249. nu. 4. Gregor. decis 248. num. 14. ubi Additio num. 16. Rot. part. 14. recent. decis. 276. num. 14. ubi approbat dictam interpretationem, de qua idem Gregor. vel Ludovis. decis. 487. n. 3. &c. & decis. 547. num. 9.

Quòd si unus testis deponat neminem fuisse præsentem alicui actui, & ex adverso probetur contrarium debet intelligi nullos fuisse præsentes, quos ipse viderit, aut advertarit, nec testes dicuntur contrarii si unus plus alio deponat, Bich. dec. 20. nu. 8. & seqq.

Multa qualiter dicta testium sint interpretanda, tam ad effectum evitandæ contrarietatis, vel falsitatis, quàm inducendæ probationis, summatim, & per exempla Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1060. & seqq. ad 1139. fol. 360. &c. Mart. Medic. decis. 95. num. 30. & seqq. Card. Tusch. litt. T. conclus. 150. per tot. Farinac. qu. 63. par. 2. & 4. per tot. Ludovis. dec. 547. per tot. & 558. per totum, Vivi. comm. opin. 921. ubi ad excludendam falsitatem præsumitur varietas loci, & temporis, videtur tamen concludere quòd concordia testium tollat tantùm causam perjurii, & falsitatis non autem inducat probationem, & sic tamen nemini eorum credetur, vide etiam Jacob. Emerix decis. 200. nu. pr. 456. nu. 4. 923. n. 6. 1125. n. 15. Bellegrand. in compend. rer. crimin. method. tract. 5. quæst. 6.

Quòd dicta testium non sint cavillanda, & qualiter in dubio interpretanda, Tusch. litt T, conclus. 267. & 268. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 88. num. 16. etc. vol. 3. Rot. par. 12. recent. decis. 57. num. 6. et seqq. Ludovis. decis. 487. per tot. & alibi, ut supra. Pen. & Crescin. decis. 194. Emerix jun. decis. 200. n. pr. decis. 456. n. 4. & locis supra citatis.

Qualiter testes deponentes falsum possint excusari ubi deposuerunt super facto, de quo potest præsumi oblivio, Conciol. resol. crim. verb. Falsum resol. 21. Farinac. quæst. 67. num. 85.

De teste autem sibi vario, & contrario, quomodo possit concordari ad evitandam falsitatem, ac etiam ad effectum probandi plura Farinac. quæst. 66. num. 217. et seqq. per tot. & dixi in Praxi crim. in præfat. sub num. 36. vers. E se bene è gran controversia etc.

Testes examinati in una causa, non faciunt fidem 43

in alia, etiam inter easdem personas, nisi iterùm examinentur, Alex. *cons.* 222. *n.* 15. *etc. lib.* 6. Gratian. *discep. for. cap.* 753. *n.* 1. *&c. c.* 849. *n.* 19. *cap.* 859. *n.* 20. Franch. *decis.* 345. vide in §. *Acta num.* Ansald. *decis.* 44. *n.* 6. *et* 7. qui loquitur inter diversas personas Castald. *consult.* 219. *n.* 11. *et consult.* 262. *n.* 9. Pen. & Crescin. *decis.* 1620. Caprar. *decis.* 367. *nu.* 11. *et decis.* 85. *n.* 10. *et* 11. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 2. *decis.* 4. *n.* 4. 5. 19. *et* 20. *vol.* 3.

Quòd examinati in alia instantia, vel coram Arbitro non probent, *l. ult. vers. sancimus C. de test. cap. præsentata eod. tit.* Natt. *cons.* 394. *n.* 21. *lib.* 2. nisi fuerint examinati cum interrogatoriis partis adversæ, quia tunc probarent arbitrio judicis, Cavaler. *decis.* 240. *num.* 4. *etc.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *num.* 23. *fol.* 600.

An examinati coram Arbitro fidem faciant in judicio, Cavaler. *decis.* 327. *num. pr. etc.* vide in §. *Compromissum n.*

Quòd probent inter easdem personas, & quando secus, Jas. *in l. is apud quem col. pen. C. de edend.* Diaz. *reg.* 760. vide latè Tusch. *litt. T. conclus.* 270. Ludovis. *decis.* 498. *num.* 5. *& seqq.* ubi quòd sufficit personas non esse omninò diversas, & ideò examinati in causa patris, probant etiam pro filio, qui reputatur eadem persona cum patre, si etiam adversarius sit idem, qui litigavit cum patre, ac etiam ubi essent personæ diversæ, si agatur de statu personę probant quoad omnes juxta *l. ingenuum eum ibi not. ff. de stat. hom.* de quo benè Bich. *decis.* 79. *nu.* 2. *& seqq.*

Quòd quando sunt mortui, vel aliàs haberi non possunt, probent etiam inter alios saltem semiplenè, Surd. *decis.* 123. *per tot.* Franch. *decis.* 345. Ludovis. 335. ubi quòd sicut scripturæ, & instrumenta, ita etiam testes prosunt successori tam universali, quàm singulari, & probant pariter contra successorem, non solùm universalem, sed etiam singularem, & tantò magis si agatur de statu, & qualitate rei controversæ; vel de statu, & legitimatione personarum, quo casu si examen emanavit cum legitimo contradictore probant, quoad omnes, & benè declarat Bich. *dec.* 79. *nu.* 2. *& seqq.* vide in §. *Sententia n.* 41. *&* 42. §. *Acta nu.* 23. Hodiern. ad Surd. *cuat. decis.* 103.

An, & quando examinati in uno judicio probent in alio, Speiel. *decis.* 178. *num.* 79. *&c.* Tusch. *litt. T. conclus.* 270. *per tot.* Ludovis. *decis.* 357. *num.* 2. *et* 6. ubi quòd examinati in possessorio non probant in petitorio, imò nec etiam in alio possessorio, idem Ludovis. *decis.* 335. ubi quòd plenariè examinati in possessorio, & summario judicio, probant etiam in petitorio, & plenario, & quid si essent examinati super exceptione, an probent si per viam actionis procedatur *ibidem n.* 16. *&c.* Vide Pen. & Crescin. *dec.* 593. *& decis.* 771.

Quòd informiter examinati, & parte non citata nihil probent, Durand. *decis.* 263. *n.* 5.

Quòd testes formiter examinati in uno judicio cum legitimo contradictore probent etiam in alio, & inter alias personas, Cæphal. *cons.* 215. *num.* 54. *lib.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 293. *n.* 3.

43 Testes examinati in judicio criminali non probant in civili, nisi repetantur, præsertim si non fuerunt data interrogatoria, cùm fiat examinati sine partis citatione, Cavaler. *decis.* 366. *num.* 7. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 39. Rot. *in Romena nullitatis Matrimonii* 19. *Januarii* 1646. coram Argurlles *num. pr. &c.* ubi plenè, & habetur apud Zacch. *loc. cit. decis.* 87. Rot. *in Tibartina hæreditatis* 22. *Junii* 1637. coram Cattilo *n.* 22. *etc.* penes Zacch. *ubi supra decis.* 73. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *num.* 21. *fol.* 600. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 78. *n.* 2. *& part.* 13. *decis.* 241. *num.* 11. ubi tamen quòd si fuerint in judicio criminali examinati formiter in contradictorio judicio, & parte citata, probant etiam in judicio civili, maximè super eadem re, & inter easdem personas, sive illarum successores, vide in §. *Act. n.* 6. Jacob. Emerix *dec.* 959. *num.* 5. 715. *num.* 12. Benincas. *decis.* 86. *n.* 8. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 73. Mantiss. ad eund. De Luc. *lib.* 2. *decis.* 20. *n.* 11. *vol.* 3.

Testes ad æternam rei memoriam ex parte actoris, 44
cum sit in ejus potestate agere, non possunt examinari ante litem contestatam, nisi adesset magna suspicio mortis in ipsis testibus examinandis; ex parte autem rei cùm non sit in ejus potestate agere, semper possunt examinari, etiam absque aliqua mortis suspicione, utroque tamen casu debet pars citari, ut possit contra illos opponere, Roland. *cons.* 23. *lib.* 3. Bart. *in l. lege Aquilia §. si delatum ff. ad l. Aquil.* Pract. Pap. *for. cupit. quando test. produc. ad æter. rei mem.* Gratian. *discept. forens. cap.* 890. *num.* 10. *etc.* Soccin. *reg.* 502. *per tot.* vide in §. *Citatio num.* Tusch. *litt. T. conclus.* 157. *per tot.* Ricc. *Collect.* 691. Vivi. *comm. opin.* 922. *&c.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1367. *per tot.* Vide Rocc. Epist. *cap.* 175. *n.* 23. *libr.* 2. Castald. *consult.* 266. *n.* 18. *vol.* 2. Ansald. *decis.* 44. *n.* 29. Abecclef. & Crescin. *obser.* 65. *& obser.* 66. *part.* 2.

Plura an, & quando possint examinari testes ante litem contestatam, & quid servandum, Farinac. *de test. quæst.* 76. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 6. *per tot. fol.* 148. Tusch. *litt. T. conclus.* 158. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 28. *num.* 3. 12. *&c. vol.* 3. *& decis.* 185. *per tot. vol.* 5. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 219. *n.* 28. Abecclef. & Crescin. *dict. obser.* 65. *& obser.* 66. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 6. *n.* 34.

Quòd debeant examinari coram judice illius causæ, super qua recipiuntur, nisi necessitas aliud suadeat, & debeant concurrere omnia requisita in *cap. quoniam frequenter ut lit. non contest. ubi DD.* adeò ut super illis requiratur cognitio summaria; & probatio semiplena prius judici facienda, Duran. *decis.* 363. *num.* 7. 8. *&* 9. Tusch. *littera T. conclus.* 155. *&* 156. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 86. *num.* 21. *& seqq.* ubi quod dicta requisita sunt interlocutoria judicis ne probationes pereant, citatio partis ad videndum illos prævio juramento examinari, nec non ad dandum interrogatoria, & intimatio completi examinis intra annum, quibus concurrentibus examen sustinetur, & plenam facit probationem. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 6. *num.* 34. Abecclef. & Cresciu. *obser.* 66 *part.* 2.

An autem à dictis interlocutoria, vel à decreto examinis testium ad perpetuam rei memoriam detur appellatio, Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 325. ubi quod non, nec ob id causari, vel committi attentata, quando non fuit inhibitum a superiore. Crescin. ad Abecclef. *dict. observat.* 66. *n.* 4. *part.* 2.

Quòd reus futurus possit petere examinari testes ad æternam rei memoriam coram judice suo, & sic trahere ibidem actorem futurum, Capyc. *dec.* 18. *n.* 5.

Quòd debeat actor quando ipse examinavit, postea intra annum actione proponere, debeat præcedere summaria cognitio causæ, ob quam petitur hujusmodi examen, & judicis interlocutoria, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 54. *per tot.*

Quòd possint examinari etiam ex parte actoris ob diuturnam futuram absentiam testium arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 62. *per tot.*

Quinam testes dicantur valetudinarii ad hoc ut possint ad æternam rei memoriam examinari, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 60. *per tot.*

Quando ad dictum effectum dicantur testes in periculo mortis propter longum iter fiendum sive in terra, sive in mari, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 61. *per tot.*

An autem sit adhibenda fides testimonio illius, qui laborat in extremis, cùm mora proxima sensus occupet, & memoriam adimat, residet in judicis arbitrio, ad tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 97. *per tot.*

Quamvis in examine testium ad æternam rei memoriam, debeat pars citari, ut supra, tamen Rota Romana multum illis defert etiam parte non citata, quando fuerunt examinati in tempore non suspecto, ut testatur eadem Rot. *in Cordubensis dimidiæ portionis* 11. *Februarii* 1628. coram Durano *n.* 11. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 61. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 119. *num.* 14. *&c.* ubi

quòd

Digitized by Google

quòd si sint mortui, & non possint repeti habentur pro ritè, & rectè examinatis, & illorum depositio, morte remanet confirmata, vide Nicoli. *instit. canon. tit. de testibus nu.* 3. *&* 7. Crescin. ad Abecclef. *dict. observat.* 66. *n.* 6. *&* 7.

Quod licèt aliquando remittatur citatio, debeat saltem actus intra annum parti notificari, Matt. Medic. *decis.* 95. *in fine*.

Quòd examinati ad perpetuam rei memoriam, si sint mortui, & perindè repeti nequeant, non solum semiplenè probent, sed concurrentibus adminiculis etiam plenam fidem faciant, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 458. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 65. *num. fin. part.* 2.

Qualiter etiam in criminalibus possint examinari testes ad perpetuam rei memoriam, & quam probationem faciant, vide Buccaron. *tract. de different. inter jud. civil. & crim. different.* 115. Zuff. *de legit. process. lib. pr. quæst.* 62. *per tot.*

45 Testes producti super recognitione scripturæ non probant, nisi dicant se fuisse præsentes, & vidisse dum scriberetur, Alex. *cons.* 150. *lib.* 5. *cons.* 80. *lib.* 4. Addit. ad Pract. Papp. *for. oppon. contr. instr. glos. ult. num.* 3. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 124. *num. pr.* latè Tusch. *litt. R. conclus.* 50. Martha *vol. Pis.* 45. *per tot.* Ludovic. *decis. Perus.* 7. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 235. *num.* 20. *& per tot. cap.* 720. *num.* 10. 30. *&c.* ubi tamen quòd aliter servatur de stylo, *et cap.* 895. *n.* 30. *& per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 114. Magon. *decis. Flor.* 81. *num.* 5. *&c.* ubi sequitur primam opinionem, & quòd si deponerent de tenore scripturæ per modum ordinarium, & legitimum probarent etiam si non essent subscripti, vide *in §. Scriptura nu.* 27. *& num.* 24. ubi de recognitione Cabal. *cons.* 150. *lib. pr.* ubi quantum possit in hoc judicis arbitrium, juncta maximè etiam comparatione. Ansald. *decis.* 8. *n.* 31. *et* 32. Pen. & Crescin. *decis.* 2137. *et decis.* 2465.

Quòd de rigore juris testes, qui non fuerunt præsentes hujusmodi scripturæ privatæ non probent, etsi examinati deponant illam judicio suo esse scripturam talis puta Titii, quia ejus manum notam habent, latè pluribus relatis probat Genu. *de script. priv. lib.* 2. *quæst. pr. n.* 202. *& seqq. ad* 225. *fol.* 93. ubi tamen *num.* 225. *et seqq.* testatur in praxi ferè ubique locorum tales depositiones recipi, & plenè probare, præcipuè in Curia Romana exceptis apochis, Venetiis, Patavii, & alibi; Lucæ tamen, quæ profiretur vivere suis legibus fuisse judicatum juxta prædictam juris communis dispositionem, Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 987. *per tot.* ubi quòd de stylo Curiæ Romanæ, & Rotæ Januensis ex præscriptis sibi regulis probant etiamsi non viderint scribere, si aliàs notam habeant manum.

Quòd de stylo Curiæ Romanæ sufficiat si testes dicant habere notam manum ejus, de cujus scriptura agitur, & vidisse aliàs eum scribere quando tractatur de recognitione scripturæ, in qua testes non sunt necessarii, præsertim concurrentibus aliis adminiculis, cùm deponendo ut supra probent semiplenè, vel paulò minus, quæ semiplena probatio perficitur ex adminiculis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 124. *per tot. et part.* 3. *lib.* 2. *decis.* 277. Cavaler. *decis.* 452. *num.* 4. *decis.* 553. *per tot.* Merlin. *decis.* 614. Gregor. *decis.* 38. *et decis.* 389. & alios plurimos refert Addit. ad Sanfelic. *decis.* 373. *vers. Et qualiter*, & benè declarat Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 406. *&c. fol.* 416. ubi pluribus modis concordat opiniones, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 136. *num.* 29. *&c.* ubi plures concordantes referuntur ut sufficiat si dicant habere notam manum, quando agitur de scriptura, quæ fieri solet sine interventu testium, ut in testamento sigillato, & iterùm eadem Rot. *ex professo d. part.* 9. *decis.* 159. *per tot.* ubi qualiter possit etiam conjunctim fieri per comparationem, Rot. *part.* 11. *decis.* 235. *nu. pr. &c.* ubi qualiter fiat etiam in contumaciam, latè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 33. ubi quando dicunt habere notam manum, quia pluries viderunt scribere. Vide Card. De Luc. *de Testam. disc.* 6. *sub n.* 6. *&* 7.

Quòd in recognitione litterarum sufficiat testes dicere habere notam manum scribentis, etiam si non dicant fuisse præsentes, & vidisse scribere; in aliis verò scripturis necessarium esse quòd deponant fuisse præsentes, & vidisse scribere, Gratian. *decis.* 156. *in Addit.* ubi testatur sæpè secundum hanc distinctionem fuisse judicatum, & servatum per Rot. *Rom. in locis per eum citatis*, Cavaler. *decis.* 452. *num.* 4. Merlin. *decis.* 321 *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 159. *per tot. & decis.* 182. *n.* 8. *& decis.* 282. *nu.* 5. *&c. part.* 13. *decis.* 285. *num.* 7. *& seqq. & part.* 19. *decis.* 259. ubi quòd recognitio librorum, & similium scripturarum, in quibus non adhibentur testes, fit sufficienter per testes habentes notam manum scribentis, ut supra, *& decis.* 292. *d. part.* 19.

Quando non probent etiamsi dicant vidisse scribere, ut quia possit dubitare de identitate scripturæ, Surd. *d. decis.* 137. *num.* 6.

Quòd debeant esse subscripti, nec sufficiat quodlibet aliud signum, licèt recognitum, idem Surd. *d. decis.* 137. *per tot.*

Quòd debeant separatim examinari, aliàs non probent, etiam si agatur de recognitione scripturæ antiquæ, Merlin. *decis.* 183.

Item debent esse bonæ conditionis, vocis, & famæ, ita ut effectum *l. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* hujusmodi qualitas sit allegarda, & probanda, Gratian. *discept. forens. cap.* 351. *n.* 28. *cap.* 537. *per tot.* Genu. *de script. privat. lib. pr. quæst.* 16. *concl.* 3. *num.* 12. *&c. fol.* 67. Franch. *dec.* 644. ubi etiam in fine, quòd debeant esse masculi, & non sufficiunt fæminæ, plura ad effectum *dic. l. Scripturas*, vide apud Bonden. *docum.* 76. *& seqq.* Hodiern. ad Surd. *decis.* 137.

Quòd non sufficiat ut debitor agnoscat debitum, & testes recognoscant subscriptiones, sed opus sit etiam, ut attingant, & exprimant tempus, quo apocha fuit à partibus subscripta, ita ut omnem antidatæ, vel collusionis suspicionem excludant, Bald. *cons.* 198. *num.* 3. *lib. pr.* Franch *decis.* 95. *num.* 8. Odd. *cons.* 100. *num.* 65. *&c.* Merlin. *decis.* 135. *n.* 3. ubi tamen ex aliis adminiculis in casu suo ostendit cessare dictam suspicionem, vide *in §. Scriptura n.* 26. *& seqq.*

Quòd ubi testes sunt in ipsa scriptura subscripti, & eorum subscriptiones recognoscunt, plenè probent manum, & litteras, etiamsi nihil de contentis in scriptura deponant, Joseph. Ludovic. *dec. Perus.* 7. *num.* 11. ubi dicit esse communem, & ab omnibus approbatam conclusionem per text. *in §. Si quis igitur Auth. de instr. caut.* Bart. *in l. scripturas C. qui pot. in pign. hab. & alios*.

Testis subscribens se alicui scripturæ tamquam testis non videtur illam approbare, nec sibi in aliquo præjudicat, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 769. *nu.* 15. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 66. *num.* 17. vide *in §. Confessio num.* 42. 46

Intellige si agatur de facto non pertinente ad ipsum testem subscribentem, secùs si ad illum pertinebat, & scienter subscripsit, ad tradita per DD. *in cap. ex litteris de transact.* Soccin. *reg.* 435. *limit.* 4.

Quòd confessio facta ab aliquo tamquam teste noceat ei in alio judicio, Surd. *decis.* 309. Ricc. *Collect.* 3537. ubi tamen refert plures decisiones Rotæ in contrarium. Vide Valasc. *consult.* 33. Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 309.

Testes deponentes in crimine falsi debent esse omni exceptione majores, & hujusmodi qualitas est articulanda, & probanda, Gratian. *discept. forens. cap.* 845. *nu.* 23. *&c.* 47

Item deponentes de attentatis debent esse utique idonei, & nullam pati exceptionem, Duran. *decis.* 437. *num.* 2.

Item ad effectum rescindendi matrimonium, ista tamen qualitas remittitur arbitrio judicis, & vel præsumitur, vel suppletur ex numero testium ultra trium, vel ex aliis præsumptionibus, etiamsi omnes patiantur aliquas exceptiones, latè Ludovis. *dec.* 351.

Quotiescumque autem lex, vel statutum requirit testes idoneos in aliquo casu, intelligitur de idoneitate ordinaria, quæ præsumitur in omni teste, si verò loquatur in superlativo gradu, & velint esse omni ex-

exceptione majores, tunc ista qualitas in superlativo requisita non præsumitur, sed est probanda, & sic est differentia inter testes idoneos, & omni exceptione majores, ut latè advertit, & probat Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 369. *num.* 10. *&c.* Altograd. *cons.* 55. *nu.* 55. *lib. pr.* vide *in* §. *Qualitas nu* 21. *supra n.* 26.

Quòd imò omnes testes censeantur omni exceptione majores, & idonei in dubio, nisi repellantur ex aliqua legitima exceptione probata glos. *in cap. pr. extr. de consang. & affinit.* Vivi. *comm. opin.* 941. *n.* 7. ubi testatur ita pluries in practica obtinuisse.

48 Testes pro informatione Curiæ debent secretè, & separatim examinari per ipsummet judicem, ut videre possit, quo vultu, & colore deponant, & si sint verisimiliter informati possunt detineri in separatis carceribus, ne se invicem instruant, etiam ultra quindecim dies, si recusent dicere veritatem, Cavalch. *de brach. reg. part.* 2. *num.* 128. Guaz. *def.* 14. *cap. pr.* ac etiam torqueri, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 3. *cap.* 2. *num. pr. & seqq.* Clar. §. *fin. quæst.* 24. *et* 25. Guaz. *def.* 19. ubi plenè quando possint torqueri, dixi *supra num.* 16. *infr. num.* 86. De omnibus contentis sub hoc numer. vide Pellegrin. *in prax. vicar. part.* 4. *sect.* 4. Brunnemann. *in prax. crimin. cap.* 8. *membr.* 2.

Qualiter tam in civilibus, quam in criminalibus testes debeant examinari, & recipi per judicem, non autem per notarium, & alia ad rem, Vivi. *comm. opin.* 927. *& seqq.* vide in §. *Notarius num.* 16. Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 13. Pellegrin. *part.* 4. *sect.* 4. *n.* 54. *& sect.* 5. *n.* 22. Abeccles. & Crescin. *observat.* 56. *part.* 2.

Licèt autem verissimum sit de jure, quòd testes examinari debeant per ipsummet judicem ratione prædicta, & aliis similibus, tamen verissimum est etiam de consuetodine generali præscripta, ut partibus etiam invitis, & non constito de judicis impedimento, possit examen committi notario una cum juramento, & de hujusmodi commissione credatur ipsi notario, si de illa testetur in actis, Farinac. *quæst.* 77. *cap.* 4. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 368. Rot. *in selectis* per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 393. *n.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 112. *& seqq. fol.* 310. Paul. Christin. *decis.* 27. *nu.* 6. *&c. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3793. Tusch. *litt. T. conclus.* 224. *per tot.* Ripolphin. *in prax. part. pr. cap.* 11. *nu.* 23. *& seqq.* ubi tamen quòd dicta commissio debet fieri parte citata. Pellegrin. *ubi supra* Abeccles. & Crescin. pariter *ubi supra*.

Quòd non possit judex ipse solus absque fide, & persona publica, & sic sine notario examinare testes, Farinac. *quæst.* 80. *num.* 99. *& seqq.* Guaz. *defens.* 20. *cap.* 14. latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 76. *n.* 68. *& seqq.* vide *in* §. *Acta num. pr. &* §. *Judex nu.* 30. *in fine*.

Quòd examen testium possit subdelegari, & quando secus, Tusch. *litt. T. conclus.* 170. *per tot.* facit quòd dixi *in* §. *Confessio n.* 51. *in Addit.*

Circa retentionem testium in carceribus, quando nolunt deponere, non dicam simpliciter veritatem, sed potius quòd placet judicibus ad vexandum quandoque innocentes, vidi magnas afflictiones in gentibus non valentibus sibi gratiam judicum per commendationes, & alios modos illicitos comparare, isti enim quandoque retinentur etiam in causis levibus per menses, & fortè ex oblivione, & postea pro honore asseruntur suspecti, & dimittuntur cum fidejussione, quando etsi verè fuissent delinquentes confessi, vel convicti debuissent velocem pœnam subire, & in carceribus non marcescere, juxta text. *in leg. fin. & tot. tit. C. de custod. reor.* cujus dispositio, vel ignoratur, vel quod deterius foret negligitur, & ideò deberet illis fræni temperies imponi secundum text. *in l.* 2. *C. eod.* facit quod dixi *in* §. *Carcer. n.* §. *Judex n.* 44. Sæpiùs tamen debent sibi imputare, quia recusant dicere veritatem, maximè in statu Florentino, ut ego ipse expertus sum.

49 Testes ut probent, debent prius jurare de veritate dicenda, & tale juramentum debet expressè in actis apparere, qua autem forma sit præstandum, & alia Guaz. *defens.* 14. *cap.* 3. *et cap.* 5. Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1361 *per tot.* Farinac. *qu.* 74. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 58. *n.* 595. *et seqq. ad* 676. *fol.* 335. *supra n.* 8. latè Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 81. *et seqq.* Paul. Christin. *decis.* 27. *n.* 13. *et seqq. vol.* 3. Merlin. *dec.* 486. Ricc. *Collect.* 263. Conciol. *res. crim. verb. Testis quoad examen resol.* 2. *per tot* Zuff. *de legit. process. lib.* 1. *quæst.* 37. *et* 38. ubi etiam quòd dictum juramentum tam ante, quàm post completum examen incontinenti deferri potest, licèt communis, & melior sit observantia illud in principio defferre. De contentis sub hoc nu. vide Pellegrin. *in d. pract. part.* 4. *sect.* 4. Brunnemann. *in d. pract. cap.* 8. *membr.* 2. Caren. *de Sanct. offic. part.* 3. *tit.* 7. *in princ.* Scapp. *de Jur. non script. lib.* 3. *cap.* 51. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 15. *et* 16. Abeccles. & Crescin. *obser.* 84. *part.* 1. latissimè Altimar. *de null. lit. rubr.* 13. *quæst.* 9. *tom.* 2.

Quòd in testibus juramentum sit inductum de jure divino, & ideò non possit sperni, sed semper sit necessarium, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 26. *per tot.* vide *in* §. *Juramentum n.* 43. Tusch. *litt. T. conclus.* 166. *per tot.* Christin. *loc. cit.* ubi videtur concludere, posse à partibus remitti, idem firmat Conciol. *loc. cit. n.* 13. Plura alia circa hanc materiam Altimar. *loc. supra cit.*

Quando autem, & quomodo possint testes, vel rei à judice interrogati, uti æquivocatione in respondendo, Sperel. *dec.* 163. *in fine cum allegatis per eum*; sed hodiè hujusmodi æquivocationes sunt prohibitæ, ut dixi *in* §. *Juramentum n.* 57.

An dictum juramentum probetur per verba enunciativa notarii dicentia talis testis juratus; &c. Grat. *discept. for. cap.* 60. *num.* 11. *etc.* Seraph. *dec.* 857. Cavaler. *dec.* 822. *n.* 4. Jordan. ubi supra *nu.* 646. *etc.* Ridolphin. *d. cap.* 11. *nu.* 89. *& seqq.* Merlin. *dec.* 199. *nu.* 5. *&c. dec.* 486 *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent.* 186. *n.* 7. ubi quòd non. Probatur tamen per verba dispositiva; videlicet jurarunt in forma eadem, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 86. *n.* 25. vide in §. *Juramentum n.* 43. Pellegrin. *part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 6. *nu.* 4. Altimar. *ubi supra n.* 24. *cum seqq.* Pen. & Crescin. *dec.* 937. & alibi sæpè.

Quòd quando jurarunt de veritate dicenda super tota causa, prout facere tenentur, possint interrogari etiam circa alia, & alios articulos, super quibus non fuerunt inducti, si aliquo modo faciant ad causam, cùm teneantur dicere veritatem pro utraque parte nedum super articulo, super quo inducuntur, sed super tota causa, nisi fuerint limitate admissi ad jurandum super uno articulo tantùm, cum tunc respectu aliorum dicerentur deponere sine juramento, sine quo non probant, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 268. *per tot.* Tusch. *litt. T. conclus.* 168. *per tot.* Vestr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 10. Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 202. *n.* 2. *infr. n. seqq.*

Quòd testes deponantes falsum etiam sine juramento puniri debeant pœna falsi ac si jurassent, vel saltem extraordinariè, Farinac. *quæst.* 67. *num.* 197. Guaz. *def.* 14. *cap.* 8. Cabal. *resol. crim. cas.* 38. *nu.* 2. *& cas.* 69. Conciol. *resol. crim. verb. Falsum resol.* 17. *per tot.*

Testes deponentes extra articulata non probant, quia tunc videntur non jurati, & ultronei, qui nisi sint legalissimi non faciunt aliquam fidem, Alex. *in l.* 1. *n.* 12. Jas. *num.* 44. *si cert. pet.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 287. *n.* 37. Natt. *cons.* 96. *n.* 7. Vivi. *comm. opin.* 952. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1365. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 12. *n.* 9. ubi etiam quòd non possit salvari depositio ex eo, qui in majori summa inest minor, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 753. *num.* 2. Surd. *dec.* 16. *n.* 6. *&c.* Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 55. *n.* 2. ubi quòd spontè se offerentes, & ultronei redduntur suspecti, & eorum fides labescit, vide Tusch. *litt. T. concl.* 223. *&* 231. *per tot. sup. n.* 33. *in fine.* Pen. *dec.* 260. *n.* 3. *dec.* 611. *n.* 12. *& dec.* 1442. *n. n.* 2. ubi Crescin. *in annotat.* Card. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 70. 50

Quòd deponendo de re ad causam faciente, & jurati super tota causa probent, Magon. *decis. Flor.*

33.

331. num. 16. Farinaci quæst. 71. per tot. Ricc. decis. Neapol 47. par. 2. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 534. fol. 312. Ricc. part. 11. recent. dec. 102. n. 2. Vide Hodiern. ad Surd. dec. 16.

Quod satis sit in minori summa concordare, Ruin. cons. 92. n. 8. lib. 4. Magon. dec. Flor. 17. nu. 17. in fine, Seraphin. dec. 811. n. 2. & decis. 1397. num. 1.

51 Testes producti, & jurati debent de necessitate altera parte volente examinari, cum jam juraverint dicere veritatem pro utraque parte, prout in omni causa ita jurare tenentur, unde licet ante præstitum juramentum possit producens testes pœnitere, & se ab illorum examinatione abstinere, vel retrahere, non sic est præstito juramento, & in omnem casum posset altera pars illorum examinari facere per doctrinam Innoc. in cap. præsentium col. 2. de test. quam declarat Aret. cons. 140. Capyc. decis. 39. per tot. Novar. Prag. Reg. Collect. 181. Vermigliol. cons. 482. Paul. Christin. decis. Belg. 127. n. 1. vol. 3. Farinac. de test. quæst. 78. Rot. part. 9. rec. dec. 102. n. 18. &c. ubi etiam quod tunc non est necessaria reiteratio citationis, nec aliorum terminorum judicialium, Possent. sing. per tot. ubi quod testes inducti, & jurati per inducentem de necessitate sunt examinandi, & maximè si per partem adversam expensæ examinis offerantur, sed in contrarium extat Hieron. Laurent. decis. Avenion. 116. per tot. ubi reprobat Innocent. & sequaces; ex eo quod nimis grave sit examinare ad utilitatem adversarii, & parare arma contra se, cui objecto satisfit per subministrationem expensarum ut supra.

52 Testes (quidquid sit in civilibus) possunt in criminalibus jurare, examinari, & torqueri etiam in diebus feriatis ad honorem Dei, & in die Dominico, maximè in causis gravibus, Cabal. resol. crim. cas. 227. n. 16 & 23. Guaz. def. 14. cap. 9. Farinac. quæst. 80. opposit. 36. & 37. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 4. nu. 73. Abeccles. & Crescin. obser. 76. & obser. 77. part. 1.

Quod possint examinari, etiam diebus feriatis, dummodò juraverint in die non feriato, Guid. Papp. quæst. 215. n. 3. quæst. 185. Menoch. de arbitr. lib. 2. quæst. 30. n. 15. Penzon. ad Stat. Urb. cap. 58. n. 27. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 1. n. 180. fol. 303. latè Ridolphin. in Prax. part. 2. cap. 11. n. 46. & seqq. ad 70. ubi etiam qualiter commisso examine à judice notario, censetur commissa receptio juramenti, &c. adde Francisc. de Angel. de confess. lib. 1. quæst. 7. effect. 14. n. 9. & seqq. Nicoll. Instit. canonicar. tit. de fer. n. 5. Pellegrin. loc. cit. part. 2. sect. 2. subsect. 6. n. 13. Abeccles. & Crescin. loc. cit.

Quòd non probent jurati in die feriato, Seraphin. dec. 855. n. 9. & n. 27. Ridolphin. loc. cit. n. 46. & n. 114. ubi limitat in testibus absfuturis, nisi obstet stylus Curiæ, & quæ juramenta præstare debeant testes absfuturi. Vide Pellegrin. Abeccles. & Crescin. loc. supra addact.

Possunt etiam examinari extra terminum, dummodò juraverint in termino, Cavaler. dec. 349. nu. 5. Ludovis. dec. 327. n. 8. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 156. nu. 18. &c. & cap. 128. nu. 20. &c. ubi benè distinguit Farinac. quæst. 80. opposit. 37. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 692. & seqq. & fol. 339. ubi plura summatim, in qua parte judicii, & termino sint testes recipiendi, & examinandi. Vide Abeccles. obser. forens. part. 2. obser. 79.

Quòd jurati in termino possint examinari post terminum Card. Tusch. litt. T. conclus. 167. per tot. vide Paul. Christin. ad leg. Municip. tit. 1. art. 28. n. 10. &c. ubi limitat non procedere in termino à lege, vel statuto ordinaro, nec quandò potest parti negligentia imputari, & aliis modis remissivè ad Felin. in cap. licet causam de excep. in 6. Martha vot. Pis. 141. n. 3. & seqq. ubi limitat etiam si terminus sit datus à lege, vel statuto ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, nam tunc omnia debent fieri in termino.

Quòd testes examinati post terminum nullum gradum probationis faciant, etiam si fuerint examinati cum interrogatoriis partis, quando interrogatoria fuerant data in termino, Bicch. decis. 648. n. 17. & seqq.

53 Testes examinari debent expensis inducentis, sive remissoriam petentis, etiam quoad interrogatoria partis adversæ, ita ut si fuerit omissum examen super interrogatoriis ex eo quod dans interrogatoria noluerit mercedem pro rata solvere, dicantur nulliter examinati, sicut etiam si fuerint examinati in alio loco præter deputatum sine consensu partis, Cavaler. dec. 254. per tot. & dec. 349. ubi quod si juraverint in loco deputato possint extra illum examinari, prout etiam si data fuerint interrogatoria non reperitur protestatione nullitatis, Ridolphin. in Prax. par. 1. cap. 11. n. 107. &c. & cap. 12. n. 143. & seqq. Latè Pen. & Crescin. decis. 24. ubi distinguitur.

De hac materia quomodo testes examinari debeant totis expensis partis inducentis, benè Pac. Jord. Lucubr. vol. 3. lib. 4. tit. 18. num. 800. & seqq. fol. 345. facit Tusch. litt. T. concl. 139. ubi quid si examinentur extra territorium, Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 13. n. 100. & seqq. ubi cujus expensis sit facienda repetitio super interrogatoriis, & tenet quòd si examen erat nullum debet fieri expensis ejus qui vult repetitione juvari, si verò validum expensis primi inducentis, quando interrogatoria erant in actis producta in termino, Zuff. de legit. process. lib. 3. quæst. 141. n. 3. &c.

Quòd si pro utriusque partis utilitate actus geratur, debeat fieri communibus sumptibus, Gayl. lib. 1. obser. 99. n. 10. Paul. Christin. dec. 27. n. 20. vol. 3. vide in §. Nullitas n. 21. supra n. 20. & 23.

54 Testes non possunt examinari in Ecclesia, Cœmeterio, vel alio loco immuni sine licentia Episcopi, posset tamen absque alia licentia illis deferri juramentum, quia domus Dei, domus orationis, Guaz. def. 20. cap. 9. in fine, vide Sperel. dec. 51. per tot. & dec. 104. n. 55. Conciol. resol. crim. verb. Judex resol. 4. ubi transit cum Sperello contra Guaz. locis citatis dixi in §. Judex n. 29 & 33. De hac materia novissimè Raynald. Syntax. rer. crimin. cap. 1. §. 11. n. 14. & seqq. obi etiam ipse dixit hodiè inconcussè servandam esse opinionem Sperelli stantibus resolutionibus Sacræ Congregationis super controversiis jurisdictionalibus, & dixi in Præfat. Prax. de modo formand. Process. n. 12. & seq. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 4. num. 72. Crescin. in Pract. crimin. part. 1. tit. de probat. cap. delict.

55 Testis primus examinatus ubi non adest accusator vel denunciator habetur ipse pro denunciatore, vel accusatore, & tamquam talis in facto proprio non probat Bertazol. cons. 231. n. 103. lib. 2. Guaz. def. 29. cap. 2. n. 28.

Quia etiam habetur pro inimico accusator secretus, Ludovis. dec. 517. n. 11. et 12. vide in §. Accusatio n. 16.

56 Testes examinati extra locum judicii non probant, sufficeret tamen juramentum præstari in loco judicii, Gratian. discept. for. cap. 118. num. 33. cap. 23. cap. 738. n. 72. facit Vivi. comm. opin. 957.

Quòd examinati, & positi ad partes habeantur pro non examinatis, & judicando non sit attendendi, nisi posteà fuerint in processu positi, ut fiant de actis, Vellr. in Prax. lib. 6. cap. 2. n. 24. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. n. 371. etc. fol. 322. Gratian. discept. for. cap. 677. num. 39. Bichi. dec. 34. n. 3.

57 Testes examinati coram judice incompetente nihil probant, ita ut nec possit illorum depositio convalidari de consensu partium, quidquid alias convalidetur quoad cæteras nullitates ordinis non servati, Farinac. de test. quæst. 80. num. 118. et cons. 193. n. 5. lib. 2. Gratian. discept. for. cap. 674. n. 16. etc. Tusch. littera T. conclus. 160. per tot. Conciol. resol. crim. verb. Testis quoad examen. resol. 4. per tot. ubi quòd ideò examinati per judicem laicum in causa immunitatis, vel posteà remissa debent repeti à judice Ecclesiastico.

Quid si unum deponant coram judice incompetente; & posteà contrarium coram competente, cui di-

dicto sit standum, Menoch. *de arbitr. cas.* 108. *nu.* 29. *etc.*

58 Testis dans alium in contestem, qui interrogatus dicat se nescire, & neget nihil probat, Magon. *decis. Luc.* 17. *nu.* 8. *etc.* vide Farinac. *quæst.* 67. *nu.* 181. *et seqq.* Rota *part.* 17. *dec.* 289. *n.* 10. *etc.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad dictum resol.* 2. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 269. *nu.* 9. *etc.* ubi limitat, nisi contestis in aliquo reperiatur mendax, quia tunc in omnibus talis præsumitur, nec detrahit fidei alterius, qui illum in contestem nominavit, vel si possint ad concordiam reduci, etiam si nominans sit unicus, sed adminiculatus, & vide *part.* 17. *dec* 283. ubi dicuntur adminicula, Meli *alleg.* 98. *n.* 17. *lib.* 2. Felician. *alleg.* 133. *num.* 18. *pag.* 2. Cabrun. *lucubrat.* 36. *n.* 30.

Et quando dubitativè respondens habeatur pro ignorante, vel pro negante, idem Magon. *d. dec.* 57. *n.* 27. *&c.* Vide Spad. *cons.* 19. *n.* 5. *cons.* 671. *nu.* 28. *lib.* 2. *& cons.* 381. *n.* 4. *lib.* 2. Caprar. *decis.* 123. *n.* 7. Anfald. *dec.* 8. *n.* 5. *dec.* 77. *n.* 14. Cabrun. *lucubrat.* 36. *nu.* 95. *&* 97. Crescin. ad Pen. *dec.* 146. Bertachin. *vol.* 108. *n.* 3.

59 Testes non possunt licitè præmium, vel pretium aliquod recipere, ut testimonium pro veritate dicant, cum teneantur liberè etiam non requisiti dicere testimonium pro proximo suo, & cum venale testimonium non sit veritatis testimonium, imò puniuntur arbitrio judicis, sicut, & si pecuniam recipiant ne testimonium dicant; cessaret autem pœna si illam accipiat loco mercedis suorum laborum, & expensarum, vel operarum amissarum, quòd justè facere possunt, vel si accipiant post dictum testimonium nulla præcedente promissione, Menoch. *de arbitr. cas.* 319. *per tot.* Tusch. *litt. T. conclus.* 227. *&* 247. *n.* 25. latè Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 86. *per tot.* ubi etiam quòd si fuerint in itinere derobati, debet illis damnum resarciri quando non spontè, sed coacti ad instantiam partis accesserunt ad judicium, dummodò illis nulla possit imputari culpa, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 806. *& seqq. n.* 815. *&c. fol.* 346. Farinac. *de test. quæst.* 87. *§.* 7. *num.* 236. *& seqq.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. *§.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. *&c.* vide *in §. Judex n.* 21. *vers. An autem*, *& num.* 25. *in fine*, latè Conciol. *resol. crim. verb. Falsum resol.* 29. ubi qualiter possint accusari, & puniri de falso, ob pecuniam acceptam, etiam non probato, quòd falsum deposuerint, saltem extraordinariè, nisi acceperint pro expensis, & viaticis, ut supra.

Quòd testes non possint compelli ad se subiiciendum examini propriis expensis, ideò possit illis constitui certum salarium pro quolibet die pro viatico, & expensis, nec ob id repellantur, nec eis diminuatur de fide Duran. *dec.* 427. *num.* 5. *&c.* Lanfranch. Zacch. *d. quæst.* 86. Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 228. latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 62. *& tit.* 4. *qu.* 21. *& quæst.* 25. Rot. *in Noviss. part.* 6. *dec.* 239. *n.* 24. vide *in §. Famulus n.* Gayl. *lib.* 1. *observ.* 9. Paul. Christin. *dec.* 27. *nu.* 20. *&c. vol.* 3. ubi quòd debent testibus omnes impensæ subministrari etiam non deducto eo, quòd domi impensuri fuissent, juxta veriorem opinionem. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4 *sect.* 5. *n.* 23.

Quòd testes non præsumantur falsarii si quis illis palam det pecuniam, ut veritatem dicant Menoch. *de arbitr. cas.* 244. *n.* 8.

Sed quòd sint aliqua pœna digni videtur melius concludere idem Menoch. *de arbitr. d. cas.* 310. *n.* vide Farinac. *de test. quæst.* 67. §. 7. *per tot. supr. n.* 34. *& seqq.*

Quòd testes possint requiri, ut se examini subiiciant, & pro veritate interrogati respondeant, nec ob id eis minuatur de fide, Farinac. *de test. quæst.* 67. *n.* 286. Seraph. *dec.* 1147. *nu.* 4. *&* 5. Bich. *dec.* 179. *n.* 2. *supra n.* 36. *& n.* 13. *in fine.*

In criminalibus subministrandæ sunt expensæ testibus pro eundo, & redeundo quando inducuntur à reo ad defensam, non autem à fisco, nec ab accusatore, cum teneantur deponere ad publicam utilitatem, Possent. *singul.* 381. & ita semper servari vidi.

Testium nomina ante illorum examinis publicationem, non sunt à parte illos producente alteri parti de necessitate edenda, sed sufficit soli judici illos nominare, & hoc ne subornentur, vel subducantur ab examine, Specul. *tit. de test. §. Qualiter n.* 3. Alex. *in l.* 1. *§. Editione col. penult. ff. de edend.* Dunn. *reg.* 5. *limit.* 4. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 390. *fol.* 415. Thom. Trivis. *dec.* 44. *lib.* 1. ubi quòd istud procedit stante disparitate litigantium, & potentia adversarii arbitrio judicis æstimanda, vide Guaz. *def.* 24. *cap.* 3. *n.* 7. *& seqq.* facit Conciol. *res. crim. verb. Reus resol.* 4. ubi an, & quando reo sint edenda nomina testium pro informatione Curiæ examinatorum. Vide Cresp. de Valdaur. *obser.* 89. *et obser.* 90. Pen. & Cresc. *dec.* 15. 60

Non obstat, quòd hoc modo non posset quidquam contra illorum personas opponi, quia post publicationem semper remanet salvus terminus ad repulsam, & quid servetur in criminalibus, vide *in §. Nomen num.* 1.

Quòd de stylo sint edenda nomina testium etiam parti ante examen fuit dictum, & resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ sub die 29. Julii 1666. in causa Vicariatus Lari contra Silvium Nicolai Fracassi, prout in filcia Processuum dicti Magistratus 617. *n.* 50. & approbatum per S. C. S. sub die 30. Augusti dicti anni in filcia negotiorum *num.* 722. Contrarium autem fuit servatum Terræ Solis de anno 1677. in causa contra Andream Mannum, & approbatum à Magistratu prædicto, non tamen puncto discusso, ut constat in filcia Processuum ejusdem Magistratus de mense Septembris dicti anni, quæ est 850. sub num. 239.

Quòd in hoc standum sit stylo, & consuetudini Curiarum ex eodem Specul. refert, & sequitur Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 787. *fol.* 345. adde Cresp. de Valdaur. *observ.* 90. *per tot* ubi quando possint, & debeant nomina testium reis celari, etiam extrà causas Fidei. Et Florentiæ de mense Julii 1682. fuit resolutum à Rota criminali edenda esse nomina testium, etiam ante publicationem processus, ut reus posset facere interrogatoria testibus ad ejus instantiā repetendis ante publicationē processus, quod etiam servatum fuit in causa mihi delegata contra Doctorem Leonardum Baldinum.

Testes non sufficit, ut dicant, articulum sive capitulum, super quo examinatur esse verum, sed debent expressè deponere de contentis in illo, nisi sui dicti sufficientem rationem reddant, scilicet quomodo sciant articulum esse verum, Veral. *decis.* 7. *num.* 3. *decis.* 291. *part.* 3. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 11. Sperel. *decis.* 69 *n.* 43. Farinac. *de test. quæst.* 80. *num.* 100. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1027. *fol.* 358. Tusch. *litt. T. conclus.* 190. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 907. ubi qualiter omnes testes debeant per extensum examinari, & non relativè unus ad alium, ac scribi integras dispositiones tam pro fisco, quàm contra fiscum in criminalibus, & *opin.* 982. *per tot.* 61

Quòd imò sufficiat si dicant articulum esse verum perindè ac si per extensum singula in articulo expressa deponerent, Bart. *in l. Labea num.* 7. *ff. de suppel. leg.* Bald. *cons.* 10. *num.* 2. *lib.* 5. cum aliis per Merlin. *decis.* 36. *num.* 4. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 578. *num.* 3. *&* 13. ubi quòd Rota pluries tenuit hanc opinionem, quæ tamen non procedit in probatione immemorabili, in qua non sufficit dicere articulum verum, nisi etiam causa reddatur, *supra n.* 2. *vers. An autem Testes.*

Testes non possunt suum testimonium ferre in scripturis, vel per procuratorem, sed debent viva voce deponere, nisi essent muti, & surdi, vel factum esset adeo intricatum, ut aliter quàm scripturam exprimi non valeat; admittentur tamen ad jurandum per procuratorem habentem speciale mandatum, Ambrosin. *Process. in for. lib.* 6. *cap.* 3. Guaz. *def.* 14. *cap.* 7. Vivi. *comm. opin* 949. *&* 951. Farinac. *quæst.* 80. *opposit* 35. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 132. *num.* 3. ubi quòd probationes factæ per fides extrajudiciales 62

non

non attenduntur, sed debent fieri per examen judiciale, maximè in materia attentatorum, in quibus requiruntur testes undequaque idonei.

Quòd testes non possint per scripturam testificari, Covar. *var. resol. lib. 2. cap.* 13. *num.* 6. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 77. *num.* 2. Tusch. *litt. T. conclus.* 178. ubi limitat parte non opponente, in relatione peritorum, in arbitris, & arbitratoribus, & quando essent legales personæ, Paul. Christin. *decis.* 28. *num.* 54. *&c. vol.* 3.

Quod non possint testimonium ferre per litteras, vel quamlibet aliam scripturam, sed præsentialiter, & coram Judice, *cap. testes* 1. *quæst.* 9. quod procedit tam in civilibus, quàm in criminalibus, nisi aliter de consuetudine permittatur, vel parte non opponente, vel ubi testes essent valdè nobiles, & illustres, & in aliis casibus relatis per Farinac. *dict. quæst.* 80. *opposit.* 35. *per tot.* Card. Tusc. *litt. T. concl.* 178. Gayl. *obser.* 101. *num.* 14. Genu. *de script. privat. in Addit. quæst.* 36. *per tot. fol.* 44. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num* 189. *& seqq. fol.* 279. *& tit.* 18. *num.* 829. *& seqq. fol.* 347. Seraphin. *decis.* 415. *num.* 5. *decis.* 755. *num* 3. *decis.* 1296. *num.* 10. Buratt. *cum Addit. decis.* 449. *num* 6. *& decis.* 688. *num.* 17. Anton. de Ballis *tr. var. lib.* 2. *quæst.* 11. *per tot.* Vide Pen. *decis.* 278. Rot. apud Piton. *de jurepatr. alleg.* 44. *n.* 73. *tom.* 5. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 2. *& in Indic. verb. Attestatio, & verb. fides* Emerix jun. *decis.* 378. *n.* 1. *& decis.* 5350. *n.* 3. Caprat. *decis.* 51. *num.* 9. *decis.* 260. *n.* 8. *decis.* 283. *n.* 17. *decis.* 615. *num.* 6.

Quòd fides mercatorum circa illorum folium, & observantiam benè probent, præcipuè stante illorum consuetudine, & ubi procedit summariè, ac sola facti veritate inspecta, Altograd. *cons.* 45. *num.* 63. *lib.* 2. Duran. *decis.* 416. *num.* 8. *decis.* 368. *num.* 12.

Quòd fides non faciat fidem, & depositio per scripturam non admittatur, cùm patiatur quatuor defectus, nempè citationis partis, juramenti, præsentiæ, & vivæ vocis; istud tamen limitatur coram arbitris, & arbitratoribus, quibus data sit potestas procedendi de jure, & de facto; & item si testes mòrbo correpti non possint aliter deponere, vel si alia adminicula, & præsumptiones concurrant, quæ possunt jungi cum dictis fidelibus ad plenam probationem faciendam, Altograd. *cons.* 72. *nu. pr. & seqq. lib. pr.* vide Tusch. *litt. F. conclus.* 338.

Quòd fides extrajudicialis stantibus aliis adminiculis probet Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 35. *num.* 7. *&c.* ubi concordantes allegat, & *part.* 14. *decis.* 301. *nu.* 16. *et* 17. ubi de fide Sacerdotis, Capuccini, & Rectoris Societatis Jesu magnificienda maximè de actu coram se gesto, & stante morte, ob quam non possit examinari, cùm non præsumatur voluisse mori cum perjurio. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *numer.* 4. *de Dot. disc.* 94 *n.* 5. Caprat. *decis.* 536. *n.* 9.

Qualiter etiam mors probari possit per simplices fides sine citatione partis, vide in *§. Mors num.*

Quòd simplex fides non faciat fidem maximè obtenta parte non citata, Gratian. *discept. forens. cap.* 870. *nu.* 22. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 214. ubi etiam si sit Cardinalis, fides firmata juramento coram notario, & testibus, nisi sit verisimilis, & adminiculis fulcita, vel facta ab Officiali de spectantibus ad ejus officium, Bich. *decis.* 499. *num.* 11. ubi de fide notarii Cameræ, & Secretarii ut probet.

Quid in fide Magnatum, & nobilium virorum, Doctorum, aliarumque personarum integrium, optimæ conscientiæ, & sanctitatis, idem Gratian. *cap.* 677. *num.* 8. *etc.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 189. *etc. fol.* 279. *cum aliis supra relatis*, Merlin. *decis.* 614. *n.* 13. *et seqq.* ubi quòd probant, & idem firmat Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 421. *n.* 12. De Luc. *de Judic. dict. disc.* 32. *n.* 3. Caprat. *decis.* 536. *n.* 9.

Quòd attestatio Episcopi non probet, cùm non sit jurata, nec citata parte emanata, præsertim, si videatur tendere in ejus favorem, Rot. *part.* 9. *decis.* 307. *num.* 9.

Attestatio tamen Cardinalis, etiam solius, & eò magis duorum probet, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 92. *num.* 3. *etc.*

Quòd litteræ missivæ tamquam scripturæ privatæ non possint habere vim testimonii ob defectum citationis, & juramenti, ac quia testes per scripturam testificari non possunt, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 77. *num. pr. etc.*

Quòd fides facta à publico officiali de re spectante ad ejus officium, veluti à Punctatore Capituli, Secretario Senatus Bononiæ, Religionis Hierosolymitanæ, & hujusmodi concludentem faciat probationem, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 421. *n.* 3. *et seqq.* ubi plures DD. & decisiones concordantes allegat, *et decis.* 427. *num.* 5. ubi de fidibus notariorum, & causidicorum ad probandum stylum Tribunalis, ut probent, etiam si sint extrajudiciales, & *decis.* 436. *num.* 14. ubi de fide Secretarii Montis *d. part.* 9. *recent. et part.* 10. *decis.* 121. *num.* 3. *et decis.* 223. *nu.* 6. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 55. *num.* 15. ubi quòd fides licèt extrajudiciales notariorū actuariorū probant stylum Tribunalis, & *par.* 14. *dec.* 219. *n.* 4. ubi quòd fides Curialium licet extrajudicialis probat stylum, & observantiam Curiæ, vide *in §. Judex num.* 6. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 53. *n.* 5. *de Judic. disc.* 35. *n.* 72. *de Regal. disc.* 14. *n.* 7.

Quòd in possessorio summariissimo probent fides extrajudiciales, juncto antecedenti statu, Bich. *decis.* 427. *num.* 2. *et inter recent. part.* 11. *decis.* 51.

Testes debent deponere de his, quæ consistant in facto, nam deponendo de consistentibus in jure nihil probant, Cabal. *resol. crimin. cas.* 180. *num.* 6. *et per tot.* Ludovis. *decis.* 517. *nu.* 19. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 240. *num* 3. *et decis.* 311. *n. pr.* Tusch. *litt. T. conclus.* 175. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 485. *n.* 4. ubi quòd in his, quæ juris sunt, debet Judex propria peritia decidere, & non testium opinionem, & credulitatem sequi. Spad. *cons.* 160. *sub n.* 39. *lib. pr.* 63

Quòd deponentes de solito dicantur deponere de jure, & non probent, cùm solitum, sive consuetudo sit jus, & ipsi velint judicare, an solitum sit inductum, Marth. *vot. Pis.* 229. *num.* 5. *per text. in §. Ex non scripto Inst. de jur. nat. gent. et civil.* ubi etiam quomodo inducatur solitum, vel non.

Sicut etiam confessio eorum, quæ pendent à juris dispositione non attenditur si sit erronea, Cravet. *cons.* 29. *num.* 2. *cons.* 48. *num.* 7. Rot. *d. decis.* 311. *num. pr. part.* 2. *divers.* vide *in §. Confessio num.*

Testes instrumentarii negantes interfuisse instrumento, vel aliter ei contradicentes, licèt tollant fidem, & probationem ipsi instrumento, non tamen sufficiunt ad convincendum notarium de falso, sed solum præbent amplam materiam Judici ad inquirendum de falso contra eum, & contra ipsos testes, Cabal. *resol. crim. cas.* 183. *per tot.* facit Gratian. *discep. forens. cap.* 192. *num.* 22. latè Menoch. *de arbit. cas.* 105. *per tot.* vide *in §. Instrumentum n.* *§. Notarius num.* 16. Tusch. *litt. T. conclus.* 245. *per tot.* ubi plura an credatur notario, vel testibus contradicentibus, se ita deposuisse prout ipse scripsit, Boer. *cons.* 40. *num.* 110. *etc.* vide *in §. Assertio n.* 14. 64

Quòd in causa ponderosa possint adhiberi testes in examine cujuslibet testis, ut possit convinci de falso, si postea probetur veritas in contrarium, Boer. *cons.* 40. *n.* 121. *&c.* vel facere subscribere eundem examinatum, vel examen coram Judice recipere, Sanfelic. *decis.* 231. *nu.* 6. Conciol. *verb. Testium Miscellanea resol.* 11. *per tot.* ubi benè declarat an, & ad quos effectus credatur potius notario, vel testibus asserentibus non ita deposuisse, ut scriptum reperitur, de quo latè etiam Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæstion.* 109. *per tot. et quæst.* 110. ubi an depositio testis modo prædicto revocata afficiat reum, & negativè concludit.

Testes deponentes ad reprobandum testamentum, vel aliud instrumentum, debent non solùm removere sensum ab actu, sed actum à sensu coarctando negativam actus, & dicendo quod aliter fieri non potuisset, quin ipsi audissent, vel vidissent, aliàs non probatur negativa actus sine hujusmodi clausula, cùm ad reprobationem instrumenti non sufficiant probationes verisimiles, & possibiles, sed omninò necessariæ, & concludentes requirantur, ad latè tradita per Altograd. *cons.* 51. *num.* 107. *et seqq. ad* 122. *lib. pr.* 65

Spetel.

Sperel. *decis.* 27. *num.* 29. *et seqq.* vide *supra num.* *et in §. Negativa num.*

Quòd testibus instrumentariis non credatur contra instrumentum, si velint removere proprium sensum, dicendo non audisse, vel non intellexisse, cùm illud adversetur juris præsumptioni, & eorum depositioni, qui alias non debuissent pati se in instrumento uti testes adhiberi, idem Altograd. *d. cons.* 50. *nu.* 91. *et seqq. lib. pr.*

Sicut etiam testibus asserentibus se falsum dixisse testimonium, non adhibetur fides contra instrumentum coram illis publicatum, Altograd. *d. cons.* 50. *num.* 94. *etc. lib. pr.*

66 Testes etiam de directo contradicentes instrumento, vel testamento illud non reprobant, si alii testes in majori numero, vel saltem æquali instrumentum, vel testamentum coadiuvent, & pro illo deponant; licèt coadiuvantes non essent in numero sufficiente ad validitatem actus ab initio, ut alias oportet ubi de actu non extaret publicum instrumentum, sed esset probandus tantum per testes, sicuti latè ex multis testando de veriori, & magis communi opinione, quicquid alii contradixerint, probat Altograd. *cons.* 50. *n.* 138. *et seqq. ad* 146. *lib. pr.* ubi etiam quòd semper est amplectenda opinio, quæ stat pro validitate instrumenti, maximè concurrentibus adminiculis, prout optima fama notarii rogati, locus insignis celebrati instrumenti, verba antecedentia, & subsequentia concordantia cum instrumento, & similia, adde Paul. Christin. *decis. Belgic.* 25. *nu.* 9. *etc. vol.* 4. ubi quòd si omnes testes adversentur instrumento, vel major pars tollunt illius fidem in æquali verò numero statur instrumento, vide Vivi, *comm. opin.* 888.

Quòd deponentes pro testamento probent, licèt non recordentur de omnibus in eo contentis, sed tantùm de hæredis institutione, quæ est caput, & substantia testamenti, Altograd. *d. cons.* 50. *num.* 181. *et seqq. lib. pr.*

Quòd dicentes non recordari de instrumento, vel de contentis in eo, non faciant fidem illius vacillare sed opus sit quod asserant, vel non interfuisse, vel aliter fuisse scriptum, Rot. post cons. Farinac. *decis.* 43. ubi Centul. in Addit. cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1338. *fol.* 378. Vide Rotam coram Caprar. *decis.* 158. *num.* 9. *et decis.* 298. *n.* 5. *et* 6. De Loc. *in Indic. general. verb. testes singulares.*

Quòd magis credatur testibus instrumentariis deponentibus pro instrumento, quam impugnantibus; quid si testes instrumentarii deponerent contra instrumentum, notarius verò, & alii testes pro instrumento, & alia in hac materia, qualiter testes deponere, debeant ad reprobandum instrumentum, Menoch. *de arbitr. cas.* 105. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 919. Farinac. *de falsit. quæst.* 158. *par.* 2. Jordan. *loc. sup. cit. num.* 1355. *et seqq.*

Quòd testes deponentes super reprobatione instrumenti debeant esse omni exceptione majores, & quilibet minimus defectus illos repellat; si tamen agatur de testibus instrumentariis, ex quo videntur jam approbati, attenduntur tantùm exceptiones postea supervenientes, ad latè tradita per Altograd. *cons.* 50. *n.* 122. *et seqq. lib. pr.* ubi ponderat allocutiones, & congressus cum parte, affectionem versus illam nimis animosam depositionem, & hujusmodi, Sperel. *decis.* 27. *num.* 24. *et seqq.* Vide Spad. *cons.* 201. *n.* 6. *et* 7. *libr.* 3. Castald. *consult.* 263. *n.* 7 *vol.* 2.

Quot, & quales requirantur testes ad reprobandum instrumentum, vel alios testes, Tusch. *litt. T. concl.* 283. *et seqq.* ubi quòd requiruntur duo pro singulo, & alia.

67 Testes adhibiti in testamento debent esse rogati à testatore, & non casu advenisse, aliàs testamentum esset nullum nisi sit ad pias causas, vel inter liberos, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 93. *per tot. cap.* 550. *num.* 7. & *num.* 46. *etc.* Clar. *§. Testamentum qu.* 38. Vivi. *comm. opin.* 89. Leoncil. *decis. Ferr.* 145. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 32. *num.* 6. *cum Addit. et num.* 37. ubi quòd secùs in codicillis, in quibus est remissa omnis solemnitas, sequitur Rot. *in Bononien. hæredit.* 14. *Martii* 1651. coram Bichio *n.* 17. penes Pauli Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *dec.* 96. latè Boer. *decis.* 54. Tusch. *litt. T. concl.* 291. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recen. decis.* 478. *num.* 7. *et* 8. ubi quòd clausula codicillaris supplet hunc defectum. Rocc. Episc. *cap.* 40. *a n.* 25. *lib. pr.* Castald. *consult.* 290. *n.* 17. *vol.* 2. Pen. & Crescen. *decis.* 1471.

Ita ut non præsumantur rogati, secundùm Diaz. *reg.* 751.

Sufficere tamen ut rogentur à notario, vel ab alio præsente testatore, Gratian. *discept. forens. cap.* 849. *num.* 22. *&c.*

Quòd præsumantur rogati, cùm sit solemnitas, quæ tunc potuit intervenire, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 9. *num.* 2. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1354. *per tot.* Urceol. *consult. forens. cap.* 88. *num.* 14. *&c. vol.* 2. ubi etiam *nu.* 12. *&c.* quòd sufficit fuisse præsentes, & rogitus suppletur per clausulam codicillarem, latè Ferdinand. de Escanno *tract. de testam. cap.* 25. *per tot.* vide *in §. Testamentum n.* 21.

Præsumi etiam rogatum notarium, dum ipse testamentum scripsit, & quoad testes, vel non esse necessariam hujusmodi solemnitatem secundùm aliquos in testamento nuncupativo, vel sufficere fuisse rogatos, sive à notario, sive à quacumque alia persona, & censeri rogatos dum reperiuntur descripti in testamento, Altograd. *cons.* 50. *num.* 252. *& seqq. lib. pr. cons.* 55. *n.* 50. *& seqq. lib. pr.* & latè videndus ex professo Farinac. *de test. quæst.* 62. *n.* 132. *& seqq. ad* 174. Tusch. *d. concl.* 292. *per tot.*

Quòd testes debeant cognoscere testatorem licèt secùs sit in contractibus. Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 292. ubi citat Signorol. *cons.* 149. *per tot.* vide *in §. Notarius num.* 4.

Testes testamentarii debent audire nomen hæredis ex ore proprio ipsius testatoris in testamentis nuncupativis, ita ut non sufficiat relatio ad aliam scripturam Gratian. *disceptat. forens. cap.* 973. *per tot.* vide *in §. Testamentum numer.* 68

Quinam autem testes sint idonei in testamentis, dic omnes, qui non reperiuntur expressè prohibiti, cùm edictum de testibus sit prohibitorium certarum personarum tantùm, & in reliquis permissorium, ut in *§. Testes autem ubi DD. autem Instit. de test. ordin.* Altograd. *cons.* 55. *num.* 55. *&c lib. pr.*

Testes testamentarii debent videre testatorem, aliàs testamentum est nullum, nam interrogati de causa scientiæ debent respondere, quia viderunt, & non sufficit dicere; quia audiverunt, Gratian. *discept. forens. cap.* 849. *num.* 47. *&c.* vide *in §. Testamentum num.* 34. Tusch. *litt. T. concl.* 176. *n.* 3. *& concl.* 177. *per tot.* Clar *§. Testamentum quæst.* 59. Diaz. *reg.* 729. Paul. Christin. *decis.* 7. *n.* 5. *vol.* 4. 69

Hæc tamen solemnitas quod testes videant testatorem remittitur tempore pestis, cùm in testamento pestiferati sufficiat testes audivisse testatorem, & illius vocem notam habuisse, licèt ob interjectum parietem, vel cortinam illum non viderint, prout etiam censetur remissa quotiescumque cessat omnis fraudis suspicio, Altograd. *cons.* 73. *num.* 4. *& seqq. lib. pr.* Peregrin. *decis.* 80. & alios pro hac parte allegat Dian. *tract.* 6. *resol.* 39. ubi tamen ipse videtur contrarium firmare, cùm tunc magis milliter suspicio falsitatis.

Testes deponentes de his, quæ viderunt, vel audiverunt per parietem intermedium, vel cortinam, an probent si habeant notam vocem, & an requiratur saltem quod prius viderint, quod alii non adessent, & quando sunt plures videntes per rimulam, debent dicere quod unus post alium vidit, cùm non detur possibilis visus omnium unico contextu, nisi rimula esset longa, Gratian. *disc. for. cap.* 849. *n.* 16. *& per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 475. *nu.* 16. *&c.* Tusch. *litt. T. concl.* 176. ubi qualiter deponentes de voce sibi nota illius, quem non videbant, probent, vel non. 70

Testes de auditu proprio, & immediato si concurrat etiã visus plenè probant, si verò nõ viderunt, sed tantùm audiverunt per parietem, vel cortinam intermediam, & agatur de actu inter vivos pariter probant, dummodò notam habeant vocem loquentium, qui non sint infirmi, & si aliquod aliud adminiculum concurrat, secùs autem si agatur de ultima voluntate, 71

latè

Digitized by Google

latè Menoch. *de arbitr. cas.* 475. *num.* 15. *& seqq. per tot.* Altograd. *cons.* 50. *num.* 173. *&c. lib. pr.* ubi de eo, qui habebat impedimentum unius auris, quod non faeit quin æquè, & benè audire potuerit prout alii, vide Farinac. *de test. quæst* 69. *num.* 148. *&c.* Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 819. *&c. fol.* 349. Card. Tusch. *lit. T, concl.* 176. *& seq.* Vasq. *de success. lib.* 2. *§.* 14. *nu.* 2. *&c.* Vivi. *comm. opin.* 990. ubi quòd probant etiam matrimonium, & alia ut supra cum distinctione inter contractus, & ultimas voluntates.

72 Testes de auditu auditus, & sic de audito mediato, vel alieno nullam fidem faciunt, sed solùm quandam præsumptionem, ea qua onus probandi transfertur in adversarium, modò illi, à quibus dicunt audisse sint vita functi, vel absentes, ita ut examinari non possint; in antiquis tamen plenè probant, si non ab uno solo, sed à pluribus, & ab eisdem omnes de auditu deponentes dicant, & non à diversis, ne efficiantur singulares, & si nominent personas, à quibus audierunt, & ante litem motam audivisse deponant, Menoch. *de arbitr. cas.* 475. *num.* 5. *& seqq. ad* 15. Gabriel. *comm. concl. tit. de test. conclus.* 3. Farinac. *quæst.* 69. *num.* 2. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 882. *& seqq. fol.* 350. latè Tusch. *litt. T. conclus.* 180. Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad dicta resol.* 4. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 28. *num.* 6. *&c. vol.* 3. Thom. Trivis. *dec.* 11. *per tot.* ubi qualiter probent in causa criminali, matrimoniali, & in antiquis etiam solum ultra 20. annos si sint mortui illi, à quibus testes audiverunt, & alia de hac materia, Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 572. *num.* 5. ubi refert contrarias opiniones circa dictam præsumptionem. Vide Jacob. Emerix *dec.* 78. *n.* 3. 125. *n.* 8. 132. *n.* 4. 195. *n.* 22. 987. *n.* 4. 1251. *num.* 16. 2085. *num.* 19. Caprar. *decis* 25. *n.* 5. *decis.* 85. *n.* 3. *decis.* 353. *n.* 5. *dec.* 576. *num.* 13. Balduc. *tit.* 2. *decis.* 7. *n.* 3. *tit.* 3. *decis.* 32. *num.* 18. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 4. *a num.* 46. De Luc. *de Donat. disc.* 35. *n.* 8. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 41. *n.* 3. *& lib* 14. *decis.* 12. *n.* 21. *vol.* 2. Pen. & Crescen. *decis.* 729., ubi quid in causa matrimoniali.

Ad hoc ut testes de auditu probent duodecim requisita concurrere debent, de quibus Hostiens. & alii *in cap. licet ex quadam de test.* Castr. *cons.* 56. *lib. pr.* Surd. *dec.* 145. *nu.* 2. *&* 11. Martha *vot. Pis.* 118. *num. pr. &c.*

Quòd testes de auditu probent in antiquis supra 60. annos, nec referat ut dicant à quo, vel quibus audierint, Duran. *dec.* 344. *n.* 4. *et* 5. sequitur Rota *par.* 12. *recent. dec.* 20. *num.* 5. *&* 6. *& par.* 13. *dec.* 318. *n.* 10. *et seqq. et par.* 14. *dec.* 276. *num.* 9. *et seqq.* ubi quòd probant etiam supra 40. annos, & licèt non nominent auctores, intelligendo tamen de causis civilibus. Jacob. Emerix. *dec* 264. *n.* 10. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 2. *dec.* 4. *n.* 9. *vol.* 3.

Quòd testes de auditu à parte adversa illos inducente nihil probent, Altograd. *cons.* 21. *num.* 18. *lib.* 1. quia non præstatur fides testibus, quorum repelluntur auctores, *cap. Fraternitatis de haeret. cap. nullus* 3. *quæst.* 4. *cap. licèt ex quadam de testib.* gloss. & DD. *in auth. si quis in aliquo, Cod. de edend.* Gregor. *decis.* 570. *num.* 2. Buratt. *decis* 323. *num.* 18. Rot. *par.* 11. *rec. decis.* 301. *num.* 20. Cabrun. *lucubr.* 11. *num.* 26. *et* 27. *et lucubrat.* 36. *num.* 35. Caprar. *decis.* 357. *n.* 10. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 3. *n.* 30. *vol* 3.

Quòd testes de auditu alieno non magis probent, quàm probarent illi, à quibus audivisse dicunt, ne plus credatur copiæ, quam originali, & numquam probent nisi audiverint à pluribus, Farinac. *qu.* 69. *num.* 85. *num.* 79. *etc.* Rot. *in Romana nullitatis matrimonii* 19. *Januarii* 1646. coram Argentes plenè Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 87. *num.* 17. *etc.* Vide Pen. *decis.* 930. *n.* 3., ubi quid si is, à quo audivit, contrarium asserat.

Quòd testes de auditu auditus, sicut exemplum exempli nihil probent, Gratian. *discept. forens. cap.* 363. *num.* 10. *etc. cap.* 859. *num.* 33. *etc.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad dicta resol.* 4. *per tot.* ubi limitat non procedere in delictis occultis, & difficilis probationis, nec ad defensam, nec contra fiscum inducentem, nec in crimine assassinii secundum multos licèt alii contra, nam in istis casibus probant, vel saltem faciunt indicium, & præsumptionem, dummodò nominent eos, à quibus audierunt, audierint à pluribus, & illi sint mortui, sicut etiam probant in iis, quæ percipiuntur per sensum auditus, veluti si dicant audivisse aliquem blasphemantem, & hujusmodi.

Item testes de auditu nullam facere fidem, idem Gratian. *discep. for. cap.* 662. *n.* 10. *cap.* 753. *nu.* 13. Ludovis. *dec* 517. *n.* 14. *etc.*

Item si nominent auctorem non idoneum nihil probant, idem Grat. *cap.* 652. *num.* 12. *etc. num.* 33. *etc.* Vide Caprar. *dec.* 311. *n.* 8. *dec.* 220. *n.* 36. *part.* 1.

Testes deponentes vidisse de nocte Cajum vulnerasse, vel occidisse Sempronium, vel quid aliud noctis tempore gestum non probant, nisi addant rationem, quia luna lucebat, & quia erant accensa lumina, vel quia cognoverunt ad vocem ipsis benè notam, cùm alias sit impossibile eos vidisse, vel cognovisse id, de quo attestantur, quod tamen remittitur arbitrio judicis, cùm aliæ causæ possint dari, quibus testes etiam noctis tempore potuerint aliquem de facie cognoscere, ut vocis, regionis, hominis, & qualitatis loci, ut benè explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 325. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1113. *per tot.* Farinac. *quæst.* 52. *limit.* 2. *per tot.* Card. Tusch. *litt. T. concl.* 186. *per tot.* Ricc. *decis.* 63. *part.* 1. Novar. *in Pragmat. Reg. Neap. Collect.* 159. *n. pr. et* 1. latè Vivi. *comm. opin* 950. *per tot.* ubi plura notabilia observanda in praxi in hac materia tam ab advocatis, quàm à judicibus ad veritatem indagandam, Rip. *tract. de noct. temp. cap.* 57. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Nox resol.* 2. *et verb. Testis quoad dicta resol.* 5. *et* 6 ubi benè declarat quando testes deponentes vidisse de nocte, vel cognovisse ad vocem probent, vel non. Vide Carel. *decis.* 9. *n.* 12. Urceol. *de Transact quæst.* 8. *n.* 36. Cabrun. *lucubr.* 11. *n.* 33. *et* 34. 73

Testes deponentes per dictionem, *citra*, sine copula, *&*, vel alia dictione temporis continuationem denotante, veluti *ab inde*, *citra*, *semper*, *perpetuò*, & similibus non probant de tempore, quia si dicant à decem annis citra simpliciter potest verificari in uno solo actu una die tantùm facto, & sic non probans continuationem; ad hoc itaque ut concludant, necesse est, quod asserant talem possedisse à decem annis, & citra, vel abinde, citra, vel semper, & perpetuò, quia hoc modò concludenter probant possessionem per decennium continuatam, Cardin. Tusch. *litt T, concl.* 373. Gratian. *discep. forens.* 681. *n.* 45. *etc* Barbos. *de d. dict.* 58. *n.* 4. Rot. *part.* 4. *recent. tom.* 2. *decis.* 101. *n.* 20. *etc.* Cavaler. *dec.* 174. *num.* 3. Sperel. *decis.* 69 *num.* 46. *etc.* vide in §. *Tempus nu.* 5. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 300. *num.* 12. *dec.* 455. *et decis.* 347. *num.* 9. *etc. eadem part.* 9. ubi etiam qualiter deponere debeant, & quæ requirantur ad probandam immemorabilem, vide *in §. Consuetudo num.* 25. 74

An autem sit necesse quod testes recordentur, & deponant de tempore præciso, quando tempus non est de essentia, ita ut si de tempore non conveniant, efficiantur singulares, & non probent, Farinac. *qu.* 62. *num.* 232. *& seqq. quæst.* 64. *num.* 74. *& seq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 105. *& seqq. fol.* 309. Ludovis. *decis.* 290. ubi plura, si dubitativè deponant.

Quòd testes obscurè, & dubitativè deponentes, vel incertè, sive æquivocè in criminalibus non probent, ac idem si deponant de credulitate, nisi ad defensam, vel contra fiscum producentem, vel nisi bonam reddant rationem, vel in casibus difficilis probationis, in quibus testes de credulitate probant, Conciol. *resolut. crimin. verb. Testis quoad dicta resolut.* 13. *per totum* cum pluribus ibi citatis, vide supra *num.* 19.

Qualiter deponere debeant in antiquis probandis, Card. Tusch. *litt. T, concl.* 290. vide *in §. Consuetudo num.* 25.

Quòd suspecti de oblivione ob lapsum temporis non probent, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 428. *num.* 9. *&* 10.

Testes

Testes duo, vel plures contrarii deponentes per
75 dictionem, *in circa*, possunt reduci ad concordiam detrahendo à majori summa virtute illius dictionis, addendo alteri minori summæ, ut simul concordentur, & sic quandoque dicta clausula sustinet depositiones testium, ex traditis per Alciat. *in l. hæc adjectio, ff. de verb. signif.* Rota penes Farinac. *decis.* 334. *num.* 5. *part.* 5. *recent.* Barbos. *de d. dict.* 154. *num.* 8. vide supra *num.* 41. Ludovis. *dec.* 298. *num.* 4. ubi quòd regula, ut in majori summa insit minor patitur difficultatum in depositione testis, & non solet admitti in actu, qui potest afferre præjudicium.

Quòd deponentes per dictionem, *circa*, non probent, Curt. jun. *cons.* 144. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 46. *num. pr. &c.* Barbos. *dict.* 57. *num.* 11. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1032. *fol.* 358. vide *in §. Dictio num.* Vivi. *comm. opin.* 963. Ricc. *Collect.* 1520. ubi de deponentibus per dictionem, *circa*, seu *plus*, vel *ultra*, an, & quando probent, vel non, Ludovis. *dec.* 344. *per tot.* ubi quando probent deponentes per dictionem *in circa*.

An autem probent si deponant per dictionem, *& plus*, Menoch. *de arbitr. cas.* 47. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 227. *num.*

Quòd deponentes per dictionem, *ultra*, nihil probent, & ideò asserentes aliquid factum à 20. annis, & *ultra*, non probant tempus supra 20. annos, nisi aliam probabilem sui dicti rationem reddant, vel nisi agatur de reducendo ad concordiam plures testes, & tantò minus probarent sine copula, Seraph. *dec.* 1102. *num.* 3. Barbos. *de d. dict.* 428. *n.* 7.

Testes numquam probant quotiescumque contra-
76 rium ejus, quod deponunt potest stare cum veritate causæ, in qua se fundant, quia probatio debet esse necessariò concludens, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 77. *n.* 8. Magon. *decis. Flor.* 55. *num.* 40. Duran. *decis.* 337. *num.* 38. *decis.* 402. *num.* 21. Barbos. *de Axiom. jur. axiom.* 123. *nu.* 14. *& axiom.* 191. *nu.* 2. *&c.* vide *in §. Probatio num.* Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 430. Caprat. *dec.* 123. *n.* 7. *part. pr. pag.* 207.

An sit necessum ut deponant de tempore, Gratian. *discept. forens. cap.* 468. *n.* 25. *&c.*

Quòd non probent quoad verba enunciativa per eos prolata, cùm illorum depositiones debeant de necessitate concludere, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 26. *per tot. fol.* 42.

Testes deponentes per eumdem præmeditatum ser-
77 monem non probant, *l.* 3 *§. in magis, ff. de test.* Gratian. *discept. forens. cap.* 461. *num.* 20. *&c.* ubi etiam qualiter deponere debeant ad probandum valorem alicujus rei, vide *in §. Valor num.* de primo dicto, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 55. *num.* 6. Diaz *reg.* 761. Tuschus *litt. T, conclus.* 120. Farinac. *qu.* 65. *num.* 24. *et seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1368. Ludovis. cum Beltram. *decis.* 252. ubi quòd dicta suspicio tollitur ex numero testium, & remittitur arbitrio judicis, sequitur D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 89. ubi etiam quòd cessat quando testes sunt bonæ famæ, & opinionis. Vide Nicoli. *Instit. canonic. tit. de testibus n.* 40. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 42. Cabrun. *lucubr.* 36. *n.* 59. *&* 60. Pen. & Crescin. *decis.* 581. *n.* 20. *&* 21. *& decis.* 1224. *n.* 8

Deponentes tamen super forma verborum, vel de verbis formalibus non probant si in aliquo varient, & quando secus. Tusch. *litt. T, conclus.* 269. *per tot.* Farinac. *d. qu.* 65. *n.* 28. Beltramin. ad Ludovis. *d. dec.* 252. *n.* 14. Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 119. *n.* 4. Facit Episc. Rocca *cap.* 40. *a n.* 20. *cum seqq. lib. pr.*

Quòd testes instructi à parte non probent, licèt aliàs non sit prohibitum illos instruere ad veritatem dicendam, nec illis ostendere articulos, ut quod sentiant pro veritate deponant, Farinac. *de test. quæst.* 67. *num.* 283. *& seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 570.

78 Testes non probant quando illorum depositio cadit in tempus infantiæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 562. *n.* 30. *etc.* vide in §. *Pubertas num.* 3. §. *Pupillus num.* 19. Caprat. *dec.* 532. *n.* 3. *part.* 2.

Quòd imò testes in ætate legitima constituti possint testificari de his, quæ viderunt, vel audiverunt in ætate pubertati proxima, ac etiam in infantia, si sint talia, quæ cadere possint in sensum, & cognitionem infantia, Rot. *part.* 2. *div. dec.* 220. *n.* 7. *et* 8. vide Tusch. *litt. T, concl.* 183. *per tot.* Rot. *par.* 20. *rec. dec.* 75. *n.* 9. *et* 10. *par.* 13. *dec.* 293. *nu.* 7. *et seq.* Viv. *comm. opin.* 964. Vide Roccam Episc. *cap.* 167. *n.* 25. *et* 28. Crescin. ad Pen. *decis.* 201. Caprat. *decis.* 492. *n.* 3. *dec.* 369. *n. pr. et dec.* 326. *nu.* 10. *et* 21. De Luc. *in Indic. gener. verb. testes in genere.*

Nisi tamen obstet præsumpta oblivio ob longissimi temporis lapsum, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 428. *n.* 9. *et* 10.

Testium unitas, vel singularitas est triplex, ob- 79
stativa, diversificativa, & adminiculativa, qualiter induceatur, & quando possint illorum dicta conjungi ad faciendam perfectam probationem, Cabal. *resol. crim. cas.* 193. *per tot.* Giat. *decis.* 193. latè Farinac. *quæst.* 64. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 84. *et seqq.* Ricc. *Collect.* 126. 1084. 3090. Ludovis. *dec.* 390. *per tot.* Rota *par.* 15. *rec. decis.* 52. benè Sousa *in qu. unic. de test. singul. post Aphorism. Inquisit. fol.* 575. *etc.* Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 818. *nu.* 22. *et seqq.* Vide Nicoli. *loc. cit. n.* 41. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *a n.* 58. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth. tract.* 5. *quæst.* 5.

Quod singularitas testium nascatur ex diversitate loci, vel temporis, imò ex omnibus decem prædicamentis, Farinac. *d. q.* 64. *n.* 10. *etc.* Rot. *d. decis.* 52. Bellegrand. *loc. cit.*

Quando testes dicantur singulares, vel non, Tusc. *litt. T, concl.* 264. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 91. *nu.* 6. *et seqq. per tot. vol. pr.* Ludovis. *decis.* 390. *per totum* benè Rota *dict. dec.* 52. *per tot.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *a n.* 38. Pen. & Crescin. *dec.* 521. *et decis.* 662. Emeria jun. *decis.* 125. *n.* 2. Bellegrand. *loc. cit.*

Quibus magis sit credendum in singularitate tam obstativa, quam diversificativa, vel cumulativa, Farinac. *d. qu.* 64. *n.* 37. *et seqq.* Pac. Jordan. *d. tit.* 18. *n.* 1308. *et seqq. fol.* 375.

Quòd testes singulares regulariter non probent, limitatur, & declaratur pluribus modis per Farinac. *dict. qu.* 64. Jordan. *dict. tit.* 18. *num.* 95. *et seqq. fol.* 309. ubi tamen ostendit, quòd quando tempus non est de substantia actus, de quo quæritur non reddit testes singulares, si aliqui de eo præcisè non recordentur, adde Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad dicta resol. pr. per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1297. ubi quòd testes singulares in tempore probant, quando tempus non est de substantia. Probant etiam testes singulares in loco, & tempore quando agitur de probatione loci generalis, ut quod Titius fuerit in Civitate, si plures testes numero sufficientes, & qualitate, dicant illum vidisse in diversis locis Civitatis, licèt sint singulares in loco, & tempore, Farin. *d. quæst.* 64. *num.* 81. Sousa *d. quæst. unic. fol.* 593. *num.* 20. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 14. *decis.* 49. *n.* 9. *vol.* 4. Quoad locum vide Pen. & Crescin. *dec.* 662. & plura alia Bellegrand. *ubi supra.*

An testes singulares probent, & sufficiant in causa hæresis ad condemnandum hæreticum in pœnam ordinariam, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 31. ubi negativam sequitur, & probat, vide Paul. Christin. *d. dec.* 91. *num.* 8. *& seqq.* Farinac. *d. quæst.* 64. *num.* 201. *& seqq.* Sousam *loc. cit.* ubi pro affirmativa, latè, & novissimè declarantem Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. pr. §. pr. ad* 7. *num.* 255. *& seqq. fol.* 95. ubi an testes singulares sufficiant ad probandum corpus delicti in blasphemia, vel hæresi, & videtur concludere quod non sufficiant, nisi ad pœnam extraordinariam imponendam, vel ad torturam irrogandam, in qua si sequatur confessio, erit locus etiam pœnæ ordinariæ, cùm confessio rei superveniens suppleat, & perfectam corporis delicti probationem inducat in hujusmodi delictis facti transeuntis, vel aliter non apparentibus, in quibus uno, & eodem tempore habetur per testes cognitio facti, & facientis, & faciunt plura notata *in §. Corpus delicti, & §. Confessio.* Bellegrand. *loc. cit. tract.* 10. *qu.* 15. *n.* 7. *& tract.* 5. *qu.* 5. *n.* 13. *&* 14.

Quòd singularitas adminiculativa non excludat ple-

plenam probationem, imò illam constituat, quia conjunguntur ad unum probandum, Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 76. *num.* 31. latè Sousa *d. quæst. unic. per tot.* ubi de triplici singularitate, nimirum obstativa, adminiculativa, & diversificativa, quas benè exemplis declarat, probans in singularitate obstativa, testes nihil probare, imò tanto minus credi pluribus, quam uni; in adminiculativa verò non facere plenam probationem, sed majorem, vel minorem, & quandoque etiam plenam pro qualitate actuum, magis, vel minus ad delictum tendentium, & in diversificativa nihil probare in particulari, sed in communi quantum unus, ut ibi benè explicat, adde Thom. Hurtad. *resol. moral. part. pr. tract.* 4. *cap. unic. Append.* 2. *fol.* 243. *&c.* ubi qualiter testes singulares probent in delicto sollicitationis ad turpia in confessione, latè Ansald. *cons.* 128. ubi de crimine blasphemiæ, &c. Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 818. *num.* 21. *& seqq.* ubi de adulterio, Carol. Matant. *controvers. part.* 3. *resp.* 97. *per tot.* Burgn. Cavalc. *tit. de delict. part.* 5. *decis.* 13. *per tot.* ubi de sodomia, & illum sequitur Capyc. Latro *dec.* 163. *n.* 62. Pen. *dec.* 2301. *n.* 3. *& dec.* 1579. *n.* 6. Urceol. *dec.* 58. *n.* 60. Crescin. ad Pen. *decis.* 118. Emerix jun. *decis.* 1010. *n.* 3. *& dec.* 1061. *n.* 5. Caprar. *dec.* 319. *n.* 12. *par.* 1. Bellegrand. *tract.* 5. *quæst.* 5.

80 Testes mille singulares tantùm probant quantum unus, Gratian. *discep. for. cap.* 909. *n. pr. &c.* Vivi. *comm. opin.* 909. Sperel. *dec.* 178. *n.* 76. *&c.* ubi in quo sensu, & quomodo sit recipienda ista propositio, Paul. Christin. *dec. Belg.* 184. *vol. pr.* ubi quòd minus probant quam unus, Farinac. *de test. qu.* 64. *nu.* 41. *& seqq.* Gabriel. *cons.* 40. *n.* 19. *et seqq. lib.* 2. Ludovis. cum Beltram. *decis.* 390. *num.* 11. ubi intelligit de singularitate diversificativa, imò etiam de adminiculativa, secundum Gabriel *d. cons.* 40. *n.* 19. Rot. *par.* 18. *decis.* 263. Pen. *decis.* 211. *n.* 7. Crescin. ad eumdem Pen. *decis.* 118. Bellegrand. *d. quæst.* 5. *nu.* 15. *et* 16.

Quòd tamen testibus singularibus sit credendum stante illorum qualitate, & legalitate arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 90. *n.* 6. Gratian. *discep. for. cap.* 749. *n.* 4. *etc.*

Item probant testes singulares, & unici, ac simplicis fides ad declarandam voluntatem testatoris, non autem ad illam probandam, Bich. *dec.* 560. *num.* 3. *et dec.* 590. *n.* 10. vide *in §. Voluntas n.* 2.

Probant etiam testes singulares quando cum illorum dictis concurrit aliqua præsumptio, Menoch. *lib. pr. qu.* 86. Bich. *dec.* 495. *n.* 4. *inter recent. par.* 11. *dec.* 223. ubi quòd probant in liquidatione quantitatis fructuum, idem Bich. *dec.* 503. *et d. part.* 11. *decis.* 239. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 818. *n.* 9. *et seqq. per tot.* ubi licèt sint socii criminis in delictis, quæ solent occultè committi, ut adulterium. Crescin. ad Pen. *decis.* 118.

Quòd concurrentibus adminiculis probent, Rot. *p.* 2. *div. dec.* 220. *nu.* 4. *etc.* Merlin. *dec.* 962. *n.* 53. *etc* Lodovis. *dec.* 374. *n.* 82. Spad. *cons.* 100. *n.* 18. *lib.* 1. Crescin. ad Pen. *dec.* 118. Caprar. *dec.* 304. *num.* 8. *part.* 5. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 24. *num.* 3. *vol.* 1. *et lib.* 12. *dec.* 4. *n.* 12. *et lib.* 14. *dec.* 2. *nu.* 24. *vol.* 2.

Quòd judex possit illis fidem adhibere si ex suis depositionibus ad credulitatem inducatur, Menoch. *de arbitr. cas.* 90. *n.* 6. *etc.* Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 818. *per tot.*

Item in probatione miraculorum adhibetur fides testibus singularibus, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 492. ubi plura refert exempla.

Item deponentes de actibus successivis, & non momentaneis, si tendunt in eumdem finem probant non obstante singularitate, Altograd. *cons.* 23. *n.* 9. *lib.* 2. Scapuc. de Salaian. *lib.* 1. *quæst.* 31. Gratian. *discept. for. cap.* 144. *n.* 24. *etc. cap.* 438. *num.* 12. *c.* 681. *n.* 2. *cap.* 738. *num.* 52. *&c.* Sperel. *dec.* 65. *nu.* 54. *etc.* ubi etiam quòd probant quando habent pro se juris assistentiam, & præsumptionem, vide in *§. Heres n* Thom. Trivis. *dec.* 52. *nu.* 4. *lib.* 2. ubi quòd singularitas etiam diversificativa non tollit fidem testibus quando tendit ad eumdem finem, Marfil. *cons.* 3. *n.* 4. *et seqq.* ubi quòd testes tendentes ad eondem finem, licèt per diversa verba, & in actu reiterabili, non dicuntur singulares, sed admittuntur, & probant, quia ea, quia fiunt successivè, & continuatè dicuntur simul fieri, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 818. *per tot.* Cabrun. *lucubr.* 41. *nu.* 20. Crescin. ad Pen. *decis.* 118. Vide Bertachin. *vol.* 123. *n.* 22. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 14. *n.* 12. *lib.* 9. *dec.* 9. *n.* 6. *et dec.* 33. *n.* 8. *vol.* 1. Bellegrand. *loc. cit.*

Item probant testes singulares quando agitur de probando aliquid in genere, puta furorem, vel dementiam, & hujusmodi, Vivi. *comm. opin.* 908. Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 107. *n.* 12. Paul. Cristin. *decis.* 184. *vol.* 1. *nu.* 9. *etc.* ubi videtur contrarium tamquam tutius tenere Thom. Trivis. *d. dec.* 52. *nu.* 5. ubi quòd probant quando agitur de aliquo toto, & unus probat de parte, alter de alia parte, ex quibus partibus illud totum perficitur, vide Rot. *part.* 55. *rec. dec.* 52. *et part.* 18. *dec.* 818. *per tot.* ubi ad effectum probandi aliquem esse adulterum in genere, ut sit locus separationi thori. Crescin. ad Pen. *dec.* 118. Bellegrand. *ubi supra*.

Idem de fœnore in genere probando, Menoch. *de arbitr. cas.* 235. *n.* 23. *etc.* Vivi. *d. opin.* 908. ubi idem de fama, jurisdictione, hæresi, possessione, & his similibus, de quibus plenè Farinac. *quæst.* 64. Bellegrand. *loc. cit.*

Quòd ubi non agatur de probando actus particulares, de quibus testes singulares deponunt, sed id, quod ex illis resultat, sufficiant testes singulares, Castr. *consil.* 151. *n.* 7. Rota *in Regiensi Hæreditatis Mercurii,* 27. *Februarii* 1636. *coram Coccina in fine*, penes Altograd. *post cons.* 100. *lib.* 1. vide Sperel. *dec.* 139. *n.* 89. *et* 90. *dec.* 178. *n.* 73. *et seqq.* Joseph Felia. *in Margar. var. conclus. verb. Testes fol.* 204. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 818.

Quod singulares probent ubi sunt adminiculati, vel agitur de probando aliquid in genere, Rot. *in Romana nullitatis matrimonii* 19. *Januarii* 1646. coram Arguelles *n.* 16. apud Paul. Zacch. *quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *dec.* 87. Urceol. *tract. de transact. quæst.* 58. *num.* 33. *et seqq.* Rot. *d. dec.* 818. *part.* 18.

Quando testes singulares probent, vel non, Card. Tusch. *litter. T, conclus.* 263. *per tot.* Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 27. *dub.* 7. *fol. mihi* 2115. Farinac. *quæst.* 64. *per tot.* Merlin. *dec.* 692. *nu.* 51. *et seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad dicta resol.* 1. *per tot.* D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *quæst.* 6. *n.* 86. *fol.* 184. Rota *part.* 15. *dec.* 52. Pen. *dec.* 259. *n.* 4. *et* 5. Crescin. ad eumd. Pen. *decis.* 118. Emerix jun. *dec.* 89. *n.* 3. *et* 4. *et dec.* 112. *n.* 1.

Quòd in iis, quæ sunt difficillimæ probationis, ac ubi plures concurrunt præsumptiones, & adminicula testes singulares plenè probent, Marsha *vol. Pis.* 238. *n.* 8. ubi in crimine assassinii, Thom. Trivis. *dec.* 52. *lib.* 2. *nu.* 6. ubi quòd in atrocioribus, & difficilis probationis singularitas diversificativa non minuit fidem testium, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 76. *n.* 31. ubi quòd probant quando erat impossibile alios reperiri. Bertachin. *vol.* 4. *n.* 6.

Probant etiam metum, Ludovis. *dec.* 374. *n.* 20. vide *§. Metus*.

Qualiter diversitas loci, & temporis inducat singularitatem in testibus, & an singularitas, vel unitas sit, idem Zuff. *de legit. process. lib.* 1. *quæst.* 35. *&* 36. *per tot.*

Testes qualiter præsumantur contestes de loco, & tempore, & sufficiat concordare in substantia cum diversitas in cortice verborum potiùs adjuvet tollendo præsumptionem præmeditati sermonis, & alia ad inducendum, quod sint contestes, quamvis se invicem non nominaverint, Vivi. *dec.* 79. Gratian. *discept. for. cap.* 895. *n.* 76. *cap.* 948. *n.* 21. *& seqq.* Magon. *dec. Luc.* 32. *n.* 48. Card. Tusch. *litter. T. conclus.* 263. *per tot.* Rot. *in Noviss. par.* 6. *dec.* 87. *num.* 3. Farinac. *quæst.* 64. *n.* 28. *& seqq.* ubi quòd dicuntur contestes quando inferunt identitatem facti, licèt se ipsos in contestes non allegent, imò etiamsi unus testis dicat quod nullus alius erat præsens, 81

sens, vel quod non recordatur de præsentia aliorum, secundum Gabriel. *de test. concl.* 2. *nu.* 5. & 6. Pen. & Crescin. *dec.* 521. Pellegrino. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 38. *cum seqq.*

Quòd ut dicantur contestes, & conviveant, debeant deponere jurati de eodem facto, loco, persona, & tempore, illorum dictis nihil obstare, esse omni exceptione majores, & deponere de re sensu corporeo percepta, vel rationem dicti etiam non interrogati reddere; Pau. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 3. *fol.* 304. facit quod dixi *in §. Delinquens n.* 18. & *§. Qualitas n.*

82 Testium numerus quando dicatur effrenatus, ita ut sit à judice refrenandus, & taxandus, Menoch. *de arbitr. cas.* 149. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 28. *n.* 1. *&c. vol.* 3. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1081. *per tot.* Farinac. *quæst.* 80. *opposit.* 41. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 796. *&c. fol.* 345. Tusch. *litt. T, conclus.* 293. ubi quòd postquam fuerunt admissi, & juraverunt non potest amplius refrenari.

Quòd duo testes plenè probent, cùm in ore duorum, vel trium stet omne verbum, & quando secus, Card. Tusch. *litt. T, conclus.* 278. *per tot.* Conciol. *resolut. crim. verb. Testium Miscellanea resol.* 9. *per tot.* ubi quòd etiam in criminalibus sufficiunt duo testes ad condemnandum, quando sunt omni exceptione majores, & an tales præsumantur, vel ista qualitas sit probanda *in resol. seq. dixi supra n.* 26. & 47. Balduc. *tit.* 4. *dec.* 4. *n.* 10. Emerix jun. *dec.* 611. *n.* 6.

Quòd effrenatus testium numerus sit cohibendus super eisdem articulis, secus autem super novis, & diversis capitulis, aut magis specificatis Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 252. *n.* 10. & 11. ubi quòd ideò ex causa datur etiam secunda remissoria.

In Regno Neapolitano extat Pragmatica disponens, quod in qualibet causa non recipiantur testes ultra numerum quadraginta, vel ad summum quadraginta, in quo numero computantur omnes examinati in tota causa, ac etiam in primò, & secundò beneficio, Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 172.

Quòd pro quolibet articulo possint recipi septem testes, & non ultra, nisi in materia confinium, & factis antiquis, idem Novar. *Collect.* 219. *n.* 1. *&c.*

In Cathalonia super unoquoque articulo non possunt examinari ultra decem testes exceptis aliquibus casibus, Fontanel. *dec.* 361. & 362. *per tot.*

83 Testes, judices, & alii omnes cooperantes in causis criminalibus, ex quibus mors, vel membri mutilatio sequatur etiam præmissa protestatione efficiuntur irregulares, non tamen ea irregularitate, ex qua oritur peccatum mortale, & sic tàm clerici, quàm laici deponentes in dictis causis non peccant mortaliter, nec puniri possint, nec ob id clerici redduntur inhabiles ad executionem suorum ordinum, cùm talis irregularitas sit sine culpa, Cajetan. *in Summa verb. Irregularitas*, Summa Armilla *eodem verb. §.* 14. Tabien. *in Summ. eodem verb.* il 1. D. Antonin. *in Summ. part.* 3. *tit.* 28. cum aliis pluribus, quos refert, & sequitur Vivi. *comm. opin.* 917. *per tot.* ubi respondet Cravett. tenenti resultare infamiam *in cons.* 22. *n.* 1. & *seqq.* vide *in §. Irregularitas n.* 1. *&c.* ubi tamen quòd graviter peccant faciendo se promovere, vel ministrando sine dispensatione, quod puto certissimum ex contemptu. Vide Pen. *dec.* 150. *n.* 1.

84 Testes qualiter teneantur integram veritatem dicere tàm pro reo, quàm pro fisco, & judices illam recipere, & non mutilatam, nec divisam, vide *in §. Judex n.* 74.

85 Testes examinati pro fisco, possunt etiam examinari per reum ad ejus defensionem ob æqualitatem in judiciis servandam, & idem in sociis criminis, dummodò non inducantur ad probandum de directo contra id, quod prius deposuerunt pro fisco, Guaz. *def.* 25. *cap. ult. in fine*, Conciol. *resol. crimin. verb. Testis quoad dictam resol.* 14. *per tot.* dixi *in Pract. in Præfat. n.* 72. & *seqq.* ubi qualiter destituendo primam depositionem favore fisci factam possint processari, retineri, ac puniri de falso, præmissa etiam tortura ad effectum sciendi à quo, vel quibus fuerint subornati, de quo vide *supra n.* 40.

Testes non debent turmatim, & insimul examinari, sed separatim, & singuli de se, alias eorum examen esset nullum, quod est verùm etiam in confrontatione, ac in testibus super corpore delicti examinandis, Guaz. *defens.* 14. *cap.* 2. *n.* 6. & 7. Farinac. *quæst.* 80. *n.* 94. *consil.* 5. *n.* 59. & *seqq. lib.* 1. Zuff. *de legit. process. lib.* 1. *quæst.* 33. ubi quòd testes turmatim examinati habentur pro uno, Carena *de offic. Inquisit. part.* 3. *tit.* 7. *n.* 62. Conciol. *resol. crimin. verb. Testis quoad examen. resol.* 3. *per tot.* ubi limitat nisi contrarium servetur de consuetudine, prout in Francia, & Sabaudia, vide *supra n.* 48. 86

Hæc consuetudo non extat in partibus Etruriæ, cùm testes semper examinentur separatim, imò quandoque unus post alium incontinenti, retentis primis, donec omnes fuerint examinati, nec possint se invicem instruere, & hæc est optima praxis, licèt interdum viderim in probatione corporis delicti insimul recipi, & examinari testes, vel obstetrices, & peritos, per notarios imperitos, ac solum super recognitione cadaveris, & non super vulneribus, prout est necesse, quia in illis consistit delictum, & non in cadavere, quæ sunt erronea, improbanda, & corrigenda, & non pro consuetudine admittenda.

An autem testes turmatim, ut supra examinati probent, si postea in repetitione separatim deposuerint, Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 122. ubi videtur affirmare si materia fuerit clara, aliàs secus.

Testes deponentes sub spe impunitatis non probant, sed habentur loco denunciatoris, & tamquam corrupti, nisi aliundè eorum depositiones convalidentur, Farinac. *quæst.* 43. *n.* 192. Guaz. *def.* 20. *c.* 25. *n.* 2. Conciol. *resol. crim. verb. Testium Miscellanea resol.* 4. *per tot.* dixi *in §. Socius n.* 49. 87

Si tamen deponant cum tortura ad purgandam maculam, ut fieri solet, aliqualem faciunt probationem, ad tradita per Cabal. *res. crim. cas.* 29. *per tot.* ac ita sæpè servatum vidi, & ipse servavi Florentiæ.

Testes non tenentur respondere interrogatoriis continentibus crimen, infamiam, & turpitudinem propriam, quàm nemo in se detegere tenetur, sive crimen sit publicum, sive occultum; tenentur tamen respondere ad ea omnia, quæ illos inhabiles reddunt ad testificandum, veluti an sint pauperes, vel divites, plebei, vel nobiles, amici, debitores, & hujusmodi, Farinac. *quæst.* 73. *n.* 53. & *seqq.* Conciol. *resolut. crim. verb. Testium Miscellanea resolut.* 8. *per tot.* & *verb. Interrogatoria resolut.* 3. *nu.* 6. *sup. n.* 33. & *n.* 20. & *in §. Interrogatoria nu.* 10. 88

Testes qui deposuerunt vigore Monitorii Ecclesiastici, an aliquam probationem faciant, si non fuerint formiter repetiti, dixi *in §. Monitorium n.* 1. Et quòd possint cogi ad se judicialiter repetendum coram judice sæculari, Zuff. *de legitim process. lib.* 3. *quæst.* 103. *n.* 3. Giurb. *dec.* 94. *nu.* 13. *&c.* vide Nicoli *Institut. canonicar. tit. de sent. excom. n.* 26. Emerix jun. *dec.* 358. *num.* 4. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 37. *n.* 10. *lib.* 9. *dec.* 6. *n* 28. *vol.* 1. 89

Testes an aliquando possint oretenus audiri, & non deponendo pro fisco admitti non receptis illorum depositionibus, dixi in *§. Judex n.* 74. ubi vide quando sit admittenda, vel damnanda hujusmodi praxis. 90

23 Titulus diversus destruit contrariam possibilitatem ex adminiculis resultantem. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 2. *n.* 17. Tunc titulus diversus tollit possibilitatem tituli melioris, quando producitur ab ipsa parte pro fundamento intentionis, secus si fuerit productum ab oppositoribus. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 8. *n.* 13.

24 Titulus si detegatur infectus corruit quævis longa, & immemorabilis possessio. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 2. *n.* 17. *de Jurep. disc.* 57. *n.* 28. *disc.* 65. *n.* 3. *&* 4., ubi declaratur.

25 Immemorabilem an, & quando titulus excludat. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 47. *de Jurep. disc.* 57. *n.* 29. *disc.* 65. *n.* 3. *&* 4. *de pens. disc.* 22. *n.* 10. *in Annot. ad Conc. disc.* 21. *n.* 16.

26 Titulus vitiosus ostenditur per probationes claras, non autem dubias. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 47. *n.* 6.

27 Titulus novus non inducitur per transactionem, sed bene retineri dicuntur jure primævo. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 50. *n.* 7. *disc.* 93. *n.* 9. Neque ab indulto præservativo vacationis. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 64. *n.* 10. *&* 11. Tribuitur venienti ex fideicommisso pœnali. Card. De Luc. *de Benef. disc. pr. n.* 16. *in fin.*

28 Titulus infectus si retineatur inter scripturas, inducit malam fidem Cavaler. *decis.* 77. *n.* 7. *decis.* 91. *n.* 10. Buratt. *decis.* 912. *n.* 9. Rot. *rec. part.* 7. *dec.* 3. De Luc. *de Alien. disc.* 3. *n.* 11.

29 Obtinens ex titulo invalido potest validum cumulare, quoties ad primum non se restrinxerit De Luc. *de Alien. disc.* 15. *sub n.* 11.

30 Titulus administratorius excludit jus proprium Post. *de Manut. obser.* 52. *n.* 13. Dunoz. *dec.* 806. *n.* 7. De Luc. *de Benefic. disc.* 49. *sub n.* 10.

31 Titulus resultans a statuto, vel consuetudine in admisso ad participationem massæ sufficit pro promotione ad sacros ordines De Luc. *de Benefic. disc.* 80. *n.* 14. 15.

32 In manualibus cum non detur verus titulus, non datur vacatio neque collatio Ludovis. *decis.* 48. *n.* 5. *decis.* 142. *n.* 6. De Luc. *de benefic. disc.* 97. *n.* 18.

33 Non habens titulum, vel irrelevantem non dicitur collitigans, sed simplex oppositor Rot. *part.* 4. *rec. decis.* 167. *n.* 23. *tom.* 2. De Luc. *de Benef. disc.* 92. *n.* 16.

34 Titulus non datur, sed solùm inducitur præsumptio per regulam *de triennali* De Luc. *de Benefic. disc.* 91. *nu.* 20.

35 Titulus quando inficiatur ex decreto irritanti Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 65. *n.* 16.

36 Titulus Victoris in victum quando supervenire dicatur Card. De Luc. *de Judic. disc.* 41. *n.* 2. *&* 3.

37 Titulus par, & æqualis ubi adest inter contendentes, cessant remedia possessoria, & procedendum est remedio ordinario De Luc. *de Fideicomm. disc.* 197. *cum seqq. de Judic. disc.* 43. *n.* 15. *disc.* 44. *n.* 3. & vide eumd. De Luc. *in Indic. verb. legitimus contradictor*. Titulorum paritas quando possidenti noceat Rub. *de confuss. Jur. cap.* 2. *n.* 279.

38 Tituli novi acquisitio, & multiplicatio successiva penes eumdem Dominum in eadem re an, & quando subsistat Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 287. *cum seq. & cap.* 7. *n.* 313. Rot. *part.* 6. *rec. decis.* 218. *a nu.* 16. Roec. Episc. *cap.* 7. *a n.* 36. *lib. pr.*

Titulus ubi fuit productus ab ipso possessore, & invaliditas apparet ex ejus ventre, & lectura potest dicenti etiam in summariissimo possessorio, & admittitur ad retardandam manutentionem Caprar. *decis.* 157. *n.* 5. *part. pr.* 39

Titulo resoluto resolvitur etiam actuum exercitium Cost. *de retrotr. cap.* 8. *a n. pr.* Rot. *rec. part.* 23. *decis.* 396. *n.* 2. 6. *& seqq.* Caprat. *decis.* 182. *nu.* 25. *part. pr.* 40

Titulorum multiplicitas remanet exclusa, quoties vacatio evenit in mense Sedi Apostolicæ reservato, cum tunc nullus alius dari valeat titulus validus, nisi ex eadem Sede proveniens, qui sit anterior & justificatus Caprar. *decis.* 587. *n.* 9. *p.* 2. 41

Titulus de novo allegandus, utpotè tendens ad probandum petitorem jus in causa fovere, rejici non debet Calderon. *resol.* 89. *a n.* 28. *fol.* 784. 42

Tituli loco succedit sententia Emeria. jun. *decis.* 1257. *n.* 5. *dec.* 1318. *n.* 4. Maximè quando cum ea concordant antiqua scripta, sive memoriæ repertæ in Archivio Loci Emerix jun. *decis.* 1257. *n.* 7. 43

Titulus melior allegari non potest, quam posset Author, a quo quis habet causam Rot. coram Emeria jun. *dec.* 189. *n.* 25. 44

Varii tituli conglobatim expressi determinantur ac declarantur ab uno verbo in fine addito Rot. coram Emerix jun. *decis.* 1109. *n.* 8. 45

Titulus reconvalidatorius præsumptus oritur ex observantia etiam in iis, quæ non sunt in commercio hominum Emerix jun. *dec.* 1204. *a n.* 29., ubi hoc duobus modis declaratur. 46

Simplex titulus putativus non præservat possessorem a vitio etiamsi possidentem excuset a pœna Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 2. *n.* 18. *vol.* 3. 47

In concursu plurium titulorum expressorum inspici debet titulus specialis designatus in petitionem, & exercitium deductus, non autem haberi debet ratio de aliis titulis generaliter cumulatis Mantiss. ad De Luc. *lib.* 16. *decis.* 23. *n.* 8. *vol.* 4. 48

Titulus ex annuis præstationibus erutus censetur limitatus, & restrictus, si præstationes sint limitatæ Mantiss. ad De Luc. *lib. pr. decis. pr. n.* 6. *vol.* 3. 49

Titulus invalidus, & nullus non potest aliquem effectum operari Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 14. *n.* 72. *&* 73. *tom. pr.* 50

Titulus delicti non facit Judicem competentem qui verè non est Altimar. *ibid. rubr.* 9. *quæst.* 8. *n.* 66. *tom. pr.* 51

Tituli beneficiales sunt de jure positivo Fagnan. *in cap. cum pridem n.* 69. *de pact.*, & vide *ibidem n.* 126. Tituli Episcoporum sunt de jure positivo, & tamen vendi non possunt *ibid. n.* 129. Quid sit titulus ecclesiasticus *ibid. n.* 117. Titulum suæ possessionis an quis teneatur ostendere in beneficialibus Fagnan. *in cap. licet Heli a n.* 19. *de Simon.* 52

Titulus illustris non solet per Papam adhiberi nisi erga Magnates majoris dignitatis Emerix jun. *decis.* 625. *n.* 8. Titulati quomodo citentur Altimar. *de nullit. tom.* 2. *in Iudic.* Alia de titulatis De Luc. *in Indic. general.* 53

Plura de Titulari Calderon. *resol.* 26. *a n.* 62. Emerix jun. *decis.* 1351. Caprar. *decis.* 459. *n. pr. decis.* 538. *n.* 9. *decis.* 657. *n.* 2. *&* 3. *&* 10. *decis.* 657. *n.* 4. De Luc. in *Indic. generali*. Piton. & alii. 54

§. TORTURA. XIII.

TOrturæ, tormentum, & quæstio sunt apud Jurisconsultos synonyma, ac unum & idem significantia, & dicitur corporis cruciatus ab extrinseco proveniens, hoc est de judicis mandato ad veritatem à reis, sive à testibus indagandam, sive inquisitio veritatis per tormenta, & corporis dolorem, *l. item apud Labeonem*, *§. qu.* 13. *ff. de injur. & fam. libel. l. pr. §. quæstionem*, *ff. ad Syllan.* Azor. *in sum. d. quæst.* Brun. *de indic. & tort. part.* 2. *cap. pr. &* 2. ubi etiam plura, quæ veniant appellatione quæstionis, 1

nis, & torturæ, & alia, Boss. *tit. de tort.* Grilland. *de quæst. & tort. dubit. pr. num.* 3. Carer. *in Pract. crim. in princ. num.* 175. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *num. pr. num.* 5. *& seqq.* Tuschus *litt. T, conclus.* 325. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 204. *per tot. vol.* 4. ubi plura Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæst. pr. & seqq.* Francisc. de Magistr. *in Silva Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *fol.* 593. & de tortura plura remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. juridic. verb. Tortura*, vide Pellegrin. *in prax. vicar part.* 4. *sect.* 14. *num.* 2.

Quomodo autem probetur tortura, Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1384. *per tot. infra n.* 16.

De atrocitate, & gravitate torturæ, ita ut morti æquiparetur, & alia ad rem, D. Fulv. Majoran. *in Opoprax crim. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 166. *& seqq. fol.* 234. Farinac. *qu.* 42. *num.* 3. *&c.* Scyal. *in Pract. torquen. reas cap. pr.*

2 Tortura, sive tormentum funis ligatis manibus post terga, & facta elevatione in altum, licèt hodie usitatissimum apud omnia tribunalia, olim fortè non erat in usu, maximè cum squassationibus, ut colligitur ex §. *Quia verò non oportet Aut ut nulli. jud. seu Novell.* 134. ubi prohibentur tormenta, quibus articuli dissolvuntur, cùm utriusque manus abscissione graviora reputentur, refert Guid. Pancirol. *thesaur. var. lect. lib. pr. cap.* 24. *litt. C, fol. mihi* 47.

Sed imò hujusmodi tormentum funis à consuetudine approbatum, esse etiam de jure permissum *ex l. nulli, C. ad l. Jul. Majest.* notat Brun. *de indic. & tort. part.* 2. *quæst.* 2. *sub numer.* 6. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *qu.* 5. ubi refert alia plura diversa tormentorum genera.

Antiquis enim temporibus utebantur judices, sive Tyranni variis tormentorum generibus, quæ postea tanquam sævissima in desuetudinem abierunt apud Christianos, nam quidem igne adusti; verberibusve cæsi, aut stimulis puncti crimina fateri cogebantur, vel crudis nervis super ventrem cædebantur, vel virgis percutiebantur, vel laminis ignitis lateribus admotis urebantur, clavis ossa comminuebantur, sive frangebantur, ungulis, membra, latera, & maxillæ concidebantur, vel flammis accensis inferioribus corporis partibus vexabantur, vel in equuleo, idest ligno in summo acuto nudi æquitantium more impositi distendebantur, vel fidiculis idest cordis citharæ ex nervis factæ in membris constringebantur, vel plumbatis verberabantur donec omnia ossa confringerentur, item per rotas, radios, ungulas, rotabula, catapultas, lebetes, catastas, frixoria, digitaria, pugillaria, manus ferreas, succensoria, ollas æneas, sartagines, & hujusmodi affligebantur, prout refert Guid. Pancirol. *thes. var lect. lib. pr. cap.* 41. *litt. D, & seqq. fol.* 47. Ant. Gallon. relat. per Paul. Zacch. *d. tract. lib.* 6. *tit.* 2 *qu. pr. num.* 10. *in fine*. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 25. *sub n.* 5.

Alia tormentorum genera refert Brun. *de indic. & tort. part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 6. nempè aquæ per nares cum calce obstructo ore patientis, taxillis in osse pedis, vulgariter *detta l'assa pazzo*, muscouis in umbilico cum ciato desuper ne possit egredi, linguæ caprinæ, virgarum inter digitos stringendo cum cordula, funis, quod est frequentissimum, carnis multum salitæ denegato potu, lardi porcini ad pedes versus ignem, & hujusmodi, de quibus Bald. *in l. pr. C. emancip. ter.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *qu. pr. num* 22. *& seqq.* Anton. da Ballis *tract. var. lib.* 2. *qu.* 5. *per tot.* Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 25.

Hodie autem quatuor tantùm tormenta sunt in usu apud Tribunalia ad veritatem indagandam, prout testantur omnes recentiores, & versantibus in foris sunt notissima, cæteris omnibus interdictis.

Primum, & frequentissimum est tormentum *funis*, sive *cordæ*, ita ut torturæ nomine simpliciter prolato, de hoc intelligatur.

Secundum est tormentum *Vigiliæ*, quod alii *Capram*, alii *Cavallettum* nuncupant, & est quando reus denudatus, & pilis abrasus, brachiis versus spinam retrò contortis alligatur tanquam torquendus, tripes, sive scamnum est in promptu sexipedalis altitudinis, cujus summitas in quadrangulari tabula lignea, in quo sedens sistitur, adhibitis aliis etiam diligentiis, prout benè norunt periti birruarii, atque latrunculatores.

Tertium tormentum dicitur Taxillorum, quod vulgò nuncupatur *il Dado, ò la Stanghetta*, & fit per compressionem validam, ad talos unius pedis modo, & forma per peritos servari solita, & cum instrumento deputato.

Quartum tormentum dicitur *sibillorum*, inter digitos illos valdè comprimens, prout pariter sciunt periti; quæ singula tormenta benè etiam describunt Doctores, & præcipuè Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæst. pr. num.* 11. *& seqq. ad* 22. Carrat. *de inter. reis lib.* 4. *cap. pr.* Farinac. *quæst.* 38. *n.* 61. *& seqq. ad* 72. Vulpin. *in suca d. quæst.* 38. *num.* 14. *& seqq.* dixi *in Pract. §. Tortura n.* 36. ubi quòd ista duo ultima dantur tantùm per spatium duorum miserere, & non ultra; vel minus, ad Guaz. *defens.* 30. *cap.* 21. *num* 11. Ambrosin. *Proces. infor. lib.* 4. *cap.* 12. *&* 22. vide *infra n.* 20. *&* 22. De tormentorum varietate vide Brunnemann. *in prax. crim. cap.* 8. *membr.* 5. *à nu.* 45. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Tortura est remedium subsidiarium pro veritate eruenda, & sic non adhibenda, nisi quando alias veritas haberi non potest, *l. edictum, ff. de quæst.* Farinac. *quæst.* 40. *nu.* 3. *&c.* Paul. Christin. *dec.* 204. *vol.* 4. *& ad leg. Municip.* Mechlin. *tit. pr. art.* 7. *n.* 3. *&c.* Riec. *Collect.* 730. vide Brunnemann. *in prax. crim. cap.* 8. *membr.* 5. *à n.* 11. 3

Et quia non semper tortura potest esse eadem, & uniformis cum omnibus, sed juxta qualitatem delictorum, indiciorum, & personarum quandoque levis, quandoque gravis, & quandoque plena, sive gravissima ad arbitrium prudentis judicis, solet distingui in plures gradus, licèt non benè inter se conveniant Doctores circa hanc graduum torturæ constitutionem, ut patet ex infracitatis, mihi autem semper placuit opinio distinguentium hoc modo, videlicet.

Primus gradus torturæ fit quando reus spoliatur, ligatur, & funi applicatur.

Secundus; quando in altum elevatur per unum Miserere sine squassatione.

Tertius, quando sic elevatus detinetur per duos Miserere, vel plus sine squassatione.

Quartus, quando ut supra elevatus detinetur per spatium mediæ horæ, vel horæ integræ, quæ est tortura plena, cum aliquo ictu, vel squassatione.

Quintus, quando opponuntur ferrei compedes, vel aliud pondus ad pedes torti, vel alligatur lignum intra pedes, ne illos jungere possit, vel aqua frigida irrigatur super dorso, dum pendet, vel quassatur funis, vel dantur ictus, & similia, ad augendam tormenti atrocitatem.

Sextus, quando devenitur ad repetitionem, ut declarat Guaz. *def.* 30. *cap.* 22. *per tot. & cap. seqq.* Clar. §. *fin. quæst.* 64. *vers. nunc de gradibus*, ubi aliter videtur dictos gradus constituere, prout etiam Farinac. *quæst.* 38. Card. Tusch. *litt. T, concl.* 325. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæst.* 2. *per tot.* ubi etiam qui possint torqueri, vel non dictis gradibus torturæ sine periculo vitæ, vel magni ejus detrimenti, ad quod benè judex animadvertere debet, & in omnem casum peritos pro sui instructione adhibere; Et quale debeat esse judicis arbitrium circa torturam, D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 165. *& seqq. fol.* 234. ubi etiam plura de atrocitate torturæ, & de gradibus torturæ, idem Majoran. *loc. cit. cap.* 9. *num.* 67. *& seqq. fol.* 249. de gradibus torturæ, vide Brunnemann. *loc. cit. à num.* 42. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 24. *n.* 11. *pag.* 424.

De pluribus modis augendi dolorem, & cruciatum in tormento funis, idem Zacch. *d. tract. lib.* 6. *tit.* 2. *quæst.* 3. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. dict. cap.* 25.

Qualiter sint puniendi judices indebitè torquentes, Clar. §. *fin. quæst.* 74. Menoch. *de arbitr. cas.*

350.

310. Farinac. quæst. 37. Anton. de Ballis tract. var. lib. 2. quæst. 19. per tot. Card. Tusch. lit. T, concl. 319. Novar. Collect. 197. num. 28. &c.

Quid agendum si dubitatur reum non sentire tormenta propter incantationes, & maleficia, vide Damhouder. in Pract. crim. cap. 37. Ambrosin. process. infor. lib. 4. cap. 7. num. 13. &c. Cartar. de interrog. reis lib. 4. cap. pr. n. 220. &c. Marsil. pract. crim. §. Nunc videndum nu. 52. Delrium Disquisit. Magic. append. 2. lib. 5. q. 25. & 29. & lib. 5. sect. 8. §. Quoad tertium fol. 739. &c. ubi ponit undecim remedia Paul. Grilland. lib. 4. de quæst. & tortur. quæst. n. 11. & seqq. ubi plura de remediis contra torturam, & eorum dissolutione, Dian. part. 4. tract. 6. resol. 37. per tot. infra num. 22. & 24.

Quam pernecessarium sit reipublicæ tormentorum usus, & quare, D. Fulv. Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 9. num. pr. & seqq. fol. 231.

4 Tortura ut possit inferri, plura sunt animadvertenda, primò, ut constat de corpore delicti; secundò, ut veritas aliundè haberi non possit; tertiò, præcedant legitima inditia; quartò, lis sit cum reo contestata; quintò, præcedat decretum de torquendo; sextò, sit assignatus terminus defensionum cum copia processus, & indiciorum; septimò, ne persona sit adeò privilegiata, ut non possit torqueri, octavò, per septem, octo, novem, vel decem horas ante non comederit torquendus, sed jejunus sit; nonò, indicia non fuerint in termino defensionum elisa; decimò, inferatur pro tempore, & modo congruo, sive proportionato non solum qualitati indiciorum, sed etiam robusticitati, sive debilitati patientis; undecimò, non obstet aliquod impedimentum per quod non possit tortura inferri judicio peritorum; duodecimò, audiatis prius Advocatis, & Procuratoribus ipsius torquendi, ac denique ne irrogetur die feriato in honorem Dei, licet hoc ultimum non servari de consuetudine testetur Cabal. resol. crim. cas. 227. nu. 16. Conciol. resol. crim. verb. Tortura resol. 21. ubi quòd à pluribus impugnatur dicta consuetudo quam ego quoque Florentiæ nunquam servavi, nec servatam vidi, & ratione cùm dies festi tamquam Deo dicati sint ab omnibus custodiandi, & venerandi, vide Guaz. qui prædicta omnia probat, & declarat def. 30 cap. 4. per tot. Boss. de indic. n. 29. Farinac. qu. 38. Card. Tusch. lit. T, concl 316. Scanarol. de visit. carc. lib. 2. §. 6. cap. 2. &c. Paul. Christin. dec. 204. per tot. vol. 4. & ad leg. Municip. Mechlin. tit. pr. art. 7. per tot. Novar. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 197. per tot. Aaron. de Ballis tract. var. lib. 2. qu. 9. & seq. Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. lib. 6. tit. 2. qu. 4. per tot. ubi plura de impedimentis ne rei tormento fuois subjiciantur, Fulv. Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 9. per tot. Sousa in Aphorism. Inquis. lib. 2. cap. 39. per tot. ubi plura de tortura, & indiciis ad eam necessariis, Pellegrin. in prax. vicar. par. 4. sect. 14. num. 15.

Quòd tortura non possit inferri, nisi prius constito de corpore delicti, ita ut non possit justificari ex probationibus supervenientibus, Conciol. resol. crim. verb. Tortura resol. 2. ubi videtur limitare in crimine assassinii, & veneni quando corpus humatum est adeò corruptum, ut à peritis rectè inspici non possit, ex Carena de Offic. S. Inquis. par. 2. tit. 2. n. 178. & par. 2. tit. 10. n. 156. vide in §. Venenum num. 3. in fine. Altimar. de nullit. rubr. 13. quæst. 20. tom. 2.

Quòd nemo possit torqueri, nisi legitima præcedant indicia, & quando sufficiant leviora, latè Tusch. lit. T, concl. 329. per tot. Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1383. per tot. Novar. in Pragm. Reg. Collect. 197. per tot. Jo. Paul. Melii obser. 93. per tot. Hieronym. Cala de præeminen. M. C. V. cap. 7. & 8. Francisc. de Magist. in Silv. Eccl. part. 2. lib. 2. cap. 9. fol. 563. Conciol. resol. crim. verb. Tortura resol. 9. per tot. ubi latè declarat. In delictis tamen difficilis probationis sufficiunt leviora indicia, dummodò sint legitima, idem Conciol. loc. cit. resol. 3. per tot. & d. resol. 9. per tot. ubi plura ad rem, vide in §. Indicia nu. 4. & seqq. vide Pellegrin. in prax. d. sect. 14. n. 15. Vide Fagnan. in cap. audivimus a n. 32. de relig. & vener. Sanct.

Et qualiter tortura sit sine suggestione danda, Anton. de Ballis loc. cit. q. 12. & dixi in §. Interrogatio n. 8. Francisc. de Magistr. loc. cit.

Tortura non infertur, nisi quando pro crimine est imposita pœna corporis afflictiva, nam in pecunia- 5
riis non est locus torturæ, ne modus procedendi sit durior ipsa pœna, nisi pœna pecuniaria imponenda esset magna, & agatur de personis vilibus, quibus levius est aliqualem torturam pati, quàm pecuniam solvere, vel exulare, Clar. §. fin. qu. 64. vers. Præterea debet, ubi Bajard. Cabal. resol. crim. cas. 28. & cas. 170. Guaz. def. 30. cap. 3. per tot. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 27. num. 24. Anton. de Ballis tract. var. lib. 4. quæst. 5. nu. 12. & seqq. ad 21. ubi plura, an, & quando tortura possit inferri si pœna delicti sit arbitraria, reprobando, Iorigliol. sing. 234. lib. pr. adde Scialo in Prax. torq. reorum cap. 1. num. 18. & seqq. Conciol. resol. crim. verb. Tortura resolut. 11. per tot. ex quibus, & præcipuè Cabal. & Bajard. colligitur, etiam in delictis, & furtis levibus (vel etiam secundùm aliquos simplicis damni dati) pro quibus sit tantùm imposita pœna ictuum funis, vel simplicis relegationis, sive confinii, posse torturam inferri, levem tamen, & non excedentem secundùm gradum, plus, vel minus arbitrio judicis juxta facti personarum, ac indiciorum qualitatem, ut sæpissimè servatum vidi, & ipse servavi Florentiæ ex citatis, vide Carpzov. quæst. 123. & Brunneman. cap. 8. membr. 5.

An in crimine adulterii sit locus torturæ, vide Farinac. qu. 141. num. 64. ex cujus dictis est negativè respondendum, nisi concurrat alia qualitas delictum aggravans, veluti violentia aliundè probata quàm ex simplici mulieris assertione, Bajard. ad Clar. §. Adulterium nu. 66. Addit. ad Sanfelic. decis. 337. per tot. in fine.

Quòd possit inferri etiam in causis civilibus habentibus crimen annexum, & in causa usurarum, ac contra mercatores fallitos, Jas. in l. Imperium num. 24 ff. de jurisdict. omn. jud. Addit. ad Pract. Papp. form. Inquis. glos. pr. verb. omni exceptione, Guaz. dict. cap. 3. n. 7. Conciol. resol. crim. verb. Tortura resol. 11. num. 8. & seqq. Farinac. quæst. 42. Card. Tusch. lit. T, conclus. 330. per tot. Ricc. Collect. 2168. Addit. ad Sanfelic. decis. 347. vers. De pœna, ubi contra in crimine usurarum, quando pro eo est imposita pœna pecuniaria, vel confiscationis.

Si vigore statuti, vel consuetudinis pœna corporalis sit reducta ad pecuniariam (ut hodie in adulterio; & hujusmodi) an tunc sit locus torturæ, dic quod sic de jure, & è contra quia pœnarum diminutio, vel augmentum non immutat naturam, & qualitatem delictorum, sed attenditur origo pœnarum, Franch. decis. 162. num. 17. in fine, & decis. 271. num. 9. cum aliis per Raynald. Syntax. rer. crim. Proœm. §. 9. num. 26. & seqq. ubi tamen in praxi se remittit ad Cartar. decis. 94. circa fin. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gl. 14. nu. 120. & seqq. fol. mihi 330. qui concludere videntur esse attendendam pœnam, & ita verè ego semper servatum vidi Florentiæ, & servavi.

Quæ indicia præcedere debeant, dixi in §. Judicium num.

Quòd præcedentibus legitimis indiciis possit procedi ad torturam, etiam in furtis levibus, & contra furem non famosum, ac licèt condemnatio pro furto liquidato, non esset perventura ad pœnam afflictivam, quia ista delicta irrogant infamiam, & unum solet aperire viam ad inveniendum alia, ac eadem ratione quando reus est confessus, vel convictus de aliquo furto, potest, ac debet torqueri super aliis arbitrio judicis, fuit statutum Florentiæ, & per legem municipalem sub die 9. Septembris anni 1681. ad tollendas omnes difficultates.

6 Tortura potest regulariter inferri cuicumque personæ præcedentibus legitimis indiciis, nisi sit expressè privilegiata, & excepta, prout excipiuntur senes, minores quatuordecim annis, mulieres prægnantes, muti, surdi, Episcopi, & similes in dignitate positi, ac alii plures de jure, veluti Doctores, Clerici, Milites, Antiani, & Priores Civitatis, licèt in istis de generali consuetudine aliter servetur, ad tradita per

Clar.

Clar. §. *fin. quæst.* 64. Cardin. Tusch. *litt. T*, *concl.* 328. & 329. Farinac. *quæst.* 41. *per tot.* Dian. *par.* 4. *tract.* 6. *resol.* 29. Paul. Christin. *decis.* 204. *vol.* 4. Anton. de Ballis *lib.* 2. *quæst.* 13. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 24. *& seqq.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 294. *num* 299. *& seqq.*, ubi excipit Equites S. Stephani, qui non torquentur in quocumque casu, nisi consulto Sereniss. Magno Duce illorum Magno Magistro, Conciol *resol. crim. verb. Tortura resol.* 1. *per tot.* ubi quòd neque obsessi à dæmone possunt torqueri, ultra alios prædictos, an privilegiati possint torqueri consulto Principe, an in delictis exceptis, & affirmativè resolvit, nisi agatur de muliere gravida, vel aliis morbo impeditis, vide Brunneman. *in prax. crim. cap.* 8. *membr.* 5. *num.* 22. Pellegrin. *in prax. part.* 4. *sect.* 24. *num.* 21. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 25. *sub n.* 7.

Quòd Jurisconsulto egregio, & ei, qui fuit Judex, & Decurio non inferatur tortura, quod privilegium prodest etiam filiis, Gramat. *vot. pr.* Franc. March. *decis.* 18. *par.* 2. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 197. *num.* 8. *&* 10. vide *in §. Doctor num.* 3. Conciol. *loc. cit. num.* 8. *& seqq.* Majoran. *loc. cit. num.* 59. *& seqq. fol.* 247.

Quòd tortura non possit irrogari senibus decrepitis, quando autem ad hunc effectum dicantur tales remittitur arbitrio judicis, qui debet considerare valetudinem, & robusticitatem, sive debilitatem, & in omnem casum leviter terrere, & torquere sine periculo vitæ, Bina. *de indic. & tort. part.* 4. *n* 18. Clar. *d. quæst.* 64. *vers. Non enim debet*, Guazio. *def.* 30. *cap.* 11. *per tot.* Gratian. *discep for. cap.* 805. *nu.* 36. *&c.* Farinac. *dict. quæst.* 41. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. libr.* 6. *tit.* 2. *quæst.* 4. *num.* 5. *et* 6. ubi quòd post sexaginta tres annos judex non debet arbitrari torturam, vel valdè levem, vide *in §. Senectus n.* 9. Sanfelic. *decis.* 355. *cum Addit.* ubi quòd in crimine sodomiæ, & aliis atrocissimis, & exceptuatis criminibus privilegia personalia, circa torturam non attenduntur, nisi adsit periculum vitæ; Et sic etiam senes posse torqueri usque ad septuaginta annos, si aliud impedimentum non obstet, nam Doctores loquentes de sene, non subiiciendo torturæ, procedunt in ætate decrepita ultra annos septuaginta, debet tamen semper cum illis mitiùs agi, addе Conciol. *in verb. Tortura resol. pr. n.* 12. *& seqq.* D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 41. *& seqq. fol.* 244. Carol. Maraot. *controv. par.* 5, *respons.* 97. *n.* 48. *& seqq. per tot.* vide Narbon. *ann.* 30. *q.* 5. Carol. Ant. De Luc. *dict. cap.* 25. *sub n.* 7.

Item quòd minores quatuordecim annis (extendendo secundum aliquos etiam usque ad decem octo annos) non possunt tormento funis torqueri, sed tantùm ferula, & scutica cædi, sive sibillis intra digitos vexari, *l. de minore*, ubi *DD. ff. de quæst.* Brun. *de indic. & tort. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 16 Clar. §. *fin. quæst.* 64. *num.* 20. Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap pr. num.* 49. Farin. *quæst.* 41. *num.* 16. Guaz. *def.* 30. *cap.* 21. *in princ.* Paul. Zacch. *d. quæst.* 4. *nu.* 2. *& seqq.* vide *in §. Minor num.* 5. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2 *quæst.* 13. *num.* 8. *& seqq.* Conciol. *ubi supra num.* 2. *& seqq.* latè D. Fulv. Majoran. in *Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *nu* 25. *& seqq. fol.* 240. *&c.* Nec infertur minoribus absque authorit. tutorum Nicoli. *Instit. Imper. tit. de auth. tut. num.* 9. Vide Carol. Ant. De Luc. *ubi supra sub dict. n.* 7.

Item nec mulieres prægnantes, vel hujusmodi impedimenta habentes, ut dixi *in §. Mulier num.* 36. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 355. *in fine*, ubi quòd non possunt torqueri durante prægnantis, etiam paucorum dierum, & per quadraginta dies post partum, Conciol. *verb. Tortura d. resolut. pr. num.* 7. *& seqq.* Majoran. *loc. cit. nu.* 47. *& seqq.* Carol. Ant. De Luc. *sub dict. n.* 7.

Quòd de stylo Sacræ Congregationis nec etiam moniales torqueantur, Speiel. *decis.* 136. *n.* 37.

Item muti, & surdi non possunt ad habendam veritatem torqueri, licèt extra torturam possint per signa deponere, Ambrosin. *process. informat. lib.* 6. *cap.* 6. *cum Addit.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 13. P. Manat. *Noct. Melencol. interrog.* 21. *fol.* 49. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *cons.* 50. *per tot.* ubi etiam quando sint capaces pœnarum, vide *in §. Mutus &c. num.* 3.

Tortura impeditur etiam ratione morborum, vel constitutionis, & habitudinis corporis, respectu totius, vel partium, non enim possunt torqueri febricitantes etiam tertianarii, vel quartanarii, patientes insignes capitis dolores, vertigines, apoplexiam, epilepsiam, & similes morbos, nimiam obesitatem, vel pinguedinem, valetudinem, ac debilitatem insignem, prout latè explicat videndus Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæst.* 4. *num.* 7. *& seqq. per tot. & cons.* 38. *tom.* 2. Ludovis. *decis. Luc.* 13. *num.* 52. Farinac. *quæst.* 42. *num.* 39. Guaz. *def.* 30. *cap.* 16. Conciol. *resol crim. verb. Tortura res. pr. n.* 29. qui tenent de dictis morbis standum esse judicio medicorum, an sint tales, ut reus torturam pati nequeat sine periculo vitæ, & corporis, & confessionem extortam à dictis infirmis, & legitimè impeditis esse nullam, atque illis non nocere, & aliàs hujusmodi morbos summatim retuli in *Pract. §. Tortura num.* 35. Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *resol.* 29. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 355. ubi quod debilitatus morbo gallico, quem habuit, non potest torqueri, quia numquam convalescit, & idem in ruptura; quartanarii verò, ac podagrosi, si essent robusti, & dimissa febre, & cessantibus doloribus suis negotiis incumbunt, possunt torqueri, ad Giurb. *cons.* 8. Scialo *de reo torquend. cap.* 13. *n.* 39. Ansald. *cons.* 129. ubi an podagra excuset à tortura, concludens standum esse peritis in arte, & an saltem sit locus pœnæ extraordinariæ stante impedimento torturæ, vide Brunneman, *in prax. cap.* 8. *membr.* 5. *num.* 27. Carol. Ant. De Luc. *loc. adduct. sub alleg. n.* 7. 7

Debet tamen diligenter adverti, ne quandoque morbus simuletur ad evitandam torturam, vel aliam pœnam, & quomodo hoc possit dignosci, & detegi, idem Paul. Zacch. *d. tract. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 1. *&* 2. *per tot. cum seqq.* & dixi *in d. §. Tortura n.* 33.

Et quando reus propter dignitatem, ætatem, vel aliud impedimentum torqueri non potest, extantibus legitimis indiciis, condemnatur in pœnam extraordinariam pecuniariam, vel confinii juxta qualitatem delicti, & indiciorum, ut quotidiè practicatur Florentiæ per Magistratum DD. Octo, & probant Cabal. *resol. crim. cas.* 288. *num.* 19. Farinac. *quæst.* 41. *in fine*, Guaz. *def.* 30. *cap.* 18. *num.* 6. *&c.* 41. *nu.* 3. Conciol. *verb. Tortura resol.* 8. Scialo *prax. torq. c.* 23. *in fine*, Ansald. *d. cons.* 129. *in fine*. Carol. Ant. De Luc. *dict. cap.* 25. *sub n.* 8. *vers. Reus si propter*.

Quidquid contrarium imò tunc reum, vel esse absolvendum, vel sub fidejussione dimittendum, probabiliter nitatur docere Cyriac. *contr.* 106. *n.* 18.

Tortura non potest regulariter inferri in processu informativo, sed prius debet publicari processus, & dari copiam indiciorum cum termino ad se defendendum, ut possint elidi, & disputari cum procuratoribus, & Advocatis, maximè si petatur, Afflict. *decis.* 391. latè Guaz. *def.* 21. *cap. pr.* ubi de præeminentia quarundam Curiarum, in quibus devenitur quandoque ad torturam in atrocissimis, etiam non datis prius defensionibus, plenè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. controv.* 25. *per tot.* Conciol. *resol. crimin. verb. Tortura resol.* 4. *per tot.* Scialo in *prax. torq. reus cap.* 6. *per tot.* Scamarol. *de visit. carcer. lib. pr.* §. 8. *cap. pr. sect. pr. &* 2. *per tot. lib.* 2. §. 6. *per tot.* Farinac. *quæst.* 39. Joseph Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 78. *num.* 26. Riet. *Collect* 641. latè Sanfelic. *dec.* 350. *cum Addit.* Novar. *Collect.* 197. *num.* 29. dixi *in Pract. in Præfact. num.* 38. 39. *&* 64. Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *resol.* 28. ubi quid servetur in Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæst.* 10. *per tot* ubi de origine torquendi sine defensionibus in Regno Siciliæ, & an hoc fieri possit sine peccato, & post relatos auctores pro negativa, concludit cum aliis pro affirmativa ob bonum publicum ad reprimendum delicta, & continuum usum falsorum testium, &c. latè D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 104. *& seqq. per tot. fol.* 258. & latius Hieron. Cala *tract. de præemin. M. C. V. Neap. & recto usu in tort. infer. &* 8

pro-

Digitized by Google

process. inform. per tot. Carol. Rot. *in Florileg. concl.* 19. vide Baulie. *dec. crimin.* 8. *num.* 83. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst. pr. n.* 94. *vol.* 2.

Hæc tamen facultas torquendi de facto, & sine defensione residet penes solum Principem, idem Ant. de Ballis *d. lib.* 2. *quæst.* 18. *lib.* 3. *per tot.* ubi latè de materia, & casibus, in quibus potest inferri tortura ex abrupto denegatis defensionibus secundum dispensationem, & praxim Regni Siciliæ, & quid in Regno Neapolis, Majoran. *loc. cit.* Cala *d. tract. per tot.* & præcipuè *cap* 3. ubi quæ requirantur ad usum torturæ ex processu informativo, & melius *cap.* 6. *per tot. tract.* Altimar. *loc. sup. cit.*

Et in omnem casum ista tortura in processu informativo non repeti, sed benè post defensiones in casibus alias de jure permissis, Clar. *§. fin. quæst.* 64. *n.* 153. Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 200. *& seqq. dixi in Pract. §. Tortura n.* 13. *&* 25. D. Fulv. Majoran *loc. cit. n.* 117. *& seqq.* etiam ubi plura ac, & quando, & in quibus casibus ex præeminentia Curiæ possit tortura inferri in processu informativo, vel non; & latiùs quæstione à fundamentis examinata, Matthæu. Sanz. *d. contr.* 25. *per tot.* ubi docet in criminibus gravioribus, posse torturam adhiberi, etiam in processu informativo, nulla data indiciorum copia, in locis, in quibus talis viget consuetudo, & ad terminos ejusdem de jure validè, & refert plures auctores testantes illam servari Romæ, in Magna Curia Vicariæ Neapolis, Mediolani, Venetiis, Ferrariæ, in Regnis Siciliæ, Franciæ, Belgii, Germaniæ, Hispaniæ Lucæ, Florentiæ, ac alibi sub n. 19. *& seqq. & dixi in pract. in præfat. n.* 39. adde Zuff. *de legitimat. process. lib.* 1. *quæst.* 51. *&* 53. & planè Hieron. Cala *d. tract. de tort. reis infer. ex process. inform. per tot. & c.* 10. ubi quòd dicta tortura ex processu informativo non potest repeti, ut supra.

Quando tortura possit repeti, vel continuari, etiam ex processu informativo vigore dictæ præeminentiæ Curiarum, nempè quando ob aliquem casum non fuit sufficienter illata, nec indicia penitus evanata, nam tunc stante protestatione apponi solita animo repetendi, & continuandi, poterit repeti, sive potius continuari ad complendum tempus juxta indiciorum mensuram, ut tradit Majoran. hic citatus, de qua continuatione vide etiam Carol. Tap. *dec.* 22. *n.* 24.

Ex processu informativo, ac denegatis defensionibus, non posse procedi ad torturam, sed defensiones esse assignandas, ac indiciorum copiam dandam firmant communiter DD. Clar. *quæst.* 49 *n.* 1. Boss. *in tit. de mandat. ad homicid. n.* 30. Bursat. *cons.* 201. *n.* 99. *& seqq. lib.* 2. Farinac. *quæst.* 38. *n.* 3. & latius *quæst.* 39. *per tot.* & optimè *in cons.* 103. *per tot.* Guaz. *reor. defens.* 21. *c.* 1. *num.* 5. *per tot. defens.* 24. *c.* 9. *n.* 7. Lud. Ridolph. *de suprem. Princip. potest. c.* 6. *nu.* 85. Conciol. *in verb. Tortura resol.* 4. *num. pr.* Carol. Tap. *decis.* 21. *num. pr. & seqq.* ubi quòd alias confessio inde emanata est nulla.

A Regulis enim juris naturalis, ac civilis alienum videtur à tortura judicium inchoare contra text. *in l. pr. & in leg. Maritus ff. de quæst.* ad hoc namque devenire non est permissum, nisi prius lite contestata, citata parte, & legitimè repetitis testibus fisci, vel habitis pro repetitis, ut probat Bart. *in l. si quis adulterium in princip. de adult.* imò & publicato processu, ac defensionibus factis, vel saltem assignatis, idem Bart. *in l. unius, & in l fin. ff de quæst.* Affiict. *dec.* 391. *n. pr.* quod procedit etiam in atrocissimis delictis, ut in crimine læsæ majestatis, & hæresis, Farinac. *d. cons.* 103. ubi scribens in crimine parricidii affirmat per Sanctissimum Pontificem fuisse mandatum, ut datis defensionibus procederetur.

Et re vera durus est hujusmodi procedendi modus ad torturam denegatis defensionibus, dixitque terribilissimus, nec jure fundatus, ut post Maur. Burg. inquit Conciol. *in verb. Tortura resol.* 4. *n.* 9. *ad fin.* & repugnat juri naturali, quo perspicuum est, non esse tollendas defensiones, quæ sunt juris naturæ, *cap. dilecti filii de except. cap. Pastoralis de re judic. l. ut vim ff. de just. & jur. l. pr. §. cum arietes, digestis ff quadrup. pauper. fecisse dicat.* & reo quocumque tempore defensiones petierit esse concedendas docet text. *expressus tex. in l. unut §. Cognitarum ff. de quæst. leg. defensionis facultas Cod. de jur. fisc. cap. pr. de caus. possess. & propriet.* Bald. *in leg.* 3. *§. is pro quo ff. quod quisque jur.* & alii relati per Farinac. *dict. quæst.* 39. *num.* 18. *& seqq. & d. consil.* 103. *n.* 7. Gomez *variar. resol. l.* 3. *cap.* 13. *rub. de tortur. reor. nu.* 33. *in principio*, & à Summo Pontifice fuit annullata sententia lata per Imperatorem contra Siciliæ Regem cui facultas se defendendi fuerat sublata, ut videre est penes Farinac. *dict. cons.* 103. *num.* 7. ubi rationem assignat Scacc. *de judic. cap.* 97. *num.* 88. *versic. similiter quantum attinet videad.* & faciunt ad rem aurea verba Senec. *de ira lib.* 2. *cap.* 29. ibi, *De parvula summa judicaturo tibi, res sine teste non probarentur: Testis sine jurejurando non valeret utrique parti dares actionem, dares tempus nec semel audires, & cum tormenta sint morte ipsa amariora, hominem torquere audes, antequam, illi, vel indicia nosse liceat, vel testes, antequam eum audias dilatione concessa, ut suspiciones diluat;* Bobadill. *in Polit. lib.* 5. *cap* 3. *num.* 26. *litt. A.*

Et licèt non ignorem, quòd hujusmodi facultas procedendi dispensativo modo, potest à supremo Principe concedi, attamen advertendum est, quod brachium Regium non censetur concessum, nisi expressè fuerit dictum, nec comprehensum videtur in quavis amplissima facultate, cùm sit de reservatis Principi, Grammat. *cons.* 6. *n.* 9. Vincent. de Franch. *decis.* 275. *n.* 5. *&* 8. Marin. ad Grammat. *decis.* 34. *n.* 21. Molfes. *in addit ad ejus torment. super consuet. Neapol. part. pr. tit. de person. quæst.* 4. *nu.* 5. Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. q.* 3. *n.* 10.

Sed quia hujusmodi procedendi modus est extra juris ordinem, Caravit. *in rit.* 259. *n.* 10. Burg. *dict. quæst.* 3. *n.* 10. Ideò nec Legato de latere, concessus videtur, cùm non possit aliquid facere contra formam juris, Speculat. *in tit. de legat. §. Superest* 3. *n.* 5. *&* 7. Abb. *cons. pr. nu* 3. *lib.* 2. Soccin. *cons.* 27. *nu.* 9. *lib.* 3. Honded *cons.* 93. *n.* 7. *lib.* 2. Rot. *in* Foroliv. Nullit. oblig. 29. Maii 1613. coram Card. Sacrato, & tantùm concedi solet quando agitur contra famosos latrones quando delictum est notorium, vel timetur populi tumultus & celeritas indagationis requiritur, Vasquez. *controv. illust. cap.* 31. *num.* 9. Farin. *cons.* 103. *num.* 5. *quæst.* 39. *num.* 9. *et* 24. *&* 109. Cassat. Locatell. *de quæst. in spec.* 5. *num* 46. Cavalcan. *de Brach. Reg. part.* 2. *nu.* 4. *in princip.* Guaz. *reor. defens.* 21. *cap. pr. n.* 6. Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* 25. *num* 23. *& num.* 28. *utrobique in fine*, Ludovic. Rudolf. *de suprem. Princip. potest. cap.* 6. *nu.* 92. *fol.* 26 Conciol. *in verb. Tortura res.* 4. *n.* 9.

Ad hoc ut sit locus hujusmodi practicæ procedendi ex abrupto, & denegatis defensionibus ad tormenta ex Curiarum præeminentia, vel ex brachio Regio, sive cum supremi Principis participatione, plura requiruntur cumulativè, ut observavi ex lectura supracitatorum Auctorum & aliorum, ac ex praxi, & observantia, quæ est optima legum interpres.

Primò, ut agatur de delictis atrocissimis, pro quibus est exasperanda pœna mortis ultra mortem, ut furcæ cum squartu, scissione, & hujusmodi.

Secundò, indicia sint plura, & illa quidem urgentia, & indubitata, ac in suo genere concludenter probata, ita ut possint dici clara, & evidentia.

Tertiò, torquendus sit diffamatus de pluribus criminibus, ita ut possit dici delinquens insignis, & notorius.

Quartò, debet processus esse fabricatus per ipsummet Judicem, eo scilicet interrogante, & actuario scribente, vel saltem eo præsente, ut videat quantam mereatur fidem, & non per solum Cancellarium vel alium Ministrum.

Quintò, debet torquendus audiri, si petat terminum ad probandum tale quid, quo probato cessaret tortura, & sic saltem debent prius omnia indicia illi contestari, ut summariè opponat quidquid vult, & potest contra illa.

Sextò, debet saltem pro tortura eidem terminus ad se defendendum assignari, & tortura ex eodem processu informativo non repeti, & quatanus esset

Digitized by Google

esset repetenda id agere semper assignatis prius defensionibus; quæ omnia assignantes colliguntur ex traditis, & singillatim comprobatis per D. Hieron. Calam *in tract. de Præemin. Magn. C. V. Neapoli*, sive de recto ejus usu in tortura reis inferenda ex processu informativo *per tot.* ubi etiam *cap. 17. nu. 9. &c.* addit aliud substantiale requisitum levitatis vitæ torquendi rei.

Ex quorum requisitorum defectu ego pluries Florentiæ non inutiliter me opposui contra usum tormentorum, & præcipuè Capræ ex processu informativo quem proponebant Illustrissimi DD. mei Collegæ ex zelo quidem justitiæ, quia scilicet assignando prius defensiones in delictis enormibus elidebantur indicia, & maximè per repetitionem testium fiscalium faciendam ad instantiam, cum interrogatoriis inquisitorum reorum post publicationem processus, & habitam ad eis copiam juxta novam praxim ex qua resultat multorum processuum destructio, cui & fisci præjudicio videbatur in atrocioribus occurri posse cum tortura ex processu informativo; sed ego dicebam non esse uni inconvenienti obviandum per inductionem alterius majoris, imò potius omnia reducenda ad tramites juris, & antiquam praxim, in aliis etiam benè ordinatis statibus, Republicis, Provinciis, & Regnis servatam, ut plenè notavi *in Addit. ad §. Repetitio sub n. 1.*

Neque obstat si dicatur præfata requisita procedere tantùm juxta Constitutiones Regni Neapolitani, & in Regno ipso, an Magna Curia Vicariæ non servari, sed tantum gravitatem delicti, & urgentiam indiciorum attendi, ut testatur Vincent. de Franch. *dec. 143.* & illum sequitur Carol. Tapia *dec. 22. n. 2. & 3.* addens tamen attendi etiam qualitatem personæ ut supra.

Nam quoad primum verum est dicta requisita esse desumpta à Pragmaticis, & Constitutionibus Neap. sed etiam non minus verum est, earum exemplo quoad hoc præcipuum uti, & procedere alia Tribunalia, & in specie Ducatus Etruriæ, Reipub. Lucensis, & Civitatis Ferrariæ, quæ ideò non tantùm ex urgentia indiciorum, & gravitate delicti procedere debeant, sed etiam attentis, & concurrentibus omnibus aliis requisitis dictarum Constitutionum, ut benè comprobat Hieron. Cala *d. tract. cap. 17. n. 3. & n. 15.* ubi quòd dicta opinio Franchi non est recepta in Etruriæ, Republica Lucensi, & Civitate Ferrariæ, in quibus locis in praxim deducta sunt peculiari statuto Capitula Regni Neapolitani circa modum, & formam torquendi ex processu informativo, & quoad Magnum Ducatum Etruriæ ego, qui per multos annos assiduè versatus sum, & ætatem consumpsi in celeberrimo Magistratu DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, ubi est caput, & fons totius Status quoad Criminalia cum peritissimis Assessoribus, & doctissimis fiscalibus, nunquam nisi concurrentibus prædictis requisitis, & rarissimè, ac cum grano salis vidi servatum procedere ex dicta præeminentia ad tormenta ex processu informativo, ac denegatis defensionibus, & tantò minus ad atrocissimum Capræ, & nihilominus, quàm hodiè, justitia suum habuit cursum, ac multos fortè plures debitis pœnis, servatis servandis, affecit delinquentes.

Et quoad assertionem Franch. *d. dec. 143.* illi plenè satisfacit ostendendo non esse veram, nec usu receptam in Regno, nec alibi, idem Hieron. Cala *videndus d. cap. 17. per tot.* & D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. lib. 2. cap. 9. n. 104. & seqq. per tot.*

Tortura an possit irrogari quando reus fatetur delictum, sed conditionaliter, nempè ad necessariam defensionem, Cabal. *res. crim. cas. 27.* Guaz. *def. 30. cap. 7.* vide *in §. Confessio n. 60.*

Et an in homicidio à pluribus in rixa commisso quando ignoratur, quis fuerit homicida ad effectum illud sciendi, Conciol. *in verb. Tortura res. 7. per tot.* & dixi *in §. Homicidium n. 14.*

An autem Judex teneatur acceptare confessionem qualificatam à reo in tortura factam, vel prosequi in tormentis pro habenda pura confessione, contrariæ sunt opiniones, quæ conciliari possunt remittendo Judicis arbitrio, ut quando qualitas est verisimilis, & conjecturis ex processu roborata, tunc sit acceptanda, & dimittenda tortura, si verò non est verisimilis, sit respuenda, & continuanda tortura pro indiciorum mensura, sicut etiamsi confessio contineat diversa facta potest pro parte acceptare, & pro parte non, ad tradita per Anton. de Ballis *tract. var. lib. 2. quæst. 21. per tot.* ubi etiam an acceptata confessione cum qualitate possit reus pœna ordinaria puniri, & relatis contrariis opinionibus, videtur negativè concludere; sed vide alios per me citatos *in §. Confessio n. 60.*

Tortus pro habenda aliqua præcisa responsione 10
cum protestatione, & non ad aliud finem, si sponte fateatur delictum, de quo aliàs non aderant legitima indicia ad torturam, sibi præjudicat, & valet hujusmodi confessio, Farinac. & Vulpin. *in succo quæst. 37. n. 178. & n. 24 &c.* ubi quòd hujusmodi tortura non debet excedere quartam partem unius horæ, Conciol. *verb. Tortura resol. 6. n. 11. & 12.*

Quòd possit reus ad dictum solum effectum torqueri, Bald. *in l. accusationem n. 11. C. qui acc. non poss.* Capyn. *dec. 145.* & alii relati per Dian. *part. 4. tract. 6. resol. 34.* latè Conciol. *res. crim. verb. Tortura res. 6.* ubi quòd idem est in teste, & benè declarat.

De tortura super intentione danda in causa hæresis, latè Caren. *de Offic. S. Inquisit. part. 2. tit. 5. §. 20. per tot.* & super complicibus, idem Caren. *loc. cit. §. 3. per tot.* Torreblanc. *de Magia lib. 3. c. 17. per tot.* ubi quando sit locus torturæ in crimine Magiæ, & quolibet alio crimine.

De confessione incidenter facta, ut regulariter non sufficiat ad condemnandum, nisi fuissent assignatæ defensiones, vel ageretur de delicto connexo, vel de reo famoso, & alia Anton. de Ballis *tract. var. lib. 2. q. 14.* dixi *in §. Confessio n. 47. in Addit.*

Tortura an purget veras probationes contra re- 11
um existentes, diversimodè judicatum refert Addit. ad Ambrosin. *process. inform. lib. 4. cap. 5. in princ.* ubi propterea ad effugandas difficultates consulit abstinendum esse à tortura quotiescumque veritas aliter potest haberi, est enim adhibenda tantùm in subsidium, ut dixi supra n. 3. Clar. *§. fin. quæst. 64. vers. veritas est*, Cabal. *res. crim. cas. 93. n. 29. cas. 278. n. 25. cas. 288. n. 28.* Guazzin. *def. 30. c. 9. nu. 11. & c. 40.* Gomez. *var. res. tom. 3. cap. 13. num. 20.* ubi quod non, Fachin. *contr. jur. lib. 9. cap. 6.* Thes. *quæst. for. 45. in fine lib. 1.* Tusch. *litt. T. conclus. 332. n. 8. &c.* Farinac. *quæst. 40.* Menoch. *de arbitr. cas. 273. per tot.* ubi quod per torturam non censentur purgata indicia valdè urgentia, & indubitata, & minus plenæ probationes, quia reus sic tortus saltem de consuetudine, possit pœna extraordinaria mitiori arbitrio Judicis puniri, ac idem servari testatur, & de magis communi, Martha *var. Pis. 138. num. 10. &c.* Franch. *dec. 577. per tot. & 538. in fine*, ubi etiamsi reus fuerit bis tortus, quando indicia sunt gravissima, & indubitata, Cattar. *de execut. sent. cap. bannit. cap. 2. n. 61. &c.* Vulpin. *in succo*, Farin. *quæst. 40. nu. 6. & 7.* quod & ego testari possum pluries fuisse servatum (quando indicia non erant in totum purgata) in Tribunali DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ cum approbatione S. C. S. & dixi *in Pract. §. Tortura n. 11.* adde Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr. 26.* ubi benè distinguit quinque casus *n. 20. et seqq. per tot.* Conciol. *res. crim. verb. reus resol. 5. per tot. in verb. Tortura resol. 14.* vide *infr. n. 24. et 27.* Vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. ...ib. tract. 9. quæst. 5. n. 11.* Fagnan. *in cap. audivimus n. 45. de reliq. et vener. Sanct.*

Quòd tortus cum negativa possit adhuc pœna aliqua extraordinaria puniri, ubi indicia erant gravissima, & non satis purgata, et ita etiam servari in tribunalibus Sacræ Inquisitionis, Dian. *part. 4. tract. 6. resol. 33. infr. num. 18. et 24.* Matth. Sanz. *dict. contr. 261 ubi n. 37. usque ad triremes.*

Quòd quando irrogatur tortura reo confesso, vel convicto ad habendos complices, debeat fieri cum protestatione citra præjudicium confessorum, & con-

Digitized by Google

convictorum, alias purget indicia, vel probationes, & proſit reo ad minuendam pœnam delicti; non tamen devenitur ad torturam ad dictum effectum, niſi inquiſitus torquendus prius fuerit quoad ſe plenè confeſſus, vel convictus Guaz. *def.* 30. *cap.* 9. *in fine* dixi *in Pract. §. Sicarii nu.* 15. *§. Tortura num.* 12. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 334. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 32. & 27. de prædictis omnibus vide Farinac. *d. quæſt.* 40. *per tot.* ubi etiam *nu.* 16. & ſeqq. quando tortura poſſit dari pro ulteriori veritate habenda, cum proteſtatione citra præjudicium, &c. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 24. *ſub n.* 18. Quod tortura non poſſit inferri ſine decreto, in quo apponenda clauſula ſine præjuditio probatorum, vel confeſſi Conciol. *verb. tortur. reſol.* 27. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 25. *ſub n.* 8.

Et quando poſſit dari ſuper aliis delictis in genere, idem Farinac. *quæſt.* 37. *n.* 163. & *ſeqq.* ubi poſt plura hincinde de conſuetudine, & de jure, concludit, quòd ſi reus ſit homo diffamatus de aliis delictis, tunc poſſit torqueri alias autem ſecus, & in omnem caſum torturam debere eſſe moderatam, & non ultra mediam horam, vide *in §. Confeſſio n.* 93. Sanfelic. *dec.* 263. ubi intelligit contra fures inſignes, latrones famoſos, ſtratarum graſſatores, & aſſaſſinos, vel bannitos famoſos juxta diſtinctionem Farinac. *d. quæſt.* 37. *n.* 171. & Scacc. *de jud. civil. & crimin. lib.* 1. *cap.* 84. *n.* 9. aliàs Judex peccet mortaliter, vide Guaz. *def.* 30. *cap.* 8. Conciol. *reſol. crimin. verb. Reus reſol.* 9. & 10. *per tot.* ubi etiam de ſociis, de quibus dixi in *§. Societas nu.* 47. & *ſeqq. infr. n.* 14. & *n.* 27. *ſupra n.* 5. *in fine.*

22 Tortura quando plures ſunt torquendi, eſt inchoanda à magis ſuſpecto, & timidiori, ut ſi maſculus, & fœmina, à fœmina, ſi pater, & filius, à filio, quia magis affligitur pater ex tortura filii, quam propria, Maſant. *p.* 1. *nu.* 13. &c. Guaz. *def.* 30. *cap.* 19. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 327. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 192. *n.* 14. Clar. *§. fin. q.* 64. *n.* 18. ubi etiam Bajard. *n.* 91. &c. Dian. *par.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 26. Scialo *in prax. torquend. reos cap.* 9. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſolut.* 13. *per tot.* ubi quod remittitur arbitrio Judicis cum conſideratione à quo veriſimilius, & facilius poſſit eruere veritatem, & ſic à timidiori, debiliori, magis indicato, ſuſpecto, informato, & hujuſmodi, D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2 *cap.* 9. *n.* 76. & *ſeqq. fol.* 250. Brunnemann. *in prax. crim. cap.* 8. *membr.* 5. *num.* 49. Carol. Ant. De Luc. *præallegat. cap.* 25. *ſub nu.* 8. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. method. tract.* 9. *quæſt.* 4. *n.* 16.

23 Tormentum funis non poteſt excedere ſpatium unius horæ continuatæ, niſi quandoque in atrociſſimis per quadrantem ultra, & quando reus eſt indiciatus de pluribus delictis, vel pluribus indiciis non poteſt ſeparatim ſuper unoquoque torqueri, ſed ſuper omnibus ſimul, ac non obſtante qualibet Judicis proteſtatione tortura intelligitur ſuper omnibus ſimul illata, Scanarol. *de viſitat. carcer. lib.* 2. *§.* 6. *cap.* 3. Cartar. *de interrogat. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 113. Guaz. *def.* 30. *cap.* 12. *n.* 6. *cap.* 25. *n.* 26. Farin. *quæſt.* 38. *n.* 54. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *nu.* 15. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 16. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in prax. criminal. cap.* 25. *ſub d. num.* 8. *in princip.*

24 Tortura teſtium debet eſſe levis, & non excedere ſpatium unius credo quando infertur ad purgandam maculam, licèt ſecundùm alios adeò levis tortura non ſufficiat etiam ad purgandam maculam, ſed debeat eſſe moderata arbitrio judicis juxta qualitatem facti, & perſonarum, Rimin. jun. *conſ.* 360. *n.* 74. *lib.* 4. Guazio. *def.* 16. *cap.* 13. *nu.* 3. &c. Farinac. *quæſt.* 79. *n.* 81. & *ſeqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 24. *tit.* 19. *n.* 201. *fol.* 389. ubi quòd quando infertur ad purgandam maculam, vel ſupplendam teſtium inhabilitatem, vel ad faciem rei ſufficit per ſpatium unius credo, niſi ultra detinendos putaverit Judex ex qualitate perſonarum valdè ſuſpectorum; quando verò infertur pro habenda veritate, poteſt quandoque eſſe pro quarta parte unius horæ, & quandoque ad ſummum per mediam horam vide *in §. Teſtis n.* 16. ubi etiam quòd iſta tortura teſtium datur abſque diſputatione, & non data copia indiciorum, & proceſſus, nec opus ſit ratificatione, Pellegrin. *prax. vicar. part.* 4. *ſect.* 5. *nu.* 67. Vide Bellegrand. *in compendioſ. rer. crimin. method. tract.* 9. *quæſt.* 3. *n.* 3.

Quando poſſint torqueri teſtes, vel non, Tuſch. *litt. T. concl.* 333. *per tot.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 5. *a n.* 27. Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 9. *quæſt.* 2. 3. & 4. & *tract.* 3. *quæſt.* 15. 16. 25.

Quòd tortura in ſocio criminis ad habendum complices debeat eſſe moderata, & ad plus per ſpatium mediæ horæ, Clar. *§. fin. qu.* 64. *verſic. veritas eſt*, Guaz. *def.* 19. *cap.* 13. *n.* 3. & *def.* 21. *cap.* 1. *nu.* 4. Cartar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap.* 2. *nu.* 68. Conciol. *reſ. crim. verb. Tortura reſol.* 16. *n.* 3. *ſupr. n.* 11. & *infr. n.* 27.

Quòd tortura non purget plures defectus, ſed unum tantùm, nec convalidet depoſitionem teſtis inimici, ita ut nec faciat indicium ad torturam, nec ad inquirendum, Boſſ. *tit. de Inquiſit. num.* 52. Card. Tuſch. *littera T. concluſ.* 332. *n.* 7. Guaz. *def.* 30. *cap.* 40. *num.* 13. &c. Gratian. *dec.* 240. *num.* 9. Farinac. *quæſt.* 43. *n.* 178. & *quæſt.* 62. *n.* 382. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſ.* 15. *n.* 1. &c. Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 3. *quæſt.* 25. *n.* 6. *et ibid. quæſt.* 16. *n.* 6. *et* 7. *et tract.* 9. *quæſt.* 2. *n.* 4. *et quæſt.* 3. *n.* 6. *et* 7.

Quos defectus ſanet tortura, vel non, & quid operetur, latè Tuſch. *d. concluſ.* 332. *per tot.* Conciol. *cum pluribus citatis d. reſol.* 15. *per tot.* ubi quòd teſtes patientes plures defectus non probant etiam cum tortura, neque in caſibus difficilis probationis, & tortura non ſupplet defectum perjurii, neque inimicitiæ, licèt de conſuetudine (excepta fortè inimicitia) contrarium ſervetur, etiam quoad teſtes plures defectus patientes, ut teſtatur Bajard. ad Clar. *§. fin. quæſt.* 24. *n.* 158. *in fine*, Boſſ. *de indic. nu.* 156. *in fine*, Farinac. *conſ.* 10. *nu.* 10. *lib.* 1. & ita ego quoque teſtari poſſum aliquando vidiſſe ſervatum Florentiæ, & ipſe ſervaſſe in caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poterat, vide *in §. Socius n.* 49. Hieron. Cala *tract. de Præmin. M.C.V. cap.* 42. *n.* 11. ubi ex Ricc. *dec.* 149. *nu.* 2. *part.* 3. teſtatur de conſuetudine totius Italiæ, torturam omnes defectus tollere. Vide Bellegrand. *loc. ſup. cit.*

Tortura non poteſt regulariter repeti, niſi ſupervenientibus novis indiciis gravioribus, urgentibus, & diverſis à primis in ſpecie; quando prima vice fuit ſufficienter illata; Poſſet tamen Judex quandoque in atrociſſimis, & perſonis valdè robuſtis dividere torturam in plures vices, facta ſemper proteſtatione animo continuandi, & repetendi uſque menſuram indiciorum, veluti ſi tot extarent indicia, ex quibus poſſet reus torqueri per ſpatium horæ, non prohibetur Judex incipere à leviori tortura, torquendo prima vice per ſpatium unius credo, ſecunda vice per ſpatium mediæ horæ, & tertia horam completam; hæc tamen prædicta non eſt paſſim recipienda, cùm cruciatum augeat, & periculo non vacet, & in omnem caſum non eſt inferenda tortura continuatis diebus, ſed interpoſito ſpatio ad minus trium, quatuor, ſex, octo, decem, vel quindecim dierum, & plurium arbitrio Judicis; attenta debilitate, vel robuſticitate patientis, Clar. *§. fin. quæſt.* 64. *verſ. ultim.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 272. *per tot.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 23. & 24. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 331. *per tot.* Scanarol. *de viſitat. carcer. lib.* 2. *§.* 6. *cap.* 3. *nu.* 14. & *ſeqq.* Paul. Chriſt. *dec.* 204. *nu.* 22. & *ſeqq. vol.* 4. Vivi. *comm. opin.* 1000. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *qu.* 57. ubi etiam in fine, quòd tortura data à Judice incompetente non poteſt repeti, ſed computari debet à competente, Farinac. *quæſt.* 38. *n.* 72. &c. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 12. *per tot.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 16. &c. faciunt plura notata D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 117. & *ſeqq. fol.* 25

260. dixi *in Pract. §. Tortura n.* 19. vide Brunnem. *in Prax. crimin. cap.* 8. *membr.* 5. *nu.* 90. *dec.* 2. *nu.* 49. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 14. *a nu.* 77. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 26. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methbod. tract.* 9. *quæst.* 5. *n.* 7.

Florentiæ tamen pluries in Tribunali DD. Octo Baliæ Virorum vidi torturam repeti interposito tantùm spatio 24. horarum, & in specie de anno 1669. contra Joannem Pertorali de Florentia facti quod dixi *in §. Confessio n.* 58. & 59. Conciol. *verb. Tortura d. res.* 12. *n.* 16. ubi quòd potest tortura, ut supra dividi, & die sequenti compleri, licèt tempore meo semper interposuerim, tres, vel plures dies juxta prædicta.

Quòd tortura in casibus, in quibus repeti potest, numquam ultra trinam vicem sit repetenda, nisi Judex habeat brachium Regium, nam tunc posset usque ad quartam vicem repeti, separatis tamen diebus ut supra, & facta protestatione animo repetendi, excepto tormento Vigiliæ, quod repeti non potest, Guid. de Suzar. *de indic. & tort. num.* 3. & 75. Ambrosin. *process. infor. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 2. *&c.* Tusch. Guaz. Scanarol. & Farinac. *in loc. cit.* Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *c.* 1. *n.* 160. *& seqq. ad* 165. Conciol. *d. resolut.* 12. *ubi in fine*, quòd tormentum Vigiliæ propter ejus atrocitatem non potest dividi, nec repeti.

Qualiter usque ad tres vices inclusivè, (quando maximè urgentia erant indicia) possit repeti tortura absque novis indiciis, si reus confessus in tormento ductus ad ratificandum negat, ac ita secunda, & tertia vice se gerit, nam potest torqueri usque ad tertiam vicem, & si etiam postea nolit ratificare debet absolvi cum clausula, *rebus sic stantibus*, vel dimitti sub fidejussione, vel etiam potest condemnari in pœnam arbitrariam quando per malitiam confiteretur delictum in tortura ad evitandam ipsam torturam, & postea nollet ratificare confessionem extra torturam, cùm tunc non possit dici sufficienter purgasse indicia, Clar. *§. fin. quæst.* 21. *vers. ulterius quæro*, Conciol. *resol. crim. verb. Confessio resol. pr. per tot.* D. Fulv. Majoran. *in Opeprax. crim. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 98. *& seqq. fol.* 257. Vulpin. *in fuco*, Farinac. *quæst.* 38. *num.* 26. & ipse Farinac. *d. quæst.* 38. *num.* 91. *& seqq.* dixi *in Pract. §. Tortura num.* 21. & in hoc Opere *§. Confessio num.* 59. Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *resol.* 23. & 24. Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 190. *num pr. & seqq. per tot.* Francisc. de Angelis *tract. de Confess. lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 57. *&c.* Sanfelic. *decis.* 252. ubi quod ter confessus, ut supra, & totidem negans, vel ratificare recusans, potest adhuc pœna extraordinaria puniri, cùm indicia, quæ ante dictas torturas urgebant, non solùm non fuerint purgata, sed imò ex torturis eum confessionibus orta sint nova indicia, & ideò in casu suo fuit condemnatus ad exulandum per quinquennium extra Provinciam, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæst.* 16. *per tot.* ubi de jure convenit cum prædictis, sed in Regno Siciliæ extare provisionem, quòd varians, ut supra habeatur pro confesso; ne tortura reddatur elusoria; disputat tamen an hujusmodi tacita ratificatio sufficiat ad pœnam ordinariam refert DD. hinc inde, & quemdam in Magna Curia fuisse ultra decem vices tortum, nec unquam ratificare voluisse, sed postea cum Curia composuisse.

Quòd etiam tortura testium possit repeti quando variant sed superveniunt nova indicia, & quando repetuntur in faciem rei, cùm hujusmodi repetitio sit facienda cum omnibus qualitatibus primi examinis, Guazin. *def.* 19. *cap.* 13. Farinac. *quæst.* 79. *nu.* 81. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *n.* 201. *fol.* 289. vide *in §. Testes num.* 24. *& §. Repetitio num. pr.* ubi quòd in repetitione non servatur de consuetudine.

Quòd non possit repeti tortura, quando rei examinantur pro habenda ulteriori veritate adversus complices, & socios, super aliis delictis, & non debeat excedere spatium mediæ horæ, alias prodesset ad diminutionem pœnæ, Cartar. *de execut. sent. cap. bannit. cap.* 2. *n.* 90. Guaz. *def.* 30. *cap.* 9.

Et quando sit locus hujusmodi torturæ super aliis delictis, vel sociis, Clar. *§. fin qu.* 64. *num.* 8. & 44. Cardin. Tusch. *litt. T. conclus.* 354.

Quòd quando non extant indicia particularia, non debeat dicta tortura excedere quartam partem horæ, dixi *in Pract. §. Tortura num.* 24.

Circa quam repetitionem torturæ est etiam notandum, quòd si repetatur ex eisdem indiciis non sufficienter purgatis, non est opus assignare novas defensiones ipsi reo torquendo, nec admittitur quod ipse vellet deducere, & probare post primam torturam, & ante repetitionem, nisi tenderet ad ejus innocentiam detegendam, secus autem si esset repetenda ex novis indiciis, vel ageretur de repetitione torturæ in processu informativo illatæ, nam his casibus opus esset assignare reis defensiones ante repetitionem, & si elidantur indicia cessat repetitio, Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap. pr. n.* 165. *& seqq. ad* 208. ubi benè quinque casus distinguit Farinac. *qu.* 39. *versus finem*, *& quæst.* 38. *n.* 100. *& infr. num.* 24. *in fine*.

Quòd tortura regulariter non possit repeti, etiamsi in tormentis ipsis, vel statim post tormenta tortus suam revocaret confessionem, Fab. *in suo Cod. tit. de qu. decis.* 5. Ricc. *Collect.* 574. ubi ponit sex limitationes, Conciol *resolut. crimin. verb. Tortura resolut.* 12. *per tot.* ubi quod tortura regulariter non potest repeti, nisi nova superveniant indicia, re, & substantia à primis diversa, vel quando reus non fuit sufficienter tortus, vel confessus noluit ratificare, vel nisi tortura fuerit divisa, & alia ad declarationem prædictorum, Zuff. *de legit. process. libr.* 3. *quæst.* 190. & 191. ubi qualiter confessus in tormentis si nolit ratificare possit pœna extraordinaria, etiam corporali, puta triremium puniri saltem de consuetudine, & alia ad rem.

Tortura quomodo probetur illata, & an per asser- 16
tionem ipsius torti, vide DD. allegatos per Guazzin. *def.* 32. *cap.* 31. *n.* 18. *&c.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1384.

Quòd tortura cum fune subtili magis cruciet quàm cum grossa, item ex modo ligandi, squassationum, ictuum, qui non possunt esse ultra tres, & quando torquandus esset in uno brachio impeditus, potest per alium brachium solum torqueri, imò tunc cum minori molestia, & periculo dummodò ictus non inferantur, quia hoc modo essent valdè periculosi, ad tradita per Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *qu.* 3. *n.* 2. *& seqq. per tot.* Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 25. *n.* 6. *vers. caveat*.

Tortura mandatariis illata, si in negativa persti- 17
terint, prodest etiam mandanti, Giurb. *cons. crimin.* 87. *num.* 4. Farinac. *cons.* 130. *nu.* 14. *lib.* 2. Conciol. *resolut. crimin. verb. Reus res.* 5. *num.* 3. *& verb. Tortura resol.* 10. *num.* 4. vide in *§. Exculpatio, & §. Mandatum nu.* 27. *in fine*. Carol. Ant. De Luc. *dict. cap.* 25. *n.* 8. Bellegrand. *dict. cap.* 5. *n.* 12.

An autem tortus possit interrogari de sociis, & mandantibus, Anton. de Ballis *tract. variar. lib.* 2. *quæst.* 15. ubi quòd non de jure, nisi in casibus exceptis, secùs autem de consuetudine Italiæ, ut dixi *in §. Confessio, & §. Socius*. Pellegrin. *in Prax. Vic. part.* 4. *sect.* 14. *n.* 74.

Quòd tortura illata principali, qui fuit negativus suffragetur imputatis de auxilio, vel favore, nam ubi dicimus non deliquisse principalem, dicendum est, nec deliquisse accessorios, Menoch. *de arbitr. cas.* 351. *num.* 12. Bajard. ad Clar. *quæst.* 88. *num.* 6. Guaz. *def.* 19. *cap.* 18. *num. pr. in fine, & defens.* 30. *cap.* 40. *nu. pr.* Conciol. *verb. Tortura resolut.* 10. *per tot.* ubi ampliat idem esse in socio criminis ad Farinac. *quæst.* 43. *num.* 10. *& seqq. & cons.* 161. *num. pr. &c. lib.* 2. ubi de socio exculpante socium in tortura; alias autem debilitat tantùm, sed non tollit in totum indicia contra socium militantia, & ego vidi sæpè Florentiæ plures socios inquisitos de gravibus delictis, omnes torqueri pro mensura indiciorum contra singulos militantium, non obstante quòd primi torti fuerint negativi, & ob id illos fuisse absolutos, & alios pro eadem causa confessos, & ratificantes, ac servatis aliis servandis fuisse furca suspensos, vel ad triremes transmissos juxta qualitatem delictorum,

fa-

facit quod dixi in §. *Exculpatio per tot.* Carol. Ant. De Luc. *dict. n.* 8. Bellegrand. *dict. n.* 12.

Et pro observantia Florentiæ hoc numero allegata, vide Cyriac. *contr.* 354. *num.* 23. *& seqq.* Mastril. *decis.* 246. Cavalcan. *de Brach. Reg. part.* 4. *num.* 156. & novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 2. *&* 3. *n.* 70. *& seqq.* qui reddunt rationem quia tortus non absolvitur tamquam innocens, & sic potest esse quod delictum commiserit, licèt torturam sustinuerit, & sic negativa ipsius non reddit erroneam, neque dubiam confessionem aliorum, alias sufficienter verificatam.

28 Tortus si sustinuerit negativam, an sit deffinitivè absolvendus, vel cum clausula *ex hactenus deductis, vel rebus sic stantibus*, dic quòd de jure esset deffinitivè absolvendus, ità ut amplius molestari non possit; de consuetudine verò Tribunalium absolvitur cum dictis clausulis, vel relaxatur sub fidejussione de se repræsentando sine absolutione, sed antequam aliquo modo absolvatur, vel relaxetur debet intimari accusatori, vel denunciatori, & procuratori fiscali cum termino ad deducendum, & probandum quidquid volunt, & possunt, Guaz. *def.* 30. *cap.* 40. *num.* 11. *& c.* 44. *per tot.* Menoch. *lib.* 1. *qu.* 93. Cabal. *resol. crim. cas.* 288. *nu.* 30. *& cas.* 93. *nu.* 23. *&c.* Farinac. *qu.* 4. *nu.* 26. *& seqq.* Conciol. *resolut. crim. verb. Reus res.* 3. *num.* 11. D. Fulv. Majoran. *in Opo. prax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 83. *& seqq fol.* 253. ubi etiam si confessus fuerit, qualiter opus sit ratificatione, & qua forma facienda, vide in *§. Confessio n.* 69. Ricc. *Collect.* 1567. ubi quando possit pœna arbitraria, etiam triremium condemnari, non obstante quod sustinuerit in tortura, vide *supra num.* 11. *& infra nu.* 24. latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 26. Guaz. *def.* 30. *c.* 40. *num.* 5. *& seqq.* Bellegrand. *dict. quæst.* 5. *n.* 12.

Dicta tamen intimatio post torturam fienda accusatori, non servatur Florentiæ.

Quòd si semel sustinuerit negativam in tortura, etiamsi postea nominaretur à duobus, vel pluribus sociis ejusdem delicti, super quo fuit tortus, non possit in pœnam ordinariam condemnari, Franch. *dec.* 577. Baldassar. de Ang. *in* Addit. ad Graaaccl. *dec.* 78. *num.* 6. & ibidem Didac. Mari *num.* 8. *vide in §. Societas num.* dixi *in Pract. §. Tortura nu.* 23. quod meam Practicam, hic relatam citat, & sequitur novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. pr. §.* 10. *n.* 31. ubi quòd quando quis fuit indebitè, vel excessivè tortus, non potest in pœnam delicti ordinariam condemnari, quia tortura indebitè illata debet cedere in diminutionem pœnæ, ad Giurb. *cons.* 43. *n.* 32. Burgos *de mod. proced. ex abrupt. quæst. ult. n.* 160. *& seqq.* Ricc. *de pub. jud. quæst.* 33. *num.* 36. *p.* 1.

Quòd semel tortus, & negativus si superveniant nova indicia à primis specie, & substantia diversa possit iterùm torqueri, Dian. *par.* 4. *tract.* 16. ubi de praxi Tribunalium Sanctæ Inquisitionis, supra *n.* 11.

Quòd si post torturam, in qua reus sustinuit negativam superveniant novæ probationes, possit ex illis condemnari, etiam in pœnam ordinariam delicti, nullo tamen habito respectu ad probationes torturam præcedentes, & per illam purgatas, sed ex subsequentibus tantum non purgatis si per se sint de jure sufficientes, Matth. Sanz. *dict. controv.* 26. *nu.* 24. *& seqq.* ubi declarat Franch. *dict. dec.* 577. *& dec.* 570. *n.* 2. & Ricc. *in addit. ad dict. dec.* 577.

29 Tormentum *Vigiliæ* (sic dictum quia in sui origine reus in scamno sedere cogebatur per quadraginta horas, & ultra absque eo quòd se moveret, vel dormire permitteretur) hodiè modo, quo practicatur est atrocius tormento funis, & ideò non adhibetur nisi in delictis atrocissimis, ac stantibus indiciis urgentissimis, ferè indubitatis, ac proximis, & non remotis, & in suo genere concludenter probatis; non debet excedere decem horas, vel ad summum duodecim, quindecim, & secundum aliquos usque ad viginti; eodem die non debet præcedere aliud tormentum; potest inferri etiam mulieribus, quæ in hoc, sicut, & in tormento funis minus patiuntur quàm homines, debent tamen ab hoc contra mulieres abstinere judices ob honestatem, & in omnem casum prius consulere Principem; plura sunt per judicem circa hujusmodi tormentum animadvertenda, & præcipuè ne reus stet adeò brachiis elevatus, ut eodem tempore patiatur tormentum Funis, & Vigiliæ, non repetatur, non dividatur, non inferatur reo, qui aliàs pro eodem delicto fuerit tortus, torquendus abradatur in omnibus partibus, postea speculum ei anteponatur, continuò judex, notarius, Medicus, vel Chirurgus carcerum assistant; ex quibus signis cognoscatur deficientia rei in tormento, neque ex colore, sudore, voce, anhelitu, & respirandi difficultate, intumescentia gutturis, & colli, livore unguium, & cæterarum partium, dissolutione membrorum, spuma oris, languore corporis, & hujusmodi, & quomodo judex debeat tunc facere deponere reum à tormento, & remedia opportuna adhibere, alias ipse teneatur etiam de homicidio, si reus ex sua negligentia in tormento moriatur; quod tormentum Vigiliæ possit quandoque adhiberi loco torturæ funis, etiam in delictis ordinariis, quando reus haberet impedimentum pro fune, quod non militaret in Vigilia judicio peritorum, quo casu tamen deberet esse ad proportionem funis, & ad summum non excedere quinque, vel sex horas, & sine abrasione pilorum; quinam sint morbi peculiares, qui impediunt tormentum Vigiliæ, & alia, vide latè per Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæst. pr. num.* 19. *& seqq.* ubi describit tormentum Vigiliæ, sive Capræ, vel Cavaletti, *& q.* 5. *&* 6. *per tot.* Scanar. *de visit. Carc. lib.* 2. *§.* 6. *c.* 4. *n.* 11. *& seqq. per tot. & in App. §.* 3. *c.* 6. *per tot. fol.* 43. ubi ponit picturam hujusmodi tormenti, & omnia in eo animadvertenda, *& in dicta Append. cap.* 7. *fol.* 44. *& cap.* 35. *fol.* 74. Guazzin. *def.* 30. *cap.* 21. Farinac. *qu.* 38. *num.* 75. *&c.* Conciol. *verb. Tortura resol.* 16. *n.* 2. cum aliis per eos citatis, & dixi *in Pract. §. Tortura n.* 28. *& seqq.* Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 25. *n.* 6. *vers. tormentum vigiliæ.*

Tormentum *taxillarum*, vulgò *la Stanghetta*, ò *il Dado* parvipenditur à judicibus, & Doctoribus, qui parum in eo confidunt ad eruendam veritatem propter fraudes, quæ in illo inferendo à tormentario adhiberi possunt, quamvis his cessantibus intensissimum afferat dolorem propter partis sensibilitatem magnam, ita ut à nonnullis inhumanum appelletur, de quo Farinac. *qu.* 38. *num.* 67. *&c.* Bernardin. in Schol. ad Ambrosin. *lib.* 4. *cap. pr. num.* 2. *Process. informat.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæst.* 7. *num.* 1. *& seqq.* ubi etiam de morbis peculiaribus hoc tormentum impedientibus, Cartar. *Pract. interrogat. reor. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 9. ubi ponit formulam constituendi reos in hoc tormento per quartam partem horæ, Ambrosin. *d. Process. inform. lib.* 4. *cap.* 11. ubi per spatium duorum miserere, vel trium, seu quatuor Pater Noster ut notat Guaz. *def.* 30. *cap.* 21. *n.* 11. ubi quòd solet adhiberi in parte sinistra, si non sit impedita, quamvis Cartar. *ubi supra*, loquatur de parte, sive pede destro, sed hoc parum referre puto, & quoad spatium temporis servatur opinio Ambrosini, & Guazzini, scio fuisse alias reprehensum quemdam judicem Pisarum, qui per quartam partem horæ tale tormentum adhibuerat, licèt interpollatim, & poterat excusari per Cartar. *ubi supra.* 30

Tormentum *Sibillorum* est omnium levissimum, & minus periculosum, solet adhiberi cum pueris, vel mulieribus, & in casibus levibus, nisi obstet chiragra, prout etiam Ferula, Virga, & Scutica sunt proprium tormentum puerorum, Brun. *de indic. & tort. par.* 2. *quæst.* 2. *num.* 6. *&c.* Farinac. *qu.* 38. *num.* 68. *&c.* Paul. Zacch. *d. qu.* 7. *n.* 4. *&c.* Quoad tempus servatur idem ut supra in tormento taxillorum. Vide Carol. Ant. De Luc. *loc. supra cit. cap.* 25. *n.* 7. 31

Tortus, vel torquendus utens schedula inscripta verbis sacris, crucibusque signata superstitionem sapientibus, ne cogatur fateri delictum, debet puniri quandoque pœna ultimi supplicii, si nempè contineat invocationem Dæmonum expressam, vel alia arbitraria mitiori, si contineat solam superstitionem, DD. *in l. pr. Cod. nemini licere nomen Salvatoris, &c.* Sanfelic. *decis.* 265. ubi inserit tenorem dictæ schedulæ 32

dulæ superstitiosæ, quam dicit fuisse consideratam tamquam indicium, quod aliis junctum gravabat reum in delicto, de quo in Curia sæculari erat inquisitus; nam si consideretur tamquam sortilegium, vel superstitio sapiens hæresim, non potest à judice laico puniri, juxta ea, quæ dixi *in §. Hæresis num. 4. & num. 11.*

Sed quòd potius sint imaginationi, quam maleficio sint attribuenda hujusmodi remedia, notat Possent. *singul.* 295. *per tot.* vide citatos supra n. 3. *in fine.*

Quòd qui inventus est uti sortilegio ad eludendum tormenta possit iterum torqueri, Fab. *in Cod. tit. de quæst. dec.* 3. Novar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 597. *num.* 25. & cum de anno 1678. mihi evenisset casus sub die 20. Septembris in causa contra Roccum Bertinum, fuit dictum quòd poterat augeri tortura, vel contestato hoc novo delicto sortilegii, quod citra hæresim est mixti fori ad Cabal. *cas.* 223. *num.* 67. *& seqq.* cum novo termino defensionis aliqua pœna arbitraria condemnari, sicuti condemnatus fuit in libris 200. tam pro dicto bullettino reperto ante elevationem, quàm pro delicto principali, cujus augebat indicia, ut in filcia Negociorum Magistratus DD. Octo 2455. dicti anni 1678. facit Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 60. *per tot.* ubi de sortilegio libidinis causa, ut sit mixti fori, dummodò hæresim manifestam non sapiat, &c.

23 Tortura tamquam actus meri imperii non potest à judice alteri delegari, nisi delegatio fiat Collegæ; imò Collega non opus habet commissione, vel delegatione, cùm ex pluribus judicibus unicuique competat jurisdictio insolidum, ut probat Sanfelic. *dec.* 350. *n.* 9. *& seqq.* vide Hieron. Cala *tract. de Praemin. M. C. V. cap.* 42. *per tot.* ubi plura an tortura possit per Commissarium testibus extra Tribunal irrogari ex processu informativo.

An, & quando tortura sit meri imperii, Anton. de Ballis *tract. abr. lib.* 2. *qu.* 6. *per tot.* Cala *loc. cit.*

Florentiæ tamen ad evitandas expensas conductæ carceratorum, vidi quandoque executionem torturæ, tam pro liquidatione processuum, quàm pro pœna inferendæ, committi Rectoribus justitiæ locorum, in quibus detinebantur carcerati; & Cancellarios ipsos Magistratus DD. Octo Baliæ missos ad fabricandum processus informativos, torturam testibus pro habenda veritate inferre, licèt quandoque fuerit dubitatum de facultate, & non sine ratione ex prædictis.

24 Torti, vel torquendi soleat quandoque uti variis remediis, & bullettinis ne sentiant dolorem, & ne cogantur fateri veritatem, ut dixi supra *num.* 22. & quandoque quibusdam placentulis ex farina, & rebus aliis confectis, ac etiam solent comedere bulletinos, in quibus descripta sunt nonnulla verba, & aliqui dum ligantur proferunt ea voce submissa, & ideò nec judex debet multum esse circumspectus permittas eos tacitè secum loqui, sed interrogando interrumpere. Vide Pellegrin. in *Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 14. *nu.* 61. *cum seqq.*

Et quoad dictas placentulas, quas pro remedio singulari, & tuto contra tormenta arbitrantur ego recordor quòd cum de anno 1673. mense Decemb. in Tribunali DD. Octo Baliæ Virorū, quidā Anton. Bernardius de Florentia inquisitus de pluribus furtis cum fractura apothecarum, fuisset positus in tormento Capræ per octo horas decretato, & citra tres horas fassus fuesit omnia, sed confessionem ratificare noluerit, post paucos dies iterum positus in eodem tormento Capræ, illud per dictas octo integras horas (non computatis primis) constanter sustinuit absque ulla lamentatione, vel doloris ostensione, quòd cùm mihi, & aliis admirationem attulisset, venit ad notitiam, fuisse eidem medio amicorum subministratum secretum dictarum placentularum, qui cùm vidit se apponendum tormento prædicto, petiit commoditatem exonerandi ventrem, & interim deglutiit, vel manducavit dictas placentulas, quæ (ut ferebatur) fuerunt in causa ne sentiret dolorem, & ne fateretur delicta, pro quibus fuisset furca suspensus, sed nihilominus ex alia causa fuit ad triremes transmissus. Et iterum sub die 20. Octobris 1676. quidam Jacobus de Badignana de Valle Morotti Potteriæ Arcis Sancti Cassiani Romandiolæ, cui ex causis plurium explosionum, archibusatarum contra diversos, & homicidii fuerat decretum tormentum *Capræ* per duodecim horas, cum prima vice eidem tormento suppositus omnia fassus fuerit in termino duarum horarum cum dimidia circiter, & postea ratificare noluerit iterum suppositus constanter negativam substinuerit in eodem tormento per novem horas cum dimidia, quæ computatis primis implebant totum tempus decretum, quod magis juridicum fuit reputatum, maximè in tormento tam longo, & atroci, quod ideò juxta superius dicta repeti non potest, sed benè in his casibus confessionum non ratificatarum continuari usque ad tempus decretatum, & dictus Jacobus fuisset absolutus, nisi ex aliis causis esset jam ad triremes vita durante damnatus; vel non tam acriter tortus, sed cùm esset homo facinorosus, & indiciatissimus ad triremes arbitrariè damnatus, & transmissus, quæ fieri posse de jure constat ex traditis per Ricc. *Collect.* 1567. Laureat. Matthæu. & Sanz. *tr. de re crimin. controv.* 26. & alios per me citatos supra *n.* 11. *&* 18. quibus addo Possent. *sing.* 234.

Et de maleficio taciturnitatis, aliisque remediis naturalibus ad occupandum sensus, ne sentiant dolorem vel ad impediendam loquelam, Torreblanc. *tract. de Magia lib.* 2. *cap.* 23. *per totum.*

Et ita servatum fuit cum approbatione Serenissimi Magni Ducis, me proponente contra votum Dom. Auditoris substituti Bandarum sub die 23. Februarii 1677. in quodam Laurentio Fini Gamberucci de Calera, qui cùm esset indiciatissimus de assassinio (in quo delicto etiam de jure licitum est jura transgredi) licèt per septem horas sustinuerit negativam in tormento *Capræ*, cum solito præambulo octavæ circiter partis horæ funis in sero antecedente, fuit existimatus non purgasse sufficienter indicia, & arbitrariè damnatus, ac statim ferè trasmissus ad triremes per septennium, (sicut, & ejus socii ex aliis tamen causis, cùm non essent adeò indiciati) per Magistratum DD. Octo Baliæ Florentiæ Virorum, ut constat in Giornali Negociorum 651. fol. 316.

An autem in dicto casu repetitionis, sive continuationis tormentorum opus sit assignare reo novas defensiones ante repetitiones, vide Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap. pr. nu.* 165. *& seqq. ad* 208. ubi quinque casus distinguit D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 100. *&c. fol.* 257. & dixi supra *n.* 15. *vers. circa quam repetitionem*. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap.* 26. *n.* 5.

Quòd si confessus in tormentis nolit ratificare, non allegando errorem confessionis, nec aliud relevans præter dolorem torturæ, cùm jam habuerit solitum terminum defensionum, possit denuò torqueri, vel in pœnam extraordinariam condemnari juxta superius notata absque alio termino defensionum, ac ita fuisse pluries servatum, recedendo ab opinione Auditoris Francisci Venturini, & sequendo vestigia, rationes, & auctoritates Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap. pr. num.* 165. *& seqq. ad* 208. ac Farinac. *qu.* 38. *num.* 100. me proponente dixit Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ sub die 5. Februarii 1677. in causa contra Petrum Antonium de Pierantoniis, & alios birruarios, ac ita fuit approbatum à Serenissimo Magno Duce, & pro eo ab Illustrissimo D. Æmilio Lucio Auditore fiscali meritissimo, ut constat in filcia Negociorum dicti Magistratus sub num. 2233.

Tortura licèt non possit inferri nisi prius constet de corpore delicti, ut dixi supra *nu.* 4. tamen fuit quandoque dubitatum an pro inveniendo corpore delicti, sive potius rebus furatis possit deveniri ad torturam, sicut fuit deventum à quodam judice Anglaris de anno 1677. in causa contra Joannem Antonium Francisci de Montemerculo, & resolutum fuit non licuisse, ac ob id causa avocata à dicto Tribunali ad Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, ubi confessio de delicto emanata ex dicta tortura fuit habita pro nulla, quia licèt non pro inveniendo corpore delicti (ut dicebat præfatus judex) sed rebus furatis possit quandoque tortura inferri, debet fieri servatis servandis, hoc est constito prius aliter 25

ter

Digitized by Google

ter de corpore delicti, veluti per relationem statim Curiæ factam, subitas conquæstiones, acclamationes, præexistentiam rerum furtatarum, fracturam ostii, capsæ, vel scatularum, ut constabat in casu prædicto, præcedentibus legitimis indiciis, & assignato solito defensionum termino, ex traditis per Carpzov. *in prax. crim. qu.* 108. *num.* 21. Zuff. *de legitim. process. qu.* 20. *num.* 6. & non ex abrupto informativo, prout fecit dictus Judex Anglaris, cui non habenti aliquam præeminentiam id minimè licebat, sicut ultra per me citatos supra num. 8. tradunt Jo. Anton. de Nigr. *suc.* 51. *cum sceleruti nu.* 44. *tit. de offic. Magistr. just.* Simanch. *contr. hæres tit.* 65. *de torment. num.* 64. & Tap. *dec.* 22. *per tot.* fuit tamen excusatus in foro temporali, & monitus tantùm pro aliis vicibus, cùm prius requisierit consilium à superioribus, & non obtinuerit, Raynald. *rer. crimin. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *n.* 159. *&c. fol.* 97. Vide Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 14. *n.* 32.

Verùm quia agebatur de causa gravi, & dictus reus nulliter confessus, postea sciens, & spontè pluries dictam suam nullam confessionem expressè ratificavit socios nominando, & plures circumstantias exprimendo, fuissent in magno periculo pœnæ furcarum juxta notata per me in Compendio judicis perfecti *n.* 68. nisi fuisset in carceribus morte naturali præventus, & ideò dicta confessio, ut supra pluries spontè confirmata fuit habita in magna consideratione, etiam contra socios nominatos, inter quos ipsius confitentis filius, quem non est verisimile voluisse contra veritatem aggravare, & cunctis aliis indiciis, cùm esset carceratus fuit non leviter tortus, & alius, qui fracto carcere aufugit in pœnam furcarum præmissis solitis citationibus damnatus, juxta praxim, quàm docet Farinac. *qu.* 30. *num.* 43. quidquid superficialiter non penetrando merita causæ nec doctrinas applicabiles, in contrarium D. Auditor substitutus Bandarum, sive forsan ejus Cancellarius vocaverit pro relaxatione dicti carcerati cum fidejussore, & suspensione processus quoad alium, qui fracto carcere fugerat, & citatus erat contumax, ut constat ex processu, & negocio in dicta causa contra Joannem Antonium Francisci de Montemerculo, & alios, per me expedita in Magistratu DD. Octo de anno 1678. in mense Junii, sive Julii.

Et ubi ageretur de homicidio, nec reperiretur cadaver, quod mille modis occultari potest, si occisus fuerit cum aliquo visus, & postea per spatium temporis non reperiatur, stante fama mortis, vel aliis indiciis de morte, potest ille socius inquiri, interrogari, & torqueri, ut indicet ubi reperiatur N. cum quo fuit visus, assignatis tamen prius defensionibus; secùs autem si simplex associatio esset probata absque fama, vel aliis indiciis de morte, nam tunc esset dimittendus cum cautione in forma, sicuti pluries utroque casu servatum fuisse testatur Sanfelic. *decis.* 28. *per totum* cum quo concordant Carpzov. *quæst.* 108. *num.* 21. & Zuff. *de legit. process. qu.* 20. *per tot.* ubi videtur respicere indicia indubitata.

Et etiam non probata dicta associatione, sed stante fama inconcussa de certo homine occiso, factisq; diligentiis de illo inveniendo vivo, vel mortuo, & nullo modo reperto, ac aliis indiciis de morte concurrentibus, dici sufficienter constare de corpore delicti ad effectum specialiter inquirendi, & torquendi indiciatos de homicidio negantes, assignatis tamen prius solitis defensionibus, fuit resolutum à Rota criminali Florentiæ mense Januarii 1683. in causa contra Arcangelum de Scalis, & alios, per doctrinam Farinac. *q.* 2. *n.* 9 *& seqq.* Carpzov. *d. qu.* 108. *n.* 21. *& qu.* 16. *n.* 26. Careo. *de Offic. S. Inquisit. tit. pr.* §. 4. *n.* 25. *&* 26. & aliorum in motivis citatorum, vide *Corpus delicti*.

26 Tortus indebitè, etiamsi fateatur delictum, & ratificet, debet absolvi, ita ut etiam secundum aliquos totus processus corruat, licèt verius sit processum non corruere, nec vitiari, nisi quoad torturam, & confessionem, & ideò si ex processu legitimè facto ante torturam indicia urgentia resultent, poterit tortus ratione illorum pœna extraordinaria puniri, quia non fuerunt purgata per legem torturam, in qua negativus non persistit; nam licèt ex eo quòd quis injustè, vel indebitè torqueatur; actus torturæ, & confessionis nullius sint efficaciæ, indicia præcedentia non possent dici purgata, quando reus crimen fatetur, satis enim nullitati tribuitur, si tortura, & confessio nullum producant effectum absque eo quod prosint in alio conficienti, ut egregiè probat Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 27. *num.* 26. *& seqq.* ubi allegat Bajard. ad Clar. *qu.* 64. *num.* 3. Guaz. *defens.* 4. *cap.* 3. *n.* 19. *& alios*, vide *in* §. *Confessio n.* 56. *&c.*

Qualiter confessio emanata ex tortura sine legitimis præcedentibus indiciis, sit nulla, & non præjudicet, etiam ratificata millies cum juramento, & licèt postea supervenient legitima indicia, ita ut nec etiam aliis nominatis obsit, latè Francisc. de Angelis *tract. de Confess. lib.* 3. *quæst.* 16. *per tot.* ubi tamen num. 29. quòd secus est in spontanea confessione, de qua dixi *in* §. *Confessio num.* 47. *in fine*, *& in* §. *Inquisitio num.* 11. vide Carpzov. *in prax. qu.* 123. *n.* 8. Brunnemann. *in prax. cap.* 8. *membr.* 5. *n.* 15.

Tortura quando irrogatur in casibus exceptis alicui reo confesso, vel convicto de se, ad habendos socios, & complices, licèt debeat fieri cum protestatione, ut dixi supra num. 11. & 14. tamen non est necessaria talis protestatio, quando datur tortura post sententiam condemnatoriam, prout fieri posse, & servari in multis tribunalibus, condemnando scilicet reum confessum, vel convictum in pœnam capitis, vel furcarum, & torturam post sententiam, ad habendos socios, & complices inferendam, colligitur ex text. *in l. qui ult.* 29. *ff. de pœnis*, ibi, *Sæpe ideo servari solet post damnationem, ut ex his in alio quæsito habeantur*, Peguer. *decis.* 5. *num.* 19. Farinac. *quæst.* 40. *nu.* 28. & aliis, quos refert & sequitur Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 26. *num.* 28. *& seqq.* D. Fulc. Majoran. *in Opop. prax. crim. libr. pr. num.* 31. *fol.* 105. 27

Florentiæ tamen numquam vidi hanc praxim torquendi post sententiam servari; sed tantùm audivi, semel ordinatum fuisse à D. à Secretis criminalibus antecessori meo, quendam condemnatum, denunciata prius illi morte, tamquam cadaver in caput alienum torqueri, & factam fuisse difficultatem in exequendo, cùm nimis dura, & rigorosa, ac desperationis plena praxis videretur; quid verò sequutum fuerit ignoro, & cùm sæpius à Senatore, cui commissa erat, fuerim interrogatus, an esset juridica, dixi in parte, & partibus sustineri potuisse per text. allegatum *in l. qui ultimo* 29. *ff. de pœn.* & alios præcitatos.

Quando autem tortura infertur super aliis delictis juxta communem, & generalem consuetudinem totius Italiæ, & non solùm similibus, sed etiam dissimilibus, debet confessus interrogari in genere, & non in specie, nisi adsint antiqua indicia particularia, licèt lævia, & si vellet revocare propriam confessionem, præmissa solita protestatione, non auditur, nec ei prodest ad evitandam pœnam ordinariam criminis confessi; ista tamen tortura debet esse moderata, & non per tormentum Vigiliæ, nec torqueri tamquam cadaver; non procedit in Clerico, nec contra simplicem delinquentem, sed tantùm contra reos malæ famæ, diffamatos, & hujusmodi, nec in Statu Ecclesiastico, ubi dicta consuetudo est limitata in aliquibus casibus, ut declarat Guaz. *defens.* 30. *cap.* 8. *per tot.* cum aliis citatis supra *num.* 11.

Si igitur inquisitus de pluribus delictis, sit de aliquibus confessus, vel convictus, & de aliis specialiter, ac validè indiciatus nihil videtur obstare quin præmissa protestatione citra præjudicium confessorum, & convictorum possit acriter torqueri, & fortè tamquam cadaver ad mensuram indiciorum pro aliis delictis, de quibus non sit confessus, neque convictus, licèt pro confessis, vel convictis esset in gradu pœnæ ordinariæ mortis, ubi agitur de delictis, quæ intersit Reipublicæ detegi cum sociis, & ad consulendum interesse partium offensarum, ad tradita per Cavalc. *de Brach. Reg. p.* 3. *num.* 140. *& seqq.*

Et quandoque etiam cum tormento Vigiliæ, vel Capræ si delicta non confessa, & indicia sint talia,

pro quibus aliàs posset esse locus dicto tormento, ut dicebam, interrogatus Florentiæ, & servatum fuit de anno 1683. mense Augusti ab Illustrissimo Domino meo Emilio Lucio Auditore fiscali Serenissimi Magni Ducis in causa illi delegata contra Joannem Baptistam Ceotelium, & alios plures, in qua pro pluribus latrociniis qualificatis fuerunt damnati ad pœnam furcarum seu delinquentes partim confessi, & partim convicti ex dictis plurium sociorum, & ultra urgentibus Indiciis juxta rigorosam opinionem Cabal. *cas.* 185. de qua dixi *in §. Socius num.* 51. & sententiam quoad omnes fuit exequuta in Platea Magna Ducali sub die 19. Decembris 1683. cum modico malorum terrore, & bonorum sublevamine pro justitia benè acta, juxta illud *Justitiæ Domini rectæ lætificantes corda, &c.*

De tortura nonnulla tradunt Bertachin. *Repertor. verb. Tortura*, Joseph Felic. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Comp. decis. Neap. par. pr. & 2. verb. Tortura*, aliique plures citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Tortura*, & à Com. Augustin. Fontan. *Bibliotb. legal. part* 5. *eod. verb. fol.* 744. qui tangunt plures quæstiones, & indicant DD. illas tractantes. De tortura plura tradunt Hieronym. Basilic. & Jul. Chartar. *in dec. crimin.* Carpzov. *in prax. crim. quæst.* 123. Brunneman. *in prax. crim. cap.* 8. *membr.* 5. Pellegrin. *prax. vicar. part.* 4. *sect.* 14. Carol. Anton. De Luc. *in Prax. crim.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. method.*

28 Tortura infert damnum irreparabile, & ideo ab ejus comminatione datur appellatio Fagnan. *in cap. super eo il secundo* 8. 9. *de Appellat. lib.* 2. *Decretal.*, Et an torturæ decretum admittat appellationem latè Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *quæst.* 11. *à nu.* 41. *& seqq. tom. pr.* Vide Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth. tract.* 9. *quæst.* 4. *n.* 13.

29 Per nullitatem propositam per viam actionis impeditur executio sententiæ, si agitur de executione sententiæ irretractabilis, puta mortis, torturæ, vel carcerationis Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 3. *n.* 41. *tom. pr.*

30 Tortura an possit inferri extra tribunal Scialoy. *de for. judic. cap.* 12. *à n.* 27. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 32. *n.* 27. *tom. pr.*

31 Tortura an possit inferri à Judice delegato Reo, & Testibus Cavalcan. *de Brach. Reg. part. pr. num.* 671. Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrup. quæst.* 100. *à n.* 124. Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *quæst.* 27. *n.* 10. *et* 11. *tom.* 2.

32 Tortura insolito tormenti genere inferri non debet. Fagnan. *in cap. audivimos n.* 31. *de reliq. & ven. Sanct. lib.* 3. *Decret.*

33 Fur insignis diffamatus de uno confessus super aliis factis torqueri potest Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 9. *quæst.* 4. *n.* 10.

34 Reus confessus ubi torquetur ad nominandos socios &c. cum protestatione sine præjudicio actitatorum &c. ello delictum neget, non impedit, quin condemnari possit Bellegrand. *tract.* 9. *quæst* 4. *n.* 13.

35 Testis sine indiciis tortus nihil probat Mascard. *conclus.* 353. *n.* 6. Bellegrand. *tract.* 9. *quæst. pr. n. pr. tract.* 3. *quæst.* 25. *e.* 8., ubi etiam quid dicendum de Reo.

36 Testis & Reus dilationem petens per torturam cogi potest ad respondendum Bict. *quæst.* 81. *à n.* 6. Bellegrand. *tract.* 4. *quæst.* 9. *n.* 9. *quæst.* 11. *n.* 7.

37 Testis tortus an debeat ratificare dictum extra locum torturæ Bellegrand. *tract.* 9. *quæst.* 3. *n.* 4.

38 Testis quoad alios, & principalis quoad se sine defensionibus non torquetur Bellegrand. *tract.* 9. *quæst.* 1. *num.* 7.

39 Socius criminis nominans aliquem in tortura, iterum torqueri debet in facie nominati Bellegrand. *loc. cit. tract.* 9. *quæst.* 3. *n.* 5.

40 De generibus, & torturæ gradibus, seu de tortura in genere, de tortura testium, & de observandis circa torturam testium, & an, & quando Reus sit torquendus, & de aliis ad torturam Rei spectantibus latè Bellegrand. *loc. cit. tract.* 9. *quæst. pr. & seqq.*

41 Clerici, & Sacerdotes an valeant torqueri, & quomodo, & à quibus, tortura juste inferenda, aliàs Judex punitur, an copia indiciorum danda sit Reo ante torturam, & indicia ad torturam non debent esse enervata per Reum, litis contestatio debet præcedere torturam, an requiratur instantia ad torquendum, an juramentum calumniæ, an interlocutio, quod Reus torqueatur, an Judex torquens debeat habere merum imperium, an Advocati Rei audiendi sint ante torturam, tortura quibus diebus inferri possit, quid facere debeat Judex dubitans an torturam inferre possit, dum Reus torquetur, de consuetudine non intersunt Advocati, & Procuratores, suggestio vitanda in tortura, actus omnes Rei torti describendi, & quid si moriatur & alia Pellegrin. *in Prax. Vicar part.* 4. *sect.* 14. *per tot.*

§. TRANSACTIO. XIV.

TRansactio est de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio, *l. pr. ubi gl. & DD. ff. de transact.* & secundum strictam significationem is transigere dicitur, qui actionem sibi competentem institutam, vel instituendam aliquo accepto causa concordiæ remittit, ac plura de significatione hujus verbi transactionis & concordiæ, an verificetur in quocumque recessu à lite, etiam per desertionem causæ, latè Rot. *p.* 2. *rec. dec.* 519. *per tot.* Tusch. *lit. T. conclus.* 341. *& seqq.* Merlin. *dec.* 163. *par.* 1. *recen. dec.* 248. *num. pr. &c.* ubi quòd est recessus à lite, & actione mota, & movenda, & dicitur quasi transitus ab actione, ejus requisita sunt ut fiat super re dubia, ac incerta, & cum mutua compensatione, aliquo hincindè dato, vel remisso, *& part.* 14. *decis.* 315. ubi quæ sit transactionis natura, & ad illam sustinendam quid requiratur, Bich. *dec.* 490. ubi propriè sumpta requirit litem, vel ejus timorem, latè verò comprehendit omne genus conventionis, adde Zamoran. *tract. de compens. disput.* 4. *cap.* 23. Nicol. *Instit. canonicar. tit. de transact. num. pr.* Andreol. *contr.* 288. *n. pr.* Hodiern *contr.* 37. *n.* 9. Rossignuol. *in Theol. leg. contr. lib.* 13. *tit. de Transact.* De Luc. *de Alien. disc.* 50. *nu.* 3. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 1. *quæst.* 17. *n.* 3. *tom.* 4.

Multa de transactionis materia, quid, & quotuplex sit, de quibus possit transigi, vel non, quomodo perficiatur, de causis transactionum in genere, & in specie, de obligationibus, & actionibus, atque exceptionibus inde resultantibus, quibus modis transactio dissolvatur, an inducat novum titulum, an dominium transferat, aliaque plura dubia ad rem solvit D. Gregor. Rossignol. *in Noviss. sua Praxi Theolog. legal. contract.* 13. *tit. de transact. fol.* 411. *& seqq. per tot.* Valeron. *tract. de transact. per tot.* & omnium plenius Illstriss. Dom. meus Joseph Urceol. *eodem tract. in tertia editione Lugdunensi anno* 1687. *cum Addit. ejusdem Auctoris*, & D. Jo. Urceol. ipsius meritissimi filii ut alias hic dixi. Onuat. *de contract. tit. de Transact.* Altimar. *loc. supra cit.*, & alibi sæpe.

De transactione notant etiam multa Bertachin. *Repertor. verb. Transactio*, Joseph. Feliu. *Margar. var. concl. eodem verb.* Thoro *Compend. dec. Neap. par. pr. & 2. verb. Transactio*, aliique plures citati à Castejon. *Alphab. jurid.* & à Com. Aug. Fontan. *Bibliotb. leg. par.* 1. *verb. transact. fol.* 748. qui tangunt varias quæstiones, & indicant DD. illam tractantes. Card. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *loc. cit.* & alibi.

Plura de quæstione nominis, & rei, ac de requisitis transactionis, doctissimè post alios scripsit, omninò videndus Illustrissimus Dominus meus Joseph. Urceolus, unus ex Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Auditoribus in ejus uberrimo *tract. de transact.* longè post hæc scripta edito *qu.* 1. *cum plurib. seqq.* ad quem uti semper fontem perennem in hac materia recurras, quia omnia miro ordine, ac summo studio per centum quæstiones principales cum multis aliis incidentibus explanavit; addita insuper decisionum Rotæ Romanæ ad rem facientium centuria, studio, & opera D. Joannis Urceoli dignissimi tanti Auctoris filii, primum Rotæ Perusinæ, nunc Rotæ Senensis pro Serenissimo Magno Duce, & majoris expectationis Auditoris.

Que-

Qualiter differat transactio à pacto possit fieri per simplex pactum, & per acceptilationem, vel Aquilianam stipulationem, vide text. *gloss. & DD. in l. 2. l. 4. & 5. ff. de transact.* Urceol. *d. tract. q. 9. & 10. per tot.*

Quòd transactio sit contractus innominatus, quia
Qualiter possit transigi super decimis præteritis, absque ullius Prælati auctoritate, vel licentia, super futuris verò non, nisi cum auctoritate Summi Pontificis ubi agitur inter personas Ecclesiasticas, & laicos; si autem agatur inter personas Ecclesiasticas hincinde sufficiat auctoritas Episcopi, vel ejus Vicarii, seu alterius habentis jurisdictionem quasi Episcopalem, & alia de hac materia, Valeron. *tract. de transact. tit. 3. quæst. 6. num. 54. & seqq.* Rebuff. *de Decimis quæst. 13. num. 33.* Barbos. *de Offic. Episc. par. 3. alleg. 121. num. 13. & seqq.* cum aliis per Urceol. *tract. de transact. quæst. 24. num. 42. & seqq. & quæst. 26. per tot.* Rot. *part. 19. recent. dec. 397. nu. 51.* ubi quòd transactio super decimis non eget beneplacito Apostolico, sed sola Episcopi confirmatione contenta est; intelligendo tamen ut supra, Card. de Luc. *de decim.* ubi quando dicatur valida *disc. 3. ex numer. 4.*

Transactio facta per adultum cum uno ex suis tu- 15
toribus qualiter illi præjudicet, quoad alios, Montan. *de tut. cap. 39. num. 124. & seqq.* vide in §. *Liberatio num. 10. & 11. & §. Pupillus num.*

Qualiter transactio super administratione pariat exceptionem litis finitæ, nisi doceatur de errore, vel

dolo

dolo ex ipse transactione, vel en aliis claris, & perspicuis probationibus aliunde quam ea libris, quos non tenetur administrator amplius exhibere, Ruin. conf. 71. lib. 4. Rot. part. pr. diverf. decif. 157. & 158. & apud Seraphin. decif. 230. & 234. & in recent. part. 4. tom. 2. decif. 218. num. 8. vide in §. Tutela num. 21. & 31.

Quòd dicta transactio cum uno ex tutoribus, vel administratoribus facta non patrocinetur aliis, text. in l. 1. ubi gloſ. & DD. Cod. de transact. Rot. part. 9. recent. decif. 368. nu. 32. &c. ubi generaliter de omni transactione, ut prosit tantùm transigentibus, & non aliis, Urceol. de transact. quæst. 73. num. 26. & 27. & quæst. 100. num. 31. & seqq. ubi quando prosit aliis.

An autem valeat transactio à tutore facta super rebus pupilli, dic quod non regulariter, l. Lucius Titius 46. §. Tutoribus, ff. de admin. & peric. tut. Montano. de tut cap. 33. num. 239. Menoch. de arbitr. caſ. 271. nu. 41. Paul. Christin. decif. Belgic. 97. num. 8. vol. 2. vide in §. Tutela nu. 31. et 32. novissimè Urceol. tract. de transact. quæst. 20. & 21. per tot. ubi qualiter valeat.

Non tamen transigi potest super jure tutelæ, vel educationis pupilli inter plures controversæ, cùm sit munus publicum, quod non potest pactis privatorum tolli, vel mutari, Valeron. de transact. tit. 3. quæst. pr. Urceol. eod. tract. quæst. 55. num. 71. & seqq.

16 Transactio non potest impugnari, nisi priùs restitutis omnibus vigore illius acceptis, l. si adversa 14. & l. ubi pactum, & l. seqq. 40. & 41. ubi DD. C. de transact. Magon. decif. Flor. 119. nu. 8. Rot. par. 15. recent. decif. 151. m. 13. et seqq. et part. 17. dec. 341. nu 9. Merlin. decif. 522. num. 3. et 4. ubi declarat procedere tantùm quando petitur id, quod competeret non facta transactione, secùs autem si solum agatur, ut nullitas detegatur. Quid si impugnans fuerit dolo ad transigendum inductus, & alia Ricc. Collect. 3131. Rot. part. 10. rec. decif. 182. nu. 24. etc. ubi quando possint accepta retineri ab impugnante Amat. decif. Ferr. 64. Gregor. decif. 354. cum Addit Merlin. decif. 767. num. 4. etc. Urceol. Consult forenf. cap. 70. num. 35. vol. 2. et de transact quæst. 89 per tot. Ricc. Collect. 3757. 1822. 3285. et 3131. ubi plura not. Rot. part. 10. recent decif. 202. num. 9. 10. part. 11. decif. 273. num. 11. decif. 261. num. 9. part. 12. decif. 322. nu. 11. part 13. decif. 268. num. 3. ubi quòd non est locus restitutioni acceptorum, quoties non implementum ex parte dantis proveoit, vide Jo. Paul. Melii obſcrv. 150. nu. 5. etc. plenè Alvarez Pegas resol. forenf. cap. 7. per tot. Andreol. contr. 286. ubi de transactione super re clara ut non valeat, quando dicatur res clara, & an ob enormissimam læsionem rescindi possit, & plenius de eadem causa Aloys. Alberic. apud Andreol. controv. 288. per tot. idem Andreol. controv. 399. n. 60. et seqq. Vide Altimar. de nullitat. rubr. 1e part. 2. quæst. 27. a num. 138. tom. 4.

De transactione inita vel extorta sub prætexto falsarum difficultarum, ut non teneat, Idem And. contr. 294. n. 2. et seqq.

Quòd agi possit ad nullitatem transactionis priusquam fiat restitutio accepti; sed postquam est detecta nullitas, non possit agi ad executionem, nisi priùs facta dicta restitutione, & Doctores contrarium tenentes esse intelligendos cum ista distinctione, Beltram. ad Ludovif. decif. 271. nu. 28. & melius dec. 354. n. 17. ubi ponit sex limitationes ad dictam regulam, in quibus potest transactio impugnari non restitutis priùs acceptis, vide in §. Impugnatio n. 3. §. Actorum nu. 17. et §. Nullitas n. 13. Hieron. Cala tract. de restit. in integr. quæst. 9. per tot.

Non dicitur impugnare transactionem, nec tenetur accepta restituere, qui venit ex jure sibi in ea reservato. Rot. part. 15. rec. decif. 118. n. 4. etc.

17 Transactio propter læsionem ultra dimidiam non potest rescindi, Addit. ad Pract. Papp. libell. ut pact. servent. gloſſ. ultim. in fine, Vivi. comm. opin. 1001. Amat. decif. Ferr. 65. nu. 22. Gratian. discep. forenf. cap. 867. n. 48. Montan. de tut. cap. 33. nu. 239. etc. Paol. Christin. dec. Belg. 288. n. 4. et seqq. volum. 1. ubi post relatas opiniones hanc approbat, & sæpè judicatum fuisse testetur, nisi excessus ultrà dimidiam esset magnus, vel enormissimam contineret læsionem, et decif. 143. volum. 2. et decif. 67. num. 3. vol. 3. Rot. part. 11. recent. decif. 144. ubi quòd potest rescindi quando excessus est magnus ultrà dimidiam, habito etiam respectu ad dubium litis eventum, & plures alias decisiones concordantes refert, & sequitur latè Urceol. tract. de transact. qu. 94. n. 17. et seqq. per tot. Rot. part. 15. rec. dec. 107. per tot. ubi plura ad rem dec. 213. in ead. causa, ubi fuit confirmata decisio, et dec. 251. per tot. et par. 17. dec. 331. n. 15. et seqq. Vide Pen. & Crescio. decif. 282. Altimar. loc. cit. n. 176. Caren. resol. 204. n. 12. Barre obſerv. 35. a n. 7.

Quòd non possit rescindi propter instrumenta de novo reperta, quantacumque fuerit læsio (enormissima excepta) quia magnum commodum consequitur, qui à lite recedit, l. sub prætextu 19. ubi gloſ. & DD. Cod. de transact. Montan. d. cap. 33. num. 281. et 289. Valeron. de transact. tit. 6. quæst. 3. num. 23. et seqq. vide in §. Sententia nu. 31. nisi intervenerit dolus, ut in d. l. Peregrin. de fideicomm art. 51. nu. 99. Rot. part. 14. rec. decif. 13. n. 4. plenè Urceol. de transact. quæst. 93. per tot. ubi plures alias limitationes adducit, Rot. part. 18. rec. dec. 714. n. 8. et seqq. Hieron. Cala tract. de restit. in integr. denegan. quæst. 18. n. 16. et seqq. ubi tamen qualiter facta super hæreditate defuncti rescindatur per testamentum noviter repertum, sicuti facta ante apertas tabulas non sustinetur, Carol. Rot. in Florileg. concl. 35. per tot. ubi plura an transactio revocetur per instrumenta noviter reperta, vel per novos testes inventos, Rev. Marin. ad Revert. decif. 332. & Altimar. dict. quæst. 27. nu. 210. Staiban. resol. 155. num. 137. Cyriac. contr. 709. n. 10. Matin. lib. 2. cap. 233. num. 4.

Quòd imò possit rescindi transactio ex remedio l. 2. Cod. de rescind. vendit. probata læsione habito respectu ad dubium litis eventum, Merlin. decif. 55. num. 284. Rot. post Urceol. de transact. decif. Gratian. discept. forenf. cap. 713. num. 82. etc. Tusch. litt. T. conclus. 353. ubi ex quibus rescindatur, vel non, latè Paul. Christin. decif. Belgic. 97. vol. 2. et dec. 143. d. vol. 2. ubi an per restitutionem in integrum, Rot. par. 13. recent. decif. 72. num. 7. et seqq. vide in §. Læsio nu. 13. Costa de remed. remed. 47. illat. pr. per tot. plenè Urceol. de transact. quæst. 94. ubi refert tres diversas opiniones cum suis rationibus, & sequacibus, quas ad concordiam reducit ut supra cum aliquibus declarationibus, & limitationibus; et quæst. 95. ubi plenè pariter an contra transactionem detur restitutio in integrum, adde Carol. Marant. contr. part. 4. resp. 77. ubi plura an, & quando transactio valeat rescindi, & pro qua læsione probanda, quid si fuerit jurata, an & à quo sit concedenda absolutio, quid illa operetur, & alia ad rem. Emeriz decif. 297. num. 4. Ansald. decif. 67. num. 18. et 19. Mans. consult. 342 n. 48. De Luc. de Empt. disc. 27. sub n. 3 vers. tertia est opinio. Larr. decif. 68. Caren. loc. cit. n. 20. Altimar. ubi supra Calderon. resol. 55. n. 14. resol. 62. n. 50.

Quòd transactio etiam jurata rescindatur stante enormissima læsione, sicut etiam ex falsitate causæ, vel errore, Gratian. discept. forenf. cap. 788. per tot. cap. 813. num. 38. cap. 824. num 41. Bich. dec. 333. num. 15. et 16. et decif. 367. vide in §. Divisio num. Rot. part. 10. recent. decif. 192. per tot. et part. 12. decif. 326. part. 14. decif. 58. num. 5. et part. 17. decif. 331. num. 15. & seqq. Paol. Christin. decif. Belg. 50. num. 41. &c. volum. pr. ubi quod potest rescindi stante fallacia, dolo, circumventione, vi, vel metu, vel læsione enormissima, Urceol. d. quæstion. 94. 95. & 96. ubi quomodo rescindatur ob enormissimam læsionem, per restitutionem in integrum, & ex errore, vel falsa causa, & propter metum, Rot. part. 18. recent. decif. 662. n. 21. 22. ubi quòd transactio enormissimam continens læsionem tamquam nulla, & læsiva non sustinetur ad ten. in l. 2. Cod. de rescind. vend. quod procedit etiam in transactione, & dec. 698. per tot. d. part. 18 Rot. rec. part. 19. dec. 461. num. pr. Quoad errorem,

& falsitatem causæ latè Pen. & Crescin. *decis.* 70. Altimar. *loc. cit. n.* 107., & vide Bertachin. *vot.* 18. *n.* 1. *&* 6. Et quoad læsionem enormissimam De Luc. *de Empt. disc.* 27. Gobb. *consult.* 23. *n.* 45. *et consult.* 209. *n.* 24. Altimar. *loc. cit.*

Quæ tamen enormissima læsio debeat adesse habito respectu ad dubium litis eventum, & sententiæ judicium æquiparatur casui fortuito, Gratian. *discept. for. cap.* 861. *num.* 4. *etc.* Cavaler. *decis.* 407. *per tot.* ubi etiam quòd quando fuit observata per longum tempus, præsertim inter conjunctos non est de facili rescindenda, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 248. ubi plura ad sustinendam transactionem vigore læsionis impugnatam, cùm omnis interpretatio sit capienda pro illa sustinenda, *et decis.* 269. *per tot. d. part.* 11. *et part.* 13. *decis.* 441. *per tot.* Urceol. *dict. quæst.* 94. *et* 95. *per tot.* & Rot. post illum *decis.* 56. *num.* 10. *et seqq. et part.* 18. *rec. dec.* 707. ubi in materia beneficiali Rot. *rec. dict. decis.* 461. *num.* 10.

Quod ut transactio per quam fuit recessum à litibus, possit ex capite læsionis rescindi, debeat probari ab agente ad rescissionem non solùm valor bonorum, & remissio, sed etiam dubius litium eventus, jura, probationes, & colloratæ prætensiones, remissiones hincinde, qualitates personarum, & caussarum, quorum omnium valor debet attendi, ad hoc ut transactio possit dici læsiva, Abbas *cons.* 64. Cravett. *cons.* 151. *nu.* 26. *&c.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 235. *per tot. & dec.* 258. Merl. *decis.* 284. *per tot.* Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 192. *per tot.* ubi pro rescissione transactionis ex capite enormissimæ læsionis, *& part.* 13. *dec.* 72. Urceol. *d. quæst.* 94. *nu.* 29. *& seqq. per tot.* ubi etiam de restitutione fructuum usque ab initio stante enormissima læsione, de quibus fructibus Rot. post illum. *dec.* 80. *per tot.* Vide Pen. & Crescin. *ubi supra* Altimar. *loc. adduct.*

Et in reciproca remissione, veluti fideicommissi reciproci non consideratur læsio, *l. de fideicommissu* 21. *C. de transact.* ubi Bald. & Alex. Urceol. *d. q.* 94. *n.* 49. *& seqq.*

Plures casus, in quibus potest rescindi transactio, vide per Ricc. *Collect.* 1807. Urceol. *de transact. q.* 100. *per tot.* ubi de pluribus, & diversis nullitatibus transactionum. Altimar. *d. quæst.* 27. *tom.* 4. & alibi De Luc. *in Indic. general.*

Donec autem transactio non fuerit rescissa per sententiam habet implicitum statum validitatis, & est servanda, Urceol. *Consult. for. cap.* 48. *n.* 25. *&c.* vide eundem in *tract. de transact. quæst.* 70. *n.* 31. *& seqq.* post illum *dec.* 63. *& part.* 15. *rec. decis.* 26. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd transactionis executio, & observantia retardari non potest, nisi illa prius per tres conformes fuerit rescissa, & de erroneitate convicta, aliàs donec est dubia servari debeat, etiam pendente judicio rescissorio, & alia ad rem, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 312. *n.* 10. *& part.* 23. *dec.* 523. *n.* 4. *&c.* dixi in *§. Renunciatio n.* Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 350. *n.* 5. *& seqq.* ubi distinguit inter transactionem ipso jure nullam, & annullandam, ut primo casu alia judicis sententia non requiratur, & non obstet dicta transactio nulla, secundo verò casu debeat declarari nulla per tres conformes ut suprà Emeriu *dec.* 885. *n.* 9. Ansald. *dec.* 37. *num.* 18. *dec.* 83. *n.* 31. Pen. & Crescin. *dec.* 1207. Vide De Luc. *de Regal. disc.* 93. *n.* 11. *de Usur. disc.* 20. *n.* 3. *de Renunc. disc.* 14. *n.* 2. & alibi sæpè.

Et sublata transactione potest utraque pars agere, & uti primævis juribus, & quando secùs, Tusch. *litt. T. concl.* 317. *per tot.* Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 523. ubi quòd non potest redire ad primævas actiones, cùm fuerint extinctæ per transactionem, nisi per tres conformes fuerit judicata invalida, sequitur aliis citatis Urceol. *d.* 70. *n.* 33. *& seqq. & qu.* 73. *per tot.* ubi an, & quando per transactionem inducatur novatio prioris contractus, & obligationis, *infra nu.* 24.

Quòd si in transactione adsit pactum resolutivum in casu contraventionis, vel non implementi, illo purificato, & reprobato, ac facta declaratione se velle eo uti, resolvatur transactio, & omnia ad pristinum statum redeant; attendatur contraventio primi, & non secundi, declaratio possit fieri sine solemnitatibus, ea non facta vel petito implemento signum esse nolle uti pacto resolutivo, ac posse contractum per ratihabitationem revalidari, quomodo in casu resolutionis debeantur fructus de pacto legis commissoriæ, qualiter procedat in transactione, sicut in aliis contractibus data justitia pretii, aliàs secùs idem Urceol. *d. tract. quæst.* 99. *per tot.* vide in *§. Pactum n.* 9. *&* 14. Contrarium refert Emeria *dec.* 1213. *n.* 15.

Quòd transactio regulariter sit servanda, ubi non est læsiva ultrà dimidiam, etiam ab infantibus, quoties fuit cum debitis solemnitatibus celebrata, & alia plura ad sustinendam transactionem, Rot. *par.* 15. *recent. dec.* 213. *in ead. caus.* ubi fuit confirmata prima decisio.

Transactio facta per principalem prodest etiam fidejussori, licèt condemnato, *l. & post rem* 7. *§. Si fidejussor, ff. de transact.* cum similibus Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 188. Carpzov. *dec.* 251. Valeron. *tract. de transact. tit.* 2. *quæst.* 8. & Urceol. *eodem tract. quæst.* 74. *per tot.* ubi reddit plures rationes, & ampliat idem esse in juramento litis decisivo, vel etiam si posteà transactio ex consensu debitoris, & creditoris rescinderetur, dummodò initio fuerit valida, secùs si nulla, vel aliquo juris remedio citrà debitoris factum, & concessum rescissa, quia tunc ea de medio sublata maneret, & reviviscerent principalis, & fidejussoria obligatio; quid si esset datus fidejussor pro observantia transactionis, an illa rescissa remaneat ipse liberatus, & alia ad rem, vide in *§. Fidejussor* a. 18

Quòd in transactione possit apponi pœna, ac ita sit consultius, & in casu contraventionis exigi, *l. pacto convento, & l. seq.* 15. *&* 16. *ff. de transact.* ubi glos. & DD. *l. cum proponas* 17. *C. eod* ubi Alex. & alii, *l. promissis* 37. *Cod. eod. l. ubi pactum* 40. *& l. seq. C. eod.* ubi in *§. Pœna*. Altimar. *de Nullit. d. quæst.* 27. *n.* 237. *usque ad* 240. Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 31. *n.* 2. *vers. suadetur autem tom.* 1. *fol.* 360. Guzman. *de Evict. qu.* 13. *n.* 96. Rot. ad Rovit. *cons.* 89. *n.* 12. *libr.* 2.

Transactio probatur non solum per instrumentum, vel aliam scripturam, sed etiam per confessionem, cùm scripturam non requirat, *l. cum te, §.* 5. ubi Salic. & Alex. *Cod. de transact.* Tusch. *litt. T. concl.* 351. ubi quòd potest probari etiam per testes, & plenè Urceol. *de transact. qu.* 58. *cum plurib. seq.* ubi qualiter possit probari per testes, & quos per confessionem extrajudicialem, vel judicialem, per scripturam, ac denique per omne genus legitimæ probationis, & quando dicatur perfecta, vel tantùm tractata, cùm in transactione sicut in aliis contractibus conclusio, & non tractatus debeat attendi, eo quo sæpè multa tractantur, quæ non perficiuntur. Vide Card. De Luc. *de Alienat. disc.* 70. *n.* 4. *&* 10. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 2. *decis.* 4. *n.* 14. *vol.* 3. 19

Transactio potest fieri sub conditione, & est valida, cùm sufficiat ad transigentum aliquid perveniri posse, ac parit etiam exceptionem contra actionem realem, *l. si super* 9. *C. de transact.* ubi Salic. Alex. & alii sequitur Urceol. *d. tract. qu.* 8. *n.* 24. *&* 25. *ac per tot.* ubi plura de modis, & formis, quibus potest fieri transactio, nempè nudo pacto, acceptilatione etiam Aquiliana, verbis generalibus, & specialibus, purè, & sub conditione, cum juramento, & sine, in judicio, & extrà, cum scriptura, & sine scriptura, de die, & de nocte, die festo, ac feriato, & hujusmodi. 20

Quòd transactio facta sub conditione, quæ non fuit purificata, nihil operetur, & habeatur ac si facta non esset, cùm defectus implementi conditionis excludat consensum, intelligendo quando conditio fuit verè apposita per modum conditionis, secùs si per modum obligationis, vel modi, nisi obligatio, vel modus respiceret causam finalem, quia tunc haberetur pro conditione, Urceol. *d. tract. quæst.* 100. *numer.* 36. *& seqq.* vide in *§. Conditio, & §. Modus*.

Transactio justo metu inita rescinditur sicut etiam inter dominum, & servum, debet tamen probari 21

metus,

Digitized by Google

metus, *l. interpositas*, ubi Salic. Alex. & alii, *& l. transactionem, C. de transact.* vide in §. *Metus num.* Idem Altimar. *d. qu. sub n.* 137. ubi alios modernos refert.

In communi partium consensu potest à transactione recedi, *l. si diversa* 14. *Cod. eod. l. nihil tam naturale, ff. de reg. jur.* Bich. *dec.* 1660. *num.* 5. *inter recent. part.* 12. *dec.* 130. ubi quòd tunc nec potest à Papa confirmari ad supplicationem unius partis tantùm.

Legitima tamen transactio non potest rescripto Principis tolli, *l. causas* 16. *Cod. eod.*

Non etiam potest rescindi si fuerit facta sub spe futuræ successionis, etiam promissæ, licet spes deficiat, & causa propter quem fuit facta non sequatur, nec agi potest ex promissione, quia tanquam contra bonos mores non valuit, *l. cum donationis* 34. *Cod. de transact.* ubi Alex. & alii, vide in §. *Pactum n.* 3. *& seqq.*

Rescinditur autem transactio etiam jurata, si fuerit facta prætextu falsorum instrumentorum falsitate detecta, nisi super ea fuerit transactum, *l. si ex falsis* 42. *Cod. de transact.*

Sed volens reclamare contra transactionem debet id facere intra tempus triginta annorum, vel quadraginta, si fuerit jurata cum tanto tempore omnes præscribuntur actiones, non tamen intrat præscriptio ad impediendam executionem transactionis à partibus absolutæ, & acceptatæ propter malam fidem ejus, qui velit opponere, Gratian. *discept. forens. cap.* 994. Cyriac. *contr.* 3. Buratt. *dec.* 457. *num.* 1. cum aliis per Urceol. *tract. de transact. qu.* 79. *per tot.* ubi etiam cùm hujusmodi præscriptio in primogenituris, majoratibus, feudis, & fideicommissis præjudicet aliis vocatis, & successoribus, quorum dies nondum cesserit, & refert diversas opiniones.

An impugnare volens transactionem juratam opus habeat absolutione à juramento, idem Urceol. *dict. tract. quæst.* 90. *per tot.* ubi pluries nos citat in hac summa §. *Absolutio*, ibi videas pro resolutione dubii.

Quòd transactio, quæ per quadraginta annos non fuit observata nullius sit roboris, licèt in aliquibus partibus fuerit effectuata, quia observantia debet esse individualis super casu, de quo agitur, & ab observantia unius capituli, non benè infertur ad observantiam aliorum, Rot. post Urceol. *dec.* 61. *nu.* 6. *&* 7. De præscriptione transactionis vide Cabrun. *lucubrat.* 29. *n.* 49. De Luc. *de Feud. disc.* 49. *sub num.* 22.

Qualiter autem possit transactio rescindi per occultam compensationem, & sic an dentur aliqui casus, in quibus non obstante transactione possit alter ex transigentibus uti adversus alterum occulta compensatione, saltem in foro conscientiæ, Zamoran. *tract. de compens. dispur.* 4. *cap.* 23.

22 Transactio si fuerit ex justa causa rescissa, licet plura contineat capitula, debet obtinens illa paracus ab omnibus recedere adversario volente, quia non potest transactio in parte sibi utili approbari, & in aliis improbari, *l. si ita in fine, ff. de opt. leg. l. plerumque, ff. de ædilit. l. cum emptor, ff. de rescind. vend.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 288. *nu.* 10. *vol.* 1. sequitur Urceol. *de transact. quæst.* 97. *n.* 21. *& quæst.* 100. *nu.* 23. Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 346. intelligendo ut dixi supra *n.* 8. 9. 10. *&* 34. Rot. post Urceol. *de transact. dec.* 58. *nu.* 8. ubi simpliciter, quòd non potest transactio tanquam individua, licet alii contractus in partibus favorabilibus approbari, & in odiosis, vel contrariis reprobari. Pen. & Crescin. *dec.* 348. *& dec.* 731.

23 Transactio non habet subsistentiam, dum non adimpletur quod in ea fuit promissum, maximè stante dolo, & quando quis una manu concedit promissa, & alia tentat eripere, nam id non patitur bona fides, & ideò transactionis remedium tollitur per exceptionem doli, imò eandem transactionem inficit, & extinguit, *l. & eleganter, ff. de dolo*, Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 8. *nu.* 12. *&c.* Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 7. *per tot.* latè videndus Larea *Alleg. fisc.* 26. *per tot.* Urceol. *tract. de transact. qu.* 56. *n.* 8. *& seqq. infr. n.* 30. Emerix *dec.* 878. *n.* 7.

Quando autem mutuo consensu dicatur recessum à transactione, vel concordia, ita ut non possit ab altera parte impetrari confirmatio, inscia altera, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 127. *& dec.* 130. *repetita per tot.* latè Urceol. *de transact. quæst.* 88. ubi etiam qualiter ob non implementum promissorum, quæ respiciunt substantiam, & causam finalem transactionis possit recedi ab ipsa transactione per unam partem tantùm; quicquid sit quando implementum non respiceret causam finalem, quo casu esset agendum ad implementum, vel ad damna, & interesse, vel ad electionem agentis, cum aliis pluribus declarationibus, quando ob non implementum possit agi ad rescissionem contractus, vel adimplementum, & alia plura de rescissione transactionis. Quòd stante pacto resolutivo non sequuto implemento, omnia reponantur in pristinum, ac si contractus factus non fuisset, etiamsi defectus esset in parte tantùm stante correspectivitate, Rot. post Urceol. *d. tract. dec.* 33. vide in §. *Exceptio, &* §. *Pactum n.* 14. facit Rot. *part.* 18. *rec dec.* 138. *per tot.* Merlin. *dec.* 809. *n.* 12. Crescin. ad Pen. *dec.* 226.

Transactio an induceat novum titulum, & præcipuè quando dimittens rem ex causa transactionis cedit jura sua, & actiones, ita ut debeatur gabella, evictio, vel pretii restitutio, & hujusmodi, Olea *de cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 7. *per tot.* ubi concludit novum inducere titulum, si transigenti expediat, non autem priorem novari, nec perimi; evictionem atque gabellam deberi, quando traditur res, non autem quando dimittitur; ità ut nec tunc debeatur pretii restitutio, nisi tamen aliter expressè, vel tacitè conventum sit, vel nisi transactio non tantùm litem, sed etiam rem ipsam litigiosam respiceret, & actor cederet possessori omne jus sibi in illa competens, ut melius ibidem declarat, & videndi Guzman. *de evict. quæst.* 31. Mangil. *eod. tract. quæst.* 542. Guttierez. *de Gabell. quæst.* 45. *& alii ab ipsis citatis*, & dixi in §. *Evictio nu.* 19. adde Urceol. *de transact. quæst.* 76. *per tot.* ubi distinguit tres casus circa evictionem De Luc. *tit. de Feud. disc.* 47. *n.* 9., *de Regal. disc.* 50. *num.* 5. *&* 7. *de Feud. disc.* 115. *nu.* 9. *de Regal. disc.* 93. *n.* 9. *de Servit. disc.* 88. *n.* 9. *de Usur. disc.* 28. *num.* 6. *de Alienat. disc.* 50. *n.* 28. *de Benef. disc.* 82. *n.* 16. 24

Non tamen habere locum retractum, vel jus congrui in transactione, neque in illius dissolutione, quia non est propriè venditio, nec alienatio, saltem voluntaria, sed necessaria, & quia retrahere volens non potest dare, quod dat transigens, contra Tiraquel. & alios, benè probat Urceol. *d. tract. quæst.* 77. *per tot.* vide in §. *Jus congrui*. Pen. & Crescin. *dec.* 88.

Quò autem ad gabellam, eam deberi ex transactione, quia est verè contractus, qui solo consensu perficitur, ac transfert titulum, & dominium, ac idem in illius voluntaria dissolutione ex novo pacto, novam deberi gabellam, secùs si dissolvatur ob nullitatem sine dolo, & fraude contrahentium, quia tunc non debetur, & solata potest repeti latè pluribus citatis idem Urceol. *d. tract. q.* 78. vide in §. *Gabella n.* 16. *in fine*, & latè Gabr. Vasq. *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 6. §. 2. *Dub.* 7. *per tot. fol.* 106.

Quòd transactio priores partium jura extinguat, præcedentem titulum novet, & perimat, text. *in c.* 2. *de transact.* Mohed. *dec.* 3. *eod. tit.* Rot. *part.* 2. *rec. dec.* 414. *n.* 1. Monach. *dec. Bonon.* 40. *punct.* 7. *n.* 70. *& seqq.* Merlin. *dec.* 17. *n.* 12. Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 29. *nu.* 6. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 216. *nu.* 4. adde latè Urceol. *tract. de transact. qu.* 73. *n.* 1. *& seqq. per totum* ubi ampliat etiamsi primæva jura fuerint reservata, intelligendo tamen quando contractus sunt incompatibiles, & appareat de voluntate transigentium perimendi, & extinguendi prima jura; secùs si sint contractus compatibiles, & constet transactionem fuisse initam non ad extinguendum, & eradicandam primam obligationem, sed ad novam priori accumulandam, nam tunc transactio novationem non induceit, ut ibidem benè declarat, & dixi in §. *Novatio n.* adde Rot. *part.*

Digitized by Google

16. rec. dec. 150. n. 12. & seqq. & part. 18. decis. 654. n. 13. ubi quòd transactio extinguit omnes rivulos, cunctasque actiones, & obligationes præcedentes, saltem ad vitam transigentium, *& decis. 777. n. 8. & seqq. in eadem causa*, ubi etiam quòd transigentes non attendunt aliam legem, quam transactionem ipsam, cui ità inhærendum est, ut quæcumque lex ab ea diversa non sit attendenda. Vide De Luc. *loc. supra cit.* Emeric jun. *dec. 108. n. 7.*

25 Transactio facta super validitate professionis, & statu religioso, mediante promissione pecuniæ, vel alterius rei corporalis, sine licentia Superioris simoniaca est, & non obligat, cùm pro spirituali detur temporale, quamvis in consequentiam agatur etiam de re corporali propter connexionem rei spiritualis; tunc autem solum posset sustineri recessus à lite super re spirituali mediante pecunia, vel alia re temporali, quando qui dat pecuniam pro tali recessu justè obtinet rem spiritualem, & vult simpliciter se liberare ab injustis vexationibus per colitigantem illatis, aliàs secùs, ut colligitur ex traditis per DD. *in l. fin. Cod. de Transact.* & signanter Bart. Bald. Castr. Salicet. & Jason. Navar. *cons. 41. a. an. lib. 5. de Simon.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 4. tit. de Simon. c. 30. & 31.* & latè pluribus aliis citatis declarat Rot. *part. 13. rec. dec. 187. per tot.* & postea visus Urceol. *de transact. quæst. 28. nu. 42. & seqq. per tot.*

Quòd transactio super matrimonio carnali jam contracto ad illud solvendum, & dirimendum nullatenus valeat, sed benè pro illo ineundo, & conservando subsistat, & alia plura ad rem circa libertatem matrimonii, ita ut nulla pœna possit apponi, latè idem Urceol. *d. qu. 28. per tot.* & præcipuè *n. 36. & 52.* vide in §. *Matrimonium n. 13.* Altim. *de Nullit. d. qu. 27. n. 318.* Vide circa hanc materiam Cyriac. *contr. 88. a n. 11. & contr. 651. n. 11.* Tract. *de pact. fut. success. quæst. 1. & seqq.*

An autem, & quando possit fieri transactio de rebus dotalibus, vel extradotalibus, tam inter ipsos conjuges, quàm cum aliis extraneis debitoribus, & an à solo marito sine interventu uxoris, vel à sola uxore sine marito, idem Urceol. *d. tract. quæst. 29. per tot.*

26 Transactio cum pacto solvendi aliquid pro fructibus pecuniæ promissæ in recompensationem bonorum fructiferorum renunciatorum, non est usuraria, sed licita, cùm in transactione regulariter non cadat usura, sed reputetur potiùs quædam compensatio hinc inde facta, Rot. *part. 2. rec. dec. 490. nu. 30. par. 4. tom. 2. dec. 560. num. 4. & 7. & part. 13. rec. dec. 330. in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio; & rursus pro exclusione usuræ, & licita perceptione fructuum conventorum in transactione, plura deducit eadem Rot. *part. 14. rec. dec. 74 per tot.* & novissimè Urceol. *tract. de transact. qu. 40. per tot.* ubi plura quomodo sustineatur transactio super usuris, & cambiis præteritis, ac etiam futuris licitis, vel dubiis, data debita compensatione, & non quæsito colore ad palliandam usuram; ut optimè etiam discurrit Eminentiss. De Luc. *tract. de usur. & interesse discurs. 28. 35. &c. tract. de Camb. discurs. 3. 5. ac in aliis discurs. de dictis materiis.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 27. n. 320. tom. 4.* ubi quod transactione valide constituitur census, quando est justa, & non palliata.

Si tamen agatur de transactione super quantitate, & non ratione bonorum fructiferorum, non debentur fructus, & interesse in transactione taxatum, nisi quatenus probetur cum debitis requisitis, ut latè probat Bich. *dec. 16. per tot.* vide in §. *Interesse nu. 6. & 7. & alios supra cit.* Rot. *par. 18. rec. dec. 676. n. 1. & seqq.* ubi quòd fructus soluti durante tempore in transactione convento ad solvendam sortem, tamquam pars contractus non possunt de usura redargui, aliàs diceretur pro tantò minus transactum, loquitur, tamen in dote viduæ solvenda, concludens solutos post tempus in transactione præfixum ad solvendam sortem esse usurarios, & in sortem imputandos, Rot. *part. 19. rec. dec. 460. per tot.* ubi latè probat in transactione posse fructus sine labe usuræ in pactum deduci, ob rationem cujusdam mutuæ compensationis, cessante mutuo verò, vel palliato, & contrariis omnibus satisfacit.

Transactio inita super transactione congruæ debitæ ratione actualis curæ animarum est irrelevans, & non attendenda ex defectu beneplaciti Apostolici, & præcedentis causæ cognitionis, ac ob evidentem læsionem, attenta modica quantitate assignationis insufficiente ad sublevationem Curati, & onerum, ita ut cum agatur de præjudicio ordinis Clericalis, & curæ animarum, Rector nec sibi, nec successoribus præjudicare valeat super insufficienti congrua transigendo, & consentiendo, etiamsi intervenerit auctoritas Episcopi, quia si ejus judicium deregatur irrationabile, nihil operatur, congrua debeat esse talis, ut Rector commodè sustentari possit, ac proportionata oneribus in curæ exercitio obeundis, *glos. in cap. un. verb. absque pecunia de stat. regul. in 6.* Rebuff. *de congrua qu. 12. nu. 91.* Seraphin. *dec. 273. n. 2. dec. 514. num. 6.* Mantic. *dec. 269. nu. 4.* Rot. *par. 13. recent. dec. 347. per tot.* ubi congrua fuit taxata in ducatis 50. annuis, non computatis incertis debitis ratione laboris, & servitii, cum ista non reputentur fructus beneficii, sed merces, & præmium laboris personalis, quæ debentur tantùm inservientibus, cùm altari serviens, de eo vivere debeat, nec potest imputari Rectori, qui tenue beneficium acceptavit ubi certè constat de insufficientia congruæ, quicquid esset in dubio, de quo vide Rot. *d. part. 13. recent. decis. 48. per tot.* ubi plura quando Vicarius deputatus ad exercendam curam animarum debeat esse contentus congrua sibi assignata, & acceptata, nec quærere augmentum, & alia contra prædicta facit quod dixi in §. *Ecclesia nu. 7.* & rursus Rot. *d. par. 13. decis. 392. per tot.* Idem De Luc. *tit. de præmin. disc. 5. n. 8.* 27

Transactio inita super reductione pensionis inter titularem, & pensionarium ex causa litis præcedentis super insufficientia fructuum valet, & est observanda, etiamsi non intercesserit beneplacitum Apostolicum, quod isto casu non est necessarium; & licèt aliàs pensionarius teneatur in judicio petitorio probare valorem, ubi agitur contra successorem, quia reservationi non consensit, tamen secùs est stante dicta reductione per viam transactionis, qua mediante Titularis fatetur beneficium esse capax pensionis reductæ, & relevat pensionarium ab onere probandi valorem, illudque in se transfert si velit transactionem impugnare; quicquid secùs esset in reductione voluntaria nulla præexistente lite facta, per quam non relevaretur pensionarius ab onere probandi valorem extratum, Rot. *part. 13. recent. dec. 507. per tot.* cum concordantibus ibidem citatis, facit quod dixi in §. *Pensio num. 4. 5. & 6.* De Transactione quoad pensionem vide Card. De Luc. *de Pens. disc. 42. n. 9. disc. 21. a n. 6.* 28

Transactio de rebus Ecclesiæ non confirmata auctoritate Papæ non excedit vitam transigentis, nec afficit successores: sufficit tamen præsumpta confirmatio ex lapsu 30. annorum juncta observantia ad effectum ut transactio censeatur realis, & afficiat successores, Rota *part. pr. rec. decis. 159.* Ludovis. coram Beltramin. *decis. 152.* facit supra *n. 14.* & vide in §. *Beneplacitum.* Et vide etiam Emerix jun. *decis. 636. n. 4. 5. & 8. decis. 922. n. pr. decis. 1028. a n. pr. decis. 1169. n n. 4. decis. 1266. n. pr. & dec. 1279. n. 19.* 29

Transactione facta cum fisco, vel Principe circa exactionem vectigalium, vel hujusmodi jurium fiscalium, si transigens non solverit summam promissam, potest transactio rescindi, lis sopita denuò instaurari, & primæva actione agi, & non solùm pro pecunia in transactione promissa; quia qui non implevit quod promisit omni commodo transactionis privandus est, habet enim transactio tacitam conditionem, si quod promissum est detur, vel est contractus correspectivus, qui ex defectu causæ, vel implementi potest rescindi, prout his, & similibus rationibus, contrariis respondendo, latè concludit Larrea *Alleg. fisc. 26. per tot.* sequitur Urceol. *de transact. quæst. 36. num. 10.* quæ etiam deservire possunt in 30

aliis transactionibus, de quibus, Rot. post Urceol. d. tract. decis. 51.

Quod ex capite non implementi non possit à transactione recedi, nec primæva actione, quam extinxit transactio agi, sed agendum sit ad implementum, quod est speciale in transactione inventa ad dirimendas lites, intelligendo quando transactio fuit inita mediante stipulatione, vel juramento, & non nudo pacto, item stante possibilitate implendi, alias secùs, item quando est valida, secùs si sit nulla, ut latè explicat Bich. decis. 500. num. 16. & seqq. per tot. ubi etiam citat Larream d. alleg. 26. supra n. 23. Emerix in supracit. dec. 1213. n. 15.

Qualiter autem agens ex transactione probare debeat implementum ex parte sua, aliàs repellatur exceptione non implementi, latè Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1387. per tot. vide in §. Exceptio n. 50. & seqq. Card. De Luc. de Fideicommiss. disc. 140. sub n. 5.

31 Transactio non potest rescindi ex capite erroris, etiam calculi, l. pr. C. de error. calc. l. un. in fine C. de plus petit. l. in summa 65. ff. de condict. indebit. Bart. in l. 2. sub num. 10. C. de jur. fisc. Altimar. de Nullit. d. quæst. 27. num. 107. & quæst. 9. num. 183. Rub. pr. tom. 3., & vide etiam Bertachin. vot. decis. 73. n. 6. et 7.

Quod est intelligendum quando super præcedenta errore calculi erat lis mora, vel moveri timebatur, & ex hac causa emanavit transactio, quia isto casu, cùm partes cogitaverint de errore transigendo videntur promittere non tamquam debitum, sed ut recedant à lite; secùs autem si de tali errore nulla præcessit dubitatio, nam tunc partes credendo summam promissam esse verè debitam, non potest dici transactum super errore, qui si adsit, retardat executionem instrumenti quantumvis executivi, ac etiam transactionis, & DD. asserentes valere transactionem non obstante errore calculi, debent intelligi ad effectum ut in aliis teneat deducto, & retractato errore per exceptionem doli, cùm error excludat consensum, & sic resistat origini obligationis ex contractu, vel quasi, Alan. in l. pr. C. de error. calc. Dec cons. 350. num. 3. Ruin. cons. 71. num. 4. et 5. lib. 4. Laurent. decis. Avenion. 24. num. 9. Buratt. decis. 336. num. 9. & benè declarat Bich. decis. 182. per tot. & decis. 333. num. 5. etc. ubi etiam quod stante dicto errore manifesto da quo non præcessit dubitatio, non potest dici de eo transactum, etiamsi partes contractum nominaverint transactionem, & retardatur executio; vide in §. Error num. 10. & Urceol. de transact. quæst. 96. per tot. ubi quando per errorem, vel falsam causam, & metu inita transactio rescindatur, quæst. 98. ubi de errore calculi, & convenit cum prædictis, nisi intercesserit dolus, vel enormissima læsio, quia tunc semper potest retractari, facit Rot. part. 18. recen. decis. 732. num 5. et seqq. ubi quando non possit rescindi prætextu erroris, & læsionis, in terminis dispositionis, l. hac edictali C. de secund. nupt.

32 Transactio facta cum herede debitoris non nocet creditoribus defuncti, l. Imperatores in princip. ff. de transact. Cravett. cons. 435. sub num. 18. Bich. decis. 235. ubi quòd ideò hæres debitoris non potest in præjudicium creditorum transigendo confiteri bona aliqua esse fideicommisso subjecta, si verè talia non sint, præsertim si transactio collusiva, & mala fide facta deregatur ad supplantandos creditores, quibus nocere non debet, Rot. part. 15. recent. dec. 135. & novissimè Urceol. de transact. quæst. 84. n. 28. et seqq. per tot. ubi plura alia de transactione facta per hæredem cum aliquo tertio, vel inter plures se invicem hæredes prætendentes, ut non præjudicet legatariis, neque creditoribus hæreditariis; & de transactione facta ab hærede putativo, ut si sit de re hæreditaria, & utilis hæreditati prosit vero hæredi, si autem sit læsiva, & præjudicialis illi non noceat, ut latè ibidem declarat, Cyriac. contr. 17. n. 2. Latè Pen. & Crescin. decis. 204.

33 Transactio inter duas Ecclesias valet absque beneplacito Apostolico ubi agitur de re modici præjudicii, licita, & honesta, vel non continet alienationem, sed dimissionem ejus, quod antea altera pars habeat, vel versatur tantùm circa fructus: Non tamen valet sine dicto beneplacito super jure eligendi Vicarium Capitularem, quòd liberè competit Capitulo Cathedralis Ecclesiæ, cum sapiat alienationem juris jurisdictionalis, ut benè probat Bich. dec. 525. n. 57. & seqq. per tot. vide in §. Beneplacitum. Card. De Luc. de Præem. disc. 5. num. 8. et de Donat. disc. 25. n. 13.

Quòd transactio super juribus parochialibus facta per Parochum, non præjudicet Parochianis, Rot. part. 18. recent. decis. 591. nu. 3. & seqq. De transactione quoad beneficia Ecclesiastica vide De Luc. in Indic. gener.

Transactio super jurepatronatu, aliquo dato, vel promisso inter laicos, & personas Ecclesiasticas tamquam simoniaca non subsistit: inter autem ipsos compatronos circa voces, & modum præsentandi est valida, cap. præterea ubi gloss. & DD. de transact. clem. 2. de jurepatron. Ciarlin. contr. 107. n. 83. Bich. decis. 381. num. 28. Merlin. dec. 854. & novissimè D. meus Urceol. tract. de transact. quæst. 27 ubi etiam an hujusmodi transactio afficiat successores, & affirmativè concludit in jurepatronatu hæreditario, in gentilitio verò secus, nisi sit omninò bona fide facta juxta distinctionem, de qua supra num. 10. in fine, facit quod dixi in §. Simonia, & §. Juspatronatus num. 10. in fine. 34

Transactio inter medicum, & infirmum, ac inter Advocatum, vel Procuratorem, & Clientem sine dolo, vel enormi læsione, sed bona fide inita, sicut quilibet alius contractus subsistit, ac juris firmitatem habet, ut benè probat Urceol. d. tract. quæst. 30. per tot. & dixi in §. Advocatus, §. Medicus, & alibi ad rem. 35

Transactio, vel pactum super hæreditate viventis, an, & quando subsistat, vel non, dixi latè in §. Pactum n. 3. & seqq. Cyriac. contr. 88. Marcian. discept. 87. Andreol. contr. 310. Torr. de pact. fut. success. lib. pr. cap. 25. Altimar. loc. cit. n. 316. 36

Transactio facta à defuncto non potest impugnari ab hærede, etiam ex propria persona, neque ab hærede hæredis, nisi esset hæres cum beneficio inventarii, vel pro parte tantùm, vel nisi esset ipso jure nulla, vel erronea, vel contineret enormissimam læsionem, vel pactum ab ea recedendi, ut latè omnia ista declarat Urceol. in suo doctissimo tract. de transact. quæst. 80. per tot. & ego dixi pluribus aliis citatis in §. Hæres. 37

Quòd transactio acquisitionis potiùs, quàm alienationis rationem habens non possit prohiberi à testatore, ne fiat ab hærede, cum id videatur contra bonos mores, & contra rectam rationem, Rot. post Urceol. dict. tract. dec. 43. num. 17.

Transactio super donatione facta, an possit sicut ipsa donatio ex supervenientia filiorum revocari, latè declarat Urceol. de transact. quæst. 92. per tot. ubi quòd sic quando fuit fictè, & simulatè facta ad transmutandum titulum, secùs si sit vera transactio, quæ evertat naturam donationis, facit quod dixi in §. Donatio num. 28. & seqq. 38

Reliqua de transactionis materia tradunt Valeron. & Urceol. in tract. de transact. & nos plura sparsim notavimus in locis opportunis hujus operis, & alia remissivè Ægid. de Castejon in Alphab. jurid. verb. transactio, Card. De Luc. in Indic. general. Altimar. de nullit. dict. quæst. 27. per tot. tom. 4., & alibi sæpe Rote. Bertachin. Castald. Ansald. Mantiss. ad eumd. De Luc. Mans. Palm. Piton. Crescin. & alii moderni.

Transactio, licèt induat rem judicatam inter transigentes, ut dixi supra num. 2. non tamen nocet tertio in ea non comprehenso, licèt ad causam pro suo interesse admisso, maximè postquam jura sua deduxit in judicio, & lite, super qua emanavit dicta transactio Rot. part. 18. recent. decis. 602. per tot. et decis. 715. num. 2. & seqq. in eadem causa. Card. de Luc. tit. de Usur. disc. 35. num. 13. & 14. ubi declaratur, de Cred. disc. 138. n. 10. 39

Transactio inita inter filios prioris matrimonii, & vitricum super dependentibus à dispositione, l. hac edictali C. de secund. nupt. qualiter sustineatur non 40

docto de errore, neque de enormissima læsione, maximè si fuerit in specie renunciatum, *d. l. hac edictali*, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 732. *per tot. et de materia d.* l. dixi in §. *Dispositio n.* 8. *& segq.*

Transactio tamen, sive renunciatio facta à filiis in favorem matris binubæ non comprehendit lucra ipsis à lege delata in pœnam secundarum nuptiarum, nisi contineat specialem renunciationem, *l. hac edictali & l. fœminæ C. de secund. nupt.* cùm dicta lucra debeantur tantùm post mortem matris binubæ, & maximè si transactio contineat enormissimam læsionem, ita ut nec sit locus pacto restituendi accepta, quando transactio impugnatur ex juribus in ea non comprehensis, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 759. *per tot. & decis.* 244. *in eadem causa d. part.* 18.

41 Transactio facit jus quoad omnes latè Pen. & Crescin. *decis.* 86. *et decis.* 104. Vide infra *n.* 63.

42 An quis cogi possit ad transigendum Urceol. *de Transact. quæst.* 64. Pen. & Crescin. *decis.* 72. Vide De Luc. *de Fideicom. disc.* 25. *n.* 7. & infra *n.* 46.

43 Transactio an fieri valeat per Procuratorem, vel Institorem De Luc. *de Regalib. disc.* 195. *n.* 10., ubi negativè resolvit. Vide infra *n.* 76.

44 Pro transactione regolanda attendendum est tempus, opinio, & locus, in quibus inita est De Luc. *de Usur. disc.* 25. *n.* 17. *de Fideicommiss. disc.* 173. *n.* 8. *de success◦ disc.* 15. *n.* 10. *de Decim. disc.* 3. *n.* 9. *Miscell. disc.* 5. *n.* 28.

45 Transactio an, & quando valeat super Feudis sina assensu, & assensus præsumatur De Luc. *de Feud. disc.* 49. *de Fideicommiss. in summ. nn.* 291. Boscol. Parmens. inter oper. ejusd. Card. De Luc. *in controv. Feud. art.* 3. *n.* 105. *tit. de Feud.*

46 Articulus novus in Jure non expressè decisus est dignus concordia, & transactione Card. De Luc. *de Feud. disc.* 89. *n.* 3. *& de Fideicom. disc.* 25. *num.* 7. supra *n.* 42.

47 Transactio non cadit sub generali dispositione Card. De Luc. *de Regal. disc.* 93. *n.* 5., Et sub generali revocatione concordiarum, & transactionum non veniunt, quæ sunt specificè confirmatæ in forma specifica a Sede Apostolica *dict. disc.* 93. *num.* 6.

48 Transactio ubi impugnatur, non potest aliud prætendi, nisi id, quod competebat ex prioribus juribus Card. De Luc. *de Donat. disc.* 2. *num.* 36. Vide infra *n.* 60.

49 Transactio an, & quando usuras licitas reddat Vide Bich. *decis.* 16. De Luc. *de Usur disc.* 43. *per tot.* & supra *n.* 26.

50 Donatio, quæ fit ex causa transactionis, non indiget Insinuatione Rot. *recent. part.* 5. *decis.* 74. *et part.* 6. *decis.* 34. *et decis.* 65. Card. De Luc. *de Don. disc.* 60. *n.* 36.

51 Transactio dicitur leonina, si aliquid hinc inde datum, vel remissum non fuerit Emerix jun. *decis.* 608. *n.* 2. & vide De Luc. *de Alienat. disc* 24. *sub n.* 16.

52 Pater potest transigere pro filiis, & filii teneotur stare transactioni, donec de collusione, vel injustitia doceatur Paschal. *de virib. patr. potest. part. pr. cap.* 2. *n.* 3. *et* 4. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 86. *a n.* 14. De Luc. *de Testam. disc.* 32. *n.* 12.

53 Transactio causativa, seu correspectiva quando cesset, cessante ipsa re, seu causa Rot. *rec. part. pr. decis.* 428. Amat *var. resol. cap.* 21. *n. pr.* De Luc. *de Fideicomm. disc.* 175. *n.* 8. *&* 9.

54 Transactio comprehendit divisionem Idem De Luc. *de Fideicomm. cit. disc.* 175. *n.* 10.

55 Transactio facta ab Ecclesia cum reservatione Beneplaciti ante ejus impetrationem an possit revocari De Luc. *de Benefic. disc.* 51. *n.* 5. 6. *et* 10., ubi hoc declaratur.

56 Transactio super franchitiis Ecclesiasticis concessis moderanda venit ob clericorum excrescentiam, & alia circa hanc materiam De Luc. *Miscell. disc.* 5. *n.* 9. 40. *et* 41.

57 Transactio emologata non potest impugnari, nisi ex remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.*, probando læsionem ultra dimidiam Caren. *resol.* 104. *n.* 12. Merlin. *decis.* 92. *n.* 9. Cels. *decis.* 391. *n.* 3. Emerix jun. *decis.* 572. *n.* 5.

Transactio facta in favorem alicujus non debet in illius odium retorqueri Ludovis. *decis.* 4. *n.* 6. Emerix jun. *decis.* 592. *n* 9. 58

Transactio metu & vi facta est nulla Cyriac. *contr.* 228. *n.* 13. Cert. *decis.* 164. *n.* 10 *et* 11. Emerix jun. *decis.* 608. *n.* 1. *et* 2. 59

Transactione resoluta Jura partium remanent in statu in quo prius erant Thomat. *decis.* 35. *nn.* 63. Rot. *recent. part.* 17. *decis.* 398. *n.* 8. Calderon. *resol.* 62. *n.* 37. 60

Transactio sustinetur per viam pacti, & donationis, quando fuit renunciatum exceptioni indebiti, erroris, & causæ falsæ, & talis donatio, tamquam ob causam non indiget insinuatione Coccin *decis.* 1471. *a n.* 61. Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 119. *num.* 10. Calderon. *resol.* 62. *n.* 29. *et* 30. 61

Transactio super administratione est exceptio litis finitæ, etiam in materia editionis, nisi constet aliundè de errore, vel dolo Rodolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 51. Calderon. *resol.* 96. *n.* 77. 62

Transactio facta ab uno ex cohæredibus alteri nocere non valet, sed solùm prodesse ipso volente Fusar. *de substit. quæst.* 563. *n.* 16. Cavalcan. *decis.* 13. *n.* 37. *part. pr.* Calderon. *resol.* 99. *n.* 51. *pag.* 1009. 63

Transactio, licèt non præcludat viam agendi, aufert tamen de medio sententias præcedentes Urceol. *de Transact. quæst.* 8. *n.* 42. Ansald. *decis.* 15. *n.* 8. 64

Transactio non rescinditur ex causa læsionis, quando fuit a Principe confirmata ex certa scientia Ansald. *decis.* 36. *n.* 16. 65

Et ad rescindendam transactionem requiritur talis læsio, ut computato etiam dubio litis eventu, & alia incommodia, dici valeat in magno excessu ultra dimidiam Calderon. *resol.* 62. *n.* 51.

Transactio facta cum proximè vocato ad fideicommissum dato curatore pro futuris successoribus obligat etiam eos ad observantiam Royas *decis.* 477. *in fin.* Cels. *decis.* 101. *n.* 3. Ansald. *decis.* 63. *n.* 28. 66

Transactio rescinditur si ex posteriore judicato appareat bonum Jus assistere illi, qui bona sua cum supposito mali Juris dimisit Rot. *decis.* 277. *nn.* 12. *cum segq. part.* 13. *et decis.* 412. *n.* 15. *cum seqq. par.* 11. *et decis.* 196. *et* 277. *utrobique nn.* 6. *part.* 18. Ansald. *decis.* 67. *n.* 25. 67

Juramentum continet speciem transactionis, juramenti delatio, & transactio pari passu ambulant, & ab uno ad aliud argumentari licet Crescin. ad Abeccles. *obser.* 64. *n.* 7. *et* 8. *part. pr.* 68

Compensatio judicialiter opposita habet vim transactionis Bersan. *de compensat. cap. pr. quæst.* 22 *n.* 8. Et transactionem non impedit compensatio Bersan. *loc. cit. cap.* 2. *quæst.* 2. *num.* 18., ubi hoc declaratur. 69

Licèt Transactio debeat habere suum robur, donèc fuerit declarata nulla cum tribus sententiis conformibus Bertachin. *vol.* 18. *nn.* 4. & ut supra latè probatum fuit; Hoc tamen limitatur, quando nullitas appatet ex ventre transactionis Bertachin. *loc. cit. n.* 5. 70

Transactio non corruit ex non implemento, sed debet ad illud agi, & quatenus illud haberi nequeat ad damna, & interesse Caprar. *decis.* 84. *n.* 11. *& decis.* 542. *n* 5. 71

Commodum transactionis quis ex propria culpa non debet reportare, si altera pars remanet elusa Valeron. *de Transact. tit.* 5. *quæst.* 5. *n.* 35. *in fine* Caprar. *decis.* 594. *n.* 2. 72

Transactio allegari non potest a Tertio, si transigentes declararunt, quod solùm ipsis, & eorum successoribus suffragetur, & a nemine possit allegari Caprar. *decis.* 578. *n.* 6. 73

Transactio collusiva non venit attendenda in præjudicium creditorum Salgad. *Labyr. credit. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 71. Cavaler. *decis.* 612. *n.* 38. Caprar. *dec.* 494. *n.* 19. 74

Transactio erronea in parte, in ea parte est corrigenda, eadem in reliquis firma remanente, quod tamen procedit, si transactio continet plura capitula separata, & super unoquoque fuisset transactum, secus ubi continet plurium rerum concervationem, quo casu non attenditur error in uno, sed ad judicium- 75

eosdem læsionem ratio omnium habenda est Caprar. decis. 530. n. 12. 13. & 14. part. 2.

76 Mandatum speciale requiritur, ut quis transigere valeat nomine alterius, & super illius juribus, etiamsi agatur de transactione inita e fratre, & etiam e liris consorte, cui non est permissum transigere in præjudicium consortis Caprar. decis. 31. n. 1. 2. & 3. part. pr. vide supra n. 43.

77 Transactio non transit in contractum emptionis, & venditionis, licèt dentur alia stabilia, & nomina debitorum loco canonum, & directi dominii, dum partes transactionem agere declararunt, & interventus mediatorum, & materia ipsius divisionis ostendit Manzaned. decis. 327. num. pr. De Luc. de Emphyt. disc. 73. sub n. 7. Caprar. decis. 435. n. 15. part. 2.

78 Transactio, seu quivis alius contractus, qui in sui principio futurum tempus, longamque seriem annorum respiciebat (quidquid sit in aliis casibus) potest a Judice rescindi, vel reduci ad æqualitatem, quoties de læsione, aut inæqualitate tractu temporis apparebit Thesaur. decis. 226. Capyc. Latr. decis. 18. n. 5. libr pr. Roder. de Ann. red. lib. 2. quæst. 15. nu. 95. De Luc. de Decim. disc. 3. nu. 14. & seqq. Rot. part. 18. rec. decis. 663. a n. 11. Cert. decis. 593. n n. 2. Caprat. decis. 392. n. 18. part. pr.

79 Transactio ut substineatur, capi debet omnis interpretatio, nec est ite exactè disqeirendum, quisnam ex transigentibus meliora jura foveat sub illa rigorosa discussione, quæ, re integra, & non transacte, solet adhiberi Caprar. decis. 94. n. 6. part. pr. & dec. 340. n. 22. eod. part. pr.

80 Ubi transactionis implementum devenit ad impossibilitatem citra culpam transigentium, tunc jure transacta reviviscunt ad text. in l. si quis accepta ff. de condit. caus. dat. causa non seq. Mantiss. ed De Luc. lib. 6. decis. 46. n. 5. vol. pr.

81 Litis existentia, & timor ad substinendam transactionem aliundè probari debet, quàm ex transigentium assertione Add. ad Gregor. decis. 149. num. 20. Urceol. de Transact. quæst. 2. a. 70. Mantiss. ed De Luc. libr. 7. decis. 24. n. 3. vol. pr.

82 Transactio nulle non privat possidentem antiqua sua possessione Mantiss. ad De Luc. libr. 8. decis. 51. n. pr. vol. 3. Rot. part. 19. decis. 350. n num. 10. cum seqq. in recent.

83 Transactio subsecute inter partes excludit anteriorem statum, & pacificam quasi possessionem Calderon. resol. 93. n. 17. Et en ultimus status præcedens vigore transactionis invalidæ suffragetur Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 63. n. 3. tom. 2. Dubietas transactionis, seu alternativæ non tollit beneficium ultimi status idem Piton. loc. cit. n. 5. & 6.

84 Beneplacitum Apostolicum requiritur in transactionibus inter Ecclesiam, & Laicos, & an etiam hoc procedat in transactione inite super Jurepatronatus Episc. Piton. loc. cit. n. 20. 21. et n. 24. et 29.

85 An Transactio facta per gravatum super re fideicommissaria acquiratur fideicommisso Piton. alleg. 95. n. 31. & 32. tom. 2. Et quid interveniente industrie gravati ibid. n. 39.

86 Transactio facta bona fide afficit successores proprio Jure vocatos in Jurepatronatus gentilitio Piton. loc. adduct. n. 12. et 40. Et vide quæ supra diximus de fideicommisso. Et infra n. 95. & 98.

87 Transactio nova fieri potest super transactione in litem deducta Emeria jun. decis. 572. n. 10. & decis. 591. n. 2. Et prima transactio remanet in suo robore, date nullitate secundæ Caprar. decis. 746. n. 13. part. 2.

88 Contra naturam transactionis est dare, quidquid altera Pars petebat Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 9. n. 48. tom. pr.

89 Transactionis natura exposcit, ut occupata hinc inde per partes, in pristinum statum redigi debeant Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 9. sub n. 108. tom. 2.

Nonnulla alia circa naturam transactionis vide apud Mantiss. ad De Luc. libr. 8. decis. 41. num. 8. & 22. vol. 3.

90 Transactionis vitia, & defectus non sanantur per solemnitates desuper adhibitas Cavalcc. decis. 288. num. 6. Coccin. decis. 391. num. 3. decis. 445. nu. 2. Rot. part. 10. rec. decis. 336. num. 25. Piton. loc. cit. num. 111.

Non est permittendum, quod transactio fideicommissi pariat eversionem Mantiss. ad De Luc. libr. 9. decis. 51. n. 18. vol. pr. 91

Si in transactione fuit præservatum fideicommissum, illud dicitur potius confirmatum & alia circa hanc materiam Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 33. n. 11. vol. 2. 92

Ex observantia elicitur, quid in transactione fuerit comprehensum Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 75. n. 6. vol. 3., Et observantia potest patefacere, quænam fuerit in transactione partium voluntas Mantiss. ibidem decis. 80. n. 10. 93

Transactio jurate valet, etiamsi non probetur specifica fideicommissi scientia, si fuerit renunciatum l. de his ff. de Transact. ex relatis per Dunozett. jun. decis. 335. n. 8. Urceol. de Transact. quæst. 47. n. 39. Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 75. n. 13. vol. 3. 94

Transactio inita per Rectorem afficit quoquè successores, si eorum nomine fuerit stipulata, maximè si concurrat bona fides Mantiss. loc. cit. libr. 13. decis. 77. n. 9. et 10. vol. 4. Vide supra n. 86. 95

Transactio prima ex quibus per secundam eovata dicatur Mantiss. ad De Luc. libr. pr. decis. 4. nu. 4. et libr. 2. decis. pr. n. 10. vol. 3. 96

Transigens cum hærede gravato tenetur esse sollicitus de investimento pecuniarum solutarum illi, alias tenetur ad interesse Emerix jun. decis. 917. n. pr. Caprat. decis. 134. n. pr. part. pr. 97

Transigens quando reputetur jura primi acquirentis, qui possit præjudicare vocatis Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 91. n. 16. tam. 2. Et vide supra n. 86. 98

Absolutus per transactionem an possit iterum accusari Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 17. nu. 19. Bellegrand. in comp. rer. crimin. method. tract. 2. quæst. 12. n. 9. 99

Transactio cum parte non impedit Judicem ut ex officio iterum procedat Pellegrin. loc. supra citat. num. 20. 100

Nonnulla alia de transactione in materia criminali vide apud Pellegrin. & Bellegrand. loc. citat.

§. TRANSMISSIO. XV.

TRansmissio est jus adeundæ hæreditatis quod moriens habebat, & ante aditam hæreditatem transfundi in suos hæredes, Bologn. & alii in Rub. C. quando non pet. part. dixi in resol. cap. 80. n. 8. a

Quòd ex potentia suitatis transmittatur hæreditas tamquam adeunda, & non tamquam adita, l. pr. C. de his qui ant. apert. tab. Franch. decis. 32. n. pr. et 2. Joseph Felin. in Margar. var. concl. verb. Transmissio fol. 113.

• Vel est quædam prorogatio successionis ejusdem formæ, & naturæ, Bald. in l. 3. col. 2. C. de hæred. instit. Card. Tusch. litt. T. concl. 368. Martha de success. legal. part. pr. qu. 24. art. pr. num. pr.

Quæ possint transmitti, vel non, & sic quando, & in quibus transmissio locum habeat, vel non, latè Tusch. litt. T. conclus. 369. & seqq. ad 374. Noal. de Transmiss. Card. De Luc. in Indic. gener.

Nulla tamen transmissio fieri potest, si hæres institutus moriatur ante testatorem, & sic institutio efficiatur caduca, quia jus institutionis est personalissimum, & antequam fuerit delatum non potest cedi, transferri, nec in alios transmitti, Rot. part. 11. recent. decis. 294. per tot. Bich. decis. 320. num. 2.

Transmissio est triplex, nempè suitatis, sanguinis, & juris deliberendi. Vide Ansald. decis. 84. n. 12. cum plurib. sequent. a

Suitatis est illa, per quam sui hæredes, idest liberi obtinentes primum gradum transmittunt ad quoscumque hæredes hæreditatem patris non aditam, l. apud hostes C. de suis, & legit. ubi gloss. & DD. l. 3. l. si infanti C. de jur. delib. Soccin. reg. 217. per tot. Tusch. litt. T. concl. 370. num. 92. & seqq. Peregrin. decis. 87. num. pr. &c. Noval. de transmiss. cas. 8. num. 16. & Rot. part. 9. rec. decis. 302. nu. 17. &c. ubi quod non est necesse docere de aditione, & part. 13. decis. 527. num. 21. & seqq. Martha de success.

ceff. legal. par. pr. quæst. 24. *art. pr. nu.* 2. *&c.* Bich. *dec.* 320. *num.* 7. *& seqq.* Gratian. *discept. for. cap.* 271. *n.* 16. *&c. cap.* 732. *n.* 53. *&c.* ubi plura de suitate & ejus effectibus, Vasq. *de success. lib.* 3. §. 21. *nu.* 266. latiùs *tom.* 2. *lib. pr. nu.* 882. §. 7. *nu. pr. & seqq.* Tusch. *litt. S. concl.* 882. ubi quid sit suitas, quid operetur, & quando sublata, Ansald. *d. dec.* 84. *n.* 12. Royas *dec.* 247. *n.* 17.

Et fit hujusmodi transmissio in extraneos, etiam in præjudicium existentium in pari gradu, Magon. *dec. Flor.* 148. *n.* 16. Surd. *dec.* 138. *per tot.* vide Altograd *cons.* 83. *n.* 13. *etc. n.* 91. *etc. lib. pr.* ubi plures pro utraque parte allegat Vasq. *de success. lib.* 3. §. 21. *limit.* 10. *n.* 268.

Secunda fit transmissio jure sanguinis, per quam omnes liberi, etiam non obtinentes gradum suitatis transmittunt hæreditatem ascendantium non aditam ad suos descendentes, non autem ad extraneos, *l. un. C. de his, qui ante apert. tab. sive sciverint, sive ignoraverint delationem*, Martha *loc. cit. num.* 5. *&c.* latiùs *tom.* 2. *lib. pr.* §. 7. *num.* 7. *et seqq.* Tusch. *litt. T. concl.* 370. *n.* 113. *et seqq.* Rot. *part.* 11. *decis.* 78. *num.* 6. *et seqq.* ubi de transmissione fideicommissi à matre non agniti, Bich. *dec.* 320 *num.* 9. *et seqq.* ubi quòd neque fit ista transmissio ad ascendentes, sed tantùm descendentes. Barry *de success. lib.* 12. *tit. pr. n.* 9. Ansald. *dict. decis.* 84. *n.* 17., ubi quæ dicatur transmissio sanguinis, & quomodo, & in quos fiat.

Non tamen fit in invitum, Surd. *decis.* 140. *n.* 14. *etc.* & etiam illa suitatis fit cum beneficio abstinendi, ut dixi in *resol. cap.* 89. *n.* 28. *et cap.* 76. *n.* 10. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 527. *n.* 30. ubi etiam *nu.* 21. *et seqq.* quòd non impeditur transmissio jure suitatis per substitutionem vulgarem, de quæstione Fusar. *de substit. q.* 46. dixi in §. *Substitutio n.* 5. *infr. n.* 13.

Tertia est transmissio juris deliberandi, per quam mortuo aliquo adhuc durante anno à lege præscripto ad deliberandum transmittitur residuum hujusmodi temporis deliberandi ad quoscumque hæredes, si defunctus sciverit sibi delatam hæreditatem, secùs autem si ignoraverit, *l. cum antiquioribus*, ubi *glos. et DD. C. de jur. delib* Jason. *in l. emancipata C. qui admitti*, Martha *loc. sup. cit. n.* 7. & de prædictis tribus speciebus transmissionis, Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 22. *n.* 39. *et seqq.* Altograd. *cons.* 69. *n.* 36. *lib.* 2. Vasqu. *de success. tom.* 2. *lib. pr.* §. 7. *per tot.* Costa *de remed. subsid. remed.* 111. *per tot.* Merlin. *dec.* 505. *n.* 39. *etc.* Bich. *dec.* 320. *n.* 13. *et seqq.* ubi quòd in ista transmissione tria requiruntur, nempè quòd transmittens sciat sibi delatam hæreditatem, decedat intra annum, & prætendens transmissionem adeat intra residuum dicti anni, & stante ignorantia cessare transmissionem hujus juris deliberandi, quia deliberatio est animi præmeditatio, quæ non cadit in ignorantes, & transmitti tantùm beneficium restitutionis in integrum, cui nec locum fuisse in casu suo probat, & Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 93. *& seqq. decis.* 234. *per tot. & decis.* 687. ubi quòd probari debet non solùm scientia obitus, sed etiam testamenti, quando agitur de hæreditate ex testamento, delata, dixi *in resol. cap.* 76. *num.* 6. *& seqq.* ubi qualiter dictæ transmissionis species faciant cessare jus accrescendi, & *cap.* 89. *num.* 27. *et seqq. per tot.* ubi quando hæreditas dicatur delata ad hoc ut possit transmitti de jure communi, ut supra; vel vigore statuti disponentis quod hæreditas delata, licèt non adita transmittatur, Ansald. *dec.* 84. ubi ad hoc ut locum habeat, quid requiratur, *n.* 18. Latè Noal. *de transmiss. cas.* 8. *a n.* 105. *cum seqq.*

De transmissione hæreditatis non aditæ per ignorantem in hæredem mediante in integrum restitutione cum pluribus citatis latè Fontanel. *dec.* 484. *&* 485. *per tot.*

Quòd tamen etiam ignorantibus, absentibus, vel alias legitimè impeditis succurratur per restitutionem in integrum, ex æquitate *l. Patronus ff. de acquir. hæred.* ubi DD. nisi agatur de exclusione personæ magis dilectæ, Altograd. *cons.* 83. *num.* 61. *& seqq. lib.* 1. latè Bich. *dec.* 320. *n.* 17. *& seqq.* ubi quòd ignorantia debet esse probabilis, justa, & probari à prætendente transmissionem, cum sit fundamentum suæ intentionis, Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 407. *n.* 2. *&* 3. ubi quòd æquitas *d. l. Patronus*, non procedit in præjudicium proximiorum, *& part.* 18. *decis.* 93. *n.* 13. *&c. dec.* 234. *per tot. dec.* 308. *n.* 9. *& decis.* 637. *per tot.* ubi pro transmissione beneficii restitutionis in integrum stante justa ignorantia facti, & juris in muliere, & *dec.* 687. ubi pro non transmissione stante persona magis conjuncta, & dilecta. Plura de dictis transmissionibus, an, & quomodo procedant, etiam favore fisci, Hieron. Gala *tract. de restit. integr. deneg. quæst.* 43. circa principalem conclusionem vide Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 21. *n.* 19. Bonden. *collect.* 21. *n.* 12. *lib.* 1. Ansald. *decis.* 84. *sub n.* 18. Quoad fiscum vide De Luc. *de Regal. disc.* 123. *n.* 7.

Multas alias species transmissionis, sive potiùs casus, in quibus procedit transmissio, latè explicat videndus Vasqu. *de success. tom.* 2. *lib.* 1. §. 7. *& seqq.* Tusch. *litt. T. conclus.* 360. *per tot.* Noval. *tract. de transmiss. per tot.* & remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Transmissio.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Ansald. *d. dec.* 84.

Transmissio locum habet ad favorem patris, non autem aliorum, quando moritur filius infans ante aditam hæreditatem sibi delatam, nam illam transmittit ad patrem tantùm ex speciali privilegio, *l. si infanti*, ubi glos. Bart. Bald. & alii *C. de jur. delib.* Marant. *in l. is potest n.* 145. *ff. de acquir. hæredit.* Vasqu. *de success. tom.* 2. *lib.* 1. §. 8. *per tot.* Thes. *dec.* 88. *per tot.* Gratian. *discept. for. c.* 401. *n.* 32. dixi *in resol. cap.* 89. *num.* 6. 17 *&* 31. latè Martha *de success. part.* 1. *quæst.* 14. *art.* 4. *per tot.* ubi ad quos infans transmittat; & an *d. l. si infanti* sit correcta, aliaque plura notabilia Altograd. *cons.* 82. *n.* 14. *& seqq. lib.* 1. ubi latè sustinet quòd ista transmissio tamquam irregularis non fit cum jure excludendi fœminas vigore statuti, vide in §. *Statutum excludens num.* 4. Card. Tusch. *litt. T. concl.* 370. *n.* 110. *& seqq. infr. n.* 12.

Quòd ista transmissio, quæ fit ab infante in patre de hæreditate matris illi delatæ de vigore *dict. l. si infanti*, dicatur irregularis, nec procedat in præjudicium existentium in pari gradu, & ideò vigore hujusmodi transmissionis sorores infantis non dicantur exclusæ per patrem ab hæreditate matris propter æquitatem, ex qua hæreditas matris est potius debita filiabus, quam viro infante masculo prædefuncto, latè probat Altograd. *cons.* 83. *per tot. lib.* 1. *dicta lege infanti*, procedit tantùm ubi non adsunt sorores, vel quando adsint illæ succedunt in totum, nec pater facit illis partem, cùm videatur potius agi de hæreditate matris, quàm fratris infantis, ad cujus successionem concurreret etiam pater cum sororibus, si de illius hæreditate ageretur, eo quia ejus nomine fuisset per patrem adita matris hæreditas, secùs si non sit adita, nam tunc agitur de hæreditate matris, & non filii, ad tradita per Altograd. *cons.* 82. *nu.* 44. *&c. cons.* 83. *nu.* 33. *&c. lib.* 1. vide討Martham *d. quæst.* 14. *art.* 4. *num.* 26. *et per tot.* ubi an, & quando infans transmittat hæreditatem non aditam, & ad quas personas tam de jure communi, quàm statutorum, Vasq. *de success. tom.* 2. *lib.* 1. §. 8. *per tot.* Tusch. *litt. T. concl.* 370. *n.* 3. *et seqq. per tot.* Vide circa materiam dicti textus De Luc. *de Donat. disc.* 64. *n.* 14.

Quòd transmissio jure suitatis non habeat locum favore matris filios in potestate non habentis attento jure antiquo, licèt postea etiam ad matrem fuerit extensa dicta transmissio, & correctus text. *in d. l. si infanti*, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 438. *num.* 10. *et seqq.* Martha *vot. Pisan.* 121. *per tot.* ubi quòd etiam mater succedit infanti in hæreditate ei delata, & donatione exclusio avo paterno, quia *d. l. infanti*, quæ concedebat transmissionem solùm ad favorem patris, est correcta per Auth. *defuncto Cod. ad Tertull.* & sic hæreditas paterna delata infanti morienti in infantia transmittitur ad matrem juxta magis communem opinionem, & quia infans ex potentia suitatis transmittit hæreditatem non aditam ad quoscumque hæredes etiam extraneos juxta superius dicta, & sic etiam ad matrem, quem refert, & sequitur

-quitur Rot. *d. decis.* 438. *part.* 14. *rec. et part.* 17. *dec.* 335. *n.* 14. Francb. *dec.* 32. *n.* 4.

Quòd mater non transmittat jure suitatis, quia non habet filios in potestate, sed benè transmittat jure sanguinis, Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 345. *n.* 22.

4 Transmissio licèt nun fiat ut supra nisi ratione suitatis, & sanguinis, & juris deliberandi, vel privilegio *d. l. infanti*, ita ut alias ut regula generalis, quòd hæreditas non transmittatur, Gratian. *discept. for. cap.* 78. *n.* 21. *etc.* dixi in *resol. cap.* 89. *n.* 1. *per tot.* de hujusmodi regula cum ampliationibus, & limitationibus, & declarationibus, Tusch. *litt. H. conclus.* 18. *et litt. T. conclus.* 370. *per tot.*

Tamen procedit solùm in majore, nam si sit minor ille, cui fuit delata hæreditas, & ea non adita moriatur, sicut ipse vivens haberet beneficium restitutionis in integrum, ita etiam illud transmittit ad hæredes, & hoc modo ipsam hæreditatem, ut benè declarat Grat. *discept. for. cap.* 820. *n.* 20. *etc.* Surd. *dec.* 138. *n.* 10. *etc.* Altograd. *cons.* 83. *n.* 62. *lib.* 1. ubi tamen *nu.* 64. limitat nisi talis restitutio operaretur exclusionem personæ magis directæ defuncto, quam sit ille, qui vult admitti per in integrum restitutionem, nam tunc propter obstaculum majoris æquitatis non esset concedenda, & plures in id allegat, vide Thes. *dec.* 88. *n.* 3. *etc.* dixi in §. *Successio n.* 12.

Quòd etiam major, & quilibet alius capite justæ, & probabilis absentiæ, vel ignorantiæ transmittat hujusmodi jus petendi restitutionem in integrum ad suos hæredes, imò ad hæredes hæredum, nisi agatur de excludenda persona magis dilecta, latè Altograd. *cons.* 94. *per tot. lib.* 1. vide in §. *Hereditas n.* 13. Bich. *dec.* 320. *n.* 17. *et seqq.* ubi quòd hoc jus petendi restitutionem in integrum transmittitur non solùm ad descendentes, sed etiam ad ascendentes, & ad quoscumque extraneos, dummodò ignorantia sit justa, & verisimilis, ac probetur à transmissario tanquam suæ intentionis fundamentum, quidquid aliàs non probata scientia, præsumatur ignorantia. Emerix *dec.* 206. *nu.* 8. *et decis.* 283. *n.* 2.

5 Transmissio dotis maternæ, sive hæreditatis, licèt non aditæ, vigore statuti Florentini *lib.* 2. *Rub.* 129. fit in quoscumque hæredes, etiam extraneos filiorum, & descendentium, etiam si extarent filii ex alio matrimonio, Magon. *decis. Flor.* 148. *in princ.*

Quæ quidem transmissio statutaria, licèt in dubio dicatur irregularis, dum fit in transversales, & extraneos, & non habeat locum in præjudicium existentium in pari gradu propter obstaculum majoris æquitatis, quæ est ut filii superstites potiùs quàm extranei habeant matris hæreditatem, tamen in casu prædicto, cum verba statuti sint clara dicitur Florentiæ ordinaria, & regularis, sicut illa, quæ fit ex potentia suitatis, & instar illius habet locum etiam in præjuditium existentium in pari gradu, ad tradita per Magon. *d. dec.* 148. *n.* 14. *et seqq.* & dixi *in resol. cap.* 89. *n.* 41. *etc.* facit Peregrin. *dec.* 87. *n.* 7. *etc.*

Sed contrarium vide per Altograd. *cons.* 82. *n.* 45. *et seqq. lib.* 1. ubi quòd quando adsunt sorores, filius infans non transmittit in partem, qui dicitur extraneas quoad hæreditatem matris, sed ipsæ sorores admittuntur ex majori æquitate ad illarum favores assistente, & latiùs *cons.* 83. *per tot.* probat transmissionem prædictam irregularem esse, & non procedere in præjudicium existentium in pari gradu propter majorem æquitatem pro illis existente reprobando Magon. *loc. cit.* & ostendendo plures Rotam Florentinam contra illius decisionem judicasse, facit pro hac parte Peregr. *dec.* 87. *n.* 7. *&c.*

6 Transmissio vigore dicti statuti Florentini *lib.* 2. *Rub.* 129. fit ab eo, qui defuncti bona possedit saltem per quindecim dies à die mortis defuncti, cum absque alia aditione fit factus hæres ipso jure activè, & passivè, etiam si agatur de re minima possessa, & detenta, ac etiamsi prætenderet non tanquam hæres, sed ex alia causa possedisse licèt prius repudiaverit, nam si post repudiationem possideat, ut supra efficitur hæres simpliciter, ac ideò transmittit, Magon. *dec. Flor.* 10. *n.* 20. *& seqq. per tot.* Surd. *decis.* 138. *n.* 1. dixi in *resol. cap.* 89. *n.* 36. *&c.* ubi plura *per tot.* quando hæreditas delata, & non adita transmittatur vigore statuti, & quando ad hunc effectum possit dici delata, cum delatio sit legis operatio, vide in §. *Hereditas n.* & in §. *Statutum generali n.*

Quando, & quid operetur hujusmodi statutum, vel non, Tusch. *litt. S. conclus.* 682. *per tot.*

Transmissio non habet locum de jure communi in hæreditate filii, sive alterius descendentis, quæ delata patri, vel alteri ascendenti, si non fuerit adita non transmittitur, Cravett. *cons.* 37. *nu.* 4. Ang. *in l. nam is ff. de inoff. test.* Joseph. de Rust. *in l. cum avus lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 16. 17. *de condit. & demonstr.* Magon. *dec. Flor.* 104. *n.* 6. Vasqu. *de success. lib.* 3. §. 21. *limit.* 10. *n.* 267. *&c.* ubi refert contrarias opiniones Bich. *dec.* 320. *n.* 9. *& seqq.* ubi reddit rationem differentiæ, quia hæreditas descendentium non est æquè debita ascendentibus, prout è converso ascendentium est descendentibus debita, & in hac transmissione sanguinis duo sunt necessaria nempè quod hæreditas transmittenda sit alicujus ascendentis, & ille, in quem fit transmissio sit de descendentibus transmittentis. Rot. coram Ansald. *dict. dec.* 84. *n.* 10. Emerix. *dec.* 283. *n.* 1. & quando datur De Luc. *de success. disc.* 15. *n.* 17. *&* 18. 7

Transmissio cessat quando moriens, cui erat delata hæreditas, erat incapax successionis, vel repudiavit, cùm nemo plus juris in alium transferre possit, quàm ipse habeat, & non transmittitur id quod ipse noluit acquirere, *l. nemo plus juris, & l. nemo plus commodi ff. de reg. jur.* Crass. *in* §. *Transmissio quæst.* 17. *n.* 1. Altograd. *cons.* 83. *n.* 7. *&c. lib.* 1. *& cons.* 95. *nu.* 109. *lib.* 2. Tosch. *litt. T. concl.* 369. *n.* 1. *& seqq.* 8

Plura, an, & quando existente aliquo impedimento adeundi in hærede, cesset transmissio, vel non dixi in *resolut. cap.* 89. *n.* 3 *& seqq.*

Transmissio qualiter locum habeat in legitima, vide in Gratian. *discept. for. cap.* 118. *num.* 38. *&c.* Bich. *dec.* 320. *nu.* 27. *& seqq. per tot.* vide in §. *Legitima n.* 31. Vide De Luc. *de success. disc.* 21. *n.* 6. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *dec.* 43. *vol.* 1. 9

Qualiter in Trebellianica, vide in §. *Trebellianica n.*

Quòd jus in spe competens filio super bonis paternis, vel maternis etiam respectu legitimæ viventibus ipsis parentibus, non possit transmitti, cedi, vel renunciari, cùm hujusmodi spes non sit considerabilis, nec probabilis à jure, nisi illius consentientibus, & usque ad mortem in consensu perseverantibus, Altograd. *cons.* 40. *per tot. & cons.* 41. *n.* 62. *&c. lib.* 2. *& cons.* 43. *num.* 44 *& seqq. lib.* 2. ubi declarat quando, & quomodo jus competens ex beneficio legis transmitti possit etiam priusquam fuerit delatum, & quid de jure conditionali competente ante purificatam conditionem, Bich. *decis.* 320. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd conditionis effectus est impedire acquisitionem ante illius eventum, & jus quod transmittendi deest tempore mortis non potest transmitti, nisi simus in casu, quo rejiciatur conditio, prout in legitima.

Transmissio qualiter locum habet in fideicommissis conditionalibus, Rot. *in Bonon. fideicommissi* 1. *Aprilis* 1630. *coram Verospio*, Cavaler. *dec.* 434. *&* 461. *per tot.* Altograd. *cons.* 65. *num.* 26. *&c. lib.* 1. *cons.* 85. *per tot. lib.* 2. Mart. Medic. *Exam.* 2. *cum tribus decisionibus seqq.* Merlin. apud Urceol. *Consult. for. cap.* 12. *n.* 47. *& seqq.* Martha *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 24. *art.* 5. *per tot.* ubi latè, an, & quando dispositiones conditionales sive testamentariæ, sivè conditionales pendente conditione ad hæredes transmitti possint Tusch. *litt. T. conclus.* 376. *n.* 6. *& seqq. per tot.* Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 377. *per tot. in Append.* ubi quando, & ex quibus conjecturis procedat non obstante morte substituti ante hæredem, *& part.* 13. *dec.* 222. *n.* 10. *dec.* 224. *n.* 10. post Urceol. *de transact. dec.* 28. *n.* 12. *et seqq.* ubi quòd fideicommissum conditionale non transmittitur, nisi adsit conjecturæ, & quales requirantur, 10

vide

vide in §. *Fideicommissum num.* 27. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 118. *nu.* 10. *et seqq.* vide Emerix *decis.* e156. *n.* 7. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 142. *n.* 5. *et* 9. Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 6. *n.* 10.

Quòd transmissio fideicommissi conditionalis sit favorabilis, facilius admittatur, quem vocatio, & quare, Altograd *d. cons.* 85. *n.* 1. *et seqq. lib.* 2. ubi loquitur tam de descendentibus, quàm de transversalibus, licèt in his urgentiores requirantur conjecturæ, Paul. Christ. *dec.* 17. *n.* 2. *volum.* 4. ubi quòd substitutes vulgaris non admittitut, nisi cum prorsus cessat jus transmissionis, atque ideò ipsum jus transmissionis, substitutioni præferri, vide in §. *Positi in condit. n.* 2. Vide Calderon. *resol.* 61. *n.* 79. Ansald. *dec.* 89. *n.* 98.

Quòd transmissio non impeditur ob conditionem, quàm certam est omninò eaturam, ut mortis elicujus, Rot. *in Noviss. part.* 6. *dec.* 22. *n.* 47. vide in §. *Heres n.*

Ut transmissio locum habeat requiritur quod legatarius supervivat post purificatam conditionem, & sit delatum, & acquisitum, licet non apprehensum, non tamen regulariter impeditur per appositionem conditionis, quæ tacitè inest ex dispositione legis, vel ex natura rei, & quando secùs, latè Altograd. *cons.* 87. *n.* 16. *et seqq. per tot. lib.* 2. vide in §. *Legatum nu.* 110. *et* 111. Sanfelic. *dec.* 279. ubi quod decedente substituto ante gravatum, non transmittitur legatum ad hæredes dicti substituti, Peregrin. *de fideicom. art.* 31. *nu.* 11. *etc.* Fusar. *de subst. qu.* 343. *et* 490. Baitel. *de ult. volunt. dec.* 12. *per tot.* ubi de legato an, & quando dicetur conditionale, & transmittetur, vel non. Vide De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 133. *nu.* 3. *de Legat. disc.* 30. *n.* 7. *disc.* 45. *per tot.*

Transmissio an, & quando locum habeat in juribus competentibus vigore statuti exclusivi feminarum propter masculos, item an jure competentia filiæ exclusæ, veluti dos, vel jus reintegrationis ob defectum masculorum transmitti possint, & alia latè Marthe *de success. part.* 1. *quæst.* 14. *art.* 1. 2. *et* 3. *per tot.* latius Vasq. *de success. tom.* 2. *lib.* 1. §. 7. *tam pluribus seqq.* ubi de multis speciebus transmissionis, & generaliter de hac materia facit quòd dixi in §. *Statutum excludens n.* 4. *et* §. *Repræsentatio num.* 11. Vide Card. De Luc. *de Success. disc.* 21. *a n.* 5.

12 Transmissio, sive ratione suitatis, sive sanguinis, sive juris deliberandi, facit cessare jus accrescendi, nam potiùs hæreditas, vel legatum vadit ad hæredes deficientis, quàm ad conjunctos, ut dixi *in resol. cap.* 76. *n.* 6. *etc.* vide in §. *Jus decrescendi nu.*

13 Transmissio non habet locum quando in certum casum adest expressa substitutio ex voluntate testatoris, quia substitutio excludit transmissionem, Curt. jun. *cons.* 69. *nu.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 31. *n.* 16. & alii per Bich. *decis.* 320. *n.* 3. vide in §. *Substitutio n.* 5. *et supra nu.* 2. *vers. Non tamen.*

Et de transmissione, & ejus effectibus nonnulla notant Bertechin. *Repert. verb. Transmissio*, Joseph. Feliv. *eod verb. Margar. vgr. concl.* Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 21. *per tot.* Vela *dissert.* 21. *per tot.* ubi plenè Ceval. *com. quæst.* 296. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 8. Carol. Ant. De Luc. *tractat. de linea legal.* Joseph. Ramon. *cons.* 74. *cum pluribus seqq.* Antimin. Tepat. *var. sent. tit.* 612. Jo. Torre *de success. in Majorat. et Primog. Ital. in locis indicatis in Repertor. general. in fine part.* 3. *verb. Transmissio*, Aloys. Mans. *Consul.* 262. *lib.* 3. *Consult.* 315. *et* 316. *lib.* 4. cæterique plures allegati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Transmissio*, & à Com. August. Font. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 751. ubi indicat Auctores tractantes non solùm de transmissione hæreditatis, fideicommissi, & legati, verum etiam de transmissione Comissariorum, litterarum, actorum, nobilitatis, privilegiorum, & hujusmodi, plura etiam Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Transmissio*. Rocc. Ansald. Emerix. Mantiss. ad eumd. De Luc. Constant. Mans. Palm. & alii moderni.

14 Transmissionem non impediat conditio certò extitura Merlin. *dec.* 505. *n.* 45. *& seqq.* Episc. Rocc. *cap.* 30. *n.* 44. *lib.* 1.

Transmissioni hæreditatis non est locus, nisi hæres post mortem usufructuarii institutus verbo, vel facto declaraverit se nolle adire, vivente usufructuario: Et reprobatur Peregrin. licèt subobscurè contrarium sentiens, latè Episc. Rocc. *cap.* 30. *nu.* 46. *&* 47. *lib.* 1. 15

Veniens ex Jure transmissionis non succedit in re transmittenti, sed primo decedenti, ideoque hæreditatem adit non ex propria persona, sed ex persona transmittentis, & uti ejus hæres Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 21. *de Transmiss. a n.* 155. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 98. *n.* 31. Rocc. *loc. cit. n.* 48. 16

Transmissio fideicommissi dari potest etiam citra expressam, vel tacitam vocationem, & de ratione Ansal. *dec.* 89. *n.* 70. Quod declara, ut *n.* 71. *cum seqq.* 17

Transmissio transmissionis non datur in Jure Ansald. *dec.* 84. *nu.* 12. Rot. *rec. part.* 16. *dec.* 35. *num.* 9. *&* 10. 18

Transmissionis ad effectum sufficit tacita aditio resultans ex actibus illam inferentibus Rocc. Episc. *cap.* 30. *n.* 35. *lib.* 1. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 21. *vol.* 3. 19

Transmissio admittenda est, concurrentibus tamen urgentibus conjecturis, digressum ad plures gradus substitutionum, & voti conservandæ agnationis, latè Calderon. *resol.* 61. *n.* 80. 20

Jus personale quando fuit agnitum transmittitur 21 Peregrin. *dec. Patavin.* 22. Olea *de Cess. Jur. lib.* 3. *quæst.* 2. *n.* 9. Bertachin. *vot.* 97. *n.* 8.

Et quando dicatur agnitum Peregrin. & Olea *loc. cit.* Bertachin. *vot. cit. n.* 48.

Transmissio datur in contractibus inter vivos Card. 22 De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 205. *n.* 7.

Transmissio fundatur in jure quæsito, & ubi non 23 est quidditas, sed spes cessat Decis. Sicul. inter Oper. Card. De Luc. *n.* 175.

Ea, quæ competunt ex contractu, transmittuntur 24 etiam pendente conditione Capyc. Latr. *dec.* 2. *a n.* 9. De Luc. *de Donat disc.* 36. *n.* 15.

Ex voluntate Testatoris potest id fieri transmissibile quod non est tale De Luc. *de Donat. disc.* 30. *n.* 20. Castald. *consult.* 174. *n.* 10. *vol.* 2. Et sufficiunt conjecturæ Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *dec.* 3. *num.* 14. *vol.* 2. 25

Transmittitur fideicommissum si habeat annexum 26 jus accrescendi, quod sicuti transmittitur ità transmitti debet substitutio fideicommissaria, quæ illius naturam assumit, & qualitatem transmissibilitatis assequitur Castald. *consult.* 174. *n.* 8 *vol.* 2.

Conditione pendente regulariter non habet locum, 27 sed fallit in conjecturis, de quibus De Luc. *de Fideicomm. disc.* 98. *n.* 15. *&* 16. *disc.* 112. *a n.* 8. *disc.* 113. *n.* 3. *disc.* 114. *n.* 4. *&* 5. *& in summ. nu.* 160. *&* 161. vide etiam eumd. *in Conflict. obser.* 96.

In dispositione ascendentium sufficiunt leviores conjecturæ De Luc. *de Fideicomm. d. disc.* 98. Mantiss. ad eumd. *lib.* 11. *dec.* 14. *n.* 18. *vol.* 2.

Et quando facilius, vel difficilius admittatur *d. disc.* 98. *n.* 20. *et disc.* 112. *a n.* 14.

Inducitur levioribus conjecturis, & faciliùs quàm vocatio De Luc. *de Fideicomm. disc.* 78. *n.* 7. *disc.* 98. *n.* 14. *disc.* 148. *n.* 13. *et in summ. nu.* 164.

Quas conjecturas requirat *d. disc.* 98. *nu.* 16. 17. *et à n.* 25. *disc.* 112. *a n.* 8. *disc.* 113. *n.* 3. *disc.* 114. *a n.* 5. *in summ. a n.* 162. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 55. *nu.* 15. *et* 16. *vol.* 2. Et ex quibus conjecturis excludatur *de Fideicomm. disc.* 113. *nu.* 6. Conjecturæ sunt considerandæ unitæ Castald. *consult.* 174. *n.* 9. *vol.* 2.

Conjecturæ ad transmissionem legati, vel fideicommissi debent esse valdè urgentes Mantiss. ad De Luc. *libr.* 11. *dec.* 14. *n.* 7. *et* 21. *vol.* 2.

Fideicommissum purificatum, antequam quis de- 28 cederet, transmittitur, etiam si non fuerit agnitum Merlin. *dec.* 890. *n.* 13. Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 78. *n.* 6. *et part.* 16. *dec.* 376. *n.* 3. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 71. *n.* 26. *vol.* 2.

Transmissio substitutionis pupillaris quando intret 29 De Luc. *de Fideicom. disc.* 184. *num.* 8. Et quid de pupillari caducata Idem *ibid. in summ. nu.* 45.

Trans-

30 Transmissio in quo differat a vocatione Idem De Luc. *de Fideicomm. disc.* 98. *n.* 32.

31 Transmissio spei ex pacto resolutivo conceditur De Luc. *de Fideicomm. disc.* 142. *n.* 7.

32 Transmissio dotis legatæ, vel aliàs relictæ an fiat De Luc. *de Legit. disc.* 9. *nu.* 7. Mantiss. ad eumd. *lib.* 10. *dec.* 24. *n.* 10. *dec.* 25. *n.* 14. *vol.* 2.

33 Vita, & militia, quæ debetur super feudis antiquis non transmittitur Mantiss. ad De Luc. *libr.* 12. *dec.* 3. *n.* 18. *vol.* 2.

34 Jus recuperandi Jocalia nuori donata ad hæredes transmittitur Domin. Advocat. Cabrun. *lucubr.* 42. *num.* 25.

35 Beneficium *auth. res, quæ* transmittitur etiam ad extraneos Card. De Luc. *de Legit. disc.* 9. *n.* 8.

36 Transmissio juris reiiciendi onus a legitima non fit ad Fiscum De Luc. *de Legit. disc.* 13. *n.* 2. Quid ad alios hæredes *de Legit. disc.* 27. *n.* 12. *disc.* 28. *n.* 9. *in summ. n n.* 61.

37 Transmissio facultatis eligendi legitimam super quibusvis bonis datæ per statutum filiis, an fiat De Luc. *de Legit. disc.* 25. *sub n.* 5.

38 Alia plura de transmissione salarii, de transmissione fructuum beneficiorum, annuæ præstationis, Legatorum, & fructuum eorumdem, facultatis adimplendi conditionem legalem, privilegii in genere, & privilegii dotalis, pensionis ecclesiasticæ, & professus Card. De Luc. *in Indic. gener. verb. Transmissio.*

§. TREBELLIANICA XVI.

a TRebellianica olim dicta Pegasiana, tamquam ex Senatus consulto Pegasiano exemplo falcidiæ inducta, explosо autem Senatu consulto Pegasiano successit Senatusconsultum Trebellianicum, à quo Trebellianica nuncupatur, licèt in jure civili hoc nomen non sit expressum, sed à Doctoribus docendi causa inventum, & nil aliud est Trebellianica, quam quarta portio, quæ ab hærede gravato de fideicommissis universalibus deducitur, sicut falcidia de legatis, quæ excedit dodrantem bonorum, & quia hodie fideicommissa, & legata sunt exequata, etiam Trebellianica, & falcidia secundùm aliquos dicuntur synonyma, & una pro altera accipitur, vel verius Trebellianica habet locum in legatis, & fideicommissis universalibus, falcidia verò in legatis, fideicommissis particularibus; hæres igitur institutus, & rogatus, vel gravatus alteri hæreditatem restituere, potest retinere hujusmodi quartam regulariter vigore Senatusconsulti Trebelliani, *§. Sed quia hæres Instit. de fideicomm ff. hæredit. l. post mortem ff. de fideicomm.* Jas. *in Rub. ff. ad Trebell. vol.* 2. Socin. jun. *cons.* 122. *n.* 5. *lib.* 1. *cons.* 49. *n.* 46. *vol.* 3. Rip. *in leg. in quartam n.* 3 *&c. ff. ad Falcid.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 11. *nu.* 1. *& seqq. per tot.* Card. Tusch. *litt. T. conclus.* 375. *n.* 1. *&c.* vide in §. *Falcidia num. inf. nu.* 10. Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 28. *art.* 2. *& seqq. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 315. *vol.* 1. *& dec.* 51. *vol.* 4. *& dec.* 20. *vol.* 5. remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb Trebellianica*, Caldas Pereyr *Quæst. for. cap.* 28. Vesembec. *in ff. rubr. ad S. C. Trebell.*

Trebellianica hodie de jure Codicis, & Authenticorū prohiberi potest à testatore, nedū extraneis hæredibus gravatis, sed etiā filiis primi gradus, & nō tantùm expressè, sed etiam tacitè, dummodò tamen verba, & conjecturæ, ex quibus elicitur tacita prohibitio sint tales, ut ex necessitate hujusmodi prohibitionem inducant, nec in alio possint verificari, adeò ut aliàs verba omninò superflua reddantur, nam si aliud quidquam significare, vel operari possint, Trebellianicæ prohibitionem non inducunt, Altograd. *cons.* 69. *num.* 3. *& seqq. per tot. lib.* 2. Cavaler. *decis.* 441. *per tot.* Vasq. *de success. tom.* 2. *§.* 16. *num.* 17. *& seqq.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 11. *&* 20. *per tot.* ubi ex quibus verbis, & conjecturis intelligatur prohibita, Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1389. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 198. *per tot.* Clar. *§. Testamentum quæst.* 62. 63. *&* 73. Pract. Papp. *libell. prolegat. re sing. glos. pr. num.* 4. Gratian. *disceptat. for. cap.* 245. *per tot. cap.* 609. *num.* 3. Tusch. *litt. T. concl.* 385. *& seqq. per tot.* Merend. *contr. jur. lib.* 4. *cap.* 15. Fachin. *lib.* 12. *contr.* 11. Marescott. *var. resol. lib. pr. cap.* 100. *num.* 10. Cabal. *cons. dec.* 116. *lib.* 3. Dian. *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 46. Merlin. *decis.* 383. *nu.* 13. *&c.* Gregor. *decis.* 421. *n.* 11. *cum Addit. num.* 16. Rot. *part.* 9 *recent. decis.* 147. *num.* 31. *&c. & vol. pr. decis.* 320. *n.* 8. *d. part.* 9. *vol.* 2. *& part.* 10. *decis.* 318. *n.* 27. *part.* 11. *decis.* 285. *n.* 8. *& par.* 19. *decis.* 264.

Quòd ideò Trebellianica non debeatur contra testatoris voluntatem; sed de ipsius voluntate, latè Altograd. *d. cons.* 69. *n.* 52. *et seqq.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 11. *per totum*. Vide Episc. Rocc. *cap.* 49. *n n.* 22 *lib. pr.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 32. *n.* 15. *vol.* 3.

Quando dicatur prohibita, Urceol. *Consult. forens. cap.* 38. *n.* 27. *et seqq.* Altograd *cons.* 105. *nu.* 8. *lib.* 2. Cabal. *cons. decis.* 136. *num* 3. *et seqq. lib* 2. ubi qualiter censeatur prohibita per prohibitionem alienationis Rot. *part* 19. *recent. decis.* 264. Vide De Luc. *de Legit. disc.* 32. *n n.* 6. *Censflict. observ.* 125. *§. final.*

Quòd per dictionem taxativas excludatur, Gratian. *discept. for. cap.* 821. *n.* 9. *etc.*

Item quando testator mandat totam, & integram hæreditatem restitui, & in similibus casibus, idem Gratian. *cap.* 860. *n.* 14. *etc. cap.* 869. *n.* 18. *cap.* 888. *per tot. cap.* 889. *num.* 12. *etc.* Dunan *dec.* 354. *nu. pr.* Rota *part.* 9. *recent. decis.* 147. *num.* 31. *etc.* Ansald. *decis.* 48. *n.* 28. *decis.* 77. *n.* 64. Capiat. *decis.* 250. *n.* 7. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 9. *decis.* 23. *n.* 2. *dec.* 24. *n.* 3. *vol.* 3. & infra *in noviss. addit.* Crescin.

An per approbationem testamenti, in quo fuit prohibita Trebellianica videatur remissa, Magon. *decis. Flor.* 35. *n.* 6 *&c.* Altograd. *cons.* 31. *num.* 35. *lib. pr.* Vide De Luc. *de Legit. disc* 16. *n.* 7.

Quòd Trebellianica possit prohiberi etiam filiis primi gradus tam expressè, quàm tacitè, Cravett. *cons.* 76. *n.* 11. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 32. *n.* 10. *et lib pr. tit.* 3. *quæst. pr. num.* 25. Gratian. *discept. for. cap.* 583. *num.* 20. Rot. *in Romana d. Gandis* 13. *Januarii* 1631. coram Verospio *in Noviss. par.* 2. *dec.* 5. *n.* 5. *etc* Rot. *par.* 2. *divers. dec.* 313. *per tot.* Rec. *Collect.* 3643. *et* 2389. Bich. *dec.* 559. *n.* 8. *et* 9. Dunan. *dec.* 354. *num* .. *et* 3. Franch. *dec.* 612. Urceol. *Consult. for. cap.* 6. *n.* 33. *etc.* Matt. Medic. *Exam.* 4. *et decis.* 11. *per tot. cum Addit. de anno* 1666. Rot. post tract. Merlin. *de legit. dec. pr. num. pr. dec.* 21. *n.* 6. *dec.* 97. *n.* 7. *dec.* 118. *n.* 5. in quibus locis habetur, quòd Rota Romana semper sequuta est, & sequitur hanc opinionem, ac ita testatur eadem Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 277. *num.* 11. & in specie de causa Bononiensibus, rejecta contraria consuetudine, quam Bononiæ servari testatur, Giovagn. *cons. pr. n* 3. *et* 4. *lib.* 2. Rot. *part.* 13 *rec. dec.* 137. ubi quòd de stylo Rotæ, & de consuet dinе Bononiæ potest prohiberi etiam filiis primi gradus, *et par.* 19. *dec.* 264. ubi pariter in causa Bonon. Addo Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 385. *n.* 11. *dec.* 594. *n.* 15. *tom.* 2. Rot. post Bonden. *Miscell. juridic. dec. pr. n.* 3. Rot. coram Emeria jun. *dec.* 64. *n.* 7. *dec.* 371. *n.* 2. *dec.* 687. *n.* 5. 1028. *n.* 2. 1131. *n.* 9. Vide De Luc. *de Legit. disc.* 25. *num.* 20. *disc.* 32. *n.* 3. *disc.* 36. *n.* 8. *Conflict. observ.* 125 Caprar. *decis.* 340. *n.* 17. *decis.* 471. *num.* 5. *decis.* 680. *n.* 25. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *dec.* 23. *n.* 7. *decis.* 24. *n. pr. vol.* 3.

Florentiæ tamen canonizata est contraria opinio, quod Trebellianica non possit prohiberi filiis primi gradus, nec expressè, nec tacitè, sed pari passu ambulet quoad hoc cum legitima, & per approbationem testamenti non videatur remissa, nisi specialiter ei fuerit renunciatum, ut testantur Grivel. *dec.* 107 *num.* 3. *&c.* ubi quòd etiam in Senatu Dolano servatur negativa opinio. Quid Bononiæ Castald. *Consult.* 183. Magon. *dec. Flor.* 35. *num.* 4. *& per tot.* Rom. *in l. Marcellus §. quod autem ff. ad Trebell.* Cabal. *cons. decis.* 83. *num* 8. Matt. Medic. *Exam.* 4. *nu.* 10. ubi etiam in multis aliis locis sic judicatum refert Vivi. *comm. opin.* 358. *& opin.* 1005. dini *in resol. cap.* 33. *num.* 25. vide in §. *Exceptio n.* 27. *in fine*, Martha *vot.*

Pis.

Pis. 113. *& de success. par.* 4. *qu.* 28. *art.* 5. *per tot.* ubi ostendit hanc opinionem negativam esse magis communem, & veriorem, atque servari in multis Tribunalibus, in Delphinatu, teste Guid. Papp. *dec.* 50. in Senatu Montisferrati, Roland. *cons.* 12. *num.* 6. *cons.* 52. *lib. pr.* Venetiis, Soccin. *cons.* 28. *lib. pr.* Mantuæ, Bursatt. *cons.* 44. *num.* 19. Paduæ, Peregr. *de fideicommiss. art.* 3. *nu.* 107. *& decis.* 35. *num* 7. Bergomi, Alban. *cons. pr. num.* 14. & in Addit. ad Batt. *in l. Filiusfam. §. Divi num* 6. *ff. de legat. pr.* Neapoli, Ursil. ad Afflict. *dec.* 363. *n.* 10. Florentiæ, Magn. & alii præcitati, Veronæ, Soccin. jun. *cons.* 28. *n.* 2. *lib.* 2. in Senatu Pedemontano, Neviz. *cons. pr.* Senis, Phanuc. *de Invent. part.* 7. *n.* 124. Cagnol. *in l. Papinianus §. Meminisse*, Soccin. jun. *cons.* 131. *n.* 65. *lib. pr.* qui testantur quod illa negativa opinio sit magis recepta per totum Mundum, & veriorem atque æquiorem profitetur, Calcin. *de æquit. lib. pr. cap.* 28. Bononiæ, *dd. cons.* 63. *nu.* 31. Matt. Medic. *d. Exam.* 4. *n.* 10. *in fine*, Eugen. *cons.* 33. *n.* 15. *& seqq.* ubi respondet motivis Rotæ Romanæ; Sed quia magna est auctoritas dictæ Rotæ, non est ab ejus opinione ullo modo recedendum in Statu Ecclesiastico; alibi autem existimarem posse judicari juxta consuetudinem Tribunalium, & pro ea opinione, pro qua majora extarent adminicula, ad tradita per Matt. Medic. *d. exam.* 4. *& decis.* 11. *per tot. cum Addit. & alios supracitatos*, eisde Tusch. *litt. T concl.* 386. *per tot.* Fachin. *lib.* 5. *contr. jur. cap.* 5. Diana *par.* 11. *tract.* 7. *resolut.* 46. Paul. Christin. *dec. Belg.* 316. *per tot. vol. pr. & dec.* 51. *num.* 6. *& dec.* 52. *per tot. vol.* 4. *& dec.* 204. *n.* 53. *&c. vol.* 5. ubi refert contrarias opiniones, Ricc. *Coll.* 2389. Gasz. *de confisc. bon. concl.* 13. *ampl.* 5. *& concl.* 27. *n.* 30. *& seqq.* ubi qualiter possit confiscari, & de cautelis ad impediendam illius confiscationem. Gatt. *cons.* 11. *n.* 12. Vide Caprar. *dict. decis.* 340. *n.* 56. *part. pr.*

Quòd dicta prohibitio trebellianicæ juxta priorem sententiam possit fieri etiam in codicillis, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 4. *num.* 8. De Luc. *de Testam. disc.* 10. *n.* 13. Ansald. *decis.* 48. *n.* 30.

3 Trebellianica ut censeatur prohibita per prohibitionem alienationis, requiritur quod hujusmodi prohibitio si realis, & perpetua cum præcepto de restituendo totam, & integram hæreditatem sine ulla diminutione, & quod respiciat non solum primum hæredem institutum, sed etiam ejus hæredes, & fideicommissarios, nam si sit temporalis, & ad aliquod certum tempus, vel personas limitata non inducit Trebellianicæ prohibitionem Gratian. *discept. for. cap.* 888. *num.* 8. *&c.* Cavaler. *decis.* 441. *nu.* 5. Altograd. *cons.* 69. *n.* 8. *&c. lib.* 2. Martha *vot. Pis.* 125. *num. pr.* ubi quòd Trebellianica non censetur prohibita ex eo, quia testator mandaverit totam hæreditatem, sive omnia bona restitui, vide Ansald. *decis.* 48. *n.* 33., *&* 34. *dec.* 77. *n.* 81. Rot. *rec par.* 19. *dec.* 517. *tom.* 2. Rot. coram Emerix jun. *dec.* 450. *n.* 5. 412. *n.* 5. *dec.* 1143. *n.* 13. *dec.* 1233. *n.* 8. *&* 9. Rocc. Episc. *cap.* 10. *a n.* 65. *cum seqq. lib. pr.* Caprar. *dec.* 603. *num.* 10. *&* 11.

Et si sit facta dicta prohibitio alienationis non hæredi gravato, sed substitutis tantùm, non impeditur hæres ipse Trebellianicam deducere, Altograd. *d. cons.* 69. *n.* 123. *lib.* 2. Vide Rocc. *loc. cit.*

Quòd censeatur prohibita per prohibitionem cujuscumque alienationis, ad hoc ut bona omninò deveniant in vocatos, Cavaler. *dis.* 540. *num.* 6. Rot. *par.* 23. *recent. decis.* 121. *num.* 21. Vide Rocc. *ubi supra* qui plura tractat circa hanc materiam.

4 Trebellianica non censetur prohibita ex fideicommisso universali per simplicem prohibitionem alienationis, cum lex. *in §. si quando Auth. ut sponsal. largit. & in Auth. sed & in ea C. ad l. falcid.* quibus nititur contraria sententia, loquantur de re certa prohibita alienari, de qua certum est non detrahi Trebellianicam, cùm supersint alia bona, de quibus commodè potest detrahi, sed quando agitur de fideicommisso universali, si per hujusmodi prohibitionem censeretur interdicta Trebellianica, hæres sciens nullum commodum consequuturum nollet adire, & sic annullaretur testamentum, ac testator intestatus remaneret, quod jura abhorrent, & ideò dictæ leges ad hunc casum non sunt extendendæ, sicuti multorum auctoritates ratiocinatur, Altograd. *cons.* 69. *n.* 16. *& seqq. per tot lib.* 2. Fachin. *contr. jur. lib.* 5. *cap.* 6. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 888. *n.* 3. 5. *&* 6. *& dec. Marchiæ* 50. *n.* 2. Vide eumdem Episc. Roccam *loc. supra adduct.*

Potest tamen hæres compelli ad adeundum, & restituendum cui testator ordinavit, etiam non retenta Trebellianica, ut dixi in §. *Hæres num.* & fatetur Altograd. *d. cons.* 69. *n.* 84.

Trebellianica ex simplici prohibitione alienationis (ut dixi) non censetur interdicta in fideicommisso universali, quia ad impediendam tacitè illius detractionem requiritur ut verba in alio verificari non possint, nec aliquid aliud operari, sed in fideicommisso universali hujusmodi prohibitio alienationis plures alios effectus operatur, inducit enim aliud fideicommissum in casu alienationis non expectata morte gravati, operatur, quòd non sit valida alienatio, etiam facta ab ignorante alteri ignoranti, quod bona non transeant ad fiscum etiam vivente ipso delinquente, ac similes effectus, ideòque nisi aliter testator expresserit, non inducit pernecesse prohibitionem Trebellianicæ, præcipuè etiam quando dicta alienationis prohibitio venit consequutivè, & accessoriè ad præcedens fideicommissum, vel substitutiones, ut quando est in eadem oratione apposita, & ideò restringitur ad terminos præcedentis dispositionis, cui accedit, nec trahitur ad Trebellianicam impediendam, ad tradita per Altograd. *cons.* 69. *n.* 24. *& seqq. per tot. lib.* 2. Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 423. *n.* 7. *& seqq.* ubi quod ad prohibendam Trebellianicam requiruntur verba, & conjecturæ, quæ pernecesse tacitam prohibitionem inducant, nec ad alium effectum referri possint, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 142. *num.* 8. *&c.* ubi quòd si prohibitio non sit generalis de omnibus bonis, sed tantùm specialis de immobilibus, vel alienationis voluntariæ, & non necessariæ, non impedit Trebellianicæ detractionem. Vide eumdem Episc. Roccam *ubi supra*.

Trebellianica potest detrahi, etiam si hæres fuerit 6 gravatus restituere omnia bona, cùm hoc verbum, *omnia*, possit verificari in universalitate, sed non in totalitate, vel cum clausula, *pleno jure*, quæ potest referri ad jus plenum dominii, vel possessionis, & sic pernecesse non infertur ad prohibitionem Trebellianicæ, imò multi teneant posse detrahi, etiam si testator jusserit totam suam hæreditatem restitui, cum possit intelligi de tota, dempto onere legali, & tantò magis si prohibitio indefinitè, & simpliciter de bonis loquatur nulla facta mentione de tota, vel integra hæreditate sine aliqua diminutione, Altogr. *d. cons.* 69. *num.* 65. *& seqq. ad* 72. *lib.* 2. vide Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 12. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 198. & alios allegatos *supra n.* 2. Paul. Christin. *decis.* 52. *num. pr. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2389.

Possunt autem omnes dari tutores in testamento, nisi sint expressè prohibiti, prout dari prohibentur servi durante servitute, furiosi durante furore, minores vigintiquinque annis, muti, & surdi, ac fœminæ, nisi sint mater, vel avia, quæ volentes admittuntur, sed cogi non possunt; item possunt dari ad certum tempus ex certo tempore, sub conditione, de quibus, & aliis ad rem facientibus, Oinot. & aliis in §. *Permissum Instit. de tut. & tot. tit. Qui test. tut. dari poss.* plenè Montan. *de tut. cap.* 7. *cum pluribus seqq.* Guttier. *de tut. part.* 1. *cap.* 3. Galganet. *eod. tract. lib.* 1. *tit.* 2. Balthas Thomas. *tract. de tut. & curat. tit.* 4. *cap.* 1. *fol. mihi* 7. *& tit.* 5. *cap.* 1. *per tot. fol.* 10. *& seqq.* Paul. Christ. *dec.* 146. *& seqq vol.* 3. An autem Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ possint esse tutores testamentarii, vel legitimi, & alia ad rem dixi *in §. Clericus num.* 8. cum additione. Vide Nicoli. *loc. supra cit.*

Tutor datus à patre filio emancipato debet à judice confirmari sine inquisitione, nisi nota sit judici improbitas tutoris, quam pater ignorabat, *l. pen. ff. de confir. tut.* Sicut etiam datus à matre est confirmandus, sed cum inquisitione, *ut in §. ult. DD. Instit. de tut.* & isti tutores licèt confirmentur à judice, non tamen dicuntur dativi, sed testamentarii, quia actus qui non est in libera voluntate confirmantis (ut quia confirmans non possit tollere illum actum, sed necesse habeat eum confirmare) non adscribitur confirmanti, Bart. *in l. more n.* 5. *ff. de jurisd. omn. jud.* & ideò tamquam testamentarii præferuntur legitimis tutoribus juxta communem sententiam in praxi tenendam, de qua Guttierez. *tract. de tut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. Vide Altimar. *loc. adduct. num.* 63.

Quòd testamentarius tutor præferatur legitimo, &

Digitized by Google

& dativo, ac confirmari debeat à judice quamvis testamentum fuerit imperfectum, *l. 3. de confirmat. tut. & curat. & l. 2. C. eod.* Rot. *part. 13. rec. dec. 34.* quæ postea fuit confirmata in eadem causa *d. part. 13. dec. 108.* Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss. 22. & 23. n. 48.*

5 Tutor non potest in testamento dari impuberi ab eo, qui non habet eum in potestate, & sic ab extraneo, nisi iste extraneus dare volens tutorem instituat hæredem ipsum pupillum, quo casu valeret datio, & esset alius præferendus maximè in bonis illi relictis, indiget tamen confirmatione judicis cum inquisitione, Gratian. *discept. for. cap. 462. nu. 23. cap. 680. per tot.* Montan. *de tut. cap. 8. nu. 37. & seqq.* vide *in §. Mater n. 5.* Rot. *part. 9. rec. decis. 171. n. 5. & seqq.* ubi de avo, cui non est permissum dare tutorem nepotibus existentibus in potestate patris, ut tamen datio sustineatur respectu bonorum in quibus illos hæredes instituit cum prohibitione usufructus, & administrationis quoad patrem, & saltem in vim administrationis, ac uti quilibet alius extraneus dare potest ut supra, Altimar. *de nullit. dict. quæst. 6. nu. 60. 61.* Cald. *in l. si curatorem n. 14. C. de in integr. restit.* Ouvar. *d. disp. 48. n. 188.*

Quòd si datio tutoris non valeat tamquam facta de inhabili, vel à non habente facultatem, resolvatur in simplex gubernium, & administrationem, nam tutor, curator, defensor, & administrator promiscuè accipiuntur unus pro alio ad sustinendum actum, Gratian. *discept. for. cap. 830. n. 12. c. 919. n. 1. &c.* Surd. *cons. 428. num. 13. &c.* Rot. *part. 1. rec. dec. 668. n. 5.* Cancer *resol. 3. n. 9.* dixi *in resol. cap. 98. n. 2. & seqq.* ubi tamen quòd auctoritas hujusmodi administratoris non extenditur ad alienationem stabilium per text. *in l. procurator 63. ff. de procurat.* vide Rot. *dict. dec. 171. part. 9. rec.* Altimar. *ubi supra d. n. 61.*

Quòd tutor accipiatur, etiam pro procuratore juxta subjectam materiam, Rot. *part. 2. diversf. dec. 89. n. 13. &c. part. 13. rec. 377. num. 51. &c.* ubi quòd dispensatio Ecclesiastica concessa pro tutela administranda, curam etiam comprehendit.

6 Tutor an videatur constitutus ille, sub cujus potestate dixit testator relinquere filios suos, vel sub gubernio, regimine, & administratore, vel sub educatione, vel sub custodia, vel quando mandavit filios suos morari cum matre, vel quando illos alicui simpliciter reliquit, & in aliis casibus dubiis, Montan. *de tut. cap. 51. per tot.* Menoch. *lib. 3. præsump. 149. per tot.* Franch. *dec. 584.* Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit. 4. cap. 1. per tot. fol. 3.* ubi etiam in fine qualiter datio invalida sustineatur in vim administrationis.

7 Tutor in testamento datus, non est tutor ante aditam hæreditatem, *l. si nemo ff. de test. tut.* ideò necesse est interim dari pupillo Attilianum tutorem ad adeundam hæreditatem, cujus auctoritas, & officium cessat statim facta aditione, & incipit testamentarius, Montan. *de tut. cap. 10. nu. 44. cap. 13. n. 10. &c. cap. 21. n. 2. &c.* vide Oinot. & alios *Instit. de Attil. tut.* Cavaler. *dec. 207. per tot.* ubi quòd tutor Attilianus datus ad hoc ut pupillus validè adeat hæreditatem, & postea tutor testamentarius administret, quia testamentarius non confirmatur nisi adita hæreditate, si autem agatur de lite datur interim curator ad litem, qui potest ea omnia facere, quæ posset tutor Nicol. *lucubrat. utriusq; jur. lib. 1. tit. 20. §. Sed etsi n. 3.*

8 Tutela legitima, sive Tutor legitimus sic dicitur, quia à lege sola absque hominis facto, & dispositione dependet, & quibusdam personis ad instar successionis defertur ubi non adsunt tutores testamentarii, alia enim est legitima agnatorum tutela, alia patronorum, alia parentum, & fiduciaria, de quibus Oinot. & alii Interpretes *Instit. de legit. agnat. tut. cum quatuor tit. seqq.* Guttierez *de tut. part. 1. cap. 12.* Galganet. *eod. tract. lib. 1. tit. 4.* Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit. 12. cap. 1. & 2. fol. mihi 63.* Montan. *de tut. cap. 14. 15. & 16. per tot.* Paul. Christin. *dec. 147. per tot. vol. 3.* Nicoli. *loc. supra cit.*

Quòd tutela legitima deferatur ad instar hæreditatis ab intestato, ita ut si plures sint in eodem gradu sive agnati, sive cognati, ad quos spectaret successio, eodem modo ad illos spectet onus tutelæ, dummodò sint capaces, idest majores 25. annis, & masculi (excepta matre, & avia) adeò ut etiam statuto prælatus in successione præferatur, & in tutela, intelligendo tamen de tutela justa, & necessaria, non autem de permissa, & voluntaria, prout in matre, & avia, quæ [inter illas servato proximitatis ordine, & gradu] licèt à statuto exclusæ à successione, admittuntur si velint ad tutelam, ad tradita per Montan. *d. cap. 15. per tot.* ubi quando mater, & avia admittantur, & quando non ob transitum ad secunda vota *cap. 18. n. 7. &c. c. 26. n. 19.* Menoch. *de arbit. cas. 150. n. 32. &c.* vide alios supracitatos, Sanfelic. *dec. 367. cum Addit.* ubi tamen quòd legitimi tutores, ac etiam mater, & avia excluduntur ubicumque certa suspicio etiam levis urget contra eos de dilapidatione bonorum, ita ut etiam pater malis moribus imbutus possit privari administratione, & tutela filiorum, illisque tutor dari.

Tutela dativa est actus legitimus, per quem (non 9
extantibus testamentariis, neque legitimis tutoribus) datur tutor impuberi à judice, vel Magistratu ad petitionem matris, vel aliorum proximiorum consanguineorum ipsius pupilli; isti enim ad quos pupilli hæreditas spectat tenentur quamprimum, & infra annum petere à judice dari idoneos tutores sub pœna privationis hæreditatis; huic tutelæ dativæ locus est cessante testamentaria, & legitima, & quandoque etiam excluso legitimo tutore, ut si spes adsit de testamentario; qui autem judices possint dare tutores, qui tutores dari, quibus pupillis, quæ requirantur, de officio tutorum, & alia hujusmodi, latè Oinot. & alii *Instit. de Attil. tut.* Montan. *de tut. cap. 17. cum pluribus seqq.* Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit. 6. cap. pr. et tit. 7. cum plurib. seqq. fol. mihi 20. etc.* Paul. Christ. *dec. 148. per tot. vol. 3.* Nicol. *d. tit. 20. n. 2.*

Quòd tutori dativo non possit esse locus donec adest testamentarius, vel legitimus, nisi illis adesset aliquod impedimentum temporale, quo cessante cessat dativus tutor, quando autem impedimentum esset perpetuum aperiatur via proximiori in gradu sequenti ad instar successionis, Gratian. *discept. for. cap. 63. per tot.* facit Montan. *de tut. cap. 13. & 14. per tot.* ubi de consuetudine Galliæ, quæ videtur conformis Florentiæ *cap. 16. & 21. per tot.* Balduc. *de Dot. tit. 4. decis. 20. n. 14. & 18.*

An autem tutor in uno casu subrogatus locum habeat in alio, sive sit locus dativo, vel legitimo, Surd. *dec. 207. per tot.*

A quo judice dari debeat, vide *in §. Judex num. 36.* Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit. 7. cap. pr. per tot. fol. mihi 22. etc.* Tusch. *litt. T, concl. 431. et 432. per tot.*

Quòd tutor debeat peti à matre, vel avia, ac generaliter ab omnibus, qui pupilli legitimam sperant successionem, vel ab intestato, vel jure substitutionis, & intra annum sub pœna amissionis successionis, & legitimæ, latè Montan. *de tut. cap. 18. per tot.* ubi etiam adducit multas excusationes ab hujusmodi pœna, vide *in §. Mater num.* §. *Tempus num.* Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit. 6. cap. pr. fol. 20. et tit. 21. cap. 3. per tot. fol. 979.* Tusch. *litt. T, concl. 412. 413. et 414. per tot.* ubi etiam ad quos devolvatur hæreditas pupilli in dictis casibus, *infra num. 51 in fine*. Vide Card. De Luc. *de success. disc. 29. n. 2. Conflict. observ. 260.*

Quòd in tutela dativa præferendus sit patronus avo materno, & quid in similibus, Honded. *cons. 88. lib. pr.* Caren. *resol. 84. per tot.*

Tutorem habenti, alius tutor regulariter dari non 10
potest, nisi detur in locum alterius excusati, suspecti, defuncti, vel relegati, vel absentis, & in similibus casibus, Montan. *de tut. cap. 24. per tot.* Rot. *par. 2. diversf. decis. 89. num. 6. etc.* Tusc. *litt. T, conclus. 423. per tot.* Paul. Christ. *dec. 150. per tot. vol. 3.* Rot. *par. 13. rec. dec. 108. nu. 3. etc. par. 15. dec. 107. et 213.* ubi qualiter stante absentia tutoris, possit saltem

tem

tem da consuetudine, & consilio consanguineorum pupilli, dari alius tutor, vel curator ad certum actum, & sustineatur etiam non adimplatis solemnibus aliorum tutorum, ut dixi *in §. Curator num.* 23. *cum Addit.* Sed multa in contrarium Rot. *part.* 16. *recen. decis.* 206. *nu.* 10. *et seqq. per tot.* ubi pro nullitate dationis particularis tutoris, vel curatoris, & actus ab eo gesti, Nicol. *loc. cit. num. pr. in fin.* Altimar. *loc. cit. num.* 207. Rota coram Emerix jun. *decis.* 151. *sub num. pr.*

Quod possit tutor dari quocumque tempore, & die, etiam dominico, ubi non requiritur cognitio causæ, Montan. *de tut. cap.* 25. *per tot.* Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit* 11. *cap.* 3. *fol.* 59. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 77. *n.* 32. *part. pr.*

21 Tutor sivè testamentarius, sive legitimus, sive datitus quid facere teneatur antequam incipiat administrare, Pract. Papp. *for. reddit. rat. tut. glos.* 2. *num.* 8. Roman. *cons.* 415. *et* 425. Marant. *de ord. jud. part.* 4. *distinct.* 16. *n.* 52. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 28. *per tot. cap.* 855. *n.* 7. *cap.* 907. *n.* 28. *etc.* Marcian. *disput. forens. cap,* 71. *n.* 27. Gizzarell. & Addent. *decis.* 12. *per tot.* Tusch. *litt. T, concl.* 247. *etc.* Bardelon. *cons.* 161. *in fine lib.* 2. Paul. Christin. *dec.* 151. *n.* 2. *et seqq. vol.* 3. *et ad leg. Municip. tit.* 19. *art.* 12. Capyc. *decis.* 50. *per tot.* ubi ponit novem requisita, latè Montan. *de tut. cap.* 32. *per tot.* ubi novem regulis omnia complectitur, plenè etiam Balthas. Thom. *de tut. et curat. tit.* 13. *per tot. fol.* 73. *etc.* ubi tamen *num.* 556. *fol.* 141. quòd processus factus à tutore existente in possessione administrationis validus est, licèt tutor solemnia non adimpleverit, & citat Bart. *in leg. tutor qui repertorium num.* 7. *de administ. tut,* Guid. Pap. *decis.* 330. Gratian. *d. cap.* 855. *n.* 8. *et* 9. *ac alios infra nu.* 39. dixi *in resolut. cap.* 4. *num.* 7. *in Pract. §. Tutori n.* 15. & in hoc opere *§. Acta n.* 15. vide Ludovis. *dec.* 130. *per tot.* ubi declarat dictam doctrinam Bartoli quando procedat, vel non, & *decis.* 574. ubi quòd valat in favorem, non autem in odium pupilli, quia judicium, sicut contractus claudicat favore pupilli, Cabal 176. *n pr. et seqq. lib. pr.* ubi pro nullitate judicii egitati contra pupillum, vel minorem cum interventu tutoris, qui non fecit ea, sine quibus legitimam personem pro pupillo non habet. Altimar. *loc. cit.* Emerix jun. *dec.* 264. *n. pr.*

Quòd ut tutor validè gerat tutelam debeat confirmari per judicis decretum, aliàs in damnum, & præjudicium pupilli non validè administret, sed quoad ipsum gesta valeant, licèt potuisset tanquam suspectus removeri, Rot. *in Romana redditionis rationis* 24. *Januarii* 1631. coram Merlino *inter impressas ejusdem decis. nu.* 2. 11. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg. pr. et reg.* 4. *n.* 12. *&c.* ubi limitat in matre, & quando à testatore fuit data licentia administrandi propria auctoritate, quia tunc aliud judicis decretum non requiritur, de quo plenè videndus Baldas. Thomas. *de tut. et curat. tit.* 13. *num. pr. et seqq.* ubi multis modis ampliat, & limitat *fol. mihi* 73. *etc.* Ludovis. *decis.* 31. *per tot.* ubi quòd tutor etiam ante factum inventarium potest administrare, & ejus gesta tenent, licèt possit uti suspectus removeri, maximè si publicè, & palam administret, & in negotio celeritatem desiderante, vel moram non patiente &c. quod declarat idem Ludovis. *decis.* 530. *per tot. et dec.* 574. ubi qualiter gesta per tutorem ante confectionem inventarii, non teneant in præjudicium pupilli, sed benè in præjudicium tertii, Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 17. *disp.* 49. *sect.* 3. *per tot. fol.* 749. ubi an pro administranda tutela opus sit decreto judicis, & affirmativè concludit cum rationibus, vide *infra num.* 27. *vers. Item vendendu, et in §. Mater num.* 5. Vide Altimar. *ubi supra n.* 70.

22 Tutor, val pro tutore, sive curator se gerens tenetur satisdare rem pupilli salvam fore finita tutela, & quod utilia faciet, & inutilia prætermittet, licèt non petatur hujusmodi cautio, aliàs tutela est nulla, Maur. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 11. *per tot.* Capyc. *decis.* 50. Marant. *part.* 4. *dist.* 16. *nu.* 52. latè Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 7. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 28. *per tot.* ubi defendit à nullitate, vide Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit.* 13. *cap.* 3. *n.* 321. *et seqq. fol.* 125. Tusch. *litt. T. concl.* 428. *per tot. et concl.* 438. *per tot.* ubi qualiter teneatur utilia facere, & ad quæ ob id obligetur, vel non Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 11. *art.* 3. *per tot. fol.* 483. ubi plura de obligationibus tutorum. Jovi. *d. tract. gloss.* 16. *§.* 4. *num.* 17. Altimat. *ubi supra num.* 218.

Quòd valeant gesta, licèt sine dicta cautione potuisset tutor uti suspectus removeri, maximè in his, quæ dilationem non patiuntur, idem Grat. *discept. for. cap.* 360. *n.* 33. *cap.* 542. *nu.* 7. *etc.* facit Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 9. *cap.* 32. *reg.* 3. *n.* 12. Balthas. Thomas *loc. cit. n.* 333. ubi contra Paul. Christ. *dec.* 252. *in fin. et dec.* 156. *vol.* 3.

An autem tutor ita dari possit, ut non teneatur satisdare, vide Surd. *dec.* 91. *per tot.*

Quòd tutor testamentarius non teneatur dictam cautionem præstare, cùm censeatur à testatore approbatus pro legali, fideli, & idoneo, etiam si fuerit datus à matre, *§. pr. Instit. de satisd. tut.* ubi Oinot. *n.* 10. *et seqq.* Maur. *loc. sup. cit. in fine,* Montan. *de tut. cap.* 9. *n.* 67. *cap.* 32. *reg.* 7. *n.* 76. *et seqq. ad* 97. Paul. Christ. *dec.* 156. *n.* 4. *et seqq. vol.* 3. *et ad l. Municip. tit.* 19. *art.* 10.

Item tutor datus à judice superiore solemniter per inquisitionem cum decreto, & causæ cognitione, non tenetur satisdare, secùs autem si sit datus ab inferiore judice, quia quòd dicitur præsumandum pro decreto, & illius justitia, intelligendum est quando fuit interpositum à superiore Magistratu, secùs si à judice pedaneo, ignaro, & idiota, nisi esset Doctor, & expertus, Gratian. *discep. for. cap.* 13. *per tot.* Bart. *in l. tutores ff. de confirm. tut.* Oinot. *loc. cit. n.* 14. Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 7. *num,* 97. *etc.* ubi etiam quòd si per errorem satisdederit, qui non tenebatur, non valet satisdatio, vide Balthas. Thomas. *loc. sup. cit.*

Ad quid autem teneatur fidejussor tutoris, Paul. Christin. *decis.* 168. *per tot. vol.* 3. dixi *in §. Promissio num.* 36.

Tutor quilibet, & alius administrator, antequam administrare incipiat, vel quamprimum potuerit arbitrio Judicis tenetur conficere inventarium legitimum de omnibus bonis, & rebus inventis, omnia describendo per confinia, latera, & æstimationem, maximè circa mobilia, & se moventia, quia inventarium est caput rationum reddendarum, aliàs præsumitur in dolo, contra eum potest in limine jurari, uti suspectus removeri, & aliis etiam pœnis criminaliter puniri, *l. tutor qui repertorium,* ubi Bart. & alii *ff de admin.* Oinot. *in §. pr. Instit. de legit. agnat. tut. num.* 15. *&* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 174. *per totum,* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 5. *per tot.* Capyc. *decis.* 50. *num.* 3. Afflict. *decis.* 23. *n.* 27. *decis.* 44. *nu.* 33. *decis.* 360. Natt. *cons.* 663. *num.* 11. *&c.* Borgnin. *de tut. num.* 23. 58. *&c.* Guid. Pepa *decis.* 330. Boer. *decis.* 35. *num.* 5. Galgsnet. *de tut. lib.* 2. *tit.* 2. Ricc. *Collect. decis.* 923. Tusch. *litt. T. concl.* 429. *&* 430. Munoz. *de ratiocin. cap.* 9. *num. pr. &c.* Ferinac. *in fragm. p.* 2. *n.* 1066. Intrigliol. *de feud. quæst.* 45. *n.* 134. *lib.* 2. Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit.* 13. *cap.* 2. *num.* 75. *fol. mihi* 77. *&c.* ubi plurima quando sit locus juramento in litem ex hac causa contra tutorem, & generaliter de hujusmodi juramento, vide *in §. Inventarium num.* 4. *&c. & §. Juramentum* n. 14. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 235. *num. pr. & seqq. & part.* 13. *dec.* 83. *nu.* 2, ubi quòd excusatur ob impedimentum ab adversario præstitum. Quòd venditio bonorum pupilli facta à tutore ante confectionem inventarii sit nulla, maximè concurrente etiam defectu cognitionis causæ, subhastationis, & aliis plenè in gravissima causa Ganavet. *cons.* 6. *per tot. post ejus decisiones,* contra Merlin. *quæst. for. c.* 73. 74. 75. *&* 76. de Comitib. *dec. Senen.* 28. *§. Unic. n. pr. pag.* 163. Bertachin. *vol.* 36. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 511. Altimar. *ubi supra n.* 24. *cum seqq.* 23

Qualiter teneatur tutor duo inventaria conficere, vide *in §. Inventarium num.*

Ex quibus arguatur tutoris dolus Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1391. *per tot.* nempè ex omissione in-

Digitized by Google

inventarii, libri rationum, pecunia inutiliter expendita, retentione scripturarum, & hujusmodi, ac idem in aliis administratoribus, facit in §. Dolus. Vide Cyriac. contr. 412. & contr. 544. Parex. de Instr. edit. tit. 5. resol. 3. a n. 20. Altimar. loc. adduct. n. 29. Crescin. ad Pen. decis. 377.

Quòd tutores teneantur conficere inventarium, & librum rationum, latè Petr. de Onnate de contract. 20. a. tr. 17. disp. 49. sect. 4. et 5. per tot. fol. 751. & seqq. & de inventario ita ut ante illius confectionem omnia per tutorem acta sint nulla, plenè Ganavar. d. cens. 9. art. pr. per tot. Vide Card. De Luc. de Tutor. disc. 6. n. 5. disc. 3. n. 17. Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 6. sect. pr. n. 25. et 26. tom. 3.

24 Tutor, cui per testatorem fuit remissa necessitas conficiendi inventarium, non tenetur illud conficere, tenetur tamen reddere rationem de omnibus, quæ ad illius manus pervenerunt, Pract. Papp. for. reddit. rat. tut. gloss. 2. numer. 15. cum Addit. Clar. §. Testamentum quæst. 66. Montan. de tut. cap. 32. reg. 5. num. 26. etc. Onnat. loc. sup. cit. num. 16. per tant. in l. fin. §. fin. C. arbitr. tut. vide Tusch. litt. T. conclus. 436. num. 3. et seqq. Paul. Christin. decis. 163. num. 7. etc. vol. 3. dixi in §. Inventarium num. 16.

Quòd tutor debeat tenere librum rationis, quamvis inventarium fuerit sibi remissum, aliàs contra eum ex hoc capite possit in litem jurari, Gratian. discept. forens. cap. 59. num. 12. etc. cap. 86. num. 30. etc. Genu. de script. priv. lib. 4. tit. de lib. tut. et curat. et simil. fol. 209. Montan. de tut. cap. 32. reg. 8. per tot. ubi qualiter iste liber conscribi debeat, & in eo omnia adnotari cum die anno, & causa, aliàs detur juramentum in litem, nisi sit prælegata liberatio, & qualiter probet quoad omnes expensas, vide in §. Liber nu. 20. Paul. Christin. decis. 162. num. 2. &c. vol. 3. Merlin. decis. 189. per tot. vide de Comitib. d. dec. 28. num. 2. & num. 26. pag. 172. Altimar. dict. quæst. 6. sect. pr. num. 28. tom. 3.

Quòd teneatur saltem ad descriptionem bonorum non obstante remissione inventarii, Rot. part. 10. recent. decis. 191. num. 2. &c. Francisc. de Angelis tr. de confess. lib. 2. quæst. 15. num. 12. &c. ubi alia plura ad rem. Vide eumdem Altimar. ibid. n. 31.

25 Tutor liberatus à testatore à reddenda ratione tutelæ, non est omninò exemptus, sed tantùm à stricta, & scrupulosa quadam redditione, nam nihilominus tenetur restituere omnia penes se existentia, & quæ dolo desiit possidere, vel consumpsit, non obstante etiam legato omnium quæ ex hujusmodi redditione tutorem contigerit remanere debitorem, quia tale legatum non extenditur ad dolosè commissa, & dolus futurus remitti non potest, Pract. Papp. pro legat. rei sing. gloss. pr. num. 149. Alexand. cons. 62. lib. 4. Borgn. de tut. n. 207. Ludovis. dec. 187. n. 11. & 12. Vivi. comm. opin. 106. Montan. eod. tract. cap. 38. n. 20. & seqq. ad 44. cap. 39. n. 47. 51. &c. Cresp. de Valdaur. observ. 98. part. 2. fol. 185. Merend. contr. jur. lib. 8. cap. 10. vide in §. Liberatio num. 11. Rot. part. 11. recent. decis. 69. n. 5. Menoch. lib. 4. præsumpt. 164. ubi quid contineat legatum liberationis factum tutori filiorum, vel suo proprio tutori, Gratian. discept. for. cap. 23. per tot. planè Balthas Thomas. d. tut. & curat. tit. 13. n. 275. et seqq. fol. 112. &c. tit. 34. n. 46. & seqq. fol. 1062. Tusch. litt. T. conclus. 457. per tot. Rot. part. 10. rec. decis. 192. num. 2. &c. Francisc. de Angelis d. qu. 15. n. 7. & seqq. ubi limitat nisi testator dixerit quod reddiciar rationibus quidquid apparebit esse debitorem id ei jure legati sit relictum, quia tunc esset liberatus, etiam si quid dolo commiserit, de quo tamen ego dubito per prædicta, Altimar. de Nullit. cit. quæst. 6. n. 32. Berachin. vot. decis. 161. num. 4. Cyrac. contr. 73. et contr. 413.

Quòd stante dicta liberatione non possit tutor citra dolum conveniri, nec condemnari, & standum sit partitis in suo libro scriptis, donec contrarium probetur, Rot. part. 2. rec. dec. 762. n. 8. par. 3. dec. 331. n. pr. etc. par. 4. dec. 406. n. 2. & seqq. part. 10. dec. 323. n. 6. part. 11. 165. n. 27. & part. 24. decis. 812. n. 5. & seqq. vide in §. Administrator num. 32. Vide Crescin. ad Pen. decis. 11. Caprat. decis. 563. n. 2. part. 1.

Tutor, qui inventarium non fecit, & diligenter librum rationis non tenuit licèt patiatur juramentum in litem juxta superius dicta, & in §. Juramentum n. 14. tamen debet intelligi præcedente Judicis taxatione, & qualiter sit facienda per Judicem hujusmodi taxatio, & posteà juramentum confirmari per sententiam Menoch. de arbitr. cas. 208. n. 5. &c. Bellamer. decis. 721. Ricc. Collect. decis. 1349. in fine, Asin. in Prax. §. 32. cap. 6. nu. 3. Farinac. in Fragment. part. 2. n. 11. 21. et seqq. Phanuc. de in lit. jur. part. 3. n. pr. et seqq. Balthas. Thomas. pluras alias citans tract. de tut. et curat. tit. 13. n. 317. et seq. fol. mihi 115. et ibidem limit. 114. per tot. fol. 124. et 125. Paul. Christin. decis. 165. n. 3. vol. 3. ubi quòd antequam juretur potest, & debet Judex taxare quantitatem, ad quam usque possit jurari secundum id, quod ex actis verisimilius esse putabit. 16

Tutor non patitur juramentum in litem, nec aliàs pœnas ob non confectum inventarium quando fuit remissum à testatore, & ut possit convinci debet probari dolus, quo cessante nulla incurritur pœna, Gratian. discept. forens. cap. 719. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 208. num. 24. & seqq. ubi num. 22. & 23. quod excusatur etiam quando propter simplicitatem, & rusticitatem non confecisset librum rationis arbitrio Judicis, Rot. part. 14. recens. decis. 150. numer. 2. &c. 17

Quòd dolus sit concludenter probandus, & eo cessante non sit locus juramento in litem, Rot. part. 11. recent. decis. 165. num. 12. et part. 14. decis. 150. ubi quod excluditur ex rusticitate tutoris, & maximè si agatur de bonis stabilibus, de quibus potest reddi ratio sine libris, cùm eorum fructus taxentur à lege ad rationem quinque pro centenario.

Quòd actio de dolo extinguatur biennio, l. fin. C. de dol. mal. Gratian. discep. forens. cap. 761. nu. 26. etc. ubi tamen quòd non cessant alia remedia infra 30. annos.

Plurimos casus, in quibus cessat juramentum in litem, & quæ concurrere debeant, ut ei locus sit, latè refert, & explicat Balthassar. Thomas. de tut. et curat. à num. 76. usque ad 320. fol. mihi 78. ubi refert casus, in quibus potest esse locum hujusmodi juramento, et à n. 310. fol. 115. ad fol. 125. casus, in quibus cessat idem juramentum.

Tutor potest reddere rationem etiam sine libris, & inventario, nec patitur juramentum in litem, si probet alia bona pupilli non extitisse, præter illa, de quibus paratus sit reddere rationem, Calcan. cons. 93. Farinac. cons. 96. nu. 44. et seqq. Palma cons. 110. nu. pr. etc. Ludovis. dec. 199. n. 5. cum Addit. et decis. 274. n. 6. ubi Addit. n. 9. Menoch. de arbitr. cas. 208. n. 21. etc. Montan. de tut. cap. 32. reg. 5. n. 46. reg. 6. n. 16. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 289. fol. 484. Grat. discep. for. cap. 570. nu. 19. etc. Rot. par. 11. rec. dec. 165. n. 15. et par. 14. dec. 150. n. 4. ubi maximè si agatur de bonis stabilibus, Merlin. dec. 569. n. 5. ubi quòd non est de necessitate conficiendus liber rationum à tutore, sed sufficit si ex verisimili, vel ex relatione peritorum, vel alio legitimo modo rationem reddat, Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. qu. 7. n. 18. Urceol. Consult. for. cap. 55. nu. 6. et seqq. vol. 2. Caballin. Milleloq. 73. Rot. par. 18. rec. tom. pr. dec. 107. n. 3. Gait. de cred. cap. 2. tit. 4. n. 889. ubi reprobat contrarium tenentes; prout contrarium sequitur, & veriùs dicit Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. qu. 15. n. 16. etc. Altimar. cit. qu. 6. n. 28. Rocc. Episc. cap. 143. n. 26. lib. 2. Crescin. ad Pen. dec. 377. 18

Quomodo possit probari dicta negativa vide in §. Negativa n. 13.

Tutor nō potest executivè conveniri pro pecuniis, & rebus descriptis in invētario, sed prius debet conveniri ad reddēdam rationē suæ administrationis, quia ante redditam rationem non potest verè sciri an sit debitor, vel creditor, Gratian. disceptat. forens. cap. 129. per tot. cap. 494. nu. 3. &c. cap. 665. num. 22. etc. et decis. 179. num. pr. etc. ubi loquitur in matre tutrice, quæ etiam è contra non potest agere executivè pro suis dotibus, 19

tibus, nisi prius reddita ratione tutelæ, vide *in §. Mater num.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 29. *n.* 13. *&c.* Tasch. *litt. T. conclus.* 440. *n.* 1n. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 218. *per tot.* Rot. post Bonden. *decis.* 24. *n.* 15. *tom.* 2. *collect. legal.*, Vide Emerix jun. *decis.* 94. *n.* 10. *decis.* 1253. *n.* 4. Captar. *decis.* 34. *n.* 12. *& decis.* 375. *n.* 13.

Intellige dictam conclusionem respectu pecuniarum, quæ recipiunt functionem in genere suo, & in quibus admittitur compensatio, secùs autem respectu aliarum rerum, & mobilium in inventario descriptorum, pro quibus potest tutor etiam executivè conveniri ante redditam rationem, quia sive remanet debitor, sive creditor reddita ratione non potest illa retinere, nec eum illis compensare, Surd. *decis.* 184. *per tot.* quem sequitur Gratian. *loc. cit.* vide in §. *Administrator num.* & §. *Societas num.* Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 233. *num.* 11. *part.* 17. *decis.* 259. *nu.* 7. *&c.* ubi etiam quòd illorum valor potest liquidari vel per juramentum in litem, vel saltem per electionem peritorum, *& part.* 18. *decis.* 125. *in eadem causa.* Vide Emerix jun. *decis.* 94. *n.* 7. *decis.* 155. *n.* 4. *et* 5. Caprar. *decis.* 342. *sub n. pr. part. pr.*

Qualiter tutor teneatur reddere rationem administrationis, & reliquatum restituere, Merlin. *decis.* 285. *& decis.* 500. ubi etiam si de facto administraverit, Rot. *par.* 9. *recen. decis.* 126. *per tot. & part.* 17. *dec.* 259.

Non tamen tenetur reddere rationem, nisi de rebus, quas legitimè probetur ad ejus manus pervenisse, Bartol. *cons.* 239. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 197. *num.* 35. Merlin. *decis.* 348. *& decis.* 375. ubi quòd sufficit probare extitisse in hæreditate, *et decis.* 496. ubi quòd tenetur de neglectis, Ricc. *Collect.* 4176. vide *in §. Administrator num.* 8. Paulut. *dissert.* 46. *num.* 25.

Quòd sicut tenetur tutor reddere rationem, ita etiam teneatur illius hæres, & de neglectis, & ad usuras pupillares, Rot. *part.* 21. *recent. dec.* 69. *num. pr. &c.*

Quòd quantitas in rationibus descripta, si major fuisse prætendatur debeat ab allegante probari, cùm tutor non possit condemnari de aliis summis, quàm de rationibus à se descriptis, nisi aliter probetur, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 87. *& decis.* 367.

An autem, & quando tutori sit danda manutentio pro detentione bonorum pupilli post finitam tutelam, ratione adhuc non reddita, nec examinatis computis, latè hinc inde pro tutore concludens Fontanel. *decis.* 544. *&* 545.

Quòd tutor non possit pulsari pro restitutione bonorum in inventario descriptorum, nisi prius dispunctis rationibus, probat Quesad. Pilo *contr. for. cap* 47. *num.* 10. *& seqq.* inferendo exinde, & aliis rationibus, redditionem computorum respicere utilitatem pupilli, ac ideò expensas necessarias pro dicta redditione computorum esse ex bonis pupilli erogandas.

20 Tutor non potest conveniri ad reddendam rationem administrationis, nisi finita tutela, vel cura, quando validè, & servatis servandis illam gerit, Gratian. *discept. forens. cap.* 282. *num.* 11. *&c.* latè Montan. *de tut. cap.* 38. *per tot.* ubi quinam teneantur reddere rationem, quæ in rationibus exigantur, & an qui semel rationes reddidit iterùm reddere teneatur, an, & quomodò possint remitti rationes, Menoch. *de arbitr. cas.* 209. *per tot.* Altograd. *cons.* 21. *nu.* 6. *&c. lib. pr.* ubi tamen loquitur in aliis terminis, plenè Balthas. Thomas. *de tut. & curat. decad.* 3. *tract.* 10. *tit.* 34. *per tot. fol.* 1053. *&c.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 19. *art.* 13. ubi quòd secùs est de consuetudine, & jure canonico, juxta quòd quotannis est reddenda ratio per text. *in Clem.* 2. *de relig. dom.* Jas. *in §. Sequens num.* 42. *Instit. de act.* vide *in §. Administrator num.* 37. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 208. *num.* 7. ubi qualiter tutor teneatur suo contutori rationem reddere quolibet anno, *& decis.* 209. ubi quòd vigore statuti Imolæ, & aliorum plurium locorum Italiæ, tenentur tutores singulis annis rationem reddere. Quod redditio rationum semel facta non sit regulariter iteranda Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 256. *n.* 3. *&* 5. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 7. *decis.* 43. *n. pr. vol. pr. & libr.* 7. *decis.* 36. *n. pr. vol.* 3. Rub. *de Confess. Jur. cap.* 3. *§. pr. n.* 433. *et seqq.* Pen. & Crescen. *decis.* 377.

Quòd donec reddiderit rationem sit manutenendus in possessione bonorum pupilli propter suum interesse, cùm ad eum spectet periculum, Duran. *decis.* 269. *&* 328.

Et plura de rationibus reddendis finita tutela, Petr. de Onnate *de Contract. tom.* 2. *tract.* 17. *disp.* 51. *per totum fol. mihi* 776. *& seqq.*

Tutor si verè rationem non reddiderit, cuncta di- 21
ligenter dispungendo, & restituendo non juvatur liberatione, vel quietatione, licèt jurata sibi à minore facta, etiam cum decreto judicis, & consensu consanguineorum, Gratian. *discept. for. cap.* 563. *n.* 30. *&c. cap.* 761. *per tot.* Cavalet. *decis.* 225. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 209. *num.* 37. *& seqq.* Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 4. *& seqq. num.* 118. *& seqq. ad* 189. vide *in §. Liberatio num.* 8. Balthas Thomas. *loc. sup. cit. nu.* 19. *&c. fol.* 1060. Paul. Christin. *decis.* 161. *n.* 11. *& decis.* 162. *& seqq. vol.* 3. late Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 15. *per tot.* Merlin. *decis.* 603. plenè Farinac. *cons.* 96. ubi quando prætextu doli, in administratione commissi possit criminaliter inquiri, & molestari, non obstante liberatione obtenta, quandove, & ex quibus dolus arguatur, & probetur ad hunc effectum, vide Altimar. *de Nullit. contract. Rub. pr. p.* 5. *q.* 46. *n.* 120.

Quod teneatur reddere rationem de gestis etiam finita tutela si in administratione continuaverit, & quomodo non reddendo rationem dicatur in dolo, Montan. *d. capit.* 38 *n.* 87. *&* 96.

Quòd licèt tutor semel reddiderit rationem possit iterùm compelli ad illam reddendam quando constat fuisse dolosè redditam, vel quando intervenit error calculi, fuisse autem dolosam redditionem probatur multis modis, & quod dicitur de errore calculi limitatur pluribus itidem modis, ad latè tradita per Montan. *d. cap.* 38. *num.* 133. *& seqq.* Farinac. *cons.* 96. *per tot.* ubi ex quibus dolus arguatur, & possit criminaliter agi, Menoch. *d. cas.* 209. *num.* 37. *&c.* vide Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 259. ubi quòd non dicitur sufficienter reddita ratio, nisi fuerint exhibitæ omnes scripturæ, & restitutum reliquatum, ac ideò potest tutor iterùm reddere compelli, Francisc. de Angelis *d. quæst.* 15. ubi allegat meas *resol. cap.* 8. *num.* 47. *& seqq.* Rot. *par.* 18. *rec. decis.* 111. *per tot. & dec.* 213. De Comitibus *decis. Senen.* 28. *§. Unic. nu.* 23. 24. *pag.* 166. Vide Pen. & Crescen. *decis.* 1202.

Ratio tamen semel reddita, iterùm regulariter non est exigenda, maximè contra hæredes tutoris, nisi probetur illam fuisse invalidam, cùm stet præsumptio pro validitate, & plura ad sustinendam rationem semel redditam, ne iterùm sit reddenda, Rot. cum pluribus citatis *part.* 10. *recent. decis.* 128. *per tot. &c. part.* 11. *dec.* 367. *& part.* 19. *dec.* 256. ubi quòd non est iterùm reddenda ab hæredibus tutoris post multum tempus, & non infirmatis, maximè si fuerint consignati libri, cùm tunc sit impossibilis nova redditio rationis.

Quæ requirantur ut possit dici ratio sufficienter reddita, vide *in §. Administrator n.* 32.

Quòd apertus dolus requiratur, & sit probandus pro nova redditione exigenda, Menoch. *de arbitr. cas.* 209. *in fin.* Rot. *par.* 14. *rec. decis.* 112. *num.* 12. *&* 12.

Quòd ratio semel reddita non sit ampliùs reddenda, nisi constet de errore ex claris probationibus, & quando adest res judicata, vel transactio debet ultra errorem constare de dolo vero, Munoz. *de ratiocin. cap.* 41. Menoch. *d. cas.* 209. cum aliis per Beltram. ad Ludovis. *dec.* 336. vide infrà *nu.* 31. *vers. Quod tutor, vel curator*, & Francisc. de Angelis *d. quæst.* 15. *per tot.* ubi quando de illa constat ex sola confessione minoris, etiam cum solemnitatibus, est iterùm reddenda, quia ubi factum verum requiritur non sufficit confessio. Card. De Luc. *tit. de Tutor. disc.* 3. *n.* 9.

In quo loco sit conveniendus tutor ad reddendam rationem, dixi *in §. Administrator nu.* 20. Carleval.

de Judic. tom. pr. disput. 2. *n.* 168. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 73. *n.* 2. Pen. & Crefcin. *decis.* 13.

Plures cautelas, ne tutor, qui semel reddidit rationem, vel obtinuit liberationem possit amplius molestari, docet Cæpol. *caut.* 221. *per tot.* Quæ sint servanda, ut dicatur legitimè reddita ratio, Urceol. *Consult.* 55. Francisc. de Angelis *d. quæst.* 15.

Et intra quod tempus retractari possint rationes semel redditæ, *l. in omnibus* 13. *§.* 1. *ff. de divers. temp. præscript.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 166. *n.* 10. *vol.* 2.

Quòd si tutor in redditione rationis non fuerit repertus debitor, sed creditor, non possit compelli aliam rationem reddere, nisi tamen rationes redditæ essent dolosæ, erroneæ, ac iniquitatis plenæ, Montan. *de tut. d. cap.* 38. *num.* 180. de hac materia redditionis rationum tutorum, plenè Balthas. Thomas. *loc. sup. cit. per totum fol. mihi* 1053. *cum plurib. seqq.*

Quando ratio semel reddita possit iterùm revideri, sive exigi, vel non, Ricc. *Collect.* 1915. 3128. *et* 3976. Cabal. *cons. decis.* 40. *lib.* 2. ubi etiam si reddita fuerit coram Magistratu, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 259. *& part.* 18. *decis.* 121. *per tot. & dec.* 253. *n.* 51. ubi quòd malè reddita in parte, iterùm in totum est reddenda, cùm sit quid individuum. Pen. & Crefcin. *dict. decis.* 377. & alii supra allegati.

Qualiter teneatur de malè administratis, & neglectis, & de quibus debeat reddere rationem, vel non, Tusc. *litt. T, conclus* 441. *&* 442. *per tot.* Rot. *par.* 16. *recent. decis.* 105. Vide Emerix. jun. *decis.* 94. *decis.* 155. *decis.* 1283. *dec.* 1313. *et decis.* 1328. Caprar. *decis.* 325. *decis.* 347. *decis.* 622. *& decis.* 748.

Quòd si tutor se obtulerit reddere rationem, & constituerit minorem in mora recipiendi, non teneatur amplius reddere rationem, vel expensis minoris facere possit, Cæphal. *cons.* 8. Surd. *de alim. tit. pr. q.* 47. *in fine*. Card. De Luc. *tit. de Jurisdic. disc.* 73. *n.* 15.

22 Tutrix transiens ad secunda vota non reddita ratione tutelæ filiorum primi matrimonii, efficit ut obligentur bona secundi viri, in quibus potest fieri executio pro tutelari debito, *l. si mater C. in quibus caus. pign. vel hypoth. contrah.* Marant. *part.* 6. *act.* 3. *num.* 53. Montan. *de tut. cap.* 15. *n.* 96. *&c.* ubi quòd non procedit quando mater non legitimè, sed tantùm de facto administravit, nec quando jam erat finita tutela temporis, quo administravit, nec è contra in bonis mulieris pro præcedente administratione à viro facta, vide *in §. Hypotheca n.* 26. *§. Mater n.* 21. Card. De Luc. *in Conflict. obser.* 261.

23 Tutor non potest regulariter petere salarium pro administratione tutelæ, nisi sibi fuerit à judice constitutum, sicut ex causa constitui debet, *l. à tutoribus §. fin. ff. de administrat. tut.* Cabal. *cons. decis.* 13. *lib. pr. & cons.* 40. *num.* 4. *lib.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 919. *num.* 6 *&c.* Montan. *de tut. cap.* 23. *nu.* 19. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 512. *per tot.* ubi quando debeatur salarium, & in qua summa Paul. Christin. *decis.* 153. *&* 154. *vol.* 3. ubi etiam an teneatur compensare dictum salarium cum legato sibi facto, & post relatas contrarias opiniones concludit quòd sic, ad tradita per Guttierez *de tut. part.* 3. *cap.* 5. *facit infra num.* 61. Addit ad Sanfelic. *decis.* 367. ubi quòd licèt tutoribus regulariter non detur salarium, tamen secùs est in baliis, quibus debetur etiam non promissum, nec à principio constitutum. Nicoli. *Lucubr. legal. libr. pr. tit.* 25. *de Excus. tut. vel cur. num.* 30. Vide Card. De Luca *de Fideicommiss. disc.* 188. *n.* 12.

Quòd licèt tutoris officium regulariter debeat esse gratuitum, tamen secùs sit stante justa causa contrarium arbitrio judicis suadente, ut quia tutor sit pauper, vel propter negotia pupilli debeat alio proficisci, vel stante gravitate negotii, vel ob amplum pupilli patrimonium, nam concurrente aliqua ex istis, vel similibus causis potest, imò debet judex in remunerationem laboris aliquod salarium, & justam recompensationem tutori constituere, licèt ab initio non fuerit conventum, & hoc non solùm pro tempore futuro, à die petitionis salarii, sed etiam pro tempore præterito maximè æquitate attenta, & ubi tutor ab initio protestatus fuerit etiam extrajudicialiter se velle petere salarium pro administratione, cùm tunc omninò excludatur præsumptio donationis, Thomat. *decis.* 14. *num.* 15. *&c.* Cyriac. *contr.* 503. *n.* 43. *&c.* Altograd. *cons.* 57. *per tot. lib.* 2. Lanfranc. Zacch. *de Salar. & merced. qu.* 87. *per tot.* ubi alia plura ponit de hac materia, & Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit.* 28. *per tot. fol. mihi* 1032. *&c.* Tusch. *litt. T, conclus.* 434. ubi quòd si tutor sit pauper debet alimentari, vel habere salarium, Paul. Christin. *d. dec.* 153. *vol.* 3. & ibidem *decis.* 154. *n.* 2. ubi quid si fuerit impeditus per tertium in sua administratione, *& ad leg. Municip. tit.* 19. *art.* 11.

Quòd tutor non sit alendus de bonis pupilli, sed teneatur reddere rationem de fructibus pro suo victu consumptis, nisi tamen sit pauper, & aliter non possit muneri incumbere, & alia de alimentis, & salario tutoris, Surd. *de aliment. tit. pr. qu.* 47. *& tit.* 9. *quæst.* 44. Ludovis. *decis.* 250. *n.* 5. ubi quòd tutori aliundè non habenti debentur alimenta de bonis pupilli, & probat etiam Costa *de remed. subsid. remed.* 106. *illat.* 5. *per tot.*

Quòd possit tutor etiam sine ministerio judicis constituere salarium contutori administranti juxta quantitatem patrimonii, personæ qualitatem, & laboris magnitudinem, Aret. *in §. Sed & propter in fine Instit. de excusat. tut.* Borgogn. *de tut. num.* 310. Altograd. *d. cons.* 57. *n.* 10. *& alii supracitati*.

24 Tutor an retineat totam administrationem stante majori numero fratrum adhuc existentium in pupillari ætate, licèt aliqui ex eis facti fuerint puberes, Gratian. *discept. forens. cap.* 914. *n.* 35. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 37. *n.* 66. *&c.*

Qualiter fratres masculi, & majores vigintiquinque annis sint legitimi tutores aliorum suorum fratrum minorum, & an in dando tutore sit necessaria citatio, Gratian. *d. capit.* 914. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 7. *n.* 39. *& capit.* 15. *n.* 15. *&c.*

Quòd imò frater major, qui habet commune patrimonium cum minore, stante periculo subtractionis, & occupationis non possit esse tutor, Franch. *decis.* 404. *per tot. infra num.* 63.

25 Tutor an teneatur de nominibus debitorum decoctorum, & non exactorum ex negligentia, & culpa sua, maximè si ipse tutor illa contraxit, & si fuerint reperta in hæreditate, Gratian. *disceptat. for. cap.* 225. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 38. *nu.* 97. *etc. cap.* 39. *num.* 56. *&* 256. *cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 12. *&c.* vide *in §. Nomen num.* 10. Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit.* 19. *cap.* 83. *nu.* 4519. *fol. mihi* 954. Altograd. *cons.* 67. *num.* 21. *& seqq. cons.* 68. *num.* 32. *lib.* 2. Paul. Christin. *decis.* 151. *n.* 18. *vol.* 3. *dec.* 161. *n.* 7. *&c. vol.* 3. Merlin. *decis.* 240. *nu. pr.* ubi quòd non tenetur nisi fuerit in dolo, vel lata culpa, Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 370. ubi qualiter teneatur ad omnia damna, & interesse propter pecuniam pupillarem malè implicatam in emptione census cum debitore, qui de proximo fuit repertus non solvendo, licèt plures alii eidem credidetint, ex multis circumstantiis culpam tutoris indicantibus, *part.* 16. *dec.* 105. *par.* 17. *decis.* 259. *& seqq. & part.* 18. *dec.* 125. *n.* 2. *& seqq.* De Comitibus *dec. Senen.* 28. *§. Unic. n.* 63. *pag.* 172. Panimol. *decis.* 133. *nu.* 2. *&* 3. *part. pr.* Emerix jun. *decis.* 1283. *et decis.* 1313. Caprar. *decis.* 347. *nu. pr. part. pr. et decis.* 748. *nu.* 6. *part.* 2. De Luc. *de Tut. disc.* 10. *num.* 13. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 7. *decis.* 44. *num.* 1. *& seqq. vol.* 1.

26 Tutores, & alii administratores, licèt possent fructus cariùs vendere mittendo illos ad loca vicina, tamen non tenentur, nisi de æstimatione etiam vilioti de tempore, & loco recollectionis, Gratian. *discept. forens. c.* 706. *n.* 64. *etc.* Afflict. *decis.* 316. *in fine*, Roman. *cons.* 425. Tusch. *litt. T. concl.* 438. *n.* 35. Gutier. *de Tutel. part.* 2. *cap. pr. n.* 62. *et* 120. Munoz. *de Ratiocin. Admin. cap.* 17. *n.* 25. Crefcin. ad Pen. *decis.* 75. *n.* 5.

Qualiter teneantur cumulare redditus superextantes ad effectum solvendi debita absque alienatione stabilium, intelligendo si detractis expensis necessariis juxta qualitatem personarum, supersint, & alia, latè Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 201. *per tot.* ubi etiam qualiter teneantur de superfluis.

27 Tutor, vel curator vendens rem pupilli, sive minoris

noris tutorio nomine, non obligatur de evictione ad favorem emptoris, nisi expressè promiserit, vel nisi vendiderit in casu non permisso, & sine causa, Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 99. *et seqq. num.* 481. *cap.* 31. *Effect.* 5. *num.* 4. 7. *etc.* Gratian. *decis.* 182. *per tot.* Guttierez *de tut. part.* 2. *cap.* 13. Thes. *quæst. for. cap.* 14. *lib.* 3. Mangil. *de evict. quæst.* 188. ubi idem de aliis alieno nomine contrahentibus, Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit.* 19. *cap.* 8. *per tot. num.* 3658. *et seqq. fol. mihi* 873. vide in §. *Procurator n.* 5. pleniùs Thomas. *d. tit.* 19. *cap.* 63. *num.* 4369. *et seqq. fol.* 937. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 90. *volum. pr. et decis.* 146. *n.* 4. *vol.* 3. *et decis.* 151. *num.* 17. *etc. vol.* 3. Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 11. *nu.* 9. *et seqq.* Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. denegan. quæst.* 25. *per tot.* ubi plura qualiter minor teneatur de evictione ex doloso tutoris, vel curatoris contractu, si fuit doli conscius, sicuti tenetur cessante dolo, an liberetur cedendo actionem, & alia. De Luc. ad Gratian. *schol. ad dec.* 182. *n.* 7.

Quòd licèt alienatio rei minoris sit nulla ob non servatas solemnitates, tamen obligatio ipsius tutoris facta de proprio valeat, Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *num.* 77. *etc.* Gratian. *d. decis.* 182.

Qualiter tutor invalidè, & sine justa causa alienans bona minorum, teneatur ad restitutionem pretii, fructuum, qui ex fundo alienato percipi potuissent tamquam si non esset alienatus, & omnium damnorum ex indebita alienatione provenientium, quæ valdè sunt notanda per tutores, ne frustra canant: *Heu patior telis vulnera facta meis*, latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 341. *per tot. et part.* 10. *decis.* 201. *per tot.* Leotard. *de usur. quæst.* 20. *num.* 11. *etc.* vide latè Ganaver. *cons.* 6. *art.* 4. *fol. mihi* 201. *et seqq.* ubi plura qualiter emptor scienter emens rem alienam sine solemnitatibus, non agat de evictione, neque ad pretii restitutionem, sed teneatur rem restituere absque spe reintegrationis alicujus, unà cum fructibus, nisi sibi specie caverit de vitio scito, & cognito, de quo dixi in §. *Evicti num.* 23. *et* §. *Emptio nu.* 27. Capiar. *decis.* 204. *part. pr.*

Quòd contrahendo nomine pupilli sibi non præjudicet in propriis juribus cùm repræsentet aliam personam, Altograd. *cons.* 84. *num.* 169. *lib.* 1. latè Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 54. *per tot.* ubi benè pro defensione tutoris ne teneatur de proprio, quando contraxit pro pupillo.

Item vendendo cum decreto judicis excusatur, Util. ad Afflict. *dec.* 340. *nu.* 4. Bich. *decis.* 58. *per tot.* ubi plura ad sustinendam venditionem à tutore factam decreto judicis pro solutione æris alieni, pro quo currebant usuræ ut census si constet de debito sub usuris, quod sufficit etiamsi creditores non urgeant, cùm satis urgeant usuræ, & ideò sufficit unum ex istis verificari, & quòd non extarent pecuniæ, nec mobilia, sive bona minoris momenti solutioni idonea, constituisse judici, præsumi facit ejus decretum, etiam causa non expressa, ita contrarium asserenti incumbat onus probandi, & emptori sufficiat producere instrumentum emptionis cum decreto judicis. Alia de hac materia, vide in §. *Alienatio nu.* 19. *& seqq.* & latè Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 253. *per tot.* ubi plura pro sustinenda alienatione à matre tutrice facta pro solutione æris alieni pupilli sub usuris, etiam si creditores aliter non urgeant, & licèt mater non impleverit solemnia, neque contractui intervenit pupillus. Sed alia plura pro nullitate venditionis factæ à matre tutrice, quæ non adimpleverat solemnia, ex defectu causæ, subhastationis, & aliis, ita ut res sit restituenda una cum fructibus, denegata etiam emptori evictionis actione, & pretii restitutione ob ipsius malam fidem, etiam contra tutorem, nisi sibi expressè de illa caverit, latè Ganaver *d. cons.* 6. *per tot.*

Si tamen tutor se obliget tamquam tutor, & tamquam patruus pupilli dicitur duobus nominibus obligatus, hoc est proprio propter illa verba, *uti patruus*, & tutorio propter illa verba, *uti tutor*, *l. cum post mortem* §. 1. *ff. de admin. tut.* ut si dicatur in instrumento, vel scriptura Petrus uti tutor, & patruus talis pupilli, vel simpliciter Petrus patruus, & tutor dicti pupilli; etiam quod in corpore scripturæ expressum fuerit tantùm nomen officii, si in subscriptione exprimatur etiam nomen proprium prædicto modo, sicut etiam remanet obligatus de proprio quando stipulatur pro se, licèt non obligaverit sua bona, nec suos hæredes, ita ut possit executivè conveniri, ad tradita per Altograd. *cons.* 38. *per tot. lib.* 1. facit Cavaler. *dec.* 374. *num.* 6. ubi de cessione facta tutori, & hæredi, quæ censetur facta sub qualitate, & onere hæreditario.

Sed contra dictam doctrinam Altogradi, de illo tamen non facta mentione, tam quoad obligationem tutoris in proprio, quàm quoad viam executivam, latè Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 54. *per tot.* ubi de matre, quæ tamquam mater, & tutrix imposuit censum super proprio fundo, & pecuniam in suam utilitatem convertit, concurrentibus etiam aliis conjecturis propriam obligationem indicantibus, & tamen fuit resolutum non posse à creditore census executivè conveniri, nec in proprio quoad eum teneri per rationes ibidem adductas.

Quando obligatio dicatur proprio, vel alieno nomine contracta, in diversis tamen terminis Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 40. ubi de subscriptione litterarum cambii, Bich. *dec.* 574. *n.* 1. *&c.* ubi quando tutor dicatur proprio nomine cessionem sibi stipulasse, & non nomine officii, *& decis.* 593. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *dec.* 17. *n.* 16. *vol.* 1.

Quòd tutor, sive curator teneatur adhibere omnem diligentiam, ut actus ab eo gestus valeat, alias ipse remaneat obligatus de proprio actione tutelæ, vel curæ l. tutor 70. ff. de neg. gest. cum similibus, Rot. part. 16. recen. decis. 252. n. 14. & seqq. & part. 17. dec. 377. n. 37. & seqq. in eadem causa, ubi alia plura ad rem.

Tutores non possunt vendere rem pupilli in ejus 47
præjudicium post pubertatem, alias pupillo datur actio contra tutores, & contra rem propriam ad effectum illam retinendi, vel vendicandi, Franch. decis. 580. per tot.

De remedio reintegrandæ competente tutori, vel pupillo stante nullitate contractus, Seraph. dec. 135. Balthas. Thomas. de tut. & curat. tit. 19. cap. 59. nu. 4358. vide in §. Remedium num.

Tutor datus invitus, quia tutela est munus publi- 48
cum, excusari tamen potest in multis casibus, de quibus latè Montan. de tut. cap. 35. per tot. reg. pr. latiùs Balthas. Thomas. de tut. & curat. tit. 25. cap. pr. per tot. fol. 1007. & seqq. ubi multis modis ampliat, limitat, & declarat DD. in tot. tit. instit. ff. & C. de excusat. tut. Tusch. litt. T. concl. 415. per tot. & concl. 433. & dixi in §. Excusatio num. Nicolt. loc. cit. Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. 6. sect. pr. nu. 123. tom. 3.

Quod non possit à datione tutelæ appellare, sed tantùm excusationem si quam habet proponere, quæ si injuria rejiciatur, ita demum à rejectione appellat Montan. d. cap. 35. reg. 2. per tot. Oinot. in §. Qui autem n. 4. Instit. de excusat. tut. fol. 78. Gratian. dec. 30. per tot. Nicol. lucubr. utriusq; jur. lib. pr. tit. 25. num. 27. Scopp. & Carol. De Luc. ad Gratian. loc. cit. Altimar. ubi supra n. 124.

Qui possint esse tutores, sive curatores, vel non, Tosch. litt. T. concl. 419. etc. Nicoli. ubi supra Altimar. de nullit. rub. pr. quæst. 6. sect. pr. nu. 147. cum seqq. tom. 3.

Quòd volentes, & petentes, sive affectantes, non sint tutores eligendi, ac idem esse in aliis officiis (licèt malè servetur] l. scire oportet 22. §. eas ff. de tut. et curat. Paul. Rub. in Annot. ad d. decis. 234. n. 40. etc. p. 9. rec. Altimar. dict. sect. pr. n. 125.

Tutor habens legitimã excusationem, & volens illã 49
proponere, debet id facere intra quinquaginta dies continuos, & intra quatuor menses negotium ad finem perducere, quibus elapsis videtur tutelam acceptasse, nec amplius se potuerit excusare; non currit tamen dictum tempus, nisi ex quo sciverit se tutorem, vel curatorem datum, nec quando adversarii mora fuit impeditos, & dicta non procedunt in eo, qui non jure, & invalidè fuit datus, cùm ipso jure sine venia sit liberatus, nisi fuerit confirmatus, vel sua sponte cœperit administrare, Montan. de tut. cap. 35. reg. 3. per tot. cap. 39. num. 91. et nu. 242. etc. Balthas. Thomas. de tut. et curat. tit. 25. num. 228. et seqq. fol. 1018. Altograd. cons. 56. per tot. lib. 2. ubi quod dictum tempus incipit tantùm à die scientiæ, & hæreditatis aditæ, vel purificatæ conditionis, maximè si per

per statutum sit sublata suitas, vide Nicoli. *loc. cit. num.* 26. Emerila jun. *decis.* 1328. *num.* 4. Balduc. *tit.* 4. *de Dot. decis.* 20. *n.* 19. Altimar. *loc. cit. n.* 127.

Licèt autem tutor fuerit excusatus ex falsa, vel minus justa causa non liberetur à periculo tutelæ, ne ex sua improbitate commodum consequatur, Montan. *d. cap.* 35. *reg.* 4. *per tot.* Balthas. Thomas. *loc. cit. nu.* 162. ubi allegat *l. fin. cum glos. et DD. C. de excusat. tut.* Paul. Christin. *decis.* 172. *vol.* 3. Altimar. *ibidem num.* 128.

Quòd moniales, sive Monaci cujuscumque ordinis prosint patri ad excusationem à tutela, Franch. *decis.* 532.

Ex quibus causis possit tutor, vel curator excusari à munere tutelæ, vel curæ, & intra quæ tempora, vide *tex. et DD. Instit. de excusat. tut. vel curat. et Cod. eod. tit.* Paul. Christin. *decis.* 171. *et* 172. *vol.* 3. *et decis.* 50. *vol.* 5. *et ad leg. municip. tit.* 19. *art.* 6. *nu.* 5. ubi 17. causas enumerat, & dixi *in §. Excusatio nu.* 4. Petr. de Onnete *de contract. tom.* 2. *tract.* 17. *disput.* 49. *sect.* 6. *per tot. fol.* 755. Idem Nicol. *toto tit. de excusat. Tutor.* Antonell. *de Temp. leg. libr.* 4. *cap.* 17. Altimar. *n.* 126.

50 Tutor postquam scivit se tutorem datum, si negligat petere confirmationem à judice, & administrationem suscipere, vel si quam habet excusationem proponere, dicitur esse in culpa, & tenetur indemnem præstare pupillum, dumque ab administratione cessat, damno suo cessat, & omne periculum suscipit, Montan. *de tut. cap.* 30. *n.* 3. *&c.* Rot. *in Romana redditionis rationis* 24. *Januarii* 1631. *coram Merlino inter impressas ejusdem dec.* 500. *& in Noviss. part.* 6. *decis.* 3. *n.* 23. *etc.* Idem Montan. *cap.* 32. *reg.* 4. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 155. *n. pr. vol.* 3. *& ad leg. Municip. tit.* 19. *art.* 9.

Non tamen currit tempus tutori, nisi à die scientiæ, vel denunciationis, & ideò debet requiri ad effectum ut tutelam acceptet, vel recuset, Ferrer. *cons.* 323. *nu.* 3. Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit.* 20. *nu.* 17. *et tit.* 26. *n.* 228. *et* 237. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 108. *nu.* 4. *et* 5.

Quòd teneatur de omissis culpa, & negligentia sua, Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 95. Menoch. *de arbitr. cas.* 209. *nu.* 32. *cum aliis supra num.* 46. *in fine.* Caprar. *decis.* 748. *n.* 1. *part.* 2.

Item si negligat impedire damna pupillorum, & minorum obligatur ad restitutionem, Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 6. *in fine.*

Quòd non administrando dicatur in dolo, cùm contumacia dicatur dolus, & non possit opponere exceptionem cedendarum contra pupillum, Franch. *dec.* 662. *per tot.*

An hæres tutoris teneatur pro culpa ipsius tutoris, Dian. *part.* 11. *tractat.* 7. *resolut.* 49. *per tot.* vide *in §. Actio nu.* 28.

Tutor finita tutela tenetur rationem reddere, quamvis per judicis decretum non fuerit confirmatus, ne sit melioris conditionis, qui de facto administrat, quam qui servatis servandis, Rot. *in Romana redditionis rationis numer.* 6. *et seqq. supracitata*, apud Merlin. *decis* 500.

Quòd durante tutela non possit à pupillo conveniri, nec ipse pupillum convenire, & quando secus, Tusch. *litt. T. concl.* 452. *per tot.*

Nulliter tamen datus, & non confirmatus, si non administravit ad nihilum tenetur, & licèt per errorem se immiscuisset, si postea abstineat, & alium dari curet, non tenebitur pro futuro tempore, item non tenetur quando ignoravit se fuisse datum, nec in pluribus aliis casibus, quos latè ponit Montan. *de tut. cap* 39. *nu.* 242. *et seqq. ad* 265. *et cap.* 23. *n.* 33. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 297. *num.* 25. *et seqq.* ubi quòd qui non est verè tutor non tenetur reddere rationem, nisi quatenus administrasse probetur.

Quòd tali casu teneatur alium dari petere, idem Montan. *cap.* 18. *num.* 25. facit Rot. *part.* 17. *recen. decis.* 377. *nu.* 43. *et seqq.* ubi quòd tutor adventa pubertate pupilli tenetur illum admonere ut sibi curatorem petat, aliàs tutela durat usquequo pupillo fuerit de curatore provisum, cùm non desinat esse tutor donec tutelam transferat in curatorem, vel de mandato judicis in ipsum minorem; & alia plura ad rem *supra num.* 9. *in fine.*

Tutores plures possunt omnes administrare, nec unus tenetur ab alio recipere satisdationem, & illi administrationem concedere, ac tenentur omnes insolidum pupillo nec habent beneficium excussionis, licet unus solus administraverit pro majori parte, quilibet enim tenetur, etiam pro administratis à contutore durante tutela, secus autem ea finita, ad latè tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 86. *nu.* 10. *etc.* facit *in cap.* 194. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 35. *reg.* 7. *nu.* 84. *etc. cap.* 39. *num.* 93. *et seqq. ad* 203. Ricc. *Collect.* 4176. Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 69. *nu.* 6. *et seqq. per tot.* Oinot. *in §. Sed si ex testamento per tot. Instit. de Satisdat. tut. vel curat. fol.* 72. vide Balthas. Thomas. *tract. de tut. et curat. tit.* 14. *cap. pr per tot. fol.* 143. *etc.* Paul. Christin *decis.* 155. *nu.* 3. *et seqq. vol.* 3 ubi etiam qualiter possit insolidum agere, *et ad leg. Municip. tit.* 19. *art.* 23. Vide Antonell. *de Temp. legal. libr.* 2. *cap.* 47. *n.* 24. Altimar. *loc. cit. n.* 75. De Luc. *d. Tutor. disc.* 4. *n.* 20. 51

Sabelli Summ. Tract. Tom. IV.

An per dationem secundi tutoris censeatur primus revocatus, Surd. cum aliis ab eo citatis *decis.* 38. *num.* 21. *etc.*

Non posse ipsos tutores transigere super jure tutelæ, & quare dixi *in §. Transactio n.* 15. *in fine.*

Quòd licet tutores sint omnes insolidum obligati, habeant beneficium, ut primo conveniatur ille, qui administravit, nisi fecerit de mandato aliorum tacitu, vel expresso, Gratian. *discept. forens. cap.* 86. *n.* 41. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 39. *nu.* 100. *et nu.* 179. *et seqq. ad* 203. vide *in §. Pupillus num.* Oinot. *loc. supra cit. nu.* 12. *etc.* Balthas. Thomas. *loc. cit. et tit.* 15. *per tot. fol.* 150. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 186. *vol. pr.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 69. *nu.* 6. *et seqq.* ubi quod prius conveniendus sit ille, qui administravit, & illius hæredes, verùm est si alter nihil prorsus administravit, sufficit enim quod modicum quid gesserit, vel ad hoc ut beneficio ordinis non gaudeat, & tutelam administrasse dicatur, ita ut tunc teneatur non solum de modico administrato, sed etiam de omnibus aliis à contutore administratis rationem reddere, de Comitib. *decis. Sen.* 28. *nu.* 76. Vide De Luc. Antonell. Altimar. *loc. citat.*

Quòd quando plures sunt dati tutores, si unus tantùm administravit ille primo conveniendus sit, & si ab ipsis tutoribus inter se fuerit divisa administratio tenentur omnes insolidum, cùm hujusmodi divisio quando non fuit facta à judice, vel à testatore non præjudicet pupillo, ille autem qui ad solidum convenitur possit beneficio cessionis, vel utilis actionis à contutoribus repetere, vel antequam solvat si alii administraverint, & sint solvendo beneficium divisionis opponere, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 93. *& seqq. num.* 137. *& seqq. & nu.* 203. *etc.* cum aliis per Rot. *in Romana redditionis* 24. *Januarii* 1631. coram Merlino *in Noviss. part.* 6. *decis.* 3. *num.* 15. *& seqq. per tot.* inter impressas ejusdem Merlin. *decis.* 500. Oinot. *loc. cit. nu.* 12. *&c.* plenè Balthas. Thomas. *in locis supracitatis*, Tusch. *litt. T, concl.* 437. *nu.* 11. *&c.* Christin. *d. decis.* 180. *per tot. vol. pr. & decis.* 164. *per tot. vol.* 3. *& decis.* 182. *n.* 7. *&c. vol.* 3. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 407. *num.* 15. *et seqq.* Card. De Luc. *tit. de tutor. disc.* 4. *num.* 20.

Quòd unus tutor possit instare pro divisione tutelæ, etiam aliis invitis, ne de illorum gestis teneantur, Magon. *decis. Florent.* 74. *per tot.* Oinot. *ubi supra num.* 10. de quo vide Balthas. Thomas. *dict. tractat. tit.* 19. *cap.* 34. *fol.* 905.

Licet autem ut supra sit primo conveniendus qui administravit, immò etiam illius fidejussores, & Magistratus, antequam possit conveniri, qui non administravit, tamen debet hoc intelligi pro gestis, nam pro neglectis tenentur æqualiter, sicut etiam quando tutor non administrans videbat alium malè administrare, & non accusavit de suspecto, vel non exegit ab eo satisdationem, potest conveniri antequam conveniatur Magistratus, qui tutorem constituit, Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 4. Paul. Christin. *dec.* 156. *n.* 9. *vol.* 3. *etc.*

Tutores plures tenentur insolidum etiam quoad usu- 52

usuras, & eodem modo tenentur illorum fidejussores, & maximè quando aliqui non sunt solvendo, etiamsi nulliter fuerint dati, dummodò administraverint, adversus quos poterunt agere insolidum etiam hæredes pupilli, Montan. *de tut. cap.* 39. *nu.* 114. *& seqq.* vide *in §. Promissio num.* plenè Balthas. Thomas. *locis supracitatis*, Tusch. *litt. T. conclus.* 437. *per tot.* Merlin. *decis.* 519. ubi tamen quòd de æquitate habent beneficium divisionis.

Si tamen sint plures tutores diversæ speciei, puta unus sit dativus, & alter testamentarius, non tenentur de mala administratione alterius, Montan. *dict. cap.* 39. *num.* 111. *&* 121.

Item unus non tenetur pro administratis ab altero finita tutela, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 122. vide *in §. Promissio nu.* Idem De Luc. *dict. tit. disc.* 6. *nu.* 7. ubi declaratur.

Item tutor improprius, prout Præfectus Civitatis, vel Magistratus non convenitur, nisi excussis veris tutoribus, eorumque hæredibus, & fidejussoribus, idem Montan. *d. cap.* 39. *nu.* 123. *&c. n.* 165.

Itam tutor non tenetur insolidum pro facto alterius tutoris, cùm quo adultus transegit, vel quem liberavit, cum obstat exceptio cedendarum, de quo tamen vide Montan. *d. cap.* 39. *n.* 124. *& seqq.* dixi *in §. Libertatio num.* 10.

Item non tenetur si tempore depositionis officii omnes erant solvando, & postea aliqui cessent, Montan. *loc. cit. num.* 130.

Item non tenentur insolidum, sed tantùm unusquisque pro parte sua quando administratio fuit inter eos divisa à judice, vel testatore, nisi unus omiserit alterum instruere, vel non petierit satisdationem, dum alter efficiebatur non solvendo, vel nisi per dolum omiserit alterum suspectum accusare, vel aliter cum eo colluserit, Montan. *d. cap.* 39. *n.* 167. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 74. *num.* 6. Oinot. *cum Addit. in §. Sed si ex testamento num.* 12. *&c. Instit. de tut. vel curat.* Paul. Christin. *decis.* 164. *vol.* 3. *decis.* 182. *num.* 7. *etc. vol.* 3.

Itam tutor non tenetur de gestis à curatore, nec è contra curator de gestis à tutore, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 162. *etc.* vide *in §. Curator num.* & latè Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit.* 14. *et* 15. *per tot.* ubi de prædictis, & aliis ad rem facientibus.

53 Tutores honorarii, idest dati potiùs ad observandum, & custodiendum actus aliorum, quam ad gerendum, & administrandum, non possunt conveniri nisi priùs excussis illis, qui administrarunt, sicut idem est in aliis quando administrantes sunt solvendo juxta superiùs dicta, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 189. *cap.* 7. *n.* 11. *& seqq. & cap.* 26. *num.* 63. *&c.* Tusch. *litt. T. conclus.* 418. *nu.* 5. *& conclus.* 444. *per tot. supra nu.* 2. *&* 3. Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 17. *disp.* 48. *sect.* 8. *per tot. fol.* 736. Vide De Luc. *de Tut. disc.* 5. *ferè per tot.* Altimar. *loc. adduct. n.* 56.

Et quando tutores honorarii fuerunt expressè à testatore liberati ab administratione, & redditione rationum, ad nihilum tenentur, cùm totaliter de illorum probitate confiderit testator, nisi aliquid dolosè commiserint, quia dolus futurus remitti non potest, ut dixi supra *num.* 15.

Tutor conventus insolidum potest opponere exceptionem cedendarum sibi actionum, cui nunquam censetur renunciatum, nisi sit dictum in specie, etiam stante statuto, quod nulla defensio admittatur adversus instrumentum; Item etiam absque cessione habet ipso jure utilem actionem contra contutores; ita ut cessio sit illi facienda insolidum quando convenitur tantùm pro culpa alterius, vel pro illa rata, & partibus, pro quibus ex aliorum facto pulsatur, Montan. *de tut. cap.* 39. *nu.* 131. *et seqq. ad* 149. ubi tamen, quòd hæc exceptio non competit ei, qui ex communi dolo convenitur, vel ex propria culpa, vide in *§. Pupillus nu.* 12. *§. Delinquens n.* 9. *§. Promissio n.* 7. latè Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 6. *nu.* 13. *et seqq. & quæst.* 7. *per tot.* Mait. Medic. *Exam.* 27. *nu.* 57. Ludovis. *decis. Ferr.* 40. *n.* 6. Franch. *dec.* 662. ubi quòd ad hunc effectum dicuntur dolosi, & culposi, qui non administrarunt, dixi in *Pract. §. Tutori nu.* 18. Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. dec. quæst.* 15. *n.* 10. *& seqq.* ubi quòd licèt tutor conventus de communi dolo non possit petere cessionem potest tamen opponere beneficium divisionis, &c. Nicoli. *lucubr. utriusq; jur. lib. pr. tit.* 24. *§. sed si n.* 4.

De beneficiis tutorum, nempè ordinis, sive excussionis, divisionis, cedendarum, & utilium actionum, latè Balthas. Tomas. *de tut. & curat. tit.* 15. *per tot. fol.* 150. Card. Tusch. *litt. T, concl.* 437. *num.* 11. *& seqq. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 180. *vol. pr. & decis.* 164. *vol.* 3.

Quòd tutores, vel curatores insolidum conventi 54
pro communi administratione habeant beneficium divisionis, ut scilicet actio dividatur pro portionibus virilibus inter illos, qui sunt solvendo, nisi convenirentur ex proprio dolo, vel culpa, vel nisi adesset juramentum, Montan. *d. cap.* 39. *n.* 149. *& seqq. ad* 167. vide *in §. Obligatio num.* Balthas. Thomas. *d. tit.* 15. *nu.* 42. *& seqq. fol.* 153. Merlin. *decis.* 519. Boer. *decis.* 59. *per tot.* Costa *de ratione ratæ quæst.* 57. Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 6. *nu.* 14. ubi quòd beneficium divisionis competit, etiamsi ex communi culpa, vel dolo quis conveniatur, quia est mera defensio; cessio autem non potest tunc obtineri, cùm agatur de repetitione soluti in pœnam sui delicti, & testatur de veriori, ac magis communi opinione, quam sequitur etiam Cala *loc. supra cit.*

Licet autem tutores, & curatores habeant prædi- 55
cta beneficia, divisionis, ordinis, cedendarum, & utilis actionis, tamen illa amittunt si conventi negent se esse tutores, vel curatores ad exemplum fidejussorum, Montan. *d. cap.* 39. *nu.* 202. facit quod dixi *in §. Exceptio nu.* *& §. Fidejussor nu.*

Tutores plures, sive testamentarii, sive legitimi, 56
sive dativi habent omnes, & singuli penes se administrationem, & auctoritatem insolidum, & ideò sufficit unius auctoritas, nisi agatur de dissolvenda tutela, vel nisi administratio fuerit divisa, quia tunc quilibet pro sua parte deberet auctoritatem interponere, *l. fin. C. de auct. præstan. & l. pr. C. si ex pluribus*, cum aliis per Gratian. *discept. forens. cap.* 86. *nu.* 10. *&c. cap.* 194. *per tot.* ubi quando unus tantum possit citari omissis aliis, vel agere, & alia, Montan. *de tut. cap.* 39. *nu.* 94. *& seqq. ad* 203. *& cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 29. *&c. nu.* 82. *&c. cap.* 7. *nu.* 6. *& seqq. per tot.* idem Gratian. *discept. forens. cap.* 812. *nu.* 26. *etc.* ubi limitat nisi adsit clausula, quòd unus nihil possit facere sine aliis, quia tunc uno deficiente tutela extinguitur in totum, etiam quoad alios, & fit locus tutelæ legitimæ matris; an autem loco deficientium debeant aliis subrogari, idem Gratian. *cap.* 830. *nu.* 26. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 16. *num.* 21. *etc.* vide Tusch. *litt T, conclus.* 525. *&* 436. *per tot.* latè Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 171. *nu.* 9. *&c.* ubi quòd quilibet ex pluribus tutoribus potest solus administrare, cùm censeantur insolidum constituti, non obstantibus dictionibus complexivis conjunctim simul, & hujusmodi, & quod in casu discordiæ prævaleat aliquorum sententia, nisi sit expressè dictum, quod unus sine alio non possit administrare, & qualiter fiat locus matri ut supra, & alia sequendo Gratian. *loc. cit.* Busatt. *decis.* 389. & alios rursus eadem Rot. *par.* 11. *decis.* 39. *num.* 12. *&c.* ubi quòd competit unicuique auctoritas insolidum, nisi testator expressè dixerit quod unus sine alio non possit administrare, vide Nicol. *lucubr. utriusq; jur. lib. pr. eodem tit. sub n.* 2. Altimar. *de nullit. sect. pr. quæst.* 6. *nu.* 74. *tom.* 3. *& rub.* 11. *quæst.* 24. *n.* 48. *&* 49. *tom.* 2.

Quòd non facta alia provisione per testatorem, vel per judicem, alter sine altero non possit administrare, nec tempus ad solvendum debitori pupilli prorogare, Franch. *decis.* 281.

Quòd ubi plures sunt tutores deputati non insolidum, sed cum verbo, vel clausula, *simul*, non possit unus solus sine alio aliquid concordare, vel transigere, maximè si agatur etiam de aliquo suo commodo, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 58. *n. pr. &c.*

Tutores plures si fuerunt simul dati, an uno illo- 57
rum decedente expiret tutela quoad alios, dic regulariter quod non, stante illorum idoneitate, & sufficientia, cùm unicuique censeatur data auctoritas in solidum ubi contrarium non fuit expressum, *l. si ex plu-*

Digitized by Google

pluribus, ubi Bart. & alii, *ff. de auct. tut. l. ſi plures*, & *l. decreto*, *§. fin. ff. de admin. tut.* Cyriac. *contr.* 150. *nu.* 104. Card. Tuſch. *litt. T*, *concluſ.* 435. *nu.* 2. cum aliis per Altograd. *conſ.* 100. *nu.* 5. & 6. *lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 146. *n.* 8. *&c. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3585. ubi an ſit dandus alius in locum deficientia, & an datus in locum abſentis duret illo defuncto, idem Ricc. *Collect.* 3888. Vide De Luc. *de Tutor. diſc. pr. n.* 4. *et diſc.* 11. *per tot.*

Si tamen teſtator per verba negative diſpoſuerit, quod unus ſine alio nihil facere poſſit, vel etiam per verba affirmativa æquipollentia negativis, & formam adminiſtrandi, vel conditionem præſeferentia, ut ſi dixerit quod concorditer gerere poſſint, vel debeant, vel conjunctim, vel omnes ſimul, tunc uno deficiente, tutela in totum expiraret, nec poſſet ſuſtineri in ſuperſtitibus, licèt alias idoneis, ut latè probat Altograd. *d. conſ.* 100. *per tot. lib.* 2. Card. Tuſch. *d. concl.* 437. *num.* 7. vide Rot. per Burett. *deciſ.* 348. *nu.* 389. & *in recent. part.* 2. *deciſ.* 761. ubi quòd hujuſmodi clauſulæ, ut duo conjunctim adminiſtrare poſſint tanquam facultativæ, & non præceptivæ non adimunt auctoritatem, quam habent inſolidum tutores, & eadem Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 471. *numer.* 10. *&c.* quibus conatur reſpondere Altograd. *loc. cit.* oſtendendo quòd verbum, *poſſit*, in quo conſiſtit præcipuum Rotæ fundamentum, inducat netem quando eſt poſitum in diſpoſitione certam formam agendi denotante, & ita fuiſſe judicatum Florentiæ anno 1652.

Quòd quando ſunt dati plures tutores teſtamentarii, etiam ſimpliciter uno deficiente, alius per judicem ejus loco ſit ſubrogandus, niſi ipſe judex cauſa cognita ex qualitate perſonæ remanentis, & ex quantitate patrimonii conſiderationibus illi ſoli uti habito pro ſufficienti dū per ſe adminiſtrationem inſolidum concedat, *l. ſi quis ſub conditione*, *ff. de teſt. tut.* Soccin. ſen. *conſ.* 192. *lib.* 2. Franch. *dec.* 214. Cabal. *conſ. dec.* 316. *n.* 6. *lib.* 1.

58 Tutores plures, inter quos adſit unus clericus, vel inter plures hæredes unius tutoris debent omnes conveniri coram judice Eccleſiaſtico ratione Clerici tamquam dignioris, ne continentia cauſæ dividatur, Gratian. *diſcep. for. cap.* 641. *per tot.*

An Clericus adminiſtrator tutelæ ſuceptæ à manibus judicis laici poſſint conveniri coram eodem judice laico pro redditione computorum, & reliquorum reſtitutione, plenè Rovit *dec.* 20. *per tot.* Vide Card. De Luc. *Miſcell. diſ.* 14. *n.* 11.

An autem clerico pupillo, vel adulto ſit dandus tutor, vel curator a judice ſæculari, vel ab Eccleſiaſtico, & dato tutore laico à judice Eccleſiaſtico, an ſit pro redditione rationis conveniendus coram eodem judice Eccleſiaſtico, vel remittendus ad ſuum judicem ſæcularem, idem Rovit. *deciſ.* 58. *per tot.* vide *in §. Judex nu.* 36. Cabed. *dec.* 80. & 81. *per tot.* Card. De Luc. *de Tutor. diſc.* 13. *ſub nu.* 14. *verſ. Tutor.*

Sed contrarium vide *in §. Laicus n.*

An autem Clericus, vel Sacerdos poſſit eſſe tutor, dixi *in §. Clericus num.* & *in Pract. §. Tutori n.* 14. Tuſch. *litt. T*, *concluſ.* 413. Idem De Luc. *d. tit.* & *diſc. n.* 21. *et* 22. *de Cred. diſc.* 119. *nu.* 10. *et* 17.

Et generaliter quod omnes tutores, vel eorum hæredes coram uno eodemque judice conveniri debeant, Montan. *de tut. cap.* 39. *n.* 216. *etc.*

Quòd ratio ſit reddenda in loco adminiſtratæ tutelæ, niſi aliter ſit conventum, Tuſch. *litt. T. concluſ.* 443. vide *in §. Adminiſtrator nu.* 10. latè Pen. & Creſcin. *dec.* 13.

59 Tutores ſimpliciter dati cenſentur dati quoad omnia bona ubique ſita, & futura, niſi quoad aliqua bona ſit proviſum de alio tutore, quia generi per ſpeciem derogatur, vel niſi ſit declaratum quid unuſquiſque adminiſtrare debeat, quo caſu is ſolus reſpectu adminiſtrationis ſibi demandatæ agit, & excipit, Montan. *de tut. cap.* 7. *n.* 6. *et ſeq. n.* 55. *et ſeqq. cap.* 9. *n.* 22. *etc.* Galganet. *de tut. lib.* 2. *tit.* 6. Balthaſ. Thomaſ. *de tut. et curat. tit.* 12. *cap.* 7. *fol.* 59. *et cap.* 8. *ibidem*, ubi quòd tutores debeant dari in loco originis pupilli ubi dati habent auctoritatem etiam extra territorium, Altimar. *de nullit. Rubr.* 21. *quæſt.* 32. *n.* 39. 40. *tom.* 2. *et ibidem quæſt.* 4. *n.* 150.

Quid autem ſi ab ipſis tutoribus diviſa fuerit adminiſtratio, idem Montan. *cap.* 39. *n.* 209. *etc.* Balthaſ Thomaſ. *d. tract. tit.* 19. *cap.* 34. *fol.* 905.

Tutor uni datus an, & quomodo ad alios extendatur, vide *in §. Pater n.*

Tutor ne teneatur ad intereſſe reliquorum debet 60
finita tutela petere, & eum effectum facere, ut minori conſtituatur curator, cui poſſit legitimè ſolvere, & de hoc monere etiam illius propinquos, Munus. *de ratiocin. cap.* 6. *n.* 29. *cap.* 15. *n.* 38. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 241. *n.* 34. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 37. *n.* 82. *et cap.* 18. *n.* 26. *etc.*

Quòd tutor finita tutela; non admonuerit minorem ad petendum curatorem, & adminiſtratio in alium transferatur, teneatur ipſe de hujuſmodi adminiſtratione malè geſta, & idem in ſimilibus, *l. tut. §. Curator*, *ff. de admin. tut.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 718. *n.* 6. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 37. *n.* 80. *etc. cap.* 39. *n.* 63. *et cap.* 18. *nu.* 26. Vide Altimar. *de nullit. rubr*, 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 1. *n.* 3. *tom.* 3.

Tutor excuſando ſe à tutela amittit legatum ſibi 61
factum in teſtamento, in quo fuit datus tutor, cùm in dubio cenſeatur relictum contemplatione tutelæ gerendæ, *l. poſt. legatum*, *§. Remittere de his quibus ut indig. l. ſed hoc nimium cum l. præced. ff. de excuſat. tut.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 248. *nu.* 38. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 9. *n.* 26. *et ſeqq. cap.* 32. *regul.* 5. *n.* 118. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 124. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 23. Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa verb. Legati n.* 126. *et nu.* 227. Card. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 94. *et litt. T. concluſ.* 458. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 146. *n.* 5. *vol.* 3. facit ſupra *n.* 23. De Luc. *de Legat. diſc.* 22. *et diſc.* 46. *n.* 2.

Et idem eſt ſi negligenter adminiſtret, Rom. *conſ.* 235. *et conſ.* 80. Paul. Chriſtin. *d. c.* 31. *nu.* 3. *vol.* 3.

Si autem tutela alteri per teſtatorem detur, an cenſeatur ademptum legatum primo tutori factum, & an teſtator dando ſecundo loco alium tutorem filio videatur revocare primum, & alia, Surd. *dec.* 38. *per tot.*

Non tamen amitti legatum ſi ob aliquod impedimentum non poſſit tutelam ſubire, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 43. *n.* 11. vide *in §. Legatum n.* 63.

Tutor habens litem cum pupillo, niſi ſit mater, 62
vel avia, debet removeri tanquam ſuſpectus ab adminiſtratione, DD. *in Auth. matri*, *et aviæ C. quando mul. tut. off. fung. poſſ.* Afflict. *dec.* 207. Gratian. *diſcept. for. cap.* 28. *n.* 28. *cap.* 532. *n.* 19. *etc.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 34. *nu.* 6. *et dec.* 108. *in eadem.* Vide Card. De Luc. *de Tutor. diſc.* 3. *n.* 2. Altimar. *loc. cit. n.* 163.

Plura quando, & ex quibus cauſis poſſit tutor uti ſuſpectus removeri, Montan. *de tut. cap.* 36. *per tot.* ubi firmat decem regulas cum ſuis declarationibus DD. *in tot. tit. Inſtit. ff. et C. de ſuſpect. tut. et curat.* Paul. Chriſtin. *dec.* 157. *vol.* 3. Gutierez *de tut. par.* 2. *cap.* 18. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 34. *et* 108. ubi de inimicitia, lite, abſentia, affectatione, & non adimplemento ſolemnitatum, *et deciſ.* 83. *d. part.* 13. Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 17. *diſp.* 49. *ſect.* 2. *per tot. fol.* 747. Nicol. *lucubr. utrinſq; jur. lib.* 1. *tit.* 26. *§. Suſpectus n.* 6. Altimar. *loc. ſup. relat. n.* 134. *cum ſeqq.*

Licèt ex cauſis legitimis poſſit uti ſuſpectus removeri, interim tamen eſt tutor, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 128. *n.* 11.

Quòd ſi tutor ſit creditor, vel debitor pupilli in magna quantitate, niſi ſit mater, vel avia, debeat uti ſuſpectus removeri, Cravett. *conſ.* 182. *num.* 15. Gratian. *diſcept. for. cap.* 28. *n.* 23. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 9. *n.* 56. *etc.* intelligendo prout infra *num. ſeqq. in fine.* Idem Nicol. *lucubr. utrinſq. jur. lib.* 2. *tit.* 22. *§. fin. n.* 13. Vide De Luc. *de Tutor. diſc.* 4. *n.* 5. Altimar. *ubi ſupr. n.* 134.

Quando debitum dicatur magnum, vel parum ad dictum effectum remittitur arbitrio judicis juxta qualitatem perſonarum, ad tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 196. *per tot.*

Quòd

Digitized by Google

Quòd si debitum non sit perpetuum, sed temporale, fiat interim locus tutori dativo, & debito persoluto primus tutor reassumat tutelam, Gratian. *discept. for. c. 63. n. 13. &c.*

Ut tamen tutor possit removeri ex causa litis cum pupillo, intelligitur de lite omnium, vel majoris partis bonorum, & non de lite parvi momenti, & ex causa debiti, vel crediti, debet intelligi de debito, vel credito præexistente ante susceptam tutelam, non autem de eo, quod contraheretur ex causa administrationis, & non nisi perspecta tota ratione dignosci potest, ut benè explicat Rot. *part. 16. rec. dec. 208.*

63 Tutor, vel curator habens communionem bonorum cum pupillo non est capax tutelæ, sed debet removeri, Gratian. *discept. for. cap. 830. n. 23. etc.* Montan. *de tut. cap. 9. n. 60. etc.* Franch. *dec. 404. per tot. supra n. 24. in fine.* Altimar. *loc. supra rel. num. 157.*

Hoc tamen non procedit in tutore testamentario, vel aliter approbato, qui non obstante comunione erit idoneus tutor, idem Gratian. *cap. 914. n. 15. etc.*

Idem est in debitore, vel creditore dato in testamento, qui non prohibetur esse tutor, si testator sciebat, secùs si ignorabat Montan. *de tut. cap. 9. n. 67. et seqq. et n. 72.* ubi ita concordat opiniones. Altimar. *ubi supra sub n. 156.*

64 Tutor, vel curator si post suspectam administrationem efficiatur creditor pupilli debet dari adjunctus, sicut litis causa fieri solet, Andreol. *controv. 419. per tot.* Altimar. *loc. adduct. sub n. 158.*

Imò si jure cessionis acquirat actionem fortè donationis, venditionis, sive alio titulo est ipso jure nulla, ita ut nec regressum habeat adversus cedentem, sed pupillus remaneat ab utroque liberatus, etiam si hujusmodi cessio facta esset finita tutela ante tamen redditam rationem, *text. in Auth. minoris, vers. Sed et si actionis, C. qui dar. tut. vel curat. poss.* Montan. *de tut. cap. 9. nu. 62.* Paul. Christin. *dec. 148. n. 11. et 12. vol. 3.* ubi ampliat etiam quoad alios administratores, & quòd suscipiens tutelam tacendo se esse pupilli creditorem debitum ammittat, cum intelligatur ei renunciare *d. auth. Minoris*, Galerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. nu. 114.* Gutierez. *de tut. part. 1. cap. 20.* Galganet. *de tut. lib. 2. tit. 20. n. 12.* latè Hieron. Cala *tract. de rest. in integr. denegan. quæst. 21. num. 27. et seqq.* facit quod dixi supra *n. 31.* Vide Card. De Luc. *de Alien. disc. 11. n. 19. et de Fideicomm. disc. 172. num. 7.* Altimar. *loc. addact. n. 150.*

Quòd nec etiam possit acquirere cessionem ab ipso pupillo, Idem Montan. *cap. 30. num. 79.* vide *in §. Cessio n. 25.* ubi melius declaravi.

65 Tutor si sit creditor pupilli potest sibi solvere de illius bonis (quæ servando servari non possunt) sine judicis decreto, vel alia solemnitate, imò præsumitur sibi administratorio nomine solvisse, & amplius petere non potest, si verò velit sibi solvere de immobilibus, debet facere cum solemnitatibus, & decreto *glos. in l. tutor in fine ff. de fideicom. DD. in l. singularia, ff. si cert. pet.* Duen. *reg. 31. verb. Administratores conclus. 2 limit. 3.* Rot. in decisis per Farinac. *part. 1. tom. 1. dec. 451. num. 2.* Afflict. *dec. 13. n. 14.* Montan. *de tut. cap. 30. nu. 83. cap. 38. n. 62.* Gratian. *discept. for. cap. 129. n. 21. etc.* Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 5. quæst. 178.* Urceol. *Consult. forens. cap. 29. nu. 14.* dixi in *resolut. cap. 4. n. 8. cap. 8. n. 44. in Pract. §. Tutori nu. 16. et in hoc Opere, §. Administratori nu. 1. et §. Mater n. 16.* adde Rot. *part. 5. rec. dec. 25. nu. 18. et part. 18. dec. 620. num. 32. et seqq.* latè Pen. & Crescin. *dec. 97. et dec. 512.*

Quòd possit, & debeat creditoribus pupilli solvere, ac sibi ipsi, & quando secùs, idem Montan. *de tut. cap. 32. reg. 9. n. 97. etc. ad 111.*

66 Quòd secundùm superiùs dicta non possit regulariter creditor esse tutor pupilli, & si dissimulavit se esse pupilli creditorem, amittat jus suum, si debitorem, non potest ullo modo liberationem consequi durante tutela, etiam in actione tutelæ, Montan. *de tut. cap. 9. n. 57. etc.* Paul. Christin. *dec. 194. vol. 5.* ubi excipit matrem, & aviam.

Tutela, vel cura requirit scripturam, & non potest per testes probari, licèt ex cursu temporis possit præsumi, Surd. *dec. 231.* sequitur alios adducens Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit. 29. cap. 1. per tot.* ubi plura de probatione tutelæ cum ampliationibus, & limitationibus. Altimar. *loc. cit. num. 22. et 53.* 67

Tutores, & curatores dantur etiam Regibus, & Principibus, non tamen eandem quam Principes potestatem habent, licèt majorem habeant auctoritatem, quàm alii tutores, vel curatores privatorum, & possint condere leges, dummodò non contra jus disponant, Caldas *de restit. in integr. nu. 45. 46. et 47. verb. hunc contractum*, Rimin. jun. *cons. 5. nu. 189. et 193.* Natt. *cons. 631. nu. 28.* Bursat. *cons. 177. n. 38.* Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit. 10. cap. pr. n. 5. fol. mihi 56. tit. 19. cap. 71. fol. 951. et tit. 33. n. 5. fol. 1046.* Galganet. *de tut. lib. pr. tit. 11. n. 16.* Sanfelic. *dec. 367. cum Addit. per tot.* ubi plura de Baliis (quos nos tutores appellamus) dandi feudatariis, qui præferantur, vel non, quæ adimplere teneantur, & alia. Altimar. *de nullit. Rubr. 2. qu. 6. sect. 1. n. 16. part. 3.*

An, & quando Regibus, & Principibus dandus sit tutor, vel curator, quis esse debeat, & alia ad rem, Antun. Portug. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 24. n. 66. & seqq.* Vela *Dissert. jur. contr. 1. n. 9. & 56.*

Imò tutela Regum, & Principum durat usque ad vigesimum annum, & illis invitis datur curator secundum Oldrad. *con. 51.* Caldas *loc. supr. cit.* Gutieraz. *de tut. part. 1. cap. 18.* vide Montan. *de tut. cap. 37. nu. 68. & seqq.* Intrigliol. *de Feud. cent. 1. quæst. 45. nu. 108. &c.* Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit. 33. n. 5. fol. 1046. cum aliis per eos citatis*, qui verius esse videntur concludere posse Reges, & Principes completo anno 14 gerere negotia Status cum consilio, & directione Consiliariorum Regis, & si Regina, sit de mariti consilio, vide Card. Tusch. *litt. R. conclus. 334. & litt. T. conclus. 446.* Sanfelic. *dec. 367. cum Addit. per tot.* ubi quòd in Regno Neapolitano licèt Balliatus feudatariorum finiretur olim decimoquarto anno completo, tamen hodie per novam Pragmaticam 2. de minoribus, fuit extensum tam in masculo, quàm in fœmina ad annum decimum octavum, quo tempore solùm expirat; prædictis adde Petr. de Onnata *de contract. tom. 2. tract. 17. disput. 48. sect. 8. n. 166. & seqq. fol. 737.* Idem Altimar. *de Nullit. d. quæst. n. 17.*

Tutela finitur adveniente pubertate, hoc est completo anno 14. in masculis, & 12. in fœminis, item arrogatione impuberis, item deportatione, capitis diminutione, servitute, morte, exilio perpetuo, remotione propter suspecti crimen, ex autem furore, vel captivitate, transitu matris ad secunda vota, advenienti conditione, sub qua quis fuit tutor datus, & aliis modis, de quibus plenè Montan. *de tut. cap. 37. per tot.* ubi etiam *n. 23. etc.* reddit rationem cur prius pubescat fœmina, quàm masculus, cum aliis pluribus relatis per Balthas. Thomas. *de tut. et curat. tit. 33. per tot. fol. mihi 1045.* Oinot. *Inst. quibus modis tut. finit. per tot. fol. 66. DD. in tit. C. quando tut. vel curat. esse de sin.* Tosch. *litt. T. conclus. 416.* Paul. Christin. *dec. 270. vol. 3. et ad l. Municip. tit. 19. art. 27. etc.* facit Sanfelic. *dec. 367. cum Addit.* Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 27. disput. 51. sect. 1. et seqq. fol. 776. et seqq.* ubi plura de finiendæ tutelæ modis, ac de rationibus reddendis finita tutela *supra nu. 20.* vide Altimar. *de nullit. d. quæst. 6. sect. 1. n. 3. et n. 13. tom. 3.* Jovi. *de solemnit. gloss. 11. §. 1.* 68

Multa de tutoribus in genere, & in specie notat Bertach. *Repert. verb. Tutela, et Tutor* ubi de eorum officio, qualiter sint loco patris, quotuplices sint, an possint emere bona pupillorum, à quibus sint petendi, à quibus, qualiter, & quibus dandi, qui possint esse tutores, qui excusentur, quando sit locus dativis tutoribus, qui dicantur legitimi tutores, qui anomali, qui falsi, qui suspecti, si plures sint quomodo administrent, qualiter agant, defendant, & accusent, de quibus teneantur, quomodo contrahant, administrent, 69

adeant,

adeant, vel repudient hæreditates, an possint substituere tutorem, vel actorem, an succedere pupillis, quomodo caveant, inventarium conficiant, auctoritatem suam interponant, rationem reddant, quomodo tutela finiatur, & hujusmodi, de quibus etiam aliqua Joseph. Feliv. *in Margar. var. conclus. verb. Tutela*, plura Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 2. *et a verb. Tutor*, Cancer. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *per tot.* Donell. *lib.* 3. *Comm. per tot.* Vigel. *lib.* 3. *jur. civil. per tot.* Cavalcan. Conversan. Damhandet. Montan. Galganet. Gualter. Guttierez. Balthasar. Thomsius, Ansmin. Tepat. *var. sent: tit.* 465. *cum pluribus seqq.* aliique multi, qui tractatus particulares de tutelis ediderunt diligenter recollecti à Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Tutor fol.* 761. *et seqq.* ubi etiam de tutelis electoralibus, & hujusmodi, Castejon. *Alphab. jurid. verb. Tutela*, *Tutor*, ubi tangit omnes prædictas, & plures alias quæstiones de tutelis, & tutoribus indicando Auctores illas tractantes, vide etiam Card. De Luc. *in Indic. gener. verb. Tutor*, Altimar. *de nullit. contract. præcipuè q.* 6. *sect.* 1. *per tot. tom.* 3. & alibi Rocc. Bertachin. Castald. Balduc. Mantiss. ad eumd. De Luc. Emerix Caprar. Constantin. Mans. Palm. Piton. Crescin. & alii moderni.

70 Tutores, qui non administrarunt qualiter habeant beneficium ordinis, ut scilicet prius excutiantur alii, qui administrarunt, & qui non sunt veri tutores, sed tantum de facto administrarunt, tenentur reddere rationem tantùm de exactis, & de eis, quæ ad ejus manus pervenerunt, Castald. *Consult.* 251. *per tot. lib.* 2. Verùm quia hoc modo essent melioris conditionis [quoad ultimum casum] qui contemptis solemnitatibus de facto administrant vide decisiones per eum allegatas, in quibus terminis loquuntur, nempè quando ratione officii administrare non tenebantur, aliàs autem tenentur etiam de neglectis, ut dixi in hoc. §. *n.* 12. *et seqq. per tot.*

71 Tutor in libro tutelari debet describere distinctim quidquid in singulos annos, menses, & dies perceptum fuerit, quid impensum, qua de causa, cui datum, & a quo fundo fructus recollecti Castald. *consul:.* 207. *n.* 22. *vol.* 2. *fol.* 236.

72 Tutela filiorum amittitur a matre licet contrahat secundas nuptias nullas Gratian. *discept.* 36. *n.* 60. Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 15. *a.* 5. *tom. pr.*

73 Tutor cessionem actionis contra pupillum suscipiens licèt non valeat cessio punitur Rot. *decis.* 51. post Olea. *de Cess. Jur.* Altimar. *loc. cit. n.* 8.

74 Tutores, & curatores an possint prorogare alienam jurisdictionem Berlich. *lib. pr. conclus.* 5. *nu.* 3. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 11. *sub n.* 34. *vol. pr.*

75 Tutores dati in casu absentiæ an censeantur dati in casu mortis, & e contra. Vivi. *decis.* 2. *num.* 5. Surd. *decis.* 207. *n.* 13. Altimar. *loc. cit. rubr.* 10. *quæst.* 9. *n.* 5. *vol.* 2.

76 Tutor an possit dari à patre ventri prægnanti Montan. *de Tutel. cap.* 8. *n.* 29. Altimar. *de Nullit. rubr.* 11. *quæst.* 37. *n.* 6. *vol.* 2.

77 Tutor præsumitur fraudolentus ex omissione inventarii, vel saltèm simplicis descriptionis; Et præsumitur satisfactus de suo credito, ubi non confecit inventarium, vel saltem simplicem descriptionem, quæ præsumptio est juris, & de jure Cancer. *var. resol. libr pr. cap.* 7. *de Tutor. n.* 112. Balduc. *tit.* 4. *de Dot. decis.* 12. *a n.* 25.

78 Tutrix, & Administratrix differens sibi satisfacere de suis creditis, dum potuit, fructus dotales exigere nequit, & aliàs exactos imputat in sortem, non obstante statuto dotis usuras, & alimenta attribuente Gratian. *cap* 129. *a n.* 27. Urceol. *consult.* 29. *a n.* 25. Balduc. *tit.* 4. *de Dot. decis.* 27. *a n.* 35.

79 Tutrix rationem non reddens nequit petere alimenta dotalia Balduc. *dict. decis.* 27. *n.* 35. 43. & 50.

80 Res empta a matre tutrice cum propriis pecuniis pro filiis, acquiritur pupillis, etiamsi mater reportaverit cessionem jurium ad sui ipsius favorem. Et eisdem debentur etiam fructus ex eadem re percepti, matri verò sunt bonificandæ pecuniæ in ratione tutelæ Emerix jun. *decis.* 734. *per tot.*

81 Tutor tenetur judicio tutelæ reddere rationem non solum pecuniæ malè impensæ sed etiam reficere omnia damna & interesse: Et sic tutor emendo prædium pro pupillo rigoroso pretio, in quo prædio pupillus habebat spem succedendi ex fideicommisso, non potest excusari a culpa, & tenetur reficere damnum, quod evitare poterat emendo aliud prædium liberum Emerix jun. *decis.* 636. *per tot.*, Sed deinde fuit recessum ab hac decisione, quia tutor non tenetur nisi de dolo, & lata culpa, quæ considerari non possunt in actu per eum gesto palàm, & publicè cum decreto Judicis, & interventu proximiorum pupilli, aliisque solemnitatibus statutariis. Idem Emerix jun. *decis.* 662. & *decis.* 678.

Tutor alienans prædium Pupilli non ex causa necessaria, sed voluntaria tenetur ad restitutionem pretii, & ad fructus, quos ex prædio alienato percepisset Pupillus, etiamsi adesset Judicis decretum ex falsis causis surreptitiè obtentum; Et quæ dicantur causæ necessariæ, & quæ voluntariæ Caprar. *decis.* 204. *per tot. tom. pr.* 82

Tutor exequutivè compelli potest, finita tutela, seu cura ad restituendum bona mobilia, & stabilia in inventario descripta, nulla facta prius discussione rationum Caprar. *decis.* 342. *n. pr. part. pr.*, Non potest tamen post lapsum 40. annorum exequutivè conveniri pro eisdem restituendis; Sed via ordinaria, dispunctis partitis introitus, & exitus procedendum est Caprar. *ibidem n* 3. 83

Expensæ factæ per Tutorem si sunt verisimiles admitti debent Gutier. *de Tutel. part.* 3. *cap. pr. n.* 157. Gregor. *decis.* 475. *n.* 4. Caprar. *decis.* 375. *n.* 12. 84

Expensæ litis, ut Tutori reficiantur, sufficit pro illarum justificatione, quod sint verisimiles & juxta Judicis arbitrium Rot. *decis.* 117. *n.* 2. & 3. *part.* 13. *decis.* 221. *n.* 6. & 7. *part.* 17. *recent.* Caprar. *decis.* 748. *n* 7. *part.* 2.

Tutor tenetur reddere rationem de pecuniis perventis ad manus Procuratoris ab eo constituti Parrel. *decis. caus. civil. exped.* 33. *nu.* 10. Caprar. *decis.* 622. *n.* 4. *part.* 2. 85

Tutor tenetur reddere rationem de pecuniis ad eum perventis, de debitoribus, ac de deposito per ipsum facto Gutier. *de Tutel. part.* 3. *cap. pr. a nu.* 96. Eleobar. *de Ratioc. cap.* 13. Rot. *recent. part.* 13. *decis.* 366. *n.* 1. Caprar. *decis.* 606. *n.* 13. *part.* 2. 86

Tutrix constituere non valet procuratorem sine Decreto Judicis: Et processus cum tali Procuratore confectus est nullus Caprar. *decis.* 689. *num.* 6. & 7. *tom.* 2. 87

Quæ requirantur, ut mater dicatur legitima tutrix filiorum Capyc. *decis.* 50. Ganaver. *cons.* 6. *art. pr. n.* 9. Cavalcan. *de Tutor. n.* 23. *et* 24. Gutier. *de Tutel. part.* 3. *cap.* 8. *a n.* 24. Caprar. *decis.* 689. *n.* 2. *part.* 2. 88

Mater Tutrix possidere dicitur pro filiis, & ad illos refertur possessio ad quoscumque effectus Otthob. *decis.* 59. Peuting. *decis.* 353. *utrobique n. pr.* Caprar. *decis.* 4. *n.* 3. *part.* 1. 89

Mater Tutrix præsumitur rationem reddidisse, si filius factus major, adeundo hæreditatem paternam, in inventario descripserit omnia stabilia, & mobilia, & matrem creditricem ejus dotis, nulla facta sibi reservatione jurium pro redditione rationis Caprar. *decis.* 122. *n.* 9 *tom. pr.* 90

Tutor tenetur reddere rationem pupilli, & investigare veritatem ejus obitus, & a quo morbo, aliàs oritur contra eum magna suspicio *Instit. tit. de Tut.* Calderon. *resol.* 98. *n.* 180. *pag.* 997. 91

Tutor de necessitate non tenetur conficere & conservare libros Calderon *resol.* 96. *nu.* 18. & 50. Contrarium *ibidem n.* 58. & 83. Adeout amissio, & laceratio non probetur juramento tutoris *ibidem n.* 59. & 84. Et tutoris etiam hæredes non liberantur juramento ab exhibitione, sed debent concludenter probare amissionem, & quod dolo non desierint habere *ibidem n.* 86. Et debent custodire libros exhibitos coram Judice *a quo* usque ad totalem terminationem litis coram Judice *ad quem loc. cit. num.* 88. An tutor, & ejus hæredes teneantur conservare illos, & exhibere post redditam rationem, & reportatam quietantiam, & solidationem computorum *ubi supra n.* 58., vel post pactum in quietantia expressum cassationis 92

Digitized by Google

fationis scripturarum Idem Calderon. *resol.* 95. *n.* 59.

93 Tutoris probitas, nobilitas, & conjunctio suadet ut in redditione rationis non sit rigidè, sed de bono, & æquo procedendum, & legalitas, & probitas arguitur ex confidentia testatoris, & ex ea quævis suspicio eliditur Calderon. *resol.* 95. *n.* 46.

94 Tutori ad inventarium conficiendum non est præfixum tempus a Lege, sed est Judici arbitrarium; Contra Tutorem non conficientem inventarium nulla actio competit, quàm eum accusandi uti suspectum, & a dolo ob non confectum inventarium excusatur ex sola impedimenti possibilitate Calderon. *resol.* 95. *a n.* 30.

95 Tutor non tenetur erogare in emptionem superexistentes reddituus pupilli, quoties sunt modici, cum pro necessitatibus pupilli possint inservire Gratian. *cap.* 931. *n.* 6. Escobar. *de Ratioc. cap.* 14. *n.* 8. 9. & 17. Rocc. Episc. *cap.* 143. *n.* 38. *libr.* 2.

96 Tutoris scientia sufficit ad præscribendum contra minorem Natt. *cons.* 492. *n.* 6. Rocc. Episc. *cap.* 140. *n.* 20. *libr.* 2.

97 Tutor datus a testatore in casu secundarum nuptiarum uxoris, non intelligitur datus in casu mortis ejusdem Episc. Rocc. *cap.* 25. *n.* 23. *libr. pr.* Et tutor datus filiis non intelligitur datus nepotibus Rocc. *loc. cit. cap.* 27. *n. pr.*

98 Tutor non datur existenti sub potestate patris, vel avi Card. De Luc. *de Feud. disc.* 116. *n.* 13.

99 Tutor benè agit, gerendo negotia pupilli, uti propria Buratt. *decis.* 239. *n.* 5. De Luc. *de Alien. disc.* 59. *n.* 7. *disc.* 27. *n.* 10. *de Tutor. disc.* 6. *num.* 37. *Miscell. disc.* 36. *n.* 14.

100 Tutela an sit decernenda potiùs patruo, quàm matri latè Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 21. *num.* 5. *cum seqq.*

101 Tutela matri binubæ, & vitrico ejus viro aliquando defertur Marin. *resol.* 95. *lib. pr.* De Luc. *de Tutor. disc.* 21. *sub n.* 5.

102 Tutela, seu Baliatus feudatarii exerceri non potest in Regno per Forensem absque dispensatione De Luc. *de Feud. disc.* 18. *n.* 6.

103 Mulieres sunt regulariter inhabiles ad tutelam exercendam De Luc. *de Tutor. disc.* 21. *n.* 7., Et habitatio matris, & aviæ quando, & quomodo fuerit introducta *dict. disc.* 21. *sub n.* 7. & 8. *de success. disc.* 29. *nu.* 14., Et quare ipsis non expediat suscipere *dict. disc.* 21. *n.* 10.

104 Pater an teneatur de tutela exercita per ejus filium Barbos. *in l. si eum dotem §. transgredimur a n.* 14. *ff. solut. matrim.* De Luc. *de Tutor. disc.* 86. *n.* 11.

105 Tutor in exclusionem Fisci succedit pupillo De Luc. *de Regal. disc.* 149. *sub n.* 8.

106 Bona Tutoris sunt tacitè hypotheeata pupillo pro administratione, bona tamen propria hæredis Tutoris non veniunt sub dicta hypotheca Cancer. *var. lib. pr. cap.* 2. *n.* 110. De Luc. *de Dot. disc.* 162. *n.* 21.

107 Tutor solvens indebitum, malè solvit Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 7. *n.* 9. *cum seqq.*, ubi tamen hoc declaratur.

108 Tutor pendente tutela an ad instantiam contutoris cogi valeat ad reddendas rationes Magon. *decis. Flor.* 74. *n.* 3. Munoz. *de Ratioc. cap.* 6. *n n.* 70. De Luc. *de Tutor. disc.* 4. *a n.* 15. *cum seqq.*

109 Tutor pupilli habentis bona in diversis territoriis a quonam Judice debeat deputari De Luc. *de Tutor. disc.* 3. *n.* 14. Et an Tutor adimplere teneatur in quolibet, vel sufficiat adimplevisse in loco deputationis Idem De Luc. *de Regal. disc.* 52. *n.* 7.

110 Tutor habens facultatem a Testatore alienandi bona pupilli an indigeat solemnitatibus; & de differentia inter facultatem genericam, & particularem Rot. *decis.* 31. *n.* 5. post Merlin. *de Pignor.* & *in rec. decis.* 355. *a n.* 35. *part.* 12. De Luc. *de Alienat. disc.* 35. *n.* 4. & 5.

111 Legatum factum Tutori an ei censeatur factum intuitu officii, vel personæ Capye. Latr. *consult.* 106. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 39. *n n.* 3.

112 Tutor an teneatur ad alimenta, & sumptus litis popillo facto adulto pendente redditione rationis Ursil. ad Afflict. *decis.* 10. *n.* 7. Buratt. *decis.* 485. *sub n. pr.* De Luc. *de Judic. disc.* 14. *n.* 21.

Tutor pro majore infante non adit hæreditatem, sed benè petit bonorum possessionem Brunnemann. *in l. pr.* 3. & 7. *C. qui admitt. ad bon. poss.* Abecclef. & Crescin. *obser.* 155. *n.* 7. *part. pr.* 113

Tutor non potest repudiare bonorum possessionem pupillo delatam sine illius interventu; Et si vellet illam repudiare, deberet id facere interveniente Decreto Judicis, vel interveniente consilio cognatorum pupilli Brunneman. Abecclef & Crescin. *loc. cit.* 114

Tutor solus potest citari, non citato pupillo Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *n.* 606. *tom.* 8. Zarat. *dec.* 29. *num.* 5. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 155. *n.* 1. *par.* 1. Et sic sufficit tutricem citasse, ut dicatur legitimè actum contra minores Caprar. *dec.* 116. *n.* 5. *part.* 1. 115

Tutor datus per testatorem pupillo, si non removit Institorem sibi debet imputare Genu. *de privat. script. lib.* 4. *cap.* 11. *tit de libr. rat. Instit num.* 27. Rocc. *de Mand. seu Complement. not.* 63. Ansald. *dec.* 43. *n.* 14. 116

Tutor legitimus, seu Attilianus dari potest eum elapso biennio a morte testatoris non constat matrem pupilli in testamento datam acceptasse tutelam Castald. *consult.* 184. *n.* 6. *vol.* 2. *fol.* 104. 117

Tutor non potest dare in dotem res æstimatas sine consensu minoris, & solemnitatibus Pen. *dec.* 903. *n.* 3. Zarat. *dec.* 42. *n.* 14. *dec.* 75. *n.* 32. Emeeix jun. *dec.* 199. *n.* 6. 118

Ad Tutorem administrantem hæreditatem pupilli spectat Juspatronatus eidem hæreditati annexum Piton. *de Jurep. alleg.* 38. *n.* 1. 2. & 14. *tom. pr.* 119

Tutoris præsentatio non attenditur, quando popillus major septennio alium præsentavit De Luc. *de Jurepatr. disc.* 62. *n.* 11. *Conflict. obs.* 6.

Ex duobus præsentatis a Pupillo & Tutore præfertur præsentatus a Tutore, si est magis idoneus Piton. *de Jurepatr. alleg.* 38. *n.* 4. *tom.* 1.

Tutoris mora vel culpa in præsentando præjudicat pupillo De Luc. *de Jurepat. disc.* 64. *n.* 9. 120

Tutor potest præstare consensum resignationi Beneficiorum Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 38. *nu.* 15. *tom.* 1. 121

In Cappellania manuali an Cappellanos deputatus per Patronum antecessorem possit removeri per Tutorem Patroni successoris, & pupilli, latè Episc. Piton. *dict. alleg.* 38. *per tot. tom.* 1. 122

Procuratoe, & Tutor possunt variare in præsentando Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 2. *part.* 2. *quæst.* 7. *art.* 17. *n.* 1. Piton. *cod. tract. alleg.* 38. *n.* 23. 123

Tutor potest consentire provisioni Apostolicæ cum clausula accedente consensu Patronorum Idem Piton. *loc. cit. n.* 15. 124

Tutor potest ea omnia facere, quæ pupillus facere posset exceptis actibus eidem pupillo præjudicialibus Pacion. *de Locat. cap.* 7. *num.* 52. Mandel. *cons.* 205. *n.* 38. Cavaler. *dec.* 18. *a n. pr.* Piton. *dict. alleg.* 38. *n.* 6. 125

Tutor potest omnia facere, exceptis sibi specialiter a Jure prohibitis Mier. *de major. part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 7. Palm. oep. *alleg.* 249. *n.* 37. Piton. *ubi supra num.* 8.

Quomodo intelligantur actus voluntatis, qui prohibentur Tutori Gallerat. *de Renunc. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 21. *in fin.* Piton. *loc. cit. n.* 11. *in fin.*

Actus inutilis, qui prohibetur consistit in ea inutilitate, quæ reductivè vergit in damnum pupilli Piton. *loc. cit. nu.* 9.

Tutor an possit ea facere, quæ sunt arbitrio pupilli reservata ad text. in *l. si puellæ ff. de sponsal.* Piton. *loc. cit. n.* 13. 126

Tutor potest ex mera sua voluntate removere, & deputare quoscumque Ministros Altograd. *cons* 57. *n.* 11. *libr.* 2. Cyriac. *contr.* 303. *n.* 22. Piton. *loc. cit. n.* 11. *et* ea. 127

Tutor personam pupilli repræsentat, & in omnibus habetur loco Domini Post. *decis. Bon.* 30. *num.* 40. Rot. *rec. part.* 14. *decis.* 473. *nu.* 2. Piton. *loc. cit. nu.* 7. & 17. 128

Tutor æquiparatur Procuratori Beiotend. *decis.* 80. *n.* 2. Piton. *supra n.* 13. 129

Tutor potest offerre pupillum religioni, sicut parentes 130

sentes Fagnan. *in cap. si quis nu. 7. de Regul.*, Et ex pluribus tutoribus sufficit oblatio unius, alto non contradicente *ibid. n. 8.*

231 Tutor testamentarius, vel dativus ordinari non debet ante depositam tutelam, & redditas rationes; secus si tutor sit legitimus Fagnan. *in cap. omnes nu. 6. de oblig. ad ratioc.*

232 Tutor factus inntilis propter adversam valetudinem non removetur; sed datur illi coadiutor Fagnan. *in cap. cæterum n. 73. de rescript.*, Tutor verò si sit captus ab hostibus, desinit esse Tutor, sed reversus recipit tutelam jure postliminii Fagnan. *in cap. per tuas n. 42. de simon.*

233 Tutor an valide detur in codicillis, & in quacumque ultima voluntate Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu. 6. sect. pr. n. 76. tom. 3*, Et an etiam in dispositione inter vivos *ibidem n. 77.*

234 Tutor testamentarius num legitimo, & dativo, & an etiam matri præferatur Altimar. *loc. cit. n 49.* Et quisnam post eum succedat *ibidem n. 50.*

235 Tutor quæ facere possit, & quæ non possit Altimar. *loc. cit. n.* 208. Tutor quæ facere teneatur *ibidem n.* 221. *& seqq.*

236 Tutor an valide donationem pro pupillo acceptet Actol. *resol.* 24. *n.* 14. *&* 30. Cyroec. *discept.* 46. *n.* 75. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. sect. 1. n. 88. tom. 3.*

237 Fidejussor Tutoris conveniri non potest, licet insolidum cum Tutore reperiatur obligatus nisi prius directe excussus fuerit Tutor, & cum ipso firmato debito reliquatus tutelæ Mantiss. ad De Luc. *lib. 7. dec. 37. n. 5. vol. 3.*, Sed hæc conclusio vera est, si fidejussor se obligaverit pro reliquatu, secùs si generaliter omnibus Tutoris obligationibus accesserit *ibidem n. 6. & 7*

238 Tutor contrahendo cum debitoribus non solvendis, tenetur ad damna Mantiss. ad De Luc. *lib. 7. dec. 38. n. pr. vol. 3.* Etiamsi Testator mandaverit cum dictis debitoribus contrahi, quia Tutor tenebatur exigere cautionem *ibidem n. 2.*

239 Tutor negligens comparere in judicio concursus non præjudicat pupillo Mantiss. ad eumd. De Luc. *lib. 5. dec. 40. n. 7. vol. pr.*

240 Tutor tenetur servare Testatoris præceptum Mantiss. *loc. cit. lib. 7. dec. 41. nu. pr. & dec. 42. pariter num. pr.*

241 Tutor creditor pupilli ad evitandas usuras tenetur bona pupilli vendere, & sibi satisfacere, & si prædicta non egerit, nullæ debentur usuræ Caren. *resol.* 114. *n n.* 3. Gobb. *consult.* 88. *nu.* 55. Mantiss. *loc. cit. lib. 7. decis. 41. n. 2. et 3. vol. 3.*

242 Tutores omnes tenentur in solidum usque ad finem officii, ad differentiam illorum, qui alienum negotium sponte gerunt Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. a n. 12.* Mantiss. *loc. cit. n. 6. & 7.*

243 Actio tutelæ præscribitur spatio triginta annorum, nec subindè potest Tutor, vel ejus hæres vexari Mantiss. *ibid. dec. 43. n. 2.* Tutor tamen petens electionem periti pro redditione rationis censetur renunciasse præscriptioni Mantiss. *loc. cit. libr. 6. dec. 36. n 9. vol. 3.* Et in actione tutelæ habet etiam locum præscriptio Statutaria Mantiss. *ubi supra lib. 7. dec. 43. n. 7. vol. pr.*

244 Minister a Tutore deputatus tenetur Tutori rationem reddere, Tutor verò pupillo Escobar. *loc. cit. part. pr. cap. 39. n. 16.* Cavaler. *dec. 473. n. 10.* Merl. *dec. 391. n. 1. & 2.* Mantiss. *d. dec. 43. n. 3.*

245 Tutor ex quibus possit excusari, ex quo ab aliis permisit possideri bona pupilli Mantiss. *d. lib. 7. dec. 45. vol. pr.*

246 Tutor adeundo hæreditatem pro pupillo absque solemnitatibus, & absque inventario illi non præjudicat, & aditio est nulla Merlin. *dec. 873. n. 4. & 6. dec. 888. n. 3. & 6.* Cels. *dec. 129. num. 4.* Mantiss. *ibid. libr. 9. dec. 19. n. 9. vol. pr.*

247 Tutor præsumitur quod fecerit librum tutelarem. Itaque præsumitur devenisse ad manus hæredum ipsius tutoris una cum hæreditate, maximè si isti in inventario descripserint scripturas, sub quarum nomine continetur etiam liber tutelaris Mantiss. *loc. supra cit. lib. 9. dec. 45. n. 5. cum seqq. vol. pr.*

Finis Libri Decimi Octavi.

MARCI

MARCI ANTONII
SABELLI J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER DECIMUS NONUS.

De littera V.

§. VAGABUNDUS. I.

1 Vagabundus dicitur ille, qui per mundum vagatur, nec habet certam habitationem, licet in aliquo loco habeat domicilium, vel originem, & potest ubique conveniri, ac puniri, quia de hujusmodi personis dici solet, ubi te invenero, ibi te judicabo, Clar. §. *fin. quæst.* 39. *vers. cæterum si*, Joseph Ludovic. *dec. Luc.* 16. *n.* 19. Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 10. Farinac. *quæst.* 7. *n.* 13. *et seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 193. *& seqq. fol.* 97. ubi quid de bannito, an inter vagabundos reputetur, & videtur affirmandum quando non elegit domicilium, vel habitationem, in aliquo certo loco, vide *in §. Bannitus num.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 6. *art.* 11. *&* 12. ubi qualiter possit vagabundus ubique puniri, Mysinger. *obser.* 75. *cent.* 2. Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 221. *num.* 4. Peguer. *decis.* 3. ubi plura de vagabundis, illorum odio, & pœnis, Gutierez *in in Prax. qu.* 142. *per tot. cum tribus seqq.* ubi etiam an bannitus dicatur vagabundus, an, & quando vagabundus sit remittendus, vel non ad locum delicti, ubi, & quomodo citandus, &c. Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vagabundus*, ubi pauca remissivè, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 67. *per tot. & lib.* 5. *Rub.* 41. ubi de Circulatoribus, & Ciarlatanis expellendis ob fraudes, quas committunt in extorquendis pecuniis à civibus, & quia sunt personæ infames. Addo Carpzou. *in prax. crim. quæst.* 54. *n.* 58. Pigant. *ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *rub.* 2. *n.* 15. Fagnan. *in cap. licet n.* 27. *de for. compet.* Rube. *de Confus. Jur. cap.* 12. *n.* 48. Altimar. *de nullit. rub.* 12. *quæst.* 15. *n.* 11. *& seqq. & qu.* 53. *n.* 85. *tom.* 2. Spad. *cons.* 144. *n.* 14. *vol.* 2.

2 Vagabundus potest citari cum affixione cadulæ ad valvas curiæ sicuti forenses, Farinac. *quæst.* 11. ubi Vulpin. *in fuco num.* 12. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 31. *n.* 66. Paul. Christin. *dec. Belg.* 89. *num.* 8. *vol.* 2. Gutierez *in Prax. qu.* 144. ubi quòd si est quæstio super re immobili, debet fieri citatio ad ipsum locum, legendo ibi, vel affigendo citationem, si verò est contentio de pecunia, vel alio debito, debet fieri citatio in loco, vel hospitio, ubi plus conversari consueverit, vel per edictum per text. *in leg.* 2. *C. ubi de crimin. ag. oport.* Vide Altim. *loc. cit.*, ubi plura circa hunc materiam.

Quòd vagabundus delinquens sit remittendus ad judicem loci, in cujus territorio deliquit, & tamquam suspectus possit semper arbitrio judicis aliqua pœna puniri, videtur concludere Menoch *de arbitr. cas.* 521. *per tot.* vide Ricc. *in Praxi var. resol. cap.* 84. Covar. *pract. quæst. cap.* 11. *num.* 7. Cartar. *de execut. sent. capt. bannit. cap. pr. num.* 247. *&c.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 2. §. 2. *cap.* 12. *&* 13 *per tot.* Farinac. *de inquisit. quæst.* 7. *n.* 13. *&c.* Fachin. *contr. lib.* 9. *cap.* 24. Paul. Christin. *decis.* 194. *n.* 19. *vol.* 4. Peguer. *dec.* 3. Novar. *in Pragm. Regn.* ubi *Collect.* 221. quòd possunt exulari, & in triremibus ad tempus poni, prout vigore Pragmaticæ in Regno Neapolitano per quinquennium ad remigandum puniuntur. Vide Altimar. *dict. quæst.* 15. *n.* 27. *&* 18.

3 Vagabundi, Birbones, Zingari, Mendicantes ficti, vel fingentes se infirmos, ac debiles, similesque homines validi, sani, vitiosi in animo, & otiosi reprobantur, ac variis, & gravibus pœnis olim, sicut hodie, tam de jure communi, quàm vigore legum municipalium, & bannimentorum supponuntur, & de civitatibus, vel statibus relegãtur, ad latè tradita per Menoc. *de arbit. cas.* 532. *per tot.* Tusc. *lit. M. concl.* 192. Cabal. *resol. crim. cas.* 178. *per tot.* Scanarol. *loc. sup. cit.* Bonifac. *de furtis*, §. 2. *num.* 96. Mezent. Carbon. *in suo Gubernat. Politic. & Christ. lib.* 5. *cap.* 50. *litt. B*, Paul. Christin. *decis.* 78. *per tot. vol.* 5. Cospins *in suo Judice criminalist. part.* 3. *cap.* 45. *& seq.* ubi de illis, qui cum falsis patentibus, & fidibus mendicant, fingendo se quandoque Luteranos, Calvinistas, vel Hebræos ad fidem conversos, vel magnates, & nobiles fortuna depressos, vel medicos, & similes ad effectum extorquendi pecunias, vel alias res præcipuè à personis simplicibus, & idiotis, & *cap.* 47. de Zingaris, & aliis furibus, atque falsariis, & fraudatoribus, gravioribus pœnis afficiendis, quam simplices fures, ad tradita etiam per Cabal. *resol. crimin. cas.* 177. *per tot.* dicti in *Pract.* §. *Vagabundi per tot.* ubi plura de pœnis vigore legum, & bannimentorum Status Florentini contra hujusmodi personas staturis, Gutierez *in prax. quæst.* 147. *&* 148. ubi de pœnis hujusmodi vagabundorum, Gitanorum, & mendicantium, vigore legum Hispanarum, &c. Pichard. *Pract. Instit. par.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 520. *fol.* 106. Salzedo *Polit. de Reg. Princ. lib.* 2. *cap.* 4. *Differ.* 22. *per tot. fol.* 136. Parex. *de Edit. tit.* 2. *resol.* 9. *a n.* 68. Carleval. *de Judic. tit. pr. disp.* 2. *n.* 45. 746. 816.

Qualiter prædicti simulata paupertate recipientes eleemosynas teneantur ad restitutionem, & quibus facienda, latè Dian. *par.* 5. *tract.* 8. *resol.* 21. *&* 22. *& par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 109. *per tot.* plenè etiam Gabriel Vasquez *Opusc. moral. tract. de eleemos. cap.* 3. *dub. ult. per tot. fol.* 16. ubi benè declarat.

Nulla tamen pœna digni sunt, sed magna eleemosyna, & pietate illi, qui pro sua nobilitate clam, & occultè mendicant, vel etiam palam, licèt alias validi sint, & sani, atque ad laborandum apti, dummodò nullam fraudem, vel simulationem adhibeant, prout etiam personæ religiosæ, & alii mendicantes infirmi, cessantibus dictis fraudibus, & simulationibus, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 532. *num.* 24. *& seq. per tot.* Tiraquel. *de leg. connub. leg.* 2. *num.* 13. Rip. *de remed. præser. contr. pest. num.* 178. *& seqq.* Petr. Greg. *syntagm. jur. lib.* 39. *cap.* 6. *n.* 27.

An autem pauperes peregrini rectè quandogue excludantur, & repellantur a Civitatibus, Dian. *resol. moral. par.* 5. *tract.* 8. *resol.* 36. ubi quòd sic ob justas causas; de quibus ipse, & alii per eum citati Vasquez *d. tract. cap.* 3. *dub. pr. per tot. fol.* 14.

Quòd mendicantes ficti infirmi sint adeò legibus exosi, ut cuilibet volenti sit permissum investigare an illorum infirmitates sint veræ, vel simulatæ, & detecta malitia sint tamquam falsarii puniendi, Ripa *de peste par.* 5. *n.* 173. *&* 176. Paul. Zacch. *Quæst. Medic legal. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst. pr. nu.* 2. *& seqq.* ubi etiam de illis, qui se fingunt dæmoniacos, estaticos, sanctos, & similes, & in *quæst. seqq.* docet plures modos detegendi hujusmodi falsitates, & mendacia, Paul. Christin. *decis.* 78. *per tot vol.* 5. ubi plura alia notabilia de mendicantibus validis, & fi-

ctis

Digitized by Google

ctis pauperibus, de otio, & remediis, Peguer. *dec.* 4. *per tot.* Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 129. ubi quòd expedit potiùs negatis alimentis, istos delinquentes inertia, fame perire, quam delicto eorum favere, & alia contra hujusmodi poltronos, & birbones.

Qualiter arbitrariè puniendi sunt mendicantes validi, qui ut majorem ingerant hominibus misericordiam, seipsos debilitant, aut herbis, & medicamentis, vel suppositoriis faciunt tibias, vel alia membra apparere defectuosa, & hujusmodi, Ant. Perez *ad lib.* 11. *C. tit. de mendic. valid.* Antun. Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *numer.* 12. *& seqq.* ubi etiam qui sint miseratione digni, & alia ad rem.

4 Vagabundi, peregrini, & forenses an teneantur servare leges, & statuta locorum; in quibus repetiuntur, diversæ sunt opiniones, nam aliqui affirmant, alii negant, & alii distinguunt, ut per Dian. *part. pr. tract.* 10. *resol.* 15. *&* 16. Layman. *Theol. Moral. tract.* 4. *cap.* 12. Sanchez *de Matrim. tom pr. lib.* 3. *disput.* 18. *n.* 8. *&c.* Azor. *part. pr. lib.* 5. *cap.* 11. *quæst* 3. Covar. *variar. resol. lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 8. vide *in §. Forensis n. pr. &c.* vide Pigant. *ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 2. *n.* 15.

5 Vagabundi, sive peregrini, & forenses, vel alienigenæ possunt de jure testari, vel aliàs disponere de bonis suis in loco, in quo degunt, & si decedant testati, illorum voluntas est servanda, si intestati veniant proximiores sibi, & quæ secum habent Episcopo loci debent consignari, successoribus defuncti servanda, vel in pias causas eroganda, & ab hospitantibus eos removenda sub pœna tripli contra retinentes, juxta *Auth. omnes peregrini, C. commun. de success.* Paul. Christin. *decision.* 228. *per tot. volum.* 5. ubi tamen, quòd non servatur in Gallia, sed hujusmodi bona sunt reposita inter fructus Imperii, & spectant ad Regem, vel alium Principem, & Dominum territorii, in quo decedunt intestati; imò nec testari possunt in præjudicium, & fraudem domini; nisi ad favorem filiorum, & descendentium, quos secum haberent, ut latè ibidem declarat, quod jus Albinatus appellatur, idem Christin. *ad leg. Municip. tit. pr. art.* 51. *& seqq.* ubi de bonis peregrinorum, & quorum domicilius ignoratur qualiter ad fiscum pertineant.

Ubi autem debeant sepeliri, dixi in §. *Forensis n.* 6. *& §. Sepultura num.* 4.

6 Vagabundi non sunt idonei testes, nec in civilibus, nec in criminalibus, Bald. *in l. mulier* 2. *C. jur. dot.* Decian. *cons.* 83. *num.* 13. *vol.* 3. sequitur Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1396. ubi etiam quòd semel vagabundus, semper talis præsumitur, nisi contrarium probetur.

7 De vagabundis aliqua habentur per Bertachin. *Repertor. verb. Vagabundus*, Carleval. *de judic. tit. pr. disp.* 2. *num.* 45. 746. *&* 816. Bobadill. *lib.* 2. *Politic. cap.* 13. *num.* 33. *& seqq.* Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib. pr. cap.* 4. *num.* 120. *&c.* aliosque citatos à Castejon. *Alphab. Jurid. verb. Vagabundus*, & à Com. Aug. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 771.

8 Vagorum matrimoniis quis parochus assistere debeat, & ubi fieri denunciationes, Mendo *tract. de jur. Academ. lib.* 3. *num.* 375. ubi quòd quilibet Parochus, sed facta prius diligenti inquisitione, & cum licentia Ordinarii juxta Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 6. & vide *in §. Matrimonium num.* 26. Vide Nicoli. *Instit. Imper. tit. de nupt. nu.* 53. Card. De Luc. *in Annot. ad Sacr. Concil. Trid. disc.* 29. *nu. pr. &* 2. Vide infra *n.* 10.

9 Vagabundi non dicuntur, qui habent proprium domicilium, licèt ad modicum tempus aliò diversant *cap. is qui de sepult. in* 6. Menoch. *cons.* 398. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 25. *a nu. pr.* Spad. *cons.* 87. *n.* 11. *vol.* 3.

Ille non dicitur vagabundus, qui habet domicilium in aliquo loco, & in alio commoratur negociorum causa Bald. *in l pr. num.* 5. *C. ubi de crim. ag. oport.* Spad. *cons.* 144. *n.* 2. *vol.* 2.

10 Vagabundus potest in Urbe, in qua moratur matrimonium contrahere Henriquez *lib.* 11. *de Matrim. cap.* 3. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disput.* 25. *n.* 10. *vers. tertia conclusio* Spad. *cons.* 144. *n.* 15. *vol.* 2.

Vagabundus per Orbem præsumitur mortuus, quando intra quinquennii curriculum non pervenit nuncius de ejus vita, seu intra decennium, seu intra cursum viginti annorum Calderon. *resol.* 59. *nu.* 39. *& seqq.* 11

Qui cum aliquo habitare debet, an cum vagabundum teneatur sequi Menoch. *de arbitr. cas. pr. num.* 469., Alia de vagabundis vide apud Mascard. *de Probat.* Scanarol. *de Visit. carc.* Danz. *in Pugn. Doct.* Beyerlin. *in Theatr. Vit. human.* Passerin. *sap. Decr.* 12

§. VALOR. II.

VAlor rerum immobilium probatur ex illorum qualitate, & quantitate redditaum, & est regulariter quantum capiunt, vel ascendunt redditus viginti annorum simul computati, veluti si fundus reddat fructus centum in anno, justum pretium reputabitur duorum millium Jas. *in l. si fundum num.* 3. *ff. de leg. pr.* Natta *cons.* 391. *num.* 10. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 6. *n.* 19. Gratian. *discep. for. cap.* 545. *n.* 13. *&c. cap.* 752. *n.* 47. *cap.* 600. *n.* 3. *&c.* ubi tamen quòd ex locationibus non probatur verus valor rei, de quo vide *in §. Locatio n.* 5. & Ludovis. *dec.* 76. *n.* 5. *&* 6. Prædictam conclusionem sequitur Rot. *par.* 2. *divers. dec.* 126. *n. pr. &c.* Cavaler. *dec.* 358. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 57. *n.* 584. *fol.* 303. Rot. *par.* 2. *novis. dec.* 20. Altograd. *cons.* 102. *n.* 73. *lib.* 2. Ureeol. *Consult. forens. cap.* 3. *nu.* 5. *nu.* 56. *& seqq.* ubi quando non procedat, quomodo calculus fieri, & quid in eo computari debeat, Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 201. *nu. pr. &c.* ubi quòd fructus prædiorum rusticorum taxari solent ad rationem quinque pro centenario, vide *in §. Fructus num.* 10. Rot. *d. par.* 10. *decis.* 291. *nu.* 5. *&c.* Merlin. *dec.* 646. *n.* 11. *decis.* 702. *nu.* 56. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 389. *vers. Fructus*, *&c.* Rot. *par.* 18. *rec. tom. pr. decis.* 20. ubi quòd quando valor potest haberi ex depositionibus testium, & instrumentis locationum effectum sortitis, absurdum est desumere ex præsumptione juris valutantis fructus stabilium ad quinque pro centenario, quia habita reali probatione, illa prævalere debet opinioni. An autem, & quando ex locationibus probetur valor, vel non, & an ex subhastatione saltem præsumptivè, Rota *dict. part.* 18. *decis.* 664. *per tot. & par.* 19. *dec.* 41. ubi quòd quando sunt plures ultra duo, & uniformes probant valorem, vide Ansald. *dec. Rot. Roman dec.* 36. *n.* 11. & an ex transactione Ureeol. *de transact. quæst.* 94. *num.* 33., *& seqq.* Quod valor rei desumatur ex peræquatione 10. annorum De Luc. *de Regal. disc.* 30. *sub n* 7. *vers. clarius de Alien. disc.* 57. *n.* 9. *de Donat. disc.* 34. *n.* 15. *de Empt. disc.* 24. *n.* 27. Andreol. *contr.* 390. *n.* 20. Cyriac. *contr.* 54. *n.* 15. Altimar. *de Nullit rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 37. *num.* 532. *tom.* 6 Jovi. *de solem. gloss.* 22. *§.* 18. *num.* 101. Quod verò probetur ex locationibus Emerix jun. *decis.* 1330. *nu.* 9. *&* 10. Crescen. ad Pen. *decis.* 46. Caprar. *decis.* 758. *n.* 19. 1

In æstimandis autem ædificiis, & domibus ex solis redditibus, non cognoscitur pretium, & non calculatur valor ad dictam rationem quinque pro centenario, Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 553. *n.* 7. *&c.* vide Calvin. *de æquit. lib. pr. cap* 89. & dixi *in §. Pretium n.* 2. Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 769. ubi quòd Romæ admittitur dictus calculus in domibus parvis, non autem in palatiis insignibus, quæ minus reddunt. Vide Jovi. & Altimar. *locis supra adductis*. Ciroc. *disc.* 76. *a n.* 41.

Aliqui etiam tenent valorem fundi esse cujus fructus in quindecim annis æquivalent æstimationi, Bald. *in l. si quis argentum num.* 3. *& n.* 4. *C. de donat.* Joseph. Felin. *in Margar. var. concl. verb. Valor fol.* 116. *col.* 2. Vide Jovi. *loc. adduct.* Altimar. *ubi supra.*

Quid sit valor, & qualiter probetur latè Tusch. *litt. F. conclus.* 12. & plura quomodo probetur valor rei, tam mobilis, quàm immobilis ad diversos effectus, Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1396. Rot.

par. 28. recent. dec. 703. Vide Pacion. de Locat. cap. 79., & alibi. De Luc. in Indic. general. Altimar. dict. quæst. 37. a n. 60. & a n. 531., & alibi sæpè.

Quòd valor bonorum debeat probari per peritos, Gratian. discept. forens. cap. 600. num. 5. & c. per tot. Cavalet. decis. 338. n. pr. & c. Cabal. cons. 126. lib. pr. ubi etiam de dicta calculatione viginti annorum, quæ non semper attenditur, quia sæpè res est magni valoris, & modici redditus, & tunc aliunde valor percipitur ex testium, vel peritorum depositione asserentium tanti valere communiter, vel quòd tanti communiter emeretur, & venderetur, vel quod in regione communiter emitur, & venditur ad rationem tot pro tabula, tornatura, vel simili mensura, & tunc probatur valor, etiam nulla habita redditvum ratione, ad Corn. cons. 347. lib. pr. facit Rot. part. 17. recent. decis. 383. ubi plura qualiter valor bonorum probetur per testes vicinos, & practicos, si non de propria, sed de communi æstimatione deponant, & non conveniendo omnes in summa, attenditur minor, quia plus continet in se etiam quod est minus, & par. 18. tom. pr. dec. 20. per tot. & decis. 703. n. 5. & seqq. De Comit. dec. Sen. 50. nu. 35. De Luc. de Alienat. disc. 57. n. 9. de Judic. disc. 33. a n. 33. Andreol. contr. 390. n. 15. Noguerol. alleg. 18. num. 20. Altimar. ubi supra sub n. 533. vers. valor rei debet fol. 88. tom. 6. Caprar. decis. 73. n. 12. decis. 556. num. 3. decis. 590. n. 6. decis. 626. n. 7. Emerix jun. dec. 445. n. 2.

Qualiter valor bonorum probetur ex instrumentis venditionum, etiam contra tertium, saltem ad effectum transferendi onus probandi contrarium in partem adversam, & maximè in antiquis, in quibus admittuntur præsumptiones, & conjecturæ, Rot. part. 55. rec. dec. 231. per tot. Emerix jun. dec. 209. num. 2. Caprar. decis. 556. n. 4. & 5 part. 2. decis. 73. n. 53. part. pr. decis. 626. n. 6. part. 2.

Et si sint discordes periti quid servandum, vide in §. Peritus num. 6. Vide Altimar. sub dict. n. 533.

Quòd attendatur valor rei de tempore contractus, vel distractus ad cognoscendum an intercesserit læsio, vel non, Tusch. litt. V. conclus. 13. per tot. vide in §. Læsio num. Rot. par. 15. recent. decis. 197. ubi quòd in æstimandis rebus debet attendi tempus præsens, & non præteritum.

2 Valor rei diminuitur ex oneribus, & responsionibus, quibus reperitur gravata, Gratian. discept. for. cap. 723. nu. 17. & c. vide in §. Pactum num. & §. Pretium num. Rot. par 12. rec. dec. 128. n. 3. & seqq. per tot. Emerix jun. dec. 634. n. 6. dec. 1013. n. 5. dec. 1320. n. 9. Altimar. loc. supra cit. Jovi. de solemn. gloss. 21. §. 18. n. 144. Captar. decis. 161. n. pr. part. pr.

Quòd lites computentur in pretio rei, Rot. par. 2. divers. decis. 148. num. 5.

Et ideò articulus de valore nihil concludere dicitur, nisi deductis operibus, & testes de illo deponentes etiam non interrogati debent reddere causam sui dicti, Felin. in cap. cum causam de test. Practicabil. Rot. Roman. part. 5. divers. n. 129. & 130. Mascard. de probat. concl. 1369. n 12. Pae. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 27. n. 585. fol. 303.

Quòd valor rei augeatur, & diminuatur ex multis, & ex quibus Tusch. litt. V. concl. 15. Altimar. loc. adduct. dict. n. 533. Jovi. dict. glos. 21. §. 18. n. 144. Emerix loc. cit. & decis. 40. n. 5. decis. 343. n. 7. dec. 1290. n. 5. Caprar. loc. cit. & decis. 396. n. 4.

Quòd propter onus emphyteuticum minuatur in sexta parte, Alexand. cons. 79. n 6. lib. pr. Merlin. decis. 705. n. 4. Vide Ros. consult. 22. n. 11. Constantin. ad Statut. Urb. annot. 46. n. 117. & 269. Altimar. d. n. 533. vers. sic debet inspici fol. 87.

3 Valor fructuum probatur ex libris Massariorum, sive aliorum publicorum officialium, Cavaler. dec. 361. dec. 270 n. 3. Pac. Jordan. loc. supra cit. n. 590. vide in §. Fructus n 6. & c. Rot. part. 18. rec. dec. 703. n. 18. & seqq.

Qualiter possit judex arbitrium suum interponere super valore frumenti, & bladarum, quasi medium viam, vel medium tempus eligendo Merlin. dec. 441.

Quòd valor, & pretium rerum debeat probari secundum cursum platearum, & mercatuum pecunia numerata, non autem particularium, & privatorum, vel ad credentiam, nec sit dicendum, quod tali die tantum valebat, & vendebatur, sed quod ante, & pro tanto pretio communiter vendebatur, Bart. in l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid. Felin. in c. cum causam de test. Marant. part. 6. de test. numer. 81. Pae. Jordan. loc. supra cit. num. 583. Gratian. discept. forens. cap. 42. n. 31. Rot. in Ravennaten. bon. 12. Junii 1676. coram Albergato, post Urceol. de transact. dec. 58. n. 28. vide in §. Pretium, Rot. part. 17. rec. dec. 398. num. 23. De Luc. de Regal. disc. 125. n. 6. Crescin. ad Abeeclef. obser. 140. nu. 9. & 10. part. 1.

Qualiter probetur ex subhastatione, vel alio genere probationum, Merlin. dec. 705. Ricc. Collect. 916. & 1584. ubi docet plures alios modos probandi valorem, Rot. part. 17. rec. dec. 63. ubi quòd non datur magis æqua probatio valoris, quàm quæ ex subhastatione resultat, & decis. 73. nu. 21. d. part. 17. Vide Hodiern. contr. 40. n. 58. Schettin. de Jur. offer. in præfat. a n. 26. Altimar. sub dict. nu. 533. vers. valor rei non probatur pag. 91. Caprar. decis. 758. n. 15. & 16.

Valor rei ut dicatur probatus nõ sufficit testes deponere de tempore conventionis, sed dicere debent etiã de anteriori, & posteriori, per multos annos, quia non debet consistere in momento temporis, & de oneribus, ac servitutibus ipsum valorem minuentibus, & de conditione venditoris debitis involuti, Gratian. discept. for. cap. 461. per tot. cap. 510. in princ. cap. 581. nu. 20. cap. 789. per tot. vide in §. Testes n. 4

Multa de attendendo tempore anteriori, & posteriori, Rot. part. 2. divers. dec. 65. n. 5. & seqq. & dec. 78. vide in §. Pretium n. Rot. part. 17. rec. dec. 343. n. 8. ubi de probando valore per decennium continuum, scilicet per quinque annos ante, & quinque post contractum, & quod testes de illo deponentes debent esse saltem ætatis annorum triginta.

Quando, & qualiter valor probetur per testes, & quid si discordent, Tusch. litt. T. concl. 187. per tot. Rot. part. 10. dec. 313. n. 4. & seqq. ubi plura de probatione valoris, & part. 15. dec. 337. per tot. ubi de probatione valoris mercium deprædatarum, & part. 17. dec. 383. ubi plura de valore bonorum probando per testes in casu evictionis, & part. 18. tom. 1. dec. 20. per tot. Emerix jun. dec. 40. nu. 7. dec. 1336. nu. 5. Tondut. resol. benefic. 108. n. 17. Constantin. loc. cit. n. 59. Altimar. dict. quæst. 37. n. 60. & sub n. 533. vers. valor rei probatur fol. 89.

Valor ex cursu temporis variatur, nec admittitur præsumptio valoris præteriti cum præsenti, Gratian. disceptat. forens. cap 826. n. 57. & c. Ludovis. cum Beltramin. dec. 553. n 3. & seqq. Rot. part. 16. rec. dec. 125. n. 4. & seqq. per tot. ubi quòd præsumitur mutatus, & part. 17. dec. 343. n. 9. & 10. dec. 390. ubi plura de probatione valoris bonorum fideicommissi, in quibus dos excessiva fuerat constituta, vide Gratt. cons. 27. nu. 116. Rot. rec. part. 19. dec. 548. nu. 40. tom. 2. Mantiss. ad De Luc. lib. 9. dec. 43 n. 7. vol. 1. lib. 10. dec. 102. n. 10. & dec. 103. n. 27. vol. 2. Caprar. dec. 233. n. 11. part. 1. 5

Quòd valor modernus non probet valorem antiquum, cùm potuerit beneficio temporis augeri, Cavaler. dec. 160. n. 2. dec. 358. n. 4. ubi tamen quòd si intercesserit modicum tempus duorum, vel trium annorum, non præsumitur mutatio notabilis, Ricc. Collect. 3147. ubi etiam de decennio, nisi appareat de aliqua causa extrinseca, Ludovis. cum Beltram. d. dec. 553.

Ex cursu tamen decem annorum, vel ultrà præsumitur valor mutatus, Rot. part. 16. rec. dec. 125. n. 5. & seqq. & part. 17. dec. 343. Ansald. dec. 91. n. 14. & 15. ubi etiam hoc ampliat Caprar. dec. 330. n. 4. part. pr.

Valor an probetur ex libro æstimi, in quo sint descripta bona cum illorum pretio, die quod sic respectu Communitatis, & illius, sub cujus nomine sunt 6

descripta

Digitized by Google

descripta, secus autem quoad effectum respicientem commodum, vel incommodum privatorum, Genu. *de script. priv. lib. 5. tit. de lib. æstim. quæst. 4. per tot. fol.* 280. Rot. *part. 18. rec. dec. 703. nu. pr. & seqq.* ubi quòd probatur saltem præsumptivè, nisi doceatur de contrario. Vide Rocc. Episc. *cap.* 143. *n.* 29. *lib.* 2. Caprar. *dec.* 590. *n.* 8. *part.* 2.

7 Valor verus beneficii impetrandi debet exprimi, ut annata solvatur pro bulla, aliàs non valeret impetratio, nisi habeatur pro expresso, vel nisi fuerit concessum beneficium motu proprio, vel nisi aliter servetur de consuetudine prout in Francia, Rebuff. *prax. benef. part. pr. declarat novæ provis. vers. eorumque fructuum n. pr. et* 2. De quo tempore debeat probari valor beneficii, & alia, Ludovis. *dec.* 113. *cum Addit. et dec.* 490.

Plura de valore beneficii exprimendo ab impetrante, & quod narrari, & probari debet per non excessum, & sic negativè, putà quòd non excedat centum, non autem affirmativè per assensum, putà quòd ascendat ad centum, quia isto casu, cùm in majori summa insit minor, probatio non concluderet per necesse, nam quantumcumque excederet, verum esset ascendere ad illam summam. Seraphin. *dec.* 109. Beltram. ad Ludov. *dec.* 101. *n.* 6. *& decis.* 490. *n.* 10. Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 17. nu.* 386. *& seqq. fol.* 303. Tusch. *litt. V. concl.* 16. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 1669. ubi qualiter probetur attento valore per quinque annos ante, & post, vel per decem annos ante gratiam, Rot. *part. 10. rec. dec. 62. per tot. & dec.* 108. ubi an possit variari in expressione valoris, *& part. 11. dec. 59. nu. 5. &c. part. 12. dec. 71. dec. 201. & dec. 282. &* 288 Rot. *rec. part. 19. dec. 423. nu. 23. & seqq. tom.* 2. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr. 13. dec. 57 nu. 2. dec. 61. n. 2. dec. 70. n. 21. et dec. 72. nu. 3. vol.* 4. Caprar. *dec. 170. a n. 15. part. pr.* & alibi Emerin jun. *in Initio.* Card. De Luc. pariter *in Indic.* & infra *in novissim. addit. Crescin.*

Ex quibus, & qualiter probetur valor beneficii ad effectum pensionis, Ludovis. *dec.* 277. Rot. *part. 9. recent. dec. 129. n. 7. et seqq. per tot. et decis.* 343. *eod. part.* 9. ubi quòd debet esse de tempore decennii, vide *part. 10. d. dec. 62. per tot. et dec. 107. nu. 51. et seqq. eod. part. 10. et dec. 271. num. 11. etc.* ubi per testes de publica voce, & fama, *et part. 11. dec.* 331 ubi per testes ad perpetuam memoriam examinatos, *et part. 17. dec. 6. per tot.* ubi plura de valore beneficii probando à pensionario, & non à titulari, maximè in narrativa per assensum facta, & qualiter testes debeant esse informati saltem per quinque annos antè, & quinque post reservatam pensionem, alias pensio non sit reducibilis, sed annulletur in totum, & *dec.* 41. ubi alia plura ad rem, & dixi *in §. Pensio.* Rot. *d. part. 17. dec. 120. per tot. et dec. 245. in eadem causa*, ubi in petitorio, in quo non attenditur solutio pensionis, nisi fuerit continuata per annos triginta, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst.* 51. ubi qualiter probetur ex assertione, & confessione beneficiati in impetratione, Rot. *part. 18. rec. dec. 680. et 798. per tot. et part. 19. dec. 372. per tot.* ubi quando non à pensionario, sed à titulari sit probandus valor beneficii, & dixi *in §. Pensio n.* 5 Rot. *d. part. 19. dec.* 375. ubi quando à pensionario, alias in totum annulletur pensio, vide Jacob Emer. *decis.* 207. 230. 1085. 1246. Mantiss. ad De Luc. *lib. 13 decis. 72. n num. 13. vol.* 4. De Luc. *in Indic. gener.* & infra *in novissim. addit.* Crescin.

8 Valor monetæ in restitutione dotis debet attendi de tempore contractus, non autem restitutionis, Gabriel. *de solut. concl.* 1. Afflict. *dec.* 194. Benintend. *dec Bonon.* 39. Capel. Tholos. *dec.* 199. cum aliis per Ricc. *Collect.* 1722. Gratian. *discept. for. cap.* 560. Rot. *part. 15. rec. dec. 164. n.* 8. ubi quod mutatio in valore extrinseco cedit damno, & commodo creditoris, cui erat facienda solutio, vide in *§. Moneta n. 1. & §. Mutatio n. 1. &* 2. latè Peo. & Crescin. *dec.* 5.

An, & quando valor major, vel minor monetarum sit attendendus in contractibus, & legatis, stante diversitate valoris monetarum in pluribus locis, vide Doctores, & decisiones *in §. Legatum num.* 65.

Valor rei qualiter possit probari per peritos, qui 9
si plures sint, & diversum prætium assignent, reducuntur ad concordiam per coacervationem summarum, & illarum divisionem in tot partes quot sunt testes, vel periti, & illæ partes singulæ erunt justus rei valor juxta theoricam Salic. *in l. hac edictali §. his illud C. de secund. nupt.* Gratian. *dec. 32. n. 6. 12. & seqq.* Cort. *in memorabili verb. Æstimatores*, Menoch. *de adipisc. remed. 5. n.* 168. cum aliis per Rota *part. 17. rec. dec. 124. n. 7. &* 8. vide in *§. Periti num.* 6. vel attenditur minor summa, in qua omnes convenire dicuntur, quia plus in se continet quod est minus, Rot. *dict. part. 17. dec. 383. n. 4. et seqq.* Vide Altimar. *de nullit. d. num. 533. vers. periti discordantes fol. 89. tom.* 6. Jovi. *loc. cit. n.* 128. Rosis *obser.* 98. Caprar. *decis. 752. n. 5. part.* 2.

Valor rei furatæ extantis debet probari per expertos, vel peritos cum juramento saltem de credulitate, si verò sit consumpta probatur juramento furtum passi, *c. fin. de his, quæ vi metusve, l. si quando C. unde vi*, Boss. *tit. de rapina n.* 36. Mascard. *de probat. concl. 471. num. 32. et conclus.* 934. cum aliis per Hieron. Calam *in Pragm. 11. Regn. Neap. de empt. et vendit. sive de furt. part. 3. nu. 32. et seqq.* ubi tamen quod procedit tantùm in præjudicium principalium contrectatorum, non autem in prejudicium tertii, qui opem illis præstiterit, etiam res furatas in domo recipiendo, & occultando, vide *in §. Damnum num.* et *§. Furtum nu. 12. in fine*, ubi de lege municipali Florentiæ, & de simili Pragmatica Regni Neapolis, Cala *loc. cit.* ubi quòd ideo, licèt constet de furto, si dubitetur de valore, quia dominus nolit jurare, vel sit mortuus, non est locus pœnæ ordinariæ, sed arbitrariæ mitiori, vide Zuff. *de legitim. process. crim. quæst.* 151. 10

De valore rerum ad diversos effectus, Bertachin. 11
Repert. verb. Valor, Joseph Feliv. *Margar. var. conclus. eod. verb.* Thoro *Compend. dec. Neap. p. pr. et 2. eod. verb.* Capucc. *in Prax. tom. pr. part. 3. c. 2. art. 3. et seqq.* Ursel. *concl.* 145. latè Hermosil. *ad leg. partit. tom. 2. leg. 56. glos. 6. fol. mihi 183. et seqq.* & alii indicati à Com. August. Fontan. *Bibliot. leg. part. 5. verb. Valor fol.* 772. plura Em. De Luc. *in Indic. gen. verb. valor*, & Emeria jun. *in dec. Rot. Rom.* Ansal. Caprar. Mantiss. ad eumd. De Luc. Altimar. Bertachin. Pignatell. Ursaja Mans. Palm. Piton. Crescin. & alii moderni.

Valor redditus beneficiorum obtinendorum in Cu- 12
ria Romana qualiter sit exprimendus sub pœna nullitatis ob vitium subreptionis, Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccl. part. 2. verb. Valor fol.* 313. Valec. *de differ. utriusque fori, verb. Subreptio. differ.* 3.

Rerum pretia variantur a statu belli, vel pacis De
Luc. *de Feud. disc. 4. n.* 17. Sed pro eo regulando 13
tàm in sorte, quàm in fructu non est attendendum tempus calamitosum belli vel pestis Idem De Luc. *de Præem. disc. 11. n. 9. & 11. de Empt. disc. 3. nu. 50. de Alien. disc. pr. n.* 47. Intellige quando accidens est ad breve tempus, secùs quandò diù duraverit *dict. disc. 11. n.* 11, Et cessante tempore calamitoso efficeretur valoris longe majoris *de Empt. disc. 30. num.* 10.

Valor mercium assecuratarum an attendi debeat 14
in loco a quo, vel in loco ad quem De Luc. *de Credit. disc. 106. n. 10. disc. 107. n.* 9. Conveniri potest ab initio *ibidem*. Et si non constet de quantitate mercium deperditarum quomodo sit probandus *de Credit. disc. 108. a n.* 14., Nonnulla alia circa hanc materiam vide apud Balduc.

Rei antiquæ valor reficiendus est per meliorantem,
ubi fecisset magna melioramenta Card. De Luc. *de* 15
Legitim. disc. 35. n. 27. & 52.

Qualis valor attendatur in bonis fideicommissi 16
alienatis Merlin. *decis.* 831. Fusar. *de subst. quæst. 560. n.* 45. De Luc. *de Legit. disc. 30. n.* 7.

Valor stabilium non præsumitur variatus infra de- 17

Digitized by Google

ceanium Card. De Luc. *de Empt. disc.* 16. *num.* 10. *disc.* 33. *n.* 8. Et quod mutatio valoris non præsumatur Bertachin. *vol.* 87. *n.* 29.

18 Redditus habentes adnexam jurisdictionem, seu præeminentiam longe plus æstimantur Card. De Luc. *de Præem. disc.* 11. *n.* 13. *de Feud. disc.* 28. *a n.* 2. Et quomodo firmetur, seu probetur valor feudorum De Luc. *de Feud. disc.* 108. *n.* 4., & vide eumd. *in Indic. verb. bona jurisdictionalia*. An in æstimando valore Feudi attendi debeat tempus emptionis, vel tempus mortis vassalli, Boscol. Parm. inter oper. Card. De Luc. *in contr. feud. art.* 6. *n.* 52. *tit. de Feud.*

19 Valor ao, & quando augeatur ex ædificiis in prædiis rusticis De Luc. *de Empt. disc.* 24. *n.* 7. Mantiss. ad eumd. *libr.* 6. *decis.* 9. *n.* 15. & 16. *vol.* 3. Emerix jun. *decis.* 662. *n.* 11.

20 Valor minuitur ex mala qualitate venditoris, & quanti diminuatur Card. De Luc. *de Empt. disc.* 24. *n.* 4. *disc.* 25. *n.* 2. *et* 3. Emerix jun. *decis.* 40. *n.* 3.

Minuitur respectu partis ex illius separationis a toto Emerix jun. *decis.* 40. *n.* 4.

Minuitur ex eo quod prædium sit distributum in plura corpora *dict. disc.* 24. *n.* 6.

Minuitur stante pacto redimendi Emerix jun. *decis.* 834. *n.* 8. *decis.* 751. *n.* 2. *decis.* 1315. *num.* 5. *decis.* 1336. *n.* 8.

21 Valor quomodo regulari debeat ex omninò incerto eventu De Luc. *de Alienat. disc.* 10. *n.* 8. & 9.

22 Onera certa, & necessaria sunt a valore deducenda, non autem incerta, & voluntaria De Luc. *de Benefic. disc.* 90. *n.* 80. *de Jurepatr. disc.* 10. *nu.* 19. Vide Mantiss. ad eumd *libr.* 13. *decis.* 62. *vol.* 4. Emerix jun. *decis.* 634. *n.* 6. *decis.* 1033. *n.* 12.

Item expensæ culturæ, & recollectæ De Luc. *dict. disc.* 90. *n.* 79. *de Donat. disc.* 11. *n.* 8.

23 Valor si fuerit expressus sexta parte minor, de stylo provisio Apostolica sustinetur De Luc. *de Benefic. disc.* 26. *n.* 10. *disc.* 72. *n.* 10. *disc.* 90. *n.* 17. Caprar. *decis.* 677. *n.* 8. *part.* 2.

24 Valor est difficilis probationis De Luc. *de Benefic. disc.* 90. *n.* 34.

25 Ad effectum validitatis unionis quomodo sit computandus, & quæ onera sint deducenda De Luc. *de Donat. disc.* 11. *n.* 8.

26 Per expressionem valoris etiam extra necessitatem factam pensionarius obligatur ad illius justificationem Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 70. *num.* 5. *vol.* 4.

27 Valor in reservatione pensionis motu proprio narratus sub certa quantitate non indiget justificatione De Luc. *de Benef. disc.* 90. *nu.* 35. *de Pens. disc.* 2. *n.* 6., Quod tamen intellige ut per eumd. De Luc. *locis citatis*.

28 Valor narratus per ascensum ad effectum sustinendi pensionem reservatam ad supplicationem Partis, quando agitur contra successorem in beneficio, qui pensioni non consensit, & judicio petitorio, debet concludenter probari, & alia plura Emerix jun. *decis.* 207. 230. 1033. 1085. 1246.

29 Pensionarius existens in quasi possessione exigendi non tenetur justificare valorem De Luc. *de Benefic. disc.* 90. *n.* 42. *de Pens. disc.* 11. *nu.* 5., Quod tamen declara, & intellige, ut per eumd. De Luc. *loc. cit.*

30 Consensus præstitus pensioni eximit pensionarium ab onere illum justificandi De Luc. *de Pens. disc.* 2. *n.* 5. *disc.* 6. *n.* 3.

31 Pensionario incumbit onus valorem probandi per ascensum, alias corruit in totum, ubi agatur de pensione ex causa resignationis De Luc. *de Pens. disc.* 12. *a n.* 3. *disc.* 11. *a n.* 3. ubi declaratur.

32 Onus probandi valorem incumbit titulari impugnanti translationem De Luc. *de Pens. disc.* 55. *nu.* 6. & 7.

33 Valor justus de tempore reservationis, si tractu temporis diminuatur, an pensio annulletur De Luc. *de Pens. disc.* 8. *n.* 6.

34 Probatio Valoris debet percutere tempus reservationis De Luc. *de Pens. disc.* 7. *n.* 5. *disc.* 8. *n.* 5.

35 Incerta non computantur in valore, seu fructu De Luc. *de Præem. disc.* 11. *n.* 6. *de Pens. disc.* 8. *n.* 8.

Sed hoc limitatur, ubi de facili inveniatur conductor pro certa pensione *dict. disc.* 11. *n.* 10. *dict. disc.* 8. *n.* 9. Vide eumd. *de Benefic. disc.* 90. *nu.* 70. *de Jurep. disc.* 10. *n.* 15. *et* 17.

Et oblationes quomodo æstimentur De Luc. *dict. disc.* 11. *a n.* 12. *cum seqq.* 36

Distributiones quotidianæ non computantur De Luc. *de Jurepatr. disc.* 10. *n.* 7. *et* 8. *Annot. ad Concil. disc.* 16. *n.* 12. *et* 13. 37

An sub valore computentur anniversaria, quarta funeralis, emolumenta Cancellariæ, pœnæ, seu compositiones, emolumenta Cappellaniarum, seu Legatorum piorum, emolumenta domus Episcopi, vel Rectoris, Jus honorificum, seu jurisdictionale, munera De Luc. *de Benefic. disc.* 90. *a n.* 71. *de Jurepatr. disc.* 10. *a n.* 13. *de Pens. disc.* 6. *n.* 6. & 15. *disc.* 8. *n.* 8. & *seqq.* Caprar. *decis.* 668. *a n.* 8. *part.* 2. 38

Valor beneficii non minuitur per decimas, quæ temporaliter, vel accidentaliter solvuntur Mantiss. ad De Luc. *lib.* 13. *decis.* 58. *n.* 12. *decis.* 61. *n.* 5. *vol.* 4. 39

In verificatione valoris beneficii nulla habenda est ratio augmenti eventualis contingentis ob majorem, vel minorem affluentiam monetæ aureæ Mantiss. *dict. decis.* 61. *n.* 4.

Ex lapsu 30. annorum oritur præsumptio justificationis valoris beneficii Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 70. *n.* 7. *vol.* 4. 40

Validitas valoris beneficii probatur ex solutionibus per spatium longi temporis continuatis Mantiss. *loc. cit. decis.* 71. *n.* 10.

Valor Beneficii probatur ex confessione Provisi Apostolici in sua impetratione De Luc. *de Benefic. disc.* 26. *n.* 9. *disc.* 90. *num.* 21. Intellige in concursu duorum Provisorum Apostolicorum, secùs, si alter sit provisus a Nuncio *dict. disc.* 26. *numer.* 10. Valoris beneficii expressio jurata illum probat in præjudicium confitentis Rocc. Episc. *cap.* 149. *n.* 11. *vol.* 2. 41

Valor præcisus Parochialis, ut dicatur probatus, testes debent scire illius onera, & expensas Caprar. *decis.* 183. *n.* 8. *part.* 2. 42

Valor beneficii talis præsumitur, qualis fuit expressus Mantiss. ad De Luc. *lib.* 13. *decis.* 71. *num.* 11. *vol.* 4. 43

Valor narratus *per ascensum*, & clausula *dummodo remaneant centum pro Rectore* cum tendant ad diversos fines, debet utrumque verificari Caprar. *decis.* 311. *n.* 9. *part. pr.* 44

Valor expressus per ascensum, & cum clausula, *ut asseris*, est per univocas, & concludentes probationes verificandus Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *dec.* 73. *n.* 12. *vol.* 4. Quod tamen limita, ut *ibid. nu.* 13. & 14. Valor narratus per ascensum debet verificari præcisè in summa expressa, ut gratia substineatur Caprar. *decis.* 183. *n.* 14. *part. pr.* Et vide eumd. *decis.* 170. *n.* 12. *ead. part. pr.*

Valor narratus per non excessum contentatur levioribus probationibus; Istæ tamen debent esse in suo genere perfectæ Emerix jun. *decis.* 73. *num.* 4. 45

Et ex quibus in tali casu probetur Emerix jun. *dict. decis.* 73. *n.* 5. *decis.* 275. *num.* 4. *decis.* 249. *n.* 2. *decis.* 1006. *n.* 2. *decis.* 1176. *n.* 4. Caprar. *decis.* 208. *n.* 4. *part. pr. decis.* 53. *n.* 11. 12. *et* 13. *dec.* 144. *n.* 7. *ead. part. pr. decis.* 638. *nu.* 4. *decis.* 663. *num.* 2. *part.* 2.

Valor narratus per non excessum sufficit quod verificetur etiam in minima quantitate, ac etiam in obulo Caprar. *decis.* 53. *n.* 7. *decis.* 58. *n.* 3. *decis.* 120. *n.* 4. *decis.* 183. *n.* 13. *part. pr. decis.* 750. *n.* 2. *part.* 2.

Valor narratus per non excessum, ubi valor non est fundamentum gratiæ, sed consistit in reservatione, contentatur leviori, ac tali quali probatione Caprar. *decis.* 144. *n.* 9. *decis.* 170. *nu.* 7. *part. pr. decis.* 640. *n.* 3. *part.* 2., & alibi sæpe. Probatio tamen debet esse in suo genere perfecta Caprar. *decis.* 123. *n.* 4. Et an probetur ex depositionibus testium Caprar. *decis.* 123. *a n. pr. decis.* 301. *n.* 2. *decis.* 668. *n.* 5. *dec.* 674. *n.* 3.

Valor Beneficii est necessariò exprimendus in gratia Provisionis De Luc. *de Benefic. disc.* 90. Sed hoc amplia, & limita, ut per eumd. De Luc. *de Benefic. disc.* 72. *n.* 9. & 13. & *dict. disc.* 90. 46

Valor narratus cum clausula *ut asseris* efficit, quod exe- 47

executores dicantur mixti, & procedi non possit ad exequutionem, nisi verificato prius valore servatis servandis Capiar. *decis.* 391. *n.* 5. & 6. ubi hoc declaratur.

48 A pœna falsæ expressionis valoris an, & quando excusetur Reignans De Luc. *de Benefic. disc.* 35. *n.* 7. 9. *disc.* 41. *n.* 9. *disc.* 72. *n.* 4. & 13.

49 Valor an remaneat probatus ex libris Capituli, Cameræ, Æstimi, & processus concistorialis De Luc. *de Benefic. disc.* 90. *n.* 68. *de Pens. disc.* 6. *n.* 14. *disc.* 26. *sub n.* 6. Capiar. *decis.* 668. *num.* 3. *part.* 2. *decis.* 677. *n.* 5. *ead. part.* 2. Valor fructuum probatur per publicas tabellas De Luc. *de Pens. disc.* 8. *n.* 7.

50 In Gratia *si neutri* valor, & alia expressa non sunt ita rigorosè probanda, ut in aliis Gratiis Capiar. *decis.* 587. *num.* 14. *part.* 2. Ros. *de Execut. litt. Apos. cap.* 17. *n.* 30.

51 Ab una expressione valoris fieri non potest illatio ad aliam Capiar. *decis.* 183. *n.* 15. *part. pr.*

52 Valor ad effectum liquidationis probatur ex testibus etiam ad perpetuam memoriam examinatis Capiar. *decis.* 244. *n. pr. part. pr.*

53 Valor tamquam difficilis probationis, ut liquidetur, sufficiunt etiam leviores probationes maximè contra violentum spoliatorem Carrill. *dec.* 302. Cels. *decis.* 247. *n.* 12. Capiar. *loc. cit. n.* 2. & 3.

54 Valor de præsenti præsumitur etiam in præteritum, nisi contrarium probetur Zarat. *decis.* 17. *nu.* 11. & 12. Capiar. *dec.* 556. *n.* 6.

55 Valor quinam sufficiat, ut contrahentes dicantur non comprehendisse partem, sed integrum Prædium Capiar. *decis.* 515. *n.* 7. *part.* 2.

56 Valor Prædii si longè excedit debitum arguit dationem in pignus Coccin. *decis.* 2140. *nu.* 4. Capiar. *decis.* 683. *n.* 11. *part.* 2.

57 Valor melioramentorum regulari debet ab impenso Rot. *rec. decis.* 405. *nu.* 7. *part.* 24. Balduc. *tit.* 2. *decis.* 8. *n.* 17.

58 Potest Judex ex officio post conclusum in causa inquirere valorem rei ad cognoscendum, an sit locus rescissioni contractus ob læsionem Crescin. ad Abeccles. *obser.* 104. *n.* 7. *part. pr.*, Quod amplia, ut *ibid.*

59 Augumentum, aut diminutio contingens in valore bonorum hæreditariorum an, & quando proportionabiliter cedat in commodum, vel damnum legitimarii Ansald. *decis.* 84. *nu.* 45. & *seqq.*, ubi plura circa hanc materiam.

60 Valor non probatur ex unica venditione rei, quia potuit emptor pluris emere ratione affectionis, vel commodi, & quanti æstimatur hujusmodi affectio, vel commodum Ansald. *decis.* 91. *n.* 13. 18.

61 Valor Juris litigiosi, & incerti, non tantus, quantus ipsius rei Emerix jun. *decis.* 297. *n.* 5. & 6., ubi hoc limitatur.

62 Valor mobilium contra tutorem quomodo liquidetur Emerix jun. *decis.* 94. *n.* 8. & 9. & *decis.* 567. *num.* 4.

63 Valor an probetur ex laudo dato vigore compromissi Emerix jun. *decis.* 40. *n.* 2.

64 Valor probatur ex probatione valoris ejus partis venditæ Emerix jun. *decis.* 40. *a n. pr.*, ubi tamen limitatur.

65 Valor probatur quoties Testator alternativè legavit rem ipsam, vel pecuniam in certa summa Emerix jun. *decis.* 176. *n.* 6.

66 Valor probatur ex valore bonorum adiacentium Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 9. *n.* 11. *vol.* 3.

67 Valor non probatur ex acquisitione sequuta ultra 30. annos Emerix jun. *decis.* 1082. *n.* 2.

§. VARIATIO. III.

1 VAriatio, & mendacium an faciat indicium ad torturam, Clar. §. *fin. quæst.* 21. *vers. mendacium*, Dian. *part.* 14. *tract.* 6. *resol.* 15 Farinac. *qu.* 52. *n.* 8. & *c.* Mascard. *de probat. concl.* 1044. Thes. *des.* 24. *n.* 8. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *n.* 68. D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 119. & *seqq. fol.* 225. ubi quòd non regulariter, nisi alia concurrant adminicula, vel sit circa substantialia arbitrio Judicis, vide *in* §. *Mendacium*

n. 3. adde Carpzov. *in prax. crim. quæst.* 120. *à n.* 71. Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 6. *quæst.* 4. *n.* 6.

Variatio consistens in tempore delicti facit præsumere veritatem se aliter habere, Farinac. *qu.* 52. *num.* 36. 2

Plura de variatione, & vacillatione testium, & in aliis etiam quid operetur, Tuschus *litt. T. conclus.* 243. & *litt. V. conclus.* 23. *per tot.* Ricc. *Collect.* 569. D. Fulv. Majoran. *loc. cit.* Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *q.* 107. *per tot.* ubi qualiter faciat esse locum torturæ contra testes, & an priùs sint assignandæ defensiones, vide *in* §. *Testes* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 5. *n.* 44. 48. & 49. Bellegrand. *d. quæst.* 4. *n.* 6. & *tract.* 3. *quæst.* 8. *nu.* 4. & 5.

Variatio admittitur in multis casibus, & in quibus; denegatur etiam in multis aliis casibus, & in quibus, & quomodo circa jus statuendum, vel jam statutum, latè Tusch. *litt. V. conclus.* 20. 21. & 22. *per tot.* Merlin. *dec.* 566. Ricc. *Collect.* 301. & *c.* 3

An ille cui data est electio possit variare, vel non post electionem semel factam, vide Paul. Christin. *dec. Belgic.* 124. *per tot. vol.* 1. ubi pulchè, & magistraliter distinguit, vide *in* §. *Electio n.* 1. & *c. Persona nu.* 21. Ricc. *Collect.* 2965. Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Variatio*, ubi quòd variatio circa idem non permittitur, & ubi permittitur non nisi semel admittitur, nec est licita in tertii præjudicium, multo toties damnatur, & comendabilis, imò debita in eo qui errorem commisit, Emerix jun. *dec.* 1333.

Variatio circa plura quando fieri possit, vel non, Bertachin. *Repert. verb. Variatio*, Thoro *Comp. dec. Neap. part.* 1. & 2. *eod. verb.* ubi inter alia an possit variari post obtentam sententiam assistentiæ super certis bonis debitoris, & iterùm petere aliam super aliis bonis, & dicit negativè resolutum ex Capyc. *dec.* 33. Franch. *dec.* 53. Muscatel. *in Pract. lib.* 2. *part.* 3. *gloss. Adjudicantur n.* 79. Ricc. *Collect.* 175. sed tu distingue ut dixi *in* §. *Executio n.* 24. Arismin. Tepat. *var. sent. litt.* 147. Merlin. Pignatel. *contr. tom.* 2. *controv.* 97. ubi quod lite contestata in judicio ordinario, non est prohibitum variare, & executivum intentare, maximè ubi procedi potest summariè, & sola facti veritate inspecta, & alii citati à Com. August. Fontan. *in Biblio h. leg. part.* 5. *verb. Variatio fol.* 773. ubi etiam de variatione fori, de qua dixi ego *in* §. *Persona n.* 8. & *seqq.* & §. *Paupertas in Addit.* vide Em. De Luc. *in Indic. general. verb. variatio*, & Bertachin. *vol.* 2. *n.* 6. & 7. Emerix *dec.* 892. *n.* 11. & *dec.* 1284. *n.* 20. Altimar. *in tract. de nullit.* Calderon. Mans. Palm. Piton. Crescin. & alii moderni. 4

Variatio, cum sit quædam illusio, atque inconstantiæ notam involuat, plurimùm a Sacris Canonibus damnatur, & præsertim in personis, & Principibus Ecclesiasticis Fagnan. *in cap. cum consultationibus n.* 59. & 61. *de Cler. ægr. in cap. cum olim n.* 4. *de sent.* & *re judic.* Gonzal. *in cap. quod autem num.* 4. *de Jurepatr.* Crescin ad Pen. *dec.* 191. *n.* 1. 5

Quapropter non solum prohibita est Episcopis in provisione Canonicatuum Pen. *loc. cit. n.* 1. Crescin. *ibidem n.* 2. Sed etiam personis ecclesiasticis in præsentando in beneficiis de Jurepatronatus Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 3. *nn.* 26. & 28. *tom.* 1. Crescin. *loc. cit. n.* 3.

Variatio investimenti semel facti non permittitur Card. De Luc. *de Credit. disc.* 141. *n.* 3. & 12. 6

Variatio non datur in alternativis, facta semel electione De Luc. *de Credit. disc.* 141. *nn.* 2. & 12. Neque facta electione unius ex duobus fideicommissis Idem De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 12. *n.* 5. & 6. ubi hoc declaratur. 7

Exequutor, cui fuit principaliter injuncta exequutio alicujus operis, & remissa ejus arbitrio electio Loci, potest quandocumque variare circa Locum, nec dicitur consumpta ejus facultas eligendi, nisi subsequuto effectu cum integra perfectione operis Emerix jun. *dec.* 1333. *per tot.* 8

Variatio permissa est in exequutivis, & licet una via electa ad aliam recurrere Capiar. *dec.* 657. *n.* 5. 9

part. 2. Ansald. *dec.* 88. *n.* 26.

Variatio Judicii quando validè fieri possit post electionem onius Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 40. *a n.* 47.

In exequutivis an, & quando concedatur creditori De Luc. *de Credit. disc.* 126. *a n.* 11.

Variatio fieri potest vigore obligationis cameralis Emeria jun. *dec.* 892. *nu.* 11. Mautiss. ad De Luc. *lib.* 5. *dec.* 6. *nu.* 10. *vol.* 3. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 38. *n.* 6. *part.* 2. & *obser.* 110. *n.* 12. *part.* 1.

Ita ut creditor non obstante assignatione sibi per debitorem facta possit re integra variare, & agere contra fidejussorem Emerix jun. *dec.* 1284. *n.* 10.

Variatio an liceat in Salviano Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 22. *a n.* 38.

Via ordinaria si sit intentata an, & quando possit variari ad exequutivam Altimar. *de Nullit. rubr.* 53. *quæst.* 2. *a n.* 158. *tom.* 2. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 38. *nu.* 1. & 2. *part.* 2. Et quando dicatur intentatum Judicium ordinarium ad præmissum effectum *ibid. n.* 4.

Electio Judicii ordinarii ex parte unius non præjudicat alteri parti in Judicio summario, vel exequutivo sibi competente Crescin. *loc. cit. num.* 3.

Variatio de re ad personam an liceat creditori Rubeus *de confuss. Jur. cap.* 12. *n.* 43. Bettachin. *vot.* 2. *n.* 6. & 7. ubi etiam an liceat e contra.

Ille cui conceditur potestas variandi tenetur ad expensarum refectionem De Luc. *de Judic. disc.* 15. *n.* 18. Crescin. *loc. cit. n.* 6.

20 Variatio accumulativa conceditur patronis laicis intra quadrimestre De Luc. *de Benefic. disc.* 92. *n.* 27. & vide eumd. *in Indic. verb. accumulatio.*

Et quod variatio præsentationis fieri possit a Patrono laico etiam post factam præsentationem intra tamen quadrimestre eidem a Jure datum ad præsentandum Emeria jun. *dec.* 1247. *nu.* 7. & 8. Et vide eumd. *in Indic. verb. præsentatio.*

Quando variatio attentata & impedita remanent lite pendente Episc. Piton. *de Jurep. alleg.* 3. *n.* 13. & 14. *tom.* 1. Et an patroni variare possint, quando lis vertit solum inter præsentatos, non autem inter præsentantes Idem Piton *alleg.* 100. *n.* 27. *tom.* 2.

Quando unus fuit præsentatus per quatuor Patronos laicos, quorum tres postea variaverint accumulando alium, cui danda sit institutio Episc. Piton. *dict. alleg.* 3. *n.* 25. *tom.* 1.

In Patronatu mixto potest Patronus laicus variare secus ecclesiasticus Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 7. *art.* 13. *a n.* 4. *fol.* 838. Episc. Piton. *d. alleg.* 3. *n.* 16.

Si Patronus præsentaret, & durante quadrimestre obiret, posset ejus successor variare Lambertin. *lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 2. *art.* 4. *n.* 1. Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 65. *n.* 13. Piton. *loc. cit. n.* 27.

Gratia pro præsentato cum derogatione est nulla non facta mentione variationis Patronorum. Item si vigore variationis Ordinarius gratificaverit, ut in primo casu firmat Marant. *resp.* 42. *n.* 48. *part.* 3. in secundo Rot. *rec. part.* 18. *dec.* 180. in utroque Piton. *alleg.* 40. *n.* 17. & 18. *tom.* 1.

Patroni an possint variare in eorum consensu super provisione Apostolica Piton. *alleg.* 60. *num.* 17. *cum seqq tom.* 2.

An præsentans aliquem cum clausula *solum & non alium* possit variare accumulativè præsentando alium Piton. *loc. cit. alleg.* 99. *n.* 3. *tom.* 2. Stante promissione præsentandi aliquem cum dicta clausula Patronus non potest valide præsentare alium *ibid. nu.* 5. & 9.

Patroni non possunt variare post datam Gratiæ concessæ primo præsentato Piton. *alleg.* 100. *nu.* 39. & *alleg.* 60. *sub n.* 19. *tom.* 2.

Patronus nequit variare postquam ejus Procurator irrevocabiliter constitutus præsentavit Piton. *alleg.* 100. *n.* 386. *cum seqq. tom.* 2.

Procurator, & Tutor possunt variare Lambertin. *lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 7. *art.* 17. *nu.* 1. *de Jurepatr.* Piton. *eod. tract. alleg.* 38. *n.* 23. *tom.* 2.

Non nulla alia de variatione in materia Jurispatronatus vide apud Calderon. et Pignatell.

Variatio facti inducit variationem Juris *l. si ex plagis §. in clivo capitolino ff. ad l. Aquil.* Ansald. *dec.* 56. *n.* 3.

§. VASALLUS. IV.

Vasallus licet non possit feudum alienare sine consensu Domini tamen potest subinfeodare, etiam si agatur de feudo Ecclesiastico non decimali tribus concurrentibus, videlicet primò, quòd subinfeudet sincerè sine dolo, & fraude, secundò, ei qui sit similis qualitatis, & conditionis, cujus est ipse vasallus, tertiò, eisdem omninò legibus, pactis, & conditionibus, quibus ipse feudum habebat, imò si non agatur de toto feudo subinfeudando, sed de parte, potest subinfeudatio fieri etiam in minorem; & non parem dignitate, dummodò sit habilis ad præstanda servitia domino, & talis sic facta subinfeudatio non resolvitur resoluto, & finito jure ipsius vasalli subinfeudantis, sed durat quatenus ipse subinfeudatus velit feudum ab eodem Domino recognoscere, eique servitia pro eo debita præstare, quidquid sit quoad alios agnatos in prima investitura comprehensos, quorum respectu procedit regula, quòd resoluto jure dantis, resolvatur jus acceptatoris, ad tradita per Afflict. *cons.* 5. *per tot. lib.* 2. vide Cabal. *cons. dec.* 142. *per tot. lib.* 2 Clar. §. *Feudum quæst.* 31. & *seqq.* latè Tusch. *littera F. concl.* 190. & *seqq.* Paul. Christin. *dec.* 18. *per tot. vol.* 6. Peregrin. *dec.* 150. *nu.* 44. &c. Rosental. *de feud. cap.* 9. pulchrè Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 26. *per tot. quæ est in Mantuana Feudi 7. Junii* 1641. coram Royas dixi *in §. Feudum n.* 25. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 7. & *Conflict. obser.* 211.

Quinam autem propriè dicantur Vasalli, qui Barones, & alia de dignitatibus, latè Cabed. *dec.* 106. *cum pluribus antecedentibus, & seqq. part.* 2.

Quòd vasallus possit de jure communi subinfeudare, ita ut subinfeudatus efficiatur vasallus non domini directi, & mediati, sed domini utilis, & immediati à quo subinfeudatur, *cap.* 1. §. 1 *qualiter olim feud. alien. poter.* Curt. jun. *de feud. part.* 4. *n.* 83. & *cons.* 2. *n.* 1. Soccin. jun. *cons.* 126. *n.* 4. *lib.* 3. Cabal. *consil. dec.* 142. *per tot. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 200. *per tot.* Marin. Frec. *in Coment. feud. lib.* 1. *Rub. de orig. Baron. c. videmus n.* 46. & *seqq.* Clar. §. *Feudum d. quæst.* 31. & *seqq* Rot. *ubi sup.* Tusch. *d. concl.* 190. & *seqq.* ubi etiam ad quem devolvatur feudum subinfeudatum, & *litt. V. concl.* 27. ubi an, & quando vasallus vasalli, sit domini vasallus, vel non, vide §. *Feudum num.* 25. De Luc. *loc. supra adduct.* & *de Feud. disc.* 54. *num.* 14. & *disc.* 83. *num.* 4.

Quid possit vasallus circa subditos feudales, vel non, latè Tusch. *litt. F. concl.* 122. *per tot.*

Quòd vasallus sit utilis dominus, ad eum spectent utilitates feudi, & quales, vel non, dicatur habere jus potentius quam dominus, quæ sint reservata domino, & alia, Tusch. *litt. F. concl.* 208. & *seqq.* vide in §. *Dominus*, & §. *Feudum in fine.*

Quomodo probetur vasallagium, Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1397. *per tot.*

Vasalli possunt inter se dividere feuda, etiam jurisdictionalia sine consensu domini, & licèt partes non fiant æquales, sed uni major pars, aut totum feudum assignetur, alteri verò bona allodialia, nisi agatur de feudis majoribus, ut Ducatus, Marchionatus, & similibus, quæ non possunt dividi, nisi aliter de consuetudine observetur; Imò unus potest alteri suam partem renunciare absque alio consensu domini, intelligendo inter ipsos agnatos in investitura comprehensos, præcipuè si non sit concessa pro aliquo certo, & determinato servitio, & talis consensus ex cursu longissimi temporis cum observantia subsequuta præsumitur, Afflict. *cons.* 8. *nu.* 3. & *seqq. lib.* 2. vide Clar. §. *Feudum q.* 44. Tusch. *litt. F. conclus.* 189. *per tot.*

Valetque hujusmodi renunciatio, & præjudicat filiis, ac descendentibus, licet non hæredibus renunciantis, quando in recompensationem feudi fuerunt tot bona allodialia renuncianti assignata, & in feu-

dali-

Digitized by Google

dalibus semper præferuatuc successores illius, cui facta fuit renunciatio, donec aliquis illorum superest, ut benè probat idem Altograd. *cons.* 8. *nu.* 17. *& seqq. lib.* 2. vide Tusch. *litt. F. concl.* 202. ubi qualiter renuncians feudo sibi, & suis præjudicet, de quo latè Peregrin. *dec.* 550. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 372. *cum Addit.*

3 Vasallus an in casibus, in quibus potest disponere de feudo in præjudicium vocatorum, possit illud alienare in remotiorem agnatum, non immediatè successurum sine domini consensu, latè Surd. *dec.* 343. *per tot. lib.* 2. facit Sanfel. *dec.* 372. *cum Addit.* an possit feudum alterare in præjudicium vocatorum de Comit. *decis. Florent.* 53. *n.* 78., & quoad primam conclusionem vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd autem regulariter vasallus non possit disponere de feudo absque consensu domini, & quando secùs, latè Paul. Christin. *decis.* 26. *cum plurib. seqq. vol.* 6. ubi etiam de retractu feudali, quomodo fieri debeat, vel possit, & alia Novar. *in Prag. Reg. Collect.* 504. *per tot.*

An, & quando, & quomodo possit feudum alienare, vel non, idem Christin. *dec.* 63. *& seqq. vol.* 6.

4 Vasallus non potest alteri constituere usufructum in bonis feudalibus, *l. arboribus §. ult. ff. de usufr.* potest tamen vendere fructus totius temporis, quo feudum penes illum est permansurum, Scapue. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 11. *n.* 4. *&c.*

5 Vasallus nõ potest in præjudicium domini, & suorũ agnatorũ imponere censum super feudo, sine ipsius domini licẽntia, cùm nõ possit illud alienare, nec hypothecare, posset tamen quoad sui præjudicium tantùm, Cenc. *de Cens. quæst.* 22. *per tot.* Clar. *§. Feudum quæst.* 35. *& seqq.* ubi an possit hypothecare, dare in dotem, constituere servitutem, compromittere, transigere, testari, & hujusmodi, Ricc. *Collect.* 2178. *&c.* an possit transigere super feudo, Urceol. *de transact. quæst.* 51. *per tot.* an censum imponere Nicoli. *Instit. tit. de empt. n.* 58.

6 Vasallus an, & quando possit testificari pro domino suo, refert opiniones Afflict. *decis.* 304. vide Farinac. *quæst* 55. *inspect.* 3. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1398. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 244. *& seqq. fol.* 317. ubi plura summarim de more, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 444. *num.* 8. *& seqq.* ubi quod de veriori probat, vel solum aliquid minuitur de fide, non autem repellitur, maximè si agatur de facto aliis nullatenus, vel difficilius noto, vel si testis sit clericus, qui tanquam exemptus à jurisdictione laicali benè testificari potest pro domino suo temporali, De Luc. *de Jurepatr. disc.* 3. *ex n.* 6. *disc.* 18. *n.* 7.

Quòd licet vasallus non possit spontè testimonium ferre, nec esse advocatus contra dominum, tamen coactus à judice probet etiam pro domino, latè Gratian. *discept. for. cap.* 597. *per tot. cap.* 736. *num.* 47. Gabriel. *comm. concl. tit. de test. conclus.* 10. *n.* 26. *&c.* Farinac. & Jordan. *loc. cit.* vide *in §. Testis nu. pr. & seqq.*

7 Vasallo defuncto tenentur agnati succedentes in feudo suscipere investituram à domino intrà annum, & diem sub pœna caducitatis, & quando possint excusari, Surd. *decis.* 148. *per tot. decis.* 345. *per tot. lib.* 2. Ricc. *Collect.* 1553. Ganaver. *decis.* 35. *per tot.* ubi quòd de jure Regni Neapolitani est pœna duplicati relevii, sine spe restitutionis in integrum, etiam in minoribus, *& decis.* 33. ubi unde sumatur quantitas relevii, nempè à medietate fructuum feudi, quando incipiat dictus annus, & alia ad rem *in decis. seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. sect. pr. n.* 107. *tom.* 8.

Sicut etiam tenetur vasallus petere investituram feudi à novo domino infra dictum tempus sub eadem privationis pœna, ad latè tradita per Tusch. *litt. F, concl.* 124. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1553. Jo. Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit.* 22. *fol.* 103. ubi de tempore petendæ investituræ. Altimar. *dict. num.* 107. Spad. *cons.* 55. *n.* 35. *tom. pr.*

Qualiter teneatur præstare juramentum fidelitatis, & plura de hujusmodi juramento, Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 508. *per tot.* latè Balzaran. *d. tract. tit.* 5. *& seqq. fol. mihi* 144. *& seqq. ad* 155. Vide Altimar. *dict. quæst. pr. sect. pr. n.* 107. *tom.* 8.

Vasallus non potest privari feudo ab hæredibus domini propter culpam, quam ipse dominus in vita sua ad animum non revocavit, sed per taciturnitatem remisit, nisi culpa, vel sellonia fuerit talis, per quam remanserit ipso jure privatus, quia tunc non posset juvari taciturnitate, Roland. *cons.* 81. *n.* 16. *lib.* 3. Marsil. *in Rub. ff. de fidejuss. n.* 343. vide *in §. Mors num. & §. Pœna num.* Clar *§. Feudum quæst.* 69. *per tot.* 8

Vassallus non tenetur adjuvare Dominum contra Imperatorem, nec ad id potest se obligare etiam cum juramento, cùm sit contra bonos mores, & semper persona Domini superioris censetur exceptuata, Pract. Papp. *libell. revoc. feud. glos. Contra debitum.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 7. *sect.* 3. *num.* 296. *tom.* 3. 9

Ad quæ teneatur vasallus versus dominum, & è contra dominus versus vasallum, latè Tusch. *litt. F, concl.* 115. *&* 116. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 35. *per tot. vol.* 6. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 28. *& seqq.* Cabed. *decis.* 44. *part.* 2. Jo. Paul. Balzaran. *tract. de feud. prout in recent. verb. Dominus, & verb. Vasallus,* Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vasallus,* ubi plura remissivè. De Luc. *de Regal. disc.* 146. *num.* 10. Altimat. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 7. *sect.* 3. *a n.* 295. *tom.* 3.

An autem Vasallus teneatur juvare dominum pauperem in dotatione filiarum, latè Fontanel. *de pact. nupt. tom* 2. *claus.* 5. *gl. §.* 4. *n.* 13. *& seqq. fol.* 47. *&c.* Emerix jun. *decis.* 1237. *à num.* 5. Bilot. *conclus.* 17. Revert. *decis.* 369. Altimar. *rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 17. *n.* 195. *tom.* 4., ubi hoc extendit ad expensas pro monacandis filiabus, & sororibus.

Item non tenetur adjuvare dominum pugnantem contra propriam Civitatem ipsius vasalli, cùm nec filius patrem, nec pater filium tali casu adjuvare teneantur, Pract. Papp. *loc. cit. num.* 4. Altimar. *d. sect.* 3. *n.* 297.

Item non tenetur præstare servitia domino bannito, vel excommunicato ab Imperatore, vel Papa, & tali casu censetur absolutus à juramento fidelitatis, Pract. Papp. *ubi supra n.* 5. Joseph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Vassallus fol.* 117. *col.* 2. *vers. Declara.* Altimar. *dict. sect.* 3. *n.* 298.

Item non tenetur suis sumptibus adjuvare dominum, nisi ex pacto, vel consuetudine, maximè si injustam guerram moveret; ad defensam verò licet ipse vasallus sit certus injustitia belli & quando est dubius omni casu debet adjuvare dominum, alias cadit a jure feudi, Pract. Papp *loc. sup. cit. num.* 6. *&c.* Joseph Feliu. *loc. cit.* ubi quòd tenetur tantùm adjuvare in bello justo, vel dubio, secus autem in palam injusto.

Quòd teneatur propriis sumptibus, quia obligatus ad aliquid faciendum tenetur id facere suis sumptibus, Clar. *§. Feudum quæst.* 21. *num. pr.* ubi plura, quomodo vasallus teneatur adjuvare dominum contra omnes, Larrea *Alleg. fisc.* 62. *& seqq.*

Non etiam tenetur vasallus præstare alimenta domino ultrà fructus feudi, Gratian. *discep. for. c.* 916. *n.* 40. vide Clar. *in §. Feudum quæst.* 23. *per totum* ubi refert contrarias opiniones, & declarat, latiùs Surd. *de alim. tit. pr. quæst.* 55. *per tot.* Altimar. *dict. sect.* 3. *n.* 299.

Quòd vasallus, sive feudatarius, etiam liber ab omni servitio personali, possit aliquando compelli ad serviendum personaliter domino suo, vel taxare servitium in pecunia, veluti ex causa justi belli, & hujusmodi, atque ad hoc possit requiri sub pœna privationis feudi, & propter interesse domini habere inventarium, & librum de omnibus bonis feudalibus, ac eorum redditibus, ut in necessitatibus scire possit quid, & quantum exigere valeat, Marth. *vot. Pis.* 34. *per tot.*

Vasallus habens plures dominos inter se pugnantes neminem tenetur adjuvare, nisi unus fuerit primus aliis, vel justè faciat guerram, alii verò injustè, nam tunc deberet primum, vel justè bellantem adjuvare etiam contra patrem, vel filium ipsius vasalli, 10

Pract.

Pract. Papp. *libell. revocat. feud. glos. contra debitum*, vide Tusch. *litt. F, conclus.* 120. *per tot.* Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 188. obi quòd tenetur primo inservire personaliter, & alius per substitutum juxte vires feudi, Coste *de re integra distinct.* 28. Altimar. *dict. sect.* 3. *n.* 300.

Quomodo autem, & quando quis possit esse vasallus plurium dominorum, vel non, Menoch. *de arbitr. cas.* 584. *n. pr. & seqq.*

An subditus, & vasallus possint irrequisito domino suo, & sine illius consensu se subjicere alterius Principis, vel domini protectioni, cum quibus pactis, & conditionibus, aliaque plura ad propositum, Dian. *part.* 10. *tract.* 7. *per tot.* ubi refert diversas opiniones, & ipse negativæ adhæret cum aliquibus, facit Peregrin. *decis.* 149. *num.* 8. obi quòd subditus unius Principis non potest se subjicere jurisdictioni alterius Principis suo inconsulto, vide in §. *Jurisdictio n.* 7. Sanfelic. *decis.* 29. *num.* 4. *&c.* ubi invito Barone non potest alium judicem eligere, nec Baro invito vasallo illum alteri delegare, *& decis.* 419. *num.* 67. *& seqq.* Carleval. *de judic. tit. pr. disput.* 2. *n.* 1093. *&* 1119. *& seqq.* Cyriac. *contr.* 26. *&* 98. *&c.* remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Vasallus nu.* 20. modern. Raynald. *rer. crim. Proœm.* §. 11. *n.* 46. *& seqq.* ubi an Baro tute conscientia possit in præjudicium sui subditi remittere causam superiori in prima instantia, & benè distinguit, ut ibi per eum. De Vasallis quoad forum plura Fagnan. *in cap. cæterum de judic.*, *& in cap. verum de for. compet.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 10. *a n.* 65. *tom. pr.* ubi an possint renonciare suo foro, *& ibidem n.* 99. ubi an remittantur ad suum Judicem, si delinquent, & an possint prorogare jurisdictionem *rubr.* 9. *quæst.* 11. *a n.* 18. *&* 26. *tom. pr.* Et a quo puniantur *ibid. quæst.* 26. Ac petant remissionem *ibidem qu.* 28.

An autem vasallus possit invito domino mutare domicilium, recedendo à loco cum uxore, & familia, & extinguere in se jurisdictionem sui superioris, Sanfelic. *in praxi sect.* 8. dixi *in* §. *Domicilium infra num.* 17.

Quòd vasalli inviti non possint alienari, vel alteri locari à domino, Martha *vot. Pis.* 240. *n.* 7. *& seqq.*

11 Vasallus amittens arma, vel equos in bello, non repetit à domino, qui tamen si convocaret alios amicos non vasallos teneretur actione mandati ad omnes interesse quando bellum fuit justum, si verò fuerit injustum, diceretur mandatum rei turpis, quod non parit actionem, Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. glos. contra debitum n.* 9.

12 Vasallus amittit feudum si deserat dominum vivum, vel mortiferè vulneratum si poterat illum adjuvare; Item si per violentiam aggrediatur dominum, vel locum ubi moratur; Item committendo parricidium, vel dormiens sive dormire tentans cum uxore domini, sive aliter eam turpiter tangens, vel neptem, sororem, vel nurum, Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. glos. Nec superstitibus n.* 17. *&c.* ubi triginta, & plures causas amittendi feudum enumerat, Clar. §. *Feudum qu.* 48. *cum plur. antecedentibus & seqq.* Altim. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 19. *sub n.* 254. *tom.* 4.

Quòd vasallus, qui uxorem quondam domini constupravit, feudo privetur, quia vidua censetur adhuc vivere in matrimonio, ideò sicuti privatur ob adulterium, sit etiam ob stuprum privari debeat, Menoc. *de arbitr. cas.* 288. *num.* 23. *& seqq.* Clar. *d. quæst.* 48. *per tot.* Altimar. *d. quæst.* 19. *n.* 323. *tom.* 4.

Ex quibus delictis, vel causis vasallus amittat feudum, plenè Franc. Curt. *tract. de feud. par.* 4. *princ. per tot.* Rosentall. *de feud. vol.* 2. *cap.* 10. *concl.* 12. *& seqq. ad* 38. Ricc. *Collect.* 438. Card. Tusch. *litt. F. concl.* 197. *& seqq.* ubi etiam an, & ex quibus devolvatur ad dominum, vel ad agnatos, & Paul. Christin. *dec.* 198. *vol. pr. & decis.* 73. *& seqq. vol.* 6. Camill. de Curt. *resol. feud. cap.* 5. *impres. post resol.* De Marin. *vol.* 2. Altimar. *dict. quæst.* 19. *n.* 254. *& a n.* 320. *tom.* 4.

Quòd non possit vasallus feodo privari sine justa causa, & quæ sit justa causa, idem Tusch. *litt. V. concl.* 31. *per tot.*

Et spoliatus feudo à suo Principe qualiter possit contra illum agere spolio, & in aliis casibus etiam se defendere, latè Martha *vot. Pis.* 166. *per tot.*

An autem ita agens teneatur docere de titulo, negativè concludit idem Martha *vot.* 185. *per tot.* contra Collegium Patavinum contrarium tenens.

Vasallus alienans feudum sine consensu domini, illud amittit, si verò alienet cum consensu domini in extraneos sibi tantùm præjudicat, non autem agnatis, qui poterunt illo mortuo revocare hujusmodi alienationem, Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. glos. nec superstitibus n.* 24. *&c.* Clar. §. *Feudum quæst.* 21. *& quæst.* 41. *per tot.* Card. Tusch. *litt. F, concl.* 192. *& seqq.* 13

Qualiter possit ex causa necessitatis alienare feudum, requisito tamen domino, qui tunc non potest consensum denegare, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 182. *per tot.* Card. Tusch. *litt. F, concl.* 186. *per tot.* 192. *& seqq.*

Quòd etiam vasalli, & subditi non possint sine illorum consensu alienari à domino, Tusch. *litt. F, concl.* 125. *& lit. V, concl.* 30. *per tot.*

Vasallus condemnatus pro aliquo delicto, propter quod non possit honestè stare in Curia domini, nec officia, & jura vasalli implere, amittit feudum, cui verò tunc sit applicandum, Cabal. *resol. crim. cas.* 182. *per tot.* vide in §. *Feudum n.* 11. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 300. *vol.* 1. 14

Quòd amittat feodum malè in eo versando, putà male tractando subditos, Menoch. *de arbitr. cas.* 78. *n.* 4. ubi tenet contra Clar. *in* §. *Feudum qu.* 56. Nicoli. *Instit. Imper. tit. de his, qui sunt sui n.* 12.

An possit incidere arbores fructiferas, §. *Feudum quæst.* 47. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 3. *glos. pr. n.* 25. *&c.*

Vasallus si feodum amittat an illud revertatur ad dominum directum, vel potiùs transeat in agnatos vasalli, vide Clar. §. *Feudum quæst.* 66. ubi videtur concludere quòd revertatur ad dominum si finiatur propter delictum tendens in personam illius, alias secus, & plures casus, latè distinguit Cabal. *cas.* 182. vide *in* §. *Feudum num.* 11. latè Tusch *litt. F, conclus.* 193. *& seqq. & concl.* 197. 198. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 300. *vol. pr. & dec.* 78. *&c. vol.* 6. 15

Item ad dominum reverti, si propter finitam lineam finiatur, Magon. *decis. Flor.* 54. *n.* 34. & Tusc. *litter. F, concl.* 196. quid si agatur de feudo alteri subinfeudato, vide *in* §. *Feudum n.* 25.

Quòd autem ordine servato vasallus sit privandus feudo ex causis permissis, an privetur ipso jure, vel per sententiam, ad quos feudum amissum devolvatur quid de melioramentis, quis sit judex competens in causis feudalibus, & alia plura Paul. Christin. *dec.* 77. *& seqq. per tot. vol.* 6.

Vasallus bannitus à Rege, & privatus bonis, si fuerit restitutus ad gratiam, & ad bona, non recuperat feudum, quod fuit interim in alium vasallum translatum, nisi exprimatur, quia in dubio Princeps intelligitur facere gratiam sine præjuditio tertii, cui medio tempore fuit jus quæsitum, Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. glos. contra debitum num.* 10. Clar. §. *fin. quæst.* 51. *vers.* 5. vide *in* §. *Restitutio num.* 28. 16

Si tamen fuerit restitutus pro habenda pace in Regno, vel statu, recuperat etiam bona alienata, & licèt expressè non sit datum, Capyc. *dec.* 69. *nu.* 3. *&* 22. Paul. Christin. *dec. Belg.* 289. *vol. pr.*

Vasallus tenetur rebellare contra Principem nimirum emongeorem, eique ob mala tractamenta resistere, cum etiam dominus tyrannicè vivens, vel in Vasallum committens possit expelli, & proprietate privari, ad latè tradita per Capyc. *dec.* 69. *n.* 34. *& seq.* facit Vivi. *comm. opin.* 999. vide *in* §. *Spolium num. &* §. *Dominus num.* 17

Cavendum tamen semper vasallis ab hujusmodi resolutionibus, ne dum disputatur quid licitum sit de jure, aliud irremediabile sibi contingat de facto.

An, & quomodo vasallus invito domino possit recedere à loco, vel etiam non recedendo eximi ab ejus jurisdictione propter oppressiones, afflictiones, sævi-

tias,

Digitized by Google

tiss, & mala tractamenta, Novar. *tract. de gravam. vasall. prælud.* 5. Sanfelic. *in Praxi sect.* 8. *et* 9. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 29. Ju. Capon. *tom.* 3. *discept.* 199. Cyriac. *contr.* 78. 543. 378. Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vasallus n.* 12.

18 Vasallus non habet jurisdictionem in convasallum, & quando sacùs, & alia, Tusch. *litt. V. conclus.* 24. *&c.*

19 Quantum expedit domino vasallorum conservatio, & augmentum, ac quomodo fiat, & major Principis divitia in eorum divitia consistat, communi tamen, & mediocri, & alia plura remissivè, de vasallis, eorum jura, & obligatione, Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vasallus per tot.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæst.* 58. *n.* 37. *tom. pr.*

20 De Vasallis, eorum juribus, & obligationibus versus Dominum, & alia multa tradunt Bertachin. *Repert. verb. Vassallus*, Thoro *Comp. decis. Neap. part. pr. &* 2. *eod. verb.* Joseph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Cabed. *decis.* 44. *part.* 2. Capiblanc. *tract. de Baron.* Novar. *tract. de gravam. Vasall.* Bobsdill. *lib.* 2. *Politic. cap.* 16. Cyriac. *contr.* 26. Balaarau. *de feud. prout in Indice verb. Vassallus*, cæteriqua plures relati à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Vasallus*, & à Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 773. & novissimè Ant. de Villaplana *Illustrat. feudal. vers.* 6. *cum Addit. per tot. fol.* 209. *& seqq.* Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. in locis indicatis in Repert. gener. in fine par.* 3. *verb. Vasallus*, Ant. Gob. *Consult.* 142. ubi an invlti possint alienari, vel infeudari à suo Principe, & alienati, vel inferiori infeudati valeant se ipsos redimere, & in manos Domini superioris reponere, &c. vide in §. *Princeps n.* 30. & Andreol *contr.* 402. *per tot.* Plura etiam De Luc. *in Indic. gener.*, & Altimar. *in tract. de nullit.* & De Curte *in resol. feudal. impress. post* De Marin. Fagn. Brunnemann. Spad. *cons. tom. pr.* Carpzov. Pistor. Novar. Capiblanc.

Vasallus pro renovatione investituræ non tenetur ad aliquam, licèt minimam relevii, sive laudemii solutionem, sivè per mortem principis, sivè per mortem vasalli prædicta investituræ renovatio postuletur Jacob. à Sanct. Georg. *de feud. tit. qui quidem investiri num.* 58., *&* 59. Harm. *libr. pr. quæst.* 50 *num* 59.

21 Vassallus potest alienare fructus jurisdictionis, quales sunt compendia pænarum, non tamen jurisdictionem in alium transferre Spad. *cons.* 40 *n.* 80. *vol. pr.* Purpurat. *cons.* 542. *n. pr. lib.* 2. Alex. *cons.* 18. *num.* 4. *vol.* 5.

22 Vassallus potest, mediante licentia Domini feudum liberè donare Spad. *cons.* 45. *n.* 55. *&* 57. *vol. pr.*, Secus verò sine licentia *ibid. cons.* 48. *n.* 20. *cons.* 58. *n.* 35.

23 Vassallus potest disponere de bonis feudalibus ad favorem illorum, qui veniunt ab intestato absque licentia Domini, si non adsit contraria consuetudo Spad. *cons.* 57. *n.* 23. *vol. pr.*

24 Vassallus non potest alterare naturam feudi præsertim antiqui in præjudicium Domini, aut vocatorum Spad. *cons.* 49. *n.* 30. *cons.* 57. *n.* 20. *et* 25. *vol. pr.*

Potest tamen in præjudicium ipsius durante jure suo Spad. *cons.* 48. *n.* 7. *cons.* 58. *n.* 37. *vol. pr.*

Non potest de feudo mixto aliquid disponere in præjudicium vocatorum Spad. *cons.* 52. *n.* 5. *vol. pr.*

Non potest gravare fideicommisso vocatos ad feudum sine licentia Domini Spad. *cons.* 11. *n.* 22. *cons.* 57. *num.* 24. *tom. pr.*

25 Vassallus agens in Curia Domini tenetur docere de investitura Dec. *cons.* 61. *col.* 2. *vers. non obstant* Spad. *cons.* 61. *n.* 2. *vol. pr.*

26 Vassallus agens adversus Dominum probare debet possessionem, vel quasi cum titulo vero, vel præsumpto Rot. *divers. part. pr. decis.* 600. *in fin.* Spad. *cons.* 4. *a n.* 17. *vol. pr.*

27 Vassallus spoliatus feudo a Domino potest agere coram ejusdem superiore Spad. *cons.* 46. *num.* 4. *vol. pr.*

28 Vassalli, & alii nominantes aliquem in Dominum, eumque pro tali recognoscentes, eique obedientes nihil agunt in præjudicium veri Domini, non accedente præsertim præsumpto consensu ipsius Spad. *cons.* 4. *n.* 46. *& n.* 130. *&* 131. *vol. pr.*

Vassalli quænam servitia de jure præstare debeant Baroni, & an cogi valeant ad metendum, arandum, asportandum ligna, & alia, & quid de fructibus portionis dominicalis De Luc. *de Regal. disc.* 46. 29

De distinctione vassallorum feudi, & vassallorum civium, seu burgensium: Vassalli angarii, & perangarii qui verè, & propriè dicantur De Luc. *de Regal. disc.* 46. 30

Vassalli prohiberi non possunt a Domino, ne construant nova molendina, cogi tamen possunt accedere ad molendina Domini, quoties eorum jus non fieret deterius De Luc. *de Regal. disc.* 145. *a n.* 9. 31

Non debent duplici onere gravari simul a Domino, & a feudatario De Luc. *de Feud. disc.* 64. *nu.* 2. Borell. *de Præstant. Reg. Cath. cap.* 20. *n.* 45. 32

Vassalli declarare possunt investituram inscio Domino Rot. *rec part.* . *decis.* 405. *num. pr.* Boscol. Parmans. *in contr. feud. art.* 4. *n.* 21. inter oper. Card. De Luc. *tit. de Feud.* 33

Vassalli collectantur potius a Domino immediato, quàm mediato, seu superiore, etiam in statu Ecclesiæ De Luc. *de Feud. disc.* 63 *n.* 2. *&* 6. 34

Clerici non dicuntur vassalli Baronis, ad cujus favorem possunt testificari De Luc. *de Jurepa. r. disc.* 3. *n.* 11. *disc.* 58. *n.* 7. 35

Vassallus mortuo Domino, uxore prægnante relicta, petit investituram a curatore ventris Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. n.* 26. *vers. vassallus fol.* 8. *tom.* 8. 36

Vassallus an præscribat feudum contra Dominum, vel partem illius contra adversarium, & quæ valeat ipsa præscribere Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 42. *sect. pr. n.* 451. 454. *&* 455. *tom.* 7. 37

Vassalli inviti an possint alienari Barbos. *in l.* 25. *C. de pact.* Altimar. *de nullit. rubr pr. quæst.* 14 *sect.* 4. *n.* 46. *tom.* 3. 38

Vassalli admittuntur ad retractum jurisdictionis venditæ, & gabellarum Larr. *alleg.* 106. *a n.* 5. Altimar. *supr. n.* 47. 39

Vassallus in pari periculo non tenetur ponere vitam pro Domino, nec tenetur defendere Dominum contra seipsum Altimar. *rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 19. *n.* 190. *tom.* 4. an contra proprium patrem, fratrem, vel filium *ibid. n.* 191., an teneatur servire extra Regnum *ibid. n.* 194. 40

Vassallus sciens imminere periculum Domino si illum non faciat certiorem amittit feudum secus si non potuit Altimar. *dict. quæst.* 19. *n.* 250. 41

Vassallus negans se tenere feudum a Domino scienter, illud amittit Altimar. *loc. cit. n.* 251. Rosental. *de Feud. cap.* 10. *conclus.* 32. Schrad. *eod. tract. part.* 9. *cap.* 6. *n.* 19. 42

Vassallus si fecit aliquid, propter quod feudo esset privandus, si illud fecerit coactus non privatur feudo. Altimar. *ibid. n.* 252. 43

Vassallus non potest super feudo compromittere sine licentia Domini Fagnan. *in cap cum tempore n.* 23. *&* 28. *de Arbitr.* 44

§. U B E R T A S. V.

Ubertas dicitur quando ultrà consuetum non modicum, sed multum percipitur de fructibus arbitrio judicis, Salyc. *in l. licet C. locat.* Rom. *cons.* 434. *num.* 2. *&c.* Buss. *tract. var. tit. de remiss. merced. n.* 55. *&c.* vide *in* §. *Remissio num.* Latè Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 20. *n.* 6. *cum seqq.* 1

De ubertate unius anni compensanda cum sterilitate alterius anni, *l. si uno ff locat.* Bertachin. *Repertor. verb. Ubertas*. Alia indicat Steph. Doyz. *in suo Indice*, & alii citari à Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Ubertas fol.* 774. De Luc. *de Regal. disc.* 73. *num.* 3., *&* 12. *disc.* 134. *n.* 12. Vide Bersan. *loc. supra allegat.*, ubi plura circa hanc materiam. 2

Ubertas annonæ augetur cura, & diligentia Præfectorum, sicut ex negligentia sequitur inopia, & alia quomodo ubertati annonæ tempore pestis fuerit 3

Romæ

Romæ provisum Card. Gastal. *tract. de avert. & profig. pest. Polit. legal. in pluribus locis indicatis in Repertor. verb. Grascia, & verb. Ubertas.*

4 Ubertas verificatur ex notabili excrescentia fructuum, ex modica autem dicitur annus luctosus De Luc. *de Regal. disc.* 61. *n.* 23.

5 Ubertas anni sedis vacantis an sit compensanda cum sterilitate aliorum annorum De Luc. *de Feud. disc.* 83. *n.* 25.

6 Ubertas, quæ consistit in fructibus meliorationum non debet compensare sterilitatem Bursat. *cons.* 11. *n.* 38. Bersan. *de Compens. cap.* 2. *qu.* 20. *n.* 9.

7 Ubertas sivè immediatè, sivè interpolatè successerit, vel præcesserit nihilominus compensat sterilitatem Bersan. *loc. cit. dict. quæst.* 20. *n.* 17. Nonnulli restringunt hanc conclusionem usque ad spacium decem annorum *ibidem nu.* 18., Sed vide eumdem Bersan. *ibidem n.* 20.

8 Ubertas non compensat sterilitatem in quatuor casibus: Primò si acciderit sterilitas in fundi substantia; Secundò quando provenit ex facto, & culpa locatoris; Tertiò quando initum est pactum, quod propter sterilitatem fieri debeat remissio mercedis; Quartò si ubertas contingat in diversa locatione, latè Idem Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 20. *num.* 22. *cum seqq.*

§. VECTURALES. VI.

1 VEcturales non transeuntes per solitum, & consuetum iter causa fraudandi vectigalia, vel aliter sustineat omne periculum circa merces in hujusmodi itinere insolito, Castr. *in l. cum proponamus, C. de naut. fœn.* Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & mercede quæst.* 88. *num.* 33. *&c.*

Quando tamen via recta est valde lutuosa, & minus tuta, & ex hac causa per obliquam incedunt, excusantur, & Surd. *cons.* 12. *n.* 28. *&c.* Rot. *par* 12. *rec. decis.* 159. *num.* 13. *&c.*

Si autẽ detegatur fraus gabellæ, an ipsi vecturales, vel dominus mercium sentiant damnũ amissionis, & pœnas, vide Bald. *cons.* 417. *lib.* 1. *cons.* 51. *lib.* 4. Cuman. *cons.* 21. Card. Tusch. *litt. V. concl.* 34. *per tot.* dixi *in §. Gabella num.* 25. *&c. in Pract. §. Veturali num.* 6. adde Paul. Christin. *dec. Belgic.* 114. *volum pr. per tot.* ubi post multa concludit, ac fuisse decisum testatur, merces alterius ignorantis non cecidisse in commissum, *& decis.* 269. *n.* 25. *&c. volum. pr.* ubi quòd periculum est vecturalis, si ipse fuit in dolo, vel culpa, si verò fuit dominus in dolo, & vecturalis in culpa, imputatur domino, qui non notificavit qualitatem mercium; Vecturalis enim non potest ex dolo suo facere, ut dominus amittat merces, etiam stante statuto id disponente, sed tenetur vecturalis relevare dominum si sit solvendo aliàs dominus restitui adversus pœnam commissam, ac ita fuisse judicatum, facit Gatt. *cons.* 6. *num.* 66. Vide Ferret. *de Gabell. n.* 243. Conciol. *§. Gabel. resol.* 4.

2 Vecturales circa merces vehendas tenentur regulariter de dolo, lata, & levi culpa, non tantùm propria, sed etiam eorum, quorum opera ipsi utuntur, & quandoque etiam de levissima, ac ad omne damnum, nisi probent omnem possibilem diligentiam adhibuisse, & damnum evenisse ex mero casu fortuito, de quo cessante culpa non tenentur, *l. sicut certum, §. nunc videndum, ff. commod. l. si merces, §. qui columnam, ff. locat.* Cyriac. *controv.* 166. *per tot. lib. pr.* Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.* 88. *num.* 26. *& seqq.* vide in *§. Locatio num.* 11. *§. Electio num.* 3. *§. Periculum num.* 12. latè Rota *part.* 12. *recent. decis.* 26. *per tot.* ubi quòd cessante dolo, vel lata, sive levi culpa non tenentur de casu fortuito, & quando teneantur de levissima, vel non, & alia ad propositum, facit eadem Rot. *d. part.* 12. *decis.* 73. *num.* 8. *& seqq. & dec.* 559. *per tot.* ubi etiam an, & quando dominus mercium teneatur probare culpam vecturalium, vel potiùs ipsi vecturales adhibuisse debitas diligentias, & distinguit prout dixi *in §. Conductor. num.* 29. vide De Luc. *de Locat. disc.* 11. *ex num.* 2. *disc.* 12. *at disc.* 13. *utrobique ex num.* 2. *de Tutor. disc.* 15. *n.* 25. Vide Actol. *resol.* 64. *& seqq* Cyriac. *contr.* 166.

Vecturales an possint prætendere salarium conventum si merces casu in itinere perierunt, ita ut ad locum destinatum non fuerint translatæ, vide *in §. Salarium n.* 17. Signorol. *cons.* 195. *n.* 5. *&* 6. Tusch. *litt. V. concl.* 37. 3

An habeant hypothecam, & retentionem mercium pro mercede sibi debita vide *in §. Hypotheca n. §. Retentio num. & §. Salarium n.* in *Pract. §. Vetturali num.*

An probent circa consignationem mercium ab ipsis factam, vide *in §. Portator n.* 1. *& in Pract. §. Vetturali nu.* 11. Plura quoad consignationem mercium De Luc. *de Locat. disc.* 12.

An habeant actionem ad repetendum pretium equorum, vel mulorum locatorum viatoribus, si itinere perierint, Bald. *cons.* 404. *lib.* 2. *cons.* 22. *lib.* 3. Alex. *cons.* 183. *lib.* 7. Tusch. *litt. V. concl.* 36. *litt. C. concl.* 481. Caroc. *de locat. & conduct. fol. mihi* 18. *num.* 17. *fol.* 173. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 56. Gratian. *cap.* 677. *nu.* 13. *&c.* vide in *§. Conductor n. in Pract. §. Veturali n.* 10.

Vecturales asserentes amisisse merces, vel alias res sibi consignatas in itinere, debent hujusmodi amissionem probare aliter quam per juramentum, nisi concurrant conjecturæ id suadentes in casu difficilis probationis, ac etiam admissa, & probata hujusmodi amissione; si fuerit ex culpa, & negligentia ipsorum, tenentur ad pretium liquidandum juramento domini, præcedente judicis taxatione ubi intervenit dolus, alias arbitrio ipsius judicis sumptis debitis informationibus, Corne *cons.* 314. *lib.* 4. Ludovis. *dec. Perus.* 30. *n.* 16. facit Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 135. *n.* 8. *&c. lib.* 6. *præsumpt.* 61. *per tot.* Genu. *de script. privat. in Addit. quæst.* 20. *per tot. fol.* 39. Cavaler. *decis.* 103. *&* 523. *num.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 71. 262. *&* 468. Rot. per Farinac. *dec.* 238. *&* 239. 4

Vecturales, sive Mulliones an possint cum bestiis oneratis iter inchoato in diebus festis sine peccato mortali, variæ sunt opiniones; sed posse iter jam cœptum continuare videntur omnes admittere, imò etiam inchoare audita prius Missa, probat Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 56. vide in *§. Feria n.* 6. 5

De vectoribus, & vecturalibus Stephan. Daoyz. *in suo Indice*, & alii citati à Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Vectores fol.* 776. ubi quòd Vecturales pro mercibus deperditis non possunt petere mercedem vecturæ, ex Joseph. Ramon. *cons.* 29. Em. De Luc. *in Indic. gen. verb. vector, & verb. locatio operar.* 6

Vectores Grasciarum, & Mercium, quibus cantelis uti deberent, & fuerint admissi Romæ tempore pestis, Card. Gastald. *tract. de avert. & proflig. pest. Polit. legal. in locis indicatis in Repertorio verb. Vectores, & verb. Grascia.* 7

Vectores quando teneantur, & ad quid pro effusione Vini Olei, vel alterius liquoris ab illis suscepti ad vehendum de loco ad locum mercede conventa, quando dicantur in culpa, vel non, & de qua culpa teneantur, latè Cyriac. *contr.* 166. *per tot.* & dixi plures allegando *in §. Locatio num.* 10. *&* 11. *cum Addit.* 8

Vecturales, & Muliones solvere debent pedagia, seu gabellas passuum per viam pro mercibus asportandis Card. De Luc. *de Regal. disc.* 63. *n.* 5. 9

Contraria Vectoris assertio non præjudicat Domino, ut incidat in commissum, quando reperitur in via Gatt. *cons.* 6. *n.* 61. ubi hoc declaratur. 10

Non est in potestate Vectorum facere Dominos rerum in commissum incidere Rauden. *var. cap.* 23. *n.* 94. Gatt. *cons.* 6. *n.* 66. 11

Vecturæ equi pignorati imputantur in sortem Neguz. *de Pignor.* 2. *membr.* 7. *part. n.* 17. Mant. *singul.* 230. Caroc. *de Locat. tit. de Credit. quæst.* 23. *n.* 1. *part.* 2. *fol.* 110. Gatt. *cons.* 26. *n.* 43. 12

§. VENDITIO. VII.

VEnditio, ut dicatur perfecta debent concurrere tria requisita substantialia, nempe res vendi- 1

ta, consensus, & pretium determinatum non collatum in arbitrium alterius ex contrahentibus, licèt possit conferri in arbitrium tertii, Gratian. discept. for. cap. 500. n. 14. &c. cap. 545. n. 43. &c. Altogr. cons. 10. n. 8. &c. lib. 1. Card. Tusch. litt. V. concl. 44. & 45. Marcian. disput. for. cap. 40. n. 23. cap. 50. n. 15. & seqq. Ricc Collect. 3614. plenè Rot. in Noviss. part. 6. dec. 172. per tot. coram Merlino inter impressas ejusd. decis. 567. part. 2. divers. dec. 271. plura de hac materia tradit Caldas Pereyr. tract. de empt. & vendit. per tot. & pleniùs Hermosil. ad l. partit. tom. 2. per tot. fol. 391. &c. ubi quòd dictis tribus requisitis concurrentibus est perfecta venditio, nec est locus pœnitentiæ, etiam re integra, & licèt dictum fuerit, quòd fiat instrumentum infra octo dies, vel aliud tempus, & illud factum non fuerit; nisi appareat partes aliter se obligare noluisse, nisi prius facto instrumento, & sic voluisse fieri scripturam, vel instrumentum non pro simplici probatione, sed pro substantia contractus, & obligationis, ut dixi in §. Scriptura n. 21. & in resolut. cap. 1. n. 19. & 20. ubi quòd scriptura in dubio dicitur requisita ad probationem, & non ad substantiam contractus, vide Altograd. cons. 11. n. 16. &c. lib. 1. Cabal. cons. decis. 120. per tot. lib. 2. & alios per me ubi supra citatos, Paul. Christin. dec. Belgic. 53. cum pluribus seqq. vol. 3. Rot. part. 12. recent. dec. 139. ubi quòd concurrentibus dictis tribus requisitis, venditio dicitur statim perfecta, & potest probari quolibet alio modo legitimo sine scriptura, & part. 14. rec. dec. 184. n. 3. &c. Bich. dec. 638. per tot. ubi quando non sit perfecta ante confectionem instrumenti, & ex quibus arguatur de substantia, quid in dubio, & alia, idem Bich. dec. 664. quæ est supracitata part. 11. decis. 139. Fagundez. de just. & contract. lib. 5. cap. 2. per tot. ubi de dictis requisitis, ut contractus in utroque foro sit obligatorius, Gibalin. de univers. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 4. art. 1. fol. 55. &c. vide Urceol. de transact. quæst. 59. n. 31. & 32. Rocc. disput. 60. n. 16. Bondeo. collect. 29. n. 18. De Luc. de Regal. disc. 125. n. 3. de Credit. disc. 23. n. 5. disc. 135. n. 21. de Empt. in Summ. n. 8. Capon. de Pact. quæst. 18. n. 14. Latt. dec. 11. Altimar. de nullit. rubr. 2. part. 2. quæst. 15. n. 22. tom. 4., ubi latissimè.

Multa quando possit venditio conferri in arbitrium unius ex contrahentibus, Surd. dec. 82. & 114. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 534. n. 4. &c. Altograd. cons. 12. per tot. lib. 1. ubi examinat omnia prædicta tria requisita substantialia, an possint simul, & complexivè in alterum ex contrahentibus, vel in ambos conferri, & an disjunctivè, & unumquodque de per se separatim, & concludit quòd non, licèt aliqua qualitas accidentalia possit conferri, ut ibi latè per eum, & ante sequtam declarationem non valet contractus, sed est locus rescissionis, etiam si res fuerit tradita, declaratione verò sequta incipit valere pro ut ex nunc, Hermosil. loc. cit. glos. 2. leg. 9. fol. 463. &c. ubi plura an valeat venditio pro pretio ab uno ex contrahentibus, vel à tertio declarando. Altimar. loc. supra cit. n. 73.

Quòd post factam traditionem sustineatur venditio posita in alterius voluntatem, sicut etiam sustinetur de æquitate canonica, Gratian. disceptat. for. cap. 534. n. 14. &c. vide in §. Locatio nu. 1. Merlin. dec. 567. per tot. Mattha vot. Pis. 151. per tot. & vot. 208. ubi quòd sustinetur tanquam contractus innominatus, & agitur præscriptis verbis. De Luc. de Empt. disc. 4. n. 10. & 11. de Regular. disc. 125. n. 4. Altimar. ubi supra n. 74.

Intelligendo quando contractus est perfectus in substantialibus, aliàs potest ab eo recedi, & res tradita revocari per condictionem sine causa, & quando traditio fuit perfecta, & libera in omni sua parte, aliàs non dicitur facta executio contractus, si pro parte tantùm sit observatus, & non dicitur res tradita si non sit tradita in totum, & immunis ab omni servitute, & obligatione, cùm defectus in minimo obstet, & faciat esse locum rescissioni contractus per viam exceptionis, ad tradita per Altograd. cons. 20. n. 35. & seqq. lib. 1. Altimar. loc. supra relat. num. 75.

Quòd venditio facta pro pretio declarando à communibus amicis eligendis statim valeat, & dicatur perfecta, etiam ante æstimationem, & declarationem DD. in l. vendentes C. de contrab. empt. Ursil. ad Afflict. decis. 85. nu. 6. &c. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. nu. 33. & seqq. Fontan. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 13. num. 55. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 2. num. 9. Altograd. cons. 6. num. 91. & 92. lib. pr. Rot. part. 12. recent. decis. 91. nu. 9. & seqq. Fagundez. de just. & contract. lib. 5. cap. 29. per tot. Card. De Luc. de Empt. disc. 4. num. 9. Altimar. loc. adduct. n. 76.

Quòd licèt promiserit de suo facto proprio tantùm, non obstante illa taxativa, teneatur etiam de facto sui auctoris, Vivi. *comm. opin.* 1019. Altograd. *cons.* 54. *num.* 5. *lib.* 2. Mangil. *d. quæst.* 10 *per tot.* ubi quomodo hoc intelligatur, *& quæst.* 11. ubi an teneatur etiam pro facto hæredis, Martha *vot. Pis.* 129. & dixi in *§. Evictio num.* 9. Rocc. *disp.* 91. *num.* 1. *tom. pr.* Altimar. *loc. supra relat.* n. 415.

Quòd teneatur ad pretii restitutionem, licèt evictio sequatur ex facto alterius, Boss. *de remiss. Merced. num.* 60. Alex. *cons.* 188. Vivi. *comm. opin.* 1019. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 566. *n.* 3. Urceol. *d. cap.* 2. *nu.* 65. *&c.* Mastrill. *decis.* 28. *per tot.* Rocc. *disp.* 91. *n.* 17. Jovi. *de solemnit. glos.* 16. *§.* 11. *n.* 108. Vide Altimar. *loc. supra adduct.* n. 416.

Nisi emptor sciverit rem esse litigiosam, & subiacere periculo evictionis, Rot. in d. Romana 24. millium 16. Junii 1636. coram Panzirolo *num.* 8. *&c.* vide Mangil. Mart. Medic. & Urceol. *in loc. cit.* & dixi *in §. Cessio num.* Rocc. *loc. cit. nu.* 27. *&* 18. Altimar. *ubi supra n.* 417.

Quid autem si ipse venditor emerit à minore non servatis solemnitatibus, & ex causa sequatur evictio, an teneatur ex eo, quòd videtur sequi ex sua culpa, & facto, Tiraquel. *de retract. lignag. §. fin. num.* 41. *& seqq. ad* 50. ubi videtur concludere quòd non, nisi dolosè in ignorantem alienaverit, Mangil. *de evict. quæst.* 11. *num* 41. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 419. *tom.* 4.

30 Venditor promittens de evictione, & indemnitate emptoris, tenetur quomodocumque sequatur evictio, etiam casu fortuito, Bartol. *in l. quæro ff. locat.* Rum. *cons.* 241. Addict. ad Pract. Papp. *caus. vendit. gloss. promittens*.

In contrarium faciunt Gratian. *discept. forens. cap.* 205. *per tot.* Mangil. *de evict. quæst.* 28. *per tot.* ubi quòd ante venditionem perfectam, & traditionem, periculum casus fortuiti spectat ad venditorem, posteà verò ad emptorem.

Ad quid autem teneatur venditor ratione evictionis, plenè Mart. Medic. *Exam.* 26. *& decis.* 43. *per tot. cum Addit.* Mangil. *de evict. quæst.* 20 *&c.* vide *in §. Emptio num.* *§. Evictio num.* Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 393. *cum duabus seqq.*

31 Venditor promittens emptorem defendere de jure, & de facto, ac quomodocumque, & qualitercumque sequatur evictio, non ob id tenetur arma capere ad defensionem emptoris, sed de facto exponitur, idest assistendo de facto in judicio, advocatos, & procuratores quærendo, Pract. Papp. *cum Addit. in caus. vendit. gloss. & legitima*, Ottnot. *Instit. de inutil. stipul. §. Si quis alium num.* 10. Cravett. *cons.* 211. *num.* 4. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 227. *num.* 7. *&* 43. Mangil. *de evict. quæst.* 19. *per tot.* facit Cabal *cons. decis.* 58. *&* 78. *lib. pr. infra n.* 36. latè Joseph. de Rosa *Consult.* 7. *num.* 39. *& seqq.* ubi plura quid importet clausula, *etiam de facto*, in promissione evictionis, & alia ad rem.

32 Venditor comparens in judicio ad defensionem emptoris, potest tamquam necessarius defensor ea omnia agere, quæ posset ipse emptor, non tamen novando judicium vel actionem; an si sit conjunctus litigantis, possit ex sua persona petere compromissum, & alia tradit Urceol. *Consultat. forens. capit.* 9. *num. pr. & seqq.* Mangil. *de evict. quæst.* 7. *per totum*.

Si autem sit Clericus an possit declinare forum, idem Urceol. *Consultat. forens. cap.* 44. *num.* 36. *&c.* ubi refert contrarias opiniones, & videtur distinguere, ut conventus ad nudam defensionem præstandam, si velit emptorem defendere non possit declinare forum, conventus verò pro regressu, & interesse emptoris, ac ad retorquenda contra eum mandata executiva possit tunc forum declinare, vide latè Mangil. *de evict. q.* 6. *per tot.* & dixi *in §. Clericus n.*

33 Venditor dicens non teneri de evictione, eo quia sibi lis non fuit denunciata, nil aliud consentaneum allegando contra jus evincentis, non est audiendus, quia etiam lite denunciata non potuisset evictionem impedire, Boss. *tit. de remiss. merced. num.* 52. Maur. *de fidejuss. part.* 2 *sect.* 4 *cap.* 39. *num.* 30. Capyc. *decis.* 106. Cravet. *cons.* 83. *num.* 6. *cons.* 179. *num.* 6. Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 69. *& part.* 25. *rec. dec.* 395. vide *in §. Emptio n.* 8.

Contrarium videntur tenere Vivi. *comm. opin.* 1027. Matant. *part.* 6. *membr.* 5. *de laudat. auct. num.* 16.

Digitized by Google

Alex. *conf.* 68. *lib.* 3. vide Cabal. *conf. dec.* 58. *lib. pr.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 354. *num.* 33. *cap.* 363. *num. pr. &c. cap.* 175. *num.* 30. *&c.* ubi tenet supradictam primam opinionem, pro qua etiam benè facit Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 395. *num.* 6. *&c.*

Quando sit necessaria denunciatio, vel non, vide Franch. *dec.* 523. *per tot.* & plenè Mangil. *de evict. quæst.* 4. *&* 5. *per tot.* ubi firmat denunciationem esse necessariam cum suis ampliationibus, & postea *nu.* 23. *& seqq.* ponit limitationes, & casus, in quibus venditor tenetur de evictione, etiam nulla sibi facta litis denunciatione; quo tempore sit facienda, & an saltem venditor teneatur ad pretii restitutionem, & alia, ex quibus possunt de facili opiniones concordari, adde Urceol. *tract. de transact. quæst.* 42. ubi plura eadem Rot. *part.* 15. *recen. dec.* 395. Latè, modern. Add. ad De Franch. *loc. cit.* Emerix jun. *dec.* 249.

An autem venditor pro evictione conventus satisfaciat offerendo emptori eamdem rem non deteriorataram cum omni alio interesse; dic quòd si evictio sequuta fuit ratione dominii, non satisfacit, nec emptorem repellit ab executione sententiæ, quia ista evictio habet perpetuam causam, & semel commissa stipulatio non resolvitur, maximè quando res jam fuit emptori ablata; si verò sequuta fuit evictio ratione solius hypothecæ, & sic in nuda possessione, satisfacit venditor dictam oblationem faciens, ac commissa stipulatio resolvitur, quia soluto debito hypotheca extinguitur, Soccin. *cons.* 199. *num.* 8. *lib.* 2. Franch. *decis.* 145. cum aliis per Cabal. *cons. decis.* 6. *per tot. lib. pr.*

Venditor non tenetur de evictione, nec ad dam-
34 na, & interesse, quando evictio non sequitur ex aliquo capite juris communis, sed ex jure speciali, & ideò non tenetur si fundus evincatur à domino census, vel à vicinis, sive propinquis jure congrui, Cenc. *de Cens. qu.* 66. *num.* 79. *&c.* Tiraquel. *de retract. lignag. glos.* 9. §. *pr. num.* 34. *&c.* Maut. *de fidejuss. par. pr. sect.* 3. *cap.* 18. *nu.* 13. Gratian. *discept. cap.* 205 *per tot. & cap.* 433. *num.* 19. ubi notabiliter limitare videtur, vide *in §. Emptio n.* *& §. Feudum num.* 13. Altimar. *loc. cit. num.* 420. *&* 421. Calderon. *resol.* 84. *n.* 7.

Quòd quando promisit verbis universalibus quomodocumque, qualitercumque, vel quavis causa res evincatur, teneatur etiam in casu quo evictio sequitur ea natura rei, Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 152. *n.* 5. *&c.* secùs si simpliciter promiserit de evictione, eadem Rot. *d. part.* 2. *dec.* 211. *per tot.* vide Mangil. *de evict. quæst.* 21. *& seqq.* ubi de cautelis, ut quia omni casu de evictione teneatur. Altimar. *ubi supra n.* 422. Calderon. *resol.* 84. *n.* 8.

Venditor quando teneatur præstare fidejussionem
35 pro evictione, vel non, dixi *in §. Fidejussor n.* *& §. Emptio n.*

Tenetur tamen ipse se obligare pro evictione etiam si non fuerit actum ab initio, Tusch. *litt. O. concl.* 46. *& litt. V. conclus.* 54.

Venditor non tenetur de evictione sequuta ex cul-
36 pa emptoris, vel jure publico, Add. ad Pract. Papp. *caus. vend. glos. promittens*, latè Gratian *disceptat. forens. cap.* 205. *n.* 20. *&c.* Calderon. *d. resol.* 84. *n.* 10.

Item non tenetur de evictione facta non servata juris forma, sed extrajudicialiter, sive per violentiam, & sibi lite solemniter non denunciata, Cabal. *cons. dec.* 58. *&* 78. *lib.* 1. Capyc. *dec.* 106. Rot. *par.* 2. *divers. dec.* 69. vide *in Emptio n.* *& §. Evictio n.* Urceol. *tract. de transact. quæst.* 42. *per tot.* ubi qualiter venditor teneatur de evictione, etiam si emptor agnoverit bonam fidem, & transegerit cum evincente, & quæ tunc emptor probare debeat.

Venditor tradens rem obligatam emptori, non te-
37 netur de evictione, sed solùm ad quantum interest emptoris rem non esse obligatam, Gratian. *discept. for. cap.* 361. *n.* 4. *etc.* Magon. *dec. Flor.* 93. *n.* 2. *etc.* vide *in §. Fidejussor n.* 75.

Quòd vendens domum intelligatur eam vendere liberam ab omni servitute, & teneatur eam sic liberam tradere emptori, aliàs non dicatur implevisse ex parte sua, Altograd. *cons.* 10. *n.* 25. *et seqq. lib.* 1. ubi ideò *per tot.* ostendit licere emptori à contractu recedere, vide *in §. Emptio num.* 16. *etc.* Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 264.

Quando vendens dicatur vendere tantùm jus, quod ipse habet in re vendita, quando secùs, & quid importet, latè Tusch. *lit. V, conclus.* 52. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 66. *per tot.*

Quòd vendens jura talia qualia, ad allod non teneatur, quàm jus suum transferre, & si nullum jus habeat ad nihil possit adstringi, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 287. *num pr. etc.* de quo dubito per ea, quæ dixi *in §. Cessio num.* 32. *et* 34.

Venditor sciens qualitates, & servitutes rei, non certiorato emptore tenetur ad interesse, si verò igno- 38
rat tenetur ad quanti minoris emptor fuisset empturus, & sic ad defalcationem pretii, *l. quoad servitutes* 75. *ff. de evict.* Capyc. *decis.* 187. *nu.* 15. *etc.* Tusch. *litt. V, conclus.* 51. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 7. *art.* 6. *per tot.* Rot. *part.* 23. *recen. decis.* 364. *n.* 12. Surd. *decis.* 166. *per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 281. *num.* 24. *etc. nu.* 39. *etc.* Marcian. *disp. forens. cap.* 92. *per tot.* P. Stephan. de Neapol. *de præcep. jur. et just. part. lib.* 2. *cap.* 40. *nu.* 17. Salon. *de just. et jur. tom.* 2. *quæst.* 77. *art.* 3. *contr. pr. et seqq. fol. mihi* 76. Azor. *Institut. mor. part.* 3. *libr.* 8. *cap.* 23. Costa *de fact. scient. et ignor. inspect.* 90. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 35. *num.* 15. *etc.* Leoncill. *decis. Ferr.* 43. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 361. *per tot.* ubi quòd è contra potest venditor petere augmentum pretii si detegatur aliqua servitus debita rei venditæ, quæ augeat æstimationem, & non fuerit habita in consideratione, nisi proveniat à casu, & fortuna, quia tunc cederet ad commodum emptoris, & respondet ad id quòd contrahentes teneantur investigare conditionem rerum, & personarum cum quibus contrahunt, vide Urceol. *de transact. quæst.* 42. *in princip.* Calderon. *resol.* 42. *n.* 19. *et* 20. Noguerol. *alleg.* 14. *n.* 110. *et* 112. Cyriac. *contr.* 278. Altim. *loc. cit. a n.* 683. *et præsertim n.* 687.

Quòd vendens rem simpliciter intelligatur eam vendere liberam, & ita liberam tradere teneatur, etiā si non asseruerit esse liberam, alias ex parte sua non dicatur adimplevisse contractum, & ideò ultra dictas actiones ad interesse, & quanti minoris, possit etiam contractus rescindi volente emptore, aliquibus concurrentibus, de quibus latè Altograd. *cons.* 12. *n.* 32. *& seqq. lib. pr. & cons.* 10. *lib. pr.* vide *in §. Emptio num.* 16. Urceol. *consultat. forens. cap.* 51. *cap.* 65. *& cap.* 91. *per tot. vol.* 2. dixi *in §. Contractus num.* 5. Rot. *part.* 14. *recen. decis.* 264. ubi quòd venditor debet certiorare emptorem, & si res vendita ut libera reperiatur aliquo onere gravata, veluti fideicommisso obnoxia, tenetur emptori restituere pretium loco damnorum, & interesse, Bich. *decis.* 638. *num.* 21. ubi quòd emptor potest à contractu recedere si venditor expressè promisit rem esse liberam, & talis non sit, cùm tunc præsumatur per fraudem inductus ad emendum aliàs non empturus, quidquid secùs sit quando talis promissio non est expressa, Gratian. *discept.* 75. *n.* 25. *& decis.* 13. *n.* 19. *& seqq.* Marescot. *var. resol. lib. pr. cap.* 90. *n.* 5. *& seqq.* adde latè Urceol. *tract. de transact. quæst.* 42. *nu.* 17. *et seqq.* ubi tenet idem esse, etiamsi pactum non sit expressum, sed tacitum ex juris præsumptione elicitum, quòd subintelligatur res liberè vendita, ut sit locus rescissioni contractus, si ita emptori magis videatur expedire, adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 59. ubi intelligit si intersit emptoris, in terminis venditoris census, qui non tenetur rem ab alio censu liberare si utriusque oneris sit capax.

De dicto interesse quanti minoris, vide Staiban. *de interess. lib. pr. quæst.* 21. *per tot.* *& lib.* 2. *tit.* 9. *quæst.* 2. *per tot.*

Quòd vendens rem gravatam aliquo onere, non certiorato emptore teneatur ad defalcationem pretii pro rata dicti oneris, & in culpam illud reticentis brevi manu fiat executio contra eum absque alia dilatione, & processu, Gratian. *discept. forens. cap.* 534. *nu.* 21. *cap.* 912. *num.* 16. *&* 39. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 281. *num.* 24. *&c. num.* 39. *&c.*

Qualiter teneatur etiam pœna stellionatus arbitrio Judicis ob dolum, & fraudem adhibitam, & quando

do

Digitized by Google

do secùs, Menoch. *de arbitr. cas.* 381. *n.* 7. *& seqq. cas.* 382. *per tot.* Boss. *tit. de extraord. crim. n.* 4. *&c.* Paul. Christio. *ad leg. Municip. tit.* 7. *art.* 5. *et* 6. *infra num.* 44.

39 Vendens boves, vel alia animalia tenetur certiorare emptorem de vitiis, & morbis maximè occultis, aliàs infra sex menses locus est redhibitoriæ restituto pretio, vel infra annum desalcationi, sive diminutioni pretii, quamvis venditor ignoraret hujusmodì vitia, vel dixerit nolle teneri de occultis, sed vendere eum suis schinellis, quia oportet clariùs exprimere vitia; & si fuerit appositum pactum displicentiæ, erit illi locus usque ad 60. dies, licèt animalia non fiut vitiosa; quod autem dicitur venditorem non teneri de morbis patentibus, procedit quando uterque contrahens ignoravit, nam si venditor scivit, ipsius dolus præponderat, licèt emptor supinè ignoraverit; præcipuè si fuerit facta venditio, ut dici solet, *da huomo da bene*; & quando agitur de pari bovum, prædicta locum habent quoad utrumque bovem, licèt unus tantùm esset morbosus, propter simultaneam venditionem, & conjunctionem, ad latè tradita per Ciarlin. *contr. for. cap.* 153. *per tot. & cap.* 89. *tot. tit. ff. de ædilit. edict. & Cod. de ædilit. act.* Surd. *decis.* 146. *per tot.* ubi quando esset redhibitoria, vel non propter signum morbi evidens, & quando morbus dicatur evidens, vel non, adde Fagundez *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 38. *per tot.* ubi qualiter venditor teneatur emptori vitia, & defectus rei aperire, alias locus sit redhibitoriæ, & quanti minoris, Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *leg.* 64. *glos. pr. etc. fol.* 853. ubi plura de ædilitio edicto, ac de ædilitia actione; *& leg.* 65. *&* 66. *per tot.* vide Cabrun. *lucubr.* 16. Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 612. *per tot. tom.* 2. De Luc. *de Empt. disc.* 8. *num.* 9. *&* 10. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Altimar. *ubi supra n.* 693. Calderon. *resol.* 42. *n.* 31.

Quando propter vitium unius rei venditæ omnes redhibeantur, Ciarlin. *disceptat. forens. cap.* 947 *nu.* 26. *etc.* Tusch. *litt. V*, *conclus.* 61. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 89. *et contr.* 223. Pegas *resol.* 3. *n.* 207. Altimar. *ubi supra n.* 696.

Quòd redhibitoria ratione morbi debeat proponi intra sex menses, ob alias causas verò intra 60. dies, Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 22. *nu.* 12. *etc.* Vide Censal. ad Surd. *decis.* 146. *n.* 5. Pegas. *loc. cit. n.* 187. Altimar. *supra n.* 698.

Quòd in ædilitio edicto mensis intelligatur de 30. diebus, & quid in aliis similibus materiis, in quibus fiat mentio de mensibus, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 50. *num.* 2. *per tot.* Altimar. *loc. adduct. n.* 699.

Si bestia vendita moriatur intra triduum post venditionem, præsumitur fuisse morbosa tempore venditionis, ita ut possit agi recuperationem pretii contra venditorem, Boer. *decis.* 323. *num.* 12. Surd. *dec.* 146. *num.* 18. Mascard. *de probat. conclus.* 92. Tusch. *litt. M*, *conclus.* 348. *et* 385. Riminald. *cons.* 360. *nu.* 11. *volum.* 2. Bald. *cons.* 499. *vol.* 5. Ludovic. *decis. Perus.* 118. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 97. *num.* 11. *vol.* 3. Cabal. *cons. decis.* 179. *per tot. lib. pr.* Hermosil. *d. leg.* 66. *glos. pr. n.* 26. *& seqq. fol.* 861. ubi etiam de modo probandi an obierit ex morbo antecedente, vel superveniente post venditionem, & alia. Intelligendo nisi appareat de alia causa, ut dixi *in Pract. §. Bovi num* 5. *&c.* vide *in §. Periculum num.* 3.

Qualiter venditor teneatur omninò denunciare, & notificare emptori servitutes, & onera rei venditæ expressim, & non in genere, nec sub involucro verborum, cùm liceat emptori ignorare, nec ei incumbat onus perquirendi qualitates rei emptæ, imò licèt teneretur emptor aliqualiter indagare, non ob id venditor relevatur ab ista notificatione, & ea omissa dicitur *in* dolo, qui præponderat cuicumque culpæ, & negligentiæ emptoris, Altograd. *cons.* 10. *nu.* 29. *et seqq. lib. pr.* ubi quòd ideò venditori obstat exceptio non implementi, *& cons.* 22. *nu. pr. & seqq. ad* 25. *lib. pr.* ubi latè respondet objectis de præsumpta scientia emptoris, vide Mangil. *de evict. quæst.* 25. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3252. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 29. Surd. *decis.* 265. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 461. *num.* 18. *&c.* Urceol. *de transact. quæst.* 42. *num. pr. et seqq.* Caspens. *Curs. Theol. tract.* 19. *disput.* 4. *sect.* 20. *per tot. fol.* 276. ubi benè declarat, an, & quando vendens teneatur manifestare vitia rei venditæ &c.

Nisi emptor sciat ex se, quia tunc non potest imputari venditori, latè Bich. *dec.* 607. *&* 644. *per tot.* & habetur inter *recent. part.* 12. *dec.* 66. *infra n.* 41.

Quid autem si venditor ignoraverit dicta onera, an ista ignorantia venditoris præjudicet emptori, Sitd. *decis.* 165. *num.* 9. *&* 10. Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 90. *per tot* ubi distinguit interesse intrinsecum ab extrinseco, nam extrinsecum non præstatur à venditore ignorante, sed benè intrinsecum.

Vendentes mancipia, jumenta, vel alia quæcum- 40
que animalia, tenentur notificare emptoribus quid morbi, aut vitii patiantur, quod si factum non fuerit, possint emptores ad libitum quæcumque emerint redhibere, idest restituere, & pretium solutum repetere, intelligendo de vitiis, & morbis occultis, tam continuis, quàm intermittentibus, ac usum rei venditæ impedientibus, ad corpus solùm, vel ad corpus, & animum simul pertinentibus, secùs autē in patentibus, vel levibus, vel animum tantum respicientibus, ut colligitur *ex l.* 1. *& tot. tit. ff. de ædilit. edict.* ubi DD. & benè explicat Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 1. *per tot.* Hermosil. *leg. Partit.* 64. *fol.* 853. *et leg.* 65. *et* 66. *per tot. fol.* 856. *etc.* ubi de edicti causa, & morbi conditionibus, ut redhibitioni locus sit, *Rot. in Romana redhibitionis librorum* 2. *Junii* 1599. coram Millino, apud eumdem Zacch. *d. tract. tom.* 2. *dec.* 20. inter impressas ipsius Millin. *decis.* 280. ubi etiam quod tempus sex mensium ad agendum redhibitoria incipit solùm à die scientiæ morbi, vel defectus, Card. Tusch. *litt. M. conclus.* 384. *et* 385. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 92. 239. 615. 632. Borgn. *decis.* 53. *nu.* 12. *et per tot* Mangil. *de evict. quæst.* 25. *et seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 97. *per tot. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3252. Cabal. *cons. dec.* 64. *per tot. lib.* 1. Fagundez *de just. et contract. lib.* 5. *cap.* 38. *per tot.* Ursell. *conclus.* 43. *nu.* 6., *et nu.* 15. ubi de tempore.

Ad intelligentiam hujusmodi edicti, quomodo differat morbus à vitio, quæ sint vitia animi, & quæ corporis, quæ dicantur gravia, & quæ levia, de morbo sontico, de malencolis, & fatuis, de impetigine, prurigine, & scabie, de spadonibus, & eunuchis, de lingua abscissa, & mutilata, ac cætera loquelæ vitiis, de vitiis visus, de oris fœditate, edentolis, gutturosis, & antiadas habentibus, de variis vitiis, claudis, & varicosis, de prægnantibus, & puerperis, de pariente mortuos, de sterili, & arcta, de ea, quæ bis in mense purgatur, de convalescentibus, de recidivantibus, de morbis circuitus habentibus, de hydropicis clavum habentibus, ploypolis, scævis, mancis, urinam facientibus, & similibus morbis ad dictum effectum redhibitionis, latè idē Paul. Zacch. *Qu. Med. legal. lib.* 2. *tit.* 3. *per tot.* ubi quindecim quæstiones de dictis morbis examinat, Bart. Castr. Salyc. & alii *ad tit. C. de ædilit. act.* Anton. Fabr. *in suo Cod. eod. tit.* Surd. *dec.* 146. Paul. Christin. *dec.* 97. *vol.* 3. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 703. *et* 704. *tom.* 4. Ripoll. *var. cap.* 11. *a n.* 58.

Quòd ut sit locus redhibitoriæ actioni requiratur adesse vitium latens ante factam venditionem, & provenire ex intrinseca qualitate rei, in qua dolus venditoris intersuerit, & tamquam requirens altiorem indaginem non retardet paratam executionem obligationis Cameralis, Rot. *part.* 54. *rec.* 456. *nu.* 7. *&* 8.

Venditores quamvis juxta superiùs dicta tenean- 41
tur aperire omnia vitia occulta rei venditæ ipsis emptoribus, aliàs locus sit redhibitoriæ per text. *in l. Julianus* 13. *ff. de act. empt. & l.* 1. *ff. de ædilit. edict.* Tamen id verum est tantùm ubi moribus ita receptum sit, vel intelligitur quando emptores petunt, & requirunt, vel ad summum datur actio ad rescindendum post judicis sententiam; nam si emptores ipsi de suo judicio confidentes, à venditoribus non illecti, sed sua sponte emere eligant, tunc non teneotur venditores aperire defectus nec intrinsecos,

Digitized by Google

secos, nec extrinsecos, dummodò tamen non vendant supra justum pretium, & detrahant de pretio juxta qualitatem vitii, & post venditionem defectum aperiant, ne emptores in aliquod periculum incidant, vel an aliis revendant cum damno secundi emptoris, ad tradita per D. Thom. 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 3. Sot. *de just. lib.* 6. *quæst.* 3. *art.* 2. D. Anton. 2. *part. tit.* 1. *cap.* 17. §. 6. & alios quos refert, & sequitur P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 2. *de contract. empt. & vendit. cap.* 41. *n.* 2. *fol. mihi* 120. ubi tamen quòd si emptor ex simplicitate eligeret rem sibi non idoneam ad effectum, pro quo emit, tenetur ratione charitatis illam admonere, & defectum aperire, & si fuerit defectus adeò gravis, ut posset damnum grave afferre emptori tenetur ex vi justitiæ saltem post contractum defectum notificare, & dixi *in Pract. §. Vendere nu.* 47. vide Michael. Salon. *de just. & jur. tom.* 2. *fol. mihi* 76. *& seqq.* ubi plenè explicat, & Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 39. *& seqq.* ubi quòd si minuatur de pretio quanto minus res valet ob defectum occultum, potest vendi sine illius manifestatione, facit Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 66. *per tot.* ubi quòd quando emptor non potest prætendere ignorantiam qualitatis rei venditæ, imò constat de scientia per relationem ad aliud, non potest conqueri de venditore, quòd eum non certioraverit, cùm satis dicatur certioratus per dictam relationem, & sciens ampliùs certiorari non debeat; & est coram Bichio inter ejus impressas *dec.* 644. adde Urceol. *de transact. quæst.* 42. *n.* 1. *& seqq.* Fagundez. *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 38. *per tot.* eundem Hermosill. *loc. cit. leg.* 66. *fol.* 800. vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *à n.* 633. *tom.* 4. ubi latissimè. Vide Ripoll. *d. cap.* 11. *n.* 68. Mangil. *de evict. quæst.* 25. *num.* 34. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 1.

42 Venditor interrogatus an vicini sint boni, vel mali tenetur dicere veritatem, interdum enim melius est rem dimittere, quàm malos vicinos, vel consortes habere, aliàs tenetur ad interesse, *glos. in l. quod sæpe, §. fin. ff. de contrahen. empt.* Addit. ad Pract. Papp. *cans. vend. glos. Perticarum in fine*, Joseph. Mele ad Gizzarell. *dec.* 54. *n.* 15. Fresne. Marc. *dec.* 337. *part.* 2. Tiraquell. *de pæn. temper. caus.* 23. *n.* 6. *& seqq.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 389. *sub vers. Isti &c.* Urceol. *loc. sup. cit.* Jovins *de solemnit. glos.* 16. §. 11. *n.* 59. Hodiern. ad Surd. *dec.* 146. *n.* 5. Altimar. *ubi supra n.* 717.

Quàm grave damnum sit malos habere vicinos, qui tamquam morbus ipse nocere solent, ita ut ex hoc capite detur etiam restitutio in integrum minori, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 83. *n.* 9. *&c.* Petr. Gregor. *Syntagm. jur. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 24. Odd. *de restitut. in integr. part.* 1. *quæst.* 4. *n.* 86.

43 Vendens rem alienam proprio nomine sibi acquirit actionem ad pretium, & non domino rei, cui tamen ipse tenetur, vide in §. *Nomen nu.* 11. Hermosil. *leg.* 19. *gloss.* 1. *&c. fol.* 515. *& leg.* 54. *glos.* 2. *&c. fol.* 721. ubi etiam de re communi, an & quando possit ab uno ex sociis, vel consortibus vendi, &c. Vide Altimar *d. quæst.* 15. *n.* 443. *tom.* 4.

Quod vendens rem alienam scienter teneatur de dolo actione ad id, quod mea interest, etiam priusquam res fuerit evicta, *l. servus, §. fin. ff. de act. empt.* Ursil. ad Afflict. *dec.* 369. *nu.* 9. Et tenetur pœna furti Hermosil. *gloss.* 1. *l.* 19. *tit.* 5. *part.* 5. Rubeus *de Confuss. jur. cap.* 18. *n.* 36. Altimar. *ubi supra n.* 446. *cum seqq.*

Quòd vendens rem alienam possit cogere emptorem ad sibi solvendum pretium quando possessionem rei venditæ in eum transtulit, non est adhuc mota lis à domino, & dolus imputari non potest fuit decisum per Senatum Mantuanum teste Surd. *decis.* 253. *per tot.* ubi tamen ipse valdè dubitat, & jure quidem, quòd venditio possit rescindi, non quia res aliena vendi non possit in præjudicium vendentis, quia hoc est permissum, sed propter dolum vendentis, & alia plura de venditione rei alienæ quando, & quomodo sustineatur, vel rescindi possit vide per eum, & Tusch. *litt. V. conclus.* 53. *per tot.* Mangil. *de evict. quæst.* 29. 30. *&* 31. ubi quando venditio rei alienæ subsistat, & evictio debeatur, ad quæ venditor in specie teneatur, quando emptor non teneatur solvere pretium, & de evictione agat ob rem detectam alienam, quid in re mobili, & an emens scienter rem alienam possit recuperare pretium, Peregr. *de jur. fiscal. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 12. Bonifac. *de furt.* §. 9. *n.* 108. *&c.* ubi quód data scientia rei alienæ in utroque contrahente, tenentur ambo de furto, & pretium uti lucrum illicitum quæritur fisco, vide Carpens. *Curs. Theol. tract.* 19. *disput.* 4. *sect.* 14. ubi an, & quando venditio rei alienæ sit valida, vel non, & an venditor possit pretium retinere, Fagundez. *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 26. *per tot.* ubi quatenùs res aliena licitè, & validè vendi possit cum bona, vel mala fide absque obligatione restitutionis illius, & fructuum, quam materiam per sex quæstiones resolvit. Vide Altimar. *loc. supra addnct. n.* 432. *cum seqq.*

Quòd vendens aliquid, in quo ipse nullum jus habet, asserens esse suum, teneatur emptori ad omne interesse, *l. Julianus* 14. *ff. de act. empt. l. si plus* 74. §. *quæ nomen ff. eodem*, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 137. *num.* 1. *&c. infra num.* 52. Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 409. *n.* 10. ubi quòd vendens rem alienam, quam suam esse putabat, vel ad suum debitorem spectare tenetur restituere pretium, ne locupletetur cum alieno. Vide Bonden. *collect. legal.* 48. *a n.* 79. Altimar. *loc. cit. n.* 449.

Vendens eamdem rem duobus per diversa instrumenta, & diversis temporibus incidit in pœnam falsi, vel saltem stellionatus quæ est Judicis arbitraria, *l. qui duobus, ff. ad l. Cornel. de fals.* Menoch. *de arbitr. cas.* 381. *n.* 7. *&c.* Tusch. *litt. V. conclus.* 63. Costa *de facti scient. & ignorant. distinct.* 35. *cent.* 2. Clar. §. *Falsum n.* 29. Cigala *de Act.* §. 3. *n.* 27. *fol. mihi* 33. Altograd. *cons.* 9. *num.* 93. *lib.* 1. Farinac. *quæst.* 150. *part.* 9. *per tot.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 5. *n.* 6. *& seqq. et num.* 42. Cabal. *consil. dec.* 120. *num.* 17. *lib.* 2. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 50. *n.* 12. *& seqq.* ubi limitant etiam si secunda venditio esset nulla, vel consisteret tantùm in promissione vendendi; quis autem emptorum sit alteri præferendus, *ibidem n.* 1. *& seqq.* dixi *in §. Emptio nu.* 43. Adde Rot. coram Ansaldo *dec.* 54. *n.* 10. *&* 11. & vide etiam Pigant. *ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *n.* 94. ubi pariter quis eorum præferendus veniat. Basilic. *dec.* 38. Altimar. *loc. supra relat. n.* 739. 44

Idem est in aliis similibus contractibus, veluti si quis obligaret eamdem rem in specie pluribus personis, & diversis temporibus, non certiorato creditore de præcedente obligatione, si pro omnibus non sufficiat, *l.* 1. *& l. fin. C. de crim. stellionat. l.* 3. *ff. eodem*, Bonifac. *de furt.* §. 9. *n.* 90. *& seqq.* Tusch. *d. concl.* 63. *per tot.* vide *supra n.* 38. *in fine*.

De generali tamen consuetudine, ne impediantur negotiationes, & commercia, quoad hypothecas etiam speciales ejusdem rei, non servatur, ad tradita per Pract. Papp. *for. act. hypothec. gloss. sub eadem n.* 19. Menoch. *de arbitr. cas.* 381. Farinac. & Clar. *loc. supra cit.* vide *in §. Obligatio num.*

Et quoad venditiones debet intelligi, nisi primus emptor fuerit in mora solvendi pretium, nam stante ista mora, potest eadem res alteri impunè vendi, non sit habita fides de pretio, ut latè probant Altograd. *cons.* 9. *per tot. lib.* 1. Urceol. *Consult. for. cap.* 5. *per tot.* & alii per eos citati, dixi *in Pract. §. Vendere n.* 8.

Quando autem dicatur habita fides de pretio, & qui possint illam habere, Tusch. *litt. V. concl.* 67. *&* 68. Gizzarel. & Addent. *dec.* 39. *&* 59.

Vendens rem aliquam Titio, & jurans illam alteri non vendere, si posteà iterùm vendat, & tradat, non obstante juramento transfert dominium in secundum emptorem, cùm juramentum non reddat actum nullum, sed tantùm faciat jurantem incidere in perjurium, Jas. *in l. quoties C. de rei vindic.* Everard. *loc. à vi juram n.* 32. vide latè Galvan. *cons.* 30. *per tot.* Sperel. *dec.* 171. *nu.* 32. *&c.* Hermosill. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloss.* 1. *&c. leg.* 52. *fol.* 689. *&c.* 45

Digitized by Google

&c. & leg. 51. tit. 5. fol. 527. vide Altimar. de nullit. rub. 1. part. 2. qu. 15. à n. 725. tom. 4.

Quód imò secunda venditio, vel donatio contra dictum juramentum sit nulla, probat Ger. Spin. cons. 54. n. 6. &c. vide in §. Juramentum n.

Orta autem controversia inter primum, & secundum emptorem, vel donatarium ejusdem rei, quis illorum sit præferendus, dixi in §. Emptio num. 43. & vide Jal. & alios in l. quoties C. de rei vindic. Soccio. Reg. 155. Diaz. Reg. 229. Alexand. in l. sive autem, §. si duobus, ff. de public. in rem act. Ferret. caut. 48. Magon. dec. Luc. 31. & Flor. 135. Tiraq. de retract. conveat. §. 3. gloss. an. n. 5. &c. Tusch. lit. V. conclus. 64. Covar. variar. resol. lib. 2. cap. 19. Cabal. cons. dec. 34. lib. 2. & cons. 120. n. 14. & seqq. d. lib. 2. & cons. 52. lib. 1. Azor. Instit. Moral. part. 3. lib. 8. c. 18. Gabriel. comm. conclus. tit. de empt. & vend. concl. 2. per tot. Vivi. comm. opin. 1028. Leonell. dec. Ferr. 29. & 54. per tot. Rot. part. 2. divers. dec. 233. Gratian. discept. forens. cap. 523. Cenc. de Cens. quæst. 68. Altograd. cons. 9. n. 94. lib. 1. et cons. 39. n. 40. etc. lib. 2. Urceol. Consult. forens. cap. 5. nu. 50. et seqq. Paul. Christin. decis. Belgic. 54. nu. 3. vol. 3. Costa de facti scient. et ignorant. distinct. 35. cent. 2. Ricc. Collect. 439. Rot. part. 14. rec. decis. 332. nu. 13. etc. ubi quód præfertur ille, cui fuit tradita possessio, licèt sit posterior, nisi agatur de contractu Principis, vel nisi possessio sit nulla, adde Pacion. de locat. et conduct. cap 21. per tot. Caspens. Curs. Theol. tract 19. disput. 4. sect. 12. per tot. fol. 279. Gibalin. de universʃ. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 4. consect. 5. per tot. fol. 127. Plura etiam Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 15. a n. 725. tom. 4.

46 Vendentes fraudulenter res falsas, & corruptas pro veris, & bonis, ut faciunt ginntatores euntes per mundum cum rebus venalibus falsis, decipiendo emptores simplices, & idiotas in substantia, & qualitate illarum, debent gravioribus pœnis, quàm fures simplices puniri, Cabal. resol. crim. cas. 177. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 383. per tot. Gratian. decis. 184. in Addit. n. 2. etc. ubi citat Cabal. cas. 80. et alios, Hermosil. ad leg. Partit. tom. 2. gloss. 1. etc. leg. 50. fol. 689. etc. et leg. 21. tit. 15. fol. 527.

Quód vendentes annonam corruptam, & generaliter quamlibet aliam rem etiam immobilem, vitio supresso, puniantur pœna arbitraria, & in conscientia teneantur emptori resarcire omne damnum, exemplificando in multis declarat Menoch. de arbitr. cas. 382. per tot. & plenè Michael. Salon. de just. jur. tom. 2. quæst. 77. art. 3. per tot. fol. mihi 76. etc.

An autem sit permissum miscere res malas, & corruptas, vel vitiosas, cum bonis, & perfectis, ut omnes simul ita mixtæ efficiantur venales, & vendantur, dic quód privatis numquam; quandoque vero non penitus improbatum in horreis, vel magazenis publicis non ad lucrum, sed ad pauperum sublevamen ordinatis, dummodò in modica quantitate, quæ nocere non sit apta, Cabal. resol. crim. cas. 80. per tot. Gratian. dec. 184. in Addit. Michael. Salon. d. quæst. 77. artic. 2. contr. 1. et seqq. fol. mihi 74. etc. P. Stephan. de Neap. de præcip. jur. et just. part. lib. 2. cap. 41. n. 5. et 6. Christin. dec. 22. nu. 3. etc. vol. 5. Conciol. & Romaguer. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rub. 49. per tot. ubi de artificibus artes suas falsificantibus per immixtionem rei inutilis, vel aliud pro alio vendentibus qualiter puniantur.

De Macellariis vendentibus carnes morbosas qualiter puniantur, vendere debeant in locis destinatis, & alia idem Romaguer. ubi sup. lib. 5. Rub. 50. per tot.

De venditoribus Olei cum mixtura, & alia, Romaguer. d. lib. 5. Rub. 13.

Quód tamen habens vinum generosum, triticum optimum, vel quid simile possit aquam, vel aliud vinum tenue miscere, vel in tritico blada, & hujusmodi, reducendo ad eum statum, in quo sunt res aliorum, & vendere eodem pretio, quo vendunt alii, dummodò non efficiantur deteriores, quàm quæ ab aliis passim venduntur, quia hoc modo vendens nullum damnum, vel injuriam facit ementibus, probat Dian. part. 1. tract. 8. resol. 51. Bonac. de contract. disput. 3. quæst. 2. punct. 6. nu. 57. Less. lib. 2. cap. 21. dub. 11. n. 82. licèt alii contra, quorum opinionem probabiliorem esse, nempè talem commixtionem in vino, tritico, & hujusmodi licitam non esse, & continere peccatum, ac restitutionis nexum, probat Michael. Manriq. Quæst. Vivar. part. 2. quæst. 92. per tot. & quæst. 93. per tot.

Vendens vinum, vel quid simile, quód sciebat certo tempore corrumpi, non certiorato emptore de hujusmodi vitio, tenetur de periculo, & damno, l. si vina, ff. de pericul. & commod. rei vendic. Menoch. de arbitr. cas. 232. num. 26. & 27. Rom. sing. 480. Azor. Instit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 23. qu. 4. vers. seq. quid jeaticadum, ubi quód potest in conscientia excusari si vendat emptori statim consumpturo, & non conservaturo, nec aliis ad conservandum venditturo, vide in §. Vinum n. 5. Dian. part. 1. tract. 8. resol. 8. ubi de vino aqua diluto, & intelligit possi vendi modo prædicto, si minuatur pretium ad ratam, & non frequenter talis venditio, ne minuatur commune, & justum pretium quoad alios, & part. 5. tract. 7. resol. 39. ubi an liceat vendere vinum tabernariis, si venditor sciat illud postea revendere aqua mixtum. 47

Item vendens frumentum, vel aliud sciens illius æstimationem statim esse minuendam post venditionem, tenetur ad interesse emptoris nisi hujusmodi vitium latens detexerit, Menoch. de arbitr. cas. 185. n. 21. &c. cas. 232. n. 27. Gratian. discept. for. cap. 260. n. 20. &c. cap. 361. n. 17. &c. Fagundez. de just. & contract. lib. 5. cap. 32. n. 9. et seqq. ubi tamen concludit contrarium esse verius saltem in foro conscientiæ. Vide De Luc. de Empt. disc. 12. n. 10.

De vendente librum, quem scit brevi prohibendum, Dian. part. 7. tract. 10. resol. 25. per tot. Vide De Luc. loc. supr. cit.

Non tenetur tamen in foro conscientiæ ad aliquam restitutionem, cùm vendiderit eo pretio, quo justissimè æstimari poterat communi omnium judicio, & ideò emptori quoad commutationem nulla fit injuria, sicuti auctoritate D. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 3. probat Menoch dict. cas. 185. n. 2. vide plenè Azor. Institut. moral. part. 3. lib. 8. cap. 23. quæst. 4. Fagundez loc. supra cit. Covar. reg. peccatum part. 2. §. 4. n. 5. Silvester. in verb. Emptio qu. 15 Sot. de just. et jur. lib 6. quæst. 3. art. 3. Salon. eod. tract. tom. 2. quæst. 77. art. 3. contr. 4. per tot. fol. mihi 96. etc. Dian. part. 1. tract. 8. resol. 40. resolut. 42. et 54. ubi an idem sit in Senatu Civitatis, & consiliariis, & videtur affirmare, nisi differant publicationem eo tantùm fine, ut priùs ipsi res suas cariùs vendant, vel nisi vendens de hoc interrogatus ab emptore, dolosè mentiretur, & veritatem taceret, Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 13. n. 45. fol. 203. vide Dian part. 1. tract. 8. resol. 46. ubi tenet contra hanc ultimam limitationem, ut venditor etiam rogatus non teneatur veritatem propalare, sed possit uti jure suo, vendendo pretio currenti.

Vẽdens rẽ caro pretio indigẽti pecunia, et posteà ab illo viliori pretio reemat dicitur committere, stoccum, de quo vide in §. Contractus n. 27. Azor. Institut. moral. part. 3. lib. 8. cap. 11. per tot. Salon. loc. sup. cit. quæst. 78. art. 2. contr. 7. fol. 243. Dian. part. pr. tract. 8. resol. 20. Fagundez. de just. & contract. lib. 5. cap. 34. num. pr. et seqq. ubi tamen dicit in foro conscientiæ licitum esse hujusmodi contractum, tribus conditionibus simul concurrentibus, nempè si animo sincero fiat, si vendens nullam obligationem imponat ipsi emptori, ut sibi revendat, & si intra limites justi pretii supremi, & infimi se contineat, secùs sentiens in foro fori ex legibus Castellæ, & de aliis similibus contractibus bonum, vel aliorum animalium fieri solitis inter divites, & pauperes.

Quód vendens cariùs ad tempus, si pretium excedat limites justi rigorosi, committat usuram, quia tunc dilatio temporis continet implicitum quoddam mutuum, ex quo nihil potest percipi, Gratian. disceptat. forens. cap. 921. num. 16. etc. vide Rom. cons. 439. per tot. ubi ponit tria requisita, ut hujusmodi contra-

tractos possit dici usurarius, Covar. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. *etc.* plenè Azor. *Institut. Moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 8. *per tot.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. et just. part. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 14. *et* 11. dixi in *Pract. §. Vendere num.* 23. *etc.* vide Dian. & quos allegat. *part.* 10. *tract.* 12. *resolut.* 28. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *nu.* 105. *et seqq.* Caspens. *Curs. Theol. tract.* 19. *disput.* 4. *sect.* 6. *per tot. fol.* 272. ubi tamen quòd non committit usuram, quando pretium non excedit limites justi pretii summi, & rigorosi, Less. *de just. et jure lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 6. *etc.*

Ita ut non possit excusari ratione lucri cessantis, cùm compensetur alio lucro, quo careret, si non venderet ad tempus, nempè majoris concursus emptorum, ut benè implicat Dian. *part. pr. tract.* 8. *resol.* 24. *et* 25. ubi etiam quòd peccant, & obligantur ad restitutionem qui vendunt fructus meliores, vel caream electam plus pretio taxato, deteriores verò pretio taxato, quia prætium censetur permixtim taxatum, & non potest fieri hujusmodi selectio, nisi fortè deteriores posteà venderentur minùs pro rata, Fagundez. *de just. et contract. lib.* 5. *cap.* 31. *per tot.* ubi plura an ratione lucri cessantis, & damni emergentis possit res cariùs vendi, quàm pretio supremo currenti valeat, &c.

Quòd vendens cariùs concessa dilatione ad solvendum, dicatur usurarius, & ob id cogatur edere libros suarum rationum, & licèt secundùm multos communi hominum usus videatur permissum mercatoribus vendere cariùs ad tempus, ratione fortè periculi, vel lucri cessantis, sive damni emergentis, hujusmodi consuetudo excusare potest solùm in foro temporali, non autem in foro conscientiæ, & apud Deum, quando pretium excedit limites rigorosi ut supra, & verè non adest dictum periculum, nec lucrum cessans, vel damnum emergens cum suis debitis requisitis, de quibus alibi dixi Menoch. *de arbitr. cas.* 499. *n.* 35. *etc.* Genu. *de scriptur. privat. lib.* 4. *tit. de lib. usur. num.* 27. *et* 28. Covar. Azor. P. Steph. *in loc. sup. cit.* vide *in meis resolut. capit. ultim. per tot.* Michael. Salon. *de just. et jur. tom.* 2. *quæst.* 78. *articul.* 2. *contr.* 16. *per tot. fol. mihi* 303. *contr.* 18. *fol.* 313. *et contr. seqq.* ubi quomodo sit permissum ratione lucri cessantis, damni emergentis, officii, periculi, expensarum, & hujusmodi, vide *in §. Usura num.* 8. Dian. *part. pr. tract.* 8. *resol.* 57. ubi an possit aliquid exigi ultra justum pretium ratione periculi sortis, cui se exponit vendens ad credentiam, refert contrarias opiniones, & videtur sequi affirmativam, si verè adsit periculum, alias secùs, vide Caspens. *d. tract.* 19. *disput.* 4. *sect.* 6. *per tot.* Fagundez. *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 27. *& seqq.* ubi plura an ex circumstantia loci, temporis, & hujusmodi caussa possit res cariùs vendi alienigenis, &c. Sed vide Fagnan. *in cap. naviganti nu.* 34. *de Usur. & in cap. consuluit a' n.* 2. *eodem tit.* ubi plura quoad hanc materiam.

Quando, & ex quibus caussa possit cariùs vendi, vel vilius emi, idem Salon. *loc. cit. quæst.* 77. *art.* 1. *fol. mihi* 8. *et d. art. contr.* 18. *fol.* 70. Dian. *resol. mor. par.* 1. *tract.* 8. *resol.* 22. *& seqq. per tot. tract.* Bonac. *de contract. disput.* 3. *quæst.* 2. *punct.* 4. *per tot. vide in §. Pretium nu.* 2. Fagundez. *loc. cit. cap.* 30. *per tot.* Gibalin. *de univers. negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *Consect.* 14. *fol.* 103. Less. *de Justit & Jur. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 6. *&c.*

Quanta autem sit latitudo justi pretii, & in quo verificetur, & quodnam dicatur justum pretium variæ sunt opiniones ad tradita per Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 112. Gratian. *disceptat. forens. cap* 549. *num.* 23. Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 21. *&* 22. Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 3. Salon. *d. quæst.* 77. *art. pr. contr.* 3. *per tot. fol. mihi* 14. vide *in §. Pretium num.* 2. *& in Pract. §. Vendere nu.* 25. ubi quòd potest remitti arbitrio judicis, attenta qualitate temporum, mercium, atque personarum. De Luc. *de Judic. disc.* 33. *& de Regal. disc.* 117.

Quòd ex dilata, vel anticipata solutione non possit pretium augeri, vel minui ultra justitiam, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 129. *num.* 9n. vide *in §. Conductio num.* 48. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *n.* 105. *et seqq.* Caspens. *Curs. Theol. tract.* 19. *disput.* 4. *sect.* 6. *&* 7. *per tot. fol.* 273. Fagundez *d. tract. lib.* 5. *cap.* 30. *cum pluribus seqq.*

Vendens frumentum, vel blada ad credentia, adlecto pacto, quòd ei solvatur pretium juxta valorem futurum mensis Maii, vel alterius temporis, an dicatur adiicere justum pactum, vel potiùs injustum, & usurarium, vide Natt. *cons.* 369. Cravet. *cons.* 146. *num.* 23. Soccin. jun. *cons.* 83. *lib.* 2. Philip. Port. *cons.* 30. *lib. pr.* Tusch. *litt. V. conclus.* 337. *num.* 57. *etc. ad* 64. Covar. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 3. P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. et just. part. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 12. Azor. *Institut. Moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 9. Salon. *de justit. & jur. tom.* 2. *quæst.* 78. *articul.* 2. *contr.* 21. *&* 22. *fol. mihi* 320. *&c.* Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 2. dixi *in Pract. §. Vendere num.* 26. *et seqq.* ubi auctoritate prædictorum firmavi, dictum pactum esse licitum, quando venditor non erat venditurus, nisi illo tempore, & rogatus ab emptore anticipatè vendit, nec intendit velle pretium magis rigorosum, habito etiam respectu ad expensas, & periculum in conservando, vel vult stare omninò in tuto attendendo tempus contractus, vel pacti prout sibi utilius foret, aliàs pactum esset omninò usurarium, & illicitum, & in aliis casibus, de quibus Tusch. *litt. V. cons.* 345. *et seqq.* P. Steph. de Neapol. *d. tract. lib.* 2. *cap.* 29. *et seqq.* Azor. *loc. sup. cit. cap.* 20. *per tot.* Salon. *d. tract. quæst.* 78. *art.* 2. *cont.* 17. *et* 23. ubi resolvunt plura dubia in hac materia, & etiam circa emptiones factas viliori pretio propter anticipatas solutiones, quæ ut plurimum sunt usurariæ, Caspens. *Curs. Theol. tract.* 19. *dubit.* 3. *sect.* 6. *fol.* 256. ubi an licitum sit mutuare triticum, vel aliud cum pacto, ut restituatur in eadem mensura, etiam si pretium ejus sit auctum, *& disput.* 4. *sect.* 6. *&* 7. *fol.* 272. *&c.* ubi an licitum sit cariùs vendere dilata solutione, vel vilius emere anticipata solutione. 49

De emptione facta viliori pretio anticipata solutione, quòd possit sustineri si non ratione sui, saltem ratione circumstantiarum, veluti propter periculum non recipiendi merces, vel propter lucrum cessans, vel damnum emergens, & hujusmodi, Dian. *part. pr. tract.* 8 *resol.* 22. *&* 23. facit quòd dixi in *§. Pecunia num.* 14. & latè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 210. *per tot.* Carol. Marant. *contr. part.* 5. *respons.* 66. *per tot.* ubi plura ad sustinendam emptionem crediti exigendi, pro minori pretio ratione laboris, expensarum, & periculi.

De venditione fructuum futurorum eventuum in spe consistentium quòd possit fieri, & sit valida, Cabal. *cons. decis.* 52. *nu.* 3. *& seqq. lib. pr.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 45. *et seqq.* ubi plura ad quem spectet periculum, si fructus non nascantur, vel pereant in totum, vel in parte, &c.

Quid autem servandum, si in tempore convento diversa fiant pretia? dic minus esse attendendum, secundum Guid. Pap. *decis.* 252. Natt. *cons.* 229. cum aliis per Gratian. *disceptat. forens. cap.* 187. *per tot.* ubi tamen refert alios tenentes posse eligi medium, quibus ego assentior, nec dissentiunt Azor & P. Steph. *in loc. cit.* cùm volunt attendendum esse pretium, quod fuit frequentius in loco, vide in §. *Promittens n.* 38. & latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 22. de prohibita venditione frumenti ante mensem Julii *fol.* 257. *& seqq.* ubi de venditione frumentorum in herba, & an sit licitum dare frumenta ad renovandum, & concludit affirmativè tribus concurrentibus, primò, si dentur in gratiam recipientis, secundò, ne periret vetus frumentum, (quod non posset vendi, & non propter avaritiam) tertiò, si non auferatur libertas recipienti se quandocumque exonerandi etiam restituendo vetus frumentum; quando debitor frumenti teneatur ad interesse, quanti plurimi, & alia plura ad rem, adde Caspen. *Curs. Theol. tract.* 19. *disput.* 3. *sect.* 6. ubi an, & quomodo licitum sit mutuare frumentum citra usuram.

Venditor, qui juravit non contravenire contractui, an possit illum impugnare ex defectu pretii, vel minoris ætatis, sive solemnitatis non servatæ, & quòd in omnem casum esset petenda absolutio à juramento, 50
quæ

Digitized by Google

quæ causa cognita non solet denegari à judice Ecclesiastico, Pract. Papp. cum Addit. in cauf. vendit. glof. & sub ejus juramento, vide supra num. & in §. Absolutio num.

51 Vendita domo non veniunt statuæ domui non affixæ, cùm inter suppellectilia, & ornamenta computentur, l. quæsitum, §. Pipinianus ff. de fund. instruct. l. invendendo in fine, ubi glof. ff. de contrah. empt. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 15. num. 17. & 18. Vivi. comm. opin. 202. ubi etiam an, & quando veniat hortus, vel non, apothecæ, & similia. Vide Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 25. num. 628. tom. 4.

Imò nec veniunt statuæ affisæ, quæ tendunt solùm ad ornamentum, & possunt absque læsione amoveri, etiam si essent ad perpetuum usum domus destinatæ, l. Statuæ affixe 245. ff. de verb. signif. Ror. part. 3. diverf. decif. 288. Cæphal. conf. 92. per totum Surd. cum Hodiern. decif. 134. num. pr. etc.

Si tamen domus fuerit vendita cum oronibus suis juribus, & pertinentiis, ac rebus affixis, & solitis haberi, & teneri, & in usu ejusdem domus esse, ex vi hujusmodi verborum comprehenderentur etiam statuæ licèt non affixæ, si sint ad perpetuum usum domus destleatæ, prout etiam comprehenduntur quando sunt parietibus affixæ per ferruminationem, vel applumbationem, adeò ut amoveri non possint sine illarum, vel muri læsione, vel quando ultra ornatum aliud præstant ministerium, ut recolligendi aquã sub fontibus, vel eam ex ore, sive aliis membris evacuandi, nam istæ sic deservientes licèt non affixæ veniunt tamquam pars domus, sicut etiam veniunt in venditione, quando simul cum domo fuerunt emptori ostensæ, cum omnia, quæ tempore contractus emptori ostendantur veniant in ipso contractu, ut benè omnia prædicta comprobat Surd. cum Hodiern. dict. dec. 134. per tot. ubi loquitur in specie de vitriatis, & similibus instrumentis ad perpetuum usum domus destinatis, & vult comprehendi in venditione, & benè Altograd. conf. 99. num. 8. lib. 2. Mobæd. dec. 2. & 2. de empt. & vendit. ubi de statius, Ricc. Collect. 212. et 669. Vide Luc. ad Gratian. cap. 763. nu. 8. & Altimar. loc. supra adduct. dict. num. 628. cum seqq.

An, & quando in venditione domus, vel fondi veniant vasa vinaria, ut sunt dolia, & tinę, Altograd. conf. 35. n. 3. et seqq. lib. 2. vide in §. Fundus n. Altimar. ubi supra n. 591.

Quid veniat appellatione domus, & pertinentiarum, vide in §. Appellativa significatio num. 38. Altimar. loc. supra relat. n. 568. cum plurib. seqq.

Quòd vendens rem censeatur vendere simul omnia affixa rei, secùs autem si non sint affixa, Jas. in l. beneficium, ff. de Co[?]fii Addit. ad Pract. Papp. cauf. vendit. glof. Fructus. Pacion. de locat. cap. 23. Vide Altimar. dict. quæst. 25. n. 581.

Quòd ex quantitate pretii cognoscatur quid, & quantum venerit in venditione, Menoch. lib. 3. præsumpt. 73. per tot. vide in §. Pretium num. Bich. decif. 607. num. 17. etc. infr. num. 52. Et in §. Valor.

Vendita domo, fundo, equo, vacca, vel similibus rebus, quæ veniant in venditione, vide Bertazzol. de clauf. clauf. 26. glof. 53. per tot. ubi reperies multa curiosa, & scitu digna, ac de quibus contingit quotidiè in praxi dubitari, Hermosil. ad leg. partit. tom. 2. glof. 2. et seqq. leg. 28. et seqq. fol. 555. etc. Vide Altimar. loc. supra relat. n. 560. cum seqq.

An veniant pisces, dixi in §. Aqua n. 7.

Quòd vendito equo, veniat sella, frænum, & alia ornamenta, quæ habebat tempore venditionis, secùs autem si equus fuit ostensus sine ornamentis, l. ædiles ajunt 38. §. vendendi, ff. de ædilit. edit. Altograd. conf. 99. n. 39. lib. 2. Surd. dec. 134. num. 6. etc. Barbof. de appell. verb. signif. appellat. 90. num. ubi etiam quando vendita equa, sive vacca, veniat pullus, sive vitulus. Pacion. de locat. cap. 23. num. 84. De Luc. ad Gratian. cap. 703. num. 4. Altimar. dict. quæst. 25. n. 560. et n. 561.

Vendito Castro, & similibus, qoaliter veniant monitiones instrumenta, & alia destinata ad usum perpetuum, maximè si sint affixa, plene Gizzarel. & Addent. decif. 32. per tot. Barbof. d. appell. 90. et appell. 206. per tot. Menoch. lib. 4. præsumpt. 254. Tiraquel. de retract. lignag. §. pr. glof. 7. num. 96. etc. §. 36. glof. 3. n. 4. Borgn. decif. 44. num. 119. decif. 52 num. 4. etc. decif. 55. nu. 15. Card. Tusch. litt. V. conclus. 62. per tot. et lit. C. conclus. 522. et seqq. Altimar. ubi supra n. 623. Gibalin. de Univers. negot. tom. 2. libr. 4. cap. 4. consect. 6. et 7.

De omnibus prædictis, & aliis accessionibus rei venditæ, & quænam res accessoriæ veniant cum re vendita, vel non, Gibalin. de univers. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 3. Conseq. 6. et 7. per tot. fol. mihi 79. etc. Latè Pacion. de locat. dict. cap. 23. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 2. quæstion. 15. à nu. 560. tom. 4.

Non tamen vendi possunt, nec in alium contractum deduci, nec pro executione capi ea, quæ ædibus sunt affixa, ne inducatur deformitas ædium, & Civitatis, Hermosil. ad leg. Partit. tom. 2. glof. pr. &c. leg. 56. tit. 5. fol. 509. ubi dat nonnullas limitationes, nempè si domus nominetur, sed sit ruinosa, si possint absque deformitate amoveri, vel si agatur de parva domuncula, & de pœna, Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. tit. 7. num. 25.

Vendens rem alteri affictuatam, vel locatam non- 52
dum maturato affictu, vel pensione, transfert cum re vendita hujusmodi affictum, & pensionem uti fructum pendentem in emptorem, Pract. Papp. cauf. vendit. glof. Fructus n. 2. vide tamen Gratian. discept. forens. cap. 20. n. 43. &c. ubi aliter, & melius distinguit, & cap 475. num. 22. &c. Thel. decif. 56. n. 6. Duran. decif. 448. n. 47. dixi in §. Fructus num. §. Pensio num.

Quando vendens censeatur vendere rem pleno jure, vel tantùm jus, quòd ipse habet in ea, vide Seraph. decif. 932. per tot facit quod dixi in §. Donatio num.

Quòd vendens domum cum alio sibi communem, censeatur, vendidisse tantùm partem ad se spectantem, & non totam, maximè si ex quatitate pretii, & aliis circumstantiis, vel narrativis instrumenti appareat de sua tantùm parte sensisse, & emptorem scivisse non in totum spectare ad venditoram, latè Bich. decif. 6?7. & 644. per tot. facit supra n. 43. &c. Cabal. conf. decif. 70. num. pr. lib. pr.

Vendens fundum unum, ad quem non poterat, 53
nec solebat iter habere nisi per alterum fundum ipsius venditoris contignum retentum, non transfert in emptorem jus, vel servitutem itineris, nisi specialiter ita conventum fuerit, & idem est in divisione; intelligendo in contractibus, & quoad servitutes discontinuas, secùs in ultimis voluntatibus, & quoad servitutes continuas, vel quando fuisset apposita, cum accessibus, & introitibus solitis, Cæpol. de servit. cap. 28. num. 3. Capyc. decif. 187. per tot. Surd. conf. 17. Bertazzol. de Clauf. clauf. 25. glof. pr. num. 6. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 26. num. 20. &c. Leoncil. decif. Ferr. 102. num. 9. Giovagn. respons. 36. n. 25. &c. Ciarlin. contr. 76. per tot. lib. 1. Menoc. lib. 4. præsn. 244. per tot. dixi in resol. cap. 14. per tot. in Pract. §. Vendere n. 41. ubi de causa propria, in qua ita fuit judicatum. Si tamen emptor, vel alius vicinus non posset alia via ad suum fundum ire, tenetur venditor, vel alius vicinus nedum iter præstare, sed etiam viam devastatam suis sumptibus reaptare, & manutenere, ad tradita per Possent. sing. 298. per tot.

Quod ego intelligo soluto justo pretio, & determinato loco opportuno per judicem, ut dixi in citata resol. 14. n. 7. ex Gratian. disceptat. 681. nu. 44. et in §. Vicinus nu. 7. Vide Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 4. rubr. 2. n. 25.

Quòd servitutes continuæ veniant in venditione, non autem discontinuæ, Magon. decif. Flor. 136. nu. 4. etc. intelligendo de continuis propriè sumptis, secùs in quasi continuis, ad latè tradita per Altograd. conf. 51. num. 34. et seqq. et nu. 64. etc. lib. 2. conf. 52. et conf. 75. vide in §. Servitus num. 11. et seqq. ubi referuntur Doctores dictam distinctionem impugnantes.

Quòd vendens domum unam ex duabus, altera sibi retenta, possit retentam altiùs extollere obscurando lumina domus venditæ in præjudicium emptoris, imò in totum lumina auferendo de juris rigore, nisi em-

Digitized by Google

emptor sibi expressè de hoc caverit per pactum, latè Altograd. *d. cons. 51. num. 35. et seqq. lib. 2.* vide *in §. Servitus num. 11. et seqq.*

Quòd vendens cum cessione jurium transferat in emptorem etiam servitutes personales sibi competentes. Castr. *in l. pro parte num. 3. ff. de servit.* sequitur Surd. *cons. 17. n. 30.*

Vendens autem prædium suum, quod alteri prædio retento debebat servitutem viæ, vel similem, censetur liberè vendidisse sine onere servitutis, nisi sibi expressè illam reservaverit, Castr. *in l. binas ædes in fine ff. de servit.* Natt. *cons. 645. num. 4.* Surd. *d. cons. 17. n. 6. etc. libr. pr. et disc. 177. num. 8.*

54 Vendere rem suam contra propriam voluntatem regulariter nemo cogi potest, *l. nec emere, Cod. de jur. delib. l. invitum, Cod. de contrab. empt.* Atismin. Tepat. *var. sent. tit. 393. per tot.* latè Soccin. *Reg. 530. inter reg. divers. fol. mihi 619.* ubi 58. notabiles limitationes adducit, Menoch. *de arbitr. cas. 462. n. 12. &c.* Altograd. *cons. 102. n. 50. & seqq. lib. 2.* ubi quòd cogi potest à Principe pro bono pacis, & ob publicam utilitatem soluto semper justo pretio, vide Tusch. *litt. V. concl. 50.* Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 14.* Ricc. *Collect. 1503. & 1851.* Gizzarel & Addent. *decis. 37. & 87. per tot.* Azor *Instit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 27. qu. 2. per tot.* P. Steph. de Neap. *de præcip. jur. & just. part. lib. 2. cap. 43. num. 3. &c.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 53. nu. 8. & dec. 60. num. pr. &c. vol. 3.* ubi limitat in victualibus tempore penuriæ, & hujusmodi, Surd. *de alim. tit. 8. privil. 94.* Rot. *part. 12. recent. in Append. decis. 413. n. 3. & seqq.* Addit. ad Sanfelic. *dec. 413. per tot.* ubi plures adducit casus, in quibus vendere quis cogi potest, Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 28. n. 16. & seqq.* Vivi, *comm. opin. 1016.* Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap. 20. nu. 1. & seqq.* ubi quòd idem est in locatione præcipuè ad longum tempus, Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib. 5. Rub. 17.* ubi de exponente rem venalem, ut possit pœnitere, nisi sit bottegarius, tenens signum expositum, vel in casu necessitatis victualium. Lartea *dec. 90. n. 2.* Avendan. *de exiect. lib. 2. cap. pr. a n. 40.* Altimat. *de nullit. rubr. pr. quæst. 14. n. 621. tom. 3.*

Qualiter favore Ecclesiæ, vel Monasterii quis cogi possit ad vendendum, non quidem jure actionis, sed implorationis officii judicis, per text. *in l. si quis sepulcrum, ff. de relig. & sump. fun. l. decernimus, C. de Episc. & Cler.* Gratian. *discept. forens. cap. 672. nu. 15. &c. cap. 742. n. 20. etc. cap. 896. per tot.* Ricc. *in Prax. var. resol. cap. 423. n. 2. etc.* Novar. *d. Collect. 28 n. 19 et seqq. et Collect. 138.* Gizzarel. & alii supracitati, vide in *§. Ecclesia num. 17.* Ricc. *Collect. 76.* Cyriac. *contr. 231. num. 26. et seqq.* Rot. *part. 12. rec. in Append. dec. 413. n. 41.* Sanfelic. *dec. 307. n. 9.* ubi etiam favore libertatis, & ideo potest cogi dominus ad vendendum servum ab infidelibus petitum pro redemptione captivi, quia hujusmodi redemptio est pia causa, latè Caren. *resol. 5. per tot.* Donad. *tr. de renunciat. cap. 15. per tot.* Jo: Dominic. Pansut. *contr. forens. 25. per tot.* ubi quòd licet pro Ecclesiæ, vel Monasterii constructione, vel ampliatione cogatur vicinus vendere, limitatur procedere tantùm stante præcisa necessitate Ecclesiæ, secùs si ad alterius utilitatem, vel si agatur de simplici hospitio ab Ecclesia remoto, &c. Cabed. *dec. 105. per tot. part. pr.* ubi etiam quando quis cogatur vendere servitutem altius non tollendi, & agrum pro ampliando circuitu Monasterii, & alia notabilia. Lares *dict. dec. 90. per tot.* ubi favore libertatis. Avendan. *loc. cit. n. 85. cum seqq.* Velasc. *cons. 22.* Merend. *lib. pr. cap. 30.* Altimar. *loc. cit. nu. 639. & ibidem sect. 4. a num. pr. & num. 97.*

Qualiter pro commodo ædificare volentium vigore legis municipalis Status Florentini, dixi in Pract. *§. Ædificare nu. 1.*

Et qualiter vigore Constitutionis Gregorii XIII. *super ædific. & jure congrui in ordine 55.* Rot. *d. part. 12. recent. decis. 413. per tot.* dixi in *§. Jus congrui n. 25.* Altimat. *d. sect. 4. num. 17.*

Quòd ad sedandas discordias, & inimicitias possit quis ad divisionem, & venditionem compelli, sicut etiam quando res non est divisibilis quis vendere cogitur, vel si agatur de unienda jurisdictione civili, & criminali, ac alia de bonitate unionis, Sanfelic. *decis. 322. per tot.* Caren. *resol. 2. per tot.* ubi plura de regula quòd nemo invitus vendere cogatur, ut non procedat justa subsistente causa, sive privata, & exemplificat in multis, Ghislin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 4. Consect. 6. per tot. fol. mihi 128. &c.* Vide Avendan. *loc. cit. num. 82.* Gusman. *de evict. quæst. 52. n. 59.* Altimar. *loc. cit.*, & melius *d. sect. 4. num. 45.*

De Regula cum suis declarationibus, & limitationibus, quod nemo invitus cogatur vendere, nec emere, plenè Hermosil. *ad leg. Partit. tom. 5. glos. pr. leg. 3. tit. 5. fol. 598. &c. cum pluribus glos. seqq. ad fol. 413.* Andreol. *contr. 290.* Carol. Tap. *decis. 7. per tot.* ubi tamen quod domus Magnatum antiqua in familia non potest invitis dominis capi pro ampliatione Ecclesiæ, Novar. *quæst. forens. 32. nu. 2. lib. pr.* Tondut. *quæst. Canon. 146. part. 3.* Rovit., & Altimar. *decis. 92. & dict. rubr. pr. qu. 14. a n. 621. tom. 3. & ibidem dict. sect 4. a n. 1.*

Vendens rem suam coactus à lege, vel statuto, non tenetur habere fidem de pretio, Gratian. *discept. forens. cap. 149. n. 25. &c.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. pr. glos. 14. num. 44. & melius §. 3. glos. 3. num. pr.* dixi in *resol. cap. 68. num. 71.* Peregrin. *dec. 19. num. 14.* 55

Vendens rem cum pacto, ut intra aliquod tempus admittatur ad redimendum, si sinat labi tempus, non habeat restitutionem in integrum, quæ contra præscriptionem conventionalem non datur etiam minori, vel alia justa causa impedito, Tiraquel. *de retract. convent. n. 2. §. 1. n. 54. ubi n. 57.* dicit contrarium, *& n. 58.* relinquit cogitandum, vide Gratian. *discept. for. cap. 26. n. 24. &c. cap. 433. n. 68. &c. cap. 957. n. 1. &c.* ubi videtur contrarium firmare Mozian. *de tut. cap. 33. n. 352.* Mart. Medic. *dec. 34. & 35. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas. 217. n. 1. &c.* ubi dicit esse receptissimam opinionem, quam tamen limitat non procedere stante modicitate pretii arbitrio judicis æstimanda, quia tunc etiam lapso termino præscripto poterit venditor rem venditam revocare saltem ex æquitate, vide in *§. Restitutio n. 15.* Martha *vot. Pis. 54.* Rot. *part. 9. rec. dec. 63. nu. 18. & seqq.* ubi quòd regulariter minori datur restitutio adversus dictum lapsum temporis, limitat tamen non procedere, si pactum fuerit initum cum suo auctore, & ubi non probatur de læsione, vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 15. n. 395. tom. 4.* Vide Marin. ad Revertet. *dec. 61. dec. 233. dec. 573. resol. 160. n. 5. lib. 2.* Molfes. *sup. Consuet. Neap. tom. 3. de contrab. empt. quæst. 19.* Conciol. *ad Statut. Eugub. libr. 2. rubr. 52. n. 1.* 56

Quòd vendens rem cum pacto redimendi, minus justo pretio, sit audiendus in perpetuum si redimere voluerit non obstante lapsu temporis, imò secundùm multos in hujusmodi contractibus inspectis, esset locus imputationi fructuum in sortem, Gratian. *discept. for. cap. 26. n. 50. &c.* Menoch. *d. cas. 217. & præsumpt. 125. lib. 3. per tot.* Surd. *dec. 34.* Marcian. *disput. for. cap. 78.* Matt. Medic. *dec. 33. cum Addit. & duabus decis. seqq.* Martha *vot. Pis. 54. per tot.* Vivi. *comm. opin. 1013. n. 3.* dixi in Pract. *§. Vendere n. 11. & seqq.* Altimar. *loc. cit. a n. 393.*

Multa quando ex modicitate pretii, & pacto prædicto, aliisque conjecturis contractus dicatur usurarius, & quomodo cognoscatur, Gratian. *discept. for. cap. 258. per tot. cap. 600. per tot.* ubi quòd hujusmodi modicitas debet esse usque ad dimidium, Mart. Medic. *Exam. 20. cum tribus dec. seq. & Addit. per tot.* ubi plenè, & latè etiam Guttierez *in Prax. quæst. 85. per tot.* Fagudez *de just. & contract. lib. 5. cap. 43. per tot.* Martha *vot. Pis. 54. per tot.* Rot. *part. 15. rec. dec. 2. n. 3. & seqq.* ubi quòd dicta modicitas pretii debet esse ultra dimidiam justi pretii, & in dubio pretium præsumitur justum, & *d. part. 15. dec. 94. per tot. & part. 16. dec. 139. per tot.* ubi plura qualiter dicta modicitas pretii debeat esse concludenter probata, aliàs sustineatur contractus, *& dec. 283.* ubi requiruntur aliæ conjecturæ fraudem redolentes, & re-

jicien-

Digitized by Google

jieiuntne, latè Altimar. *ubi supra à n.* 374. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Vide Caren. *resol.* 14. Cyriac. *contr.* 71. Episc. Rocc. *cap.* 99. *n.* 19. *libr.* 1.

Alia plura ad præsumendum contractum simulatum ex modicitate pretii, & locatione facta ipsi venditori, & quando solutio dicatur facta pro usura pecuniæ, vel pro pensione rei, Rot. *part.* 2. *rec. dec.* 116. *per tot.* Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 2. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd venditio cum pacto redimendi, & subsequenti locatione pro annua responsione ipsi venditori, etiam nondum apprehensa possessione per emptorem est de jure permissa, *per text. in l.* 2. *C. de pact. inter emptor. & vendit.* cum concordantibus relatis, nisi constet ulterius de modicitate pretii ultra dimidiam, cùm in dubio præsumatur justum, & tale sit æstimandum habito respectu ad onera contractus ibi ponderata, & *d. part.* 15. *dec.* 94. *per tot. & part.* 16. *dec.* 239. *in eadem causa*, ubi plura ad sustinendum dictum contractum, non probata concludenter modicitate pretii, *& dec.* 283. ubi rejiciuntur conjecturæ ad subvertendum contractum adductæ, *& part.* 17. *dec.* 193. *per tot.* ubi pariter pro subsistentia contractus, non obstantibus pluribus in contrarium adductis, *& p.* 18. *decis.* 641. ubi pro realitate contractus, rejectis conjecturis pro simulatione, & usura, adductis, & *dec.* 656. *per tot. &* 737. *per tot. & p.* 19. *dec.* 219. *&* 318. *per tot.* Vide Doctores supra adductos Molfes. *in summ. tom.* 2. *tract.* 22. *c.* 5. *a n.* 3. *et supr. Consuet. Neap. tom.* 3. *tit. de contrab. empt. quæst.* 19. Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 52.

Hujusmodi præsumptiones simulationis, & usurariæ pravitatis non militare contra mulieres, minores, rusticos, & milites, sed tantùm contra expertos, & sagaces, Gratian. *discept. for. cap.* 600. *n.* 12. *etc.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 122. *num.* 40. *&c.* ubi remittit ad arbitrium judicis; nec contra personas nobiles, & non solitas fœnerari, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 737.

Quòd stante pacto supradicto, modicitate pretii, ultrà dimidiam, & emptor sit solitos contractus usurarios inire, contractus reputetur usurarius, latè Cæpol. *tract. de simulat. contract. cas.* 6. *princip.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 122. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 447. *n.* 1. *& seq.* Hodiern. ad Surd. *dec.* 34.

Quòd imò sufficiant primò duo requisita nempè pactum redimendi, & modicitas pretii ultrà, vel circa dimidiam ad faciendum contractum usurarium, dicit magis communem opinionem, Ferrer. *caut.* 17. ubi docet cautelas ad effugiendum hujusmodi præsumptiones, sequitur Rot. *in noviss. part.* 6. *dec.* 17. *n.* 3. *&c.* Mohed. *decis.* 3. *de empt. & vendit.* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 12. Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 8. *&c.* P. Steph. da Neap. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 2. *cap* 39 *per tot.* Borgn. *dec.* 1. *de contract. alias decis.* 47. *per tot. part.* 2. Cassador. *decis. pr. de usuris*, Mascard. *de probat. concl.* 447. ubi refert contrarias opiniones, & dicit esse in optione cujuslibet sequi quam maluerit, Vivi. *commun. opin.* 1019. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *n.* 107. *& seqq.* Vide Hodiern. ad Surd. *dict. dec.* 34. De Luc. *de Usur. disc.* 11. *n.* 5.

Intellige quando pactum est limitatum in damnum venditoris, ut scilicet non possit redimere, nisi lapso tanto tempore, quia tunc clarè constat emptorem velle lucrari fructus illius temporis, nam quando pactum stat ad libitum venditoris solet minuere pretium, ut dixi in §. *Pactum num.* & ita declarat Rot. *in dict. decis.* 17. *nu.* 5. *& seqq.* & in mea Pract. *§. Vendere num.* 11. *&c.* vide in *§. Fructus num.* 8. vide Fontanel. *decis.* 85. *&* 86. Conciol. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rub.* 52. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 2. *quæst.* 15. *n.* 374. *tom.* 4.

Et licèt dictum pactum sit appositum ad favorem venditoris, non penitus excludit malam præsumptionem, sed tantùm minuit pretium ad ratam temporis intra quod potest venditor redimere, ita ut habeatur tantùm in consideratione ad constituendum pretium, an sit modicum, vel non arbitrio judicis, nam si pactum sit perpetuum, & liberum quandocumque, (licèt restringatur ad 30. annos) minuit pretium in tertia parte, & si sit limitatum in quarta parte, vel ad rationem triginta pro centenario, vide Rot. *par.* 6. *d. decis.* 17. *n.* 4. *& seqq. & part.* 15. *dec.* 2. *n.* 9. *& dec.* 94. Gratian. *discept. forens. cap.* 26. *n.* 4. *cap.* 158. *n.* 32. *cap.* 600. *n.* 8. *cap.* 616. *num.* 7. Lodovis. *decis. Perus.* 97. *n.* 5. *&c.* Azor. *instit. mor. dict. cap.* 12. *quæst.* 3. P. Stephan. *d. cap.* 39. *num.* 2. dixi *in Pract. §. Vendere n.* 13. & in hoc Opere *§. Pactum a n.* 39. adde Fagundez *de just. et contract. lib.* 5. *cap.* 43. *per tot.*

Florentiæ vigore cujusdam provisionis de die 12. Aprilis 1518. quam legisse memini in quodam libro Bannimentorum D. Curtii de Polis à Secretis DD. Octo Baliæ Virorum inscripto, *Lesa Maestà, et altra à* 350. stante modicitate pretii ultra quartam partem, & pacto de retrovendendo, si simus in solito fœnerari; contractus præsumitur in fraudem usurarum, & si modicitas pretii sit ultra tertiam, præsumitur simulatus, vide Mascard. *de probation. conclusion.* 447. *numer.* 2. *etc.* ubi asserit Florentiæ transactam esse in rem judicatam, illam opinionem pro salute animæ, & conscientiæ, sufficere ad inducendum contractum simulatum pignoratitium, vel usurarium duo requisita de prædictis, & allegat Lup. & Constitutiones Sinodales, adde Marcham *vot. Pis.* 54. *per tot.*

Plura de pacto retrovendendi, quid sit quomodo licitum in gratiam venditoris, & in gratiam emptoris, an transeat ad hæredes, an possit præscribi, an debeatur nova gabella, cujus sint fructus medii temporis, & alia ad rem, Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *art.* 3. *fol.* 147. Vide Hodiern. ad Surd. *decis.* 2. *et* 34. Molfes. Conciol. & Romaguer. Caren. Cyriac. Altimar. *loc. cit. et rubr. pr. quæst.* 7. *sect.* 2. *a n.* 10. *tom.* 3. Benineas. *decis.* 138. *a n.* 12. De Luc. *de Servit. disc.* 87. *de Empt. disc.* 32.

Vendens rem cum pacto redimendi in ipso con- 57
tractu apposito, præfertur in retractu consanguineis, vel vicinis quibus ex forma statuti competit jus retrahendi, ut dixi in *§. Juscongrui num.* Quod, dùm tale pactum de retrovendendo venditur, competat emptori prælatio Altimar. *d. quæst* 15. *n.* 386. ubi referuntur etiam contrarium docentes,

Et si vigore dicti pacti redimat, recuperat rem liberam ab omni hypotheca, vel alio onere per emptionem apposito, sicut idem est quando retrahitur à vicinis, vel aliis vigore statuti, vel quando ab ipso venditore recuperatur per remedium, *leg.* 2. *C. de rescind. vendit.* ad tradita per Tiraquel. *de retract. convent. §.* 3. *glos.* 1. *n.* 9. *etc.* Negus. *de pign. part* 5. *memb.* 1. *n.* 43 *etc.* vide *in §. Emptor nu.* Altimar. *ubi supra nu.* 387. De Luc. *de Feud. disc.* 69. *n.* 5. *disc.* 91. *n. pr. de Empt. disc.* 92. *n.* 13. Cyriac. *contr.* 425. *a n.* 73. Pen. & Crescin. *decis.* 153.

Non enim dicitur habere rem ex nova causa, sed ex antiqua non recipiente novas conditiones, Gratian. *discept. for. cap.* 913. *n.* 27. *etc.*

Tenetur tamen venditor redimens stare locationi factæ per emptorem, nisi ex conjecturis appareat fuisse factam in fraudem illius, & idem servatur in retractu municipali, latè Tiraquel. *loc. sup. cit. num.* 53. *&c.*

Vendens cum pacto redimendi facit venditionem 58
puram perfectam, consumatam, & absolutam, licèt revocabilem, Gratian. *discept. for. cap.* 526. *n.* 53.

Quòd imò hujusmodi venditio, non sit undequaque perfecta; cum possit dominium revocari, Altograd. *cons.* 68. *n.* 6. *&c. lib.* 2.

An in redemptione teneatur solvere idem pretium, quod ipse recepit, vel justum, sive quod ab aliis reperiri potest, Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 18. *in princ.* Vide De Luc. *de Empt. dict. disc.* 32. *a n.* 11.

An teneatur solvere laudemium, & an duo laudemia, unum scilicèt pro venditione, & alterum pro illius resolutione, idem Tiraquel. *de retract. convent. §.* 6. *glos.* 2. *num.* 3. *& seqq. ad* 20. vide *in §. Gabella n.* *& §. Laudemium nu.*

Vendens rem cum pacto redimendi, si posteà vo- 59
luerit redimere tenetur restituere emptori gabellam, omnesque expensas proxenetarum, & mediatorum, ac-

ac alias similes necessarias, cum debeat emptorem penitus sinedamno conservare, Tiraquel. *de retract. convent.* §. 6. *glos.* 2. *in princ.* Gratian. *discept. forens. cap.* 343. *num.* 11. *&c.* vide *in* §. *Expensæ num.* 12. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 11. *art.* 22. facit quod dixi in §. *Contractus num.* 51.

Item tenetur emptori restituere omnia melioramenta, & expensas in re factas, ac idem est in vicino retrahente vigore statuti, Tiraquel. *d. tract.* §. 7. *glos. pr. per tot.* ubi duodecim modis declarat, vide in §. *Melioramenta n.* 12. Paul. Christin. *loc. cit.*

Contrarium quoad expensas reparationis, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 109. *n.* 18. *et seq.* Rot. p. 12. *rec. dec.* 307. *n.* 14.

60 Vendens rem cum pacto restituendi pretium intra aliquod tempus emptore etiam promittente revẽdere, potest ab ipso emptore conveniri ad restitutionem pretii re oblata, Tiraquel. *de retract. convent.* §. *fin. num.* 505.

Qualiter autem hujusmodi contractus præsumatur usurarius, Gratian. *discept. for. cap.* 258. *per tot.* dixi supra *n.* 56.

Quòd regulariter ex promissione de retrovendendo facta per emptorem, ipse tantùm adstringi possit ad retrovendendum à venditore, non autem ipse venditor obligetur ad reemendum, & restituendum pretium, si noluerit etiam stante clausula, *ex nunc, prout ex nunc retrovendit*, quia promissio de vendendo non est venditio, vide Marcian. *disput. for. cap.* 40. *per tot.*

61 Venditor si vigore pacti redimere voluerit, tenetur omnia simul vendita redimere, & non admittetur ad partem tantùm, vel ad unam rem tantùm, licèt pretia fuerint distincta, quando apparet contrahentes voluisse unam solam venditionem facere, & non aliter fuisse contracturos, & quomodo istud cognoscatur, Cavaler. *decis.* 428. *per tot.* vide *in* §. *Dominus n.* 18. Merlin. *decis.* 195. *per tot.* ubi quando pluralitas pretiorum rerum diversarum, licèt in unico contractu arguat pluralitatem venditionum, & possit una redimi, & alia non. Facit Balduc. *de Prælat. tit.* 2. *decis.* 12. *n.* 11.

Quando autem venditio censeatur unica, vel plures, Tusch. *litt. V. concl.* 61. *per tot.* Merlin. *d. dec.* 195. Vide *infra n.* 67.

Sicut etiam emptor promittens rem à duobus, vel pluribus emptam illis retrovendere, non tenetur uni ex eis tantùm revendere partem, & sic contractum dividere, Vivi. *comm. opin.* 1016. *per tot.* vide in §. *Pactum n.* 39. ubi plura Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 301. *num. pr.* ubi quòd unus venditorum cum pacto redimendi, potest emptorem cogere ad totum retrovendendum, illum tamen indemnem ab aliis servando.

62 Vendens ex necessitate pro minori pretio, & posteà recipiens in rem venditam in affictum ab emptore pro certa annua responsione, si sub uniformi solutione perseveret longo tempore in hujusmodi conductione, & non possit illam redimere, nec læsionem probare, potest incumbere si sibi expediat in perpetua collonia, quam dicitur præscripsisse ex æquitate, Magon. *decis. Flor.* 2. *sub n.* 6. *circa medium*, vide in §. *Colonus num.*

An autem talis conductor possit ab hujusmodi conductione recedere, etiam durante tempore contractus, latè Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 301. *& ultimo*, ubi quòd sic, &c.

An hujusmodi contractus præsumatur simulatus, & solutio pensionis facta pro usura pecuniæ habitæ, & non pensione rei, latè Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 116. *per tot.*

Quòd contractus, qui vulgò dicitur, *à godere, e godere*, data æqualitate sit validus, Dian. *par.* 1. *tr.* 8. *resol.* 82. vide in §. *Contractus*.

63 Vẽditor nõ potest esse testis pro emptore in causa rei vẽditæ, cùm re evicta teneatur de evictione, cessãte vero hujusmodi interesse, vel si agatur de confinibus, vel inter plures emptores ab eodẽ, vel de consensu partium admitteretur, Farin. *q.* 60. *illat.* 11. *per tot.* Magõ. *dec. Flor.* 135. *n.* 9. *&c.* Pet. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 24. *tit.* 18 *n.* 567. *fol.* 333. an ad probandam fraudem in tractu Balduc. *de Prælat. tit.* 2. *dec.* 12. *n.* 11.

Venditores fumi, idest qui sub prætextu gratiæ, 64
amicitiæ, familiaritatis, vel servitutis, quam habent, & habere fingunt cum Principibus, Magistratibus, vel Judicibus, promittunt litigantibus bonum causarum, vel similium negociorum exitum, extorquendo ab illis pecunias, munera, vel similia, qualiter olim rigorosè punirentur, & etiam hodie sint puniendi arbitrio judicis, licèt de rarò, & forte numquam in practica servetur ob maximam nostrorum temporum corruptelam, cui & ipsi Principes quandoque assentire videntur & malè, Menoch. *de arbitr. cas.* 344. *per tot.* Cabal. *resol. crimin. cas.* 67. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 6. Sanfelic. *dec.* 45. ubi actuarius similis vel scriba fuit condemnatus in exilium extrà provinciam, & privationem officii.

Venditiones, vel alii contractus in ludo inter lusores facti qualiter sint nulli, & venditor non obligetur de evictione, Angel. *de Malef.* Metidor. *de mali dati*, Farinac. *quæst.* 109. *part.* 6. *n.* 207. *&c.* Ricc. *in prax. var. resol. cap.* 119. *n.* 2. ubi de nullitate, vel revocatione collationis beneficii factæ Clerico lusori, vide *in* §. *Ludus n.* 65

Vendens res indifferentes, si sciat emptores abusuros in damnum alterius innocentis, an peccet, 66
contrarias opiniones refert Dian. *res. moral. part.* 1? *tract.* 8. *res.* 41. ubi videtur negativè concludere stante causa rationabili, & proportionata exemplificando in multis, ut ibi per eum, & facit quod dixi in §. *Venenum n.* 11. idem Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 65. *per tot.* Candid. *Disquis. moral. tom.* 1. *Disquis.* 14. *per tot. fol.* 87. ubi intelligit non peccare, nisi vendat res à Republica prohibitas, vel nisi habeat eamdem pravam intentionem, quam habet emptor, vel præcipiat, vel consulat, nam his casibus malo cooperaretur, & peccaret, vide latè Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de Scand. dub.* 5. *per tot. fol. mihi* 32.

Quæ res vendi possint, & quæ non, item quæ asportari, vel non, vide *tot. tit. ubi DD. Cod. quæ res vendi,* *&c.* Petr. Gregor. *Syntagm. univers. jur. lib.* 25. *cap.* 4. *cum pluribus seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 164. *vol.* 3. Fagundez. *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 18. *&* 19. *per tot.*

Venditio plurium rerum simul facta unico pretio, 67
vel etiam diversis pretiis, quando dicatur unica venditio, vel plures venditiones, latè Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 328. *n.* 17. *& seqq. per tot.* facit supra *nu.* 61. vide Balduc. *tit.* 2. *de Prælat. dec.* 10. *nu.* 3. 6. 7. *& per tot.*

Alia plura de venditione, & emptione remissivè 68
tradit Ægid. de Castejon. in *Alphab. jurid. verb. Emptio per tot.*

Materiam venditionis, & emptionis plenè decla- 69
rat Hermosil. *ad l. Partit. tom.* 2. *per tot.* Caldas Pereyr. *tract. de empt. & vendit.* D. Gregor. Rosignol. *in Noviss. Prax. Theolog. legal. tom.* 1. *contract.* 2. *fol.* 37. *& seqq. ad* 145. Bertachin. *Repertor. verb. Venditio*, Joseph. Feliv. *eodem verb.* Thoro *Comp. dec. Neap. part.* 1. *&* 2. *eodem verb.* ubi plura in specie de venditione feudorum, & hujusmodi, Com. Aug. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Vendere*, ubi excitat plures notabiles quæstiones indicando Auctores illas tractantes, &c. Vela *Differ. jur. contr. in pluribus locis, prout in Indice verb. Vendens, &c.* Cancer. *var. res. part.* 1. *cap.* 13. *per tot.* De Emptione, & venditione ultra citatos latè agunt Em. De Luc. *in ejus. oper.* & Altimar. *in ejus tractat. de nullit. præsertim rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *per tot. tom.* 4. Jacob Emerix *dec. Rot. Rom* Ansald. Rocc. Balduc. Bertachin. Mantiss. ad eumd. De Luc. Calderon Rub. C. brun. & alii moderni.

An fundus venditus cum pacto redimendi possit 70
fideicommitti Dec. *cons.* 88. *nu.* 3. Mantic. *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *a nu.* 24. Peregrin. *de Fideicomm. art.* 10. *a n.* 2. Benincas. *dec.* 138. *& dec.* 186.

Pactum, quod venditor teneatur adhuc subire pe- 71
ricula rei venditæ an, & quando substineatur Mantiss. ad De Luc. *lib.* 5. *dec.* 5. *n.* 30. *&* 55. *vol.* 1.

Venditio judicialis non comprehenditur sub dis- 72
positione *l. dudum C. de contrahend. empt.* ad tradita

Digitized by Google

dita per Vela *differt.* 13. *a n.* 34. *differt.* 17. *nn.* 10. Palm. nep. *alleg.* 3. *a n.* 28. Sanfelic. *dec.* 102. *nn.* 3. *lib.* 1. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 16. *dec.* 32. *a nn.* 12. *vol.* 4.

73 In venditionibus animalium standum est judicio Peritorum Calderon. *resol.* 42. *n.* 21. *fol.* 31. *tom.* 2. *part.* 1.

74 Venditione pro mille concessa sustinetur pro 500. & permissa pro duabus petiis Terræ sustinetur pro una tantum Seraphin. *dec.* 401. *nn.* 1. Turicell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 10. *nn* 3. Calderon. *resol.* 80. *n.* 42. *tom.* 1. *part.* 1.

75 Contractus venditionis, non autem cessionis, quando dicatur Mans. *consult.* 26. *num.* 31. *lib.* 1. Gobb. *consult.* 140. *a num.* 58. De Luc. *de Donat. disc.* 34. *post n.* 19. Balduc. *tit.* 2. *dec.* 4. *per tot.*

76 Venditio simulata apparet ex ejusdem inobservantia Balduc. *tit.* 2. *dec.* 17. *nu.* 39. Item præsumitur simulata si nulla desuper fuit facta scriptura Emerix jun. *dec.* 527. *n.* 9. & 10. ubi limitatur.

77 Vendito prædio ad mensuram, non obstente finium appositione venit id, quod mensuræ correspondet Cavaler. *dec.* 146. *num.* 4. Ansald. *dec.* 69. *num.* 11.

Venditio comprehendit bona, quæ ex onere injuncto dignoscitur fuisse comprehense Emerix jun. *dec.* 452. *n.* 7.

Venditio comprehendit petiam Terræ existens intra confines tenutæ venditæ, quando illud est undique circumdatum a lateribus ejusdem tenutæ Mansic. *de Tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 4. Ansald. *dec.* 69. *num.* 16.

Expressio generalis confinium non est apte comprehendere in venditione rem, quæ non est annexe rei venditæ Mantiss. ad De Luc. *libr.* 7. *dec.* 25. *n.* 13. *vol.* 1.

Venditio licèt non comprehendat nisi id, quod sub continibus expressis includitur, hoc tamen limitatur, quando aliundè constat de partium voluntate, & quod confinia sint posita erroneè, vel demonstrationis causa Pacion. *de Locat. cap.* 23. *à n.* 22. Ansald. *d. decis.* 69. *n.* 4. & 5.

Observentia optimè declarat quid in venditione fuerit comprehensum, nec requiritur quod sit præscripta Mantiss. ad De Luc. *lib.* 7. *dec.* 25. *n.* 11. & 22. *vol.* 1.

In venditione generali venire possunt non expresse specialiter, quando sunt comprehensibilia sub generalitate verborum Rot *rec. part.* 10. *dec.* 349. *n.* 11. Bich. *dec.* 464. *n.* 17. Ansald. *d. dec.* 69. *n.* 33.

In venditione non censentur comprehensæ illæ partes, vel pertinentiæ, quarum emptor possessionem non fuit adeptus Ansald. *dec.* 91. *n.* 21.

78 Vendito fundo cum pacto ut lapidicina ibidem existens possit excavari ad libitum venditoris, an id intelligatur privativè quoad emptorem Ansald. *dec.* 69. *n.* 34.

79 Venditio declarari nequit ex post per venditorem in præjudicium emptoris Cyriac. *contr.* 27. *a n.* 14. Royas *dec.* 83. *n.* 9. Emerix jun. *dec.* 452. *n.* 8.

80 Venditor appellare potest, si emptor defensionem rei venditæ negligat, & ex illius persona petere reintegrationem, aliudque juris remedium ad commodum proprium Emerix jun. *dec.* 572. *nu.* 1.

81 Venditor fructus recompensativos potest validè pacisci, & percipere Emerix jun. *dec.* 69. *n.* 1. *dec.* 70. *nn.* 1. Rot. *rec. part.* 12. *dec.* 52. *nu.* 2. *dec.* 151. *num.* 4.

82 Venditione completa, & pretio soluto venditor nullam amplius habet actionem Emerix jun. *decis.* 808. *sub n.* 1.

83 Promissio de vendendo, non est venditio Rocc. Episc. *cap.* 161. *nu.* 16. *lib.* 2., ubi hoc declaratur. Vide etiam Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 18. *nu.* 21. De Luc. *de Empt. disc.* 48.

84 Vendere obligatus infra certum tempus docere debet de diligentiis in vendendo Cyriac. *contr.* 67. *a n.* 2. Rocc. Episc. *cap.* 141. *n.* 8. *lib.* 2.

85 Ad vendendum mandatum habens sibi ipsi vendere non potest Rocc. Episc. *cap.* 101. *n.* 19. *lib.* 2.

86 Vendentis dolus purgari debet etiam ab hærede *l. ex depositi ff. de act. & obl.* & ibi Bart. & Doct. *l. ex contractibus, ff. eod. l. si hominem §. datur actio ff. deposit.* Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 18. *n.* 37. & 39.

Vendere an debeat partem emptor hæredi, vel hæres Emptori. Rube. *loc. cit. cap.* 15. *n.* 17. 87

Venditor tenetur admonere emptorem de locatione rei Rube. *loc. cit. cap.* 24. *n.* 66. 88

Venditor in dubio præsumitur scire vitia, & qualitates rei suæ Leoncil. *dec. Ferr.* 43. *nn.* 4. Ciarlin. *contr.* 89. *n.* 17. D. Advocat. Cabrun. *lucubr.* 16. *n.* 18. 89

In promissione evictionis per venditorem amplis verbis concepta, cum refectione quorumcumque damnorum, & interesse, veniunt omnia damna intrinseca, & extrinseca; Non tamen comprehenduntur damna, & interesse, quæ veniunt ex facto voluntario emptoris, sed ea tantùm, quæ veniunt ex natura contractus Capras. *dec.* 406. *n.* 2. & 3. *part.* 1. 90

Vendere potest debitor rem exequutam, & subhastatam ante sequutam deliberationem, bona præsertim fide, & pro majori creditorum utilitate, quid ubi oblatio ultima fuerit acceptata, & elapsus terminus datus ad reluendum Card. De Luc. *de Empt. disc.* 2. & *disc.* 3. 91

Venditio Feudi, vel Castri quando non importet totum Dominium, sed solum quamdam superioritatem Card. De Luc. *de Feud. disc.* 49. *n.* 2. 92

Venditio facta a duobus cum dictionibus *quilibet, & insolidum* operatur, ac si ab uno ex eis tota venditio facta esset De Luc. *de Feud. disc.* 50. *n.* 2. & 3. ubi hoc ampliatur. Barbos. *claus.* 72. *in fin.* & *dict.* 320. *n.* 4. 93

Prohibita venditione, quando prohibita dicatur retrovenditio Aliograd. *cons.* 68. *a nn.* 1. *vol.* 2. De Luc. *de Feud. disc.* 69. *n.* 4. 94

Data facultate vendendi, censetur etiam data facultas hypotecandi Salgad. *Labyr. cred. part.* 2. *cap.* 17. *a n.* 46. & *part. pr. cap.* 34. *n.* 21. & 23. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 69. *n.* 11. 95

Venditio facta ad diem, vel sub certa conditione resolvitur, defecta die, vel conditione Card. De Luc. *de Regal. disc.* 31. *n.* 4. Vide Leotard. *de Usur. quæst.* 69. & *quæst.* 70. 96

Venditio rei communis an censeatur facta pro parte tantùm vel in totum Card. De Luc. *de Dot. disc.* 157. *n.* 16. Censetur facta de Jure, & portione, quam quis habet in re vendita Idem De Luc. *de Empt. disc.* 17. *n.* 11. *disc.* 35. *n.* 3. Censetur etiam facta pro eo jure, quod tunc competebat non autem pro altero diverso superveniento Idem De Luc. *de Regal. disc.* 30. *n.* 5. 97

Quando ex venditione facta per alium adesse dicatur consensus Domini De Luc. *de Empt. disc.* 4. *num.* 7. 98

In venditione facta pro persona nominanda intra quantum tempus emptor debeat nominare, & alia in hac materia De Luc. *de Empt. disc.* 50. *n.* 11., & vide eumd. *in Indic. verb. Emens.* 99

Emptor non potest dici morosus in solutione pretii, nisi res vendita tradatur, & an venditor, an verò emptor teneatur prius implere contractum & alia De Luc. *de Usur. disc.* 14. *a n.* 4. 100

Venditio facta de tot bonis, quæ cadant sub summa scutorum mille est invalida De Luc. *de Empt. disc.* 43. *n.* 3. Et vide Eumdem *in Indic. verb. Incertitudo.* 101

Venditio Domus, in qua est legata habitatio, an fieri valeat De Luc. *de Legat. disc.* 21. *sub num.* 10. Venditio proprietatis non potest impediri per usufructuarium *loc. cit. n.* 10. 102

Venditio ad minutum in quo differat a venditione *all' ingrosso* quoad pretium De Luc. *Miscell. disc.* 6. *n.* 15. *de Judic. disc.* 33. *n.* 57. 103

Venditio habens adnixum jus privativum favore emptoris an augeat valorem Idem De Luc. *loc. cit.*

Venditio sepulchri fieri potest pro satisfactione Creditorum De Luc. *Miscell. disc.* 28. *n.* 8. 104

Contractus emptionis, & venditionis frequentissimus Altimar. *de nullit rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 1. *tom.* 4. Quid sit *ibidem a n.* 2. & *n.* 791. Quotuplex sit *n.* 12., Ejus origo *n.* 12., Quid veniat appel-

Digitized by Google

latione emptionis, & venditionis *ibid. a n.* 13. differentiæ inter emptionem, & venditionem, locationem, & conductionem *ibid. a n.* 751. *& seqq.* Adinstar contractus emptionis, & venditionis est datio in solutum *ibidem a n.* 763.

106 Pretium justum an sit de substantia emptionis, & venditionis Altimar. *dict. quæst.* 25. *n.* 97. Et quale sit pretium justum *n.* 99. *cum seqq.*

107 An possit vendi una res pro alia Mantic. *de tacit. libr.* 4. *tit.* 4. *n.* 5. Nat. *cons.* 175. *lib.* 1. Altimar. *supra n.* 122. 123. *&* 124.

108 Vendens decem jugera fundi quis debeat eligere latus Novizan. *caus.* 38. *n.* 25. Altimar. *loc. cit. n.* 200.

109 Contractus emptionis, & venditionis solo consensu perficitur, & obligatio in hoc contractu oritur etiam ante stipulationem, scripturam, & translationem Altimar. *supra n.* 224. *&* 226.

110 Contractus emptionis, & venditionis est contractus mutuus, & onerosus, contractus nominatus, bonæ fidei, & alia Altimar. *loc. cit. a n.* 220.

§. VENENUM. VIII.

1 VEnenum propriè dicitur mixtum quoddam non naturale, naturæ ita contrarium, ut ab ea edomari non possit, sed è contra ipsam edomare, ac corrumpere aptum sit, vel secundùm alios venenum est, quod aptum est nobis vehementer nocere occulta agendi ratione, etiam si causa esset nota, vel quod corrumpit complexionem humanam, non contrarietate solùm, sed proprietate, quæ est in ipso, vel secundùm Legistas venenum est quodcumque naturam ejus, cui adhibitum est mutare potest, nam non est necesse ut interimat, sed sufficit ut vehementer noceat; sive nocere possit, ad effectum ut sit locus pœnæ contra propinantes, vel alio modo administrantes, juxta *l. si quis aliquid §. qui abortionis, ff. de pœnis*, Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 1. *n.* 21. *& seqq.* ubi plura ex Galeno, Avicena, Cardano, & aliis de natura veneni, & quòd hoc nomen generale est significans venenum bonum, & venenum malum, bonum enim ad sanandum, malum ad necandum est paratum, propriè tamen loquendo cùm venenum nominatur, de malo intelligi debet, *l. qui venenum*, ubi Alciat. *& alii ff. de verb. signif. l.* 1. *§.* 2. *& l.* 3. *§. Adjectio autem ista, ff. ad l. Cornel. de sicar.* Farinac. *quæst.* 122. *n.* 127. Cabal. *tract. de omni gen. homicid. n.* 608. Vide Cosp. *in Jud. crim. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 1.

Quod ars venenandi fuerit à fœminis adinventa, & Romæ per plura sæcula non excogitata, sed posteà patefacta in pluribus matronis contra proprios viros, quarum pars capitali judicio damnatæ fuerunt centum septuaginta, & posteà aliàs sæpius reperita, & semper in fœminis, ex Tiraquel. *in l.* 8. *connub. nu.* 19. *& seqq.* Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 1. & aliis refert Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 32. *nu.* 1. *&c.* ubi propterea infert in mulieribus pœnam hujus delicti esse exasperandam nisi rationem minoris ætatis, ut in casu suo veniat mitiganda.

2 Venena alia sunt, quæ à tota substantia, sive ab occulta proprietate interimunt, & nullam sui nocumenti causam manifestant ut napellus, alia, quæ solis manifestatis agunt qualitatibus, ut succus lactucæ, ob nimiam suam frigiditatem, alia quæ ex utroque capite noxia sunt; ut Euphorbium, & Opiũ.

Item distinguuntur venena à quatuor primis qualitatibus, nam quædam nimia caliditate, quædam nimia frigiditate, quædam nimia siccitate, & quædam nimia humefactione interimere, sive nocere possunt.

Item à modo operandi, quia quædam occidunt putrefaciendo, ut Lepus Marinus, quædam stupefaciendo, & congelando, ut Opium, alia inflammando, & exulcerando, ut arsenicum, sublimatum, & euphorbium, alia strangulando, ut fungi, ut succus Hyoscei, & alia aliis nocendo.

Item venena quædam sunt talia à natura sua, ut aconitum, cicuta, & omnia ex se eam naturam habentia, quædam per accidens, ut nuces, & lauri baccæ rancidæ, & hujusmodi, quædam ab arte, ut sublimatum, & aqua fortis.

Item venena, alia sunt in totum, alia in partibus, alia semper, alia quandoque tantùm, alia ex mineralibus, alia ex animalibus, alia ex elementis.

Item quædam per os assumuntur, quædam ab extrà applicantur, quædam illita, vel tactu, quædam olfactu, quædam simplici visu, vel auditu secundum aliquos.

Item quædam primò cor petunt, quædam primò aliam partem inficiunt, & ad cor transeunt.

Item alia sunt tenuis substantiæ, alia substantiæ crassæ, de quibus, & aliis venenorum divisionibus plane Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 2. *& per tot.* Ardoin. *de venen. lib.* 1. Cardan. *eod. tract. & alii per ipsum citati*, quibus adde Claud. Bonnet. *in Epitom. Sennerti lib.* 6. *part.* 5. *fol mihi* 914. *& seqq.* ubi de natura, & differentiis venenorum, de signis, præservatione, curatione, de venenis è mineralibus, & metallis, è plantis, ab animalibus, & hujusmodi. Late Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 3. *per tot.*

Venena secundum Legistas, quibus nos scribimus, 3
omissis multis spectantibus ad medicos, quorum tamen judicium semper est requirendum, & attendendum saltem ad judicum instructionem, alia sunt quæ natura quidem mala sunt, sed arte, & præparatione bona fiunt, & à Medicis medicamenta venenosa appellantur, alia, quæ ex natura mala sunt, & talia semper permanent, & venena naturalia appellantur, alia, quæ arte venenosa fiunt, & venena artificialia dicuntur, vel secundùm alios venena alia sunt bona, alia mala, sive alia mortifera, alia non mortifera; mortifera sunt, quæ vel actu interimunt, vel interimendi facultatem habent, & in manifesto discrimine vitæ ponunt; non mortifera dicuntur, quæ insignem læsionem corporis afferunt, non tamen vitæ obsunt saltem sensibiliter, licèt insensibiliter, & in rei veritate, alias id efficerent; rursus mortifera alia sunt, quæ una vice propinata interficiunt, alia, quæ nisi repetantur effectum non operantur, alia, quæ modico temporis spatio, alia quæ non nisi post longum tempus interficiunt; non mortifera ut plurimum sunt amatoria, maniaca, contagiosa, & debilitantia, de quibus omnibus Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 3. *per tot. cum seqq.* Cospius *in suo Judice Criminalista part.* 3. *cap.* 10. *cum pluribus seqq.* Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 619 *& seqq.* Bonnet. *in Epitom. Sennerti lib.* 6. *per tot. fol. mihi* 896. *& seqq. & fol.* 936. ubi præcipuè de morbis à fascino, incantatione, ac veneficiis inductis, illorum signis, curatione, & hujusmodi. Vide Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 3. ubi plura circa hanc materiam.

Licet autem ut dixi in dubio standum sit judicio medicorum, tamen si contra evidentiam facti deponant, possunt processari, inquiri, & puniri de temeraria, & falsa assertione, ut fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ sub die 18. Novembris 1679. in causa Vici Pisani contra Franciscum Matthæi de Taddei in filcia negotiorum dicti Magistratus sub n. 5004. licet de ordine Serenissimi Magni Ducis fuerit pro nunc suspensa resolutio in casu, de quo agebatur, vide in *§. Corpus delicti*, *§. Medici & §. Periti.*

Et ubi ageretur de venenis, quæ signa externa post mortem non præbent, cujus naturæ dicunt Medici esse omnia corrosiva, *& acquetta di Perusia*, nec posset haberi cadaver ad effectum recognoscendi signa interna, posset attentari procedere tanquam in delictis facti transeuntis, sufficienter tamen probata propinatione materiæ veneficæ in quantitate, & qualitate sufficienter ad occidendum judicio peritorum, per ea quæ dixi in §. *Corpus delicti n.* 4. 8. *&c.* facit Conciol. *verb. Tortura resol.* 2. *n.* 1.

Venena quandoque ab arte sunt subministrata, 4
& propinata ad hominis interfectionem, & quandoque naturaliter in ipso corpore ingenita, quia ex humoribus corruptis potest in corpore nostro generari venenum, non solum quoad se, sed aliis etiam contagiosum, & absque insigni putredine, Zacch.

loc.

Digitized by Google

loc. cit. quæst. 5. *per tot.* & *alii supra relati*, Claud. Bonnet. *in Epitom. Senerti lib.* 6. *part.* 2. *cap.* 2. & *seqq. fol. mihi* 901. ubi ostendit magnam esse controversiam, an venenum in corpore nostro generetur, quam definire videtur, ut illud non sit verè, & propriè venenum, sed potius maligni humores, qui ex corruptione vim acquirunt corpori inimicam, quomodo isti maligni humores, ex quibus generentur, de illorum causis efficientibus, vel materialibus, differentiis, signis, & curatione, & hujusmodi. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 1. *n.* 45. Carol. Anton. De Luc. *loc. supra citat.*

5 Venenum an sit assumptum, & propinatum, vel ingenitum, & sic an quis interierit ex veneno propinato, vel ingenito, valdè difficile est cognoscere; tamen periti facilè id assequuntur si non in genere, & in abstracto, saltem in specie, & in concreto ex signis antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus, & erunt signa propinati veneni, si quis copia laudabilium humorum, & regula victus præcedentibus, ex improviso obierit, & concurrant alia sequentia, nempè in assumptione odor, calor, sapor, mali, & horribiles, læsio gutturis, adstrictio juxta fauces, pruritus, æstus, inflammatio in partibus oris, strider sub dentibus dum manditur, difficultas in deglutiendo, nausea, vomendi voluntas, displicentia, & abominatio in actu masticationis, & deglutionis; & post assumptionem si statim, vel paulò post sequantur symptomata indicantia eum veneno fuisse potionatum (vel etiam ex intervallo si venenum fuisset datum ad tempus operaturum, prout hoc etiam modò dari posse, ferè omnes admittunt, licèt hoc modo datum difficilius cognoscatur) veluti perturbatio, nausea, dolor stomaci, & ventriculi, cordis tremor, palpitatio, syncope, vomitus veneni, & materiæ pravæ, & corruptæ, sive sanguinis, ructus olidi, tetri odoris, & saporis pravi, & ingratissimi, fetor oris, singultus, fluxus ventris, inquietudo, anxietas, præceps virium lapsus, pulsus defectio, cordis morsus, sudor frigidus, extremorum frigiditas. unguium lividitas, corporis pallor, & tremor, mutatio coloris de pallore in ruborem, algor, flatus, dolores maligni, & vagantes, labiorum, & linguæ nigricatio, & inflatio, sitis inexausta, vocis cum murmure editio, facies livida, vertigo, oculorum contorsio, prolapsus, & obscuratio, proclivitas ad somnum, lethargus, stupor, urinæ impedimentum, vel mordicatio, carnis laxitas, totius corporis fetor, ejusdemque ingens gravitas, & oneris sensus, maculæ rubræ, sive lividæ, mentis inconstantia, & alienatio, & hujusmodi symptomata, quæ secundum qualitatem, & naturam assumpti veneni considerari possunt ante mortem, & non necesse ut omnia simul concurrant; alia etiam signa observari possunt post mortem circa cadaver veneno interfecti, nempè si sit liveus, aut nigricans, aut varium, aut difﬂuens, aut putredinem molestam olens, ungues nigri, & qui facilè avelluntur, capilli deffluentes, spuma in in ore, cor flammæ resistens, abominatio avium, & ferarum in degustando hujusmodi carnes, vel si secto cadavere prout fieri debet quando haberi potest in tempore opportuno, reperiantur exulcerationes gulæ, fundi ventriculi, & intestinorum, earumdemque partium sphacelatio, & viscerum contaminatio, corruptio, nigredo, livor, sanguis circa cor, & in ipso corde congelatus si venenum fuerit frigidũ, & similia, quæ tamen ex ingenito etiam veneno procedere possunt, nisi concurrant aliqua alia ex superius adductis judicio peritorum; si verò venenatus non obierit, sed evaserit, præter relata signa antè obitum, quæ huic etiam applicari possunt, adferuntur delapidatio sine spe, vel admodum tardè renascendi, dolor vagus, & similes morbi diuturni, atque difficiles, ut tales, stoliditas, epilepsia, & hujusmodi, licèt etiam veneno ingenito conveniant, de quibus, & aliis signis veneni plenè Ardoin. *de venen. lib.* 1. *cap.* 3. & 4. Cardan. *eod. tract.* Dioscorid. & Mathiol. *in præfat. lib.* 6. *de mat. med.* Mercurial. *lib.* 1. *de venen. cap.* 16. Paul. Zacch. *Qu. Medic. Legal. lib.* x. *tit.* 2. *quæst.* 6. & 7. *per tot.* & præcipuè *num.* 22 &c. idem Zacch. *d. tract. tom.* 2. *consil.* 12. 13. 14. 15. 16. & 77. *per tot.* Cospius *in suo Judice Criminal. part.* 3. *cap.* 10. & *seqq.* Boss. *tit. de delict. num.* 6. &c. Muscatel. *tract. de cognit. delict. tit. de homicid. simpl. in privil. hujus crim. n.* 21. & *seqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 24. *n.* 20. &c. Giubert. *Quæstion. jurid. cap.* 16. *n.* 54. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.* 626. &c. Farinac. *quæst.* 2. *n.* 34. & *quæst.* 122. *part.* 4. *n.* 53. &c. Guaz. *def.* 4. *cap.* 5. dixi in Pract. *§. Veneni num.* 12. &c. Claud. Bonnet. *in Epitom. Sennerti lib.* 6. *part.* 5. *c.* 3. *per tot. fol.* 916. vide Carpzou. *in praxi quæst.* 21. Brunneman. *in praxi cap.* 8. *membr.* 5. *num.* 4. Vide Spad. *cons.* 149. *vol.* 1. Pelegrin. & Carol. Ant. De Luc. *loc. sup. cit.*

De prædictis signis, veneni, & in specie de corde venenati flammæ, vel igni resistente, fuit factum experimentum, & repertum verum, cor venenati per horam in igne retentum non comburi, sed tantum nigrum, ac durum effici de anno 1679. in causa Vici Pisani contra Franciscum Matthæi de Taddeis, ut in filcia negotiorum Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ n. 5004. sub die 28. Novembris dicti anni.

Venenum esse in corpore genitum, & non assumptum, nec propinatum facilius cognoscitur, quam propinatum; arguitur enim ex præcedenti morboso apparatu, repletione pravorum humorum, cacochimio ante morbi eventum, prava victus ratione, ciborum ingestione sua natura concoctioni rebellium, & malum succum gignentium, aut qui subitæ, & insigni corruptioni, vel quasi venenosæ sunt obnoxii, & febre putrida antecedente, vel concomitante, ex carentia sitis, ex contagio præsente, ex cita, & facili putrefactione cadaveris, ex intermissione morbi, ex experientia materiæ evomitæ si comedatur à gallinis, vel canibus (in quibus est tutior) sine noxa, si plures comederint de eodem cibo, aut biberint de eodem potu, & tantò magis si etiam ipse prætensus reus, & non omnes, sed unus tantùm infirmatus fuerit cum accidentibus, & signis veneni, nam his casibus venenum fuisse ingenitum, & non propinatum est credendum, quod tamen non est omninò certum innocentiæ signum, cùm juxtà complexiones, & antidota assumpta potuerit uni obesse, & aliis præmunitis non nocere, ut advertit hæc, & alia benè declarans Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 8. *per tot.* vide Farinac. Cabal. & alios supra citatos, dixi in Pract. *§. Veneni n.* 13. Claud. Bonnet. *in Epitome Sennerti lib.* 6. *part.* 2. *cap.* 4. 5. & 6. *per tot. fol. mihi* 901 &c. ubi de causis, & signis occultorum morborum, & venenatorum ab humorum vitiis ortorum, &c. 6

Venenum an fuerit propinatum, vel ingenitũ, & an ex eo fuerit sequuta mors, statur judicio medicorum, ita ut non sufficiat rei confessio ad probandum aliquem ex veneno periisse, sed irritetur, & annulletur si medici deponant veneni quantitatem, vel qualitatem non fuisse aptam ad mortem inferendam, ad hoc enim ut quis dicatur ex veneno interemptus debet constare ex peritorum attestatione tale venenum in tanta quantitate sumptum aptum fuisse ad mortem inferendam, alias reus etiam confessus condemnari non potest, quia posset dari casus, ut ipse venenorum inexpertus crediderit dare aliquid venenosum, quòd verè non sit venenum, vel non in quantitate, & qualitate aptum ad mortem inducendam, & mortem interim fuisse ex alia causa sequutam, & sic delictum non fuisse commissum, & in pœnam mortis damnari eum magno justitiæ detrimento, Boss. *de delict. n.* 7. *et* 8. ubi tamen quòd nollet casum accidere amico suo, innuens confessionem sufficere quoad attentatum, vel si mors statim, vel intrà breve tempus fuerit sequuta, & attentis aliis circumstantiis, ex quibus Judex veniat in cognitionem veritatis, Plaza *Epitom. delict. cap.* 20. *num.* 11. *etc.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 180. *per tot. tract. de omn. gen. hom. n.* 615. *et seqq.* Alex. *cons.* 115. *num.* 3. *lib.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 1034. *n.* 7. Guaz. *ad def. lib. pr. capit.* 6. *num.* 12. *et seqq.* Farinac. *consil.* 184. *num.* 16. *et* 46. 7

Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib. 2. tit. 2. quæst. pr. n. pr. et seqq. et quæst. 4 per tot.* ubi plura de qualitate, & quantitate veneni apta ad mortem inducendam attenta etiam qualitate patientis, Cosptos *in suo Judice Criminal. part. 3. cap. 13.* ubi supra 40. venena refert, Thom. Trivis. *decision. 50. lib. 2.* ubi quòd venenum non semper est malum, & ideò debet probari quod fuerit datum, & quod fuerit malum, ita ut reus etiam confitendo delictum non possit se reum delicti constituere, nisi delictum sit de sui natura tale quia ad eum non spectat facere delictum illud, quod non est delictum, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 64. n. 69. & 70.* ubi quod si jam cadavera sint putrefacta, debent adhiberi periti, qui deponant de quantitate, & qualitate veneni propinati, &c. Ganaver. *cons. 4. n. 32. & seqq. post ejus decisiones*, ubi quòd Bossius quatenus dixit confessione probari corpus delicti in materia veneni reprobatur ab omnibus. Vide Spad. Pellegrin. & Carol. Ant. De Luc. *loc. supracitat.*

Qualiter constare debeat de corpore delicti ex attestatione Medicorum, qui viso homine venenato, vel ejus cadavere cum juramento deponant fuisse illi propinatum venenum; vel si corpus non possit oculis, & inspectioni medicorum subjici pertestes deponentes vidisse cadaver, & observasse signa veneni de publica voce, & fama, quod ex veneno propinato obierit, & signa sint talia, quæ judicio peritorum postea examinandorum arguant fuisse venenum propinatum, & non ingenituor, vide Muscatel. *tract. de cognit. delict. tit. de homicid. simpl. in privileg. hujus crimin. num 15. & seqq.* Foller. *in prax. verb. Capiat informationem num. 16. & verb. sororem venenavit*, dixi in Pract. §. *Veleni num. 15. versic. Che deva*, vide *in §. Corpus delicti num. 4.* Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 297. num. 30.* Caren. *de Offic. S. Inquisit. part. 3. tit. pro §. 4. num. 33. & seqq.* Cyriac. *controv. 485.* ubi quòd potest procedi ad torturam, contra inquisitum de venenatione, de qua non constat, nisi per famam, & alia indicia, ac signanter per confessionem extrajudicialem, quando non potuit fieri inspectio cadaveris ob illius corruptionem, addo Muscatel. *in Praxi tit. de cognit. seu probat. delict. in genere in Proœmio nu. 42.* adde Conciol. *resol. crimin. verb. Venenum resolut. pr. per tot.* ubi quod in crimine veneni debet constare de corpore delicti ex attestatione medicorum, & peritorum, qui tamen non tenentur præcisè deponere, sed de illorum judicio, & credulitate medio juramento, debent autem deponere hominem esse mortuum ex veneno propinato adducendo illius signa, & conjecturas, nec sufficit deponere simpliciter de veneno, quia posset verificari in ingenito.

Quòd si quis fassus fuerit dedisse venenum jam multo tempore, & ex eo fuisse hominem interemptum, nec possit aliter constare de signis veneni, sit quærendum undè habuerit, quid, quantum, & quale esset, quomodo dederit, & postea examinandi periti, an modo, & forma narrata potuerit mortem inferre, & alia fieri de quibus Cosptus *in suo Judice Crimin. p. 3. cap. 20. & cap. 32.* Carpzov. *Pract. crim. par. pr. quæst. 11. num. 26.* Giovagnon. *cons. 28. num. 22. lib. pr.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 6. §. 5. num. 124. & seqq.* vide *in §. Confessio num.*

Quòd dicta confessio, nisi aliter constet de corpore delicti, non sit sufficiens ad condemnandum in pœnam ordinariam delicti, sed bene in pœnam extraordinariam mitiorem arbitrio Judicis, & alia, Plaza *Epitom. delict. cap. 20. num. 20. &c.* Farinac. *de inquisit. quæstion. 2. versus finem*, Cabal. *resol. crimin. cas. 180. per tot. & de omn. gen homicid. n. 615. &c.*

Quòd in delictis veneni uti atrocibus, occultis, atque difficillimæ probationis (supposito quod legitimè constet de corpore delicti eo meliori modo, quo fieri possit) possint rei ex indiciis, & præsumptionibus condemnari ad pœnas arbitrarias, licet facilius soleat ad torturam pro veritate habenda procedi, stantibus legitimis indiciis, Bonacoss. *com. opin. crim. verb. Tortura fol. 176.* de quibus Farinacc. *quæst. 122. part. 4. per tot.* Plaza *dict. cap. 20. num. 10. &c.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 24. num. 16. & seqq.* Muscatell. *loc. sup. cit. num. 46. & seqq.* dixi in Pract. §. *Veleni num. 15.* Conciol. *res. crim. verb. Venenum res. 2. per tot.* ubi quòd in delicto veneni uti difficilis probationis sufficiunt præsumptiones, & conjecturæ nedum ad effectum torquendi, sed etiam condemnandi in pœnam extraordinariam, etiam corporalem, mitiorem tamen pœna ordinaria, quando reus est præsens, nam si sit contumax potest condemnari etiam in pœnam ordinariam ex indiciis sufficientibus ad transmittendam inquisitionem. Vide Spad. Pellegr. & Carol. Anton. De Luc. *loc. supra adduct.*

Plura pro defensione inquisiti de veneno propinato, Francisc. Anton. Tranchedin. *Consultat. 97. per tot.* Caren. *res. 222.* ubi qualiter constare debeat de corpore delicti, & de indiciis, & quod adamas non est venenum, quicquid vulgus putet, Ganaver. *cons. 4. per tot.* ubi subtiliter arguit subsistentiam inquisitionis ex incertitudine veri delinquentis, & innocentiam inquisitorum ex febre maligna defunctæ causata ex magna apprehensione sui detecti adulterii, fractæ pacis conjugalis, & obtruncati desiderii adolterini, ex adhibitione medicorum, duratione morbi sine detectione veneni, ostensione vomitus non accelerata, sepultura, relatione medicorum exclusiva veneni, defectu causæ, & inimicitiæ, dolore, planctu, solemnibus funeralibus, &c.

Venenum si fuerit consanguineo, vel affini carcerato propinatum ad evitandam pœnam infamem, & ignominiosam, qualiter propinentes puniantur, & de cautela à quodam Veneto in id exequenda adhibita, Menoch. *de arbitr. cas. 285. num. 5. &c.* Bajard. ad Clar. §. *Homicidium num. 28. & §. fin. qu. 68. nu. 45.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 11. n. 3. & seqq.* 8

Quod quando deventum fuit ad actus proximos venenandi, sit locus pœnæ ordinariæ ob atrocitatem delicti, etiam non sequuto effectu, quia quoad propinantem, delictum est completum. Farinac. *quæst. 122. part. 2. nu. 14. & seqq. ad 332.* Bajard. ad Clar. *dict. quæst. 68. nu. 130 &c.* Conciol. *res. crim. verb. Venenum res. 2. n. 7. & seqq. per tot.* ubi plures alios adducit pro ista opinione, licèt videatur concludere contrarium, ut non sequuto effectu non sit locus pœnæ ordinariæ mortis, vigore generalis consuetudinis Italiæ, ut non puniatur affectus non sequuto effectu, cum Farinac. *loc. cit. nu. 31.* & Giovagnon. *cons. 28. & 29. lib. pr.* latè Matthæu. Sanz. *tract. de re crimin. controv. 32. per tot.* ubi videtur concludere pro pœna ordinaria, quando fuit deventum ad actus proximos, & sumus in filio, vel servo, sive famulo propinantibus venena in necem patris, vel domini, nisi ratione minoris ætatis possint à dicta pœna ordinaria excusari, ut in suo casu, in quo etiam venenum propinatum fuerat in parte à domina sumptum, vide in §. *Affectus.* Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract. 10. quæst. 4. n. pr.*

Venenum ad tempus operaturum Clerico, vel alio Religioso, propinans incidit in excommunicationem Canonis, in casum homicidii reservatum, quid si mors non sequatur, & alia plura quando incurratur excommunicatio per offensionem Clerici, latè Sperel. *decis. 20. per tot.* Nicoli. *instit. canon. tit. de sent. excom. n. 153. §. 23.* ubi pro affirmativa, & negativa. 9

Venenum alteri præbens, sequuto mortis effectu, tanquam homicida proditorius non gaudet immunitate Ecclesiæ, Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. nu. 583.* Farinac. *in Appendice de immunit. Eccles. cap. 10. numer. 142.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 2. tit. 2. q. pr. num. 6.* Dec. *tract. crim. lib. 9. c. 22.* Farinac. *de homicid. quæst. 122. part. pr.* & fuisse declaratum à Sacra Congregatione Immunit. sub die 3. Decemb. 1632. Barbos. *in Collect. Bullar. verb. Homicidium*, Dian. *resolut. moral. part. pr. tract. pr. res. 36. & part. 6. tract. pr. resol. 12.* Thom. del Bene *de Jurisdict. cap. 16. dub. 2. sect. 2. num. 5.* Sperel. *dec. 23. nu. 35. in Addit. ult. impress.* ubi tamen per totam dictam decisionem, & *decis* 22. intelligit ut dixi morte sequuta, & quando venenum fuit propinatum amico, vel domestico, & sic sub colore amicitiæ secus sentiens si fuerit inimico datum, vel non sequuto mortis effectu, nam tunc gauderet immunitate, vide in §. *Immunitas n. 18.* Ac ità esse intelligendam 10

Digitized by Google

gendam declarationem Sacræ Congregationis, aliis citatis latè probat Dian. *d. part. 6. tract. pr. resol. 11. vers. Sed quod, & per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 402. observat. 30.* ubi quando venenum fuit propinatum sub colore amicitiæ, vel familiaritatis, quia tunc gaudet immunitate stante qualitate proditionis, secus autem si aliter fuerit venenum propinatum, adde Conciol. *resol. crimin. verb. Venenum resol. 3. per tot.* & refert P. Grasset. *tract. de nece prodit. §. 29.* tenentem contra Dian. & Sperel. procedere etiamsi venenum non sub specie amicitiæ, sed ab inimico fuerit datum, non tamen habere locum in mandante, qui propriè non est occisor, adde Th. del Bene *tract. de immunit. par. 2. cap. 16. Dubitat. 20. sect. 2. per tot.* ubi probat dictam distinctionem, an venenum fuerit propinatum sub colore amicitiæ, vel familiaritatis, sive inimico. Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap. 9. n. 8. vers. in materia ista.* Grasset. *Anatom. nec. prodit. §. 19. per tot.*

51 Venenum malum vendens, ex quo alicujus mors sequatur, si scienter, & data opera id egerit, punitur pœna legis Corneliæ de sicariis; si vero illo inscio id accidat arbitrio judicis punitur, Manoch. *de arb. cas. 359. per tot.* Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. n. 549. &c.* Card. Tusch. *litt. V, conclus. 69. per tot.* Calvio. *de æquit. lib. 3. cap. 204. per tot.* Gabriel. de Bellis *tract. de delict. tit. de Sicar. et venef. §. 3. & 4. fol. mihi 344. etc.* Fagundez *de just. et contract. lib. 5. cap. 24. n. 9.* Farinac. *quæst. 122. part. 3. per tot* latè Hermosil. *ad leg. Partit. tom. 2. glos. pr. leg. 17. tit. 5. fol. 510.* ubi etiam de ementibus, & eorum pœnis. Ubi de pœnis vendentium, ementium, fabricantium, vel componentium, & retinentium venena ad malos effectus, facit Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 32. num. 3. & seqq.* ubi de pœnis propinantium venena.

Quod venena mala vendi non possint, *l. quòd sæpè §. Venenum ff. de contrah. empt.* Paul. Christin. *dec. Belgic. 64. sub num. 4. volum. 3.* facit Thom. Trivis. *decis. 50. lib. 2.* ubi quod cum venena sint multiplicia, debet probari quod sint de mala specie, alias nihil agitur, Gabriel. de Bellis *loc. c. t. §. 3. nu. 11. etc.* ubi qualiter Pigmentarii, seu pharmacopolæ puniantur ultimo supplicio, si venena minus benè præparata apposuerint in poculis, ex quibus mors sit sequuta, & morte non sequuta mitius extra ordinem, & hoc propter illorum imperitiam, & temeritatem, etiamsi non animo occidendi id fecerint; quòd tamen valdè rigorosum, & non simpliciter sequendum existimo, sed ità demum si dolosè id egerint, quoad pœnam ultimi supplicii, cum ad effectum pœnæ ordinariæ semper requiratur dolus, vide Carpzov. *in prax. quæst. 20.* Nicoli. *instit. Imper. tit. de Empt. n. 17. §. 6.* Brunnemann. *sup. ff. lib. 18. tit. pr. leg. 35. num. 4. vol. pr.*

Quando vendens venena, vel alia indifferentia, de quibus ementes sæpè solent ad malum uti, peccat, vel possit excusari in foro conscientiæ, Mich. Salon. *tract. de just. & jur. tom. 2. quæst. 77. art. 4. contr. 5. per tot. fol. mihi 112.* Dian. *res. mor. p. 1. tract. 8. resol. 45.*

Quæ autem venena sint prohibita vendi de jure communi, & sub quibus pœnis, vide *l. 3. §. alio ff. ad l. Cornel. de sicar.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 2. tit. 2. quæst. 12. per tot.* Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 204.*

Et quid in hoc sit provisum de jure municipali Florentiæ, dixi in Pract. *§. Veleni num. pr.*

52 Veneni si adsit suspicio inter virum, & uxorem, debet concedi separatio thori; & crimen veneni est adeo enorme, ut nec reus mortis, nec bannitus possit veneno interfici, & æqualiter puniatur in nobili, & ignobili pœna furcarum concurrentibus debitis probationibus, Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 2. tit. 2. quæst. pr. num. 7. & seqq.* Plaza *Epitom. delict. cap. 20. nu. 4. &c.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num. 578. & 612. et seqq.* Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 32. nu. 13. et seqq.* ubi quòd dicta pœna furcarum absque distinctione nobilitatis in totis provinciis Italiæ servatur, & alibi etiam exasperatur ad caudam jumenti, squarti, ignis, & similibus modis propter atrocitatem delicti, & præcipuè in fœminis ob ejus frequentiam, cum ipsæ artem veneni di adinvenerint, &c.

Quòd venenum propinatum inter conjuges sit causa sufficiens divortii, & quomodo probetur, Addit. ad Sanfelic. *decis. 361. vers. Venenum.*

Quoad bannitos an possint veneno, vel aliis malis artibus interfici cum præmio à statuto proposito, vide in *§ Bannitus num.*

Plura alia in materia veneni, quid ejus nomine veniat, de variis divisionibus, & effectibus illius, de qualitate, & quantitate veneni apta mortem inferre, an, & quomodo possit in corpore generari, quomodo cognoscatur, an sit ingenitum, vel propinatum, an unum venenum alteri veneno resistat, & possit dari in medelam alterius, quot modis possit dari venenum, & an ad tempus operaturum, quorum venenorum sit prohibitum commercium, de veneficiis, incantamentis, fascino, & hujusmodi, latè Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 2. tit. 2. per tot.* Cospius *in suo Judice Criminalista part. 3. cap. 10. cum pluribus sequentibus,* Farin. *quæst. 122. per tot.* Muscatel. *tract. de cognit. delict. tit. de homicid. in privil. hujus crim.* Cabal. *resol. crim. cas. 180. per tot. & de omn. gen. homicid. num. 549. & seqq. ad 634.* Plaza *Epit. delict. lib. pr. cap. 10. per tot.* Boss. *de delict. nu. 3. & seqq.* Dec. *tract. crim. lib. 9. cap. 22. & seqq.* Foller. *pract. crim. 2. par. princ. verb. Item quod sororem venenavit,* Hieron Laurent. *decis. Avenion. 20. per tot.* ubi plura pro defensione inquisitorum de veneno propinato, qui in casu suo fuerunt relaxati cum promissione de se repræsentando toties quoties, & cum expensis, prout fieri solet quando non constat de innocentia, & res est dubia, an sint delinquentes, vel non, adde Francisc. Anton. Trancheclin. *Consult. 97. per tot.* Ganavet. *cons. 4. per tot.* Torreblanc. *de Magia lib. 2. cap. 50.* ubi plura de maleficio ad bonum finem, & an maleficio liceat maleficium tollere. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap. 3. per tot.* 53

Venenum an possit licitè sumi ad experiendam virtutem theriacæ, Dian. *resol. mor. par. 5. tract. 4. resol. 38.* ubi refert contrarias opiniones. 54

Item an damnatus, ut veneno pereat, possit illud sumere, & haurire, & an Judex possit ad hoc genus mortis aliquem damnare, idem Dian. *d. par. 5. tract. 4. res. 39.* ubi pariter refert diversas opiniones, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 64. num. 45.* ubi quod judici prohibitum est reum ad pœnam mortis condemnatum, veneno necare, & licet ab aliquibus Imperatoribus ita fuerit servatum, hæc tyrannica fuerunt; quæ absint à justis judicibus, & Magistratibus, & tantò magis à patre, marito, & similibus exercentibus licentiam sibi à legibus concessam occidendi deprehensos in adulterio, vel bannitos, qui ferro, & non veneno sunt persequendi, ut dixi in *§. Bannitus numer. pr. &c. §. Maritus, & §. Pater.* Vide Brunnemann. *sup. Cod. libr. 9. tit. 18. leg. pr. num. 2. fol. 890.*

Venenum si fuerit repertum, vel animal venenosum in speciebus consecratis, vel ante consecrationem quid agendum sit circa sacrificium, & alia ad rem, latè Fagundez *de præcept. Eccles. lib. 3. cap. 20. per tot. fol. mihi 226. &c.* 55

De ponente venenum in Calice ad occidendum Sacerdotem, quod sit puniendus pœna mortis, etiam alio non sequuto, & possit etiam Judex Ecclesiasticus procedere etiam contra laicos, Canter. *qu. crim. cap. 7. de homicid. num. 24.* Raynald. *rer. crim. cap. 7. §. 11. num. 8. & seqq.*

Venena, vel aliæ res nocivæ non possunt adhiberi ad capiendos pisces sub pœna peccati mortalis, & aliis pœnis etiam in foro fori, ut probant Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 4. rub. 68. nu. 2. & num. 16.* 56

Venena ementes, & præparantes ad effectum aliquem necandi qualiter sint puniendi, vide *text. in l. pr. §. præterea, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Farinac. *cons. 184.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num. 595. & seqq.* Tapiam *de jur. Reg. lib. 5. tit. de venenis nu. 6. &c.* Giovagnon. *cons. 28. & 29. vol. pr.* Caren. *de S. Offic. p. 2. tit. 12. §. 33. nu. 283. et seqq.* Cyriac. *contr.* 57

485.

485. n. 18. vers. aliosque citatos per Rsynald. *Syntax. rer. crim. cap. 6. §. 2. per tot.*

18 De venenis nonnulla indicant etiam Bersachin. *Repert. verb. Veneno*, Joseph. Feliv. *Margar. var. eod. verb.* Thoro *Compend. decis. Neapol. par. pr. eod. verb.* Cyriac. *d. controv.* 485. *per tot.* Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Venena*, & Com. Augustin. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 782.* Carpzov. *in Prax. crim.* Brunneman. *in prax. cap. 9. nu. 68.*, ubi de pœna veneficii. Spad. *cons. tom. pr.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. pr. n. 45.* Latissimè Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap. 3. per tot.*

19 De venenis pestilensibus, & nonnullis eorum remediis, vidend. Cardin. Gastald. *tractat. de avert. et proflig. pest. Polit. Legal. in locis indicatis in Repert. verb. Venefici, et Venena.*

De veneno sterilitatis, & conceptionis latè Basilic. *decis. crim. 7. per tot.*

20 Criminis veneni propinati pœna de Jure veteri, & novo Brunnemann. *in Codic. lib. 9. tit. 18. leg. 1. n. 2. col. 890. tom. 2.*

21 Veneno aliquem interficiens magis peccat, quàm qui gladio Brunnemann. *in dict. leg. pr. n. pr.* Veneficium est è numero criminum atrocissimorum Grasset. *Anath. nec. prod. §. 19. n. pr.*

22 Veneno aliquem obiisse probatur per publicam vocem, & famam, junctis tamen adminiculis, & cognita causa ex qua fama ortum habuit Spad. *cons.* 149. *nu.* 9. & 10. *vol.* 1.

23 Judex in crimine veneficii debet esse promptior ad torturam Paris. de Put. *de Syndicat. in verb. tortur. n. 9.* Foller. *in Pract. criminal. in verb. item quod sororem venenavit n. 35.* Spad. *cons.* 122. *n.* 2. *vol.* 1.

24 Venenum introgenitum an sit propriè venenum Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap. 3. n. 3.* Venenum a cibis nutritivis effectum dissimilem producit *ibidem n. 5.* Veneni in crimine ad Medicos recurrendum est, ut deficientibus signis exterioribus aperiendum sit cadaver; Veneni in delicto Medici qualiter forment fidem negativam Idem Carol. Ant. De Luc. *dict. cap. 3.* Venenum potest necare, etiamsi non sumatur per os, & qualiter *ibid.* Venenari an possint ensis, pugio, & alia instrumenta incisiva *ibid.* Venenum operativum ad tempus an detur *ibid.* Venenum instantaneum an detur *ibid.* Venena alia sunt frigidæ qualitatis, alia calidæ, sed qualiter vitam adimant an ex vi occulta *ibid.* Venenum in cibis qualiter ex odore, sapore, & colore, & quomodo cognoscatur *ibid.* Veneni in cibis positi exempla *ibid.* Venena frigida raró practicantur, & quæ forma fidei pro veneno frigido somnifero *ibid.* Venena temporanea noviter inventa recensentur *ibid.* Veneni datio ad portandum, ut propinetur, est actus remotus *ibid.* Venenato sepulto quæ diligentiæ adhibendæ *ibid.*

25 Veneno nihil difficilius evitari potest Grasset. *Anath. nec. prodit. §. 19. n. 10. & 11.*, ubi refertur dictum elegans Luc. de Pen. *in l. servum C. de Delator. lib. 10. n. 8.*

§. VERBA. IX.

1 VErba simpliciter prolata de primo actu, vel implemento intelliguntur, & sic unico actu perficiuntur, ac consumuntur per *text. in l. boves §. hoc sermone ff. de verb. signif.* latè cum 89. & ultra exemplis, ac 36. limitationibus ac nonnullis aliis declarationibus explicat Tiraquel. *in repet. d. §. hoc sermone inter reg. diversf. fol. mihi 151. & seqq. ad 593.* vide in §. *Actus an.* & §. *Dispositio n.* Tusch. *litt. D. conclus. 499. & lit. V. conclus. 146.* Ricc. *Collect.* 587.

2 Verba, quæ possunt dupliciter intelligi, scilicet de actu naturali, & de actu civili, sunt potius intelligenda de naturali, Gratian. *discept. forens. cap. 834. num. 2.* ubi allegat jura id probantia, Tusch. *litt. V. conclus.* 102. Jul. Chartar. *dec. crim. 46. num. 83. & dec. 94. n. 43.*

Quòd sint intelligenda in propria significatione, præcipuè in stipulationibus, & contra fundantem se in verbis, nisi aliter constet de mente contrahentium, quæ probari debet ab eo, qui vult recedere à proprietate verborum, Rot. *part. 2. div. dec.* [illegible]3. *per tot.* latè Tusch. *lit. V, concl. 91. per tot.*

Sunt tamen improprianda, ut quis à delicto excusetur, Ricc. *Collect.* 3923.

Quod verba dubia sint interpretanda juxta mentem proferentis in materia hæresis, Thom. Trivis. *decis. 34. lib. 2.* vide in §. *Hæresis.*

Decem, & octo casus, in quibus receditur à propria verborum significatione, vide per Soccin. *regul. 536. inter reg. div. fol.* 623. Card. Tusch. *litt. V, conclus. 110. 111. & 112. per tot.*

Quòd verba sint attendenda, & ubi non conveniunt, vel deficiunt cesset dispositio, Tusch. *litt. V, concl. 89. per tot.*

Quando verba sint intelligenda secundum propriam significationem, vel secundum usum communem loquendi, cum effectu, juxtà subjectam materiam, & alia plura similia, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom. 222. per tot.* Rot. *part. 2. div. dec. 276. num. 1.* ubi quòd debent intelligi juxta subjectam materiam, & naturam actus, cui deserviunt, vide in §. *Contractus n.* & §. *Interpretatio nu.* plenè Tusch. *litt. V, conclus. 90. cum plurib. seqq. ad 113.* Vivi. *comm. opin.* 1030. Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. in verb. Verba*, ubi plura de verborum interpretatione, & intelligentia, Arias de Mesa *var. resol. lib. 3. cap. 15. & seqq.* vide Ansald. *dec. 82. n. 38. & dec. 93. n. 19. & 26.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu. pr. n. 52. & qu. 10. nu. 16. tom. 3.* Escobar. *de Purit. par. pr. qu. 4.* Solorzan. *de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 12. n. 46. & Polit. lib. 3. cap. 22.*

Verba semper aliquid operari debent, itaut non debeat dari intellectus, ex quo inducatur superfluitas, 3
Grat. *discept. for. cap. 995. nu. 9.* Altograd. *cons. 100. n. 39. lib. 2.* ubi quòd semper ita interpretari debent, ut aliquid operentur, & non sint superflua, vide in §. *Argumentum n. 6.* Gatt. *cons. 23. num. 86. & cons. 29. n. 24.* D. Cabrun. *lucubr. 17. n. 17.*

Quòd verba, etiam in syllaba non debeant esse sine virtute aliquid operandi, & sic non vacua, arida, & jejuna stare debent, etiam in materia stricta, & odiosa, ita ut potius correctio juris sit permittenda, pulchrè Pontirol. *in respons. pro Mambellis Cesenæ impresso de anno 1645. n. 434. & seqq.* latè Barbos. *de Axiom. jur. Axiom. 222. n. 11. &c. ubi n. 24.* multis modis limitat, Grasset. *de nec. prodit. §. 20. num. 82. & seqq.*

Regulam quod verba semper aliquid operari debeant, ponit Soccin. *inter reg. diversf. reg. 535.* ubi illam decem modis limitat, in quibus non operantur, latè Tusch. *litt. V. concl. 85. per tot.*

Quòd nec verbum minimum in contractibus censeri debeat appositum absque virtute operandi si fieri potest, Cavalet. *dec. 247. n. 5.* Altograd. *cons. 52. n. 34. lib. 2.*

Quòd verba cum effectu sint intelligenda, & quando secus, Tusch. *litt. V. conclus. 90. per tot.*

Verba universalia posita in legato, puta pro omni 4
eo, quod posset prætendi, quocumque modo, ratione, vel causa, comprehendat omnia, quæ possent excogitari, trahuntur ad casus improprios, & etiam ad ea, quæ sunt in superlativo grado, cùm universalia semper magis operentur, & habeant vim singularis expressionis, sive affirmativè, sive negativè sint prolata, etiam in materia pœnali, & odiosa, generalia verò secùs, Gratian. *discept. for. cap. 844. n. 5. &c. cap. 846. n. 5. &c.* Magon. *dec Luc. 6. n. 35. cum Addit.* Rot. *part. 2. div. dec. 298. per tot.* Surd. *dec. 233. per tot.* Altograd. *cons. 34. n. 5. &c. lib. 1.* Barbos. *de claus. claus. 184. per tot* Tusch. *litt. V. concl. 120. & seqq.* ubi etiam quænam sint hujusmodi verba universalia, & quando ac ex quibus restringantur, vel non.

Quòd verba, *quicumque*, *si quis*, & similia non comprehendant universitates, vide in §. *Universitas n.*

Item verba universalia in medio orationis posita restringuntur, & declarantur ab extremis adjunctis, adeò ut non extendantur ad alios titulos, sive modos, qui non sint de natura, & qualitate expresso-

rum.

rum, Altograd. *conf.* 3. *n.* 40. *lib.* 1. vide *in §. Dicto num.* Vide Rot. *rec. par.* 19. *dec.* 564. *n.* 25. *tom.* 2. Altimar. *rubr. pr. q. pr. n.* 57. *tom.* 3.

Quòd verba quantumvis universalia restringantur ratione adjuncti, Altograd. *conf.* 12. *num.* 37. *lib.* 2. Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 24. *n.* 29. *tom. pr.*

Item verba universalia, & geminata in dispositione legis non comprehendunt casus in specie privilegiatos; quicquid sit in dispositione hominis, latè idem Altograd. *conf.* 34. *per tot. lib. pr.* ubi plura de verbis universalibus, generalibus, & geminatis quando attendantur ad casus privilegiatos, vel potius restringantur juxta dispositionem juris communis, & *num.* 22. distinguit an sint prolata ab homine, vel à lege, ut primo casu non restringantur, secundo verò sic, & quare.

Alia de vi verborum universalium in statutis, idem Altograd. *conf.* 97. *n.* 50. *& seqq. lib. pr.* & in *Addit. ad conf.* 66. *sub n.* 18. *in fine libri primi*, Fontan. *dec.* 262. *& seqq.* ubi in privilegiis, &c.

Quando verba generalia sint generaliter intelligenda, vel non, Rot. *part. pr. rec. dec.* 352. ubi quod sunt generaliter intelligenda, etiam in materia stricta, & odiosa, præsertim si aliter intellecta nihil operarentur, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 222. *n.* 36. *&c.* Tusch. *litt. V. concl.* 122. *per tot.* plenè Urceol. *Consult. forens. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. ubi in materia translationis, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 357. *per tot.* vide in *§. Liberatio*. Rot. coram Emerix jun. *dec.* 135. *n.* 6. 180. *n.* 1. 369. *n.* 4. 698. *n.* 13. 1153. *n.* 10. *&* 11. Altimar. *rubr. pr. qu.* 10. *n.* 34. *tom.* 3. Mier. *de Majorat. par. pr. qu. pr. a n.* 68. *&* 118. Castill. *lib.* 4. *cap.* 41. Fontanel. *dec.* 268. *cum seqq.*

Quòd generalia verba intelligantur, & restringantur juxta præcedentem dispositionem, & ad personam de qua supra actum sit, Altograd. *conf.* 85. *n.* 9. *& seqq. lib.* 2. ubi exemplificat in multis, vide Tusc. *d. concl.* 122. *per tot.* Urceol. *d. cap.* 99. *per tot.* ubi optimè declarat in materia transactionum. Rot. post Urceol. *de transact. dec.* 54. *n.* 26. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 5. *dec.* 17. *n.* 14. *vol. pr.* Severol. *in resp.* 2. *a n.* 300. impress. in ead. Mantiss. *vol.* 2.

Quòd verba universalia, & generalia restringantur ex pluribus causis, & ex quibus latè Tusch. *litt. V. concl.* 121. *& seqq. ad* 146. Urceol. *d. c.* 99. *per tot.* Pen. & Crescin. *decis.* 226.

Quòd verba geminata magis operentur, idem Tusch. *litt. T. concl.* 158. *per tot.* vide in §. *Geminatio*, Ricc. *Collect.* 2495. ubi quòd enixam voluntatem demonstrant, & sensum augent. Pen. & Crescin. *d. decis.* 226.

Quòd in favorabilibus sub generali dispositione comprehendatur etiam persona loquentis non nominati, quia præsumitur magis de se loqui, quam de aliis, ex quo prima charitas incipit à se ipso, secus verò in odiosis, quia in dubio nemo præsumitur velle se ipsum ligare, & sibi obesse, Rot. *in Romana assecurationis* 26. *Junii* 1673. *coram Mathejo*, post Urceol. *de transact. dec.* 52. *n.* 14. vide in *§. Dispositio n.* 34. *& §. Promissio n.* 29.

5 Verba generalia, adulatoria, curialia, vel aulica per modum complementi, sive urbanitatis, ac ad alterius complacentiam prolata, dicuntur nugatoria, & non obligant, ut quando peto, ut dones mihi aliquam rem, & tu respondens non tantùm illam, sed quicquid placebit, vel si dicas, omnia mea tua sunt, vel offero me, & omnia bona mea, vel *son vostro servo, e schiavo*, vel *la rimetto in tutto, e per tutto in voi*, sive *voglio, che siate patrone di me, e della mia robba*, & similia, ut latè explicat, Genu. *de script. privat. in Addit. tit. de litt. offic. per tot. fol. mihi* 52. *ubi num.* 14. videtur limitare nisi agatur de favore piæ causæ, vide Card. Tusch. *litt. V. concl.* 123. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad dec.* 282. *p.* 9. *rec. n.* 78. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 367. *n.* 33. *&c.* ubi quòd dicta verba curialia, & humanitatis non præjudicant procuratori, qui se remisit arbitrio domini circa salarium, & in simile de non molestando, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 157. *num.* 42. *&c.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. pr. n.* 744. *tom.* 3. Pen. & Crescin. *dec.* 1009. Lat. *alleg.* 42. *n. fin.*

Quòd verba generalia, blanditoria, & excitatoria non inducant obligationem, Jas. *in l. ita stipulatus ff. de verb. oblig.* Magon. *dec. Luc.* 25. *n.* 68. vide *in §. Litteræ num.* §. *Promissio n.* 48.

Quòd verba adulatoria, & jactatoria probant, & disponant favore piæ causæ, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 23. *n.* 8. *fol. mihi* 54.

Item probant favorem libertatis, idem Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 30. *n.* 24. *fol.* 63.

Quòd verba deprecativa, & rogatoria in ultimis voluntatibus, in fundatione jurispatronatus, & quandoque etiam in contractibus obligent ad observantiam, & implementum ordinatorum, *l.* 2. *C. com. deleg.* Rot. *par. pr. divers. dec.* 640. Buratt. *decis.* 21. *n.* 6. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 68. *num.* 6. *&c.* Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 30. *n.* 30. *in fin. tom. pr.* Et vide *ibidem a n.* 42.

Item verba per modum desiderii, vel consilii prolata in ultimis voluntatibus absolutam necessitatem important, ita ut inducant fideicommissum, vel legatum *l. etiam hoc modo* 118. *l. eo modo* 121. *ff. de l. pr.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 320. *n.* 4. *&c.* vide *in §. Fideicommissum num.* 13. vide Ansald. *decis.* 7. *n.* 28. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 24. *n.* 10., ubi de verbis hortatoriis Superioris. Emerix jun. *decis.* 992. *n.* 10.

6 Verba quænam dicantur directa, vel oblique, sive communia in materia substitutionum, Pract. Papp. *libel. ex substit. gloss. Compendiosè in princ. & num.* 32. *etc.* Gratian. *discept. for. cap.* 407. *num.* 8. *&c. cap.* 542. *n.* 23. *&c. cap.* 774. *num.* 29. *&c.* Altograd. *conf.* 75. *num. pr. etc. libr. pr. et conf.* 76. *per tot.* vide in §. *Substitutio*, Duran. *dec.* 339. *Relinquo, & lego*, quòd sint obliqua, quando adjiciuntur rei certæ, & personæ, quæ de necessitate non erat restituenda, ac alio instituto, plenè Tusch. *litt. V. concl.* 86. 87. *et* 88. *per totum*. Nicoli. *Instit. Imper. tit. de substit. pupil. n.* 7.

7 Verba statuti prolata, etiam in tempore præterito, trahuntur ad futurum, maximè ubi eadem viget ratio, & multa quando verba prolata in præterito trahantur ad futurum, vel non, Cenc. *de cens. qu.* 47. *n.* 25. *et seqq. ad* 70. Gratian. *discept. for. cap.* 493. *num.* 12, *et n.* 18. *&c.*

Quòd prolata à testatore in præsenti porrigantur ad futurum, & alia de trahendis verbis ab uno tempore ad aliud tempus, Soccin. *reg.* 537. *per tot. inter regul. divers. fol. mihi* 624. Altograd. *conf.* 95. *n.* 99. *etc. lib.* 2. Cabrun. *lucubr.* 47. *sub n.* 14.

Plura quando verba unius temporis trahantur ad alia tempore in quacumque dispositione, Tusch. *litt. V. concl.* 113. 114. 115. *et* 116. *per tot.*

8 Verba lata, prolata in aliquo tractatu non attenduntur, nec faciunt oriri actionem, neque exceptionem, sed tantum ea, quæ proferuntur in conclusione negotii, cùm in ea totus consistat contractus, & ab ipsa formam, atque perfectionem, recipiat, multa enim tractantur, quæ non concluduntur, Gratian. *discept. for. cap.* 115. *n.* 53. *&c. c.* 842. *n. pr. &c.* Surd. *dec.* 291. Rot. *p.* 2. *div. dec.* 104. *n.* 3. *&c.* Menoch. *de arb. tr. cas.* 470. *per tot.* Durao *dec.* 379. *n.* 5. vide *in §. Contractus n.*

9 Verba dicuntur clara quotiescumque intellectus non laborat in intelligendo ea, Gratian. *discept. for. cap.* 902. *n.* 25. *&c.*

10 Verba taxativa non excludunt casus similes, idem Gratian. *cap.* 154. *n.* 29. *&c.* vide *in §. Dictio n. infra n.* 13.

11 Verba, quæ aliquid præsupponunt, nihil disponunt in casu præsupposito, Gratian. *discept. for. cap.* 675. *n.* 17. *&c.* vide in *§. Dispositio n.* 41. Ricc. *Collect.* 3899. Ludovis. cum Bekramin. *decis.* 208. ubi limitatur non procedere quando præsuppositum venit per necessarium antecedens ad id, quod est dispositum, quia tunc etiam verba præsuppositiva disponunt. De Luc. *de Regal. disc.* 55. *n.* 7. *de Feud disc.* 124. *n.* 3. *de Legat. disc.* 46. *n.* 9. *&* 10., & alibi. Bertachin. *vot.* 87. *n.* 45.

Quòd verba, quæ præsupponunt, in necessarium antecedens disponant, nam qui fatetur consequens, videtur fateri omne necessarium antecedens, Rot. *p.* 2. *div. dec.* 316. *n.* 5. vide Ricc. *Collect.* 2844. *&* 3085.

Verba

Digitized by Google

Verba impersonalia non inducunt obligationem,
12 Grat. *discept. for. cap.* 579. n. 26. *&c. cap.* 675. n. 19. *&c.* Vide Piron, *de Jurepatr. alleg.* 49. *n.* 13. *&* 35. *tom. pr.*

Quòd impersonalitas vitiet dispositionem in contractibus, quicquid secus sit in ultimis voluntatibus, in quibus semper refertur ad hæredem, idem Gratian. *cap.* 941. n. 17. *&c.* facit *in §. Notarius* n.

Item limitat in judiciis, in quibus promissio videtur facta judici, item limita ex parte creditoris, Magon. *decis. Floren.* 57. *n.* 10. *&c.* & latiùs *dec. Flor.* 245. n. 6. *&c.* ubi quòd si deficiat verbum principale, deficit etiam substantia, & quando sensu intellectus suppleatur ne vitietur dispositio, Ludovis. *dec.* 512. *n.* 6. ubi quòd stipulatio impersonalis semper pro stipulante intelligitur concepta, *l. si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de verb. obligat.* Alex. *in l. Stipulatio §. si quis ità n.* 2. *ff. eod.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 28. n. 16. *& tit.* 29. *n.* 15. Melia *de usucap. & præscript. part.* 3. *Miscell. cap.* 13. *per tot.* ubi de stipulatione.

Verba in dubio potius censentur demonstrativè, quàm taxativè apposita, Gratian. *discep. for. cap.* 644. *n.* 24. *cap.* 657. n. 32. *cap.* 834. n. 22. *cap.* 950. n. 15. *cap.* 967. n. 30. Duran. *decis.* 342. n. 4. *dec.* 409. *n.* 13. Altograd. *cons.* 49. n. 28. *&c. lib.* 1. *cons.* 82. *n.* 29. *lib.* 2. vide *in §. Legatum num.* Tusch. *litt. V. concl.* 147. Merlin. *dec.* 611. *num.* 11. Jovi. *de solemnit. gloss.* 3. n. 34. *gloss.* 5. *§.* 2. *n.* 20. *&* 23. Palm. nepos *alleg.* 202. n. 4. De Comit. *dec. Flor.* 57. *num.* 19. Emerix jun. *decis.* 813. n. 6. *& dec.* 127. *n.* 4.

Quando autem fiunt taxativè, idem Gratian. *cap.* 926. n. 3. *& per tot. cap.* 937. *n.* 27. *cap.* 986. *num.* 20. Tusch. *loc. cit.*

14 Verba enunciativa dicuntur illa, quæ in dispositione posita secundum eorum sonum dispositionem aliquam non inducunt, & sunt, vel emissa propter se, ut quando non terminantur ad aliud, nec respiciunt aliom finem, quam illuminandi orationem, & factum, de quo agitur, vel emissa propter aliud, ut quando proferuntur ad effectum alterius dispositionis, & non sunt principalia in oratione, de qua agitur, & ista vel sunt per modum conditionis, vel per modum modi, vel per modum causæ, vel per modum demonstrationis, ad tradita per Genu. *de verb. ennuciat. lib. pr. qu. pr. &* 2. *per tot. fol. pr. &c.* Altograd. *cons.* 28. n. 3. *lib.* 2.

Quæ dicantur enunciativa, & quæ dispositiva, latè Tusch. *lit. V. concl.* 80. 81. 82. *&* 83. *per tot.* Jul. Chartar. *dec. crim.* 94. *n.* 124. Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu.* 23. n. 2. *tom.* 3. Camarel. *de Legat. lib.* 9. *qu. pr. & seqq.*

Quòd semper prævaleant verba dispositiva, verbis enunciativis, & narrativis, cùm sit attendendum quod fuit dispositum, & non quod fuit narratum, maximè quando verba dispositiva sunt clara, Rot. *p.* 13. *rec. dec.* 465. n. 10.

15 Verba enunciativa generaliter sumpta, regulariter nihil disponunt, præcipuè si proferentes non potessant disponere de enunciato, vel si tendant in futurum, vel ubi sumus in odiosis, & pœnalibus, vel agitur de præjudicio alterius, vel ubi sunt relativa, vel ubi contrarium producerent effectum ab eo, cujus causa sunt prolata, vel ubi agerelor de adumbranda veritate, vel ubi certam quantitatem, speciem, vel personam non exprimerent, vel ubi revocarentur in dubium, vel ubi non sunt de antiquo, & emanarunt à persona suspecta, latè Genu. *d. tract. de verb. enunc. lib. pr. qu.* 3. n. *pr. & seqq. ad* 17. *fol.* 4. Tusch. *litt. V. concl.* 81. *per tot.* Thom. Trivis. *dec.* 55. n. 51. *& seqq. lib.* 2. Vivi. *comm. opin.* 1038. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *qu.* 2. n. 746. *tom.* 3. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 6. n. 10. *vol.* 3.

Disponunt tamen etiam in genere sumpta quando sunt jurata, vel geminata cum temporis intervallo, vel quando tendunt in solius enunciantis præjudicium, sicut etiam disponunt in necessario antecedente, quod pendet a voluntate proferentis, vel ubi constat de aperta voluntate proferentis, vel ubi inter ipsos contrahentes sunt prolata in tempore præsenti, vel ubi tendunt ad liberandum, etiam non expressa causa, vel ubi sunt prolata circa actum, de quo partes poterant tunc disponere, & sic in iis, quæ pendent à voluntate partium, maximè si proferens laboret in extremis, vel quando respiciunt tempus præteritum, & si ipsa enunciata falsa sint, non nocent aliis verbis dispositivis, Genua *d. tract. lib.* 1. *q.* 3. n. 17. *&c. per tot.* vide Tusch. *d. conclus.* 81. *per tot.* Altimar. *ubi supra* n. 747.

Quòd verba enunciativa quando sunt prolata ab habente potestatem disponendi, disponant, & probent, sicut etiam quando sunt per modum causæ prolata, Bart. *in l. gerit n.* 14. *ff. de acquir. hæred.* Cavaler. *dec.* 36. n. 2. Magon. *dec. Flor.* 10. n. 38. *&c. dec.* 57. n. 9. *&c. ubi n.* 50. quòd fortè istud procederet in materia favorabili, & ultimis voluntatibus, & quando causa illa esset finalis, & non impulsiva, aliàs secus, Altograd. *cons.* 58. *n.* 56. *&c. lib. pr.* ubi loquitur in statuto, & quòd disponant.

Non tamen probant, neque disponunt super eo, de quo contrahentes disponere non possunt, Rot. *par.* 2. *recent. dec.* 327. *n.* 1.

An, & quando disponant, & probent in testamentis, ac aliis ultimis voluntatibus, latè Genu. *d. tract. lib.* 2. *qu.* 20. *&* 21. *per tot. fol.* 50. *infra num.*

An vera præsumantur ea, quæ verbis enunciativis proferuntur à contrahentibus, Menoc. *lib.* 3 *præsump.* 133. *per totum.*

Verba enunciativa regulariter non probant, præcipuè si principaliter disputari côtingat de ipso anûciato etiâ inter ipsos côtrahentes, nisi alia concurrât adminicula, vel nisi sint jurata, vel ab instructo, & sciente prolata, & in omnem casum inducunt aliqualem præsumptionem, cui standum est contrario non edocto si agatur de negotio pendente à voluntate partium, & de quo disponere possint, ut latè declarat Genua *d. tract. de verb. ennunciat. lib.* 1. *quæst.* 4. n. 1. *& seqq. ad* 24. *fol.* 9. Altograd. *cons.* 28. *num.* 8. *& seqq. lib.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *nu.* 309. *&c. fol.* 286. 16

Et quòd dicta aliqualis præsumptio tam pro tertio, quàm contra tertium transferat onus probandi in adversarium, latè Genua *d. quæst.* 4. *num.* 129. *& seqq. ad* 142.

Quòd verba enunciativa propter aliud prolata regulariter non probent, Auth. *si quis in aliquo C. de edend.* Pract. Papp. *form. sent. diff. glos. Visaque litis contestatione*, Gratian. *discept. forens. c.* 737. *n.* 29. *cap.* 739. *per tot.* Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæst.* 32. *per tot.* Magon. *dec. Flor.* 9. *nu.* 25. *&c. dec.* 10. *nu.* 37. *&c.* plenè Tusch. *litt. V. concl.* 82. *per tot.* Ludovis. *dec.* 372. *n.* 2. *& seqq.* ubi ut aliquid operentur, debent esse clara, & specifica, nec probant veritatem enunciati quando principaliter de eo disputatur.

Verba enunciativa non probant quando sunt prolata super illis, quibus partes renunciare non possunt, vel super facto non convenienti ipsi enunciationi, vel nimis generaliter, & in confuso, vel in odiosis, vel contra tertium, vel pro tertio, vel relativè, vel ubi plura specialia concurrerent, vel ubi processerunt à parte habente interesse, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 24. *& seqq. ad* 30. *fol.* 11. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *quæst.* 2. *sub n.* 746. *tom.* 3. 17

Quando verba enunciativa posita in aliquo instrumento probent, vel non, latè omnia ferè prædicta, & infrascripta repetendo tractat idem Genu: *lib.* 2. *qu.* 1. *per tot.* ubi ponit regulam negativam, quàm multis ampliat, restringit, modificat, & declarat. Altimar. *loc. cit. n.* 746. *&* 747.

Verba enunciativa probant quando sunt geminata, vel jurata, vel agitur, de validando actu, in quo sunt apposita, sive de dependentibus à voluntate proferentis, & facto proprio, vel de supplendo defectu causæ, vel ubi versamur in antiquis, etiam in præjudicium tertii, concurrente tamen longa possessione, vel pluribus instrumentis à diversis confectis, latè Genu. *de verb. enunciat. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 30. *& seqq. ad* 73. *fol.* 13. *& lib.* 2. *quæst.* 1. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 1. *sub n.* 747. *tom.* 3. 18

Quale in hac materia dicatur tempus antiquum,

vi-

Digitized by Google

videtur communis opinio de centum annis; sed imò hoc esse in judicis arbitrio, & varia fuisse ob id judicia prolata, idem Genu. *d. lib. 2. quæst. 1. n. 41. & seqq. ad 51.* Altograd. *cons. 7. num. 7. lib. 2. infra vers. Quod ad hujusmodi.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 1. sub n. 747. tom. 3.*

Quòd licèt regulariter non probeat ad favorem tertii, tamen quando sunt geminata; faciant talem probationem, ut transferant in adversarium onus probandi contrarium, Duran. *dec. 416. n. 14.* vide *in §. Geminatio n.*

Quòd prolata cum juramento probent, Everard. *loc. à vi juram. n. 28.* Capyc. *dec. 71. nu. 2.* Grat. *discept. for. cap. 739. nu. 34.* vide *in §. Juramentum nam.*

Item quod probent in antiquis cum habeant vim famæ, Rot. *part. 2. divers. dec. 130. nu. 1.* Duran. *dec. 377. num. 7.* ubi loquitur ultrà centum annos, Gratian. *discept. forens. cap. 554. n. 50. cap. 870. n. 5. cap. 893. n. 26. &c. cap. 912. nu. 4. cap. 918.* ferè *per tot.* ubi etiam n. 8. de inscriptionibus, & armis, quæ probant, vide Thom. Trivis. *dec. 55. n. 52. & seqq. lib. 2.* ubi adducit plures declarationes, in quibus verba enunciativa non probant etiam in antiquis. Corriad. *decis. 3. num. 58.* Vide Altimar. *loc. supra adduct.*

Quòd ad hujusmodi antiquitatem inducendam sufficiant 50. vel 60. sive secundum alios 40. anni, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q. 33. n. 16. &c. fol. 69.* ubi loquitur in filiatione, vide *supra vers. Quale.* Vide Altimat. *loc. supra relat.*

Non tamen sufficit unica enunciatio, etiam in antiquis, sed saltem duæ requiruntur, cùm nec fama probetur per unicum testem, Rot. *part. 2. divers. dec. 288.* & quid si esset enunciatio facta à Principe, an unica sufficiat in antiquis, eadem Rot. *d. part. 2. decis. 289.* ubi quòd non, præsertim in his, de quibus Princeps non potuit liberè disponere sine præjudicio tertii.

Et quod enunciativa verba ex unico tantùm instrumento non probeat, sicut nec etiam quando sunt obscura, Rot. *d. part. 2. divers. dec. 168. n. 8. & 9.* Ludovis. cum Beltramin. *dec. 407.* ubi quòd enunciativa unica sive moderna, sive antiqua non probat, quid si esset adminiculata, & alia ad rem.

An stante juramento admittatur probatio in contrarium sub prætextu erroris cepti, latè disputat Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 51. per tot. fol. 81.* ubi tandem concludit pro affirmativa.

19 Verba enunciativa probant inter ipsas partes contrahentes, & eorum hæredes, vel habentes causam ab eis, intelligendo quoad illum solum actum, in quo sunt apposita & non quo ad alios actus diversos, ac in illis, in quibus possunt sibi præjudicare, & disponere, vel nisi essent in futuro prolata, vel nisi essent super re à jure disposita, vel inter personas suspectas, vel super re prohibita, vel prolata ab eo, qui verisimiliter ignorabat enunciatum, sive prolata non clarè, & specificè, sed in genere, & obscurè, nam his casibus nec inter ipsos contrahentes probant, ad latè tradita per Genu. *de verb. enunciat. lib. 1. quæst. 4. n. 73. & seqq. ad 102. fol. 15. &c. lib. 2. quæst. 1. per tot.* Gratian. *discept. for. cap. 869. num. 32. &c. cap. 737. n. 19.* ubi quòd non probant quando fuerunt emanata ab una tantum parte in absentia alterius, Duran. *dec. 409. n. 27.* ubi quòd probant inter ipsas partes quando sunt emissa principaliter propter ea.

Quòd probent inter contrahentes, maximè si super enunciatis fiat dispositio, Altograd. *cons. 5. n. 6. lib. 1.*

20 Verba enunciativa plenè probant contra enunciantem, & illius hæredes, ac singulares successores, sicut etiam quando sunt prolata cum ratione expressa, & finali, vel pluries repetita, vel in his, quæ per consensum inducuntur, vel ex titulis convalidantur, vel per modum confessionis in scriptis redactæ, vel quando alia concurrunt adminicula, vel quando sunt de eo quod tunc esse, & fieri potuit, vel præsente illo, ad quem sunt directa, vel ubi agitur de modico præjudicio, latè Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 4. n. 102. & seqq. ad 129. fol. 58. &c.* vide Larream *dec. 56. n. 5. part. 2.*

Item probant in delictis præcipuè ad docendum de mandato, vel quando subsequitur promissio, & dispositio juxtà enunciata, vel ubi agitur de favore piæ causæ, idem Genu. *d. quæst. 4. n. 142. &c. per tot.* Card. Tusch. *lit. V. conclus. 81. per tot.*

Item probant, & disponunt favore libertatis, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 30. fol. 62.* Vide Altimar. *ubi supra n. 747.*

Item disponunt favore liberorum, cùm eorum favore sufficiant quælibet indicia voluntatis, *l. unum ex familia §. fin. ff. de leg. 2.* Genu. *d. tract. lib. 2. quæst. 34. fol. 73.* vide in *§. Testamentum n.* De Luc. *de Fideicommiss. disc. 118. n. 7.*

Item probant favore militis, & piæ causæ, Everard. *loc. à milit. ad Eccl. vel piam caus. n. 3.* Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 1. n. 100. fol. 29.* ubi de pia causa.

Item probant favore dotis, & matrimonii, Grat. *discept. for. cap. 653. n. 67. &c. cap. 49. nu. 21.* latè Genu *de verb. enuncat. lib. 2. quæst. 31. et 32. per tot.* Duran. *dec. 409. nu. 18. et 19.* Rot. *part. 2. div. decis. 316. n. 2.* vide *in §. Dos nu.* Altimar. *de null. rubr. 1. part. 3. quæst. 35. n. 685. tom. 5.*

Item probant quando in instrumento adest clausula, *pro quorum omnium observantia etc. vel pro quibus omnibus, etc.* Gratian. *discept. for. cap. 627. n. 32. et 37.* Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 1. n. 96. etc. fol. 29.* ubi loquitur de juramento in calce instrumenti apposito. Altimar. *rubr. 1. quæst. 1. sub dict. n. 747. tom. 3.*

21 Verba enunciativa Papæ vel etiam Principis sæcularis plenè probant si fiat de facto illorum proprio, etiam antè Principatum, & agatur cum subditis, ac de modico præjudicio, & de negotio non respiciente Principis utilitatem; non autem probant quando fundaretur super narrativa partis, vel appareret de contrario, vel ageretur de facto alieno, nisi super hujusmodi facto alieno fundaretur intentio Papæ cum clausula motus proprii, & ex certa scientia, vel nisi versemur in antiquis, & veritas non appareat in contrarium, vel nisi agatur de facto alieno coram se gesto, vel quando non vertitur præjudicium alicujus, vel nisi agatur de facto sui Progenitoris, latè Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 2. per tot.* ubi loquitur de verbis enunciativis Papæ *et quæst. 4. per tot.* ubi de verbis enunciativis Principis sæcularis, vel Imperatoris, Card. Tusch. *lit. I. concl. 43. et lit. P. concl. 62.* Capyc. *decis. 86. num. 2.* Corriad. *dec. 3. n. 39. et seqq.*

22 Verba enunciativa legis, vel statuti non inducunt jus, neque dispositionem in eo, quod narratur, vel enunciatur, nisi super illis fundetur legislatoris intentio, vel nisi fiat repetita, vel nisi aliter appareat de mente ipsius legislatoris, vel agatur de narrativa ejus facti, Genu. *dict. tract. lib. 2. quæst. 5. per tot.* Trentecinq. *var. resol. 1. cap. 2. per tot.*

23 Verba enunciativa in judiciis prolata ante litem contestatam probant, cum sit locus pœnitentiæ, post verò litem contestatam probant, quoad explicitè enunciata, nisi de contrario appareat, Franch. *dec. 60. n. 17. &c.* Martesil. *sing. 33.* Mascard. *de prob. concl. 622. nu. 49. &c.* Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 6. cum tribus seqq.* ubi etiam an stetur sententiæ verbis enunciativis prolatæ, vide *in §. Sententia n.*

24 Verba enunciativa notarii non probant, nisi distinctè attestetur de actu coram se gesto, probant tamen quoad partes præsentes, vel ubi agitur de modico præjudicio, vel quando ea, quæ allegat tunc temporis intervenire potuerunt, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q. 12. per tot. fol. 40.*

25 Verba enunciativa generaliter sumpta in contractibus dispositionem non inducunt, nisi quoad liberandum; benè autem probant inter ipsas partes circa id, in quo possint sibi præjudicare, & in his, quæ tempore contractus potuerunt intervenire, & quoad necessaria ad illum actum, prout quando sunt geminata, vel contractus fuit celebratus cum Principe, & versamur in antiquis, Genu. *de verb. enunciat.*

tiat. lib. 2. quæst. 27. per tot. fol. 43.

26 Verba enunciativa de præterito prolata in ultimis voluntatibus disponunt favore piæ causæ, nisi præcesserit aliud testamentum solemniter factum, quod per hujusmodi verba enunciativa, & assertiva non remanet revocatum, sicut etiam disponunt quando sunt de præsenti prolata, secùs autem si respiciant futurum, ut quia quis dixerit velle instituere Ecclesiam, nam tunc nihil disponuat, nisi aliter appareat de voluntate perfecta, sicuti post relatas ad invicem contrarias opiniones distinguit Genu. *de verb. enunciat. lib. 1. quæst. 23. n. 16. & seqq. fol. 54.*

Quòd verba enunciativa in ultimis voluntatibus dispositionem induceant per text. *in l. ex hac scriptura 16. ff. de donat.* ubi Bart. & alii Rot. *part. 13. recent. dec. 278. n. 12.*

Quid autem in codicillis, & in epistola an probent, & disponant, idem Genu. *d. tract. lib. 2. quæst. 24. & 25.*

An per verba enunciativa possit induci donatio inter vivos, vide in *§. Donationum.*

Verba enunciativa propter se principaliter prolata

27 disponunt, & probant, cùm potiùs dicantur verè dispositiva, præcipuè in ultimis voluntatibus, vel si sint geminata, vel jurata, etiam inter absentes, & etiam si de enunciato principaliter disputari contingat inter præsentes, ac etiam in factis recentibus, præcipuè inter ipsos contrahentes, etiam in materia pœnali, & odiosa, & licèt sint in futurum prolata: Non tamen disponunt, neque probant in præjudicium tertii, nec quando essent circa ea, quæ non erant disponibilia, nec ubi adest incertitudo, quæ tamen non obesset quoad liberandum, nec ubi ageretur de favore dotis, vel viæ reficiendæ, vel alimentorum, nec ubi essent ironicè, vel adulatoriè prolata, prout latè hæc, & alia declarat Genu. *de verb. enunciat. lib. 3. quæst. pr. per tot. fol. 85.* ubi etiam disputat ad partes an referat dicta verba sint directa ad onerarum, vel ad honoratum

Quando verò dicta verba sint simpliciter propter aliud prolata non disponunt etiam in ultimis voluntatibus, nisi adsit verisimilis mens proferentis, vel sint scienter prolata super eo, de quo partes possent sibi præjudicare, vel nisi sint geminata, vel favore militis, sive piæ causæ, vel jurata, vel super his, quæ à puro, & mero animo dependent, vel in favorabilibus, vel per viam rationis prolata dummodò his omnibus casibus sint de præterito, designetur res, vel quando certa, & super eo, de quo proferentes potuissent tunc temporis disponere, Genu. *de verb. enunciat. lib. 3. quæst. 3. per tot. fol. 91.*

An, autem, & quando talia verba simpliciter propter aliud prolata probationem inducant, latè idem Genu. *d. tract. lib. 3. quæst. 4. per tot.*

Quid si dicta verba sint prolata per modum conditionis, vel modi, vel causæ, demonstrationis, Genu. *d. lib. 3. qu. 5. cum aliis seqq.* Tusch. *litt. V. conclus. 82.* ubi quòd conditionaliter prolata non disponunt, & quando secùs. Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 1. n. 747. tom. 3.*

28 Verbum, *volo*, ubi non expectat ad sui essentiam actum alterius voluntatis, nec ipsius loquentis, nec cujusque alterius, inducit perfectam dispositionem; quando verò agitur de voluntate determinanda, & efficienda, per actum alterius voluntatis in futurum, ut si dicam volo relinquere, vel eligere non inducit dispositionem perfectam, quia non indè sequitur relinquo, vel eligo, sed solùm enunciatur quod in futurum agere intendo, nisi jungatur alteri verbo denotanti executionem actus jam perfecti, vel nisi constet ex conjecturis quod ita loquens voluerit disponere, prout etiam imperfecta voluntas, & solùm quoddam desiderium denotatur, quando dicitur vellem eligere, vellem emere, & similia, Bald. *in Auth. & qui jurat n. 17. C. de bon. auct. jud. possid.* Menoch. *de arbitr. cas. 496. nu. 3. & seqq. ad 61.* ubi etiam adducit conjecturas, ex quibus possit cognosci an loquens voluerit disponere, vide Rot. *part. 14. rec. dec. 464. per tot.* Zuff. *de legit. process. lib. 3. quæst. 174. per tot.* ubi plura ad rem in terminis an velle legitimare processum importet legitimationem ipsius processus, vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 1. sect. 2. nu. 27. 69. 71. tom. 3.* De Luc. *de Donat. disc. 16. n. 6.*

Quòd verbum, *voluit*, induceat dispositionem in ultimis voluntatibus, in his, quæ dependent à voluntate loquentis, Gratian. *discept. for. cap. 443. n. 22. &c.* ubi etiam de verbo, *retinere, & ab alienare*, & latè Ferdinand de Escanno *tract. de testam. cap. 57. per tot.*

Quòd verbum, *voluit*, sit dispositivum, & per se aptum inducere fideicommissum, *l. verbum volo C. de fideicomm. l. 2. C. com. de leg.* Altograd. *cons. 80. n. 19. lib. 2.* Barbos. *de dict. dict. 436. n. 8. &c. per tot.* ubi latè de hujusmodi verbi, *volo*, effectu, & significatione, Tusch. *litt. V. conclus. 551.* ubi quando importet liberam voluntatem, vide *in §. Clausula n. 83.* Rot. *part. 14. rec. dec. 464. per tot.*

Quòd quando hujusmodi verba respiciant futuram dispositionem, & voluntatem, non disponant, etiam favore piæ causæ, sed tantum quando sunt prolata de præterito, vel de præsenti, latè Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 23. n. 17. & seqq. ad 33. fol. 54. &c.* facit optimè Rot. *in Senogalien. bonorum 30. Maii 1644. & 15. Maii 1645.* coram Cerro, penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom. 2. dec. 85. & 86.*

Quando enim voluntas enunciantis non terminatur, tunc verba enunciativa in futurum prolata nihil disponunt, idem Genu. *d. tract. lib. 1. quæst. 3. n. 3. fol. 4.*

Quòd verbum, *volo*, junctum verbo infiniti temporis dispositionem non importet, sed præparationem actus in futurum faciendi, qui nihil operatur, Socin. jun. *cons. 179. nu. 51. &c. lib. 1.* Gratian. *discept. for. cap. 550. nu. 14.* Rot. *part. 14. rec. decis. 166. n. 1. & decis. 464.* ubi quando secùs Bich *dec. 141. n. 11.* ubi quòd non disponant in iis, quæ simul alterius consensum requirunt, adde plura ad rem per Zuff. *de legit. process. lib. 3. quæst. 174. per tot.* Rot. post eundem *dec. 38. n. 4.*

Verbum, *nolo*, de sui natura voluntatem negat, ac renitentiam inducit, & ideò si quis simpliciter dicat, *nolo*, censetur absolutè negare, non solùm de præsenti, sed etiam in futurum; si verò hujusmodi verbum, *nolo*, jungatur cum infinitivo, ut nolo eligere, nolo audire, intelligitur de præsenti tantùm, & non in futurum, ac ideò non indè infertur repudiatio, nisi quis ita deliberatè responderit ad alterius interrogationem, vel in termino assignato ad deliberandum, Menoch. *de arbitr. cas. 496. n. 61. & seqq.* ubi etiam de verbo, *non volo*, an idem sit cum verbo, *nolo*, & esse idem multi affirmant, quod & mihi placet, quidquid alii dissentiant, ut per Menoch. *loc. citat. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 102. n. 5. &c.* quem sequitur Rot. *part. 9. rec. decis. 87. n. 26. &c.* 29

Verbum, *potest*, in oratione affirmativa positum, non inducit necessitatem præcisam, sed ponit in arbitrium illius, in quem verba diriguntur, Marant. *in l. is potest n. 41. ff. de acquir. hered.* Gratian. *discept. for. cap. 755. n. 32. cap. 146. n. 10. &c.* Altograd. *cons. 32. n. 14. lib. 1.* Barbos. *de dict. dict. 268.* Tusch. *litt. P. conclus. 464. per tot.* Ricc. *Collect. 2512.* Rot. *part. 10. rec. dec. 119. n. 11. &c.* 30

De verbo, *potest*, an, & quando importet necessitatem, Castil. *contr. tom. 5. part. 2. cap. 114. num. 30. & seqq. tom. 6. cap. 14. nu. 14. & seqq.* Barbos. *dict. 268.* Cyriac. *controv. 207. num. 19. & seqq. & contr. 548. n. 12. & seqq.* Fontan. *dec. 467. n. 20. & decis. 526. n. 20.* Giurb. *ad Consuet. Messan. cap. 4. gloss. 5. part. 1. nu. 1.* Tranchedin. *cons. 90.* aliique plures relati à Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Verba fol. 790.* Vide Ansald. *decis. 66. num. 29.*

Quòd verum est in legibus, rescriptis, & contractibus, secùs in ultimis voluntatibus, in quibus necessitatem importat, sicut etiam quando est positum cum gravamine, & in aliis casibus relatis per Gratian. *discept. forens. cap. 630. num. 2. & per tot.* vide Tusch. *d. concl. 464. per tot.*

Quòd positum in oratione affirmativa inducat honesta-

nestatem, & decentiam, idem Gratian. *cap.* 506. *n.* 12. *&c. cap.* 655. *num.* 75. *&c.* Importat facultatem, & arbitrium Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 33. *n.* 75. *tom.* 2. Jovi. *de solem. gl.* 21. *§. pr. n.* 7.

Item verbum, *potest*, positum in statuto, & relatum ad Judicem interpretatur pro *debet*, Magon. *decis.* 24. *Luc.* 3. *n.* 11.

Quòd verbum, *potest*, importet necessitatem causativam, Surd. *decis.* 268. *n.* 13.

Quòd debet intelligi quatenus de jure quis possit, Sperel. *decis.* 180. *num.* 40.

Quòd licet verbum, *potest*, vel *possit*, sit facultativum tamen importet necessitatem, & nullitatem actus in contrarium gesti, etiam nulla præcedente negativa, quando est positum in dispositione conditionali, vel certam formam servandam præseferente, maximè in ultimis voluntatibus, Bart. *in l. Gallus num.* 4. *ff. de lib. & posth.* Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 464. *nu.* 7. *& seqq.* Altograd. *cons.* 100. *n.* 14. *& seqq. lib.* 2. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 4. *dec.* 9. *n.* 34. *vol. pr. libr.* 10. *decis.* 46. *n.* 10. *vol.* 2. Caprar. *decis.* 634. *n.* 2. *part.* 2.

31 Verbum, *potest*, licèt affirmativè prolatum ut supra regulariter importet facultatem, & liberam voluntatem, tamen negativè positum inducit necessitatem, excludit omnem potentiam, & actum in contrarium gestum annullat, Marant. *in leg. is potest nu.* 41. *ff. de acquir. hæred.* Ricc. *Collect.* 2512. Barbos. *de dict. dict.* 268. *per tot.* Altograd. *cons.* 97. *num.* 50. *lib. pr. cons.* 20. *num.* 12. *lib.* 2. *cons.* 22. *num.* 23. *lib.* 2. ubi quòd illa verba, *non possino mai per tempo alcuno*, negant omnem potentiam, & omne tempus comprehendunt.

Quòd præcedente negativa inducat necessitatem, sine verò negativa inducat solam potentiam, quæ potest ad actum reduci, & non reduci, idem Altograd. *cons.* 50. *num.* 119. *lib.* 1.

Quòd inducat necessitatem præcisam, impossibilitatem, & nullitatem actus in contrarium gesti stante negativa, idem Altograd. *cons.* 70. *num.* 21. *lib.* 2. vide latè pro, & contra, Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 7. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 26. *n.* 10. ubi quòd inducit necessitatem, & formam, ac actui resistit, Alvarez de Velasch. *tract. de Judice perfect. Rub.* 9. *Annot.* 12. §. 2. *num.* 24. *et seqq.* ubi quòd non semper potentiam aufert, nec semper actum reddit nullum, sed importat licitè fieri non posse, quod multis exemplis comprobat, & declarat.

32 Verbum, *debet*, plerumque inducit necessitatem, & præceptum, etiam si sit à testatore prolatum, vel ad Judicem relatum, nisi esset directum ad personam, cujus favore profertur, vel nisi repugnaret subiecta materia, ut quia importando necessitatem resultaret absurdum, vel juris correctio, vel nisi esset in lege positum cum particula importante urbanitatem tantùm, vel consilium, quia his casibus necessitatem non induceret, ut benè probat Barbos. *de dict. dict.* 77. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2826. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 129. *num.* 7. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 36. *n.* 337. *tom.* 6. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 85. *n.* 7. *vol.* 3.

Quòd verbum, *debet*, sicut etiam verbum, *teneatur*, importet necessitatem, Marant. *in l. is potest n.* 41. *ff. de acquir. hæred.* Magon. *decis. Flor.* 7. *nu.* 10. *etc.* Tusch. *litt. A. conclus.* 24. De verbo *teneatur* Censal. *decis.* 7. *nu.* 11. *dec.* 35. *num.* 56. *dec.* 88. *num.* 24. Ansald. *decis.* 93. *n.* 68.

Quòd ponatur interdum pro, *potest*, & sic sine necessitate, Marant. *loc. cit.* Tusch. *d. conclus.* 24. *num.* 4.

Verbum, *debitum, vel debita, sive debitos*, adiectum substantivo, ita illud qualificat, ut semper intelligatur clausula quatenus de jure, & non aliter, vel resolvitur in relativum, & verbum sui temporis, & dispositionem restringit ad id, quod de jure debetur, ut benè declarat Merlin. *dec.* 654. *n.* 26. *etc.* Quòd verbum, *debet*, præseferat crediti, & debiti respectivè existentiam, Rebuff. *in l. debitor* 108. *ff. de verb. oblig.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 450. *n.* 7.

33 Verbum, *præsumere*, importat dolum, & temeri-

tatem quando in dispositione legis apponitur, Sperel. *dec.* 105. *nu.* 7. Dian. *resol. moral. par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 187. ubi quòd idem est de verbo *audere*, vide in *§. Ignorantia num.* 10. Passerio. *de Elect. canon. cap.* 8. *n.* 7.

Verbum *deficere*, & similia, an possint verificari 34
in eo, quod nunquam fuit, & nunquam incæpit pro negativa, plenè Ger. Spin. *consil.* 12. *per tot. et consil.* 80. *num.* 9. *etc.* Amat. *decis. Ferr.* 55. *per tot.* Sed pro affirmativa vide *in §. Linea num.* 3. *et §. Substitutio num.* 49. Rot. *part.* 21. *recent. decis.* 94. *num.* 21. *etc.* ubi declarat ut desinere, seu deficere possit nedum quod incæpit, sed etiam quod incipere potuit; licèt secùs sit, seclusa etiam potentia incipiendi, in quibus terminis procederet contraria, *et part.* 12. *dec.* 330. *num. pr et seqq.* De hoc verbo Caprar. *decis.* 266. *n.* 3. *part. pr.* Bertachin. *vot.* 154. *n.* 11.

Verbum, *disponere*, an, & quando intelligatur 35
tantùm de dispositione, quæ fit per ultimam voluntatem, vel etiam per contractum inter vivos, latè Surd. *decis.* 272. *per tot. decis.* 279. *num.* 7. Franch. *decis.* 607. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2859. Vivi. *comm. opin.* 1040. ubi quòd ex propria significatione importat ultimam voluntatem, & non dispositionem inter vivos, quod benè probat etiam Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 580. *n.* 2. *et seqq.* Bonden. *docum.* 33. *n. pr. et seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 12. *nu.* 326. *tom.* 3. Caprar. *dec.* 52. *n.* 8. *&* 9. *part. pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 33. *a n.* 11. *vol.* 3.

Quòd verbum, *disponere*, sit satis amplum, & præsupponat dominium, recipiat tamen restrictionem civilem juxtà subiectam materiam, Cravett. *cons.* 462. *num.* 15. *&c.* Cavaler. *decis.* 147. *num.* 3. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 59. *nu.* 4. ubi quòd denotat translationem dominii, nisi facti circumstantiæ contrarium suadeant. De hoc verbo Bertachio. *vot.* 84. *vot.* 137. *et vot.* 187. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 34. *a n.* 8. *vol.* 3. *et dec.* 35. *n.* 15. *et* 16. *ibid.* Rocc. Episc. *cap.* 28. *n.* 7. *lib. pr.*

De verbo, *legare*, quod propriè referatur ad ultimas volontates, & non ad contractus, & quando secùs; Rot. *part.* 10. *rec. dec. nu.* 14. *et seqq.* facit quod dixi in §. *Testator n.* 6.

Verbum, *intelligitur*, quando fictionem, sive veri- 36
tatem importet Sperel. *dec.* 99. *n.* 10. *et* 52.

Verba, *pertinere, et spectare*, in sententia iudicant 37
petitorium, Gratian. *discept. for. cap.* 731. *num. pr.* Rot *par.* 13. *recent. decis.* 305. *num.* 6. ubi de verbo, *spectare*, quòd involuit petitorium, & titulum respicit.

De verbo, *pertinere*, quòd sit latissimum, vide Barbos. *de dict. dict.* 257. *per tot.*

Quòd verificari possint respectu juris hypothecæ, licèt regulariter significent dominium, Duran. *dec.* 341. *num.* 3.

Quòd verba, *spectare, & pertinere*, denotent dominium, *l. liber homo ff. de acquir. rer. domin.* cum similibus per Bich. *dec.* 153. *num.* 8. Piton. *de Jurepatronat. alleg.* 100. *n.* 61. *tom.* 2.

Verba, *plenè et integrè*, solita poni in sententiis, 38
Salviani, non inducunt mixturam, cùm possint intelligi ad effectum possessorii tantùm, Rot. *part.* 2. *div. decis.* 57. *n. pr.*

Verba, *reddere et restituere*, quid significent, Gra- 39
tian. *discept. forens. cap.* 824. *n.* 8. *etc.*

Quòd significent pecuniariam solutionem, idem Gratian. *decis.* 147. *n.* 5.

Quòd verbum, *restituere*, habeat plures significationes juxta subiectam materiam, latè Altograd. *cons.* 30. *nu.* 45. *et seqq. lib.* 2. Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 557. *nu.* 2. *et* 3. *tom.* 2. De hoc verbo *restituere* Calderon. *resolut.* 35. *n.* 11. *tom. pr. part. pr.* Rocc. Episc. *cap.* 214. *n.* 17. *libr.* 2 *et cap.* 16. *n.* 26. *libr. pr.*

Verbum, *retinere*, quid significet, Gratian. *di-* 40
scept. for. cap. 963. *num.* 11. facit quod dixi *in §. Retentio.* Bertach. *vot.* 60. *num.* 15.

Verba, *ipso facto, vel ipso jure*, quid importent, Pract. Papp. *Cons. Spol. poss. gloss. ipso facto eam Addit.* ubi quòd requirunt sententiam declaratoriam facti super quo jus disponit.

Nisi factum esset notorium ex eisdem actis, Mant. 41

de fidejuss. part. pr. sect. 2. cap. 3. n. 99 etc.

Quòd dicta verba indicent sententiam esse latam, & non requirant aliam declarationem, Gratian. *discept. forens. cap. 990. num. 8.* intelligendo tamen dummodò constat alias de facto, vel sit apposita alia clausula, absque alia declaratione, sive aliter constet de enixa legislatoris voluntate, vel inhabilitate ad acquirendum, sicuti in terminis privationis fructuum ipso jure ob non residentiam, declarat Thom. de Rosa *tract. de resid. Episc. cap. ult. num 5. et seqq. fol. 326.*

42 Verbum, *credit*, prolatum à parte denotat meram veritatem, secùs verò si sit prolatum à teste, quia regulariter fictionem significat, Addit. ad Pract. Papp. *for. except. contr. posit. glos. ult.* Marant. *in l. is potest n. 51. ff. de acquir. hæred.* Mascard. *de probat. concl. 458.* ubi plura de verbo, *credo*, an affirmet, vel neget. vide Zuff. *de legitim. quæst. 27. num. 8.* De verbo *credimus* Fagnan. *in cap. cum, olim nu. 18. de sentent. et re judic.*

Quòd verba fictionem importantia si sint prolata à lege veritatem inducant, maximè geminata, Magon. *decision. Flor. 10. num. 33. etc.*

43 Verbum, *concedo*, importat translationem juris, & dominii, Pract. Papp. *for. act. confess. glos. penult. num. 5. cum Addit. litt. B.* ubi plura.

Quòd verba, *concedo*, *applico*, *approprio*, & similia inducant translationem dominii, donationem, facultatem alienandi, & liberè disponendi, verbum autem, *habere*, referas ad dominium, & possessionem, latè Gratian. *discept. forens. cap. 838. num. 2. et per tot.* Rot. *part. 14. recent. dec. 487.* ubi de verbis, *assegno*, *cedo*, *e rinoncio*, ut importent translationem dominii, quando sunt prolata ab ipso domino, secùs autem si ab alio non domino.

Item, *tradere*, *et consignare*, important translationem dominii, Duran. *decis. 327. n. 5.* prout etiam *dare*, *et assignare*, Altograd. *cons. 8. num. 15. lib. 1.* Rot. *part. 13. rec dec. 364.* ubi de verbis, *dedit*, *cessit*, *et assignavit*, *etc.* quando importent translationem possessionis, vel non, Cabrun. *lucubr. 24. n. 5.* & Censal. *dec. 2. n. 29. et 30.*

Qualiter verba, *dedit*, *et assignavit*, in instrumento à notario apposita, intelligi possint de traditione facta paulò ante stipulationem instrumenti, Bart. *in l. post dotem n. 22. ff. solut. matrim.* Natt. *cons. 560. n. 41.* Rot. *part. 12. rec. dec. 44. n. 12. et seqq.*

44 Verba, *toties*, *quoties*, secundùm aliquos infinitatem denotant, ita ut sub his verbis promittens aliquem sistere in judicio teneatur infinitis vicibus repræsentare, sed cum lex infinitatem, ac perpetuitatem abhorreat bina præsentatione hujusmodi promittens liberatur, ad tradita per Maur. *de fidejuss. part. pr. sect. 2. cap. 3. n. 47. etc.* Martil. *in repert. Rub. de fidejuss. num. 100. etc.* ubi duobus modis limitat, *et num. 138. etc.* Barbos. *de Claus. claus. 180. per tot.* vide in *§. Clausula num.* De his verbis *toties*, *quoties*, Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg. 65. n. 12. et 22. alleg. 24. n. 16. alleg 18. n. 35. alleg. 21. n. 12.*

45 Verba, *defunctoriè*, *et perfunctoriè*, quid significent in jure nostro, Gratian. *discept. for. cap. 72. n. 29. etc.*

46 Verba, *semper*, *et quandocumque*, restringuntur ad 30 annos propter infinitatem vitandam, ut in pacto retrovendendi concludit Gratian. *discept. for. cap. 2. in princip.* vide *in §. Pactum num.*

47 Verba, *altè*, *et bassè*, *et quantum placebit*, & similia, important liberum arbitrium, & voluntatem non regulatam arbitrio boni viri, Gratian. *discept. forens. cap. 23. per tot.* Cabal. *resol. crimin. cas. 286. num. 82.* ubi loquitur in compromissis.

De verbis, *ad libitum*, *vel prolibito*, quod importent liberum, & absolutum arbitrium non juris regulis limitatum, Barbos. *de Claus. claus. 6. per tot.* Rot. *part. 13. rec. decis. 259. n. 2. et n. 19. et seqq.* ubi de facultate disponendi data hæredi, quando sit libera, vel ad arbitrium boni viri restricta.

De verbis, *pro arbitrio suo*, quod regulariter restringatur ad arbitrium boni viri, & quando secùs, idem Barbos. *claus. 12. per tot.* Vivi. *comm. opin. 2034.* ubi idem in similibus verbis.

An verba, *ad beneplacitum*, excludant arbitrium boni viri, & importent voluntatem non regulatam, Gratian. *discept. forens. cap. 755. n. 55. etc. cap. 752. num. 24.* Magon. *decis. Flor. 7. n. 5. etc.*

Quòd verba, *liceat liberè*, *prout placebit*, excludant arbitrium boni viri, Gratian. *discept. forens. cap. 442. per tot. cap. 590. n. 9.*

Ex quibus verbis, & clausulis censeatur judici datum liberum arbitrium, vel regulatum, & quid in dubio præsumendum, latè Menoch. *de arbitr. lib. 2. quæst. 7. 8. et 9. per tot.*

48 Verba, *pleno jure*, *et liberè*, *plenariè*, *et jure proprio*, & similia quid significent secundum subjectam materiam Gratian. *discept. forens. cap. 46. per tot. cap. 266. num. 3. cap. 227. num. 21. cap. 550. annot. 26. cap. 617. num. 45. cap. 730. num. 2. etc.* Importent plenum, & directum dominium Rot. *recent. part. 19. decis. 494. n. 58. tom. 2.* De hoc verbo *ad placitum*, vel *ad libitum* De Luc. *de fideicommiss. disc. 58. n. 4. et 5.*

Quòd verba, *pleno jure*, posita in institutione hæredis, faciant illum participare pro medietate de usufructu alteri relicto Ferret. *caut. 32 per tot.* De his verbis Ansald. *dec. 89. n. 59.* Bertachin. *vol. 55. n. 7.*

De verbo, *integrè*, & similibus, Gratian. *discept. forens cap. 822. num 3. etc.*

De verbo, *liberum*, idem Gratian. *cap. 922. num. 30. etc. n. 20 etc.*

49 Verbum, *liberè*, importat dominium ab omni onere, servitute, & conditione absolutum, & omnimodam libertatem, ac dispositionem à quacumque necessitatis observantia abstractam, removetque omne impedimentum, & omnem contradictionem, Rot. *in noviss. part. 6. decis. 19. num. 2. &c.* Altograd. *cons. 8. num. 14. lib. pr.* De hoc verbo *liberè* Caprat. *decis. 580. n. 8. & decis 646. n. 6. part. 2.* De Luc. *de servit. disc. 60. num. 5. de Fideicom. disc. 58. a nu. 3.* Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg. 48. n. 10. alleg. 63. num. 29. alleg. 48. n. 81. alleg. 100. n. 63.*

50 Verba, *ad arbitrium*, *& voluntatem hæredum*, posita in legato, & quòd legatariæ debeant stare tacitæ, & contentæ, an importent liberum arbitrium, nulli necessitati, vel rationi adstrictum, Magon. *decis. Florent. 7. num. 5. &c.* ubi videtur concludere restringi ad arbitrium boni viri, facit in *§. Dos num.*

51 Verba, *ad instantiam*, ostendunt, & probant mandatum, & jussum illius ad cujus instantiam actus dicitur gestus, Alberic. *in diction. verb. Instabat.* Altograd. *cons. 6. n. 21. lib. 2.*

52 Verbum, *hactenus*, semel, vel bis repetitum refert actum ad tempus præteritum, *§. fin. Instit. de grad.* Rimin. jun. *cons. 491. num. 23. lib. 5.*

53 Verbum, *promisit*, positum, sive in scriptura publica, sive privata importat stipulationem, etiam si proferatur ab ignaro juris, & materno sermone, Gratian. *discept. forens. cap. 64. n. 18.* Magon. *decis. Florent. 57. n. 9. &c.* Vivi. *comm. opin. 1033. & 1056.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 41.* Ludovis. *decis. 328. n. 6.* Rot. *in Ferrarien. Jurispatronatus 30. Aprilis 1655.* coram Dunozetto *in Noviss. part. 7. decis. 37. nu. 7.* Card. Tusch. *litt. P. conclus. 910. per tot.* Rot. *part. 9. recent. decis. 93 num. 5. volum. pr. & part. 13. decis. 352. num. 5.* ubi in scriptura privata, Genn. *de script. privat. in Addit. quæst. 17. per tot. fol. 55.* ubi etiam remissivè, an idem sit in similibus verbis, *respondit*, *cavit*, *convenit*, *placuit*, vide *in §. Cautio num. & §. Notarius num.* Altograd. *cons. 95. num. 24. & 25. & 108. lib. 1. cons. 70. nu. 25. lib. 2.* ubi quòd verba, *promittimus*, *& convenimus*, præseferunt pactum etiam stipulatione vallatum, idem Altograd. *cons. 6. num. 25 &c. lib. 2*, ubi videtur limitare, nisi probetur absentia partis, quia tunc stipulatio non subsistit; & quòd inter absentes non importet stipulationem, prout nec quando est appositum in scriptura privata scripta à rustico, & idiota, Altograd. *cons. 17. num. 26. lib. pr.* De hoc verbo *promisit* Mantiss. ad De Luc. *libr. 8. decis. 7. n. 3. vol. 5.* De Luc. *de Fideicomm. disc. 138. nu. 12.*, De verbo *promitto* Rocc. Episc. *cap. 105. n. 32.*

Quòd tamen præsumatur præsentia partis, Surd. *decis. 195.* Altograd. *cons. 95. num. 26. etc. lib. 1.*

54 Verba, *solvere*, *& satisfacere*, quomodo inter se differant, Gratian. *disceptat. forens. cap. 92. num. 45. etc.*

Digitized by Google

etc. vide *in §. Promissio num.* De hoc verbo *solvere* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 48. *n.* 7. *vol.* 4.

Quòd verbum, *satisfacere*, comprehendat quemcumque modum, ex quo desiderium creditoris impleatur, *l. pr. ff. qui satisd. cog.* Gratian. *discept. for. cap.* 946. *num.* 8.

55 Verba, *per infrascriptos, ipsos, eosdem, vel meos hæredes*, tamquam limitativa important in testamento restrictionem legati quoad scriptos hæredes tantùm, ita ut illorum hæredes non censeantur gravati, præterquam in legato alimentorum, quòd de sui natura non obstantibus prædictis debet ab omnibus præstari durante vita legatarii, Gratian. *disceptat. for. cap.* 104. *num.* 4. *&c. cap.* 131. *nu.* 4. *&c.* vide *in §. Legatum num.* 18. *& num.* 97. *& seqq.* Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 68. ubi quando per hujusmodi verba restringatur legatum ad hæredes designatos tantùm, nisi tamen agatur de favore piæ causæ, vel animæ ipsius testatoris, quia tunc etiam hæredes hæredum, vel substituti censeantur gravati. De verbo *eorum* & *eodem* Decis. Sicula inter oper. Card. De Luc. *n.* 213.

Quòd verbum, *dictorum, sive dictos*, sit personalissimum, & demonstrativum personarum priùs nominatarum, atque restringat dispositionem ad superiùs specificata, Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 144. *num.* 8. *etc. part.* 10. *dec.* 7. *num.* 42. *&c.* ubi quòd excludit hæredes hæredum, qui aliàs veniunt in dispositione.

Quòd verbum, *infrascriptis*, restringat, & demonstret ad oculum, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 158. *num.* 20. De hoc verbo *infrascriptis* De Luc. *de Legat. disc.* 42. n. 3. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 13. *n.* 16. *vol.* 4.

Quando autem hujusmodi verba restrictiva censeantur apposita de stylo notariorum, vel de voluntate contrahentium, sive testatoris, Gratian. *d. cap.* 104. *num.* 26. *&c.*

56 Verbum, sive pronomen, *suis*, quando, & quomodo ex bona gramatica referatur tantùm ad personam loquentis, sive stipulantis, Altograd. *cons.* 46. *num.* 12. *lib. pr.* Vide de hoc pronomine Caprar. *dec.* 524. *n.* 4. *et decis.* 193. n. 2.

Item quando verba, *suis, ejus, ipsius*, & similia referantur potius ad testatorem, quàm ad hæredem, vel confundantur, & unum pro altero usurpetur, vel referantur ad personam proximè nominatam juxta bonam gramaticam, idem Altogr. *cons.* 48. *per tot. lib.* 1. Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 326. *n.* 30. *& seqq.* ubi plura de verbis, *suum, & meum, &c.* De verbo *ipsius, suos, suos* De Luc. *de Fideicomm.* 71. *n.* 6. *de Feud. disc.* 3. *n.* 16. Gait. *cons.* 22. *n.* 97.

57 Verbum, *relinquere*, comprehendit non solùm dispositionem ultimæ voluntatis, sed etiam inter vivos, Gratian. *discept. forens. cap.* 524. *n.* 3. *&c.*

Quòd verbum *relinquere*, sonet post mortem, *l. propemodum* 88. ubi Rebuff. *ff. de verb. signif.* Bart. *in l. unum ex familia ff. de leg.* 2. Paul. Christin. *ad leg. Municip.* Mechlin. *tit.* 2. *art.* 12. *nu.* 3. Vivi. *comm. opin.* 1039. ubi quando importet institutionem. De hoc verbo *relinquere* De Luc. *de Testam. disc.* 12. n. 14. Rocc. Episc. *cap.* 105. *n.* 35.

58 Verbum, *succedat*, est commune, & adjectum universitati bonorum facit hæredem, adjectum verò rei certæ, & singulari, vel quantitati importat acquisitionem particularem, Magon. *dec. Flor.* 34. *n.* 14. *&c.* Importat dispositionem, & effectivam vocationem Rot. coram Emerix jun. *dec.* 197. *n.* 2. De hoc verbo *succedat.* Rocc. Episc. *cap.* 106. *nu.* 33. *lib.* 2.

De verbo *revertatur*, quòd sit commune, & importet fideicommissariam substitutionem, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 289. *n.* 18. *&c.* De hoc verbo *revertatur* Rocc. Episc. *cap.* 225. *n.* 3. *lib.* 2.

59 Verbum, *sufficit*, positum in aliqua dispositione facit ut nihil aliud sit adhibendum, quàm id, quòd fuit expressum, Gratian. *discept. for. cap.* 497. *nu.* 2. *&c.*

60 Verbum, *hæres*, regulariter significat dominium, nec in alio verificatur, Gratian. *discept.* 540. *n.* 25. 43. *&c.*

Quòd in statutis intelligatur de descendentibus, prout etiam in renunciationibus, nisi sit adjecta dictio, *semper*, vel alia universalis respiciens hæredes, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 158. *n.* 1. *&c. dec.* 142. *n.* 3. vide in §. *Statutum* n. §. *Substitutio* n. 50.

Quomodo intelligatur verbum *hæres* in testamento, vel alia dispositione, latè Paul. Christin *decis. Belgic.* 127. *vol.* 1. vide in §. *Hæres n.* 7. *&c.* §. *Appellativa nu.* 18. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 67. *n.* 1. *& seqq.*

Verbum, *spontè*, demonstrat puram, & liberam 61
voluntatem, & quomodo differat à verbo, *voluntariè*, Gratian. *discept. for. cap.* 544. *n.* 23. *&c.* vide in §. *Voluntas num.*

Verbum *observare*, significat ad unguem servare, 62
diligenter advertere, & custodire, Gratian. *discept.* 346. n. 53.

Verbum, *præstare*, significat effectum, & realiter 63
adimplere, Gratian. *d. cap.* 546. n. 27.

Verbum, *exigere*, est generale aptum comprehen- 64
dere tam pecuniariam exactionem, quàm in alia re, vel specie consistentem, Magon. *dec. Flor.* 66. n. 8. *&c.* vide in §. *Salarium* n. 14.

Verbum, *maritare*, *ò per maritare*, *ò per maritar-* 65
si, convenit utrique sexui, & verificari potest non tantùm in muliere virum ducente, sed etiam in viro uxorem accipiente, cum & vir dum nubit maritari dicatur, ad tradita per Altograd. *cons.* 89. *n.* 47. *&c. lib.* 2.

Verba *in perpetuum, & infinitum*, in emphyteusi 66
apposita denotant perpetuitatem absque temporis præfinitione, & faciunt esse locum juri accrescendi, vel non decrescendi, & licèt aliquando restringantur ad vitam nominatorum juxta subjectam materiam, ut in ususfructu, & societate, tamen id contingit contra verborum proprietatem, & ideò non fit hujusmodi restrictio nisi ex necessitate subjectæ materiæ, ut in dictis casibus, secus in emphyteusi, quæ potest extendi, & tantò magis procedit ubi talia verba sunt geminata, Altograd. *cons.* 10. n. 10. *& seqq. ad* 19. *lib.* 2. vide in §. *Dictio num.*

Quòd dicta verba, *in perpetuum* verificentur etiam in concessione ad tertiam, vel quartam generationem, Altograd. *cons.* 80. *n.* 31. *&* 96. *cons.* 81. *nu.* 55. *&c. lib.* 2.

De verbo, *perpetuò, vel in perpetuum*, an & quando in infinitum extendatur, vel restringatur juxta subjectam materiam, latè Ricc. *Collect.* 3081. ubi quòd in præscriptione coarctatur spatio 30. vel 40. annorum, & in legato spatio centum annorum, vide *in §. pactum n.* 37. §. *Præscriptio* n. 21. *& §. Legatum* n. 18. De hoc verbo in perpetuum De Luc. *de Fideicom. disc.* 43. *n.* 2. *de Legat. disc.* 33. *n.* 5.

Verba, *plus, vel minus*, intelliguntur de eadem 67
specie, quia *plus*, vel *minus*, non mutant speciem, & non tribuunt facultatem transeundi de una specie ad alteram, alias non diceretur plus, vel minus, sed diversum natura, nomine, & substantia, Menoch. *de arbitr. quæst.* 91. *per tot.*

Quòd extendantur tantùm ad duo, vel ad summum tria, sive quatuor, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 204. ubi in materia Confessionis Sacramentalis.

Verba, *volo, & ordino*, *supra expresso*, indu- 68
cunt repetitionem omnium qualitatum, Gratian. *discept. for. cap.* 621. *num.* 18. Vide Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 38. *n.* 15. *vol.* 3.

Verba, *tàm, & quàm*, actum unicuique æqualiter 69
attribuunt, Barbos. *de dict. dict.* 390. *nu.* 1. *&c.* Altograd. *cons.* 49. *n.* 58. *lib.* 1. vide in §. *Dictio nu.* 19. *in fine.*

Verba, *prout juxta*, & similia relativa quando 70
stent interpretativè, causativè, seu conditionaliter, & limitativè, Gratian. *discept. for. cap.* 718. *num.* 13. *&c.*

Verba, *hoc itaque fecit*, excludunt alium modum, 71
& aliam legem præter expressam, Gratian. *discept.* 557. *n.* 37.

Verba, *donec, quandiù, quousque, dum*, & simi- 72
lia solita poni in legatis, vel institutionibus uxorum, an importent conditionem, modum, vel tempus, & quid significent, Gratian. *discept.* 563. *n.* 9. *&c.* dixi *in resolut. cap.* 38. *n.* 8. 11. 15. *&c.*

73 Verbum, *petere*, petitionem tantùm, non autem retentionem significat, Dec. *conf.* 157. *sub. n.* 2. nisi aliter constet de mente disponentis, ad tradita per Merlin. *dec.* 230. *per tot.*

74 Verbum, *continuare*, initium actus, & progressum significat, Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *n.* 86. Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 132. *n.* 31.

75 Verba, *cum interventu alicujus*, an importent simplicem præsentiam etiam cum contradictione, vel consilium, & votum, vide Sanfelic. *dec.* 150. *per tot.* & dixi *in §. Electio in fine.*

76 Verbum, *convenit*, sive *conveniens*, significat id, quòd est decens, honestum, & consentaneum æquitati, ac rectæ rationi, non verò necessarium, & opponitur incontinenti, ut per *glos. in leg. minoribus verb. convenit C. de his, quibus ut indig.* Brison. *de verb. signif. verb. convenit*, & benè alias relatis explicat Sanfel. *dec.* 289. *n.* 8.

De verbo *convenit* appositum in instrumento, vel judicio, an importet stipulationem, vel nudum pactum, Vivi. *comm. opin.* 1035.

77 Verbum datum alicui Principi, vel nobili de alium non offerendo qualiter obliget, qua forma dari soleat, an tunc nova causa excuset, & alia, Novat. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 185. *per tot.* facit quod dixi *in §. Cautio, §. Juramentum nu.* 8. *& §. Promissi n.* 4.

78 Verbum, *habere*, refertur tam ad dominium, quàm ad possessionem secundum subjectam materiam, *l. stipulatio ista §. habere ff. de verb. oblig.* Decian. *conf.* 108. *n.* 32. *&* 33. *lib.* 3. Rot. in selectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *dec.* 369. *n.* 1. *& seqq.*

79 Verbum, *pars*, intelligitur in dubio de medietate, quando profertur in abstracto, nisi ab aliis verbis adjunctis restringatur ad minorem partem juxta subjectam materiam arbitrio judicantis ex conjecturis voluntatis contrahentium efformato, *l. nomen filiarum* 164. *§. Portionis*, ubi Rebuff. & alii *ff. de verb. signif.* Schard. *in Lexicon. jur. verb. Pars, & verb. Portio*, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 682. *n.* 3. *& seqq.*

80 De pluribus verbis, & illorum interpretatione in testamentis, contractibus, legibus, statutis, judiciis, rescriptis, & hujusmodi, ac de verbis enunciativis, Bertachin. *Repertor. verb. Verba*, Joseph. Feliv. *Margar. var. concl. cel. verb.* Arias de Mesa *resol. lib.* 3. *cap.* 15. *&* 16. aliique multi indicati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Verba*, & à Com. Aug. Font. *Biblioth. leg. part.* 5. *cod. verb. fol.* 785. *& c.* Jo. Torre *tract. de success. in Majorat. & Primog. Ital. in multis locis, ut in Indice generali in fine part.* 3. *in verb. Verbum per tot.* ubi plura de verbis ambiguis, enunciativis, generalibus, relativis, de verbis in genere, & in specie ordine alphabetico multa exponit. De Verbis tàm in genere, quàm in specie plura tractant modern. Altimar. *in tract. de nullit.* Jacob. Emerix in dec Sacr. Rot Rom. Ansald. Emerix. Caprat. Rot. *rec part.* 19. *tom.* 2. De Comit. Bertachin. *vot. decis.* Balduc. Card. De Luc. Mantiss. ad eumd. De Luc. Alter De Luc. Castald. Calderon. Mans. Palm. Piton. Crescin. & latè etiam Fagnan. *sup. Decretal.*

81 Verba affectata, & apparenter apposita ad aliquid colorandum, & obtegendum non sunt attendenda Rot. *decis.* 406. *n.* 19. *il primo part.* 9. *recent.* Caprat. *decis.* 650. *n.* 13. *part.* 2.

82 Verba continuativa ejusdem orationis, & dispositionis, censentur consequutiva, & accessoria ad illud, de quo agitur, & ad illud sunt referenda Rot. *decis.* 406. *n.* 25. *&* 26. *part.* 13. *& decis.* 23. *num.* 24. *part.* 15. *recent.* Caprat. *decis.* 89. *n.* 5. *part. pr.*

83 Verba dubia, & obscura non possunt infringere dispositionem claram, & apertam Doct. in *l. ille, aut ille ff. de Legat.* 2. Caprat. *decis.* 488. *n.* 7. *part.* 2.

84 Verba dubia interpretanda sunt contra Partem, quæ apertius sibi legem dicere poterat, & contra illum, qui in eis se fundat Ciarlin. *contr.* 181. *nu.* 8. Caprat. *decis.* 743. *n.* 16. *part.* 2.

85 Verba æquivoca, & quæ possunt referri ad unam, vel alteram significationem restringuntur secundum subjectam materiam, & in illa debent verificari Rot. *decis.* 54. *n.* 4. *part. pr. recent.* Caprat. *decis.* 504. *n.* 22. *part.* 2.

Verba indefinitè prolata omne tempus, & omnes casus complectuntur Caprat. *decis.* 288. *n.* 5. *part.* 1. 86
Verba licèt indefinitè sint prolata in transactione, intelliguntur solum de iis, de quibus fuit actum, & non de aliis, de quibus nullus fuit habitus sermo Caprat. *decis.* 545. *n.* 4. *part.* 2.

In interpretatione ultimarum voluntatum non est inhærendum verborum cortici, sed quid testator voluerit, perscrutandum est Caprat. *decis.* 397. *num.* 2. *part. pr.* 87

Verba non sunt attendenda si repugnant substantiæ actus Rube. *de confuss. cap.* 18. *n.* 282.

Verba magis deserviunt naturæ actus, quàm natura verbis Rocc. Episc. *cap.* 131. *n.* 22. *lib.* 2. Vide Balduc. *tit.* 3. *decis.* 44.

Melius est sensus, quàm verba amplecti Mantiss. ad De Luc. *lib.* 20. *decis.* 73. *n.* 20. *vol.* 3.

Verba non debent inspici in judicando, sed ratio subjectæ materiæ Card. De Luc. *de Donat. disc.* 26. *n.* 14.

Testamenti verba qui habet, mentem dicitur habere, Rot. *in dec. recoll.* per Palm. nep. *dec.* 281. *n.* 19. Balduc. *tit.* 3. *de Legat. decis.* 56. *n.* 19. 88

Verba contraria facto an veniant attendenda Card. De Luc. *de Credit. disc.* 67. *nu.* 6. Rot. *recent. part.* 5. *decis.* 218. *n.* 3. *&* 4. 89

Verba in dubio sunt potius accipienda in sensu naturali, quàm in civili, sive agatur de dispositione statuti, sive hominis Mantiss. ad De Luc. *lib.* 13. *dec.* 80. *n.* 18. *vol.* 4. Vide Balduc. *tit.* 4. *de Dot. decis.* 39. *n.* 36. 90

Verba dispositionis ubi non conveniunt, non potest convenire dispositio Ofasch. *dec. Pedem.* 50. *n.* 9. Rot. *rec. part. pr. decis.* 697. *nu.* 7. Rocc. Episc. *cap.* 77. *n.* 7. *libr.* 1. 91

Verborum geminatio nihil operatur, quando proferuntur plura verba synonyma idem prorsus significantia, cum potius præsumantur apposita gratia tollendæ dubitationis, quàm augendæ dispositionis Roc. Episc. *cap.* 8. *n.* 22. *lib.* 1. 92

Verba absolutè arbitraria quando testator adhibuit, tunc non nisi ordo, & distributio censetur hæredi commissa Rocca Episc. *cap.* 1. *n.* 83. *lib.* 1. Verba precaria, nudumque desiderium præseferentia an valeant fideicommissum inducere *ibid. n.* 86. *cum seqq.* 93

Verba subsequentia, licèt ampla non comprehendant ea, de quibus testator discretivè providit in alia parte, etiamsi alioquin essent apta comprehendere Rocc. Episc. *cap.* 190. *n.* 19. *lib.* 2. Et verba licèt universalia non referuntur ad ea, quæ habent specialem provisionem Rocc. *cap.* 128. *n.* 37. *lib.* 2. 94

Verba in numero singulari non sunt apta comprehendere duplicem casum Mans. *consult.* 525. *nu.* 14. Rocc. Episc. *cap.* 119. *n.* 40. *lib.* 2. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 10. *dec.* 53. *n.* 8. *vol.* 3. 95

Verbum unum habere potest plura significata Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec* 57. *n.* 14. *vol.* 3. 96

Verba testatoris sunt accipienda in eo sensu, ut accepit in aliis partibus testamenti Caprat. *decis.* 129. *n.* 4. *part. pr.* Emerix jun. *decis.* 594. *n.* 15. 97

Verborum proprietate usi sunt Jurisconsulti, ut melius intelligantur Rub. *de confuss. Jur. cap.* 2. *num.* 201. 98

Verborum propria significatio semper attendi debet, nisi aliundè appareat de contraria testatoris voluntate Caprat. *decis.* 47. *n.* 8. *part. pr.* 99

Verba in contractibus sunt propriè, & naturaliter interpretanda, postposita legali, & juridica significatione Surd. *conf.* 313. *n.* 15. Roland. *conf.* 68. *n.* 8. *lib pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 80. *num.* 16. *vol.* 4.

Verba impropriantur ratione subjectæ materiæ Card. De Luc. *de Credit. disc.* 103. *n.* 7. 100

Verba linguæ latinæ quid differant à maternis quoad eorum interpretationem Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 42. *n.* 8. *de Benef. disc.* 62. *num.* 12. *disc.* 62. *n.* 8. *disc.* 96. *n.* 13. 101

Verba accipienda sunt unitim, & non divisim in materia conjecturali Ludovis. *dec.* 315. *n.* 9. & Add. *ibid. n.* 19. Emerix jun. *decis.* 159. *n.* 11. 102

Verba non sufficiunt, ubi opus est facto Rube. *de confuss. Jur. cap.* 17. *n.* 18. 103

Ver-

Digitized by Google

104 Verba sunt testimonium mentis Idem Rube. *loc. cit. cap.* 18. *n.* 247.

105 Verba Legum, & Constitutionum intelligenda sunt juxta communem usum loquendi De Luc. *de Regal. disc.* 21. *n.* 3.

Verba debent interpretari ex communi, & vulgari consuetudine Regionis Mantic. *de Conject. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 8. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 25. *n.* 4. Calderon. *resol.* 77. *n.* 19.

Verba sunt intelligenda secundum usum loquendi, & ista anteponitur cuicumque naturali, & propriæ significationi Ludovis. *decis.* 223. *sub n.* 1. Rot. *dec.* 235. *a n.* 4. *cum seqq. part.* 10. *recent.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 61. *n.* 14. *vol.* 2.

106 Verba distributiva distribuunt unicuique actum in solidum Gratian. *cap.* 201. *n.* 12. Rot. *recent. part.* 14. *decis.* 472. *n.* 34. & 35. Emerix jun. *decis.* 528. *num.* 9.

107 Verba dubia in præjudicialibus ita interpretari debent, ut minus præjudicent confitenti Emerix jun. *decis.* 1323. *n.* 7., Et ut minus, quàm fieri potest, lædant juscommune Idem Emerix jun. *dec.* 328. *n.* 4.

108 Verba quantumvis generalia non possunt ultra expressa extendi Cyriac. *contr.* 292. *n.* 55. Ottbobon. *dec.* 190. *n.* 3. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *dec.* 66. *n.* 7. *vol. pr.*

109 Verba taliter interpretari debent, ut voluntas testatoris non sit frustratoria, & inanis Rot. *rec. part.* 16. *dec.* 32. *n.* 16. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 79. *n. fin. vol.* 2.

110 Verbum collectivum subsequens duo nomina est prædicabile ad utraque, etiamsi de aliquo ageretur non posito in parte dispositiva Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 73. *n.* 24. *vol.* 3.

111 Verba ad unum finem prolata non debent extendi ad alium Palm. sen. *consult.* 15. *n.* 70. Palm. jun. *alleg.* 3. *n.* 133. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 82. *la prima n.* 9. *vol.* 3.

112 Verba dubia sumunt interpretationem a verisimili Mantiss. ad De Luc. *libr.* 15. *decis.* 34. *n.* 69. *vol.* 4.

113 Verborum generalitas in clausulis executivis apposita famulatur cum dispositiva, ne plus importent verba, quàm ipsa dispositiva Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 77. *n.* 14. & 15. *vol.* 3.

114 Verba discretiva quid operentur Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 56. *n.* 12.

115 Verba intelligenda sunt cum effectu Surd. *cons.* 3. *a n.* 23. Barbos. *axiom.* 222. *n.* 10. De Luc. *de Regal. disc.* 34. *n.* 6.

116 Verba assertiva quando probent in omni materia, prout etiam enunciativa Balduc. *de Dot. tit.* 4. *dec.* 33. *n.* 12. 13. & 36.

117 Verba dispositionis, ubi sunt clara, tollunt quemcumque subauditum, sive indirectum intellectum ex contraria præsumptione desumptum Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 45. *n.* 5.

118 Verba temporis præteriti non important perfectionem actus enunciati Rot. Lucen. *in decis. unic. post contr.* Altograd. jun. *nn.* 27. & 28. *tom.* 2. Menoch. *cons.* 1151. *n. pr.* Balduc. *tit.* 3. *decis.* 31. *n.* 24.

119 Verbum *accipere* veram dominii acquisitionem importat Balduc. *tit.* 2. *decis.* 2. *n.* 2. Maximè adjectum generi bonorum *ibidem n.* 3.

120 Verbum *alii* denotat similitudinem De Luc. *de Jurisdict. disc.* 92. *nu. pr. de Benefic. disc.* 125. *n.* 9., & diversitatem ab expressis Idem De Luc. *Miscell. disc.* 30. *n.* 8. Vide Rocc. Episc. *cap.* 128. *n.* 38. *lib.* 2.

121 Verba *a cauta* supponunt debitum non fuisse integrè solutum Ansald. *decis.* 40. *n.* 28.

122 Verba *ad ogni suo piacere* præseferunt tempus indefinitum & duraturum ad beneplacitum creditoris Ansald. *decis.* 23. *n.* 3.

123 Verba *attento*, seu *attenta* tamquam sonantia in ablativum absolutum faciunt conditionem Ansald. *decis.* 83. *n.* 5.

124 Verbum *assignare* quid importet Rot. coram Emerix jun. *decis* 834. *n.* 3. & *decis.* 888. *n.* 2.

125 Verba *ad vitam*, vel *durante vita* quomodo intelligenda Caprar. *dec.* 642. *n.* 7. & 15. *part.* 2.

126 Verbum *constituatur* est necessitatis, & non voluntatis Emerix jun. *decis.* 990. *n.* 3.

Verbum *canon* confundi solet cum censu, & synonimè accipi Caprar. *decis.* 141. *n.* 7. *part. pr.* 127

Verbum *contiguum* denotat proximitatem, & excludit intrinsicitatem Rot. coram Ansald. *decis.* 35. *num.* 22. 128

Verba *concedimus*, *indulgemus*, *gratiam facimus* quid importent De Luc. *de Feud. disc.* 4. *n.* 10. Verba *de novo concedimus*, *et donamus* expenduntur Decis. Sicul. inter oper. Card. De Luc. *n.* 6. 129

De verbo *consistente* plura Surd. *dec.* 241. Balduc. *tit.* 3. *de Legat. decis.* 58. 130

Verba *cum beneficio legis*, *et inventarii* non faciunt aditionem conditionalem, sed modalem, quod benè explicant Balduc. *tit.* 3. *decis.* 27. 131

Verba *come sopra* inducunt repetitionem eorum, quæ tacitè desumuntur Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 36. *n.* 4. *vol.* 3. *Come si dichiara a basso* operantur, ut non alii censeantur in narrativa invitati, quàm qui fuerunt in inferiori parte nominati Mantiss. *loc. cit. lib.* 13. *decis.* 13. *n.* 7. *vol.* 4. 132

Verba *de suo proprio corpore*, & *legitimo matrimonio procreati* non referuntur ad filios tantùm primi gradus, sed ad excludendos illegitimos, si legantur nedum in prima, sed etiam in aliis substitutionibus Mantiss. *lib.* 10. *dec.* 41. *n.* 12. *vol.* 3. 133

Verbum *Datum*, & hujusmodi in præterito non trahitur ad futurum, secùs de verbo *Dandum* &c. Balduc. *tit.* 3. *dec.* 56. *n.* 12. & 13. 134

Verbum *dependentium* quid importet Bertachin. *vot.* 89. *n. fin.* 135

Verbum *dare* præsupponit rem existentem esse penes dare debentem Ansald. *dec.* 89. *n.* 26. 136

Verba *de uno in alium*, & *de gradu in gradum* quid importent Caprar. *decis.* 193. *n.* 16. *decis.* 721. *num.* 7. 137

Verba & *ulterius quia intentio ejusdem testatoris est*, dicuntur stare per capus separatum, & alia Caprar. *dec.* 283. *n.* 9. & 10. & *decis.* 314. *n.* 9. 138

Verba *ex parentela sua*, & *matris* quid significent Bertachin. *vot.* 89. *n.* 3. & 4. 139

Verba *e per noi* important ordinem, & mandatum Balduc. *de assecurat. tit. pr. dec.* 12. *n.* 10. 140

Verba *e così* sunt repetitiva & illativa Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 67. *n.* 6. & 7. *vol.* 2. 141

Verba *e così dico* prolata a testatore post lectum testamentum quid importent Emerix jun. *dec.* 1180. *num.* 21.

Verbum *far buono* quando assignationem pro solutione designet De Luc. *de Credit. disc.* 65. *num.* 7. & 13. 142

Sub verbis *generis ex parte patris* quis comprehendatur Bertachin. *vot.* 89. *a n.* 9. 143

Verbum *hujusmodi* præcedentium repetitivum non complectitur nisi ea, quæ verè sunt ejusdem qualitatis De Luc. *de Jurisdict. disc.* 92. *sub* 6. 144

Verbum *havessero* involvit nedum tempus præsens, sed etiam futurum Rocc. Episc. *cap.* 174. *n.* 20. *lib.* 2. 145

Verba *ita quod* quid importent De Luc. *de Fideicomm. disc.* 86. *n.* 7. 146

Verba *iisdem modis*, & *formis* important omnimodam æqualitatem Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *dec.* 66. *a n.* 23. *vol.* 2. 147

Verbum *indulgemus* significat Juris rigorem stare in contrarium Ansald. *dec.* 25. *n.* 22. 148

Verbum *liceat* quid significet De Luc. *de Testam. disc.* 46 *sub n.* 7. 149

Verbum *minuta* importat voluntatem imperfectam De Luc. *de Testam. disc.* 75. *n.* 1. *vers. dicebant*, & *n.* 8. 150

Verba *Non extantibus* quid importent De Luc. *de Fideicomm. disc.* 49. *n.* 10. *disc.* 89. *a n.* 3. 151

Verbum *portionis* quid significet De Luc. *de Legit. disc.* 31 *n.* 6. 152

Verbum *pretensioni* intelligitur de rebus turbidis, & litigiosis, non de claris Ansald. *dec.* 29. *n.* 29. 153

Verba *per altrettanti* præsupponunt antecedentem solutionem æquivalentis quantitatis Ansald. *decis.* 84. *n.* 54. Intellige tamen, ut *ibidem n.* 68. 154

Verba *per valuta intesa* adjecta in litteris cambii item verba *per valuta avuta in contanti* adjecta, ut 155

supra, quid importent Ansald. *decis.* 84. *a n.* 66.

156 Verba *per supra più* latinè *ultra* separant, dividunt, & faciunt, ut unum non sit comprehensum in altero Caprat. *dec.* 412. *n.* 4.

157 Verba *Per conto di N.* important, ut N. dicatur Dominus, & Principalis Caprat. *decis.* 153. *n.* 2.

158 Verba *per prendere vostro rimborso da noi in fiera* important promissionem relevationis Caprar. *decis.* 65. *n.* 6. *part. pr.*

159 Verbum *Padrone*, & similia Jus, & possessionem importat Calderon. *resol.* 76. *n.* 4.

160 Verba *per lui li sia buoni* idem important, ac solvere Emerix jun. *decis* 156. *n.* 5.

161 Verba *post eum* non important ordinem succedendi conditionalem, nec excludunt regulariter vulgarem anomalam Balduc. *de Legat. tit.* 3. *decis.* 47. *n.* 14.

162 Verba *quam habet, & de Jure sibi competit* referuntur ad tempus præsens, non ad præteritum Caprar. *dec.* 680. *n.* 5.

163 Verba *quando però sia tenuta, e non altrimenti* quid importent Caprar. *decis.* 681. *n.* 17.

164 Verbum *remaneat* importat rei habitæ retentionem Rocc. Episc. *cap.* 114. *n.* 24. *libr.* 2.

165 Verbum *retrovendere* injunctum cum cessione jurium quid importet Mantiss. ad De Luc. *libr.* 8. *dec. pr. n.* 2. *vol.* 3.

166 Verba *se ve ne saranno* quid importent Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 70. *n.* 8. *decis.* 73. *num.* 19. *vol.* 3.

167 Verba *tunc, & eo casu* quid significent Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 37. *n.* 23. *vol.* 3. *& lib.* 10. *decis.* 11. *n.* 20. *dec.* 64. *n.* 7. *dec.* 74. *n.* 9. *&* 11. *decis.* 109. *n.* 11. *vol.* 2.

168 Verba *ut infra* quid importent Mantiss. ad De Luc. *lib.* 10. *decis.* 74. *n.* 7. *decis.* 81. *num.* 81. *vol.* 2.

169 Verba *ut asseritur* quid importent Mantiss. ad De Luc. *libr.* 13. *decis.* 30. *n.* 7. *vol.* 4.

170 Verba *viceversa*, & *vicissim* quid importent Caprar. *decis.* 604. *n.* 4.

171 Verba *visis actis* quando probent Balduc. *tit.* 4. *decis.* 33. *n.* 15.

172 Verbum *videtur* quid significet Emerix jun. *decis.* 812. *n.* 9.

§. VERSIO. X.

1 VErsio in utilitatem Ecclesiæ, vel minoris, sive Communitatis est probanda ab allegante in mutuo, deposito ipsi Ecclesiæ, vel minori facto, & venditione pro debito; in aliis verò contractibus contrahens cum dictis privilegiatis non debet esse solicitus de hujusmodi versione, nisi aliter fuerit conventum ex pacto; Gratian. *discept. forens. c.* 45. *nu.* 1. *&c. per tot. cap.* 196. *n.* 6. *& seqq.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1160. 1161. *&* 1162. *per tot.* Cabal. *cons.* 141. *lib.* 1. Surd. *dec.* 156. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 127. *et seqq.* Bardellon. *cons.* 141. *n.* 15. *per tot lib.* 2. Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 24. *et seqq.* Sperel. *dec.* 154. *n.* 54. *etc. nu.* 97. *et seqq.* Bich. *dec.* 199. *per tot.* vide in §. *Emptio n.* 48. §. *Locupletatio n.* §. *Mutuum n.* 6. §. *Abbas n.* 19. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 75. *num.* 17. *etc. vol.* 1. Ricc. *Collect.* 1336. 3154. 3933. ubi qualiter emptor bonorum à personis privilegiatis possit hoc modo se reddere tutum, Urceol. *de transact. quæst.* 100. *n.* 42. *et seqq.* ubi plura an, & quando emptor debeat esse solicitus de versione pretii in causam expressam, vel non, & videtur concludere, quòd si onus depositi, vel investimenti sit injunctum pro forma, & conditione, vel respiciat etiam commodum aliorum, vel agatur cum personis privilegiatis, & prohibitis contrahere, ut his casibus debeat emptor esse solicitus, de versione. vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Balduc. *tit. de Dot.* 4. *dec.* 35 *a n.* 5.

Intellige quoad venditionem, ut emptor teneatur juxta prædicta probare versionem si agat ad rem sibi tradendam, secùs autem si conveniatur à Prælato, qui velit rem ipsam recuperare, nam tunc Prælatus ipse probare debet læsionem, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 55. *n.* 2. *et de arbitr. cas.* 432. *nu.* 15. *et* 16. ubi quando vult ex justa causa in integrum restitui, Surd. *cons.* 178. *n.* 44. *lib.* 2. Dec. *cons.* 36. *sub n.* 8. Cabal. *cons.* 141. *lib.* 1. *et cons.* 147. *nu.* 45. *et seqq.* ubi quòd prædicta opinio indistinctè procedit, ut scilicet (quidquid sit in mutuo, & quibusdam aliis casibus particularibus) in contractu venditionis emptor agens etiam contra locum privilegiatum non teneatur probare versionem, maximè si non agat præcisè ad rem, sed alternativè, vel ad rem, vel ad pretii recuperationem, & versio possit etiam conjecturis probari, vide Sperel. *dec.* 154. *n.* 97. *et seqq.* ubi ponit alias declarationes, ut nempè in venditione ex causa necessaria pro solvendo ære alieno Ecclesiæ, vel minoris sit probanda versio ab emptore indistinctè; in venditione verò ex causa voluntaria propter aliquam utilitatem factam cum debitis solemnitatibus emptor solvendo pretium liberetur, nec teneatur probare versionem, & sic quando fuerunt servatæ solemnitates, & contractus est validus, sed Prælatus, sive alius privilegiatus vult ex justa causa in integrum restitui, ipse debet probare læsionem, vide Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 139. ubi minore, *et dec.* 261. *n.* 10. *et seqq.* in eadem causa, *et part.* 15. *dec.* 104. *per tot.* ubi quòd contrahens cum minore ex causa necessaria debet esse solicitus de versione in causam expressam, illamque concludenter probare, & quod faciliùs probatur in contractu Ecclesiæ, quàm in contractu minoris, in quo major cadit suspicio, an sufficit eligere mercatorem idoneum, & alia ad rem, & Rot. *d. part.* 15. *dec.* 293. *n.* 20. ubi quòd versio in utilitatem minoris contrahentis ex causa necessaria, est probanda ab emptore, aliàs contractus est nullus, quidquid secùs sit ubi contractus procedit ex causa voluntaria.

Quòd quando alienatio rei Ecclesiæ, vel minoris fit ex causa necessaria pro solvendo ære alieno, emptor debeat curare pecuniam converti in solutionem illius, propter quod fuit facta venditio; quando verò fit ex causa voluntaria propter utilitatem Ecclesiæ, vel minoris, tunc emptor non teneatur probare versionem, intelligendo ubi fuerunt servatæ debitæ solemnitates, & sic supposita contractus validitate, aliàs etiam hoc posteriori casu esset probanda versio ab emptore, ad tradita per Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 3. Molin. *de Hispan. Primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 20. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 45. *n.* 34. *&c.* Seraph. *dec.* 336. *nu.* 2. *&c.* Duran. *dec.* 19. *num.* 29. *&c.* Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 511. *n.* 9. *& seqq. & n.* 33. Butar. *dec.* 414. *n.* 2. *&c.* Pie. *ad Stat. Urb. glos.* 9. *nu.* 4. Sperel. *decis.* 154. *n.* 99. *& seqq.* Merlin. *decis.* 219. *per tot.* Rot. post Cenc. *de Cens. dec.* 187. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2336. *et* 3154. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 139. *per tot. et decis.* 261. *n.* 8. *et seqq.* in eadem causa, *et decis.* 400. *n.* 19. *et seqq. et part.* 14. *dec.* 162. *n.* 4. *et seqq. et decis.* 407. *n.* 5. *etc. part.* 18. *tom.* 1. *dec.* 64. *per tot.* ubi quòd stante validitate contractus, negativa versionis est probanda à minore illum impugnante, stante verò nullitate, versio est probanda ab emptore, non solùm quandò nullitas resultat ex defectu solemnitatum, sed etiam si resultat ex non implemento formæ in decreto Judicis appositæ, veluti *dummodo omnes pecuniæ erogentur in extinctionem æris alieni, et non aliter, nec alio modo*, quia conditione non servata, decretum non dicitur interpositum, & onus est emptoris probare versionem. De quibus omnibus latè Jovi. *de solemnit. gloss.* 16. §. 7. Vide De Luc. *de Alienat. disc.* 1. *n.* 76. *disc.* 9. *n.* 4. *de Credit. disc.* 82. *n.* 4.

A quo sit probanda versio, & an pretium sit restituendum rescissa venditione per restitutionem in integrum, & alia, latè Caldas Pereyr. *tract. de restit. in integr. verb. per quod pristinum jus recuperunt fol.* 445. *et seqq.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *glos.* 7. *fol.* 48. ubi plenè de versione probanda in mutuo Ecclesiæ, minori, Civitati, vel Regi, sive ejus officiali factu, ut ab illis repeti possit. Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 44. *à nu.* 681. *tom.* 2. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *qu.* 38. *sub n.* 320. *et quæst.* 39. *n.* 125. *tom.* 6.

Quan-

Quando versio sit probanda à creditore, qui Ecclesiæ, vel ejus Prælato, Procuratori, vel alteri administratori Ecclesiæ nomine recipienti mutuavit, vel non, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 432. *per tot.* ubi novem casus distinguit, & idem esse in mutuante Civitati, ait Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 8. *tit.* 13. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1160. *et seqq.* Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 11. *quæst.* 1. *n.* 96. *ad* 111. ubi enumerat plures casus, in quibus non est probanda versio à mutuante Ecclesiæ, Civitati, vel minori, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 272. ubi plura ad exclusionem versionis in utilitatem Monasterii, & consequenter obligationis ejusdem, vide Bich. *dec.* 599. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 42. *et part.* 15. *dec.* 42. *et dec.* 227. ubi quod in casu mutui versio est plenè concludenter probanda, & non præsumptivè tantùm, ad hoc ut Ecclesia, vel monasterium teneatur ad illius restitutionem, & dixi *in §. Abbas n.* 19. Vide Castropal. *oper. mor. quæst.* 7. *tit. de just. commut. dist.* 4. *punct.* 5.

Qualiter Prælatus dicatur vertisse in utilitatem Ecclesiæ, & quæ probatio requiratur, Tusch. *litt. P. conclus.* 567. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2337.

Quando sit probanda versio in utilitatem Communitatis ab eo, qui mutuavit Magistratibus, Grat. *discept. forens. cap.* 196. *per tot.* Staiban. *loc. cit.* & dixi *in §. Magistratus n.*

Quòd probata versione in utilitatem Ecclesiæ, pupilli, minoris, vel Civitatis, valeat obligatio, etiam sine solemnitatibus; licèt illis intervenientibus in venditione rerum, &c. Civitatis non esset probanda versio, *l.* 7. *§. fin. ff. de reb. cor. l.* 1. *C. si advers. vendit.* Gratian. *discept. for. cap.* 564. *nu.* 33 *etc. cap.* 576. *n.* 32. *etc.* vide *in §. Nullitas nu.* 13. *et* 23. facit Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 200. *n.* 6. *et seqq. et part.* 13. *dec.* 60. *n.* 2. *et seqq.* ubi quòd si agatur de contractu fœneratitio, & cum usuris, creditor ipse tenetur probare versionem, si verò de contractu merè gratuito, versio præsumitur, nisi à muliere, vel minore contrarium probetur, & quòd ista est optima, & verissima distinctio, ac communiter approbata.

Versio in utilitatem societatis debet probari à socio, qui vult alterum socium esse obligatum pro
2 mercibus emptis, intelligendo in societate particulari, & inter ipsos socios, nam secus est in universali, & respectu extranei contrahentis cum uno ex sociis communi nomine, quia tunc non est probanda versio, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 279. *num.* 15. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 55. *per tot.* facit latè Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 73. *per tot.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 73. *per tot.* Rocc. Episc. *cap* 100. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 2.

Quòd sit probanda à creditore, qui cum uno tantum socio contraxit proprio nomine, ut possit contra alios agere, & qualiter probetur, Gratian. *cap.* 632. *cap.* 904. *n.* 6. *cap.* 964. *nu.* 6. *&c.* Rot. *d. dec.* 73. ubi plura ex quibus remaneat probata versio, *& part.* 18. *dec.* 146. *per tot.*

Versio cùm sit difficilis probationis, arguitur ex
3 conjecturis, veluti si tempore acceptæ pecuniæ extabat necessitas, cui fuit succursum, prudentia, & probitate recipientis in pertractando sua negotia, modicitate summæ, si reperiatur statim fuisse satisfactum illi causæ, ob quam pecunia fuit accepta, & quando liber administrationis reperitur penes adversarium, qui recusat illum edere, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 55. *per tot. & de arbitrar. cas.* 432. *num.* 33. *& seqq.* ubi etiam quòd sufficit si constet pecuniam fuisse semel versam in Ecclesiæ utilitatem, etsi perpetuò versa non manserit dummodò non fuerit impensa in causam de sui natura perpetuò duraturam, & quid si fortuitò perierit antequam in Ecclesiæ utilitatem verteretur, & vide Gratian. *discept. forens. cap.* 45. *nu.* 7. *&c.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1161. *per tot.* Sperel. *dec.* 254. *num.* 97. *& seqq. ad* 115. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 162. *num.* 4. *& seqq.* ubi plura, ex quibus præsumatur, vel excludatur versio pecuniarum ad censum acceptarum à minore in utilitatem suam, & extinctionem aliorum debitorum, pro quibus illas accepit, &c. Bich. *dec.* 310. *num.* 28. *& seqq.* ubi de versione pecuniarum censualium in solutionem dotis ad sustinendum censum super bonis fideicommissi impositum vigore *Auth. res quæ C. comm. de legat.* Rocc. Episc. *cap.* 111 *n.* 49. *libr.* 2.

Quòd ex vicinitate temporis, & necessitate recipientis præsumatur versio in causam, de qua quæritur Gratian. *discept. forens. cap.* 505. *nu.* 24. *&c.* Seraph. *decis.* 1093. Ludovis. *decis.* 31. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 161. *num.* 11. *& decis.* 438. *n.* 10. *& seqq. & part.* 14. *decis.* 162. *num* 10. Bich. *decis.* 568. *n.* 20. *& seqq.* ubi ad effectum sustinendi obligationem filiifamilias, Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 73.

Et generaliter quando versio præsumatur, vel non, idem Gratian. *cap.* 360. *num.* 32. *cap.* 555. *nu.* 7. *cap.* 879. *num.* 12. *etc. cap.* 897. *nu.* 10. *cap.* 955. *n. pr. &c.* Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 2. *num.* 5. *& seqq.* Tusch. *lit. V. conclus.* 375. *per tot.* Mascard. *de provat. volum.* 3. *conclus.* 1161. *et* 1162. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 272. *& part.* 13. *decis.* 60. *& decis.* 438. *num.* 10. *et seqq. part.* 14. *decis.* 162. *per tot.* Bich. *d. decis.* 568. *& part.* 15. *decis.* 73. Francisc. de Angelis *tract. de Confess. lib.* 2. *quæst.* 13. *nu.* 74. *et seqq.* Vide Tassagli. *de reservat. Statut. art.* 54. *n.* 33. Jacob. Emerix. *decis.* 746. *n.* 8. 748. *nu.* 5., *et* 6. 474. *n.* 8. 513. *n.* 7. Rocc. Episc. *cap.* 100. *num.* 19. *libr.* 2.

Versio pretii in utilitatem Ecclesiæ præsumitur ex 4
diuturnitate temporis, Cravet. *de antiquit. temp. part.* 3. *n.* 25. Addit. ad Magon. *decis. Luc.* 14. *lit. C.* Sperel. *decis.* 154. *num.* 113. ubi intelligit concurrentibus aliis conjecturis, & se remittit ad Surd. *de alim. tit* 8. *privil.* 34. *nu.* 9. *&c.* Ricc. *Collect.* 2337. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 709. *num* 20. ubi quòd versio in utilitatem Communitatis probatur ex lapsu temporis, pacifica possessione emptoris, & non reclamatione creditorum.

Quòd verisimilis præsumptio sufficit pro legitima probatione versionis in utilitatem Ecclesiæ, Duran. *decis.* 256. *num.* 6. *&c.* vide Tusch. *litt. V. concl.* 375. *per tot.* ubi plura quando in utilitatem Ecclesiæ aliquod versum esse intelligatur, sive præsumatur, vel non, & Mascard. *de probat. conclus.* 1161. *per tot.*

Versio dicitur probata eo ipso, quòd apparet mi- 5
norem recepisse pecuniam, *glos. in l. prædiorum C. de præd. minor.* intelligendo quando minor validè contraxit, & cum solemnitatibus, quo casu ipse tenetur probare pretium receptum fuisse malè consumptum, & deperditum, secùs autem si nulliter contraxit, quia tunc per adversarium cum illo contrahentem est probanda, & probatur eo ipso, quòd minor habet pecuniam salvam, vel aliquid emptum ex illa, licèt modò non extet; ut pluribus relatis benè declarat Duran. *decis.* 18. *num.* 28. *& seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 84. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1162. *per tot.* vide *in §. Læsio num.*

Quòd versio dicatur probata quando apparet pecunia soluta creditori, Altograd. *cons.* 16. *num.* 26. *lib. pr.* Intellige si constet de credito asserti creditoris aliter quam ex assertione minoris, vel tutorum, & de tota versione, nam si pars tantùm pecuniæ ad censum acceptæ appareat versa in utilitatem pupilli, census redditur in totum nullus ratione individuitatis decreti à judice ad hunc effectum interpositi, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 162. *num.* 8. *& seqq. per tot.*

Non tamen præsumitur versio, sed debet probari quando non fuerunt servatæ solemnitates, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 27. *in fine*, Mascard. *d. conclus.* 1162. Duran. *decis.* 405. *num.* 13. vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 60. ubi distinguit, ut dixi supra *in fine*, *& dec.* 139. *&* 261. *d. part.* 13. *et part.* 14. *decis.* 162.

Versio in causam studiorum, vel legationis, & 6
militiæ præsumitur quando filius absens causa studiorum, legationis, vel militiæ mutuo accipit pecuniam, ita ut mutuans ex hujusmodi causis, etiam patre invito, possit ab illo repetere, cùm patri, & non filio, tunc videatur mutuasse, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 68. *per tot.* vide *in §. Mutuum num.* *§. Senatus Consultum num.*

Versio in utilitatem familiæ, ad hoc ut uxor, & 7
filii

Digitized by Google

filii teneantur pro debito à marito, vel patre contracto probatur ex assertione facta in instrumento; secundùm Cæpol. *caut.* 246. licèt hujusmodi cautelam non esse tutam, sed aliundè probandam esse versionem, nisi essemus in tempore penuriæ, quia tunc adesset præsumptio quòd verè versum esset in utilitatem familiæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 107. *nu.* 18. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 63. *numer.* 6. vide *in §. Uxor num.*

Quòd versio in utilitatem familiæ dicatur facta, quando alicui venditæ fuerunt merces, ex quarum revenditione, & lucro aluit familiam, contra quam dabitur actio, Surd. *cons.* 420. *lib.* 3. Gratian. *d. cap.* 107. *in fine.*

8 Versio est procuranda, & probanda à solvente quando agitur de pecunia, quæ non ad recipientem tantùm spectabat, sed etiam ad alios, ne aperiatur via aliis præjudicandi, aliàs solvens tenetur de proprio, Bart. *in l. doli mali n.* 7. *ff. de novat.* Giurb. *decis.* 79. *n.* 7. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 65. *num.* 23. *et decis.* 325. *num.* 5. *et part.* 15. *decis.* 125. *n.* 9. *et* 10. *part.* 16. *decis.* 186. *n* 4. *et seqq.* ubi quòd licèt emptor regulariter non debeat esse solicitus de investimento, maximè in alienatione ex causa voluntaria, tamen secùs est in alienationibus prohibitis de jure, ut in bonis fideicommissariis, & à Principe permissis sub certa forma, modo, vel conditione, quia tunc emptor non est securus nisi illis adimpletis, ne aliàs aperiatur via fraudandi alios, & dixi *in §. Emptor num.* 48. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 36 *num.* 14. *& seqq. & decis.* 287. *num.* 12. *in eadem causa, & part.* 18. *decis.* 398. ubi an, & quando sit probanda ab emptore bonorum fideicommissi, & quomodo probetur.

9 Versione pro parte tantùm probata, pro eadem sola portione competit actio, & non tenetur nisi quis factus est locupletior, ac cedendo actionem, quam haberet contra alios liberatur, Rot. *part.* 15. *recent.* 365. *num.* 12. *& seqq.*

10 Versio quando ex decreto judicis, & conventione partium fuit posita in conditione, est probanda à contrahente cum minore, sicut etiam quando contractus procedit ex causa necessaria solvendi æris alieni, aliàs contractus est nullus in totum, & ratione individuitatis, nec potest sustineri pro parte in utilitatem minoris versa, & alia ad exclusionem versionis pro annullatione censuum à minore impositorũ cũ decreto judicis, sed cum conditione, dummodò omnes pecuniæ erogentur in extinctionem æris alieni, nec aliter, nec alio modo, Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 382. *per tot. & part.* 16. *dec.* 394. *num.* 20. *&* 21. ubi quòd versio non est à solvente probanda in alienatione, & obligatione voluntaria, & causa majoris utilitatis, quidquid secùs sit in necessaria, sed sufficit absque dolo, & lata culpa solvisse, vide Emerix. jun. *dec.* 554. *n.* 7. 613. *n.* 2. 746. *n.* 7.

11 De versione probanda saltem ex conjecturis, Bertachin. *Repert. verb. Versum*, Arismio Tepat. *var. sent. tit.* 521. Mangil. *de evict. quæst.* 128. Panimol. *dec.* 53. *annot.* 6. *& dec.* 54. *annot.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 728. & alii citati à Com. Augnst. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Versio fol.* 793 Em. De Luc. *in indic. gener.* Nicoli. *Instit. Imper. tit. quibus. mod. re contr. oblig. n.* 7. Constant. *ad statut. Urb. annot.* 25. *à nu.* 128. Emerix jun. Mantiss. ad eumdem De Luc. Rocc. Mans. Palm. & alii moderni.

12 Versionis probatio ut requiratur, est speciale in mutuo Purpurat. *cons.* 433. *sub nu.* 14. *vers. secundo quia* Lodovis. *decis.* 511. *n.* 12. Rocc. Episc. *cap.* 127. *n.* 12. *libr.* 2.

13 Versionis probatio requiritur ad effectum obligandi alium ex solutione alii facta, & ad actionem acquirendam ex ipsa solutione; secus ad liberationem consequendam Lodovis. *dict. decis.* 511. *n.* 12. *vers. rursus* Rocc. *loc. cit. n.* 13.

14 De versione pecuniæ in causam expressam solvens regulariter, non debet esse sollicitus, quoties hujusmodi onus recipienti, non autem solventi reperitur injunctum Surd. & Hodiern. *decis.* 156. Lodovis. *dec.* 511. *n.* 1. 9. *&* 12. *cum seqq.* Rocc. *loc. cit. n.* 11.

15 Negligentia versionis magis debet nocere ei, qui personam præposuit, quàm illi, qui cum ea contraxit Castrens. *in l. pr. §. non tantum num.* 4. *ff. de exercit. actio.* Rocc. *dict. n.* 11.

16 Versionis in rem Domini debet esse curiosus creditor cum procuratore contrahens, ad hoc ut eumdem Dominum obligatum habeat Rocc. Episc. *cap.* 101. *n.* 16. *libr.* 2.

17 Versio in causam dotis, ubi est fundamentum validitatis alienationis ab alienante, & ab eo causam habentibus probanda est. Item quando alienatio fit pro solutione æris alieni. Et versionis probatio debet aliunde desumi, quàm ab assertione contrahentium Calderon. *resol.* 58. *a n.* 28.

18 Versio probari debet in contractibus cum Ecclesia, pupillo, vel civitate, & quidem concludenter alio medio quam per assertionem contrahentium, secus tamen in contractu mulieris solemniter celebrato Baldue. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 35. *a n.* 6.

19 Versio pecuniæ in causam expressam in obligatione an, & quando a muliere, vel potius a creditoribus probanda sit De Luc. *de Alien. disc. pr. a n.* 76. Baldue. *tit.* 4. *decis.* 35. *n n.* 5.

20 Versio pecuniæ dicitur probata, si creditor appareat dimissus, & non probetur solutio ex aliis pecuniis Mantiss. ad De Luc. *libr.* 7. *decis.* 22. *n.* 13. *vol.* 3. Versio pecuniæ secundi census in extinctionem primi probatur ex vicinitate actuum inter impositionem secundi census ad effectum extinguendi primum, & primi extinctionem Mantiss. *ibid. libr.* 8. *decis.* 4. *n.* 9., Et versio pecuniæ in causam negotii probatur, quoties cum ea constat fuisse dimissos creditores negotii Mantiss. *ibid. decis.* 25. *n.* 10. Versio probatur ex identitate summæ, & vicinitate actuum Emerix jun. *decis.* 474. *nu.* 8., Et excluditur ex diversitate summæ Idem *decis.* 513. *nu.* 7. Quomodo probetur De Luc. *de Alien. disc.* 28. *n.* 6. *de Credit. disc.* 5. *n.* 12. *disc.* 15. *n.* 5. *disc.* 16. *n.* 4. Quomodo probetur in causam fabricæ Emerix jun. *decis.* 337. *nu.* 3. *decis.* 523. *n.* 4. *decis.* 582. *n.* 2.

21 Versio probanda non est in causam Judici expressam in obligatione mulieris voluntarie, quidquid sit in necessaria Emerix jun. *decis.* 554. *n.* 7. *decis.* 613. *n.* 2. *decis.* 746. *n* 7.

22 Versio residui in camdem causam, in quam versa fuit major pars, & verti debebat residuum præsumitur ex proximitate temporis, & obligatione Emerix jun. *decis.* 1121. *n.* 8.

23 Versio voluntaria debitoris in extinctionem creditorum anteriorum non tribuit prælationem creditoribus posterioribus, etiamsi anteriores in solutione per debitorem liberè facta cessérint eorum jura translativè posterioribus Emerix jun. *decis.* 639. *nu.* 2. *&* 3.

24 Versio probanda est cum utilitate tabernæ fundacalis, ut creditor super illa acquirat potioritatem Gail. *obser.* 12. *n.* 4 *vol.* 2. Emerix jun. *dec.* 487. *n.* 11.

25 Versio pecuniæ pro defensione fideicommissi, vel feudi eu tribuat prælationem De Luc. *de Feud. disc.* 76. *n.* 10.

26 Quomodo de versione constare debeat, ut detur actio de in rem verso contra Tertium De Luc. *de Donat. disc.* 43. *n.* 5. *de Credit. disc.* 72. *n.* 4. *&* 5.

27 Emptor ubi tenetur ad versionem pretii, intelligitur de primo investimento, non de secundo De Luc. *de Alien. disc. pr. num.* 75. Et de distinctione inter versionem desideratam per viam conditionis, aut modi *ibidem.*

28 Versio non est probanda a Fisco ad gaudendum potioritate *l. interdum* De Luc. *de Credit. disc.* 19. *num.* 12.

29 Mutuans Abbati de consensu monasterii an de ea solicitus esse debeat De Luc. *de Credit. disc.* 82. *a n.* 2., Et versio in utilitatem Monasterii sicuti præsumitur ex prudentia Abbatis, ita excluditur ex ipsius malitia Palm. nep. *decis.* 257. *n.* 23. *tom.* 3.

30 Versio mulieris, vel minoris non præsumitur, imò ad eam excludendam sola possibilitas in contrarium sufficit Palm. nep. *alleg.* 236. *n.* 8. *tom.* 3.

31 Versio probari debet in illam causam, ea qua præceditur utilitas Palm. nep. *alleg.* 236. *n.* 12. *tom.* 3.

§. VE-

Digitized by Google

§. VESTES. XI.

1 VEstes lugubres, & funerales sunt faciendæ expensis hæredum mariti pro vidua relicta, licèt de illorum domo recedat, cùm hujusmodi tristis habitus sibi competat ob mortem viri, nisi probetur aliter de consuetudine servari, Castr. cons. 32. lib. 3. Copye. dec. 26. Fenzon. ad stat. Urb. cap. 136. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 197. n. 1. vol. 2. Peregrin. decis. Patavin. 40. n. 1. &c. Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 5. nu. 26. Rot. part. 19. recent. dec. 301. n. 5.

Imò dictam conclusionem procedere tantùm de consuetudine, & quadam honestate, non autem de jure communi, Capra cons. 135. num. 14. Tusch. litt. D. concl. 764. nu. 25. & 26. vide Christin. loc. cit. qui videtur idem concludere Ricc. Collect. 1931. & 1994. ubi quòd compensantur cum legato ususfructus, ad tradita per Peregrin. loc. cit. Quod debeantur de jure per text. in l. impensa ff. de relig. & sumpt. fun. dicit Rot. dec. 301. n. 5. d. part. 9. rec.

Quod compensentur cum legato à viro uxori facto, quia ex necessitate debentur, Romaguer. pluribus citatis in addit. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 48. n. 33. latè de Comit. decis. Florent. 55. à num. 18.

Quòd debeantur etiam famulis magnorum dominorum, Gramatic. dec. 308. n. 5. Ricc. loc. cit. vide in §. Vidua n. 7.

2 Vestes viles, & ad usum quotidianum traditæ per maritum, vel socerum sponsæ præsumuntur donatæ, & ab initio tenet donatio, ideòque non veniunt in collationem, Rom. cons. 146. Menoch. de arbitr. cas. 218. n. 2. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 28. n. 3. &c. Gratian. discept. forens. cap. 738. num. 68. Paul. Christin. dec. Belgic. 31. nu. 13. etc. vol. 3. et dec. 127. n. 9. et seqq. vol. 3. Domin. Advocat. Cabrun. lucubr. 42. à n. 4.

Quòd vestes, & ornamenta quotidiana soluto matrimonio spectent ad uxorem, Afflict. dec. 315. nu. 3. ubi Ursil. Card. Tusch. litt. D. concl. 698. nu. 16. 19. 61. et 62. Altograd. cons. 88. n. 25. etc. lib. 1.

Quòd etiam inter socios omnium bonorum tempore divisionis non sint ponenda in communi hujusmodi ornamenta quotidiana, vide Surd. dec. 166. per tot. Mich. lor. de fratr. part. 2. cap. 30. nu. 13. dixi in §. Donatio n.

Annulus etiam desponsationis, sive sponsalitii spectat ad uxorem, nec repeti potest ab ea per hæredes mariti, Rom. d. cons. 146. Surd. d. dec. 166. Grat. decis. 118. nu. 10. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 131. n. 9. vide in §. Donation. 9. Tosch. litt. A. conclus. 344. ubi refert contrarium tenentes, & videtur concludere quòd stari debeat animo donantis, si de illo constet, & in dubio consuetudini, vel distinguitur sic magni, vel modici valoris, prout dicitur de vestibus. Pigant. ad Statut. Ferrar. libr. 2. rub. 101. n. 17. Capon. contr. 39. num. 36. Domin. Advocat. Cabrun. lucubrat. 42. n. 21. et 22. Hodiern. ad Surd. loc. cit.

Et hanc distinctionem magni, vel modici valoris videtur sequi Rot. in Romana Jocalium 9. Decembris 1641. coram Merlino inter impressas ejusdem dec. 885. n. 26. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. q. 64. ubi etiam de donatis à consanguineis viri, quæ tamen si fuerint donata contemplatione uxoris ipsi uxori acquiruntur, imò indistinctè, ad tradita, per Antonel. de temp. legal. lib. 2. tit. de annis n. 55. et seqq. vide in §. Donatio nu. 10. Vide Pigant. Capon. & Cabrun. loc. sup. adduct.

Quòd vestes quotidianæ, & aliæ res non pretiosæ, sed ad quotidianum usum destinatæ, censeantur donatæ irrevocabiliter per sponsum sponsæ, & apud illam remanere debeant, nec sint restituendæ, Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 6. nu. 14. et seqq. Rot. in Romana Jocalium 11. Decembris 1641. coram Merlin. §. fin. et in Pisaurensi Jocalium 22. Junii 1648. coram Arguelles nu. 27. penès Paul. Zacch. Quæst. Medic. legal. tom. 2. decis. 91. ubi n. 28. et seqq. unus ex dominis ingeniosè tenebat in dicto casu etiam vestes quotidianas, & alias res modici valoris esse restituendas, eo, quia appareret de animo non donandi, quo stante nec modicum quidem penès sponsam remanere debet, prout nec quando matrimonium non esset consumatum, quia in omnem casum hujusmodi donatio intelligitur facta ex causa matrimonii, quod non sufficit esse ratum, & sequutum, sed etiam debet esse consummatum, & sequuta cohabitatio, ac individua vitæ consuetudo, cùm alias non dicatur perfectè sequuta causa, & adimpleta conditio, præcipuè si steterit per sponsam non consummaretur, quia non præstiterit successivam patientiam, & cohabitationem, prout tenetur præstare, aliàs nihil lucrari debet, cùm non sufficiat partem implere, nisi totum perfectè impleatur, & per alias rationes, & auctoritates, ut ibidem plenè habetur, fuit tamen resolutum juxta prædictam communem opinionem, ut in fine dictæ decisionis habetur, vide in §. Donatio nu. 8. latè Dian. part. 11. tract. 4. resol. 29. & 30. Paul. Christin. decis. Belg. 127. n. 9. & seqq. vol. 3. Peregrin. dec. 140. per tot. Rot. part. 10. recent. decis. 340. per tot. quæ est in dicta Pisauren. Jocalium, ubi fuit confirmata dicta prima decisio, & resolutum jocalia, aliaque pretiosa non censeri donata, & esse restituenda, etiam si sponsus donare dixisset, quia intelligitur ad usum, & idem esse in donatis à consanguineis sponsi, ut debeant illius hæredibus restitui, licet essent res ad usum tantùm muliebrem aptatæ, & convenientes, & magis ubi propter culpam sponsæ non fuit matrimonium consummatum, adde Petr. de Onnate de contract. tom. 2. tract. 10. disput. 35. sect. 3. & 4. per tot. fol. mihi 304. &c. Fagundez. de just. & contract. lib. 4. c. 13. per to. Ægid. de Castejon. Alphab. jurid. verb. Vir, Uxor nu. 51. & ubi plura ad rem remissivè, vide Nicoli Insin. tit. de Donat. n. 16. Vide Pigant. Capon. & Cabrun. ubi supra.

Vestes, jocalia, aliaque ornamenta pretiosa, & 3
festiva tradita per socerum, vel maritum sponsæ, sive ante, sive post consummatum matrimonium, si constet de animo donandi, censentur irrevocabiliter donata, nec etiam soluto matrimonio repeti possunt. Si autem constet de animo non donandi, sed tantùm ad usum concedendi ut sponsa, sive uxor ornatior incedat, cessat donatio, & soluto matrimonio sunt restituenda marito, vel ejus hæredibus: In dubio verò ubi non constat de dicto animo donandi, vel non donandi, non censentur donata, sed tantum ad usum concessa; & soluto matrimonio veniunt restituenda, Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 7. n. 92. & seqq. Andreol. contr. 281. per tot. latè Rot. in Ferrarien. lucri dotis 13. Martii 1606. in selectis per Farinac. part. 2. tom. 1. decis. 113. per tot. Fontanel. de pact. nupt. Claus. 7. glos. 3. part. 6. Gregor. dec. 474. Rot. in Romana jocalium 11. Decembris 1641. coram Merlino inter impressas ejusdem dec. 885. per tot. & pleniùs in Pisauren. Jocalium 22. Junii 1648. coram Arguelles, ubi plures aliæ concordantes decisiones allegantur, & habetur penès Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. tom. 2. dec. 91. n. 1. & seqq. ad 27. & penès Dian. resol. moral. part. 9. tract. 9. in fine, fol. mihi 412. vide ipsum Dianam part. 11. tract. 4. resol. 29. & 30. Paul. Christin. dec. Belgic. 31. n. 13. &c. vol. 3. & decis. 127. n. 9. &c. d. vol. 3. Peregr. dec. 140. per tot. Rot. part. 10. rec. dec. 340. per tot. & dixi supra nu. 2. Vide Pigant. Capon. & Cabrun. loc. supra adduct.

Quod dicta ornamenta pretiosa, in dubio non videantur donata, sed tantùm ad usum concessa, & ideò talia qualia sint, veniant in collationem, Surd. dec. 166. per tot. ubi Hodiern. in Addit. pluribus modis declarat, Rom. cons. 146. Tusch. litt. D. concl. 691. & 697. Fenzon. ad stat. Urb. cap. 135. n. 9. &c. Cyriac. contr. 120. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 189. n. 14. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 28. num. 4. & per tot. ubi ampliat, & limitat. Hodiern. ad Surd. loc. adduct.

Sicut etiam inter socios omnium bonorum talia qualia debent poni in communi tempore divisionis,

idem

idem Michalor. *d. tract. part. 2. cap. 30. n. 15.*

Quòd conferantur, & in legitimam imputentur filio uxorato Thes. *dec. 46. n. 8.*

Quid teneantur probare hæredes mariti dùm volunt repetere hujusmodi res pretiosas, vide Surd. *dec. 166. n. 39. &c.* Domin. Cabrun. *d. lucubrat. 42. num. 27.*

4 Vestes, jocalia, & hujusmodi res pretiosæ non præsumuntur donatæ sponsæ, sed tantùm transmissæ, ut magis ornata incederet, *nisi* probetur contrarium, ac etiam interdum præsumuntur donatæ attenta qualitate personarum nobilium, & quando non sunt excessivi valoris, sed potiùs exigui respectu contrahentium, Addit. ad Afflict. *dec. 315.* Seraph. *dec. 914. n. 1. &c.* late videndus Surd. *dec. 166. per tot.* vide *in §. Donatio num. 8. &c.* latè Dian. *part. 11. tract. 4. resol. 29. & 30. per tot.* Paul. Christin. *dict. dec. 31. nu. 15. vol. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 24.* Merlin. *decis. 885. per tot.* Peregrin. *dec. 140. per tot.* Cabrun. *lucubrat. 42. à n. 12.*

Quòd sicuti vera est prædicta conclusio quando secutum est matrimonium post sponsalia, fortius procedat etiam quando non est secutum matrimonium, sed dissoluta sunt sponsalia, quo casu competit etiam conditio ob causam, quia hujusmodi transmissio, & traditio jocalium habet tacitam conditionem futuri matrimonii, Ludovis. *dec. 474. per tot.* Vide Domin. Cabrun. *d. lucubr. 42. à n. 28.*

Quid verò dicendum, si secuta fuerint oscula inter sponsos, vide *in §. Donatio n. 8. & §. Osculum num. 9.* Fagundez *de just. & contract. lib. 4. c. 13. n. 6. & seqq.* ubi sive ante, sive post sponsalia, & quid si sponsa non erat virgo, sed talis reputata.

Quæ res censeantur donatæ, vel non, & quæ dicantur pretiosæ, vel quotidianæ, & viles, Menoch. *de arbitr. cas. 218. per tot. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 24.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 64. n. 7.* ubi remittitur arbitrio judicis. Latè Pigant. *ad Statut. Ferrar. libr. 2. rubr. 201.* Capon. *contr. 39.* Cabrun. *d. lucubr. 42.*

Quòd res pretiosæ de jure non censeantur donatæ, sed tantùm ad usum concessæ, & soluto matrimonio remanere debeant apud virum, vel ejus hæredes, quidquid hodiè attento luxu præsentium temporum, omnia ornamenta dicantur quotidiana, & ideò uxoris, Altograd. *cons. 35. n. 34. & 38. lib. 2.* Ricc. *Collect. 273.* Peregrin. *decis. 140. nu. 3. &c.*

Quòd vestes, & ornamenta etiam pretiosa, & festiva cùm sint parata, & destinata ad usum mulieris, si fuerint ei tradita censeantur donata, & soluto matrimonio sint illius propria, maximè attenta qualitate, nobilitate conjugum, secundum quam nil festivum dicatur, sed omnia quotidiana, licèt sint valdè pretiosa, præcipuè juxta luxum nostrorum temporum, Surd. *decis. 166. num. 8. &c.* Barbos. *in l. quæ dotis 34. nu. 73. &c. ff. solut. matrim.* Altograd. *cons. 88. nu. 28. etc. lib. 1. & cons. 35. n. 39. lib. 2.* Caramuel. *Theolog. moral. lib. 2. n. 654.* Dian. *par. 8. tract. 6. resol. 32. vers. sed hic*, Paul. Christin. *d. decis. 31. num. 15. vol. 3.* Merlin. *decis. 885. n. 17. &c.* ubi quòd neque inter nobiles, & magnates intelliguntur donata, & testatur de veriori opinione, referendo plura exempla, & quòd contraria opinio posset aliquam tantùm probabilitatem habere si conjuges disparis essent conditionis; de hac materia plura remissivè Ægid. de Castejon. *Alphab. jurid. verb. Vir, Uxor num. 51. etc.* Domin. Cabrun. *dict. lucubr. 42. per tot. præsertim à n. 12.*

5 Vestes, & similia ornamenta habent hoc privilegium, quòd si fuerint à marito uxori legata, ex illis non detrahitur falcidia, Michalor. *de fratrib. part. pr. cap. 28. n. 20. &c.*

Quòd possint uxoribus relinqui vestes, jocalia, & alia ornamenta pretiosa per virum, Altograd. *cons. 88. n. 8. lib. pr.*

Vestibus legatis, quæ veniant in hujusmodi legato, latè Menoch. *lib. 4. præsumpt. 161. per tot.* vide *in §. Legatum num.*

Ornamentis uxori legatis, quæ veniant, idem Menoch. *d. lib. 4. præsumpt. 163. per tot.*

De vestibus, jocalibus, & hujusmodi mobilibus datis viro æstimatis ad computum dotis, cujus periculo consumantur, vide *in §. Æstimatio n. 9. in fine, §. Mobilia nu. 5. & §. Periculum num. 8.*

An autem jocalia, & hujusmodi muliebria præsumantur extare penès uxorem, ita ut imputentur in dotem, dixi *in §. Mobilia num. 8.*

6 Vestes, sive modus vestiendi, per quem mulieres incedunt nudatis spatulis, & pectore, an sit permissus in foro conscientiæ sine peccato mortali, saltem in locis ubi communiter viget consuetudo ita vestiendi, quod quæri potest etiam de aliis mulierum ornamentis immoderatis, (& hodie de brachiis denudatis, quæ Florentiæ, & fortè alibi mulieres etiam nobiles, & honestæ ostentant) vide latè Dian. & quos allegat *part. 10. tract. 12. resol. 30. per tot. & in Addit. dicti tomi in fine fol. mihi 443.* ubi refert contrarias opiniones, & rationes, ac quidquid ipse alibi benignius de more resolvendo dixerit, videtur admittere, quòd dictæ mulieres ut plurimum mortaliter peccent, nisi ex generali consuetudine, levitate, sive parvitate materiæ, & hujusmodi causis possint excusari, & semper saltem venialiter, & latiùs ibidem declarat, *& part. 11. tract. 4. resol. 32. vers. Ex dictis patet &c. per tot.* ubi etiam de pictoribus imagines obscœnas facientibus, ac de aliis illas retinentibus, qualiter mortaliter peccent, & quando possint excusari, facit quod dixi *in §. Peccatum num. 12. & in §. Mulier num. 53.* adde Barbos. *vot. 12.* Novar. *in Manual. cap. 17. nu. 18.* Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vestis*, ubi alia remissivè de vestibus, & illarum usu.

7 Vestium appellatione quæ veniant, ac de vestibus lugubribus quibus sint debitæ, & de aliis vestibus quando censeantur uxori donatæ, vel non, & hujusmodi Bertachin. *Repertor. verb. Vestes*, Thoro *Compend. decis. Neap. par. 1. & 2. verb. Vestes*, ubi etiam de abutentibus vestibus Sacris tempore carnisprivii, vel bacanalium eundo personatos, vel mascheratos, ut pœna sint puniendi pecuniaria locis piis applicanda; vide alios in materia vestium citatos à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Vestes*, & novissimè à Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. cod. verb. fol. 794.* Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Fagnan. *sup. Decretal.* Cabrun.

8 Vestes profanæ, vel pretiosæ, & cum excessu in ornamento, ex se solùm peccatum veniale inducunt, & quandoque etiam ex circumstantiis extrinsecis pravi finis mortale, tàm in masculis, quàm in fœminis, licèt id frequentiùs accidat in fœminis, D. Antonin. *in Sum. part. 1. tit. 4. cap. 5. et seqq.* Novar. *in Manual. cap. 23. num. 18. & cap. 14. num. 27.* Less. *de just. lib. 4. cap. 4. n. 110. & seqq.* aliique plures citati à Mendo *tract. de Jur. Academ. lib. 3. quæst. 36. num. 402. & seqq.* & dixi in *§. Mulier num. 53.*

Vestes attritæ, & animalia supervacua sunt res mobiles Altimar. *de nullit. rub. 2. & 3. quæst. pr. sect. pr. n. 266. tom. 8.*

De veste, seu habitu Clericali Jacob. Emerix *dec. 5197. per tot.* Nicol. *Instit. canon. tit. de sent. excom. num. 217. §. 14.* Cortiad. *decis. 2. à num. 12.* Card. De Luc. *in Indic. general.*

9 Vestes clericales quales esse debeant De Luc. *Annot. ad Sacr. Concil. Trident. disc. 19. num. 12. disc. 24. n. 22.* Pellegrin. *in Prax. Vic. pag. 5. n. 18.* Nihil est in Jure definitum Emerix jun. *decis. 1197. à n. 3.* Et quid de vestibus versicoloribus *ibid.*

In Urbe nulla est differentia circa habitum inter Clericos, & sæculares De Luc. *de Camb. disc. 32. sub n. 2.*

10 Vestes clericales laicis prohiberi possunt De Luc. *Annot. ad Concil. dict. disc. 24. n. 24.* Clericis laicales vestes non sunt permittendæ, nec laicis clericales Idem De Luc. *de regul. disc. 21. n. 7.*

11 Si clericus per modicum tempus vestes clericales non deferat, non privatur privilegio fori De Luc. *dict. disc. 24. n. 32.* Sed si in habitu sæculari carceretur, ministri sunt excusatione digni *ibidem.*

12 De vestibus clericorum, & requisitis S. C. ad effectum, ut gaudeant privilegiis De Luc. *de Jurisd. disc. 93. in annot. n. 69. Annot. ad Concil. disc. 24. à nu. 21.*

13 Clericus habitu privari non potest ab Episc. De Luc. *dict. disc. 24. n. 37.* Cle-

Clericus habitum non legitimè dimittens remanet ſubditus utrique foro De Luc. dict. diſc. 24. n. 41.

Clerici poſſunt quandoque habitum clericalem dimittere, & ſe ſubjicere foro ſæculari De Luc. de ſervit. diſc. 81. ſub n. 12., ubi hoc declaratur.

14 Plura de Clerico reaſſumente habitum Card. De Luc. annot. ad Concil. dict. diſc. 24. n. 41. de Juriſdict. diſc. 212. ſub n. 10. & 18.

15 Veſtis traditio in collatione Tonſuræ non eſt congruitatis tantum, ſed etiam neceſſitatis Fagnan. in cap. cum contingat n. 70. de ætat. & qualit. Veſtis Sacerdotalis traditio quid ſignificet Fagnan. in cap. cum veniſſent n. 60. de Sacr. unct.

16 Veſtimenta ſacra non debent contrectari, niſi a ſacratis hominibus, nec ſemel conſecrata iterum conſecrantur Fagnan. in cap. cum veniſſent n. 12. de ſacr. unct., Et poſſunt refici filo, ſeu panno non ſacro ibid. n. 13.

17 Veſtis civilis, vel pretioſæ effectus, & refertur ejuſdam Theologi argutia Fagnan. in cap. Epiſcopalia n. 32. de Privileg.

Veſtes Advocatorum quales Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. ſect. 15. n. 13. pag. 438.

18 Veſtes quotidianæ pro penſione Domus non obligantur Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. ſect. 3. ſubſect. 3. interſect. 22. num. 7. pag. 219.

19 Veſtimenta ſervi ad peculium referuntur Brunnemann. ſup. ff. lib. 15. tit. pr. leg. 25. n. pr. Veſtes pediſſequis datæ repeti poſſunt ibidem n. 2.

20 In veſtimentis an propriè uſusfructus ſit Brunnemann. ſup. ff. libr. 7. tit. 5. leg. 9. n. 3. Et quid ſi Veſtis uſusfructus ſit relictus Brunnemann. d. lib. 7. tit. 9. leg. 9. n. 4.

21 Veſtium legato, quæ contineantur Brunnemann. ſup. ff. lib. 34. tit. 2. leg. 23. n. 8. Veſtibus legatis in dubio veniunt etiam feſtivæ, ibidem n. 8.

22 Ex habitu præſumitur hominum qualitas Brunnemann. ſup. C. libr. 9. tit. 35. leg. 4. n. 5. pag. 908. vol. 2.

23 In luxu veſtium fœminis plus indulgetur, quàm viris Brunnemann. ſup. C. libr. 9. tit. 8. leg. 2. n. 3. & 4. pag. 1000. vol. 2.

Veſtimenta privatis prohibita Fiſco ſine pretio reſtituenda Brunnemann. ibid. leg. 4. n. 2. pag. 1000.

§. VIA. XII.

1 VIa eſt triplex, ſcilicet vel publica, vel privata, vel vicinalis, quænam unaquæque ea illis dicatur, & alia, vide per Suid. deciſ. 42. per tot. Card. Tuſch. litt. V, concluſ. 176. cum tribus ſeqq. Ariſmin. Tepat. var. ſent. tit. 572. & 573. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1404. ubi quòd ſemper via præſumitur publici juris, niſi contrarium probetur, Joſeph. de Roſa Conſult. pr. per tot. ubi plura de viis intra Civitatem, & extra Civitatem, cujus ſint, & alia ad rem, latè Decomit. deciſ. Senenſ. 10. n. pr. De Luc. de Regal. diſc. 136.

Viduarum, & miserabilium personarum causæ sine qualitate propertatis contra laicos non pertinent ad ecclesiam principaliter, sed secundariò Fagnan. *in cap. Signific. n.* 2. *&* 64. *de Offic. Delegat.* 40

Si verò sint pauperes, principaliter, & immediatè ad Ecclesiam pertinent *ibid. n.* 60. *&* 80.

Causas Viduarum, pupillorum, & aliarum miserabilium personarum in casu negligentiæ, aut oppressionis Judicis Secularis cognoscit Ecclesia, etiamsi sint divites Fagnan. *loc. cit n.* 41. *&* 61.

Viduata dicitur ecclesia habens Pastorem inutilem Fagnan. *in cap. quia diversitatem n.* 19. *de concess. Præbend.* 41

Vidua non dicitur Ecclesia, quæ habet Pastorem captivum De Luc. *de Benefic. disc.* 16. *nu.* 21. *&* 12.

Viduitas est prohibita, & consequenter actus eam inducentes De Luc. *de Donat. disc.* 55. *n.* 5. 42

Conditio viduitatis quoties apponitur per viam conditionis vitiat contractum, secus si per viam pacti De Luc. *de Testam. disc.* 73. *n.* 3. Et quando conditio apposita per testatorem reprobetur, nec an *de fideicomm. disc.* 44. *nu.* 17. 19. 22. & vide eumd. De Luc. *in Indic. in verb. conditio quoad nuptias & conflict. obser.* 81. *&* 82.

Viduitatis conditio ex quibus dicatur inducta Rocc. Episc. *cap.* 31. *a n.* 15. Et ex quibus dicatur repetita *ibid. n.* 20. *cum seqq.*

Legatum factum sub conditione Viduitatis, vel donec uxor vidua extiterit, & post ejus mortem Titio, debetur Titio, statim ac Uxor secundò nupserit, & assignatur ratio, & reprobatur contraria Romani sententia Rocc. Episc. *cap.* 34. *n.* 1. *lib.* 2.

§. VINUM. XVI.

Vinorum varia sunt nomina, & genere sumpta quandoque à loco, sive regione ubi nascitur, à populis, & nationibus, ab Insulis, à Magistratibus, ab arboribus, ab uvis, ab acinis, ab odore, à sapore, à stillatione, ab annis, à vitio, à durabilitate, à pomis, à conditura, à mixtione, à comparatione, & hujusmodi, ut latè explicat Prosper. Rendel. *tract. de vinea, vindem. & vinis tit. de vin. gener. fol. mihi* 41. *& seqq.* 1

Vinum an possit emi, & vendi relato pretio ad vindemiæ tempus, & tunc expectari debeat ultimum dies, Alber. de Rosat. *in leg. quæsitum, §. prædia, ff. de leg.* 3. Rendel. *dict. tract. quæst.* 11. *fol.* 28. vide in §. *Venditionum. in Pract. §. Vinum.* 7. 2

Vinum si fuerit legatum, & postea à testatore consumptum, reviviscit, legatum si tempore mortis testatoris aliud reperiatur subrogatum pro quantitate, quæ reperiebatur tempore testamenti, secus tamen si non per modum subrogationis fuisset aliud positum, quia non spectaret ad legatarium, sed remaneret legatum extinctum per rei consumptionem, quando constat de ademptione per contrariam voluntatem, & idem est in frumento, & similibus, Bart. *in l. quidam hæredem, ff. de tritic. vin. ol. leg.* Alex., & Jas. *in l. legato generaliter, ff. de leg.* 2. Franch. *decis.* 313. Gomes. *var. res. tit. de legat. cap.* 12. *n.* 50. cum aliis per Prosper. Rendell. *dict. tract. quæst.* 35. *fol.* 32. 3

Quid autem veniat in legato vini, latè idem Rendel. *tit. de vino legato per tot. fol.* 65. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 152. Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 274. Vide infra *in novissim. additionib.* Crescin.

Vinum de jure communi est in libero commercio, 4
quid-

Digitized by Google

quidquid de jure municipali sit ferè ubique prohibita extractio de loco ad locum, vel permissa cum quibusdam conditionibus, & gabellis, & in hoc erunt servanda cujusque loci bannimenta, & leges, ad tradita per Prospec. Rendell. *d. tract. tit. de vini commercio sub decem prædicamentis fol. 54. & fol. 67. & seqq.* ubi plura, dixi *in Pract. §. Estratione num. & §. Vino n. 9.*

Prohibita autem extractione vini, an censeatur etiam prohibita extractio uvarum, aquatici, cervisiæ, & aceti, Rip. *tract. de pest. tit. de remed. ad conserv. ubert. n. 60. & seqq.* ubi plura, Menoch. *de arbitr. cas. 585. n. 15. & seqq.* Prosper. Rendell. *dict. tract. fol. 61. 62. & 67.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appell. 274. per tot.* dixi *in §. Statutum n.* Vide Episc. Rocc. *cap. 81. n. 4. lib. 2.* ubi loquitur de aceto.

5 Vinum potest duobus modis vendi, nempè, vel ad mensuram, vel ad corpus, primo modo licèt ante factam mensurationem sit perfecta venditio, & non possit ab ea recedi, tamen periculum, tam effusionis, quàm corruptionis adhuc spectat ad venditorem ante factam mensuram, nisi denunciaverit emptori ut tolleret vinum, & ipse sit in mora, vel nisi emptor in se hujusmodi periculum susceperit, glos. & DD. *in l. sicut, C. de act. empt. & vendit.* Covar. *pract. quæst. cap. 3.* Afflict. *decis. 280.* latè videndus Prosper Rendell. *tract. de vinea, vindem. & vino in Annot. ad leg. cum convenit, Cod. de peric. & comod. rei vendit. fol. 63. per tot* ubi plura quid si vinum fuerit degustatum, signatum dolium, traditæ claves cellæ vinariæ emptori, facta scriptura cum clausula constituti, qua mediante videtur in emptorem translata possessio, & dominium, & refert contrarias opiniones, quamvis stante dicta clausula concludat omne periculum spectare ad emptorem, vide *in §. Venditio num. 16.* Grattan. *disceptat. forens. cap. 549. n. 17. &c.* ubi quod periculum vini ante mensurationem pertinet ad venditorem. Vide infra *in novissim. additionib.* Crescin.

Secundo modo quando vinum venditur ad corpus, & tamquàm species, statim contractus dicitur perfectus, & omne periculum, vel commodum, & incommodum ad emptorem spectat, nisi aliter sit conventum, vel nisi venditor sit in mora, vel nisi vinum, cujus bonitatem affirmavit venditor, sit naturaliter corruptum, vel nisi fugientis vitium dolo tacuerit *d. l. cum convenit C. de peric. & commod. rei vend. ubi glos. & DD.* & latè videndus Prosper. Rendell. *loc. cit. fol. 64. vers. Videamus modo per tot.* ubi etiam declarat an, & quando venditio vini dicatur facta ad mensuram, vel ad corpus, quod multum refert juxta prædicta benè etiam Caba'. *cons. dec. 18. per tot. vol. 2.* & dixi *in §. Venditio num. 16. & n. 47.*

Ad quem spectet periculum vini, vel alterius rei venditæ, sive ad corpus, sive ad mensuram, latè Hermosil. *ad leg. Partit. leg. 24. gloss. 1. 2. 3. & 4. per tot. fol. mihi 338. & seqq.* dixi *in §. Periculum n. 3.* Rocc. Episc. *cap. 134. n. 8. et 9. lib. 2.*

Alias plures particulares quæstiones circa vineas, vindemias, & vina, vide per Prosper. Rendell. *dict. tract. per tot.*

Quid sit vinea, & ejus appellatione veniat, Tusch. *lit. V. concl. 221.* Bald. *cons. 410. lib. 2.*

An autem cum vino generoso possit aqua vel vinum tenue misceri, & cum illa mixtione vendi integro pretio à lege taxato, dixi in *§. Venditio num. 46.*

6 Vinum novum secundum Bart. *in l. jubemus 10. Cod. de erogat. milit. ann. lib. 12.* incipi potari debet primo die Septembris, vel saltem primo die Novembris, cùm vinum vetus sit nimis sumptuosum, & plus valeat illis temporibus, quàm novum, ac ideò supererogatio veteris in alendo familias pupillorum, vel milites imputari debet tutoribus, vel aliis administratoribus, Roman. *sing. 337. incip. scires tu mihi probare*, Paul. Christin. *dec. 140. nu. 5. etc. vol. 5.* Vide De Luc. *Miscell. disc. 6. n. 2.*

7 Vinum modicè sumptum plurimos bonos producit effectus, nam lætificat cor hominum, est præsidium senectutis, & alia multa commodamenta, & sanitatis operatur, sicut è contra immodicè sumptum hebetat ingenium, enervat vires, & infinita mala animæ, & corporis gignit, ut latè explicat Paul. Rub. *in Discur. ad part. 11. dec. Rot. Rom. rec. nu. 69. et seqq.* ubi multa moralia, & curiosa de vi, & potentia vini tam in bono, quàm in malo, de quibus etiam benè Castor. Durantes *in suo Thesauro sanitatis cap. de vino fol. mihi 306. & seqq.* Balthassar. Pisanellus *in tract. de natura cibor. & vini fol. mihi 165. & seqq.* & alii quos vide. Guttier. *libr. 2. can. q. 4. nbi de damnis vini.*

Qualiter efficiatur vinum medicatum plura Claud. Bonet. *Epitom. Sennert. lib. 5. part. 3. sect. 3. c. 4. per tot. fol. mihi 260.*

Alia nonnulla remissivè de vino, & vineis Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vinea, & vinum.* 8

De vinea, & vino plura legaliter Bertachin. *Repert. verb. Vinea, Vinum*; An vinum novum pro vetere, seu vetus pro novo solvi possit, & videtur quod sic, dummodò sit æqualis bonitatis, Cald. Pereyr. *de empt. & vend. c. 21. n. 13.* Cevallos *comm. contr. com. q. 621.* Hermosil. *ad l. Part. gloss. 1. tit. 1. Partit. 5. n. 3. & 4. fol. mihi 33. & gloss. 4. n. 2. fol. 34.* ubi etiam an possit solvi album pro nigro, & è contra, accidum pro suavi, &c. An in venditione vineæ, vel Oliveti veniant torcularia, vasa vinaria, & dolia, idem Hermosil. *leg. 31. gloss. 1. nu. 1. & 2. fol. mihi 367.* ubi quod non, nisi illa perpetui usus causa parata sint, vel solo affixa, vel nisi natura rei, vel fundi postularet, ut talia venirent vasa, prout si quæstus pro majori parte in vino consisteret per text. *in l. fundo, & l. in instrumento ff. de fund. instruct. vel instrum. leg.* Thes. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 84. n. 7. & 8.* Gizzarel. *dec. 32. n. 3.* Alia de vinea, & vino indicat Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Vinea, Vinum fol. 802.* De Luc. *in Indic. verb. vinea, & vinum* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. qu. 20. a n. 34. tom. 4.* ubi non solum an vinum vetus possit reddi pro novo, & è contra, sed etiam an album pro rubeo, vel acidum pro suavi, & an possit solvi vinum pro oleo. 9

Vinum variis modis corrumpi, & corruptum pestem efficere posse si potetur, ac ad febres malignas disponere, & alia tradit Card. Gastald. *tract. de avert. & proflig. pest. Polit. legal. cap. 253. an. 16. & seqq. cap. 250. n. 28. & alibi, ut in Repertor. verb. Vinum.* 10

Vinum venit appellatione grasciæ, & annonæ, & victualium Censal. *dec. 27. n. 15. & 16.* an veniat sub legato mobilium De Luc. *de Legat. disc. 11. n. 3. & 4.*

Vinum ad minutum quando Clerici vendere valeant Card. De Luc. *Miscell. disc. 6. per tot. de Regal. disc. 52.* & vide eumd. *in Indic. general. verb. Clerici negotiatores.* 11

Vino vendito existente in aliquo loco pro certo pretio convento, mensura venditionem non suspendit, periculumque ante mensurationem transit in Emptorem. Secus si sint venditæ centum amphoræ vini, nàm tunc mensura respicit substantiam actus, & propterea ante ipsam dicitur imperfecta venditio Rocc. Episc. *cap. 134. n. 8. & 9. lib. 2.* 12

Vini centum amphoras ex certo fundo siquis sit stipulatus, si natum sine culpa promissoris consumptum fuerit, expectare debet, ut iterum nascatur, darique possit *l. inter stipulantem 83. §. Sacram vers. si stipulatus fuero*, ubi Bald. *n. 6.* Jason. *nu. 27. ff. de verb. signif.* Rocc. Episc. *cap. 76. n. 9.* 13

Vino legato, quando veniant dolia, & his legatis vinum Balduc. *tit. 3. de Leg. disc. 58. n. 33.* 14

Legaris ex illo dolio amphoris decem vini, si non decem, sed pauciores inveniantur, tunc tantum accipitur, quantum invenitur *l. si quis servum 8. §. si quis ita ff. de leg. 2.* Rocc. Episc. *cap. 76. nu. 10. libr. pr.*

Vinum bibere an propter scandalum sit peccatum Fagnan. *in cap. a crapula n. 18. de Vita & honestate Cleric.* 15

In vino veritas Fagnan. *in cap. audivimus n. 26. & 45. de Reliq. & vener. Sanct.* 16

Vineæ Urbis cum maximo dispendio coluntur, 17

po-

Digitized by Google

potiusque expensas, quam fructus afferunt Episcop. Rocc. *cap.* 170. *n.* 20. *lib.* 2. Emeric jun. *dec.* 78. *n.* 4. Card. De Luc. *de servit. disc.* 75. *sub n.* 5.

18 Vineæ in dies deteriorantur, & sunt potius in damno, quàm in lucro Caprat. *decis.* 98. *num.* 11. *part.* 12.

19 In æstimatione Vineæ debet haberi ratio de valore domus ruralis, vasche, tinelli, & Griptæ Caprat. *dec.* 565. *nu.* 8. *part.* 2. Emeric jun. *dec.* 282. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 83. *nu.* 3. Vineæ, & arboreta quomodo æstimanda sint DeLuc. *de Judic. disc.* 33. *n.* 33.

20 Vinea non solum consistit in vitibus, sed etiam in fundo Surd. *cons.* 452. *n.* 75. Niger. *de subhast. cap.* 25. §. 8. *nu.* 24. Caprar. *dec.* 626. *nu.* 8. *part.* 2.

21 Vinea empta in bono statu, si illius pars fuit effecta sodiva, excassatio subinde facta non importat melioramentum, sed reductionem ad statum antiquum Capar. *dec.* 627. *n.* 8. *part.* 2.

22 Locatio, & conductio vineæ incipere solet post collectas uvas a prima die Novembris De Luc. *de Regal. disc.* 119. *a num.* 31. Et si illa locaretur in mensa Aprilis pro uno anno cum dimidio quomodo anni essent computandi, *ibid.*

23 Vinea quando assignari possit Legatatio pro certa quantitate vini Card. De Luc. *de Legat. disc.* 21. *n.* 4. *cum seqq.*

24 Vinum est omnis liquor ex vite procedens, secus si aliundè, nisi consuetudo aliter se habeat Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 152. Brunnemann. *in l. si quis vinumff. de tritic. vin. vel ole. legat.*

§. VIS, & VIOLENTIA. XVII.

1 VIs, sive violentia est impetus majoris rei, qui repelli non potest, *leg. vis, ff. quod. met. caus.* & multipliciter dividitur, alia enim dicitur gravis, alia levis, alia respectiva, alia intrinseca, alia extrinseca, alia expulsiva, alia turbativa, alia inquietativa, alia ablativa, alia compulsiva, alia usurpativa. Item quando aliquis recusat restituere quod alieno nomine tenet, vel per vim, & propria auctoritate exigit rem, vel pecuniam sibi debitam, vel quando causarum patroni propria auctoritate usurpant rem sibi ob patrocinium promissam, prout singillatim probat, & declarat cum aliis ab eo citatis, Pac. Jordan *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *nu.* 58. *& seqq. fol.* 193. Boss. *tract. var. tit. de plur. violent.* Card. Tusch. *litt. V. concl.* 214. Onnot. *in §. Quadrupli n.* 33. *Institut. de act. in §.* 1. *de vi bon. rap. num.* 2. *in §. Retinendæ de interdict. num.* 4. *& seqq. in §. Recuperandæ n.* 3. *&c. d. tit. de interdict.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *conclus.* 1409. *n.* 1. *& seqq.* Cigala *de act.* §. 15. *num.* 4. Cumia *super rit. cap.* 40. *num.* 2. *&c. ad* 50. Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *de recuper. poss. in Prælud. n.* 38. *&c.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 16. *& seqq.* Bajard. ad Clar. *qu.* 83. *n.* 14. *& seqq.* Paul. Christin. *Belgic* 114. *vol.* 2. Ant. Picard. *tract. de institut. p.* 3. *tit. de pæn. omn. delict. nu.* 124. *fol.* 106. Ægid. da Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Violentia, & Vis* ubi plura remissivè, vide Nicoll. *instit. tit. de vi bonor. raptor. n.* 1. Brunnemann. *in d. l. vis* 2. *ff. quod met. caus.* & alibi.

Quòd vis dicatur propria auctoritate sibi jus dicere, & sibi debita eadem auctoritate exigere, exceptis quibusdam casibus, nempè contra furem diurnum, vel nocturnum, vel alios malefactores, & generaliter quando causa est publica, vel contra debitorem cum rebus fugientem, vel contra milites militiam deserentes, vel si adsit pactum capiendi propria auctoritate, vel si perpetua obedientia debeatur, si gillatim probat Onnot. *in §. actio, glos. verb. in judicio num.* 14. *& seqq. Instit. de act. fol. mihi* 334.

2 Vis, sive violentia magis generaliter dividitur, ut alia sit publica, alia privata, *tot. tit. ff. ad l. Jul. de vi publ. & ff. ad l. Jul. de vi privat.* Quotuplex sit vis Fagnan. *in cap. sacris n.* 8. 17. *&* 19. *de his quæ vi met. caus.*

Lex Julia, de vi publica continet 21. capita sub quibus includuntur omnes violentiæ per eam prohibitæ, ut in *ff. & Cod. ad l. Jul. de vi publ.* explicat Menoch. *de arbitr. d. cas.* 394. *n.* 18. *& seqq.* & summarim colligit Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *nu.* 79. *& seqq. fol.* 194. Ricc. *Collect.* 2099.

Lex Julia de vi privata sua continet capita, de quibus in *ff. & C. ad l. Jul. de vi privat.* Menoch. *d. cas.* 394. *n.* 99. *&c. loc. cit. n.* 106. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 2099. ubi quando dicatur vis publica vel privata, & quomodo puniatur, Thes. *dec.* 35. Martha *vot. Pis.* 105.

Quando vim vi repellere liceat, vel non Tusch. *litt. V. concl.* 213. *per tot.* Vide Fagnan. *in cap. interfecisti n.* 19. *de Homicid.*

Vis, sive violentia reputatur etiam rogatio Principis, sive alterius potentis, juxta illud: *Est rigore Ducum species violenta jubendi, & quasi nudato supplicat ense potens:* cùm preces superioris habeoris auctoritatem præcipiendi vim habeant mandati, & in effectu non differant ab eo, & idem est in precibus aliorum adeò importunis, ut liberam voluntatem facientis excludant, nisi rogatus possit alia ratione, & minori incommodo importunitatem repellere, vel nisi subsequatur consentiens liber, vel nisi agatur de puella precibus importunis ad stuprum allecta, nam ita demum dicitur coacta, si à Principe, Domino, vel alio à quo non vulgaria beneficia speraret, preces processerint, secus si ab aliis, quia nulla mulier etiam corrupta veneri consentire solet nisi sit rogata, & tamen ex eo non potest dici illi facta violentia, ut benè probant Ricc. *Collect.* 3927. Mastrill. *dec.* 427. Novar. *tract. de gravam. Vassal. gravam.* 16. *tit.* 1. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *n.* 113. *& seqq.* ubi tamen *n.* 118. *in fine* quòd ex legibus Solonis acrius puniebatur qui verbis mulierem compulisset, quam si cum vi effectiva: quia suasio ad malum pejor est quam compulsio, & violentia, nam suasio vitiat animum, & generat pravam dispositionem ad malum, vis autem corpus, & potest esse sine animi corruptione, unde Sancta Lucia Tyranno violentiam illusionem minanti, per Spiritum Sanctum, quo erat repleta respondit, *Si invitam jusserit violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam,* vide in *§. Stuprum n.* *& §. Metus num.* Thom. Trivis. *decis.* 26. *lib.* 2. Dian *part.* 6. *tract.* 7. *resol.* 47. ubi refert dictum exemplum, & quod non licet se ipsum occidere, etiam ad tuendam propriam pudicitiam, quia pudicitia est virtus animi habens comitem fortitudinem, & ideò cùm virtus sit animi, consistit in animi consensu, unde si non consentitur, non amittitur; & debet potius quis ex fortitudine, omnia mala pati, quam se ipsum interimere ad vitanda mala, licèt possit quandoque ex ignorantia invincibili excusari, ut dixi in *§. Homicidium n.* 18. Quoad primam conclusionem vide De Luc. *de Camb. disc.* 14. *n.* 9. *de Legit. disc.* 23. *n.* 4.

3 Violentia, & raptus ex causa libidinis quomodo committatur, & puniatur de jure communi, Bonifac *de furt.* §. 6. *n.* 72. *& seqq. ad* 86. Boss. *tit de rapt. mul.* Decian. *tract. crim lib.* 8. *n.* 15. *tom.* 2. Cabal. *resol. crim. cas.* 95. *per tot.* Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas.* 13. *per tot.* vide in §. *Raptus n.* *& §. Stuprum n.* 5. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 49. ubi quòd fit etiam blandis verbis, & fraude.

Quòd violentia dicatur etiam committi blandis verbis, suasionibus, & donis, licèt tunc mitius puniatur, Boss. *loc. cit. num.* 15. Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 214. *num.* 8. *&c.* vide in §. *Stuprum num.* 5. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. controv.* 57. ubi quòd hæc vis impropria non sufficit ad imponendam pœnam mortis naturalis pro stupro violento debitam, idem tenet Ant. de Ballis *loc. cit. n.* 19. vide Basilic. *decis. crimin.* 15. *n.* 23.

Sicut etiam si violentia fuerit facta meretrici mitius punitur arbitrio Judicis, Cabal. *resol. crimin. cas.* 179. *per tot.* Gratian. *discept forens. cap.* 653. *n.* 51. Menoch. *de arbitr. cas.* 289. *n.* 15. *cas.* 292. *n.* 2. *cas.* 535. *num.* 39. Clar. *cum Addit. in §. Fornicatio in principio. & §. Raptus versic. quæro numquid,* dixi in Pract. §. *Violentia, n.* 5.

Quòd violentia non præsumatur, quando mulier

remansit gravida, & alia, Boer. *decis.* 241. *n.* 7. Bajard. ad Clar. §. *Stuprum n.* 11. *&c.*

De osculo luxurioso per vim illato, qualiter puniatur pœna arbitraria gravi juxta qualitatem facti, & personarum, Afflict. *decis.* 276. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *tit. de stupr. violent.* Ricc. *Collect.* 2185. Franc. *decis.* 333. *num.* 5. Joseph Mele ad Gizzarel. *dec.* 52. *num.* 6. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 287. vide in §. *Osculum*.

Qualiter etiam ascendens cum scalis ad fenestram, vel domum mulieris honestæ ex causa libidinis, possit puniri pœna arbitraria, etiam usque ad mortem juxta qualitatem facti, & personarum, licèt non fuerit sequutus effectus, Gramat. *decis.* 36. Clar. *quæst.* 28. Franch. *decis.* 333. Peguer. *quæst.* 26. Farinac. *quæst.* 18. *&* 20. Cabal. *resol. crim. cas.* 97. *per tot.* Speiel. *decis.* 137. *n.* 36. *&c. per tot.*

Quod violentia de jure aggravet quodlibet delictum præcipuè carnis, Joseph Mele ad Gizzarel. *decis.* 52. *n.* 25. *& n.* 50. *&c.*

An autem fœmina violenter à viro cognita, sive per vim compressa peccet, vel non mortaliter, teneatur clamare si adsit periculum mortis, vel infamiæ, & alia, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 31. *& in Addit. d. part.* 3. *resol.* 27.

Et an possit pro defensione pudicitiæ invasorem occidere etiam cum adjutorio alterius, vide in §. *Stuprum n.* 5. §. *Sodomia n.* 11. *&* §. *Raptus n.* 9.

Violentia, ex causa libidinis, tàm cum fœmina,
5 quàm cum masculo adhibita cum armis, vel sine armis quomodo puniatur vigore legis municipalis Statut Florentini, dixi in Pract. §. *Violenza n.* 3. *&c.* de cujus legis intelligentia, & interpretatione plura Cabal. *resol. crim. cas.* 95. *& cas.* 211. Card. Tusch. *litt. V, conclus.* 214. *n.* 2. *&* 14. *&c.* Jas. *in* §. *ex Maleficiis n.* 70. *Instit. de act.* ubi etiam Aret. Oinot. & alii, Bajard. ad Clar. *quæst.* 83. *n.* 19. & notavi in Pract. *d.* §. *Violenza num.* 7. *& seqq.* ad quem locum ne particularia inutiliter repetam, lectorem delego, & ad Ant. de Ballia *in terminis similis Pragmaticæ Regni Siciliæ tract. var. lib.* 3. *cas.* 13. *per tot*

Violentia probata per testes, res amissæ probantur
6 juramento, *l. si quando C. unde vi*, Ricc. *Collect.* 405. ubi ampliat & limitat, vid in §. *Dominium n.* 12.

Qualiter probetur violentia, Mascard. *de probat. lib.* 3 *concl.* 1409. Boss. *tit. de plur. violent.* vide Nicoli. *Instit. Imper. tit. de Interdict. n.* 70.

An requirantur arma, ut dicatur facta violentia; quod sufficiat illa habere ad latus, licèt non fuerint stricta, nec evaginata, cùm armatus sit paratus facere vim si resistentem inveniat, Decian. *tract. crimin. lib* 8. *cap.* 3. *n.* 12. *&c.* 6. 21. *n.* 1. cum aliis per Anton. de Ballia *tract. var. lib.* 3. *cas.* 10. vide in §. *Insultus n* 3.

Qualiter autem violentia cum armis puniatur pœna
7 capitali, & quando, etiam alio delicto non consumato, per *tex. in l. hi qui ædes* 11. *ff. ad l. Jul. de vi publ. Authent. ut nulli judicum* §. *fin. collat.* 9. Guid. Pap. *decis.* 412. Boer. *decis.* 173. Menoch. *de arbitr. cas.* 190. Farinac. *quæst.* 167. *num.* 23. cum aliis per Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 34. *nu.* 14. *& seqq.* & extat lex Municipalis Florentiæ de anno 1637. vulgariter nuncupata, *Il Compendio*, *&c.* de qua dixi in §. *Violenza n.* 1. *& seqq.*

Et quoniam multa facinora sub uno violentiæ nomine continentur, cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera, cædesque crebro detegantur admissæ, ut inquit *text. in l. quoniam multa facinora* 6. *C. ad l. Jul. de vi publ. & priv.* auctor ipsæ violentiæ tanquam dans operam rei illicitæ, ex qua hujusmodi delicta sequi solent, tenetur de homicidio inde sequuto ad pœnam capitalem, & sic ordinariam delicti, sive occisus fuerit, ex parte sua, sive ex parte vim passi, cum alterutri parti causam malorum præbuerit, quicquid secus sit in sociis, & auxiliatoribus, nisi omnes fuerint æquè principales, & auctores violentiæ ex præmeditatione, quia tunc tenerentur omnes eadem pœna, ut colligitur ex *d. l. quoniam multa ubi gloss. & DD.* Bart. *in l. divus, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* ubi benè declarat quid juris, quando quis delinquit plus, quàm cogitaverat, latè Farinac. *quæst.* 126. *part.* 2. *per tot. à n.* 60. *& seqq. ad* 92. ubi qualiter dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo quod præter ejus intentionem contingit in terminis *d. l. quoniam multa*, de qua etiam Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. contr.* 34. *n.* 7. *& seqq. per tot. ubi nu.* 23. *&* 24. asserit veram resolutionem esse, excusari solum ab homicidio, & illius pœnæ ordinaria dantem operam rei illicitæ, si omnem adhibuerit diligentiam, ne homicidium sequeretur, & actus illicitus sit ex illis, qui non tendunt directè ad id, de quo homicidium sequi solet, alias autem secus, ut in casu in suo, in quo fuerunt omnes condemnati ad pœnam mortis naturalis propter violentiam armata manu factam, ex qua sequutum fuerat homicidium in personam unius ex aggressoribus, cùm violentia sit actus illicitus, ex quo hujusmodi delicta sequi solent, & prævideri possunt.

In aliis verò casibus, licèt delinquens dando operam rei illicitæ, nulla videatur excusatione dignus, hoc procedit respectu illius criminis, quod scienter committit, non autem alterius sibi occulti, & multò minus respectu pœnæ inde provenientis, quia si id agnovisset, fortè tale quid non commisisset, & nunquam punitur id, quod sequitur ex opere illicito, si præter intentionem agentis contingat, Farinac. *de delict. carn. quæst.* 149. *n.* 187. quem sequitur Rot. *part.* 16. *divers. decis.* 267. *num.* 21. *&* 22. ubi in materia incestus ignoranter commissi, facit quod dixi in §. *Culpa num.* 5. sola enim culpa, quæ contrahitur dando operam rei illicitæ non sufficit, nisi cadat in delictum, Farinac. *quæst.* 126. *nn.* 64. & sit ordinata ad casum subsequutum, proxima, & immediata, ut ibidem *nn.* 78. *&* 79. Ita ut dans operam rei illicitæ, si exindè sequatur homicidium, vel aliud delictum grave, non teneatur pœna ordinaria delicti inde sequuti; nam considerari debent tanquam duo delicta, alterum dolo, alterum culpa commissum; dolo dicitur commissum delictum in illa re illicita, quæ principaliter, & intentionaliter agebatur, & istud debet utique puniri pœna illius ordinaria; culpa verò dicitur commissum aliud delictum, puta homicidium inopinatum inde sequutum, & illud non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria mitiori, benè Vasquez *contr. Illustr. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 29. Honded. *cons.* 104. *per tot. vol.* 1. & dixi *in* §. *Homicidium n.* 6. ubi plures alios allegavi. Nisi tamen ut supra actus illicitus sit talis, ex quo, ut plurimum sequi soleant alia delicta, quæ potuerint prævideri, vel nisi dans operam rei illicitæ potuerit impedire alia delicta, & non impedivit, sed potius permisit dum esset auctor in turba, maximè si plura sequantur, quia non corrigendo prima, sed potius plaudendo, videtur alia mandare, consentire, & omnia approbare, vel nisi sequantur ex intervallo, & deliberatè, nam his casibus non esset excusandus à pœna ordinaria, ut dicebam in causa gravi Florentiæ agitata de mense Novembris 1681.

Inter crimina violentiarum connumerari rectè pos- 8
sunt seditiones, & tumultus qui fiunt in civitatibus, & populis quandoque ad inducendas novitates in præjudicium quietis, & pacifici status, suntque delicta gravissima, ex quibus sequuntur homicidia, & alia mala, & ideò sequuto homicidio, vel alio delicto gravi auctores puniantur pœna furcarum, sequaces verò pœna extraordinaria mitiori; oriuntur autem hujusmodi seditiones, & tumultus ut plurimum ex inordinata Superiorum avaritia, & proprii commodi, vel utilitatis affectata procuratione, vel ex partialitate ergà subditos, vel ex impunitate delictorum, vel ex causa annonæ, & hujusmodi. Si verò non sequantur homicidia, vel alia delicta gravia puniuntur arbitrio judicis, severius tamen semper auctor quam alii, nisi omnes consultò, ac data opera præmeditatè agant, quia tunc essent æqualiter puniendi, quod non præsumitur, habitis tamen aliis considerationibus, ac facta distinctione personarum, & factorum, de qua materia *text. cum notatis per glos. & DD. in l.* 1. *C. de seditios.* Boer. *tract. de seditios.* Gargiarens *eod. tract.* Farinac. *quæst.* 113. *num.* 178. *& seqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 7 *c.* 19. Azevedo *recopil lib.* 8. *tit.* 15. *l.* 1. *per tot.* Abavo *pract. crim. tit. de crim. læs. Majest. n.* 149. *&c.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 2. *per tot.*

Digitized by Google

tot. & alii novissimè citati per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 9. per tot.* ubi benè materiam seditionis, & tumultus declarat, & faciunt per me scripta in *§. Militia in fine in negotio Italica sermone ibi impresso.*

9 Et de violentia per impositionem taleatum, & receptus per concussiones, & extorsiones, qualiter puniatur, & alia ad rem, latè idem Raynald. *d. tract. c. 12. per tot.* Et quomodo in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, dixi in Praxi *§. Violenza num. 1. & seqq.*

De violentia quotuplex sit, & alia notat Bertachin. *in Repert. verb. Violentia*, Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 14. in princ. tom. 3.* Brunneman.

10 An autem, quando, & quomodo vim vi repellere liceat, etiam præveniendo, & vim inferendo, repellendo, quid in foro conscientiæ, an ex intervallo, an occidendo offendentem secretè in honore, Gomez *var. res. lib. 3. cap. 3. & 4. per tot.* Ricc. *Collect. 792.* Salgad. *de Protect. p. 1. c. 2. Prælud. 3. & cap. 2. nu. 29. & p. 4. c. 6. n. 15. & seqq.* Navar. *in manual. confes. cap. 15. nu. 2. & seqq.* Gutierez. *lib. 2. Pract. q. 1. n. 19. & seqq.* Guzm. *verit. jurid. verit. 30.* & alii relati per Castejon. *Alphab. jurid. verb. Violentia*, ubi plura alia de violentia indicat, & dixi ego in *§. Aggressio nu. 4. & seqq. §. Homicidium n. 4.* Brunneman. *in Codic. lib. 8. tit. 4. leg. 1. n. 3. tom. 2. pag. 760.* Fagnan. *in cap. interfecisti n. 19. de Homicid.*

11 De violentia, & modo cognoscendi per viam violentiæ per Principes, & judices sæculares in causis Ecclesiasticis, vel Ecclesiasticorum per modum protectionis subditorum, quando dicatur facta violentia, vel oppressio ab Ecclesiasticis ad hunc effectum, & alia, Castil. *contr. tract. de Tertiis c. 41. n. 163. & seqq.* Oliva *de for. Eccles. p. 1. qu. 15. cum pluribus seqq.* & alii citati à Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. p. 5. ver. Violentia fol. 803.* & dixi ego latiùs plures alios allegando in *§. Judex n. 30. cum Addit. & §. Princeps n. 26. cum Addit.*

12 De pœna violentiæ publicæ, & privatæ Brunneman. in *prax. crimin. cap. 9. n. 51, & seqq.*

13 Violatores sacrarum imaginum si fuerint ab Ecclesiastico Judice puniti, poterunt iterum à sæculari puniri Basilic. *dec. crim. 21. n. 4.*

14 Violentia in clericum perpetratur etiam citra injectionem manuum, seu corporalem læsionem; quod pluribus exemplis ostenditur per Fagnan. *in cap. Nuper n. 8. de sentent. excomm. tom. 5.*

15 Violentum est cujus principium est extra nihil conferente vim passo. S. Thom. *in 1. 2. q. 6. art. 6. in corpore ad primum.* Fagnan. *in cap. Sacris de his quæ vi met. caus. n. 6. tom. 1.*

16 Violentum aliud est simpliciter, aliud mixtum. S. Thom. *in 4. sent. distin. 29. qu. 1. ;sect. 1.* Fagnan. *ibid. n. 23.*

Violentum mixtum est voluntarium simpliciter, involuntarium secundum quid, Fagnan. *loc. sup. cit. num. 24.*

17 Violentia corporum major est, quam rerum. Fagnan. *in cap. Cum pro causa n. 10. de sent. excom. tom. 5.*

18 Violentia in quo differat à metu. Egid. *cons. 9. n. 20.* Altimar. *de Nullit. rubr. 1. quæst. 14. nu. 4. fol. 316. tom. 3.* Et quando vis metum includat Brunnem. *in ff. lib. 4. tit. 2. leg. 1. n. 1.*

19 Violentia num ad corpus referatur. Rot. *dec. 643. n. 25. part. 1. rec.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 7. gloss. 2. part. 5. n. 78.* Altimar. *de Nullit. d. rub. 1. quæst. 14. n. 5.*

20 Violentia an sit consensui contraria. Bart. *in l. si per errorem in princip. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Altimar. *ibid. n. 10.*

Violentia num fieri videatur à Viro, qui uxorem verberat, ut contractum aliquem ad sui favorem faceret. Sanch. *lib. 4. de matrim. disp. 1. n. 16.* Altimar. *de Nullit. d. quæst. 14. n. 9.*

21 Vis spoliativa dicitur capto inferri per arestum nullum. Scannarol. *de visit. carcerat. lib. 3. cap. 1. n. 21.* Pamp. Nep. *dec. 39. n. 12. tom. 1.*

22 Vis quando est in tempore debet illud precisè probari. Rot. coram Buratt. *dec. 389. num. 4. & dec.* 586. *n. 6.* & coram Ottobon. *dec. 206. nu. 7.* Palm. Nep. *dec. 157. n. 5. tom. 2.*

23 Violentia non dicitur adhiberi ab eo, qui utitur remediis sibi à lege permissis. Palm. Nep. *dec. 430. n. 6. fol. 113. tom. 5.*

24 Violentia non præsumitur commissa à viris nobilibus, & in dignitate Ecclesiastica constitutis. Palm. Nep. *loc. prox. relat. n. 12.*

25 Violentia non solet committi, ubi adest præsentia Principis. Palm. Nep. *ibid. n. 11.*

26 Qualis vis consideretur in restitutione ex capite quod vi, metusque Brunneman. *in Cod. lib. 2. tit. 20. l. 10. n. 2. tom. 1. pag. 139.*

27 An violentus possessor de facto dejici queat. Rosenthal. *de feud. C. 10. concl. 41. nu. 55.* Brunnem. *in Cod. lib. 8. tit. 4. l. 1. n. 4. tom 2. pag. 760.*

28 Vim passus nihil deliquit, ergo nec ullam pœnam meretur, nec ullam infamiam incurrit. Brunnem. *in Cod. lib. 9. tit. 9. l. 20. n. 1. tom. 2. pag. 878.*

29 Creditores Mariti, qui de facto res uxoris occupant, vim committunt. Brunneman. *in Cod. lib. 9. tit. 12. l. 1. n. 3. tom. 2 pag. 883.*

30 Pœna vis privatæ, quæ fit sine armis Brunnem. *ibid. l. 2. n. 1*

Quid si ille, qui vim commisit, creditoribus aliquid debuerit. Brunnemann. *ibid. n. 2.* Jus hodiernum circa vim privatam Brunnemann. *ibid. n. 3.*

31 Quomodo author violentiæ de fundo possesso dejectionis, si quis ex una parte permittur, puniri possit. Brunneman. *in C. d. lib. 9. tit. 12. lib. 6. nu. 2.*

Quid si aliquis de possessione fundi vi dejectus fundum suum judicio recuperare nolit sed per vim fundum occupet. Brunneman. *ibid. l. 7. n. 2.*

32 Servus sine, vel cum jussu Domini sui vim publicam, vel privatam committens quomodo puniendus. Brunneman. *cit. l. 8. n. 1. pag. 885.*

33 Vis bonorum raptorum quid. Molin. *tit. 2. disp. 683. n. 2.* Brunneman. *in pandect. lib. 47. tit. 8. l. 1. num. 1. tom. 2.*

34 In vi compulsiva non habet locum regula, quod spoliatus ante omnia restituendus. Menoch. *rem. 1. recup. poss. q. 20. nu. 102.* Brunneman. *in pandect. lib. 4. tit. 1. l. 23. n 6. tom. 1.*

Factum à Judice per vim compulsivam, quod alias fieri non debeat non rescinditur. Brunneman. *in Pandect. ibid.*

35 Vi dejectus de possessione tres habet actiones. Brunneman. *in Pandect. lib 5. tit. 1. l. 37. n. 1. tom. 1.*

36 Vis armata quæ dicatur. Brunneman. *in Pandect. lib. 43. tit. 16. l. 1. n. 3. & seq. tom. 2.*

37 Vim facere videtur, qui non sinit possessorem re sua uti. Donell. *l. 15. cap. 32.* Brunneman. *d. lib. 43. tit. 16. l. 11. n. 1.*

Vi factum quid dicatur. Brunneman. *in Pandect. lib. 43. tit. 24. leg. 1. n. 4. tom. 2.*

38 Vis publica quotupliciter accipiatur Brunneman. *in Pandect. lib. 48. tit. 6. leg. 1. n. 1. et seqq. tom. 2.*

39 Violentiæ exceptio generalis an includat vim à familia illatam. Brunnem. *in Pand. lib. 19. tit. 2. l. 30. n. 4. tom. 1.*

40 Debitori vi extorquens debitum jus crediti amittit. Brunneman. *in Pandect. lib. 48. tit. 7. leg. 7. n. 1. tom. 2.*

Si extraneus me vi compulerit, ut debitorem, & fidejussorem liberem Brunneman. *d. lib. 48. tit. 4. l. 2. n. 1.*

41 Violentia odiosior dolo. Brunneman. *in Pandect. lib. 2. tit. 10. l. 1. n. 4. tom. 1.*

42 Vi eximens reum citatum, Actori interesse præstare debet. Brunnem. *in Pandect. lib. 2. tit. 7. leg. 5. n. 2. & 6. tom. 1.*

Ex manibus Judicis vi eximens, actori & Judici maxime tenetur Brunneman. *loc. prox. cit. n. 5.*

Quid si servi plures vim intulerint, & Domino rem restituant. Brunnemsn. *lib. 2. tit. 7. l. 1. nu. 2. tom. 1.*

43 Vis præcisa impedit consumationem matrimonii, tam spiritualis, quàm carnalis. Fagnan. *in cap. ex publico n. 72. de convers. conjug. lib. 3. Decret. pag. 419.*

§. UNIO. XVIII.

UNio est beneficiorum, sive Ecclesiarum ab Epi-
1 scopo, vel alio Superiore facta annexio ad tem-
pus, vel in perpetuum, & sic omnia beneficia, Epi-
scopatus, uniri possunt ex justa causa, & ratione,
Rebuff. *in Prax. benef. part* 3. *tit. de Union. num.* 1.
&c. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *nu.* 4.
fol. 436. Tusch. *litt. V. conclus.* 229. *per tot. cum plu-
ribus seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 37. ubi de unio-
ne duorum Capitulorum Civitatis Aretinæ, quorum
ideò negotia simul, & conjunctim tractari debent aum
virtute unionis remissivè Castejon. *in Alphab. jurid.
verb. Unio.* Vide Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 5. *n.* 40.
Unio est duplex, scilicet perpetua, & temporalis;
2 perpetua quando fit, et perpetuò duret; temporalis
verò quando fit ad tempus, puta ad vitam ejus, cui
conceditur, & sic contemplatione personæ, in dubio
tamen præsumitur potius facta contemplatione Ec-
clesiæ, Rebuff. *loc. cit. n.* 7. *&c.*
Quòd unio in dubio præsumatur perpetua, Cavaler.
decis. 385. *n.* 3.
Quòd unio ad tempus non possit fieri ab Episcopo,
sed tantùm à Papa, Pac. Jordan. *loc. sup. cit. nu.* 49.
fol. 440. facit Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 9. *per tot.*
3 Unio fit tribus modis, primò, ut ex duobus bene-
ficiis unum fiat, & tunc privilegia unius competunt,
& alteri; secundò, una Ecclesia alteri subjiciatur, &
tunc illa Ecclesia, cui fit unio erit principalis, & su-
perior, unita verò inferior, & accessoria, habebit ta-
men privilegia Ecclesiæ, cui unitur, & in impetra-
tione erit exprimendum beneficium principale, non
accessorium, quod tanquam unitum non dicitur vaca-
re, sed venit accessoriè cum altero; tertio modo, ut
utraque Ecclesia remaneat in suo statu, & tunc dicitur
æquè principalis utraque Ecclesia, ac retinet sua pri-
vilegia, & statuta, sed unus tantùm erit Rector, vel
Episcopus utriusque. Cognoscitur autem unio princi-
paliter facta, vel accessoria ex hoc, nam quando mi-
nus dignum est digniori annexum, vel cum expressio-
ne ut una Ecclesia sit accessoria, dicitur accessoriè
unio facta, non tamen solet dignius uniri accessoriè
minus digno, nisi de voluntate Papæ, quando autem
non apparet de digniori, tunc dicitur utrumque bene-
ficium æquè principale, & potest Rector ubi commo-
dius erit habitare, Rebuff. *in Prax. benef. tit. de union.
n.* 11. *& seqq. ad* 22. Caveler. *decis.* 330. *per tot.* Pac.
Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 7. *& seqq.*
Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 214. *n.* 4. *&c.* Duran. *dec.*
331. *n.* 6. *& decis.* 355. *per tot.* Tusch. *litt. V. concl.*
230. ubi de aliis modis, quibus fit unio, Rot. *part.*
10. *recent. decis.* 37. *& decis.* 361. *per tot* ubi de pri-
ma specie, sive modo unionis, in terminis duorum
Capitulorum Civitatis Aretinæ simul unitorum.
Quòd unio in dubio semper præsumatur facta æquè
principaliter, Rebuff. *loc. cit. num.* 20. Cavaler. *decis.*
330. *n.* 2. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 353. *num.* 10. *p.*
13. *dec.* 532. ubi quòd subjectionis qualitas non con-
venit Ecclesiæ unitæ, cùm utraque dicatur unicum
corpus, & Bich. *dec.* 382. *nu.* 11. *& seqq.* ubi de unio-
ne jurispatronatus, an, & quando extinguat juspatro-
natus, vel non, de quo dixi in §. *Juspatron. num.* 22.
in fine. Duarum ecclesiarum cathedralium facta per
Papam confessa æquè principalitèr ordinate Aosald.
decis. 47. *n.* 20. *et* 21. Vide Emerix jun. *decis.* 1236.
n. 9. De Luc. *de Praem. disc.* 7. *a n.* 10. *disc.* 29. *n.* 11.
Unio Episcopatuum à Papa fieri potest, aliarumve
4 Ecclesiarum ab Episcopis, dummodò non sint exemp-
tæ, quia tunc pertinet ad Papam, qui potest unire
tam Episcopatus, quàm omnia alia beneficia majora,
& minora, potest etiam fieri à Legato de Latere, qui
est major Episcopo in Provincia sibi commissa, non
potest tamen unire Episcopatus, nec alia beneficia in
præjudicium Episcopi illa in totum eximendo ab ejus
jurisdictione, nec sine consensu patronorum laico-
rum: Archiepiscopus etiam in sua diœcesi potest uni-
re, non tamen beneficia spectantia ad collationem sui
suffraganei, sicut & sede Episcopali vacante, potest
Capitulum auctoritatem unioni præstare, & Vicarius
Episcopi, si sibi fuerit commissum ab Episcopo, ad
tradita per Rebuff. *prax. benef. tit. de union. n.* 22. *&
seqq. ad* 38. ubi etiam *n.* 34. qualiter una Ecclesia pos-
sit aliam tanquam unitam per quadraginta annos præ-
scribere, etiamsi non probetur unio, & illius causa,
nisi per famam, cùm ex diuturnitate temporis omnia
præsumantur solemniter acta, Pac. Jordan. *Lucubr.
volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 1. *& n.* 28. *et seqq. fol.* 438.
Cabal. *cons. decis.* 92. *per tot. lib.* 1. ubi de unione be-
neficiorum simplicium à quo fieri possit, & quæ sint
necessaria pro ejus validitate. Vide Pen. & Crescin.
decis. 30. *et decis.* 441.
Plura quando Episcopus, & alii possint unire bene-
ficia, vel non, & quibus servatis, Tusch. *litt. V. con-
clus.* 232. *et seqq. ad* 240. Merlin. *decis.* 837. ubi quòd
unio non potest fieri seminario nondum erecto, & ere-
ctum non dicitur nisi pueri sint introducti, Rot. *part.*
9. *recent. dec.* 433. *per tot. et part.* 13. *dec.* 165. *nu.* 6.
et seqq. et part. 14. *sess.* 317. ubi qualiter unio fieri pos-
sit ab Episcopo ex causa paupertatis vigore Concilii
Tridentini *cap.* 5. *de reformat. sess.* 21. *et cap.* 15. *de
reformat. sess.* 24. & non subjaceat regulis unionem
revocatoriis, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 101. ubi de
unione ad mentem Concilii *sess.* 23. *cap.* 18. *de refor-
mat.* per Episcopum facta seminario, quando subsi-
stat, vel non.
Unio potest fieri ex duabus causis, nempè propter 5
necessitatem, ut si duæ Ecclesiæ sint adeo pauperes,
ut ad victum duorum Sacerdotum non sufficiant, vel
si una sit per hostes destructa, & desolata, vel prop-
ter populi diminutionem, vel si Ecclesiæ sint vicinæ,
& populus sit ad paucos redactus; secundò propter
utilitatem evidentem, ut quando ob tenuitatem fru-
ctuum non inveniuntur idonei ad deserviendum illi
beneficio, vel Ecclesiæ, & stante causa tenetur Epi-
scopus unire, alias potest ad superiorem recurri, de-
bet tamen fieri cum cognitione causæ, & vocatis il-
lis, quorum interest, Rebuff. *dict. tit. de union num.*
38. *et seqq. ad* 48. Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 419.
Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 91. ubi quòd unio facta ex
causa necessaria, & pro augmento cultus divini non
comprehenditur sub regula Cancellariæ unionum re-
vocatoria, & plura quando dicatur ex causa prædicta,
et decis. 339. *per tot. dict. part.* 9. *vol.* 2. *et decis.* 337.
per tot. eod. vol. p. 10. *dec.* 274. *p.* 11. *decis.* 33. *et par.*
16. *dec.* 406. ubi quòd deficientibus requisitis, non
obstat provisio Apostolico.
Quæ sit sufficiens causa unionis, Caveler. *dec.* 449.
per tot. & alibi sæpè, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2.
lib. 10. *tit.* 32. *num.* 2. *& seqq. & num.* 60 *& seqq.*
fol. 440. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 281. *per tot.* ubi
plura pro nullitate unionis ex defectu causæ, & for-
mæ tradita per Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de re-
format.* & insuper in eadem causa *decis.* 337. *per tot. d.
part.* 9. *vol.* 2. *& part.* 13. *decis.* 207. *per tot.* Bich. *dec.*
275. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 110. ubi quòd facta
sine causa non sustinetur, & potest ab Episcopo abs-
que ullis solemnitatibus retractari, *& decis.* 226. ubi
retractatus unio facta seminario de beneficio parochia-
li contra formam Concilii Tridentini, adde Rot.
part. 16. *recent. decis.* 406. *per tot.* ubi plura ad rem,
et part. 18. *decis.* 817. *per tot.* ubi declarat dispo-
sitionem Concilii *sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. pro-
hibentis Parochiales Ecclesias uniri Monasteriis, Ab-
batiis, Dignitatibus, & beneficiis simplicibus, non
comprehendere uniones, quæ tendunt ad augmen-
tum cultus divini, ut erat illa, de qua ibi facta Col-
legio Societatis Jesu Cracoviæ in Regno Poloniæ.
Vide Castropal. *oper. moral. tract.* 13. *disp.* 6. *punct.*
22. *n.* 19. Caprer. *decis.* 468. *n.* 22. *part.* 2.
Quòd unio requirat causam, & alia, Card. Tusch.
litt. V. conclus. 231. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.*
222. *per tot.* ubi an in unione facienda ab Episcopo
requiratur consensus Capituli, & alia, Rot. *p.* 11.
dec. 331. *num.* 3. *& seqq. per tot. & p.* 13. *decis.* 165.
num. 6. *& seqq. per tot.* Bich. *dec.* 140. *per tot.* Rot.
part. 26. *recent. decis.* 406. Caprar. *loc. cit.*
An stetur assertioni ordinarii de insufficientia red-
dituum pro validitate unionis, & alia ad rem, idem
Bich. *dec.* 132. *per tot.* Rot. *p.* 16. *rec. dec.* 406. *per
tot.* De Luc. *de Benefic. disc.* 14. *n.* 52. *& disc.* 45. *n.*
6. Celf. *decis.* 190. *n.* 3. *et decis.* 289. *nu.* 54. Caprar.
ubi supra n. 23.

6 Unio facta ex certa causa, cessat, illa causa cessante prout etiam est dissolvenda si redundet in præjudicium Ecclesiæ, si fraudentur eleemosynæ, si tollatur hospitalitas, si immineat scandalum, si adsit necessitas, vel utilitas illam dissolvendi, si fuerit facta per simoniam etiam stante justa, & legitima causa; ista tamen causa revocationis erit allegaida, & probanda ab eis, quorum interest revocari, & revocatio potest fieri ab illis, qui uniae possunt, causa cognita, & citatis iis, quorum interest; advertendo quod quælibet Ecclesia sit per se sufficiens ad sustentandum Sacerdotem, vel alia onera ei imposita, & facta unionis revocatione quælibet Ecclesia reassumet statum suum antiquum, in quo erat ante unionem, tum quoad collationem, & præsentationem, tum quoad alia; hujusmodi tamen dissolutio non præjudicat Prælato, quia durante vita sua erit Prælatus, & Curatus utriusque Ecclesiæ, cùm non debeat ei tolli titulus, qui est perpetuus; res autem justè, & legitimè alienatæ durante unione, ea dissoluta revocari non possunt, ad latè tradita per Rebuff. prax. benef. tit. de Union. revoc. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 33. per tot. fol. 444. Tusch. litt. V. conclus. 243. & seqq. ad 247. Rot. part. 13. recent. decis. 165. num. 6. et seqq. per tot. et decis. 307. et part. 16. decis. 406. ubi plura ad rem. Capiat. decis. 82. nu. 6., ubi quod beneficia dissoluta unione sedeunt ad primævam naturam.

Qualiter unio facta ex falsa causa, falsitate causæ detecta sit ipso nulla, vel annullanda, Mascard. de probat. volum. 3. concl. 1412. per tot. Cabal. cons. 108. lib. 1. ubi de nullitate unionis ob non citationem patronorum, & qualiter beneficium unitum possit impetrari stante dicta nullitate, & alia, Rot. part. 18. recent. decis. 336. per tot. ubi tamen quòd constare debet de dicta facultate causæ, alias præsumitur pro unione, &c. vide Altimar. de nullit. rubr. 1. qu. 23. num. 30. tom. 3.

7 Unionis effectus est, ut Episcopus, vel Curatus unius loci, sit, & alterius uniti, habeat jurisdictionem contra habitantes etiam in loco unito, possit eodem modo visitare locum unitum; possunt uniti conveniri coram Magistratibus Civitatis, cui fuerunt uniti, cùm efficiantur de illa Civitate, item munera ubtinere, tenentur compatere in Synodo Episcopi, cujus Episcopatui sunt uniti, habent omnia privilegia, & onera, quæ habent alii, Rebuff. prax. benef. tit. de union. n. 49. et seqq. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 32. num. 109. et seqq. fol. 443. Ludovis. decis. 304. ubi quòd omnia jura Ecclesiæ unitæ censentur acquisita Ecclesiæ, vel Collegio, cui fuit facta unio, & beneficium unitum omnia sua jura perdit, intelligendo de unione suppressiva, vel extinctiva, Rot. par. 16. divers. decision. 93. ubi quòd facta unione extinctiva & per viam incorporationis, Rector Ecclesiæ principalis efficitur verus Rector etiam Ecclesiæ unitæ, & Vicarius ab eo deputatus eidem Ecclesiæ unitæ est nudus Minister ad ejus nutum amovibilis. Vide Ansald. decis. 3. nu. 15. et 19. Rube. de confus. Jur. cap. 5. a n. 39.

Quomodo autem Vicarius, cui regulariter congrua tantum portio debetur, possit ex conventione cum beneplacito Apostolico effici dominus, soluta certa portione conventa Rectori Ecclesiæ principalis, latè Rot. part. 18. recent. decis. 70. 81. 218. et 647. per tot. omnes in eadem causa.

Quòd exemptio à jurisdictione Ordinarii alicui Monasterio concessa, suffragetur etiam Ecclesiæ illi unitæ, licèt ante unionem fuisset subjecta, intelligendo de unione accessoriè facta, Rot. par. 11. recent. decis. 30. per tot. ubi de Patribus Jesuitis, qui sunt exempti ab omni Ordinarii jurisdictione, tàm quoad Ecclesias, & bona, quàm quoad personas ex Pontificum Constitutionibus.

8 Unio maximè extinctiva dicitur odiosa, & non præsumitur nisi probetur ex concessione Papæ, vel Episcopi, vel præscriptione cum titulo, & cursu 40. annorum, seu immemorabili, stante tamen legitima causa tenetur Episcopus unire, Gratian. discept. for. cap. 624. per tot. et cap. 992. ubi quando usus unius Ecclesiæ possit alteri concedi, Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 80. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 2. lib 10. tit. 32. per tot. fol. 436. Rot. p. 10. recent. dec. 9. per tot. ubi qualiter probetur per enunciativas ultra centum annos concurrentibus adminiculis, vel ex immemorabili, sive quadragenaria cum titulo, cujus loco sufficit fama, & communis reputatio. Alia plura ad probandam unionem, licèt de ea non appareat instrumentum, Rot. d. p. 10. rec. decis. 48. num. 5. et seqq. per tot. et decis. 152. per tot. et par. 11. decis. 59. n. 8. etc. p. 18. decis. 452. ubi quòd probari debet vel per instrumentum publicum, vel per immemorabilem, sive quadragenariam cum titulo, &c. p. 19. decis. 135. et 203. De probatione unionis agunt Ansald. dec. 47. et dec. 25. num. 32. De Luc. de Paroch. disc. 12. n. 11. Cerr. decis. 240. n. 8. Priol decis. 252. n. 3. Piton. de Jurepatr. alleg. 5. n. 24. tom. 1.

Quæ requirantur ut unio possit dici præscripta, & plura de immemorabili, Ludovis. cum Beltramin. decis. 51. per tot. et decis. 112. ubi quòd unioni repugnat status collativus beneficii, vacatio, & alia ad eam excludendam.

Quòd solemnitas unionis præsumatur ex cursu decennali, existente in quasi possessione ipsius unionis illo, qui eam allegat, licèt Prælatus neget ipsam unionem fuisse solemniter factam, Menoch. lib. 5. præsumpt. 132. num. 49. et 76. Rot. par. 18. recent. decis. 817. per tot. ubi tamen loquitur de unione observata per septuaginta annos, & ultra.

Qualiter unio præsumatur solemnis, vel non, Tusc. litt. V. concl. 240. Rot. par. 15. rec. decis. 7. per tot. ubi plura quando requiratur consensus Capituli, an sufficiat tacitus, vel debeat esse expressus, & an requiratur in ipso actu, vel sufficiat si subsequatur.

Unio duarum Ecclesiarum, vel Episcopatuum facta non subjectivè, sed æquè principaliter non mutat 9
statum illarum, sed unaquæq; remanet in sua jurisdictione, & retinet cuncta sua privilegia, ac si nulla fuisset facta unio, & idem est in unione Castrorum, Civitatum, Provinciarum, & similium, Gratian. discept. forens. cap. 892. per tot. cap. 893. n. 10. etc. n. 40. etc. vide in §. Ecclesia n. 12. et §. Episcopus nu. facit Rot. p. 11. rec. dec. 308. et part. 18. dec. 809. Rocc. Episc. cap. 85. a n. 19. Rube. de confus. Jur. cap. 5. n. 43. Crescin. ad Abeccles. obser. 2. n. 1. et 2., ubi tamen hoc limitatur part. pr.

An unio extinguat præeminentias, & jura rei unitæ, Gratian. cap. 845. nu. 12. &c. Cavaler. dec. 330. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 59. nu. 20. et seqq. & par. 18. decis. 809.

Quòd unio regulariter præsumatur facta æquè principaliter, Duran. dec. 355. per tot. & dec. 331. nu. 6. sup. n. 3. in fine.

Ex quibus cognoscatur an sit facta æquè principaliter, vel subiectivè, Rot. part. 2. divers. decis. 214. n. 4. &c. Cavaler. dec. 330. per tot. Rot. part. 25. rec. decis. 49 per tot. & decis. 62. per tot. vide supra num. 3. Rot. rec. part. 19. dec. 631. per tot. tom. 2. De Luc. de Præem disc. 7. & disc. 29. de Regal. disc. 19. n. 24. disc. 25. n. 5. Capras. decis. 365. n. 17. & 20. Crescin. ad Abeccles. loc. cit. n. 4.

Si Ecclesia Parochialis fuerit alicui beneficio, unita, an in illius vacatione requiratur concursus, vel non prout de Parochiali, & alia Rot. part. 9. recent. decis. 326. & 342. per tot. vol. 2. & part. 10. decis. 48. per tot. ubi etiam qualiter probetur unio, & an sit permissa appellatio, si non attenta unione, Episcopus procedat ad concursum, & collationem in præjudicium Ecclesiæ, cui facta suis unio, & affirmativè resolvitur, infra n. 10. in fine, Rot. eadem p. 10. dec. 104. per tot. Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 5. a nu. 25. tom. 1.

Unio quando dicatur legitimè probata, & quòd 10
stante legitima unione Ecclesia unita remaneat suppressa, & efficiatur prædium alterius Ecclesiæ, cui unitur, ita ut sit providenda de Rectore, & Vicario non per concursum, sed ad nominationem Prælati Ecclesiæ majoris cum approbatione Ordinarii, & prævio examine, licèt habeat curam actualem animarum, juxta Constit. B. Pii V. in ordine 47. §. 4. Rot. in Novis. par. 6. decision. 16. per tot. Merlin. decision. 15. per tot. & decis. 625. per tot. Ricc. Collect. 2649. Rot. part.

part. 9. recent. decis. 88. *per tot.* ubi plura de probatione unionis, & ea probata ad quem spectet providere de Rectore, & plenè juxta prædicta eadem Rot. *dict. part. 9. decis.* 330. *per tot. volum. 2. et par.* 10. *decision. 9. per tot. & part.* 11. *decision.* 305. *per tot. & part.* 18. *decis.* 452. ubi quòd unio uti repugnans, & diminutiva cultus divini, concludentissimis probationibus est justificanda. Vide Ansald. *dec.* 3.

Quòd jus præsentandi spectet ad Ecclesiam, cui alterius jura fuerunt annexa, sive mediante unione, sive dismembratione, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 102. *per tot. & decis.* 305. *decis.* 314. *num.* 1. *& part.* 15. *decis.* 49. *per tot.* ubi de unione per viam incorporationis, & accessoriè, quo casu solet Ecclesiæ suppressæ deputari Vicarius ad nutum amovibilis, & non perpetuus, *& d. part.* 15. *decis.* 62. *per tot. et part.* 18. *decis.* 809. *per tot.* ubi quòd juspatronatus, quod ante suppressionem, vel unionem competebat Ecclesiæ suppressæ, vel unitæ transfertur ad Ecclesiam, cui facta est unio cum iisdem prærogativis, & privilegiis Ecclesiæ suppressæ, vel translatæ.

Quòd unio sit probanda ab allegante, & possit probari per instrumentum, vel per literas unionis, per immemorabilem præscriptionem si non constet de titulo, vel per quadragenariam cum titulo, per verba enunciativa plurium instrumentorum centum annorum à personis non suspectis celebratorum, per confessionem partis concurrentibus adminiculis, vel per testes, Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib.* 10. *tit.* 32. *nu.* 20. *et seqq. fol.* 437. Mascard. *de probat. volum. 3. conclus.* 1412. *per tot.* latè Tusc. *litt. V. conclus.* 241. ubi ex quibus probetur licet de ea non constet, Merlin. *decis.* 95. *per tot. et decision.* 625. *per tot.* Rot. *part. 9. recent. decis.* 88. *per tot. et part.* 10. *decis.* 9. *per tot. et decis.* 152. *per tot. decis.* 352. *per tot. et part.* 11. *dec.* 224. *per tot.* Vide *supra n.* 8. & adde Caprat. *decis.* 79. *n.* 3. *et* 4. *decis.* 565. *n.* 3. *et* 4. *et decis.* 724. *n. n.* 1.

Quod quando fuerunt unita duo beneficia diversæ diœcesis accessoriè, & non æquè principaliter, vacante beneficio, cui alterum fuit accessoriè unitum, collatio spectet ad Episcopũ beneficii principalis, nec requiratur consensus alterius diœcesani beneficii uniti, Rot. *par. 3. diverf. decis.* 40. ubi quòd licet unio intelligatur sine præjudicio diœcesani, tamen eo ipso quod beneficium unitum est, satis dicitur illatum præjudicium quoad collationem ipsius, & idem firmat eadem Rot. *dict. par. 3. lib. 2. dec.* 15.

Qualiter Ecclesia unita mutet naturam, & sequatur naturam Ecclesiæ, cui fuit unita, itaut non dicatur vacare, nisi vacet Ecclesia principalis, & alia, Tusc. *litt. V. conclus.* 241. *per tot.* Merlin. *decision.* 37. Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 7. §. 7. nu.* 2. *etc.* Garz. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 12. *et seqq.* idem Merlin. *decis.* 206. ubi quòd ideò si Ecclesia Parochialis sit unita Collegiatæ, non requiritur concursus, sed sufficit nominatio, sive electio Capituli cum approbatione Ordinarii, *et decis.* 187. & ad materiam Rot. *part. 9 recent. decis.* 433. *per tot. et part.* 10. *decis. 9. per tot. et decis.* 48. *per tot. supra nu. 9. in fin.* Rot. *d. part.* 10. *decis.* 104. *et part.* 18. *decis.* 773. *per tot.* ubi qualiter unio supprimat beneficium, ut amplius beneficium dici non possit, nec impetrari, sed evadat prædium alterius, cui fuit unitum.

11 Unio facta non vocatis illis, quorum interest non valet tam de jure, quàm ex forma Concilii Tridentini *sess. 7. cap.* 6. Potest tamen fieri non citato Rectore Ecclesiæ, quia ei non fit præjudicium, cùm sortiatur effectum tantùm post illius mortem, vel quia per unionem non alteratur status Ecclesiæ unitæ, sed debet in ea mos solitus servari, Rot. *par. 2. diverf. dec.* 133. *num.* 4. 14. *et per tot.* ubi plura de unione, & quòd facta sine causa, & sine consensu Capituli, vel saltem Episcopi, qui eam facere non potest, non valet, si Capitulum hoc alleget, & alia plura ad materiam unionis facientia, latè *in Practicab. dict. Rot. post part. 2. diverf. tit. de Union. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubrat. vol. 2. libr.* 10. *tit.* 32. *num.* 82. *et seqq. per tot. fol.* 442. Ricc. *Collect.* 720. 1819. 2216. 2477 Cabal. *consil.* 108. *lib.* 1. ubi de nullitate ob non citationem patronorum, qualiter stante dicta nullitate possit beneficium unitum impetrari, an revocatio unionis noceat Rectori viventi, & alia, Rot. *part.* 18. *diverf. decis.* 817. *num.* 14. ubi quòd valet unio sine citatione Rectoris Ecclesiæ unitæ, quia ejus vita durante nullum illi fit præjudicium. Vide Ansald. *dec.* 3. *nu.* 23. Bich. *decis.* 382. *n.* 13. De Luc. *de Jurepat. disc.* 66. *n.* 9. *et* 10. Pyrr. Corrad. *in Prax. benef. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 83. Crescin. ad Pen. *decis.* 293. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 47. *n.* 14. *tom.* 1

Quid operetur unio beneficii facta sine præjudicio habentis illud, Merlin. *dec.* 154.

Quòd unio non subsistat in præjudicium tertii, sed sit invalida ex defectu intentionis, quando non constat de certa scientia, & voluntate Papæ, maximè si jus tertii proveniat ex jure speciali, & privilegio, Merl. *dec.* 370. *per tot.* vide *supra n. 7. in fine.*

Confirmata à Papa nullam aliam solemnitatem requirit, & in uno effectuata sufficit quoad alia, Merlin. *decis.* 524. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 817. *n.* 12. *& seqq.* ubi etiam quòd confirmatio Papæ, & aliæ solemnitates præsumuntur stante longissimi temporis observantia.

Unio facta de beneficiis vacaturis per cessum, vel decessum cessat, sive locum non habet quando beneficia resignantur in manibus Papæ ad favorem certæ personæ, etiam non facta mentione dictæ unionis, quando Papa voluit illam suspendere, Rot. *in Ravenn at. beneficii 9. Junii 1636. coram Merlino inter impressas ejusdem decis.* 713. 12

Unio resolvitur, & expirat, si Ecclesia, cui fuerat facta unio supprimatur per sæcularizationem, & tunc Ecclesia unita antiquam suam recuperat libertatem, non secus ac extincto uno ex conjugibus solvitur matrimonium carnale, & superstes liber evadit, non quia positivum aliquid in ejus persona accidit, sed per privationem termini relativi ex matrimonio resultantis, ut benè explicat Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 126. *num.* 3. *& per tot.* 13

Unio beneficiorum, Abbatiarum, & Monasteriorum, & ex quibus causis fieri possit ab Abbatibus, quibus servatis, de dismembratione, & alia de hac materia Ascan. Tamburin. *tract. de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 13. *per tot.* Plura infra *in novissimis additionib.* Crescin. 14

Unio fieri non potest Seminario, vel alteri Collegio erigendo in futurum, sed debet esse actu jam erectum intelligendo de unione facta ab Inferiori, non autem à Papa, qui potest unire etiam Collegio nondum erecto, Beltramin. ad Ludov f. *dec.* 258 *nu.* 20. ubi alios allegat. Rot. coram Merlin. *decis.* 837. *sub n.* 1. & coram Caprar. *decis.* 577. *n.* 14. *part.* 2. 15

Unio qualiter reddatur subreptitia, & nulla ob non factam mentionem curæ animarum in Ecclesia unita, vel Prioratus, sive alterius dignitatis, vel jurisdictionis, quid si cura animarum esset habitu tantùm, & alia ad rem, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 201. *n.* 61. *& seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 450. *per tot.* 16

Et quando non dicatur facta vera unio beneficii, si fuerit processum per solam dismembrationem, & applicationem fructuum, quia non inde sequitur unio vera tituli, sed tantùm fructuum, & alia ad rem, Rot. *p.* 16. *rec. dec.* 219. *per tot. & dec.* 310. *in eadem causa.*

De Unione Cappellarum, Ecclesiarum, Beneficiorum, Monasteriorum, & hujusmodi per remotiorem terminorum, Bertachin. *Repertor. verb. Unio*, Joseph. Feliv. *Margar variar. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. decis. Neap. par. 1. & 2. verb. Unio*, ubi de unione Aularum, sive Tribunalium in judicando, ac de unione feudorum, Balsaran. *de Feud. lib. 2. tit.* 40. §. *Item si num.* 19. *& 20. fol. mihi* 304. ubi de Ecclesia habente feudum, si uniatur alteri an incorporetur feudum cum aliis bonis, *& tit.* 53. *eod. lib.* 2. §. *Conventicula fol.* 346. ubi de unione, confederatione, secta, conjunctione, conspiratione, & conventicula, quid sint, & quomodo prohibitæ inter privatos, & Civitates, quibus modis fiant uniones, à quibus fieri possint, quodnam jus servandum sit in unitis, an ejus quod unitur, vel alterius cui fit unio de bono unionis, & damnis divisionis, & hujusmodi, Callejon. *Alphab. jurid. verb. Unio*, remissivè ad Jul. Capon. *tom. 4. discept.* 272. Guttierez. *libr. 3. pract. quæst.* 17. 17

num.

Digitized by Google

num. 215. *& seqq.* Roxas *de incompatibilit. part.* 1. *cap.* 7. *nn.* 32. *fol. mihi* 94. ubi de unione Regnorum, & alios, Cum. Aug. Foutan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Unio fol.* 811. ubi indicat Auctores de diversis unionibus tractantes. Bertachin. *vol.* 88. Em. De Luc. *in Indic. generalı.*, & Jacob. Emerix. Caprar. Mantiss. ad eumd. De Luc. Pignatell. Piton., Et plurima etiam Fagnan. *sup. Decretal.* Mansi. Palm. & alii moderni; Et de unione Regnorum Ansald. *de Commerc. disc.* 20. Roec. Episc. *cap.* 85. *a n.* 19.

18 Quæ requirantur ad validitatem unionis, quibus remediis possit impugnari, & alia, Tondut. *quæst. canonic.* 37. *per tot. lib.* 2. ubi loquitur de jure communi, & jure Gallico, *& quæst.* 144. *part.* 3. ubi an unio possit fieri ad favorem monasterii, vel Seminarii nondum fundati, vel erecti, &c. *quæst.* 151. *d. part.* 3. ubi varia de unionibus, *& quæst.* 156.

19 Unitis duobus beneficiis, uno de Jurepatronatus & altero liberæ collationis, servatur alternativa, sivè turnus, & una vice confertur libere, & altera vice ad præsentationem Episc. Piton. *de Jurepat. alleg.* 54. *n.* 39 *tom.* 2. Et quid ubi unio sit æquè principalis *ibidem*. Si verò unita fuerint duo beneficia de duplici Jurepatronatus, ii scindantur Patroni in duas partes æquales, quomodò sit providendum *ibidem vers. ad quod proposit um*.

20 Unio beneficii non potest fieri sine consensu patronorum. Card. De Luc. *de Jurep. disc* 66. *n.* 9. *&* 10. Rot. cor. Bich. *dec* 382. *n.* 23. Ansald. *dec.* 3. *n.* 23. Piton. *de Jurepatr. alleg* 47. *n.* 14. *tom.* 1.

Unio Monasterii fieri nequit sine consensu Patronorum, seu Electorum Caprar. *dec.* 468. *n.* 9. *part.* 2.

Et consensus Universitatis, quando agitur de unione Jurispatronatus ad illam spectantis non sufficit singulariter, sed ab omnibus collegialiter congregatis præstandus requiritur. Caprar. *d. dec.* 468. *n.* 11.

Unio alias nulla non convalidatur ex consensu Religiosorum Monasterii, si non fuit præstitus ab omnibus, nec capitulariter congregatis imino pluribus reclamantibus. Caprar. *dec.* 507. *n.* 7. *part.* 2.

21 Unio Parochialis Ecclesiæ concludenter probata non excluditur ex eo quod aliquando fuerit collata per concursum. Ansald. *dec.* 14. *n.* 29.

Unio de directo repugnat cum statu collativo beneficii Spad. *consil.* 147. *n.* 2. *lib.* 4. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 22. *n.* 14. Ansald. *dec.* 47. *n.* 9. *&* 12. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 11. *decis.* 4. *vol.* 3.

Unio non potest allegari, quando ultimus status est collativus. Rot. *dec.* 59. *n.* 9. *part.* 11. *dec.* 310. *n.* 11. *dec.* 406. *n.* 4. *part.* 16. *rec.* Ansald. *dec. cit.* 47. *n.* 16.

22 Unio ad sui probationem requirit actus omnino univocos, & concludentes. Ansald. *ibid. n.* 13. De Luc. *de Paroc. disc.* 12. *n.* 11. Rot. *rec. part.* 18. *decis.* 32. *n.* 16. Vide infra *n.* 39.

23 Unio duarum Ecclesiarum facta per Pontificem censetur æque principalis Ansald. *d. dec.* 47. *n.* 17. Maxime quando Episcopus ab utraque denominatur. Ansald. *ibid. n.* 18. Vide Mantiss. ad De Luc. *lib.* 3. *decis.* 12. *a n.* 7. *vol.* 3.

24 Unio, quæ non probatur effectuata non præjudicat statui collativo Rot. coram Pamphil. *dec.* 723. *n.* 6. & coram Bich. *dec.* 275. *sub. n.* 15. *vers. dicebam & n.* 16. *& seq. & in rec. decis.* 406. *n.* 18. *&* 19. *part.* 16. Ansald. *dec.* 98. *n.* 18.

25 Unio de qua non exhibetur instrumentum potest aliundè probari Rot. coram Cavaler. *dec.* 599. *n.* 6. & coram Priol. *dec.* 252. *n.* 3. Ansald. *in addit. ad dec.* 25. *n.* 32. *part.* 2.

26 Unio Beneficii facta ab Episcopo non præjudicat reservationi favore Sedis Apostolicæ antecedenter radicatæ. Fagnan. *in cap. sicut venire*, *n.* 37. *de excess. Prælat.* Rot. *dec.* 108. *n.* 20 *part.* 11. *rec*, & coram Bich. *dec.* 28. *n.* 2. Caprar. *dec.* 131. *n.* 10. *part.* 1.

27 Unio, quæ non fuit effectum sortita in vita Pontificis concedentis, dicitur revocata à regulis Cancellariæ, editis à Pontifice successore. Rot. *decis.* 46. *n.* 5. *part.* 12. *rec.* & coram Emerix Jun. *dec.* 971. *n.* 6. *& seq.* Caprar. *d. dec.* 577. *n.* 15.

28 Ex unione unius Ecclesiæ non infertur ad aliam, nisi quando Unio est universalis, in qua effectuatio quoad unam inferri potest ad aliam. Rot. *dec.* 203. *n.* 4. *part.* 9. *rec.* Caprar. *dec.* 282. *n.* 15. *&* 16. *part.* 1.

29 Unio non infertur ex perceptione Decimarum, cum sit actus æquivocus. Rot. *dec.* 204. *n.* 3. *part.* 2. *& dec* 32. *n.* 14. *part.* 18. *rec.* Caprar. *d. dec.* 282. *n.* 8. *part.* 1.

Ex perceptione enim Decimarum non probatur Unio, nisi quando constet de titulo donationis, & aliis conjecturis, in quibus terminis procedunt decisiones, in contrarium allegatæ ut declarant Card. de Luc. *de Paroch. disc.* 12. *à n.* 27. *usq. ad fin.* Caprar. *ibid. n.* 9.

30 Vacatio, licèt se benè compatiatur cum Unione Beneficii, prout etiam collatio, seu Provisio, quæ quandoque capiuntur pro nominatione, & deputatione, tamen si non constat de Unione, hujusmodi verba, & actus remanent æquivoci, & de per se Unionem probare non valent. Caprar. *dec.* 442. *n.* 11. *part.* 2.

31 Unio ut dicatur suppressiva tituli, requiritur, quod de ea aliquid sit dictum, vel expressum. Caprar. *dec.* 82. *n.* 22. *part.* 2.

32 Unio quando non probetur ex provisionibus Parochialis, factis per Abbates Caprar. *dec.* 442. *num.* 10. *part.* 2.

Unio, quæ sit extinctiva tituli, ut requiritur ad effectum, ut Ecclesia provideatur ad nominationem Abbatis, non probatur ex possessione Ecclesiæ penes Monasterium. Gratian. *discept.* 614. *n.* 26. Cavaler. *dec.* 405. *sub n.* 1. *vers. non tamen probare* Rot. coram Pœnia *dec.* 823. *n.* 13. Caprar. *d. dec.* 442. *n.* 6.

33 Unio tituli extinctiva est odiosa, & juri repugnat. Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *quæst.* 12. *sub n.* 1. 2. 5. *cum seq. & per tot* Rot. coram Ubald. *dec.* 238. *n.* 7. *& seq.* coram Buratt. *dec.* 303. *n.* 15. Caprar. *dec.* 79. *n.* 23. *part.* 1.

34 Unio Monasterii subiectiva ad differentiam aggregativæ, per quæ verba inducatur. Caprar. *dec.* 507. *n.* 4. *&* 5. *part.* 2.

Unio Parochialis facta Monasterio Monialium, ex quibus dicatur subiectiva non autem simpliciter applicativa. Francesc. *de Eccles. Cathed. cap.* 8. *n.* 173. *& seq.* Caprar. *dec.* 257. *n.* 5. *& seq; per tot. part.* 1.

35 Unio duorum Beneficiorum an sit æquè principalis, seu subiectiva, quando non sit discutiendum Caprar. *dec.* 301. *n.* 12. *part.* 1.

Unio æquè principaliter excluditur, quoties utraque Parochialis uni, eidemque personæ confertur. Caprar. *dec.* 365. *n.* 17. *part.* 2.

36 Unio plurium feudorum non inducitur ex eo, quod plura feuda uni personæ per unam investituram concedatur, sed potius retinent suam individuitatem, prioremq; naturam. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 7. *n.* 10. *de Serv. disc.* 90. *n.* 5. Idemque procedit in Beneficiis Ecclesiasticis. Card. De Luc. *de Feud. d. disc.* 7. *sub n.* 10. Idemque in pluribus prædiis penes unam personam Cad. De Luc. *de Serv. d. disc.* 90. *n.* 5. Quinimmò unum feudum validè divisum si devolvatur non remanet unum, sed plura. Card. De Luc. *d. disc.* 7. *n.* 10.

37 Unio quando est turbida, & ab altioris indaginis discussione dependet, non sunt exequendæ Literæ Apostolicæ, tanquam de Beneficio unito expeditæ, nec præstant impedimentum, quin exequi debeant Litteræ alterius Provisi, cui sufficit præsumptio pro statu collativo. Rot. *dec.* 233. *n.* 5. *part.* 2. *& dec.* 150. *n.* 8. *part.* 17. *rec.* Caprar. *dec.* 282. *n.* 2. *part.* 1.

38 Unio ubi est probata, non attenditur, quod in libris Curiæ Episcopalis Vicaria sit adnotata uti de libera Collatione. Caprar. *dec.* 365. *n.* 24. *part.* 1.

Prout nec attenditur Collatio, quæ emanavit per resignationem, & inscio Rectore, seu Priore. Caprar. *ibid. n.* 9.

Et collatio unica non valet immutare Statum unionis præcedentis ab Ordinario admissum, resistente Constitutione Piana, & decreto irritante, in eadem contento. Caprar. *ibid. n.* 10.

Maxime si concurrat ultimus status ex posterioribus provisionibus cum enunciativa unionis, qui

venit

venit attendendus. Caprat. *ibid. n.* 11.

Unio tanquam odiosa nunquam præsumitur, sed concludenter probanda est. Caprar. *dec.* 79. *n.* 4. *part.* 1. *dec.* 442. *n.* 3. *part.* 2. *&* *dec.* 663. *n.* 5. *part.* 2.

39 Unio, ubi agitur de ea, non incidenter, sed principaliter canonizanda, est concludentissimis probationibus justificanda. Mascard. *de prob. concl.* 1418. *n.* 1. *&* 2. Cravet. *cons.* 258. *sub. n.* 9. Rot. *dec.* 452. *n.* 2. *&* *seq. part.* 18. *rec.* Caprar. *dec.* 577. *n.* 23. *part.* 2. Vide supra *n.* 22.

Ad Unionem convincendam non sufficiunt verba dubia, & æquivoca, cum ob odiositatem materiæ requirantur urgentissima signa. Penia *dec.* 337. *sub n.* 4. *vers. minus etiam*, *&* *n.* 8. Rot. *dec.* 182. *n.* 12. *&* 13. *part.* 6. *rec.* Caprar. *dec.* 182. *n.* 5. *part.* 2.

Immo concludens, & indubitata probatio. Rot. *dict. dec.* 182. *n.* 11. *part.* 6. *rec.* Caprar. *ibid. n.* 6.

Unio ut dicatur probata, verba debent esse adeo clara, ut per necesse illam concludant. Caprar. *dec.* 442. *n.* 13. *part.* 2. Vide supra *n.* 22.

40 Unionis probatio non resultat ex simplici enunciativa possessionis Ecclesiæ, per Capitulum retentæ, cum æquè bene possit imputari cuicunque titulo subiectionis, vel ratione Jurispatronatus, vel Juris conferendi, vel aliis titulis possibilibus, exclusivis Unionis. Rot. coram Ubald. *dec.* 138. *num.* 6. coram Peutinger. *dec.* 135. *n.* 5. *&* *seq.* Caprar. *dec.* 082. *n.* 4.

Nec ex possessione longæva infertur ad Unionem. Garz. *de Benef. part. ult. cap.* 2. *n.* 23. *cum plurib. seq.* Caprar. *d. dec.* 182. *n.* 7.

41 Ad effectum ut locus dicatur unitus, & de pertinentiis alicujus status, seu Provinciæ attenditur voluntas, seu destinatio ipsius acquirentis. Card. De Luc. *de Jurisd. disc.* 8. *sub n.* 7.

42 De differentia inter subiectionem nativam, & dativam, & unionem Ecclesiæ alias liberæ. Card. De Luc. *de Jurisd. disc.* 25. *n.* 5.

43 Unio exigit Justam causam necessitatis, & utilitatis, non autem bene placitum Apostolicum. Card. De Luc. *de Canon. disc.* 34. *nu.* 4. *&* *n.* 7. ubi hoc declaratur.

44 Unio quando dicatur subiectiva, vel sociativa ut personæ unius universitatis dicantur etiam de altera. Card. De Luc. *de Praem. disc.* 36. *n.* 9.

45 Unio æque principalis est favorabilis, & facilius inducitur, quàm altera subiectiva. Card. De Luc. *de Præem. disc.* 7. *n.* 12.

Unio subiectiva dicitur odiosa nec de facili præsumenda. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 25. *n.* 4. *Ann. ad Conc. disc.* 8. *n.* 30. Secus autem sociativa, & æque principalis. Card. De Luc. *d. disc.* 8. *n.* 30.

46 Unio plurium Principatuum sub uno Principe quid operetur. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 34. *n.* 20.

47 Unio sapit speciem alienationis. Rot. *dec.* 330. *n.* 4. *&* 11. *cum seq. p.* 9. *recent.* Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 10. *n.* 5.

48 Unio præscribitur spatio triginta annorum. Rot. *dec.* 443. *n.* 5. *cum seq. part.* 9. *rec.* Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 35. *n.* 12.

49 Unio diversarum Religionum an, & quando debeat dissolvi Card. De Luc. *de Regul. disc.* 2. *n.* 81. *disc.* 5. *n.* 2. 5. *&* 11. quid de Monasteriis unitis, an possit, vel debeat dissolvi. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 19. *n.* 22.

50 De diversis unionum speciebus, diversisque effectibus. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 22. *n.* 10. *Miscell. disc.* 1. *sub n.* 38.

51 Causæ unionum quando agitentur In Sac. Congregatione Concilii, vel fient cum ejus auctoritate. Car. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 15. *n.* 13.

52 Unio facta pro augmento fructuum Monasterii censetur facta per viam dismembrationis, & applicationis redituum, non autem per extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli Beneficii uniti. Emerix Jun. *dec.* 320. *n.* 8. Limits quando in Bulla unionis reservata fuit solum Vicario certa congrua pro ejus sustentatione, quod significat penes ipsum remansisse solam curam actualem, habitualem vero translatam fuisse in Monasterium. Rot. *dec.* 88. *n.* 22. *part.* 9. *&* *dec.* 49. *num.* 21. *&* *seq. part.* 15. *rec.* & coram Merl. *dec.* 525. *n.* 7. Emerix Jun. *ibid. n.* 9.

Unio facta Monasterio quoad beneficia ejus liberæ collationis non comprehendit Beneficia, ad quæ Monasterium habet solum Jus nominandi, & ejus collatio spectat ad Episcopum. Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. §. 10. *n.* 475. *cum seq.* Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 8. Rot. coram Priol. *dec.* 44. *n.* 2. *&* 3. Emerix Jun. *dec.* 971. *n.* 5. 53

Unio formam, aut naturam propriam non habet, sed legem recipit à superiore, qui illam facit. Rot. *dec.* 5. *n.* 1. *part.* 7. *&* *dec.* 156. *n.* 7. *part.* 11. *rec.* & coram Merlin. *dec.* 95. *n.* 3. *&* *seq.* Emerix Jun. *dec.* 286. *sub n.* 3. 54

Per unionem beneficii, seu Ecclesiæ ejus privilegia non extinguuntur, sed transeunt in Ecclesiam, cui fit unio Garz. *de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 7. Emerix. Jun. *dec.* 1204. *n.* 34. 55

Unio incompatibilis non est cum privilegio, vel alio titulo, qui potest desumi ex centenaria. Rot. coram Cels. *dec.* 32. *n.* 16. Emerix Jun. *dec.* 1063. *n.* 4. 56

Unio probata non dicitur ex scripturis informibus. Emerix Jun. *dec.* 181. *n.* 2. *&* *seq. dec.* 245. *n.* 1. *&* *dec.* 244. *n.* 1. Nisi sint antiquissimæ Emerix Jun. *dec.* 1098. *n.* 22. aut plura se invicem adminiculantia Idem Emerix *dec.* 1098. *n.* 22. Vel si pars illis usa fuit in alio Judicio Idem Emerix ibid. 57

Neque ex enunciativis Bullarum emanatis ad supplicationem partis, quamvis antiquis. Rot. coram Dunoz. Jun. *dec.* 498. *n.* 29. *&* 30. & coram Bich. *dec.* 480. *n.* 31. Emerix. Jun. *dec.* 244. *n.* 9.

Neque ex dictis incidenter in decisionibus Rotalibus Rot. coram Dunoz. & coram Bich. *loc. prox. cit.* Emerix Jun. *ibid.*

Neque ex donatione Ecclesiæ, à qua non infertur ad unionem Emerix Jun *dec.* 947. *n.* 1. Dummodo unio non sit amplissima cum concessione Decimarum Primitiarum, & Oblationum Garz. *de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 256. Rot. coram Seraph. *dec.* 139. *sub n.* 3. *vers. ultimo*. Emerix Jun. *dec. sup. allat. n.* 2.

Unio universitati fieri potest quoad Beneficium. Lotter *de Benef. lib.* 2. *quæst.* 3. *n.* 17. Emerix Jun. *dec.* 197. *n.* 3. 58

Episcopus quando possit unire beneficia reservata vel affecta Sedi Apostolicæ Pen. & Crescio. *decis.* 219. Sed vide Fagnan. *in cap. sicut unire a n.* 22. *cum seqq. de excess. Prælator.*, ubi plura de hac materia. 59

Unio debet probari quod sit tituli extinctiva, ut beneficium efficiatur membrum, & de mansa monasterii, & quid requiratur & ex quibus remaneat exclusa, latè Caprar. *decis* 79. *per tot. part.* 2. 60

Unio Abbatiæ regularis facta capitulo Ecclesiæ sæcularis quando dicatur facta, tam quoad temporalia, quàm spiritualia, hoc est quoad beneficia, & quid circa eorundem regularitatem, & collationem etiam exclusivam Episcopi Caprar. *decis.* 82. *per tot. part.* 1. 61

Legatus de Latere non potest dissolvere uniones factas à Papa de plenitudine potestatis Fagnan. *in cap. novit n.* 38. *ne Sede vac.* Nec revocare uniones ecclesiarum exemptarum, quia nec potest illas unire *ibid. n.* 39. 62

Prælatus inferior ecclesias sibi pleno jure subiectas an possit unire Fagnan. *in cap. sicut unire a n.* 22. *de excess. Prælat.*, ubi plura de hac materia. 63

Unio & subiectio Episcopatuum est soli Papæ reservata & alia circa hanc rem Fagnan. *in cap. sicut unire n.* 5. *&* 6. *de excess. Prælat.* *&* *in indic. verb. Papa quoad Episcopatuum unionem*. 64

Hospitalia Episcopus unire non potest, etiamsi dentur in titulum, & in eis nulla exerceatur hospitalitas Fagnan. *in cap. sicut unire n.* 34. *de excess. Prælat.* *&* *in Indic. verb. Hospitale*. 65

Unire an possit Episcopus beneficia simplicis mensæ capitulari ob tenuitatem præbendarum in vim 66

Con-

Concilii Trident. & alia Fagnan. *in cap. exposuisti* *a n. 24. de Præbend.*

67 Metropolitanus Episcopo nolente, aut negligente non potest unire beneficia simplicia præbendis canonicalibus Fagnan. *in cap. sicut unire n. 8. de excess. Prælat.* Episcopus tamen potest illa unire *ibid. n. 31.* Quid dicendum de Abbatibus *ibid. n. 18.* & alia de unione præbendarum canonicalium Fagnan. *in Indice gener. verb. unio præbendis canonicalibus.*

68 Unio seu aggregatio unius conventus quatenus fieri possit sine authoritate Papæ, non tamen potest fieri omnium monasteriorum Fagnan. *in cap. recolentes n. 47. de stat. Monach.*

Religiones diversas, vel monasteria diversorum ordinum solus Papa potest unire, & uniones dissolvere Fagnan. *in cap. novit. n. 45. ne sed. vacant.*

69 Sed quod Episcopus possit authoritate propria monasteria suæ Diœcesis non exempta unire, aut unum alteri non subiicere. Idem Fagnan. *in cap. sicut unire n. 9. de excess. Prælat.*

Unire non potest Abbas, vel alteri subiicere monasterium suum sine authoritate Diœcesani, etiam de consensu Metropolitani Fagnan. *ibid. n. 1.*

70 Unio beneficiorum simplicium Diœcesis facta seminario ab Episcopo non valet Fagnan. *in cap. recolentes n. 29. de statu Monach.* Sed vide Eumd. Fagnan. *in cap. sicut unire a n. 28. de excess. Prælat.* ubi plura.

71 Unio reducit res ad eamdem essentiam Rube. *de Confuss. Jur. cap. 5. n. 39.*

72 Unionis natura instar alluvionis Rube. *loc. cit. cap. 6. n. 20.* Vide Fagnan. *in cap. recolentes n. 36. de statu Monach.*

73 Causas unire & avocare spectat ad Signaturæ justitiæ Tribunal, Principem Supremum repræsentans Caprar. *decis. 178. n. 11. part. 1.*

74 Unio causarum non fit a Rota nisi expectato eventu propositionis alterius causæ, cui unio fieri petitur. Idem Caprar. *d. decis. 178. n. 12.*

Uniri satis dicitur causa, dum idem Auditor est utriusque causæ ponens *ibid. n. 14.*

De unione causarum vide Card. De Luc. *in Judic. verb. causæ quoad connexionem.*

Unio ab initio valida, & effectum sortita non rescinditur ipso jure ex eo, quod deveniat ad casum, a quo incipere non potest Fagnan. *in cap. extirpandæ §. qui vero n. 37. de Præbend.*

75 Unione dissoluta Ecclesia unita redit ad primævam naturam & statum, in quo erat ante unionem Fagnan. *in cap. novit. n. 43. ne Sed. vac.*

§. UNIVERSITAS. XIX.

1 Universitas, vel Collegium, ut dicatur delinquere, & possit puniri de delicto, requiritur quod ad id præcesserit consilii publici convocatio, & deliberatio, alias licet omnes de illa Universitate deliquerint, non potest Universitas puniri, sed sunt puniendi singuli delinquentes, intelligendo de delictis in faciendo consistentibus, secus in omittendo, ac de delictis momentaneis, secus in habentibus tractum successivum, & nisi alias constet de tacito populi consensu, ut quia non capiat, vel non puniat delinquentes, vide Dian. *inter reg. divers. reg. 791.* Clar. *§. fin. qu. 16. vers. ulterius quæro*, Gabal. *res. crim. cas. 287. nu. 53. & ad 65.* Menoch. *de arbitr. cas. 598. per tot.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1413. per tot.* Bonifac. *de Furt. §. 10. num. 228. & seqq.* Card. Tusch. *lit. V. concl. 273. & 274. per tot.* Boer. *tract. de seditiosis §. 7. num. 9. & seqq.* Farinac. *quæst. 24. nu. 26. & seqq.* Ricc. *Collect.* 1812. Vide Batilic. *decis. crim. 6. n. 11.* Altimar. *de nullit. rubr. 11. quæst. 27. n. 133. tom. 2.*

An possit excommunicari, vide Dian. *par. 9. tract. 9. resol. 38.* Rot. *part. 10. recent. dec. 303. per tot.* latè Sanfelic. *dec. 357. cum Addit.* & dixi in §. *Excommunicatio nu. 27.* Cortiad. *dec. 27. nu. 51.* Latissimè Fagnan. *in cap. responso a n. 31. cum seqq. de sent. excomm.* Vide infra in *novissim. addit.* Crescin. *n. 62.*

Quid sit Universitas, & alia plura de Universitatibus, Tusch. *lit. V. concl. 275. & seqq. ad 277.* & plenè, licet remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Universitas, Vicus, Villa, Civitas, Populus, Plebs, Castrum, Respublica, Universitates, Studia, Scola, Scolastici.*

Universitas tenetur de jure custodire loca sua, & reddere secura, ac à malis hominibus expurgata, ita ut hæc non faciendo dicatur esse in culpa, & constito simpliciter de ipso facto, vel delicto sine nomine malefactoris possit conveniri à damnificato, qui tamen pro sua rata concurrere debet cum aliis de Universitate, si sit de illa, & qualiter intelligatur Statutum Florentinum *lib. 2. Rub. 15.* disponens Universitatem teneri resarcire damnum ex incendio illatum, Magon. *decis. Flor. 24. per tot. & decis. 523. per tot.* qualiter teneatur etiam de furto nocturno, & alia ad declarationem dicti statuti, Menoch. *lib. 5. præsumpt. 31. nu. 19. &c.* Card. Tusch. *lit. D. conclus. 15. per tot. lit. S. conclus. 449. &c. per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 71.* Arism. Tepat. *var. sent. tit. 335.* dixi in §. *Statutum pœnale n. 27.* & in Pract. §. *Incendii nu. 2. & §. Communitas n. 23.* vide in §. *Princeps nu. 39.* Ricc. *Collect.* 3520. Peregrin. *dec. 133. per tot.* ubi plures in terminis Statuti Patavini, Costa *de remed. subsid. remed. 31. illat. 1. & de facto scient. & ignorant. distinct. 88. centur. 2.* ubi an, & quando teneatur pro incendio. 2

An liberetur capto postea delinquente, Bald. *cons. 203.* Bonifac. *de furt. §. 2. n. 75.* Ricc. *Collect. 3520. limit. 2.* ubi quòd sic vide in §. *Negativa n. 20.*

An stante statuto quòd Villa teneatur capere malefactores sit obligata etiam capere Clericum malefactorem, Menoch. *de arbitr. cas. 180. n. 25.* facit quod dixi in §. *Auxilium nu. 8.* & latè Marcel. Cala *de mod. articul. & prob. §. 2. gloss. unic. nu. 1145. & seqq.* ubi plura quomodo possit probari negligentia Universitatis, & quando possit excusari.

Stante statuto quod Villa vicinior teneatur ad emendationem damni, debet intelligi de viciniore ejusdem territorii, & Præturæ, & non de viciniore respectu distantiæ, si sit alterius territorii, & Præturæ, Surd. *dec. 340. per tot. lib. 2.*

Non tamen contra Universitatem potest in litem jurari per damnificatum, quia in ea cessat dolus, qui solet esse causa juramenti in litem, Menoch. *de arbitr. cas. 208. n. 9. & seqq.*

Quod non teneatur quando incendium casu fortuito contingit, vel quando resistere non potuit, Magon. *d. dec. 24.* de qua materia plura Costa *de remed. subsid. remed. 51. illat. 1. per tot.*

Nec quando aliquid accidit noctis tempore per malefactores incognitos, & statim fuit factus rumor eos insequendo, licet non potuerint capi, quia cùm negligentia imputari non possit ad nihil tenetur. Rovit *dec. Lusitan. 3.* Ricc. *Collect. 3520. limit. 4.* Peregrin. *dec. 133. num. 6. & seqq.* Osasch. *dec. 18. & 156.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 335.*

Universitas ut possit affici, & obligari ex certa scientia alicujus rei, vel facti, debet esse legitimè convocata, Gratian. *discept. for. cap. 601. n. 49.* Altograd. *cons. 97. n. 78. lib. 2.* Alias enim cùm Universitas sit persona ficta, semper reputatur ignorans, & veram scientiam non habens, Castr. *cons. 220. circa finem*, Joseph Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Universitas fol. 130.* 3

Scientia tamen officialium, & administratorum, qui tenentur pro Communitate invigilare præjudicat ipsi Universitati, Altogr. cum aliis per eum citatis *cons. 97. n. 79. lib. 2.*

Qualiter autem Universitas, & populus possit legitimè citari, Cavaler. *dec. 408. & 410. n. 2.* Card. Tusch. *lit. C. conclus. 252. per tot. & lit. V. conclus. 257.* Ludovis. & Beltramin. *dec. 584.* dixi in §. *Citatio n. 27.* Rot. *part. 9. rec. dec. 275. n. 16. & seqq. & part. 10. dec. 203. n. 2.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 357. in fine §. Monasterium nu. 16.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 12. qu. 9. à n. 62. tom. 2.* De Luc. *de Judic. disc. 9. n. 41. disc. 10. n. 10.* Abeccles. & Crescin. *obser. 217. part. 2.* Pen. & idem Crescin. *decis. 460.*

Quæ sint necessaria, ut validè obligetur, latè idem Tusch. *lit. V. conclus. 259. per tot.* Urceol.

Con:

Consult. for. cap. 76. per tot. vol. 2. infra nu. 11. & 19. Rot. *part. 17. rec. dec.* 358.

An obligetur ex facto Consulum, & Magistratus,
3 idem Tusch. *litt. V. conclus.* 260. *per tot.*

Quòd pro debito Universitatis, homines singuli de Universitate (neque Cancellarius) non teneantur, neque sententia contra Universitatem, & illius homines lata contra illos possit executioni mandari, Merlin. *dec.* 182. *per tot.* vide in §. *Administratio n.* 35. ubi contra §. *Magistratus num.* 11. Abbeclef. & Cresein. *observ.* 162. *n.* 1. *part.* 1.

4 Universitas, ut possit suas deliberationes validè gerere, quinque principaliter requiruntur; primò, quod omnes de Universitate sint juxta solitum vocati ad illum actum; secundò sint convocati, & congregati in loco publico solito, & consueto; tertiò saltem interveniant duæ partes de tribus; quartò accedant vota majoris partis congregatorum; quintò fiat communiter, & in loco publico, vide Altograd. *& quos allegat. consil.* 97. *num.* 82. *&c. lib.* 2. Conciol. cum plena Addit. Romaguer. *Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 31. *per tot. cum seqq.* ubi etiam qualiter Consiliarii sub mortali teneantur accedere ad Consilium, & si quid illicitum tractatur, vel Reipublicæ damnosum permittatur, possint convenire ad interesse, & alia plura notabilia de Consilio, & Consiliariis Civitatis cum *Rub. seqq.* ubi etiam quod si nullitas non sit visibilis, non attenditur in summarissimo possessorio, nec potest allegari à non habentibus interesse.

Quòd debeat convocari in loco solito, & consueto, nisi ex aliqua justa causa, vel impedimento alibi congregetur, Ricc. *Collect.* 3358.

Quòd vota Consiliariorum debeant esse distincta, & secreta, non in confuso, nec viva voce, itaut huic solemnitati non possit renunciari, nec detur ratificatio actus aliter gesti, Gratian. *discept. for. c.* 993. *&* 11. *&c.*

Consuetudo tamen esset servanda in electionibus, & scrutationibus, ad Rom. *consf.* 332. Bald. *consf.* 316. *sub nu.* 1. *lib.* 3. Tusch. *litt. E. conclus.* 60. *nu.* 10. *&* 21. facit Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 156. *n.* 27. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 2379. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 164. *n.* 52. *& seqq.* cujus rigore pluries dixi, & servatum fuit sustineri resolutiones Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ circa expeditiones processuum, & aliorum negotiorum viva voce, & absque scrutinio secreto fabarum, & lupinorum emanatus.

Quòd vota in electionibus debeant esse secreta, ut si unus tantùm non det votum secretum, electio sit nulla, nec possit ratificari, cùm defectus sit in forma substantiali, non excusat ignorantia, nec confirmatio superioris purgat vitium electionis, nisi sequatur ex certa scientia Principis; sustineretur tamen electio si quis callidè ad illam infringendam votum suum ostenderet, ne dolus, & fraus sibi patrocinetur, sicut etiam sustineretur si decreto ostenderet votum amico, ut videat quem elegit; aliàs autem electio etiam unanimi consensu viva voce facta est nulla propter defectum formæ, Sperel. *dec.* 160. *per tot.* ubi de electione Abbatissæ, *& dec.* 181. *num.* 12. *&c.* Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 213 *per tot.* ubi duplex electio Abbatissæ declaratur nulla, prima tanquam facta contra formam Concilii Lateranensis, cujus plura requisita notantur, & præcipuè defectum publicationis electionis; secunda quia itante nullitate primæ, non poterat Episcopus jure devoluto eligere, sed noviter erat facienda, ut ibidem latè deducitur.

Qualiter universitas habens jus nominandi ad beneficium, debeat dictam nominationem facere legitime convocata, & duæ saltem ex tribus partibus debeant in nominationem consentire, nec valeat nominatio facta ab ejus Deputatis ad alia negotia sine hac speciali facultate illis concessa Rot. *part.* 16. *divers. dec.* 22. *per tot.* vide in §. *Patronus num.* 10. vide Ansald. *dec.* 18. *n.* 23.

Item vota conditionalia, alternativa, vel incerta non sunt numeranda, sed habentur pro non adjectis, ut nec aperto scrutinio possit per votantes conditio apposita remitti, nec declaratio attendi, Franch. *dec.* 438. Pac. Jordan. *Lucubrat. vol.* 1. *lib.* 10. *tit.* 17. *n.* 320. *in fine fol.* 213. Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 156. *num.* 8. *& seqq.* Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 77. *per tot.* ubi quòd rejectis dictis votis conditionalibus, vel incertis, totum jus electionis remanet in aliis, ita ut quod ab illorum majori parte gestum fuerit, sit omninò validum, ac si alii prædicti non adfuissent, & idem esse si ex alio capite vota sint inutilia.

Quid autem si fuerint admissi ad votandum aliqui, qui non sint de Universitate, nec habeant jus eligendi, an vitietur electio in totum, dixi in §. *Electio* n. 8.

Quòd qui non fuerunt vocati, sive citati tanquam contempti possint dicere de nullitate actus, & ipsi soli, qui fuerunt contempti, non autem alii, ubi agitur de favore privato, & non publico, *cap. in Genesi* 33. *de elect.* ubi Abb. Barbos. & alii, Francisc. Mattha Pecch. *tractat. de aquæduct. lib.* 1. *c.* 3. *quæst.* 11. *n.* 42. facit Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 388. ubi plura de nullitate electionis ob non expectatum reditum Canonici absentis, qui interesse debebat electioni, quinimò abbreviatum tempus in ejus contemptum, ac ideò magis tunc attenditur dissensus unius, quàm consensus aliorum.

Universitas nisi sit congregata saltem pro duabus 5
partibus Consiliariorum non dicitur major pars, quæ considerari debet habito respectu totius Collegii, Consilii, vel Capituli, & sic omnium, qui illam Universitatem constituunt, & non potest aliud facere, ut gesta sunt nulla, nec aliquem obligant, Gratian. *discept. for. cap.* 933. *nu.* 1. *&c.* ubi etiam imò in negotio voluntario non sufficit major pars, nisi tendat in evidentem utilitatem illius, sed tota universitas requiritur cum distinctionibus, de quibus ibidem remissivè *n.* 8. Capyc. *dec.* 4. *nu.* 1. *& seqq.* Tusch. *litt. V. conclus.* 256. *&* 218. *per tot.* Ricc. *Collect.* 316. 981. facit quod dixi in §. *Patroni num.* 10. Rot. *part.* 1. *rec. dec.* 112. *n.* 5. *& seqq. part.* 14. *dec.* 62 *per tot. & part.* 17. *dec.* 164. ubi quando sufficiat consilium particulare, vel requiratur generale per capita domorum infra *n.* 11. Nec obligatur per minorem partem civium Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 34. *n.* 34. *tom.* 2. nisi ad utilitatem ejusdem Ansald *dec.* 68. *n.* 33.

Quando major pars possit aliis præjudicare, ita ut quod factum est à majori parte ab omnibus factum videatur, pulchrè, & magistraliter Franch. *dec.* 2. *per tot.* ubi plura addentes Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 69. *nu.* 1. Cresp. de Valdaur. *obser.* 112. *per tot. part.* 2. *fol.* 248. *&c.* ubi pluribus modis limitat. Vide Modern. Add. Ad De Franch. *loc. cit.*

An sint exprimenda nomina propria congregatorum, Tusch. *litt. V. conclus.* 263.

Quò major est eligentium numerus, magis pro electione præsumitur, nisi minor pars eligentium constaret viris prudentibus, & sapientioribus, cum minus præsumatur pro toto populo, in quo multi viles ferè judicio rationis carentes, & corruptibiles, rerumque ignari, & imperiti reperiantur, quàm pro aliquibus prudentibus de ipso populo, & quia senior pars præfertur majori numero, nisi magnus sit excessus præsertim si cum minor numero concurrat major ratio, & pietas, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 85. *per tot.* facit infra n. 16.

Quæ autem dicatur major pars in universitatibus, collegiis, consiliis, & aliis congregationibus, latè Cresp. de Valdaur. *observ.* 112. *per tot. p.* 2. *fol.* 248. *&c.*

Quòd universitas non obligetur ex actibus singulorum de universitate, an autem, & quando universitas possit præjudicare singularibus, & aliis, Tusch. *lit. V. conclus.* 261. *&* 262. *per tot.*

Quòd in prophanis attendatur major pars eligentium, non autem sanior, & prudentior, quidquid secus sit in Ecclesiasticis, si clare constet de saniori parte, Rot. *p.* 19. *rec. dec.* 171. *per tot.*

Universitas quando de mandato superioris fuit 6
convocata non aliquid in genere pertractandum, sed in specie, & certum quid peragendum, potest illud explicare, & expedire, licèt non adsint duæ par-

partes ex tribus Consiliariorum, quia mandatum superioris constituit absentes in contumacia, per quam privantur facultate votandi, saltem pro illa vice, & tota auctoritas tunc residet in congregatis, de quibus etiam si aliqui recedant, facultas itidem remanet in aliis, qui non recesserunt, secundum communem Canonistarum opinionem, quidquid diversum sit secundum Legistas, Gratian. *discept. for. c.* 933. *n.* 7. *&c.* Put. *dec.* 283. *lib.* 3. Rot. *in Colonien. Canonicatus S. Ursulæ* 27. *Januar.* 1627. coram Ubaldo *n.* 8. apud Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *dec.* 60. facit quod dixi in *§. Electio nu.* 12. Rot. *part.* 10 *rec. dec.* 112. *n.* 5. ubi quòd universitatis jus residet in duabus ex tribus partibus intervenientium, quando præcessit aliorum intimatio, *& p.* 14. *dec.* 62. *n.* 6. *& seqq.* ubi quòd ultra dictam intentoriam requiritur legitimus numerus Consiliariorum, & ea ipsa sola actus sustineri non valet, cùm non suppleat alias solemnitates de jure requisitas, Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 263. *num.* 6. *& seqq.* ubi an, & quatenus sint expectandi absentes, ut eorum potestas transferatur in præsentes.

Quòd universitas non possit congregari sine licentia superioris, Franch. *decis.* 446. *& decis.* 609. ubi etiam quando electio dicatur facta nemine discrepante, & quando contradictio sit facienda tempore scrutinii, & non postea, & an factum à Consilio particulari electo per Consilium generale dicatur factum ab ipso Consilio generali, Guid. Pap. *dec.* 106. *&* 631. Joseph Feliv. *in Margar. var. concl. verb. Universitas fol.* 130. ubi quòd si vellet se congregare pro habendo concursu contra officialem debet impetrare licentiam ab alio superiore, & quomodo Ansald. *dec.* 18. *nu.* 21. Cresp. de Valdaur. *observ.* 112. *num.* 9.

Qualiter sit convocanda, vel citanda universitas, Tusch. *litt. V. concl.* 256. *per tot. &* 257. Bich. *dec.* 289. Ludovis cum Beltramio. *dec.* 584. vide *in §. citatio n.* 27. Castald. *consult.* 231. *n.* 3. *&* 6. *tom.* 1.

Et quando universitas aliquid disponit contra ejus statuta, & ordinamenta, qualiter illa revocasse censeatur pro validitate actus, nisi ulterius procedant annullando actum aliter gestum, vide Sanfelic. *dec.* 135. *n.* 10. *& seqq.*

7 Universitas an, & quando possit condere statuta, ut unus teneatur pro delicto alterius, vel similia ob publicam utilitatem, Gratian. *discept. for. cap.* 469. *per tot.* Farinac. *quæst.* 24. *n.*

Quòd possit cōdere statuta respiciētia administrationem rerum Collegii, & sint valida etiam absq; confirmatione, idem Gratian. *cap.* 721. *n.* 22. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 180. *num.* 36. *&c.* ubi etiam in præjudicium aliorum, *& part.* 12. *dec.* 112. *per tot.* ubi de confraternitate.

Item potest condere statuta in concernentibus artem, professionem suam, non autem super aliis, nec aliquid statuere quod tendat in alterius præjudicium, vel sit contra dispositionem juris, vel statuti Civitatis, ac ideò non potest statuere, ut certæ personæ tantùm, & non alii possint illam artem exercere, nec hujusmodi statuta possunt aliis nocere, quam ipsis de universitate, vel Collegio eorum hæredibus, Bart. *in l. fin. num.* 20. *ff. de Collect. illicit.* Salyc. *in l.* 2. *quæst. pen. C. de constit. pecun.* Natt. *cons.* 575. *nu.* 26. *lib.* 3. Boss. *tit. de union. & coll. num.* 4. Curt. jun. *cons.* 349. *n.* 19. *lib.* 3. Rot. *part.* 2. *diversf. dec.* 103. *n.* 7. *&c.* vide Sanfel. *dec.* 135. *n.* 10. *& seqq.*

Qualiter possit inducere consuetudinem validam, & observandam, Altograd. *cons.* 28. *n.* 75. *lib.* 1.

Quòd hujusmodi leges, & statuta condita à non habentibus jurisdictionem merum, & mixtum imperium non habeant vim ligandi, sed tantum quandam normam, & regulam operandi, constituendi, nec possint pœnam adjicere, nisi cum auctoritate superioris, & non obligent, nisi eos, qui consensum præstiterunt, & sic ex vi pacti tantùm, & non legis, Altograd. *cons.* 71. *n.* 12 *& seqq. lib.* 2. vide in *§. Lex n.* *& §. Statutum circa generalia nu.*

8 Universitas nunquam moritur, nec habet hæredem, sed continuò vivit in semetipsa, ac in ea præteritum, præsens, & futurum semper est idem, licèt fuerit mutata forma gubernii, & alii omnes successerint, ideòque semper tenetur stare sententiæ, compromisso, transactioni, & similibus gestis à majore parte illius habente facultatem, majorem autem partem intervenisse probatur; ea assertione notarii, sive ex relatione congregatorum facta per eundem in instrumento, Gratian. *discept. for. cap.* 721. *per tot.* Card. Tusch. *lit. V. conclus.* 275. Rot. *in Romana Collectæ Ven.* 10. *Martii* 1673. coram Rondinino *part.* 15. *rec. decis.* 392. & post Urceol. *de transact. decis.* 42. *numer.* 10. *& seqq.* ubi benè declarat conclusionem procedere quatenus actio, cujus vigore actum fuit & sententia, vel transactio inita, erat ab initio apta comprehēdere omnes tàm præsentes, quàm futuros, secùs autem quando actio, super qua actum, vel transactum fuit exercere non poterat contra noviter admissos, cum intrinsecè spectari debeat, nec etiam causa an fuerit voluntaria, vel necessaria, & Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 282. *per tot. in eadem causa, infr. n.* 17. Vide Emerix jun. *decis.* 460. *n.* 3. Bertachin. *vot.* 141. *n.* 27.

An autem possit præscribere, ut saltem incipiet præscriptio mortuis illis, qui contractum fecerunt, & in mala fide fuerunt, videtur affirmare Capyc. *dec.* 4. *num.* 14. *&c.*

Universitas utitur jure minoris, & habet restitutionem in integrum, quàm petere debet intra quadriennium, imò potest etiam post quadriennium illam obtinere quando est vehementer læsa, sicut Ecclesia, cui æquiparatur, ita ut istud procedat etiam contra aliam universitatem tractantem de lucro captando, Duran. *decis.* 402. *num.* 8. *& seqq. ad* ... Martha *vot. Pis.* 210. *num.* 4. *& seqq.* vide *in §. Restitutio num.* Pellegrin. *prax. vicar. par.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 11. *n.* 17. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 32. *n.* 56. 9

Universitas non comprehenditur sub dispositione statuti loquentis per verba, *si quis, quicumque*, & hujusmodi, Jas. *in l. si quis major num.* 7. *Cod. de transact.* Menoch. *de arbitr. cas.* 183. *num.* 16. Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 198. *per tot.* ubi exemplificat in pluribus, Tusch. *litt. V. cons.* 270. ubi quòd non venit appellatione personæ, vide in *§. Personæ*. Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 64. *de Religios. Dom.* 10

An teneatur solvere gabellam, vel datium pro suis rebus & contractibus, quando aliis jus exigendi locavit, vel aliter cessit, dixi *in §. Gabella n.* 5.

Et quoad locationem, vide *in §. Conductio n.* 48. *& §. Locatio nu.* 24. Card. De Luc. *de Usur. disc.* 2. 4. *&* 40. *Conflict. observ.* 164.

Plura de usuris quid sint, quomodo prohibitæ, vel permissæ, & alia, plenè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 41. *cum pluribus seqq. vol.* 3. Ricc. *Collect. in Repertor. verb. Usura*, Petr. Royz. Maur. *decis. Limen.* 5. *per tot.* Joseph Feliv. *in Margar. var. conclus. verb. Usurarius*, *per tot fol.* 131. Mathæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *per tot.* Ægid. de Castej.

in

in Alphab. judid. verb. Usura per tot. & vide alios Doctores de hac materia agentes infra *n.* 16.

Quòd usura manifesta dicatur contractus stocchi, vide *in* §. *Contractus num.*

De pluribus usurariorum fraudibus, & machinationibus ad palliandas usuras, ex quibus detegantur, & alis, latè Tusch. *litt. V. conclus.* 345. *& seqq.* Merlin. *dec.* 161. *per tot.* Maliùs Matthæu. Sanz. *d. contr.* 40.

2 Usura alia est mentalis, vel interna, alia realis, vel externa; mentalis dicitur quando quis mutuat cum intentione lucrum ex mutuo accipiendi, nullo tamen inito pacto expresso, nec tacito cum mutuatario; realis autem dicitur quando quis mutuat cum pacto expresso, vel tacito, lucrum accipiendi ex mutuo, ut benè explicant Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *tit. de usur. cap.* 3. *per tot. fol. mihi* 418. Salon. *de just. & jur. tom.* 2. *quæst.* 78. *art.* 3. *contr.* 10. *fol. mihi* 423. *&c* Covar. *in relect. tom.* 1. *fol. mihi* 652. *n.* 4. 8. *&c.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 6. *&c.* ubi etiam docent, an, & quando intret obligatio restitutionis.

Plura de usura mentali, an, & quando inducatur, vel non ex spe, & intentione obtinendi lucrum aliquid ex mutuo, Guttierez *in Prax. quæst.* 83. *per tot.* ubi plura pro exclusione dictæ usuræ mentalis ex dicta sola spe, & intentione, cùm usura in eo solo consistat, quòd pro mutuo aliquid quasi in pretium accipiatur; secus si ex mera liberalitate, & gratitudine mutuatarii, etiam à mutuante prævisa, & intenta, ut inferius etiam ex aliis notatur *n.* 6. *&* 8. & latè idem Guttierez *loc. cit. quæst.* 84. *cum plurib. seqq.*

Item usura realis, alia est expressa alia tacita, alia formalis, alia virtualis, item secundum Jurisconsultos, alia dicitur lucratoria, alia punitoria, & alia restauratoria, ut docet Azor. *d. cap.* 3. *per tot.*

Quòd in foro externo usura non committatur per solam taxationem excessivam interesse, sed per exactionem, & possit taxatio reduci, vel reiici, remanente firmo contractu quoad alia, Cravett. *cons.* 189. *num.* 8. Gayl. *observ.* 4. *lib.* 4. Gratian. *discept. for. c.* 589. *n.* 17. *&* 18. ubi allegat Rot. & alios. Et ideò puniri quis non potest nisi contractus usurarius fuerit consumatus per exactionem usuræ, Farin. *de falsit. quæst.* 163. *n.* 31. *&* 32. Ciarlin. *contr. cap.* 40. *n.* 19. Cavalcan. *dec.* 13. *n.* 78. *part.* 2. Beltaz. *cons.* 55. *nu.* 9. *& seqq.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 347. *vers. Est etiam*, Conciol. *resol. crim. verb. usura resol.* 1. *n.* 8. *&* 9. ubi tamen refert plures contrarium tenentes, cum quibus videtur transire, ut etiam sola taxatio, & stipulatio sine exactione, tamquam actus temerarius sit punibilis pœna extraordinaria mitiori, secundum Bajard. ad Clar. §. *Usura nu.* 32. Leotard. *de Usur qu.* 100. *n.* 63. *& seqq.* & alios ab ipsis citatos.

Quòd usura sit materia odiosa, & habeat plura specialia, Tusch. *litt. V. conclus.* 344. *&* 338. *per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 229. *& seqq.* ubi plura de usuris, & Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *per tot.*

3 Usura (quidquid olim fuerit de jure civili, & de lege veteri ad majus malum vitandum) hodie est omni jure prohibita, adeò ut si quis assereret esse permissam, vel non esse peccatum mortale, esset censendus hæreticus, prout definitum fuit in Concilio Viennensi, *et in Clement. un. tit. de usur.* §. *ultim. c. consuluit de usur. caus.* 14. *quæst.* 3. *et* 4. Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 1 D. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 1. Less. *lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 4. *n.* 26. *etc.* Filiuc. *tom.* 2. *tract.* 34. *cap.* 1. *n.* 11. *etc.* Azor. *Instit. mor. part.* 3. *lib.* 5. *tit. de usur. cap.* 2. *per tot. fol.* 424. Salon. *de just. et jur. quæst.* 78. *art.* 1. *contr.* 1. *fol. mihi* 391. P. Stephan' de Neap. *tract. de præcip. jur. et just. part. lib.* 1. *cap.* 29. *num* 2 *etc.* & ex nostris Pract. Papp. *act. hypoth. glos.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 398. *per tot.* ubi plura de pœnis usurariorum tam ex jure Pontificio, quàm civili, & quàm pessima sit fœneratorum pestis, Bonifac. *de furt.* §. 4. *num.* 40. *etc.* Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 337. *per tot. cum pluribus seqq.* Carol. Marant. *contr. par.* 15. *respons.* 62. *et* 63. *per tot.* Clar. & Bajard. *in* §. *Usura per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Usura resol.* 1. *per tot.* Leotard. *de usur. quæst.* 2. *per tot.* Scaccia *de Interesse lib.* 1. *qu.* 15. *nu.* 14. *etc.* Merlin. *dec.* 409. ubi magistraliter *per tot.* Sperel. *dec.* 116. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 154. *vol.* 1. ubi quòd usuræ lucrativæ sunt omni jure reprobatæ, recompensatiræ verò ratione damni, & interesse juncta mora permissæ, & latiùs *decis.* 41. *cum pluribus seqq. vol.* 3. plenè Gasp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 4. *per tot.* Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 229. *et seqq.* Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crim. contr.* 40. *per tot.* ubi latè qualiter usura sit omni jure prohibita, & detegatur quando sub prætextu interesse fuit in pactum deducta, Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 419. ubi qualiter non possit fieri licita ex conventione partium, & alia plura ad rem, ut non possit vendi tempus, prout vendi diceretur data dilatione ad solvendum sub usuris in simplici credito, *et part.* 17. *dec.* 323. ubi qualiter hodie sint omni jure prohibitæ usuræ.

Usura est delictum mixti fori, ideóque potest 4 puniri per Judicem sæcularem inter laicos, & etiam per Ecclesiasticum salva præventione, Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 26. *per tot.* Clar. *in* §. *Usura n.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 31. *num.* 2. *&c. vol.* 2. *& dec.* 41. *n.* 19. *volum.* 3. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 347. *vers. Quis sit*, Cacheran. *decis.* 137. Peguer. *decis.* 30. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 230. *n.* 6. Conciol. *verb. Delictum resol.* 2. *nu.* 12. *& seqq. & verb. Usura resol.* 2. *per tot.* Farinac. *quæst.* 8. *num.* 140. Fachin. *contr. jur. lib.* 9 *cap.* 30. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *nu.* 140. *&c. fol.* 85. *& lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 25. *in fine fol.* 249. Leotard. *de usur. qu.* 100. *n.* 78. Sperel. *dec.* 40. *nu.* 80. *& seqq.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *n.* 45. *& seqq. fol.* 291. Tondut. *de prævent. par.* 2. *cap.* 26. *per tot.* ubi qualiter datur præventio inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, an exceptio usurariæ pravitatis retardet executionem obligationis Cameralis, quando possit dici solva, & repeta, &c. Vela *in Prælect. ad cap.* 1. *de off. jud. ordin. vel tract. de Episcop. part.* 1. *n.* 71. *& seqq. ad* 80. *post. Dissert. fol. mihi* 337. ubi videtur tenere quod spectet ad judicem Ecclesiasticum privativè, sed contra magis communem opinionem ad tradita per alios supracitatos, & per eundem Sperel. *d. dec.* 40. *n.* 12. *&c.* Cabal. *resol. crim. cas.* 188. *per tot.* ubi plura de contractibus illicitis, & usurariis, ac de lege municipali Florentiæ de die 14. Aprilis 1645. Salon. *de just. et jur. qu.* 78. *art.* 3. *contr. ult. fol. mihi* 419. Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 1. Tusch. *litt. V. conclus.* 357. *per tot.* ubi videtur latè concludere quòd spectet ad judicem Ecclesiasticum tantùm cum aliquibus tamen declarationibus, & idem tenet Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 77. *et part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 18. ubi quòd judex Ecclesiasticus, (maximè si prævenerit) potest inhibere judici sæculari ne procedat ad executionem contractus, donec fuerit decisum, an sit usurarius, vel non, sed melius idem Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 15. *per tot.* ubi post relatas opiniones concludit esse mixti fori, quando agitur de quæstione facti, vel etiam juris clari, & indubitati, quando autem agitur de quæstione juris obscuri, spectare ad solum judicem Ecclesiasticum, sicut etiam quando agitur de Clericis, vel de pœnis Ecclesiasticis, & spiritualibus, de quibus judex laicus non se ingerit, vide Ausald. *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 12. Mart. *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 7. Ciarlin. *contr. cap.* 29. *n.* 1. *et seqq. et cap.* 40. *n.* 14. *etc.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *num.* 39. ubi quòd licèt DD. multum laboraverint in agitanda quæstione de competentia judicis in hoc crimine, prævaluit sententia, ut sit mixti fori, adde Guttierez *canon. qu. cap.* 18. *et in Prax. quæst.* 79. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *qu.* 17. *n.* 7. *tom.* 1. Vide Fagnan. *in c. tuam a n.* 37. *et n.* 55. *de ordin. cognit.*

Quòd sententia lata à judice laico si contineat usuram possit revocari à judice Ecclesiastico, illiusque executio ratione peccati impediri per inhibitionem, latè Sperel. *dec.* 90. *num.* 5. *et seqq. per tot. et dec.* 91. *per tot.*

An

Digitized by Google

An autem, & quando sententia super contractibus usurariis lata transeat in judicatum, possit retractari, vel non, Paul. Christin. *dec.* 214. *n.* 5. *etc* vol. 4.

Et an causa usuraria criminali pendente, sit supersedendum in causa executiva civiliter intentata, Michael Ferro Manriqu. *Quæst. Vicar.* 15. *per tot. part.* 2. ubi relato Gratiano, & aliis tenentibus esse priùs terminandam causam civilem tamquam præjudicialem criminali, ostendit contrarium esse verius, scilicet priùs esse cognoscendum de criminali, quæ verè præjudicialis est civili, & debet facere illam quiescere, & non è contra, de qua materia plures alios citavi in *§. Causa num.* 9. & plura de suspensione judicii civilis ob criminalitatem, Costa *de re integra distinct.* 100.

Quòd si ex eodem instrumento oriatur actio civilis, & criminalis, si fuerit priùs intentata civilis, non possit ea pendente intentari criminalis, & stante præjudicialitate, sit inhibendum judici criminali, Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 370. ubi vigore rescripti Apostolici.

5 Usura potest committi etiam in ultimis voluntatibus, veluti quando testator legat pecuniam alicui, mandans interim donec solvatur legatum, quid annuum præstari ab hærede, nam si sit in facultate legatarii exigere legatum quandocumque, committit usuram, percipiendo illud annuum, & tenetur in sortem imputare, Gratian. *discept. for. cap.* 34. *num.* 34. *etc.* Vivi. *comm.* 872. *per tot.* Rot. *part.* 2. *rec. dec.* 446. n. 4. ubi secùs si agatur de pecunia investienda. Cavaler. *dec.* 591. *n.* 1. *etc.* Bardellon. *cons.* 120. *per tot. lib.* 2. de alimentis legatis uxori donec dotas suas non petierit, vide in §. *Legatum num.* 91. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 29. *per tot. et tit.* 9. *quæst.* 18. *per tot.* Gasp. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 3. *quæst.* 6. *per tot.* Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 42. *per tot.* ubi quod vera est conclusio, quando pure legata est quantitas, eamque legatarius statim consequi potest, alias autem secus, & plura adducit ad exclusionem usuræ, & imputationis fructuum, quando constat voluisse testatorem interim legare etiam fructus ex mera liberalitate, & non propter moram hæredis, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 74. *numer.* 14. ubi quòd licita est conventio quando non potest capitale peti, & facit *part.* 18. *decis.* 676. ubi in transactione, latè Urceol. *Consult. for. cap.* 39. *num.* 21. *et seqq. per tot* ubi plura hincinde, an committatur usura in legato dotis facto uxori una cum fructibus ad rationem &c. donec dos fuerit restituta, si vidua differat exactionem, & hujusmodi interesse percipiat, & citat pluries meas *resol. cap.* 50. licèt videatur dissentire ab eo, quod ibidem probavi *n.* 3. Tusch. *litt. V. conclus.* 337. *nu.* 54. *& seqq.* Covarruvar. *resol. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. dixi in *Pract.* §. *Usure n.* 5. facit Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 676. *per tot.* De Luc. *de Camb. disc.* 24. *nu.* 5. *disc.* 31. *num.* 14. *de Usur. disc.* 19. *n.* 4. *&* 5. *disc.* 32. *a n.* 2. *Conflict. obser.* 176.

Qualiter usura committatur etiam in deposito, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *num.* 51. *&c.* dixi in §. *Depositum n.* 16. *&* §. *Interesse n.*

Quomodo committatur usura in cãbiis, & sententiis super hujusmodi materia latis, Rot. *part.* 2. *div. dec.* 305. *per tot. part.* 11. *recent. decis.* 198. *per tot. & decis.* 290. *per tot.* Borgn. *decis.* 2. *num.* 23. *etc.* ubi bene declarat, quæ dicantur cambia sicca, & non realia, & sic illicita, & quæ realia, & licita, Peguer. *decis.* 33. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 524. *part.* 24. *decis.* 26. *per tot.* Bich. *dec.* 74. *per tot. & dec.* 130. *per tot. et dec.* 191. *per tot.* Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 10. *de Camb. per tot. fol.* 793. *etc.* Salona *de just. et jur. tom.* 2. *tit. de Camb. per tot. fol.* 523. *etc. ad* 640. P. Staph. de Neapol. *de præcip. jur. et just. part. lib.* 2. *cap.* 65. *et seqq.* Leotard. *de usur. quæst.* 25. *et* 26. *per tot.* Straban. *de Interesse lib.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 1. *et* 2. *per tot.* Sperel. *dec.* 91. *per tot.* Tusch. *litt. V. conclus.* 360. *n.* 5. *etc.* Dian. *part.* 2. *tract.* 8. *resol.* 1. *cum pluribus seqq. et part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 67. *per tot.* Merlin. *dec.* 636. ubi pro validitate cambii cum facultate cambiandi etiam à se ipso, & alia, Ricc. *Collect.* 3272. Gasp. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 57. *& seqq.* Cespedes. *Curs. Theol. tract.* 19. *disput.* 6. *per tot. fol.* 291. *etc.* ubi plenè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 69. *per tot.* ubi plura pro imputatione fructuum, sive cambiorum solutorum in sortem, ex quo non fuit doctum à creditore de realitate cambii per litteras, & transmissionem ad nundinas, ac reditu, sine quibus cambium dicitur siccum, & usurarium, nec creditur assertioni partium, & alia plura notabilia de hac materia, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *num.* 117. *et seqq.* Rot. *d. part.* 9. *decis.* 145. *num.* 4. *etc. & part.* 10. *dec.* 266. *per tot.* ubi etiam quid si alter assumpserit in se onus cambiandi, benè Bich. *decis.* 191. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 392 ubi pro imputatione cambiorum in sortem, non obstante confessione, vel solidatione inter partes cum expressione quod spacia fuerint verè secuta, licèt postea ex lapsu temporis afferantur deperdita, nisi aliundè de vera, & reali transmissione appareat, quia in prohibitis non est in potestate partium facere licitum, quod aliàs est illicitum, *& part.* 17. *dec.* 385. *& part.* 18. *dec.* 63. *tom.* 1. Less. *de Just. et Jur. lib.* 2. *cap.* 23. *per tot.* Vide De Luc. *loc. citat.*

Qualiter autem possit stari confessioni partium, etiam in materia usurarum, ubi non est simplex, sed valdè aliundè adminiculata, Rot. *d. part.* 27. *decis.* 391. *num.* 2. *& seqq. & part.* 18. *dec.* 191. ubi pro imputatione in sortem juxta prædicta; à qua tamen fuit postea recessum, quia non erat distinctè probata solutio cambiorum *d. part.* 18. *decis.* 518. *per tot. et decis.* 681. *in eadem causa.* Vide De Luc. *de Usur. disc.* 35. *et disc.* 38. *n.* 7.

Quod si debitor in se assumpserit onus cambiandi, teneatur ad solutionem cambiorum, etiam si verè non cambiaverit, si non ratione lucri cambiorum, saltem ratione interesse creditoris ob non adimpletum onus susceptum cambiandi, nisi probet omnem adhibuisse diligentiam, nec invenisse volentes ad cambium recipere, vel mandatum susceptum legitimè renunciasse, & alia pulchrè Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 199. *per tot. et dec.* 256. *n.* 6. *et seqq. per tot.* ubi declarat, & concordat alias decisiones, quæ istis contrariari videntur, & rursus *d. part.* 10. *dec.* 338. *per tot.* ubi quòd ex tali non adimplemento teneatur debitor, & fidejussor ad omnia damna, & interesse, quæ concludenter probantur per fides mercatorum de occasionibus cambiandi, *& part.* 11. *decis.* 141. ubi etiam qualiter procurator possit à se ipso ad cambium recipere, & alia ut supra, Leonell. *de Ferr.* 65. *num.* 27. Peguer. *dec.* 33. *per tot.* Rot. *part.* 23. *recent. dec.* 234. 423. 439. *per tot. et* 524. *per tot. et part.* 14. *dec.* 35. Urceol. *de transact. q.* 40. *n.* 25. *et seqq. per tot.* Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 353. *per tot.* prædictis adde Eminentiss. D. de Luca *tract. de Cambiis discurs.* 3. *et.* 5. ubi benè omnia declarat, facit Rot. *part.* 16. *dec.* 237. ubi plura de cambiorum usu, & quòd possit ex æquitate reduci ad justum, si immoderatum lucrum attulerit, & alia ad rem, *et dec.* 281. ubi quòd si debitor assumpsit in se onus cambiandi, & non cambiavit, vel dispacia non fecit, tenetur ad cambia loco damnorum, ut supra, moderanda tamen ad cambia nundinalia justa, & non placealia excessiva, Rot. *d. part.* 16 *decis.* 392. *num.* 1. ubi quod si debitor assumpsit onus transmittendi spacia, & adimplevit, resultat realitas cambiorum, si vero defecit, succedit obligatio pro damnis, & interesse liquidatis in eo, quod cambia in nundinis reddiderunt, *et part.* 17. *decis.* 231. *num.* 13. *et seqq.* ubi etiam quòd si debitor suscepit onus cambiandi, non debet creditor ampliùs se ingerere in negotio, ne videatur facere novationem ad tradita per D. de Luca *tract. de camb. discurs.* 10. *sub. n.* 3. & Bich. *dec.* 221. *num.* 7. Rot. *d. part.* 17. *decis.* 385. ubi quòd si debitor assumpsit ut supra onus cambiandi pro certo tempore, illo finito, remanet cambium siccum non docto de ejus realitate, nec debentur damna, & soluta imputantur in sortem, *& part.* 18. *tom.* 1. *dec.* 71. ubi quòd idem est si debitor promisit cambiare per se ipsum, vel per alium, ut teneatur ad damna, & interesse, non cambiavit, aut cambiari procuravit, *& decis.* 119. *d. part.* 18. *& decis.* 229.

 ubi

ubi quòd mandatum cambiandi susceptum a debitore durat usque ad integram satisfactionem, licèt cambium fuerit ad tempus restrictum, &c.

Quòd taxatio interesse in cambiis non sustineatur, sed illa rejecta debeantur tamen cambia ad rationem nundinarum, quia tale pactum vitiatur, & non vitiat, Rot. *d. p. 18. dec. 129. et part. 19. decis. 34. in eadem causa.*

Multa de cambiis, quando sint vera, & realia, sive sicca, & illicita, & omnes controversias indè resultantes, theologicè, & moraliter resolvere profitetur videndus D. Gregor. Rollignol. *in Novissima Prax. Theolog. moral. Contract. V, tit. de Cambiis à fol. 1. usque ad* 439. Ramon. *cons.* 40. cum plena Annot. m derni Jacob. Baldue. *per tot.* & Rot. Bonon. ab eodem Baldue. impressa *dec.* 33. *per tot in Bonon. Cambii anno* 1686. coram Mazzono, ubi quomodo procedat eonelusio, quod debitor cambii, qui onus cambiandi in se assumpsit teneatur ad damna, & interesse, etiam si non cambiavit, &c. Rot. Florent. in Florentina Cambiorum 28. Junii 1688. coram Illustrissimo D. Sebastiano Marino, *impressa, ut supra* per Baldue. *dec.* 49. *per tot.* ubi latè, an modus cambiandi in fascio, & in confuso sine summa, & sine nominibus sit legitimus, & firmatur pro tali in præteritum ob bonam fidem, & consuetudinem sic cambiandi, & transmittendi specia, reprobatur autem in futurum ad obviandum fraudibus, ex rationibus, & doctrinis ibi perpensis.

6 Usura an committatur si mutuans deducat in pactum ad sui favorem obligationem naturalem, & antidoralem, qua mediante recipiens tenetur ex honestate benefacere, ita ut vigore hujusmodi pacti possit recipiens mutuum mediante obligatione, & actione civili ad observantiam compelli, veluti si quis mutuet ea condirione, & pacto, ut recipiens se obliget ad remutuandum mutuatori suo in futurum quando indiguerit, vel ad præsens quid aliud diversum, vel ut sit immunis à tributis, vel gabellis, vel ut consequatur officium, sive aliud jus, & in similibus casibus; videtur dicendum quòd si deducatur in pactum ea tantùm obligatio naturalis, quę ex natura inest rei, non sit usura; si addatur civilis obligatio ad remunerandum ex vi mutui, committatur usura, ad tradita per Covar. *resol. lib. 3. cap. 2. num. 5.* Azor. *institut. moral. part. 3. lib. 8. de usura cap.* 7. ubi plura, Bonac. *de contract. disputat. 3. punct. 3. n. 9. & seqq.* Ugolin. *de Usur. cap. 30. num. 1. &c.* Leotard. *de usur. q. 16. n. 37. & seqq.* Stiban. *de Interess lib. 2. tit. 11. quæst. 2. num. 119. & seqq.* Salon. *de just. & jur. tom. 2. q. 78. art. 2. contr. 3. fol. mihi* 235. Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 11. num. 137. &c. fol.* 332. dixi *in Pract. §. Usura num.* 18. ubi quòd hujusmodi contractus reciproci mutui, & officii, cùm in se injustitiam, & inæqualitatem non contineat, sunt omninò permissi, maximè in foro exteriori, adde Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 8. resol.* 59. ubi plures pro utraque opinione allegat, *& resol. 60. et 61. et part. 11. tract. 7. resol. 23. per tot.* ubi qualiter possit vitari usura mutuando sub conditione, quòd mutuatarius det aliquid ex gratitudine non ut premium, sed ut sit conditio sine qua non mutuaret, infra *num. 8. supra num. pr. et* 2. latè Gutierez *in Prax. quæst 83. 84. cum pluribus seqq.* Gasp. Roderic. *de ann. reddit. libr. 3. quæst. 5. num. 18. et seqq.* Caspens. *Curs. Theol. tract. 19. disput. 3. per tot. fol. 248. etc.* Michael Ferro Maniiq. *Quæst. Vicar. part. 2. q. 95. et seqq.*

7 Usura regulariter non præsumitur, sed debet concludenter probari, maximè ut possit criminaliter puniri, ita ut tunc non sufficiant conjecturæ, nisi agatur de contractibus ex sui natura suspectis ab initio, vel ratione subiecti, vel ratione personarum, *l. cum precibus*, ubi Balduc. & alii, *Cod. de probat.* Gravett. *cons. 145. n. 6.* Rot. *part. 1. divers. decis. 340. num. 1. et part. 2. decis. 228. num.* 2. Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1417. per tot.* Ricc. *in Praxi var. resol. cap. 32. per tot.* Card. Tusch. *litt. V. conclus. 341. 346. 347. et 361. per totum vide in §. Contractus num. infra num. 12. vers. probatur,* latè Leotard. *de usur. quæst. 9. per tot.* Rot. *14. recent. decis. 74. num. 22. etc. part. 12. decis.* 401. *n. 10. et seqq.* Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* 40. ubi ex quibus detegatur usura palliata sub pacto, & nomine ejus, quod interest, cùm nihil, vel tanti non intersit, sed vera sit usura, Carol. Marant. *contr. part. 5. respons. 62. et 63.* ubi an probetur per testes singulares, per confessionem extrajudicialem, &c. Usuram, vel contractum usurarium in dubio non esse judicandum in foro contenntioso, secùs autem in foro animæ, pro qua tutior pars est eligenda, Pollent. *sing.* 193. Rot *rec. part. 19. decis.* 569. *n. 5. tom.* 2. De Comit. *decis. Flor. 19. num.* 8. De Luc. *de Usur. disc.* 12. Altimar. *de nullit. rubr. 5. part. 2. quæst. 10. n. 69. tom.* 4.

Usura & Simonia non committitur deducendo in pactum id quòd tacitè inest de jure, vel debetur ex antidorali obligatione, dummodò tamen in nihilo tale debitum alteretur, nec obligatio civilis addatur, cujus vigore possit debitor adstringi ad observantiam obligationis antidoralis, qui addita hujusmodi civili obligatione committeretur usura, & Simonia respective, secùs autem ut dixi si negocium remaneat in propriis terminis antidoralis obligationis, hoc est ut sit in mera facultate debitoris illi satisfacere, vel non, Covar. *var. resolut. lib. 1. cap. 20. num. 4. in fine, lib. 3. cap. 2. num.* 5. Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 11. num. 171. & seqq. fol.* 332. vide *in §. Episcopus num. 12. & alios citatos supra num.* 6. Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 8. resol. 59. & part. 2. tract. 16. resol.* 39. ubi docet modum paciscendi de aliquo temporali retribuendo citra Simoniam in obtinendis beneficiis, veluti pro labore, & gratuita remuneratione, & alia plura de Simonia, idem Dian. *part. 4. tract. 4. resol. 150. cum pluribus seqq.* vide in §. *Simonia per tot.* Gasp. Roderig. *de ann. reddit. lib. 3. quæst.* 5. ubi plura an aliquo casu licitum sit usurarium redditum exigere. Facit Ansald. *decis. 74. num.* 5. 8

Item non committitur usura si præter intentionem, & animum, sive voluntatem lucrum aliquod ultra sortem non intentum secundariò, & accessoriè percipiatur, secùs autem si actum est quòd plus restituatur, etiam sine animo fœnerandi, putando erroneè contractum esse justum, & legitimum, nam adhuc propter hujusmodi pactum committitur usura realis, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 123. num. 9. etc.* Salon. *de just. et jur. tom. 2. quæst. 78. contr. 1. per tot.* Cardin Tusch. *litt. V. conclus. 337. num. 80. et* 89. P. Stephan. de Neap. *de præcip. jur. et just. par. lib. 2. cap. 29. et 32.*

Si quis tamen bona fide faciat contractum usurarium, quem si cogitasset esse injustum ab eo abstinuisset, & alium justum celebrasset, probabilis est opinio, ut possit retinere lucrum, quòd percepisset ex contractu justo, nam qui bona fide facit contractum usurarium implicitè intendit justum titulum, & ita talem contractum celebrat, ut si sciret injustum nollet contrahere, sed alium faceret contractum licitum, Dian. *part. 5. tract. 8. resol.* 47.

Probabilior tamen, & tutior est contraria opinio, nisi contrahens expresserit velle contrahere eo meliori modo, quò potest. Sed primam opinionem iterùm probat idem Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 92. & part. 11. tract. 4. resol. 24. vers. et tandem.*

Item cessat usura si aliquid accipiatur non ratione mutui, sed assecurationis periculi, quid autem sit hujusmodi assecuratio, & quomodo permissa Canonistæ omnes *in cap. Naviganti de usur.* Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 2. num.* 5. Azor. *Instit. moral part. 3. lib. 8. tit. de usur. cap. 6. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 589. dixi *in §. Assecuratio, et in resol. cap. 17. per tot. et cap. 100. num. 4.* 3. facit Dian. *part. 11. tract. 7. resol. 24. per tot.* ubi an, quomodo pro incerto lucro, sed tamen probabili, possit aliqua certa minor summa solvi citra usuram, Rot. *part. 14. recent. decis. 74. num. 18. etc.* Rot. post Urceol. *de transact. dec. 53. per tot.* ubi etiam plura de nautico fœnore, quale sit, & quando prohibitum, vel permissum, tam de jure civili, quàm de jure canonico, & alia de assecurationibus maritimis, qualiter

Digitized by Google

liter prosint omnibus interesse habentibus, quando sunt generales, & cum clausula, *a conto di chi s' spetta*, probato casu permisso, & interesse &c. ac alis ad item, Rot. post eundem Urceol. *decis.* 66. *per totum*. Vide De Luc. *de Usur. disc.* 36. *n.* 5.

Item non dicitur usura si quis pro alio fidejubens non ratione simpliciter officii; sed ratione periculi, & molestiæ, cui se exponit moderatam mercedem recipiat, etsi posteà damnum aliquod patiatur, Cabal. *resol. crim. cas.* 285. Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 2. *cap.* 2. Leotard. *de usur. quæst.* 23. *num.* 31. Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 11. *cap* 22. *dub.* 5. *fol. mihi* 951. Salon. *de just. & jur. tom.* 2. *quæst.* 78. *artic.* 2. *contr.* 4. *fol.* 537. vide in §. *Fidejussor num.* & *in Pract. §. Usura num.* 14. *in fine*.

Item non est usura aliquid recipere ultra sortem quando quis mutuat coactè mandato Principis, non valens aliud agere, ita ut etiam Princeps sæcularis tempore necessitatis possit mandare licitè, ut per habiles fiant mutua cum interesse, Jo: Lup. *in repet. leg. curabit de act. empt. n.* 111. Mascard. *conclus.* 933. *num.* 41. *lib.* 2. cum aliis per Anton. de Bellis *tract. var. lib.* 5. *in prælud. ad Pragm. Regni nu.* 53. Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *tit.* 1. *gloss. Rub. num.* 18. *fol.* 18. ubi intelligit si absit hincinde metus depravans, & recipiatur ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, & non ratione usurarum.

Item non committitur à viduis, & similibus personis simplicibus, & idiotis pecunias suas ad honestum lucrum in aliqua negociatione ponentibus cum pacto certi lucri, & salvo semper capitali, Capyc. *decis.* 19 *num.* 8. Altograd. *cons.* 6. *num.* 86. *lib.* 1. Leoncil. *decis. Ferr.* 65. *per tot.* dixi in *resol. cap.* 47. *num.* 8. vide in §. *Mutuum num.* 11. Rot. *part.* 19. *recens decis.* 74. *n.* 16. & *seqq.* facit Conciol. *resol. crim. verb. usura resol.* 1. *num.* 4. & *seqq.* ubi quod pœna usurarum non habet locum in muliere, rustico, & similibus De Luc. *de Usur. disc.* 17. *n.* 20. *disc.* 39. *n.* 10. *disc.* 31. *n.* 9. *de Dot. disc.* 100. *num.* 5.

Item non dicitur usura, si aliquid recipiatur ultra sortem, non ratione mutui, sed ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, concurrentibus tamen debitis conditionibus, & requisitis, de quibus plenè Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *de usura cap.* 4. *et* 5. *per tot.* Salon. *de just. et jur. tom.* 2. *quæst.* 78. *art.* 2. *controv.* 8. *et* 9. Gasp. Rodetic. *de ann. reditt. lib.* 9. *quæst.* 5. *per tot.* Cene. *de Cens. quæst.* 34. *n.* 54. *etc.* Guttierez. *in Praxi quæst.* 89. *et* 90. *per tot.* Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 337. *num.* 96. *et num.* 110. *etc. et conclus.* 360. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 119. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 387. *per tot. et in Addit. ad cap.* 427. *in fine, cap.* 652. 911. *et* 920. Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 315. *n.* 7. etc cui respondet Menoch. *loc. cit. num.* 18. *etc.* idem Gratian. *cap.* 819. 891. *et* 987. Rot. per Farinac. *dec.* 775. Altograd. *cons.* 45. *num.* 40. *etc. lib.* 2. Gesu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de delit. Camb. post quæst.* 6. *in notabil. fol.* 162. Castr. *in l.* 3. §. *ultim ff. de eo quod cert. loco*, Soccin. *reg.* 6. *per tot. verb. Accipere*, ubi ponit regulam negativam, quam 37. modis limitat, vide in §. *Interesse num.* et *in resol. cap.* 91. *per tot. et cap.* 100. *num.* 11. *etc.* P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. et just. part. lib.* 2. *cap.* 31. *per tot.* Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 24. Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* 40. *n.* ubi quæ & quales conditiones & probationes requirantur pro justificatione hujusmodi interesse in pactum deducti, Carol. Marant. *contr. part.* 5. *responsf.* 62. *per tot.* plenè Hermosil *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 1. *leg.* 10. *gloss.* 4. *per tot. fol.* 218. & *seqq. ad* 175. Less. *de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 20. *Dubit.* 9. & *seqq.* Altimar *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 20. *a n.* 83. *tom.* 4. & *infra in novissim. addit.* Crescin.

Si tamen lucrum cessans eo modo compensetur alio lucro, quo careret mutuans si non mutuaret; esset usura aliquid ultra recipere, ut explicat Dian. *part.* 2. *tract.* 8. *resol.* 34. vide in §. *Venditio num.* 48.

Atque ex dicta ratione damni emergentis, & certi modici salarii pro expensis ministrorum posse erigi, ac sustineri montes impræstiti cum solutione certæ mercedis, benè probat Marche *vot. Pis.* 215. & de omnibus prædictis casibus, & limitationibus, in quibus non committitur usura, latè Caspens. *Curs. Theolog. tractat.* 19. *disput.* 3. 4. 5. & 6. *per tot.*

Plures alii tituli, sub quibus licitum est mutuanti aliquid recipere ultra sortem sine usura, nempè ratione liberalis donationis, vel ratione ejus, quod aliàs debitum esset, vel ratione oneris mutuandi, vel ratione periculi sortis, & molestiæ in ea recuperanda, vel ratione pecuniæ, & obligationis non repetendi mutuum ante tempus præfixum, vel ratione fidejussionis, vel ratione pœnæ conventionalis, referuntur, & explicantur per Filliuc. *tom.* 2. *tractat.* 34. *cap.* 5. Salon. *de just. et jur. tom.* 2. *quæst.* 78. *art.* 2. *contr.* 8. 9. 10. *et seqq.* P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. et just. part. lib.* 2. *cap.* 32. *per tot.* Guttierez. *in Prax. cap.* 83. *cum pluribus seqq.* Gaspr. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *q.* 5. *per tot.* Caspens. *loc. citat.* Carol. Marant. *contr. part.* 9. *responsf.* 66. *per tot.* ubi de ratione laboris expensarum, periculi, & emptionis crediti pro minori summa, post tempus exigendi ut sit licita Leotard. *de usur. quæst.* 98. & 99. dixi *in resolut. cap.* 31. *num.* 13. Dian. *part. pr. tractat.* 8. *resolut.* 37. & 38. ubi quando ratione periculi in recuperanda sorte, vel pretio licitum sit aliquid plus recipere, vel cariùs vendere; An ratione obligationis non repetendi infra certum tempus possit aliquid recipi ex mutuo, idem Dian. *d. part. pr. tract.* 8. *resol.* 48. ubi affirmativè concludit, quando dicta obligatio versatur circa tempus notabile, & est pretio æstimabilis, aliàs autem secùs, & *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 90. *per tot.* ubi etiam de aliis titulis prædictis; sed quod imò ratione obligationis non repetendi mutuum infra certum tempus præfixum nihil possit recipi citra usuram, aliàs esset nimis lata aperta via fraudibus, & usuris, ac ideò opinionem affirmativam esse falsissimam, ac illam non approbare loco citato (licèt revera approbaverit) firmat cum aliis, qui illam censuraverunt, idem Dian. *part.* 8. *tractat.* 7. *resol.* 63. & latè Caspens. *dict. tractat.* 19. *Dispur.* 3. *sect.* 2. *per tot.* Mich. Ferro Manriques *quæst. Vicar.* 91. *per tot. part.* 2. ubi de eo, qui mutuavit centum per duos annos, ut non possit citra usuram aliquid recipere ultra sortem pro illa privatione non repetendi per illud tempus, qui ratione temporis nihil percipi potest. Vide Fagnan. *in cap. naviganti* & *in cap. consuluit n.* 5. *de Usur.* De Luc *de Usur. disc.* 15. *n.* 7. & 8. *disc.* 16. *n* 10. *disc.* 30. *n.* 7. *disc.* 37. *nu.* 18. *disc.* 39. *a nu.* 9. & *disc.* 43. *n.* 7.

Licet enim aliqui tenuerint, quod cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram, possit creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusare, item quod usura non sit dum ultra sortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solùm si exigatur, tanquam ex justitia debitum; tamen istæ propositiones, prout jacent, sunt hodie damnatæ, & reprobatæ per decretum Innocentii Papæ XI. Romæ publicatum 4. Martii 1679. sub *n.* 41. *et* 42. vide in §. *Pecunia n.* 14.

Usuras recipiens peccat, sed qui illas solvit non peccat, quando necessitate pressus solvit, vel promittit ei, qui aliàs paratus erat dare mutuum sub usuris, secùs si ipse solvens induceret ad ita mutuandum, Frances *Consult. moral.* 31. *per tot.* D. Gregor. Rossignol. *in Noviss. Praxi Theolog. legal. tom.* 1. *contract.* 3. *Disquisit.* 8. §. 4. *fol.* 307. Jas. *in leg. transigere n.* 10. *Cod. de transact.* Salon. *dict. quæst.* 78. *art.* 4. Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 7. *de usur. cap.* 17. *quæst.* 15. Leotard. *de usur. quæst.* 100. *nu.* 77. Dian. *part. pr. tract.* 8. *resol.* 31. ubi quod accipiens mutuum ab usurario sub usuris non peccat mortaliter, sed tantùm venialiter, etiam si non ad sublevandam necessitatem, sed ad vana, inutilia, & superflua, vel ludos otiosos accipiat, de quo latiùs idem Dian. *part.* 5. *tract.* 7. *resolut.* 8. *per tot.* & *resolut.* 12. Vide Card. De Luc. *de Usur. disc.* 37. *n.* 19.

Quod recipiens ad usuram non puniatur aliqua pœna, idem Leotard. *d. quæst.* 100. *n.* 76.

De pœnis usurariorum quod sint judici arbitrariæ, &

& possint torqueri, Clar. §. *Usura num.* 5. latè Guttierez. *in Praxi quæst.* 80. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 188. Cardin. Tusch. *littera V. conclus.* 354. Menoch. *de arbitr. cas.* 398. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *nu.* 31. *&c.* Ciarlin. *contr. cap.* 29. Martha *vot. Pis.* 70. Piehard. *Pract. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. num.* 125. *fol.* 106. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 347. *vers. de pœna &c.* ubi de pœna publicationis bonorum vigore Pragmaticæ Neapolitanæ, ultra quam non possint aliter criminaliter puniri, nec torqueri, Novar. *in Pragm. Regni Neapol. Collect.* 230. Conciol. *resolut. criminal. verb. Usura resolut. pr. per tot.* ubi quòd pœna est arbitraria, etiam in Judæis; cessat tamen in muliere, rustico, stante consuetudine, vel sola stipulatione sine exactione secundùm multos, licèt alii contra, si adsit diversitas opinionum, an contractus sit usurarius, si agatur de minima summa, licèt alii teneant parvitatem materiæ non excusare, an possit procedi ex officio & P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 2. *cap.* 36. *per tot.* ubi octo pœnas usurariorum enumerat, nempè infamiam, irregularitatem, privationem Sanctissimæ Eucharistiæ, & pœnitentiæ, nisi priùs facta restitutione pro viribus, non possint eorum oblationes recipi, careant Ecclesiastica sepultura, sint excommunicati facientes statuta in favorem usurarum, & usurariis, si ad usuram ab aliis receperint, denegatur repetitio, nisi priùs ipsi restituant sexdecim pœnas partim temporales, & partim spirituales, ac quando ejus locus sit, vel non, vide Leotard. *de usur. quæst.* 100. *per tot.* Carpzov. *in prax. criminal. part.* 2. *quæst.* 92. Brunnemann. *pariter in prax. crim. cap.* 5. *n.* 11.

De pœnis clerici usurarii, latè Guttierez. *in Praxi q.* 81.

Quòd usuræ indebitæ solutæ possint repeti, etiam si fuerint spontè, & scienter solutæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 911. *num.* 13. Sperel. *decis.* 91. *num.* 89. *& seqq.* Merlin. *dec.* 409. *n.* 26. *& seqq.* Salon. *de just. & jur. tom.* 2. *quæst.* 78. *art.* 2. *&* 3. dian. *resolut. cap.* 100. *num.* 9. *&c.* Tusch. *litt. V. conclus.* 348. *& seqq.* ubi qua actione repetantur, qualiter usurarios possit compelli restituere usuras, & remittere juramentum, qualiter, quibus, & quomodo fiat restitutio, & alia.

Imò solvens usuras semper coactè solvisse præsumitur, ne compellatur ad sortis restitutionem, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 419. *n.* 8.

Quòd consuetudo, sive potiùs corruptela circa usuras non excuset à nullitate, & obligatione restituendi, nec in foro conscientiæ, licèt possit excusare à pœna in foro externo, Sperel. *decis.* 91. *n.* 81. *&* 82. Farinac. *quæst.* 91. *num.* 5. *& seqq.* dian. *in resol. cap.* 100. *num.* 38. Tusch. *litt. V. conclus.* 355. *nu.* 10. *&c.* Merlin. *decis.* 409. *n.* 22. ubi quòd nec excuset Hæbreos, Conciol. *resolut. crim. verb. Usura resol. pr. n.* 6. *&* 7. De hujusmodi consuetudine, & Statuto loquitur Rot. *rec. par.* 19. *dec.* 569. *n.* 16. *& seqq. tom.* 2. Et vide Card. De Luc. *de Regular. disc.* 55. *num.* 9. *de Usur. disc.* 11. *n.* 31. *disc.* 12. *n.* 33.

Sed quòd imò talis consuetudo non etiam non excuset à pœna temporali in foro externo, cùm sit corruptela contra jus naturale, & divinum, benè probat. Peguer. *decis.* 14. *per tot.* ubi invehit contra Principes dissimulantes, & Judices non punientes, ut isti sint excommunicati, per text. *in Clement.* 1. *de usur. in fine*, sequitur Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 230. *n.* 3. vide in §. *Consuetudo num.* 22. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *n.* 1.

Intellige in usura manifesta, & patente, ut per Farinac. & Conciol. *in loc. cit.*

Qualiter, & quando usurarii repellantur à judicio, vel non, & quid in eorum hæredibus, Tusch. *litt. V. conclus.* 353. *per tot. & conclus.* 358. *num. pr. &c.*

Quòd usuræ indebitè solutæ compensentur cum sorte *l. eos* 26. §. *pr. Cod. de usur.* Paul. Christin. *dec.* 41. *nu.* 24. *volum.* 3. *& decis.* 224. *n.* 2. *volum.* 4. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 417. *per tot.* ubi plura, etiam si bona fide fuerint exactæ, & respectivè solutæ, ita ut nec mulier excusetur à dicta compensatione, quidquid fortè sit in pupillo.

Et fœnerator non amittat sortem, sed tantùm tenetur in eam imputare usuras perceptas, Rot. post Ursceol. *de transact. decis.* 53. *n.* 32.

12 Usuræ debitæ marito propter dotem non solutam incipiunt currere tantùm post biennium à die contracti matrimonii, quando dos fuit ab extraneo promissa, nisi aliter dies solutionis fuerit declarata, vel nisi facta fuerit interpellatio, vel nisi dos fuerit à patre promissa, quia tunc statim debentur, Jas. *in* §. *Fuerat n.* 20. *&c. Instit. de Act.* Magon. *decis. Flor.* 83. *n.* 1. *&c.* vide in §. *Interesse n.* 23. *&c.*

An usuræ, usurarum, vel interesse alterius interesse debeantur, & sic an in capite anni faciant capitale, Menoch. *de arbitr. cas.* 119. *n.* 18. *& seqq.* latè Fontanel. *dec.* 204. 205. *&* 206. ubi etiam an ex die litis motæ, vel ex die liquidationis, vide *in* §. *Interesse n.* 8. *&c.* Tusch. *litt. V. conclus.* 355. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 43. *nu.* 6. *volum.* 3. Merlin. *decis.* 499. *per tot.* ubi magistraliter ostendit usuras usurarum esse omni jure prohibitas etiam Hæbreis. Vide infra *in novissimis addition.* Crescin.

Quòd usuræ, quæ per longum tempus decem annorum non fuerunt petitæ intelligantur remissæ, ubi agitur de lucro captando, secùs si de damno vitando, inferendo ad usuras dotales, Jas. *in d.* §. *Fuerat num.* 21. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 25. *per tot.* vide *in* §. *Maritus num.* Magon. *decis. Flor.* 83. *num.* 10. *&c.*

De usuris pupillaribus, vide *in* §. *Debitor num.* §. *Interesse num.* *&* §. *Tutela num.* Card. De Luc. *de Usur. disc.* 29. *sub n.* 3.

13 Usurarius manifestus dicitur ille qui manifestè, palam, ac publicè usuras exercet, non enim sufficit probari ad hunc effectum, quòd semel, vel bis sub usuris dederit, sed quòd paratus erat ab omnibus fœnerari, & sic actuum frequentia etiam domi exercitata, vel locus, & modus publicè, & omnibus videntibus, & scientibus fœnerando tribuunt hanc qualitatem manifesti, quæ est in specie probanda, ita ut non sufficiat simpliciter apparere aliquem esse usurarium, etiam ex propria confessione, nisi addatur hujusmodi qualitas eum manifestum reddens, ut possit dici usurarius manifestus, & procedant statim subiicienda, Menoch. *de arbitr. cas.* 235. *n.* 2. *& seqq. ad* 19. Leotard. *de usur. quæst.* 100. *per tot.* Card. Tusc. *litt. V. concl.* 340. 341. *&* 342. *per tot.* ubi plenè Azor. *Instit. mor. part.* 3. *lib.* 5. *de usur. cap.* 18. *litt.* C. Joseph Rustic. *in tract. ad l. cum avus de condit. & demonstr. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 75. *&c.* Sanfelic. *dec.* 347. *cum plena Addit.* ubi pulchrè de hac materia, an possit ex officio procedi, & alia, Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 230. *&* 231. Vivi. *com. opin.* 5.

Et ut quis possit dici usurarius manifestus, requisitur judicis pronunciatio, & declaratoria, ac ante hujusmodi declarationem talis dici non potest, ut solitis pœnis afficiatur, & ubi possit habere aliquam excusationem debet procedi contra eum juris ordine servato, etiam si essemus in facto notorio, Menoch. *d. cas.* 235. *n.* 12. *& seqq. & nu.* 32. Mascard. *de prob. conclus.* 1425. Card. Tusch. *litt. V, conclus.* 347. *& seqq.* Leotard. *de usur. quæst.* 100. *num.* Sanfelic. *decis.* 347. *cum Addit.*

Probatur autem quem esse usurarium manifestum ex propria ejus confessione, quòd sub usuris publicè sæpius, vel domi frequenter dederit, vel per testes asserentes se pluries vidisse hunc mutuantem sub usuris, illi tamen qui mutuo susceperunt non sunt idonei, nisi deponant pro tertio, & renuncient omni commodo sibi obventuro, vel per famam, & communem opinionem testibus probatam, item per conjecturas, & indicia pariter testibus confirmata, item per librum rationum ipsius usurarii, & iis receptis probationibus si judici videbuntur sufficientes pronunciabit illum esse usurarium manifestum, ut tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 235. *nu.* 20. *& seqq.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 8. *tit.* 19. Mascard. *de probat. conclus.* 1418. *per tot. & alii præcitati*, vide *supra* 7. Sanfelic. *decis.* 347. *cum Addit.* ubi plura an possit criminaliter procedi in Regno Neapolitano, & videtur negativè concludere, eo quòd vigore Pragmaticarum Regni sit tantùm imposita confiscatio bonorum, refert tamen alios contrarium tenentes, cum quibus libentius ego pertransseo per ea, quæ dixi *in* §. *Causa*, *& alibi*.

Quòd

Quòd testes deponentes usuras persolvisse non probent recipientem esse usurarium, cùm agant de illorum interesse ob restitutionem illis fiendam, Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad d. resol. 12. & in verb. Usura resol. 3. per tot.* ubi limitat nisi renuncient omni eorum interesse, Eminentiss. D. de Luca *in Theatr. verit. & just. tom. 5. tit. de usur. discurs. 12.* ubi quòd in materia usurarum non est necessaria plena, & perfecta probatio de mente Canonistarum, & Moralium, aliàs fœneratores nunquam de usura convinci possent.

11 Usurarius manifestus non potest condere testamentum, & factum annullatur, nisi præstita satisdatione per pignora, vel fidejussores de restituendis usuris, etiam si à Papa licentiam testandi obtinuerit, exceptis tamen judæis, qui sine hujusmodi satisdatione testantur, cùm inter illos videantur usuræ permissæ, vel tolleratæ, *cap. quamquam ubi DD. de usur. in 6.* Menoch. *de arbitr. cas. 449. n. 20.* Clar. §. *Testamentum quæst. 26.* Maur. *de fidejuss. part. pr. sect. 3. cap. 26. per tot.* ubi ampliat, & limitat pluribus modis, Joseph Rustic. *in tract. ad l. cum avus, de condit. & demonstrat. lib. 3. cap. 12. num. 72. & seqq.* Gabriel. *commun. conclus. tit. de testam. conclus. 3. per tot.* Card. Tusch. *litt. V. conclus. 342. per tot.* Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 3. per tot.* Leotard. *de usur. quæst. 100.* Dian. *part. 12. tract. 4. resol. 22.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 15. num. 70. & seqq.* ubi plures alios allegat, ubi an id verum sit non solùm à publico usurario ex mutuo, sed etiam ex venditione, & alia, Paol. Christin. *decis. Belgic. 41. num. 22. & c. vol. 3.* Vivi. *commun. opin. 1053.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. num. 1316. tom. 5.* De Luc. *de Testam. disc. 90. sub nu. 13. in fin.*, ubi rationem adducit.

Quòd quandocumque præstetur dicta cautio etiam post mortem per procuratorem defuncti, reconvalescat testamentum, Gratian. *discept. forens. cap. 893. n. 13. & n. 88. & c.* alia de testamento usurarii, qualiter possit reconvalescere, idem Gratian. *cap. 79. n. 18. & cap. 109. n. 21. & alii supracitati.*

An usurarius manifestus possit sine prædicta satisdatione testari saltem ad pias causas, & pro anima, maximè si tempore testamenti usuras dimiserit, si postea ad eas redivit, licèt exerceat palliatè, & non verè, Maur. *de fidejuss part. 1. sect. 3. cap. 26. n. 9. & seqq.* ubi videtur negativè concludere, vide Dian. *part. 7. tract. 6. resol. 11. & part. 8. tract. 6. resol. 73. in fine*, ubi affirmativè concludit.

Item an possit codicillari, donare causa mortis, vel legata relinquere, negat Alex. & Dec. *in l. discretis C. qui testam. fac. poss.* Clar. §. *Donatio quæst. 7.* & alii plures, quos refert, & sequitur Dian. *part. 8. tract. 6. resol. 73. per tot. & resol. 74.* ubi quid in judæo, & videtur idem firmare, cum Covar. *var. resolut. lib. 3. cap. 3. n. 9.* licèt plures alios in contrarium adducat.

Contrarium tamen de usurario pluribus relatis videtur tenere, Maur. *loc. cit. num. 13. & c.* motus quia dispositio *d. cap. quamquam*, tamquàm pœnalis, & odiosa non est attendenda, Rip. *in l. 2. n. 7 & c. ff. de leg. 1.* & alios pro hac parte allegat, licèt non sequatur Dian. *loc. cit. in princ. d. resol. 73.*

Quòd si usurarius manifestus tempore testamenti satisdederit, de restituendis usuris, & postea ad illas revertatur, annulletur testamentum, Bal. *cons. 164. part. 2.* Maur. *d. cap. 26. num 17.*

Si tamen non erat usurarius manifestus tempore testamenti, sed postea factus, testari potuit, nec annullatur testamentum, sicut etiam sustinetur, si post conditum testamentum satisdederit, vel usuras deposuerit ad effectum restituendi, vel hæredes eo mortuo restituunt quia tunc reviviscit testamentum, sicut etiam quando sibi essent remissæ, vel condonatæ usuræ; vel quando legavit pro malè ablatis, & ostendit signa contritionis, ad tradita per Maur. *d. cap. 26. per tot. & alios supracitatos.*

13 Usurarius manifestus privatur Sanctissima Communione, pia sepultura, & religiosa oblatione, *cap. quia in omnibus de usur.* Menoch. *de arbitr. cas. 431. n. 1. cas. 398.* ubi latè de pœnis usurariorum, Leotard. *de usur. quæst. 100.* ubi sexdecim genere pœnarum inter spirituale, & temporale enumerat Card. Tusch. *litt. V, conclus. 343.* ubi quòd potest exhumari, P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. & justit. partibus lib. 2. cap. 36.* Azor. *Institut. moral. part. 3. lib. 5. de usur. cap. 18. fol. mihi 450.* Salon. *de justit. & jur. tom. 2. qu. 78. art. 1. contr. 1. n. 2. & c. fol. 293.*

Usurarius, publicanus, nauta, caupo, & similes odio suarum personarum, & exercitii tenentur edere 14 actori rationes suas, & instrumenta, sicut & libros, latè Menoch. *de arbitr. cas. 499. nu. 21. & seqq. ad 37.* ubi etiam quòd idem est licèt fœnus exercere desierint, Genu. *de scrip. priv. lib. 4. tit. de lib. usur. n. 20. & seqq. fol. 260.* ubi etiam *n. 23. & 24.* quod idem est in judæo, vide *in §. Liber num.*

Debet tamen prius constare illum esse usurarium, tractari de causa usurarum, ac etiam ipsum confecisse, & tenuisse libros rationum, quos si alleget amisisse non creditur, nisi probet amissionem, Genu. *loc. cit. num. 29. & seq.* ubi etiam quid si neget confecisse libros.

Usurarius sive manifestus, sive occultus, tamquam 15 infamis, & criminosus à testimonio repellitur, Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 2.* Clar. §. *Usura nu.* Farinac. *quæst. 56. art. 9.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 449. & seqq. fol. 327.*

De usura, & usurariis multa Bertachin. *Repert.* 16 *verb. Usura, & Usurarius*, aliqua Joseph. Feliv. *Margar. var. cenci cod. verb.* Thoro *Compend. decis. Neap. part. pr. & 2. col. verb.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. 2. per tot. ubi in fine*, an consuetudo excuset à pœna usuræ, & videtur affirmare quoad forum temporale, intelligendo, ut dixi ego in hoc *§. n. 9. vers. Quod consuetudo.* De hac materia multa notabilia indicat Castejon. *Alphab. jurid. verb. Usura*, ubi in specie de pœnis, quomodo sit obviandum, an aliquando possint, & ex quibus causis excusari, & alia plura, de quibus etiam Auctores tractantes adducit Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part. 5. verb. Usura fol. 818. & c.* Multa de usurariorum pœnis Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. verb. Usura fol. 357. per septem capita*, & de usuris latè etiam Valer. *de differ. utriusq; fori verb. Usura per tot.* & nonnulla *in verb. Venditio*, Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ disp. 34. nu. 1. & seq.* Tondut. *de præveut part. 2. cap. 26. per tot.* Em. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *de nullit.* Nicoli. *Instit. Imper. & Canonic.* Fagnan. & alii Canonistæ *sup. Decretal.* Layman. & alii Moralistæ Maniff. ad eumd. De Luc. Rocc. Manf. Palm. & alii moderni.

Usuræ hebræorum quantum sint Christianis damnosæ. Card. De Luc. *de Usur. disc. 6. n. 14.* 17

Usuræ hebræorum sunt etiam illicitæ, & damnosæ de Jure Divino. Card. De Luc. *de Usur. disc. 5. n. 6. disc. 6. n. 10.* Permittuntur tamen ab Ecclesia ob eorum desperatam salutem. Card. De Luc. *de Usur. d. disc. 6. n. 11.* Et tignanter Romæ exiguntur ex permissione S. Pontificis. Card. De Luc. *de Usur. dict. disc. 5. n. 8. & 9.* ubi de ratione.

Usuræ hebræorum sortem an possint excedere. Surd. 18 *cons. 302. n. 1. cum seqq. & per tot.* Card. De Luc. *de Usur. d. disc. 5. n. 4.*

Usuræ hebræorum taxatæ fuerunt ad triginta pro centenario à Leone, & Paulo III. Card. De Luc. *de Usur. disc. 6. n. 3.* In Sabaudia, & Lombardia usque ad 33. pro centenario. Card. De Luc. *ibid.* Et de illarum reductione in eodem Statu Sabaudiæ, & de eventu. Card. De Luc. *ibid. n. 6.* De aliis verò moderationibus primò ad 20. secundò ad 18. pro centenario. Card. De Luc. *ibid. n. 4. & 12.*

Usuræ innexactæ non exiguntur ab hebræo converso 19 ad fidem orthodoxam. Card. De Luc. *de Usur. d. disc. 5. n. 10.* Exactas vero tenetur restituere debitori si est certus; si verò incertus Ecclesiæ ad dispositionem Papæ. Card. De Luc. *ibid.* Qui solet aliquando condonare illas eisdem in totum, vel in parte, ne aliàs à Christi fide avertantur. Card. De Luc. *ibid.*

Usuræ hebræorum super pignoribus possunt exigi 20 tantum pro mensibus 21. elapsis. Card. De Luc. *de Usur. disc. 7. nu. 10.* ubi declaratur. Debentur hebræo à debitore impedito vendere pignora elapso tempore 18. mensium. Card. De Luc. *d. disc. 7. n. 12.*

21 Usuræ excessivæ solutæ ipso jure imputantur in sortem, illamque proportionabiliter extenuant. Emerix Jun. *dec.* 140. *n.* 1. *& dec.* 127. *n.* 3. Etiamsi excessus sit in uno tantum. Emerix Jun. *d. decis.* 140. Et vide infra *n.* 38.

22 In materia usurarum non attenduntur assertiones partium. Emerix Jun. *dec.* 651. *nu.* 7. Neque bona fides, nisi ad excusandum à pœnis. Emerix Jun. *d. dec.* 651. *n.* 7. Neque declaratio facta in Testamento. Emerix Jun. *dec.* 213. *n.* 2. Nisi sit adminiculata. Emerix Jun. *d. dec.* 213. *n.* 3. Neque voluntas debitoris. Emerix Jun. *dec.* 652. *n.* 8.

Nec confessiones debitoris, & solidationes computorum attenduntur De Luc. *de Usur. disc.* 12. *n.* 19. *disc.* 35. *n.* 5. *& 7. cum seqq.*

Usuraria pravitas uti adversa Juri Divino, & Canonico, non fit licita ex conventione Partium. Text. in *Clem. Ex gravi §. Si quis, de Usuris*. Captar. *dec.* 488. *n.* 9. *part.* 2.

23 Ad inducendam usuram non sufficit quod venditioni, aut alteri contractui sit mixtum mutuum; sed necesse est, quod interveniat læsio, quæ si non probatur, cessat fundamentum usuræ. Castill. *dec.* 143. *n.* 1. *&* 2. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 117. *nu.* 3. *cum seq. & de Usur. disc.* 4. *n.* 2. *& seq.* Captar. *dec.* 565. *n.* 3. *par.* 2.

24 Usuræ præsumuntur solutæ, & exactæ. Emerix Jun. *dec.* 140. *n.* 9. *& dec.* 651. *n.* 8. Maximè quando debitor erat adstrictus sub obligatione Camerali. Emerix Jun. *d. dec.* 140. *n.* 10.

25 Suspicio usurarum cessat quoties ex circumstantiis resultat titulus, vel causa legitima obligationis. Rot. *dec.* 153. *n.* 19. *& seq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 213. *n.* 6.

26 Venditio cum pacto redimendi, & successiva locatio facta venditori est suspecta de usura. Emerix Jun. *dec.* 365. *& dec.* 394. *per tot.* Ad hunc tamen effectum probari debet modicitas pretii ultra dimidium justi valoris. Emerix Jun. *d. dec.* 365. *in princip. & d. dec.* 394. *vers. in gradu*. Ex quibus conjecturis convincatur usura simulata in contractu emptionis, & venditionis cum pacto de retrovendendo De Luc. *de usuris disc.* 11. Mantiss. ad eumdem *lib.* 5. *decis.* 5. *vol.* 1.

27 Usuræ usurarum de Jure prohibentur, & per constitutionem Pianam specificè in censibus Emerix Jun. *dec.* 1353. *n.* 5. Et non attenditur consuetudo contraria tanquam improba. Emerix Jun. *d. dec.* 1353. *n.* 7.

28 Contractus trinus, videlicet Societatis, assecurationis sortis, & assecurationis lucri an valeat Card. De Luc. *de Usur. disc.* 1. *per tot. disc.* 15. *nu.* 6. *Conflic. obser.* 161., *& de Cred. disc.* 161. *num.* 1. *& seq.* Vide Mantiss. ad eumdem De Luc. *lib.* 5. *decis.* 1. *nu.* 21. *vol.* 1.

De differentia inter forum internum, & externum in materia usuraria. Card. De Luc. *de Usur. disc.* 1. *n.* 13. *disc.* 3. *num.* 12. Vide Mantiss. *loc. cit. nu.* 22. *&* 23.

Taxa lucri certi ubi est moderata permittitur in societate ad tollendas lites in redditione rationum. Bonac. *de contract. disp.* 3. *qu.* 3. *punct.* 11. *n.* 2. Scaccia *de camb.* §. 3. *gloss.* 3. *n.* 36. *& seq.* Card. De Luc. *de Usur. disc.* 1. *n.* 3. *disc.* 3. *n.* 3. *disc.* 12. *n.* 35.

29 Usuræ pupillares à jure civili decretæ per jus canonicum correctæ sunt; Card. De Luc. *de usur. disc.* 29. *n.* 3.

30 Suspicio fœnerandi, & usurarum cessat in administratore, qui contractum faciat nomine, & ad commodum domini, non autem sui. Card. De Luc. *de usur. disc.* 39. *n.* 12.

In usuris quando rigorosè sit procedendum. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 200. *n.* 4. Quoties defectus non proveniat à Lege clara sed à sensu Doctorum, non est ita mordicus insistendum De Luc. *de Cens. disc.* 42. *n.* 11.

31 In materia usuraria non spectatur utilitas debitoris, sed solum id quod interest creditoris. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 17. *n.* 4. *de Usur. disc.* 12. *n.* 41. *disc.* 27. *n.* 10. *disc.* 19. *n.* 6. *de Alien. disc.* 4. *n.* 8.

32 In quo differat Romana Curia ab aliis Tribunalibus in hac materia usuraria. Card. De Luc. *de Usur. disc.* 9. *n.* 5. *&* 12. *& disc.* 15. *n.* 5.

Ubi substantia accessionum est licita, excessus causat injustitiam, non autem usuram. Card. De Luc. *de usur. disc.* 11. *n.* 9. *disc.* 40. *n.* 9. *de Camb. disc.* 31. *ex n.* 13., *& per tot.* 33

Quoties accessiones, vel usuræ debeantur in genere, seu substantia, an conveniri, & taxari valeant ad certam summam. Covar. *lib.* 3. *variar. c.* 4. *n.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 24. *nu.* 22. *cum seq.* Card. De Luc. *de Usur. disc.* 21. *n.* 4. *&* 5. 34

Si solvantur indebitè fructus, vel usuræ administratori alicujus Ecclesiæ non intrat imputatio in illius 35 præjudicium, sed solum competit actio contra administratorem. Card. De Luc. *de usur. disc.* 39. *n.* 13. *de Dot. disc.* 125. *n.* 8. Idemque procedit in pecunia spectante ad fideicommissariam hæreditatem. Card. De Luc. *d. disc.* 39. *n.* 23.

In Materia usuraria taxa minor est attendenda. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 198. *n.* 5., ubi declaratur *disc.* 213. *n.* 5. An id procedat in usuris dotalibus. Card. De Luc. *d. disc.* 198. *n.* 5. *& seq. & d. disc.* 213. *eod. n.* 5. 36

Dos data per usurarium in specie, vel quantitate de bonis per usuram quæsitis, an avocetur per eos qui passi sunt usuram. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 156. *n.* 23. *& seq.* Bona data per debitores usurario propter usuras non acquiruntur usurario nec exeunt à dominio dantis. Card. De Luc. *d. disc.* 156. *n.* 24. Et an bona usurarii sint hypothecata pro restitutione usurarum. Card. De Luc. *de Dot. dict. disc.* 156. *eod. num.* 24. 37

Licet fructus usurarii, vel indebitè soluti extenuent sortem ipso jure De Luc. *de Camb. disc.* 31. *n.* 8., & vide supra *n.* 21. fallit ubi concurrat interesse tertii. Card. De Luc. *de Cens. disc.* 23. *n.* 3. Sed remanet jus ei qui solvit indebitè repetendi ab eo cui solutum est, firma remanente sorte pro jure tertii. Card. De Luc. *d. disc.* 23. *n.* 3. 38

Fallit etiam ubi accessiones sint in genere licitæ, quia tunc excessus non sapit usuram, sed læsionem vel injustitiam De Luc. *dict. disc.* 31.

Quid in usuris dotalibus excessivè solutis De Luc. *dict. disc.* 31.

Creditor per triennium exigens usuras ad minorem rationem, quam conventum sit sibi præjudicat, Card. De Luc. *de Empt. disc.* 9. *n.* 10. *de Cred.* 129. *num. disc.* 140. *n.* 3. An id procedat in censibus. Card. De Luc. *d. disc.* 9. *n.* 10. *de Cred. loc. sup. cit.* 39

Debitor quomodo probare debeat solutionem usurarum, ad effectum repetendi, vel imputandi in sortem Card. De Luc. *de Usur. disc.* 12. *n.* 7. *cum seq. de Soc. Offic. disc.* 11. *n.* 4. *de Cred. disc.* 129. *nu.* 6. Vide etiam infra vers. ubi usuræ solutæ. Etiam præsumptivæ probationes in materia usuraria sufficiunt. Card. De Luc. *d. disc.* 12. *n.* 11. De Capitulo Regni contra usurarios convincendos etiam per testes singulares. Card. De Luc. *de Usur. d. disc.* 12. *n.* 23. De differentia ubi agatur de probatione usurarum ad effectum puniendi, vel ad effectum civilem restituendi. Card. De Luc. *d. disc.* 12. *n.* 25. de differentia inter repetitionem usurarum, & earum imputationem in sortem. Card. De Luc. *ibid. n.* 18. *de Camb. disc.* 7. *n.* 10. Probatis aliquibus exactionibus, an ista inducat præsumptionem in aliis. Card. De Luc. *d. disc.* 12. *n.* 21., De adminiculis, & modis, ex quibus probatur exactio usurarum. Card. De Luc. *dict. disc.* 11. *n.* 20. *& seq.* 40

Fœneratores student usuras occultare. Card. De Luc. *de usur. dict. disc.* 12. *n.* 12. 41

Ubi agatur de Creditore minore Imputatio habet speciem prohibitæ alienationis. Card. De Luc. *de usur. disc.* 17. *n.* 19. *&* 20., ubi declaratur *disc.* 30. *n.* 15., ubi de Ecclesia, *& disc.* 32. *sub n.* 7. *disc.* 39. *n.* 12 *& seq. de Dot. disc.* 125. *n.* 8. 42

Usura non datur sine mutuo vero, vel interpretativo. De Luc. *de usur. disc.* 4. *nu.* 4. *disc.* 11. *num.* 6. *disc.* 15. *nu.* 8., ubi etiam de aliis requisitis. Et ubi non est mutuum verum, vel interpretativum tunc in excessu non intrat usura, sed injustitia Idem De Luc. *de Camb. disc.* 31. *a n.* 13. 43

An, & quando Laicus per viam Judicii vel compromissi cognoscat de usuris. Card. De Luc. *de usur.* 44

disc.

Digitized by Google

disc. 12. *n.* 39. Fagnan. *in cap. contingit num.* 14. *de Arbitr.*

45 An, & quando transigi valeat super usuris, Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.* 5. *num.* 5. Leotard. *de usur. quæst.* 90. *n.* 19. *& seq.* Card. De Luc. *de usur. disc.* 22. *n.* 40.

Quoties usuræ vel intransactio in genere sunt licitæ, potest fieri concordia super incerto futuro eventu. Card. De Luc. *de Camb. disc.* 16. *sub n.* 10. Et quando transactio illas licitas redat. Card. De Luc. *de usur. disc.* 43. *n.* 2. 5. *& seq.* Et quando ista transactio præjudicet tertiis, nempe aliis posterioribus creditoribus, quibus imputatio prodesset Card. De Luc. *de usur. disc.* 35. *n.* 10. *& seqq.* De differentia inter remissionem, & transactionem in hac materia. Card. De Luc. *d. disc.* 35. *n.* 11.

46 De inconvenientibus, & difficultatibus in hac materia usurarum ob contrarias variasque Tribunalium opiniones. Card. De Luc. *de usur. dict. disc.* 22. *num.* 46. *& seqq.*

47 Bona qualitas Creditoris suffragatur ad excludendam suspicionem usuræ Card. De Luc. *ibid. n.* 36. Rot. coram Albergat. 19. *Novemb.* 1668.

48 Ubi usuræ cantant in unam causam non possunt referri ad aliam. Card. De Luc. *de usur. disc.* 35. *n.* 6. Rot. in *Roman. fructuum dotis* 21. *Aprd.* 1651. coram Cert.

49 Qualia sint extrema, vel requisita usuræ. Card. De Luc. *de usur. disc.* 37. *n.* 17.

50 In locatione mercimonii cum filiis, & aliqua quantitate pecuniæ in causam ejusdem negotiationis, an cadat usura. Card. De Luc. *de usur. disc.* 40. *per tot.*

51 Quando fructus summæ solvendæ per donatarium donatori, vel alteri taxari possint etiam in summa excessiva. Card. De Luc. *de usur. disc.* 32. *n.* 5.

52 In usuris attenditur rei substantia, & non formula verborum. Text. in *l. final. C. de usuris*. Card. De Luc. *de usur. disc.* 4. *n.* 7.

53 Pontifex non potest dispensare super usuris, nasque canonizare, sed solum declarare, & interpretari. Card. De Luc. *de usur. disc.* 6. *n.* 8. *de Alien. disc.* 11. *n.* 7.

54 Usura committitur ex perceptione fructuum pignoris conventionalis. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 133. *n.* 8. Vide Crescin. ad Abeteles. *obser.* 136. *part.* 1.

55 Usura quando intret in contractu pecuniæ trajectitiæ. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 121. *n.* 7. *Conflic. obser.* 163.

56 Creditum usurarum an dicatur ex causa onerosa, vel lucrativa. Gait. *de Credit. quæst.* 11. *n.* 573. *& seq.* Card. De Luc. *de Cred. disc.* 28. *n.* 15.

57 Quando cursus usurarum impediatur per oblationem. Card. De Luc. *de Cred. disc.* 92. *n.* 24. *&* 25.

58 Usuræ fuerunt penitus ignotæ de jure civili. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 35. *num.* 3. *vers. Omnino il primo.*

59 Taxa usurarum dotalium est digna moderatione. Card. De Luc. *de Cens. disc.* 32. *n.* 21.

60 Usuræ dotales non debentur soluto Matrimonio, etiam si illius reliquiæ supersint. Card. De Luc. *de usur. disc.* 35. *n.* 3. Et solutæ imputantur Idem De Luc. *ibid. n.* 2.

61 Usuræ dotales debitæ per aliquod Statutum ad rationem septem pro centenario, si pecunia dotalis destinata est in investimento, vel illud sit factum, sed imperfectè, & resolubiliter, tunc non potest prætendi interesse statutarium, sed solum fructus investimenti. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 31. *in Ann. n.* 10.

62 Dote ad Patrem reversa si iste fructus solverit filiæ, & hæredibus usuræ an imputentur, & extenuent creditum dotale. Card. De Luc. *de usur. disc.* 38. *per tot.* Quod filia dederit mandatum Patri ad investiendum, ex quibus excludatur. Card. De Luc. *d. disc.* 38. *ex n.* 6. Non defertur affectioni patris factæ in testamento. Card. De Luc. *ibid. n.* 7. Quid si Pater propria debita cum illa dote extinxerit. Card. De Luc. *ibid. n.* 13. *&* 16.

63 Contractus in dubio præsumitur usurarius, ut consulatur Animæ, Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 9. *& seq.* Castald. *consult.* 284. *n.* 18. *tom.* 2.

64 Usuræ quando incipiant deberi, Altimar. *de nullit. Rub.* 1. *quæst.* 1. *n.* 381. *tom.* 3. Staib. *de interesse lib.* 1. *qu.* 21. Rot. *rec. part.* 13. *dec.* 271.

Usuræ si conventæ non sint, quando debeantur, 65
Altimar. *loc. cit. n.* 333. Sperell. *dec.* 109. *n.* 16. *& dec.* 130. *n.* 4. Staiban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 9. *quæst.* 1. *num.* 97.

In contractibus stricti Juris usuræ an debeantur 66
ratione moræ. Altimar. *loc. cit. n.* 379. Sperell. *dec.* 40. *n.* 62. *& seq.* Sanfel. *dec.* 124.

Usura committitur in Societate, si quis det alteri 67
pecuniam ea conditione, ut lucrum sit commune; & pecunia sit semper salva, Altimat. *de nullit. rub.* 1. *q.* 25. *n.* 399. *tom.* 4. De Luc. *de Usur. disc.* 1. *n.* 5. Ciarlin. *controv.* 232. *n.* 44. Palm. *alleg.* 99. *n.* 9.

Usuræ cessant in societate decocta, Ansald. *de commer. dis.* 87. *n.* 24. *& seq.* Altimar. *loc. cit. nn.* 601. 68

Usuræ, quæ inceperunt currere cum majore, cur- 69
runt cum minore, Altimar. *de nullit. Rub.* 2. *et* 3. *q.* 2. *sect.* 1. *n.* 123. *fol.* 182. *tom.* 8.

Usuræ debentur à minore agente restitutionem in 70
integrum, & quo tempore debeantur, Altimar. *loc. cit. n.* 550. *fol.* 239.

Usuræ debentur pupillo sine consignatione, & 71
deposito, Altimar. *loc. cit. n.* 569. *vers. sine consignatione fol.* 246.

Usuræ, vel alimenta post annum luctus non de- 72
bentur mulieri in dotibus in bonis mobilibus, & immobilibus æstimatis non restitutis, Amat. *resol.* 49. *n.* 84. Gama *dec.* 71. *num.* 2. Altimar. *de nullit. Rub.* 1. *part.* 3. *q.* 35. *n.* 1160. *ver. post annum tom.* 5.

Usuræ debentur data dilatione ad solvendam do- 73
tem, quamvis Maritus habeat Uxorem in obsequio Altiman. *loc. cit. n.* 1161. ubi plura de hac materia.

Usuræ pro augmento dotis non debentur ante mo- 74
ram, secus post moram, Altimar *ubi supra ver. pro augmento.*

Usuræ dotis non solutæ an, & quando licitè exi- 75
gi valeant Balduc. *tit.* 4. *dec.* 19. *n.* 28.

Bona fides aliquando excusat à restitutione usura- 76
rum consumptarum De Luc. *de usur. dis.* 12. *nu.* 33. *dis.* 17. *n.* 21. *dis.* 39. *n.* 10. *& dis.* 43. *n.* 7. Bertach. *vot.* 95. *n.* 12. *& seqq.*

Observantia declarat contractum non esse usura- 77
rium, & quando. Dunozet. Jun. *dec.* 829 *n.* 9. Cerr. *dec.* 706. *n.* 9. Bertachin. *vot.* 99. *n.* 27.

Usuræ tamquam prohibitæ de Jure Divino non 78
possunt effici licitæ ex observantia, & interpretatione Doctorum, Bertachin. *vot.* 95. *num.* 17. *&* 18. ubi hoc declaratur.

Usura nō efficitur licita per consuetudinem vim legis 79
habentem Mantiss. ad De Luc. *lib.* 5. *dec.* 11. *num.* 7. *volum.* 3.

Lex nova usurarum moderatoria trahitur etiam ad negotia præterita Mantiss. ad De Luc. *de off. venal. dec.* 1. *n.* 10. ubi hoc declaratur *n. seq. vol.* 4.

Enucleantur casus omnes, in quibus licita est cer- 80
ti lucri taxatio favore Creditoris pecunias mutuantis, & omnia describuntur requisita, quæ in quolibet ex eisdem casibus exiguntur, & traditur quod in foro Judiciali non sit admittendus contractus omnia tacitè conventus latò Card. De Luc. *de Usur. disc.* 1. *disc.* 12. *& disc.* 18. Mantiss. ad eundem De Luc. *lib.* 5. *dec.* 1. *vol.* 1.

Ubi usuræ solutæ fuerunt una cum sorte, & agatur 81
de illarum restitutione Debitor, qui illas exsolvit, tenetur concludenter probare, quod servata non fuerint requisita, cum illa præsumantur; ad differentiam casus, quando sors adhuc soluta non fuerit, & prætendatur tantummodò imputatio. Si Sors, & Usuræ extiterint solutæ in vim mandati, à quo poterat appellari, adhuc debitor obligatur, si instet pro repetitione, quod probet non fuisse servata requisita, quæ valerent reddere licitam exactionem, etiam si prædicta requisita ex actorum revolutione non constent De Luc. *de Usuris disc.* 12. Mantiss. ad eundem De Luc. *lib.* 5. *dec.* 6. *&* 7. *vol.* 1. Vide etiam eundem De Luc. *de camb. disc.* 7. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 5. *dec.* 15. *vol.* 1. & vide supra *vers. debitor quomodo.*

Ut fructus ex credito peculiatio licitè exigi pos- 82
sint, notissima exiguntur requisita Castrensis, & præ-
cipuè

Digitized by Google

cipuè interpellatio, quæ debet esse personalis, ista tamen personalis executio non exigitur pro forma, & ideò sufficit etiam probatio illius notitiæ aliundè desumpta. Card. De Luc. *de Usur. disc.* 34. Mantiss. ad eundem *lib.* 5. *dec.* 9. *vol.* 1. Ubi alia circa hanc materiam, vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 25. *a n.* 85. *tom.* 4.

83 Ex pecuniis non dantur accessiones De Luc. *de Usur. disc.* 1. *n.* 2. Et solutæ imputantur in sortem ipso jure, non autem repetuntur, Idem De Luc. *de Usur. disc.* 28. *n.* 2.

Quando data aliquod mutuanti non importet usuram De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 35. *n.* 5. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 20. *a n.* 85. *tom.* 4.

84 Cambium potest constitui ex fructibus alterius Cambii, vel alterius Crediti fructiferi, cum Annathocismus in Jure prohibitus considerari non possit, nisi in usuris pure usuris, vel in usuris, quæ in Augmentum antiquæ sortis fuerunt usq; ab initio contractus in pactum deductæ De Luc. *de Camb. disc.* 3. Mantiss. ad eund. *lib.* 5. *dec.* 14. *vol.* 1.

85 Observantia etiam in materia usuraria est attendenda, ubi dubium est, an res sit licita vel illicita Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *dec.* 1. *num.* 21. *vol.* 1. Vide De Luc. *de Usur. disc.* 1. *n.* 17. *disc.* 2. *n.* 7.

86 Usura à Lege prohibita, si exigitur, non transit in Dominium recipientis Mantiss. ad De Luc. *de off. venal. dec.* 1. *nu.* 1. *vol.* 4. Gonzalez *in cap. cum in n.* 3. *& 4. de Usur.*

87 Judex semper debet inclinare pro usurarum exclusione Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *dec.* 8. *n.* 19. *vol.* 3.

88 Usurarii hæres qualiter teneatur Leotard. *de Usur. q.* 94. *per tot.* Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 7. *n.* 51.

89 Usurarii donatarius, vel successor, vel cessionarius non potest usuras exigere, vel exactas retinere De Luc. *de Usur. disc.* 5. *n.* 13.

§. USUSFRUCTUS XXIII.

1 USusfructus est jus utendi, fruendique rebus alienis, salva illarum substantia, §. 1. *ubi glos. & DD. Instit. de usufruct. l.* 1. *ff. eod.* & declarat Oinot. *in d. §. pr. num.* 7. Tusch. *litt. V, conclus.* 301. *n. pr.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 175. *num.* 4. *volum.* 2. Gabriel. de Bellis *tract. de usufruct. cap. pr. fol. mihi* 357. Ægid. de Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Ususfructus*, ubi de usufructu, plura remissivè Nicoli. *dict. Instit. tit.* Tartagli. *de reservat. statut. art.* 59. *n.* 206. Layman. *in Theol. Moral. libr.* 3. *tract.* 1. *cap.* 16. *n. pr. pag.* 207. *tom. pr.*

Et est duplex, nempè, causalis, qui est cum ipsa proprietate conjunctus, & cujus est pars integralis, sic dictus à sua causa dominii, cum quo stat unitus, & illius pars reputatur; & formalis, qui est à proprietate abstractus, & separatus habetque certam formam distinctam à dominio, *l. rectè dicimus ff. de verb. signif. ubi DD.* & Oinot. *in d. §. pr. Instit. de usufr. num.* 4. *&c.* Sperel. *decis.* 145. *nu. pr.* Magon. *decis. Flor.* 124. *num.* 7. *& seqq.* ubi an, & quando sit pars dominii, Tusch. *litt. V. d. conclus.* 301. *nu.* 2. *&c.* Paul. Christin. *d. decis.* 175. *num.* 4. *vol.* 2. Castejon. *loc. supr. cit.* Vide Crescin. ad Pen. *decis.* 200.

Aliam divisionem usufructus, nempè ut sit, vel conventionalis, vel legalis, & qualis uterque sit, ponit Idem de Bellis *loc. cit. cap.* 2. *per tot.*

Quòd ususfructus computetur inter immobilia, *l. corruptionem C. de usufr.* Gratian. *discept. forens. cap.* 756. *num.* 19.

In quibus rebus cadat ususfructus, vel non, Tusch. *litt. V. conclus.* 300. *per tot.* Paul. Christin. *d. decis.* 175. *num.* 6. *&c. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2390. ubi quæ variant in usufructu, & alia plura ad materiam.

2 Ususfructus potest constitui per contractus inter vivos, in ultimis voluntatibus, per sententiam judicis, & præscriptionem, item potest acquiri non solùm per nosmetipsos, sed etiam per alios, qui juri, sive potestati nostræ sint subjecti, ita tamen ne proprietas reddatur perpetuò inutilis, ac ideò si fuerit relictus Civitati, vel Ecclesiæ durat tantùm centum annis §. *ususfructus*, ubi Oinot. & alii *Instit. de Usufr. l.* 3. *& l. ususfructus pluribus ff. eod.* Tusch. *litt. V. concl.* 302. *per tot*, Ricc. *Collect.* 3881. vide *in §. Legatum num.* 18. *in fine*, Gabriel. de Bellis *tract. de usufr. cap.* 3. ubi de modis, quibus constitui potest, nempè cum die sub conditione, ad diem, vel conditionem, & alia Nicoli. *dict. Instit. Imper. tit.*

Quòd ususfructus civibus, vel Civitati relictus, ne proprietas semper sit inutilis extinguatur cursu centum annorum, cùm cives ipsi, quorum causa fuit relictus, nil plus centum annis vivere posse credantur; quidquid populus, & universitas semper in semetipsa vivat, *l. an ususfructus ff. de usufruct. & l. si ususfructus* 2. *ff. de usufruct. leg.* Menoch. *de arbitr. cas.* 508. *nu.* 3. *&c.* Layman. *loc. supra cit. pag.* 208. §. *quarta.*

Ususfructus est duplex, proprius, & improprius; proprius consistit in rebus, quæ usu non consumantur, sed salva remanet earum substantia, nec transeunt in dominium usufructuarii; improprius verò, vel quasi ususfructus consistit in rebus, quæ usu consumuntur, ut est oleum, frumentum, vestes, pecunia, & hujusmodi, & transeunt in dominium usufructuarii, præstita cautionem alternativè, aut de restituenda re ejusdem qualitatis, & bonitatis, cujus erat res fructuaria, quæ usu consumitur, aut de restituenda illius æstimatione de tempore ususfructus cœpti, & ista cautio stat loco proprietatis servandæ, §. *constituitur*, ubi Oinot. & alii *Instit. de usufr. l.* 3. *ff. eod. l. si vini ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 250. *n.* 31. *& seqq. vol. pr. & decis.* 175. *n.* 6. *& seqq. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 3590. Peregrin. *decis.* 83. *num.* 13. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 325. *n.* 5. *& seqq. part.* 12. *decis.* 239. *num.* 7. *& seqq.* vide Nicoli. *cit. inst. imper. tit.* Layman. *ubi supra pag.* 207. *n.* 3. 3

Quòd ususfructus consistat etiam in rebus, quæ usu consumuntur, & in fructibus recollectis tempore mortis testatoris quando fuit relictus in mobilibus, & in immobilibus, & quomodo tunc legatarius teneatur cavere, Gratian. *disc. pt. for. cap.* 130. *num.* 28. *&c. cap.* 543. *n.* 9. *&c. cap.* 585. *nu.* 13. *&c. cap.* 696. *n.* 18. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 142. *n.* 14. *&c.*

Item in pecunia, & aliis rebus usu consumptibilibus, quæ transeunt etiam quoad proprietatem in dominium usufructuarii, qui tamen petente hærede tenetur cavere de restituendo tantumdem in genere post finitum usumfructum, Altograd. *cons.* 90. *num.* 4. *& seqq. lib.* 1. Gratian. *decis.* 147. *num.* 8. *&c.*

Quomodo autem teneatur cavere usufructuarius pro rebus, quæ usu consumuntur, Surd. *decis.* 67. *per tot.* ubi post multa hincinde, concludit quòd si agatur de rebus, quæ statim, vel brevi usu consumuntur, vel minuuntur sit præstanda cautio de restituenda æstimatione secundum tempus inchoati usufructus, si verò de rebus, qui nonnisi longissimo usu minuuntur, & consumuntur de illis restituendis in eo statu, in quo reperiuntur tempore finiti usufructus, vide Franch. *decis.* 641. Tusch. *litt. V, conclus.* 304. *nu.* 34. *& seqq. per tot.* Ricc. *Collect.* 2590. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 239. *num.* 7. *& seqq.* Viv. *comm. opin.* 1043. *&* 1045. Gabriel. de Bellis *tract. de usufruct. cap.* 3. §. 1. *& seqq. fol.* 375. Vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* De Luc. *de Servit. disc.* 53. *nu.* 9. *& disc.* 54. *num.* 7.

Quòd usufructu legato spectent ad usumfructuarium jus conductionis gabellarum, & utilia ab eis provenientia, item lucra protocollorum notarii mortui, item laudemia, condemnationes, confiscationes, collationes beneficiorum, & quæcumque alia jura, & redditus, Altograd. *cons.* 89. *nu.* 1. *& seqq. lib.* 1. Seraph. *decis.* 222. *&* 240. *per tot.* latè Oinot. *in* §. *Constituitur n.* 1. *& n.* 5. *& seq.* ubi quos fructus sibi acquirat usufructuarius, *Instit. de usufruct.*

Quòd usufructuarius prædii, in quo adsit nemus cæduum possit illud incidere, prout solebat testator, ligna etiam vendendo, vel ad libitum disponendo, licèt defunctus non esset solitus illa vendere, sed tantùm pro necessitate domus, & familiæ uti, intelligendo quando est silva cædua, ac debito tempore, aliàs autem secùs, Cabal. *cons. decis.* 30 *lib.* 2. *per text. in l. item si fundi* §. *fin. & l. seqq. ff. de usufr. cum simil.*

Usufructuarius tenetur secundum naturam usu-

fructus

fructus cavere de utendo, & fruendo ad arbitrium boni viri, & de restituendo rem salva illius substantia proprietario usufructu finito, licèt sit ditissimus, & non suspectus, ita ut non possit hujusmodi cautio remitti à testatore, sed benè per hæredem tacitè, illam non petendo, quia tunc solùm debet præstari quando petitur, alias si petita non præstetur, non est admittendus usufructuarius ad usumfructum, *tot. tit. ff. de usufruct. & quemad. usufruct. cav.* Maur. *de fidejuss. part. pr. sect. 3. cap. 19. per tot.* Mynsing. *observ. 6. n. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 901. num. 10. &c.* Franch. *decis. 497. per tot.* Altograd. *cons. 90. n. 6. lib. 1.* Tusch. *litt. V. conclus. 304. & 305. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 175. n. 7. & seqq. per tot. volum. 2.* Ricc. *Collect. 161.* Rot. *part. 23. rec. decis. 23. num. 1. & seqq.* ubi quòd dicta cautio est petenda per viam ordinariam, & non executivam, & quare. Modern. Add. ad De Franch. *cit. dec.* Vide De Luc. *de servit. disc. 48. disc. 51. et disc. 54.*

Quòd teneatur conficere inventarium, & fidejussionem ut supra præstare, ita ut non possit ab isto onere, per testatorem liberari, sufficere tamen quamcumq; bonorum descriptionem, Altograd. *cons. 104. num. 16. & seq. lib. 2.* Oinot. *in §. Constituitur num. 4. Instit. de usufr.* Gratian. *discept. for. cap. 696. nu. 12. cap. 711. nu. 45. etc.* Paul. Christin. *decis. Belg. 250. num. 31. et seqq. vol. pr. et decis. 176. num. 23. vol. 2.* Rot. *part. 22. recent. decis. 239. num. 11. etc. part. 25. decis. 229. et 240.* ubi quid operetur remissio inventarii, & cautionis à testatore facta. Vide De Luc. *loc. supra citatis.*

Quòd teneatur cavere non obstante jussu testatoris, quòd hæres pro eo fidejubeat, vel fidejussionem non exigat, Surd. *decis. 109. per tot. et decis. 194. n. 2. &c.* ubi quòd potest compelli per hæredem impunè, etiam si testator jusserit non exigi sub pœna privationis, fuit tamen in eadem decisione conclusum pro privatione ex aliis Ricc. *Coll. 3544.* Rot. *part. 20. recent. decis. 285. num. 23.* ubi quòd testator non potest hujusmodi cautionem remittere usufructuario mobilium, nec remissio, sive liberatio est attendenda, tanquam contra naturam ususfructus, sed quid operetur talis remissio, vide Rot. *part. 25. recen. decis. 229. et 240.* vide *in §. Uxor nu. 27.* Vide De Luc. *ubi supra.*

Si usufructuarius sit in possessione, & percipiat fructus, illos lucratur, etiam non præstita dicta cautione, Cæval. *comm. opin. quæst. 108. num. 10.* Thes. *decis. 80. n. 3.* Barz. *decis. 74. num. 50.* Rot. *part. 12. recent. decis. 93. num. 1. et decis. 99. num. 2. etc.* Vivi. *comm. opin. 1043. et 1045.* Si verò non possideat, nec percipiat fructus non potest illos prætendere à proprietario, qui eos percepit; non admittitur tamen ad usumfructum nisi satisdet, & si fuerit admissus non petita hujusmodi satisdatione, quæ postea petatur, debet illam dare, aliàs sua possessio incipit esse vitiosa, & non suffragatur ad acquirendam fructus, Rot. *in Avenionen. usufructus Ven. 21. Decembris 1637.* coram Ghisilerio *in Noviss. part. 7. dec. 258. per tot.* Gratian. *decis. 3. in fine, et in Addit. per tot.* Franc. *decis. 497. per tot.* Speral. *decis. 107. num. 61.* Tusch. *litt. V, concl. 306. per tot.* Paul. Christ. *decis. Belgic. 175. n. 18. etc. vol. 2.* Merlin. *dec. 29.* Urceol. *Consult. forens. cap. 71. num. 28. volum. 2.* Rot. *part. 9. recent. decis. 87.* ubi confirmatur alia supra relata decisio, & declaratur quando hæres dicatur in mora, *et part. 20. decis. 290. num. 15. etc. decis. 329. num. 18.* ubi quòd sufficit dictam cautionem præstare in actu pacificæ consequutionis usufructus, & non antea lite super eo pendente. Vide De Luc. *de servit. disc. 48. n. 15. et disc. 54. a n. 5.*

Quod post interpellationem, & moram in fidejubendo si percipiat fructus, teneatur illos restituere, nisi agatur cum muliere, vel simili persona idiota, quæ probabiliter erraverit in jure credendo non teneri propter remissionem factam à testatore, quia tunc faceret fructus suos, Surd. *decis. 282. per tot.* Marth. *vot. Pis. 22. num. 17.* Merlin. *decis. 29.* ubi quòd debet interpellari, & in mora constitui per citationem personalem, & præcisam ad cavendum, & moram posse purgare, Rot. *part. 12. recent. decis. 99. num. 3. &c.* ubi etiam quando non fecit inventarium, & quòd proprietarius non tenetur, si possideat, fructus restituere usufructuario, nisi postquàm fuit interpellatus, & præstita cautio, & quare.

Si autem usufructuarius propter suam paupertatem non inveniat fidejussorem, videtur excusandus, & admittendus cum cautione juratoria, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap. 822. num. 9. &c.* Maur. *de fidejuss. par. pr. sect. 3. capit. 89. num. 31. &c. cap. 25. num. 32.* Surd. *decis. 241. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 175. nu. 12. &c. vol. 2.* Ricc. 3601. Rot. *part. 13. recent. decis. 325. num. 10.* Gabriel. de Bellis *tract. de usufruct. capit. 3. §. 4. per tot. fol. 382.* De Luc. *de servit. disc. 32. disc. 34. disc. 36. & seq. & disc. 107.*

Vel potiùs tunc possessio bonorum est relinquenda penès hæredem, & proprietarium, qui ipse satisdet de correspondendo usufructuario de fructibus deductis impensis, & laboribus, Maur. *de fidejuss. d. cap. 29. num 32.* Rot. *in dict. Avenion. usufructus 21. Decembris 1637. n. 22.* coram Ghisilerio, Paul. Christin. *dict. decis. 175. nu. 14. &c.* ubi quòd est æquissima opinio, & secundum eam fuisse judicatum; & quandoque etiam arbitrio Judicis, stante defectu proprietarii, fuisse commissam administrationem extraneo tamquam sequestro, qui usufructuario sub cautione de fructibus respondeat, Rot. *part. 13. recent. decis. 325. num. 11.* Vide infra *in novissim. addition.* Crescin. *sub n. 68.*

Usufructuarius acquirit quasi possessionem usufructus per simplicem ingressum in fundum absque aliquo usu, exercitio, vel perceptione fructuum, sciente tamen, & patiente domino, & est manutenendus, Gratian. *discept. for. cap. 615. per tot.* facit Bich. *decis. 159.* ubi quòd usufructuario immisso in possessionem, competit interdictum retinendæ, & manutentio adversus proprietarium occupantem, & turbantem possessionem naturalem, quia licèt usufructuarius non habeat civilem, habet tamen quasi civilem possessionem, nec admittuntur in hoc summarissimo judicio exceptiones respicientes dominium, vel non jus possessionis. 5

De usufructuario manutenendo adversus dominum, & hæredem immissum vigore *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Rot. apud Pacif. de Salvian. *decis. 156.* Menoch. *de retinend. remed. 3. nu. 70. &c.* Post. *de Manutent. observ. 16. n. 14. &c.*

Quòd etiam hæres usufructuarii habens aliquam justam causam retinendi possit manuteneri in possessione contra proprietarium, Gratian. *discept. 899. n. 7. &c.* Post. *de manutent. observ. 16. num. 42.* Urceol. *Consult. 92. n. 60. vol. 2.* dixi *in resol. cap. 8. n. 41.*

Quando possit propria auctoritate accipere possessionem bonorum, vel teneatur usumfructum capere de manu hæredum, Gratian. *discept. for. cap. 696. n. 1. &c. cap. 853. num. 5. & 34. cap. 919. n. 13. & 20. &c.* Tusch. *litt. V. conclus. 317. per tot.* Urceol. *Consult. forens. cap. 71. n. 1. et seqq. vol. 2. et cap. 82. n. 58. etc. d. vol. 2.* ubi refert decisionem Rotæ Romanæ.

Quòd usufructuarius possideat naturaliter tantùm, & proprietarius civiliter, Tusch. *litt. V. concl. 323.* Bich. *decis. 159.* ubi quòd usufructuarius habet etiam quasi civilem possessionem.

Usufructuarius non potest sine cessione agere contra debitores hæreditarios, sed actio competit hæredi, qui illam exercere debet, & exacta tradere legatario, Gratian. *discep. forens. cap. 543. n. 11. &c.* 6

Quòd imò in respicientibus usumfructum videatur à testatore constitutus procurator in rem suam, & possit agere sine cessione pro exactione censuum, qui veniunt in legato usufructus immobilium, licèt restitutio, sive retrovenditio non sit facienda in manibus usufructuarii, sed proprietarii, Gratian. *discept. for. cap. 385. n. 21. &c. cap. 636. num. 17. etc. cap. 985. n. 9. &c.* Speral. *decis. 177. n. 12. et seq. per tot.* ubi quòd restitutio census activi est facienda utrique simul, scilicet proprietario & usufructuario propter interesse commune, quidquid secus sit in censu passivo, qui potest attingi à solo proprietario, ac etiam à solo usufructuario non ad propriam, sed ad hæreditatis uti-

lita-

licitatem, cùm quilibet etiam extraneus possit solvendo liberare debitorem ut dixi in §. Solutio num.

Imò si usufructuarius extinguat censum hæreditatis passivum de suo usufructu, & reportet jurium cessionem contra hæreditatem (licèt fortè creditor non teneatur cedere) efficitur creditor illius contra hæreditatem, ac potest separationem sui crediti petere, ut latè probat Sperel. d. decis. 177. per tot.

Quòd usufructuarius secundum unam opinionem possit retrovendere census hæreditarios, licèt secundam aliam versiorem non possit sine consensu proprietarii, tamen prima possit sustineri in retrovenditione coacta, & necessaria, quæ fit à debitore census, ad instar hæredis gravati, cui in hoc assimilatur usufructuarius, Rot. part. 9. recent. dec. 172. n. 17. et seqq. vide in §. Gravatus num. 1.

Licèt usufructuarius habeat facultatem exigendi nomina debitorum, & fruendi pecuniis exactis, tamen tenetur finito usufructu restituere tantundem proprietario, & interim de hoc præstare cautionem, juxta superius dicta Gratian. disceptat. forens. capit. 581. n. 27. &c. capit. 969. n. 18. etc.

7 Usufructuarius non tenetur de usufructu respondere creditoribus hæreditariis, sed fieri debet alienatio proprietatis pro quantitate debita, & in reliquo ipse usumfructum habere, nisi debitum esset annuum, Jas. in l. pr. n. 16. ff. ad Trebell. Cravett. cons. 183. num. 1. latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 143. per tot. Gratian. discept. for. cap. 294. per tot. cap. 583. n. 25. etc. idem Gratian. decis. 47. per tot. Sperel. decis. 176. n. 70. et 71. et decis. 177. n. 19. et seqq. ubi qualiter teneatur ad omnia onera realia, collectas, census, legata annua, & similia, nisi aliter constet de mente testatoris, vel nisi talia onera totum absorberent usumfructum, & illum inutilem redderent, vide Tusch. lit. V. concl. 320. et 322. per tot. Christin. decis. Belgic. 250. n. 2. et seqq. per tot. vol. pr. Fachin. contr. lib. 4. cap. 19. Urceol. Consult. forens. cap. 68. per tot. vol. 2. Vivi. Comm. opin. 2046. Covarruvias lib. 2. cap. 2. Gabr. Vasquez. Opusc. moral. tract. de testam. cap. 9. §. 3. Dub. 7. et 8. fol. 367. vide Ansald. decis. 93. num. 3. et 43. Bonden. collect. 27. num. 77. lib. pr. De Luca de servit. disc. 58. n. 2.

Licèt non teneatur ad æs alienum, tenetur tamen pati, quòd deducantur, & solvantur, Magon. decis. Flor. 159. nu. 5. Mastril. decis. 3. num. 4. et seqq. part. 1. Menoch. lib. 4. præsumpt. 143. num. 13. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 6. num. 12. Rot. part. 10. recent. decis. 329. num. 19. et part. 11. decis. 37. num. 7. etc. Nisi repugnet voluntas testatoris, quia tunc tenetur hæres aliunde solvere, idem Magon. decis. Flor. 146. num. 24. Surd. de alimentis tit. 1. quæst. 30. ubi an teneatur alere familiam, & eos, qui erant alendi à defuncto, & concludit quod sic, Ansald. & alii supra citati.

Potest etiam usufructuarius possidens bona aliis hypothecata conveniri actione reali, & tenetur pati, quòd in eis fiat executio pro debitis defuncti, ut benè probat Rot. part. 9. recent. decis. 368. num. 22. et seqq.

Quòd creditor volens agere ad bona, in quibus unus habeat proprietatem, & alter usumfructum, teneatur non tantùm proprietarium, sed etiam usufructuarium possidentem citare sub pœna nullitatis executionis, Rot. part. 13. recent. decis. 89. n. 8. et 9.

Quòd usufructuarius teneatur ad legata annua, nisi aliter constet de mente testatoris, Surd. decis. 193. per tot. Cabal. cons. decis. 132. n. 9. lib. 2. Bertachin. vot. 188. num. 8. Ansald. dec. 3. n. 18. dec. 93. nu. 44. et 47. Bich. decis. 634. n. 34. Gerr. decis. 70. n. 15.

Non teneri ad legatum quantitatis pro una vice tantùm præstandum, sed proprietarium, Cavaler. decis. 163. num. 2. ubi etiam quòd tunc est necesse usufructuarium citari.

An usufructuarius omnium bonorum teneatur ad legata, Franch. decis. 483. Ricc. Collect. 320. ubi alia plura ad quæ teneatur, vel non, Marthæ vot. Pis. 176. per tot. ubi quòd usufructuarius universalis tenetur solvere legata, & debita, non autem particularis, licèt sit etiam hæres, & quomodo.

Plura de usufructuario omnium bonorum, vel universali, quos fructus consequatur, quid veniat in usufructu omnium bonorum mobilium, & immobilium, sive mobilium tantùm, & alia, Tusch. litt. V. conclus. 308. 309. 310. & 316. per tot. infra n. 16.

Usufructuarius tenetur ad onera, & taleas, quæ quotidie rebus imponuntur, Afflict. dec. 232. nu. 3. Tusch. litt. V. conclus. 320. Costa de ratione ratæ q. 137. ubi intelligit pro rata fructuum. 8

Item ad collectas, gabellas, census, pensiones, tributa, & similia, Gratian. discept. for. cap 611. n. 5. &c. Capye. dec. 184. n. 5. Sperel. dec. 121. n. 24. &c. dec. 117. nu. 19. & seqq. Tusch. loc. cit. Paul. Christin. dec. 250. n. 12. &c. vol. 1. & dec. 176. nu. 20. &c. vol. 2. ubi etiam an teneatur pro tempore præterito.

Quòd teneatur solvere canonem rei emphyteuticæ, & illius cessatio non præjudicet proprietario, pluribus similibus adductis probat Rot. part. 11. rec. dec. 360. n. 102. & seqq.

Potest tamen liberari renunciando rei quando onus est reale, Gratian. dec. 87. in Addit. n. 4.

Quòd si detractis oneribus nihil remaneret usufructuario, non tenetur ad collectas, sed integra solutio tunc spectet ad proprietarium, Lanfranch. Zacch. tract. de salar. & merced. quæst. 8. num. 16. Tusch. d. concl. 320. n. 12. Christin. d. dec. 250. nu. 15. vol. 1. & 176 n. 21. vol. 2.

Usufructuarius tenetur facere expensas temporaneas necessarias in re, in qua habet usufructum, non autem expensas magnas respicientes perpetuam, vel quasi utilitatem, & conservationem rei, nam istæ spectant ad proprietarium, latè Garsiam. de expensis, & melior. cap. 10. & 11. per tot. Afflict. decis. 252. n. 2. Rom. cons. 230. Pract. Papp. libell. rx. ad dot. & usumfr. glos. dedit, & delegavit n. 7. Cenc. de cens. quæst. 15. in fine, Felic. de societ. cap. 27. nu. 44. &c. Oinot. in §. Constituitur n. 10. Instit. de usufruct. Menoch. de arbitr. cas. 215. per tot. ubi quatuor expensarum genera distinguit Gratian. discept. for. cap. 236. n. 20. &c. cap. 778. per tot. ubi etiam quòd debet sarta tecta tenere, & quid istud significet, vide in §. Expensæ n. 8. latè Tusch. lit. V. conclus. 318. & 319. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 176. n. 1. & seqq. vol. 2. & ad l. municip. tit. 13. per tot. ubi latè ad quæ teneatur usufructuarius, Ansald. cons. 55. ubi quod tenetur ædes reficere, & non reficiendo perdit usumfructum; non tamen potest illi renunciare, ut se à refectione liberet, &c. Ansald. dec. 93. n. 29. & expensas perpetuam utilitatem respicientes potest statim repetere, De Comit. d. c. Flor. 20. n. 33. 9

10 Usufructuarius potest censum imponere non quidem super proprietate, sed super illo jure, & commoditate, quam ipse habet utendi, & fruendi, non tamen durabit in perpetuum, sed tantùm durante jure usufructuarii, Cenc. de cens. qu. 25.

Quòd non possit super fundo in quo habet usumfructum, nec super melioramentis, tanquam in re aliena factis, censum imponere, cùm non sit dominus, quidquid sit in aliis, qui interim essent domini, veluti hæres gravatus, feudatarius, & emphyteuta, latè Merlin. dec. 346. per tot. & decis. 748. ubi de patre usufructuario, & legitimo administratore, ut non possit censum imponere sine causa necessaria, & aliis solemnitatibus.

Quòd possit etiam rem locare, in qua habet usumfructum, non tamen litem dividere, nec ejus formam mutare in præjudicium proprietarii, cujus conditionem nunquam deteriorem reddere potest, Gratian. discept. for. cap. 745. nu. 58. &c. cap. 732. num. 14. &c.

Quòd non possit imponere servitutem rei, in qua habet usumfructum, imposita tamen maneat durante usufructu, Afflict. dec. 380. Paul. Christ. dec. 75. n. 2. vol. 4.

Usufructuarius per quamlibet alienationem, & traditionem veram, vel fictam, non potest intervertere possessionem civilem proprietarii, ita ut usufructu finito illi adversus quoscumque etiam tertios possessores non competat manutentio, & remedium spolii, Gratian. discept. for. cap. 779. n. 10. &c. vide in §. Manutentio n. 10. 11

Quia

Quia possessio naturalis usufructuarii per ejus mortem ipso jure consolidatur cum possessione civili proprietarii; ita ut proprietarius nulla indigeat restitutione, sed possit illam propria auctoritate apprehendere, etiam si esset ab hæredibus usufructuarii detenta, quia *non* sunt legitimi contradictores ad impediendam possessionem proprietarii, Altograd. *consf.* 104. *n.* 30. *&c. lib.* 2. nisi tamen hæredes usufructuarii haberent aliquam justam causam retinendi, ut dixi *in resolut. cap.* 8. *num.* 40. *&* 41. vide Gratian. *disceptat. forens. cap.* 899. *nu.* 7. Post. *de Manutent. observ.* 16. *n.* 42. *&c.* Merlin. *dec.* 642. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 315. *n.* 1. *& seqq.*

Quòd usufructus per mortem usufructuarii, sive naturalem, sive civilem consolidetur cum proprietate, ita ut hujusmodi consolidatio fiat incontinenti, etiam quoad possessionem, & proprietarius sit manutenendus adversus quoscumque, Gratian. *discept. for. cap.* 662. *n.* 4. *&c. cap.* 779. *per tot.* ubi quæ alia remedia competant proprietario pro avocanda sibi proprietate, & quòd possit illam propria auctoritate capere, *infra n.* 23. late Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 120. *per tot.* ubi plures decisiones concordantes allegat, & an matri usufructuariæ, sive ejus filiis, vel etiam hæredibus extraneis competat retentio pro credito dotali, & in eadem causa *d. part.* 9. *dec.* 172. *per tot. & dec.* 315.

12 Ususfructus cùm sit quoddam jus personale non potest cedi, & in extraneum transferri, imò tunc redit ad proprietarium, nisi illius consensus accedat, quo casu diceretur potiùs *novus* usufructus constitui, §. *fin.* ubi *glos. Instit. de usufr.* posset tamen commoditas fructuum percipiendorum cedi etiam sine dicto consensu, *glos. ibidem* Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 3. *n.* 9. Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *qu.* 21. *nu.* 4. Gratian. *discept. for. cap.* 719. *nu.* 16. *&c.* ubi quòd accedente consensu proprietarii in cessionem censeretur ususfructus prorogatus ad vitam acquirentis, & amplius non attenderetur vita cedentis, & alienantis, vide Tusch. *litt. V. conclus.* 328. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 15. *art.* 6. *&* 7. Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 443. *nu.* 8. *tom.* 2. Episc. Rocc. *cap.* 49. *a n.* 100. *& seqq. lib.* 1.

Quod ususfructus legatus possit cedi, vendi, alienari, vel donari, & DD. contrarium tenentes sint intelligendi ad effectum ut jus reguletur à vita usufructuarii, per cujus obitum finiretur usufructus, & non cessionarii, Gratian. *discept. for. cap.* 775. *nu.* 15. Rot. *in Avenionen. usufructus* 14. *Februarii* 1637. coram Dunozetto *in Noviss. part.* 7. *dec.* 194. *num.* 13. *&c.*

Quòd ususfructus formalis non possit cedi, sed ut actus sustineatur, & contrahentium voluntas adimpleatur, valet cessio quoad commoditatem fructuum, ac ideò potest etiam hoc modo in dotem dari, sed difficultas est posita circa restitutionem dotis, nam quando fructus ipsius usufructus in dotem dantur, facienda est restitutio ipsorum fructuum perceptorum, & imputandum viro si ita duxerit uxorem, si verò jus percipiendi fructus, illud jus tantùm est restituendum soluto matrimonio, & fructus percepti cedunt lucro mariti, qui sustinuit onera matrimonii, ut latè probat Rota *in Bononien. usufructus* 18. *Junii* 1640. coram Merlino *inter impressas ejusdem decis.* 843. adde Costam *de ratione ratæ quæst.* 131. *per tot.* ubi plura an, & quando usufructu in dotem dato, sint deducenda onera matrimonialia, & reliqua pro rata sint restituenda, & alia circa modum restituendi dotem consistentem in usufructu, vel aliis annuis redditibus, Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 393. *n.* 6. *& seqq.* ubi fuit reprobata prædicta magistralis distinctio Merlin. *d. decis.* 843. Rot. *d. part.* 18. *dec.* 795. *n.* 8. *& seqq.* ubi quòd potest cedi quoad commoditatem, & qualiter constitutus uxori à primo viro censeatur ab illa datus, & concessus secundo viro uti suæ dotis augmentum, &c. De Comit. *dec. Flor.* 33. *n.* 53. *&* 54.

13 Ususfructus commoditas transit in fiscum, si bona usufructuarii publicentur, quando est propriè usufructus, secus si importet tantùm alimenta, ut quando relinquitur uxori institutis hæredibus filiis, quia tunc consolidatur ad favorem filiorum, sicut etiam consolidatur, & non transit ad fiscum, quando condemnatus pateretur maximam, vel mediam capitis diminutionem, Cabal. *resol. crim. cas.* 282. *n.* 27. *&c.* vide *in* §. *Peculium n.* 4. *in fine.*

Quòd possint filii excipere, & saltem in subsidium prætendere alimenta de dicto usufructu, Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 13. Urceol. *Consult. forens. cap.* 14. *n.* 16. *& seqq.*

Quòd ususfructus non veniat in confiscatione bonorum adhoc ut mortuo usufructuario transeat ad fiscum, sed benè quoad fructuum commoditatem, & perceptionem vivente ipso delinquente usufructuario, cujus bona sint publicata, Farinac. *quæst.* 25. *n.* 148. *& seqq.* Paul. Christin. *dec.* 210. *nu.* 51. *&c. vol.* 5. Merlin. *dec.* 843. *nu.* 8. vide Guas. *de confisc. bon. conclus.* 13. *limit.* 22. *per tot.*

Ususfructus uxoris relictus an, & quando restringatur ad alimenta, & solitam præminentiam in domo, vide *in* §. *Uxor n.* 26. Bertachin. *vot.* 15. *nu.* 6. *&* 7. Cabrun. *lucubrat.* 21. Vide Pen. & Crescin. *dec.* 1239. *& dec.* 1320. Rocc. Episc. *cap.* 31. *nu.* 4. *lib.* 1. 14

Quod stantibus liberis restringatur ad alimenta, sive sint ejusdem, sive alterius matrimonii, ac etiam si non ipsi sed alii extranei transversales sint instituti, nam si testator extraneos prætulit filiis multò magis credendum est voluisse præferre uxori, licèt hoc ultimo casu quando filii *non* sunt instituti, sed extranei contrarium sit verius, cùm tunc cesset favor filiorum, quorum contemplatione fuit inducta consuetudo Burgiri, Gratian. *dec.* 210. *per tot. cum Addit.* ubi etiam quòd idem est in matre, vel aliis descendentibus institutis, ut uxori debeatur plenus ususfructus, & *non* alimenta tantùm, de hac materia plenè Tusch. *litt. V. conclus.* 314. *&* 315. *per tot.* Mascard. *de probat. vol* 3. *concl.* 1419. Paul. Christ. *decis. Belgic.* 251. *n.* 16. *&c. vol.* 2. Thes. *dec.* 137. *&* 184. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 13. *per tot.* Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 290. *per tot. & part.* 14. *dec.* 216. ubi quando debeatur pro medietate, licèt plures essent filii, & non possint prius legitimam detrahere, *& decis.* 302. ubi quando debeatur ususfructus legatus, etiam si transierit ad secunda vota, nempè quando non fuit apposita conditio viduitatis, Bertachin. *loc. cit.* Cabrun. *loc. cit.* Vide Rocc. Episc. *loc. cit.* De Luc. *de servit. disc.* 48. *n.* 6. *&* 7. *disc.* 50. *& seqq.* Calderon *resol.* 9. *a num.* 8. *tom.* 1. *part.* 1.

Ususfructus relictus cum prohibitione alienandi proprietatem, vel cum facultate intelligitur ad favorem legatarii comprehendere ipsam proprietatem, nisi adsit aliqua dictio taxativa, & dummodò in secundo casu fuerit cum effectu sequuta alienatio, quid quando aliquis relinquitur dominus, & usufructuarius, vel ad usum, & usumfructum, & alia, Gratian. *discept. for. cap.* 216. *per tot. cap.* 443. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 133. *&* 134. *per tot.* facit quòd dixi in §. *Legatum num.* Tusch. *lit. V. conclus.* 303. ubi quando dicatur relictus ususfructus, vel proprietas, & quando neutrum, sed simplex obligatio personalis. Vide Crescin. ad Pen. *decis.* 500. 15

Quòd imò ex facultate alienandi usufructuario concessa resultet contraria conjectura ipsum scilicet esse simplicem usufructuarium, & non proprietarium, cum videatur talis facultas data ei, qui eam non habebat, quia si esset proprietarius fuisset superflua, cùm jam de se hujusmodi facultatem habuisset, & conjecturam procedere tantum in casu prohibitionis, cùm illa stante præsupponatur jam apud legatarium alienandi facultatem inesse, quasi privatio præsupponat habitum, Altograd. *cons.* 104. *nu.* 24. *& seqq. lib.* 2. sed vide Castill. *de usufruct. cap.* 30. *n.* 47. *& seqq.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 491. *n.* 6. *& seqq.* Vide Crescin. ad Pen. *dict. dec.* 500.

Quòd per prohibitionem alienationis censeatur relicta etiam proprietas pluribus hinc inde citatis probat Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 289. *n.* 24. *& seqq. & part.* 13. *dec.* 254. *nu.* 22. *& seqq.* Crescin. ad Pen. *ubi supra.*

In-

Digitized by Google

Intellige in legato particulari, secùs autem in universali, & quando testator alium instituit hæredem universalem in proprietate, vel aliter constat de contraria voluntate testatoria, juxta tent. *in l. Proculus ff. de usufr.* ut declarat Martha *vot. Pis. 12. per tot.*

Quòd ubi legatum incipit à re, & bonis, proprietas dicatur legata, non obstante adjectione usufructus, Casanat. *cons. 32. num. 4. &c.* Castill. *de usufr. cap. 30. num. 4. & seqq.* Rot. *part. 13. rec. dec. 160. num. 3. et seqq.* ubi tamen quòd secùs est, si ea tempore, modo, vel aliis constet in contrarium. Vide Pen. & Crescin. *loc. cit.*

16 Ususfructus omnium bonorum an, & quando censeatur etiam relictus in bonis fideicommissi, & emphyteusis, vel feudalibus, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 142. nu. 4. etc.* Rot. in selectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. dec. 375.* Gratian. *discept. for. cap. 696. nu. 16.* Urceol. *Consult. forens. cap. 45. n. 8. & 18.* vide in §. *Feudum n.*

Quòd consequatur laudemia, & alia commoda, Tusch. *lit. V. conclus. 316. per tot.*

Et generaliter ex quibus rebus, & bonis legatus præsumatur ususfructus, Menoch. *d. præsumpt. 142. per tot. & præsumpt. 197. n. 12.* ubi quòd intelligitur etiam in bonis fideicommissi, Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1419.* ubi ex quibus ususfructus in testamento relictus præsumatur.

Qualiter usufructuarius omnium bonorum differat ab usufructuario hæreditatis, Tusch. *lit. V. conclus. 308. per tot.*

17 Ususfructus competens testatori non potest per cum alteri legari, quasi effectus legati conferatur in tempus, quo jus legantis erat peritutum; si tamen in vita testatoris illi superveniat proprietas, convalidatur legatum, Gratian. *discept. for. cap. 237. in prin. & per tot.*

18 Ususfructus si sit æstimandus, debet æstimari juxta dispositionem, *l. hæreditatum ff. ad l. falcid.* Grat. *discept. for. cap. 702. num. 29.* vide *in §. Æstimatio num.* Merlin. *dec. 771.* ubi quòd procedit etiam si vita deinde longior fuerit, & imputatur in legitimam, Rot. *part. 11. rec. dec. 185. n. 9.* Vide Tartagl. *de reservat. statut. art. 26. nu. 10. & 11.* Caprat. *dec. 396. n. 5.* vide infra *in noviss. addit.* Cresc. *num. 50.*

19 Ususfructus debitus patri in bonis adventitiis filiorum venit sub hypotheca omnium jurium ad favorem creditorum patris, quibus competit Salvianum probatis extremis super illius commoditate, Pacif. de Salvian. *cap. 2. n. 627. & 794.* Duran. *decis. 461. num. 2.* dixi in resol. *cap. 81. n. 1.* latè Urceol. *consult. for. cap 14. n. 10. & seqq. per tot.* ubi probat posse excipere filios de alimentis sibi debitis in subsidium ex hujusmodi usufructu, ac idem docet Paul. Christin. *dec. 71. n. 6. & decis. 75. n. 3 vol. 4.* Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 238.* ubi qualiter de æquitate ex usufructu bonorum adventitiorum sint in subsidium detrahenda alimenta pro filiis, & patre, antequam creditores patris illum consequatur, Arias de Mesa *var. resol. lib. 3. cap. 37.*

Et non potest extingui, neque renunciari ususfructus in fraudem, & præjudicium creditorum, *lib. 3. ff. de his, quæ in fraudem credit.* Rot. in selectis per Farinac. *part. 1. tom. 2. dec. 529. n. 4.* Vide Rocc. Episc. *cap. 49. n. 80.* ubi hoc declaratur *lib. 1.* Card. De Luc. *de Feud. disc. 86. n. 5.*

Quòd si simplex ususfructus fuerit filio relictus, patri non acquiratur, cùm servitus servitutis esse non possit, prout si fuerit relictus intuitu, & ratione clericatus, Altograd. *cons. 50. n. 234. &c. lib. 1.* Card. De Luc. *de servit. disc. 65. a n. 10. & de Testam. disc. 34. n. 9.*

Quando patri non competat ususfructus in bonis adventitiis filiorum, dixi in *§. Peculium n. 4.* ubi retuli 13. casus, & alios remissivè, vide Rot. *part. 14. rec. dec. 445. per tot.* ubi latè probat non deberi, quando pater est cohæres, vel collegatarius, vel aliquid ei fuit relictum. De Comit. *decis. Florent. 34. 35. 36. 37. 38. & 39.* & infra *in novissim. addit.* Crescin. *sub n. 79.*

Quòd non debeatur stante prohibitione testatoris, non tantùm expressa, sed etiam tacita, quæ ex multis arguitur Rot. *part. 18. rec. dec. 340. per tot.* ubi fuit denegatus in bonis à marito filiæ relictis. Bertachin. *vot. 15.* De Comit. *dec. Florent. 34. n. 3.*

An autem in casibus, in quibus patri non debetur ususfructus, saltem illi debetur commoditas fructuum, Franc. *dec. 10. n. 9. &c. dec. 161. n. 8.* ubi etiam an prohibitio quòd patri non quæratur ususfructus procedat quoad legitimam, vide in §. *Peculium n. 4. in fine*. Vide infra *in novissim. addit.* Crescin.

Et generaliter quod ususfructus quoad commoditatem percipiendi fructus rectè possit obligari, & veniat in obligatione ad favorem creditorum, in eosque transferri, nec executio super eum relaxata expiret durante vita usufructuarii, vel tempore ususfructus, etiam si usufructuarius ob cautionem non præstitam, collusivè, & non citatis ipsis creditoribus, qui executionem jam obtinuerant, fuerit postea per sententiam usufructu privatus, vide Rot. *part. 13. rec. decis. 41. & 521. per tot.*

An autem hypotheca super usufructu ad debitorem spectante imposita, extinguatur propter ratam rei per eundem debitorem acquisita, disputat ad partes Salgad. *Labyrint. credit. part. 4. cap. 4. per tot. ubi n. 18. & seqq.* concludit de veriori, & certiori opinione non perire, nec extingui dictam hypothecam, & successivè *cap. 5. per tot.* disputat etiam an dato quod dicta hypotheca duret, acquisita per debitorem proprietate, saltem finiatur morte ipsius debitoris, vel duret usque ad solutionem debiti, & perpensis pluribus rationibus, & fundamentis pro duratione hypothecæ usque ad solutionem debiti non obstante morte debitoris usufructuarii *nu. 29. & seqq.* resolvit durare tantùm durante vita debitoris, & non ultra, juxta naturam ususfructus, & faciunt notata in §. *Hipotheca n. 47.*

Sicut etiam pro debitis filii, ad quem spectet proprietas possunt illius creditores subhastationem proprietatis adhuc patre vivente obtinere, emptori tamen post patris obitum tantùm assignandæ, cùm nuda quoque proprietas æstimationem recipiat per *tex. in l. cum in fundo §. si uxor. ff. de jur. dot.* Rot. *part. 9. recent. decis. 83. n. 22. & part. 13. decis. 382. n. 15. & 12.* facit in *§. Filius nu. 58. &c.* De usufructu bonorum adventitiorum tacitè per patrem filio remisso Censal. *decis. 44. a n. 31.*

Ususfructus pluribus relictus, uno deficiente accrescit aliis, *glos. in §. fin. Instit. de usufr. in fine*, Gratian. *discept. for. cap. 807. n. 23. &c.* facit quod dixi in §. *Jus accrescendi*, Gabriel de Bellis *tract. de usufr. cap. 4. §. 6. & seqq. fol. 397. &c.* ubi plura de jure accrescendi, vel non decrescendi in usufructu. 20

Usufructuarius rei, quam testator habebat cum pacto revendendi, si eveniat casus redemptionis, est requirendus pro omni suo interesse, cum debeat penes se habere pretium illius ad utendum, & fruendum donec vixerit, Tiraquel. *de tract. convent. §. 1. glos. 6. num. 29.* 21

Usufructuarius universalis an, & quando concurrat in usufructu rei alteri particulariter legatæ pro dimidia saltem, Gratian. *discept. forens. cap. 350. per tot.* dixi in *§. Hæres num. 9. §. Legatum n. 52. & §. Testator n. 7.* Rot. *part. 14. recent. decis. 502. n. 2.* Martha *vot. Pis. 176. n. 10.* Cabal. *cons. decis. 132. n. 5. & 6. lib. 2.* latè Episc. Rocc. *cap. 35. per tot. lib. 1.* 22

Ususfructus finitur pluribus modis, nempè morte naturali ipsius usufructuarii, ad cujus hæredes non transit, nisi testator expresserit, & tunc etiam transit tantùm ad primum, non autem ad ulteriores hæredes, ne proprietas reddatur semper inutilis, ac dicitur novus ususfructus in persona hæredis, qui ideò tenebitur de novo cavere, *§. fin.* ubi Oinot. & alii *Instit. de usufr. tot. tit. ff. quibus mod. usufr. amitt. & l. corruptionem Cod. eod.* vide supra *numer. 11.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 176. n. 8. vol. 2.* Gabriel de Bellis *tract. de usufr. cap. 5. & ult. fol. 411. &c.* De quibus vide Nicoli. *dict. Instit. Imper. tit.* Layman. in *Theol. Moral. lib. 3. tract. 1. cap. 6. n. 5. §. quartò pag. 208. tom. 1.* 23

Item finitur morte civili, maxima scilicet, & media capitis diminutione, non autem minima, *l. 1. ff. eod.*

eod. & *l. corruptionem in fine*, C. *cod.* Oinot. *loc. cit. n.* 5. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 176. *n.* 10. *vol.* 2. De Luc. *de Pens. disc.* 49. *n.* 9. Layman. *loc. sup. cit.*

An autem finiatur per monacationem usufructuarii, videtur dicendum quod non, quia licèt monachus habeatur pro mortuo quoad mundum, tamen secus est quoad comedendum, & bibendum, & tunc ususfructus transit ad Monasterium durante vita naturali professi, Cabal. *resol. crim. cas.* 222. *num.* 24. Gratian. *discept. forens. cap.* 815. *num.* 2. *&c.* vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 176. *numer.* 9. *vol.* 2. Ceval. *com. contr. quæst.* 64. & 65. ubi relatis contrariis opinionibus videntur concludere non pertinere ad monasterium, sed cum proprietate consolidari, & Vivi. *com. opin.* 600. & 601. vide in §. *Pater num.* 44. *vers. Item nec.*

Quòd ususfructus competens dari in bonis adventitiis filiorum amittatur per monacationem ipsius patris, Boer. *decis.* 197. *n.* 10. Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 3. *numer.* 31. Gratian. *discept. forens. cap.* 519. *num.* 20. *&c.* vide in §. *Peculium n.* 4. *vers.* 6.

Item finitur completo tempore, quando pro aliquo certo tempore fuit concessus, quo casu finitur etiam si usufructuarius moriatur ante illud tempus completum *l. antiquitus C. de usufr.* Oinot. *cum Addit.* §. *in fin. num.* 6. *Instit. de usufr.* facit Paul. Christin. *dec. Belg.* 175. *n.* 19. *vol.* 2. ubi qualiter finiatur ususfructus relictus ad certum tempus, vel sub incerto tempore, juxta *l. ambiguitatem* 12. *C. de usufr. &c.*

Item amittitur ususfructus si usufructuarius illo non utatur per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, & consolidatur cum proprietate, an autem in præscribente requiratur bona fides, & titulus, & quid si essemus in usufructu annuo, §. *fin.* ubi Oinot. *num.* 7. *Instit. de usufr. l. corruptionem C. eod.* Gratian. *discept. forens. cap.* 807. *num.* 1. *&c.*

Item amittitur per consensum præstitum alienationi proprietatis sine protestatione, Durand. *decis.* 449. *num.* 5.

An autem requiratur consensus usufructuarii in alienatione proprietatis, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 175. *n.* 17. *vol.* 2.

Item usufructuarius perdit jus suum dolosè versando circa usumfructum, puta deteriorando, vel occultando res aliquas, malè versando, & non utendo arbitrio boni viri, vel requisitus non præstando cautionem, quo casu non facit fructus suos, Cravet. *cons.* 300. *n.* 1. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 778. *n.* 7. *&c. cap.* 832. *n.* 21. Menoch. *de arbitr. cas.* 78. Mart. Medic. *Exam.* 55. & *decis.* 90. *per tot. cum Addit.* ubi etiam an si abutatur parte cadat à toto, & an incidendo arbores, vel malè utendo vinea amittat usumfructum, vel teneatur tantùm ad damna, & interesse, vide in §. *Conductor num.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 230. *n.* 18. & *seqq. vol.* 1. & *decis.* 176. *n.* 3. & *seqq. vol.* 2. Rice. *Collect.* 3189.

Quòd non possit arbores incidere, Cæpol. *de servit. urb. præd. cap.* 81. *num.* 16. vide in §. *Arbor num.* 8. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 129. *vol.* 1. *et decis.* 176. *num.* 7. *etc. vol.* 2. Ansald. *cons.* 55. *num.* 6. *et seqq.* ubi qualiter ex hac causa usumfructum amittat.

Item finitur ususfructus cessione, vel renunciatione illius facta ipsi domino proprietatis, §. *fin. Instit. de usufr.* ubi Oinot. *n.* 8. *cum Addit.* vide *supra num.* 12. *et* 19.

Item consolidatione, quando usufructuarius acquisit proprietatem rei fructuariæ, §. *fin.* ubi Oinot. *Instit. eod. l.* 3. *et* 4. *ff. usufr. quemad. am.* Nicoli. *dict. Instit. tit.* Tartagli. *de reservat. statut. art.* 1. *n.* 30.

Item mutatione, & interitu rei totaliter *d.* §. *fin.* ubi Oinot. *n.* 10. *et l. repeti* §. *rei ff. eod.* vide Tusch. *litt. V. concl.* 325. *per tot. cum plur. seqq. ad* 334. ubi multa qualiter finiatur, vel duret ususfructus. Nicoli. *dict. Instit. tit.*

An autem finito usufructu, finiatur locatio facta ab usufructuario, & è contra, an idem usufructuarius teneatur stare locationi factæ à proprietario, quando accipit usumfructum, Paul. Christin. *decis. Belg.* 176. *n.* 12. *etc. vol.* 2. ubi in utroque casu videtur negativè concludere, refusis tamen expensis gratia fructuum factis, idem Christin. *ad l. Municip. tit.* 8. *art.* 3. *per tot.* & *tit.* 16. *art.* 27. *n.* 5. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 366. *vers. an usufructuarius*, ubi plures allegat, & distinguit, adde latè Pacion. *de locat. cap.* 61. *n.* 120. & *seqq.* An teneatus stare locationi Booden. *docum.* 37. *num.* 12.

24 Usufructuarius tenetur de fructibus recollectis relinquere semina pro anno sequenti, *l. quæsitum*, §. 1. *ff. de fund. instruct. l. item si fundi* §. *Seminarios ff. de usufruct.*

25 Usufructuarius quamvis fructus seminaverit, & coluerit, si decedat illis nondum recollectis, sed pendentibus, licèt maturis, eos non transmittit ad hæredes, sed spectant ad proprietarium, Gratian. *discept. forens. cap.* 807. *n.* 7. & videndus in *cap.* 810. *n.* 4. & 10. *&c.* ubi quòd saltem debent omnes expensæ restitui, Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 313. ubi quos fructus faciat suos, & transmittat ad hæredes, vel non, Paul. Christin. *decis. Belg.* 176. *n.* 16. *&c. vol.* 2. Peregrin. *dec.* 40. & 83. *per tot.*

Nec potest fructus immaturos colligere, aliàs tenetur ad interesse, Franch. *decis.* 96. *n.* 2. Joseph Feliv. *in Margar. var. concl. verb. ususfructus fol.* 133. *col.* 1. ubi idem in locationibus, & similibus.

Quòd usufructuarius transmittat ad hæredes pensionem à colonis promissam etiam in pecunia pro fructibus unius anni integraliter, quamvis decedat ante diem solutioni præfixum, post tamen fructus recollectos per ipsos colonos, *l. defuncta ff. de usufr.* Dusan. *decis.* 448. *n.* 28. *&c.* facit in §. *Pensio n* 23. *etc.* sequitur Paul. Christin. *dec. Belgic.* 176. *n.* 17. *in fine vol.* 2. & latè Peregrin. *decis.* 83.

Item usufructuarius alicujus annui census transmittit ad hæredes jus consequendi non solùm census, quorum exigendorum integraliter eo vivente dies venerat, sed etiam jus consequendi pro rata temporis illos, quorum exigendorum tempore mortis suæ nondum dies advenerat, nam hujusmodi fructus pro rata temporis, qui vixit transmittit ad hæredes, Cenc. *de Cens. quæst.* 70. facit quod dixi in §. *Fructus nu.* 34. *&c.* Christin. *decis.* 176. *num.* 16. *vol.* 2. Peregr. *decis.* 83. & *decis.* 40. ubi idem concludit in affictibus, pensionibus, secùs autem in aliis honorantiis, & regaliis prædiorum rusticorum.

26 Usufructuarius finito usufructu tenetur restituere rem non deterioratam, sed in statu in quo fuit sibi consignata, nisi perierit, vel deteriorata fuerit casu fortuito sine culpa ipsius usufructuarii, Castr. *cons.* 426. *lib.* 1. Tusch. *litt. V. concl.* 331. *per tot.*

27 Ususfructus alicui relictus cum onere præstandi alimenta alteri tertio, mortuo usufructuario, revertitur ad hæredem, vel substiturum absque dicto onere alterum alendi, quando tale onus apparet soli usufructuario injunctum, quicquid aliàs alimenta relicta ab hærede, debeantur etiam à substituto, favore illorum, ut benè probat Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 94. *per tot.* vide in §. *Alimenta n.* 18.

28 Ususfructus, licèt ut dixi supra *n.* 23. finiatur morte usufructuarii, non tamen ita finitur morte proprietarii, & ideò semel patri quæsitus ex juris dispositione in bonis adventitiis filiorum cujuscunque generis, non amittitur, neque finitur donec ipse pater vixerit, quamvis turbato mortalitatis ordine filius proprietarius ei prædecesserit, quia licèt per mortem filii proprietarii resolvatur absque spe reversionis patria potestas, & bonorum proprietas ad alios devolvatur, tamen donec pater superstes fuerit retinet hujusmodi usufructum, cùm patria potestas benè requiratur ad causam, & principium acquisitionis, non autem in processu durationis, & continuationis per *text. in l.* 3. & *l. fin. C. de usufr.* & *in l. fin.* §. *si vero C. ad Tertull.* cum aliis per Pinell. *in prima part. l. prima C. de bon. mater. n.* 39. & *seqq.* Gomez *in l. Tauri* 6. *nu.* 11. Gratian. *discept.* 820. *nu.* 12. & *seqq.* Pascal. *de patr. potest. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 34. Castill. *de usufr. cap.* 3. *n.* 44. & *seqq.* & *cap.* 63. *per tot.* qui idem firmant in omni caso, in quo filius eximitur à patria potestate, ut pater retineat usumfructum jam acquisitum, quicquid sit in adventitiis postea acquisitis, intelligendo omnia in usufructu vero, & formali patri competente ut supra, secus autem in simplici commoditate percipiendi fructus, quæ amittitur per mortem filii; ut de-

declarat Castil. *d. cap.* 3. *n.* 36. *& seqq.* Garzia *de expens. & melioram. cap.* 10. *n.* 2. *& cap.* 11. *in prin.* vide in §. *Peculium n.* 3. *in fine*, *& seqq.*

Quæ quidem conclusio eo magis procedit in morte civili ipsius filii, per quam nullum infertur præjudicium patri in usufructu, quam qui contrahendo præjudicare non potest, neque delinquendo præjudicare valet, Paris. *cons.* 157. *lib.* 4. Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 20. *n.* 6. Farinac. *qu.* 24. *n.* 5. *& seq.* Pascal. *de patr. potest. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 35. *& seqq.* Massin. *de confiscat. qu.* 27. *n.* 6. *& seqq.* Bertazzol. *cons.* 49. Boet. *decis.* 112. *n.* 34. Guaz. *de confiscat limit.* 18. 13. *concl. n.* 1. *& seqq.* dixi in §. *Peculium n.* 10. ubi qualiter nullum peculium possit confiscari, nec quoad usumfructum, nec quoad proprietatem, exceptis aliquibus casibus semissive.

De usufructu, quid sit, quomodo intelligatur, constituatur, legetur, alienetur, finiatur, & hujusmodi, item de usufructuario quid dicatur, quale jus habeat, contra quos agat, ad quid teneatur, quomodo fruatur, quomodo caveat, quomodo possideat, an alienet, vendat, & alia latè Bertachin. *Repert. verb. Usufructus*, *& Usufructuarius*, Joseph Feliv. *Marg. var. concl. eod. verb.* Thoro *Comp. dec. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* plenissimè Castil. *tract. de usufruct. per tot.* Garsia *de expensis*, *cap.* 10 *&* 11. Cyriac. *contr.* 319. *&* 456. aliique plures indicati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Usufructus*, & à Com. August. Fontan. *Biblioth. leg part.* 5. *eod. verb. fol.* 834. *&c.* Jo: Torre *de success. in Majorat et Primog. Ital. in Indice generali in fine*, *part.* 3. *verb. Usufructus*, *Usufructuarius*. Em. De Luc. *in Indic. gener.* Altimar. *de nullit.* Nicoli. *Elucubr. utriusq. Jur.* Jacob. Emerix *in dec. Sacr. Rot. Roman.* Ansald. Caprar. Mantiss. ad eumd. De Luc. Rocc. Baldue. Carol. Ant. De Luc. Mans. Palm. & alii moderni. Et latè infra in novissimis addition. Crescin. *n. n.* 39. *et seqq.*

Post hæc scripta ad manus pervenit plenum de hac materia doctissimi Auctoris responsum, quod honoris ipsius, & publicæ utilitatis gratia subjicere volui sequentis tenoris.

ARGUMENTUM.

De usufructu debito patri in bonis filiorum, non amittendo per mortem naturalem, vel civilem eorandem, sed duraturo, durante vita patris, &c.

ADSIT DEUS.

UNà cum successione Illustrissimi D. Philippi Strozzi, uti substituti in bonis Fideicommisso subjectis à D. Squarcialuppo Squarcialupi, acquisitum pariter tunc fuisse Illustrissimo D. Petro patri Jus usufructus in iisdem bonis, dubitari non potest, cùm patentia, & vulgata nimis, & sæpius repetita sint Juris nostri Documenta, ex quibus sublata in primis antiqua, nimisque rigorosa sanctione Juris, ex quo omnium bonorum adventitiorum proprietas etiam, plenumque dominium patri acquirebatur, dispositum fuit in primis ab Imperatore Constantino, in *l.* 1. *C. de bon. maternis*, ut bonorum ex Matris successione ad filios devolutorum parentes facultatem utendi, & fruendi in diem vitæ suæ tantùm haberent; dominio eorum ad filios pertinente. Quam dispositionem ampliarunt Imperatores Arcadius, & Honorius ad bona, quæ non modo à Matre, sed ab Avo, Avia, Proavo, vel Proavia Materna etiam nepoti, vel pronepoti, *Testamento*, *Fideicommisso*, *Legato*, *Donatione*, vel alio quolibet titulo largitionis provenerint, ut in *l.* 2. *tituli præd. C. fusius continetur.* Quod
29 tandem Constantinus, & Arcadius Imperatores in bonis Maternis, & ex linea Materna provenientibus filiorum favore statuerant. Id ipsum postea Justinianus Imperator in omnibus bonis Fideicommissi ordinatione, Legato, Donatione, quæ ex liberalitate fortunæ, vel aliorum quorumcumque ad filium perveniant, extendit adeò, ut in ea (ut inquit in *l.* 6. *C. de bon. quæ liber.*) suis parentibus, non in plenum, sicut ante fuerat sancitum, *sed usque ad usumfructum acquiratur; Dominium autem filiis familias inhæreat ad exemplum tam Maternarum, quàm ex nuptialibus causis filiis familias acquisitarum rerum.* Si igitur hujusmodi Justiniani sanctio tribuit parentibus usumfructum in bonis undecumque, & ex cujuslibet personæ liberalitate in filios collatis ad exemplum, & juxta id, quod antea in bonis à matre sibi derivatis ordinatum legebatur. Et in his Maternis bonis ususfructus patri competeret, aut ab intestato, aut ex testamento, sive liberè, sive cum *fideicommissi* vinculo filius in his succederet, uti supra relata Lex Imperatoria Arcadii clarius explicat; Proculdubio nimis ab omni ratione, legumque præceptis aberraret, & contra legis expressam sanctionem calcitraret, qui negaret, usumfructum patri acquiri in bonis, quæ filio non à Matre, nec ex linea materna, sed ab extraneo fideicommissi substitutionisque titulo deferrentur.

Et hinc est, quod hujusmodi legum inevitabili testimonio convicti fateantur unanimi consensu Juris nostri professores omnes, quod in bonis majoratus, primogenituræ, vel cuilibet alterius generis fideicommisso subjectis, & in quibus filius substituitur, & vocatur consequi pernecesse pater debeat usumfructum, donec naturaliter vixerit æquè, prout in cæteris bonis adventitiis, nisi à testatore prohibeatur, & meliùs in proposito disputato articulo in majoratu provenientе filio post Matrem, & tamquam descendenti à Matre, resolvit Gomez *ad legem* 48. *Tauri ex nu.* 3. *& seqq.* & hoc semper verius existimasse, quod nempè regulariter in illis bonis majoratus pater habeat usumfructum, sicut in cæteris bonis liberis, profitetur Melchior à Meris *in tract. majoratus part.* 4. *qu.* 30. *per totam*, & post eum latè Molin. *de Primogen lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 18. ubi quòd tota difficultas in contrarium versari videbatur in eo, quod fideicommissarius non verus Dominus, sed usufructuarius tantùm haberi deberet, unde nec ususfructus, sicuti nec servitus servitutis dari posset, firmato tamen, prout verissimum testatur, fideicommissarium verum esse Dominum bonorum majoratus, & in his, prout in aliis bonis, vero dominio, quamvis post obitum revocabili, potiatur, sequitur, ut ait, pariter idem dicendum esse in bonis Majoratus, quod in aliis adventitiis bonis statutum est, & longè post eum Knipschild. *de fideicommiss. familiar. nobil. cap.* 4. *ex n.* 12. *usque ad n.* 22. examinato negotio pluribus rationibus pro sententia nostra resolvit, & ea præcipua, & solidissima movetur, quia cùm regula sit Juris universalis, quod pater in bonis adventitiis filiifamilias usumfructum habeat per textus mox allegatos, à qua regula cùm fideicommissa non excipiantur, imò expressè includantur ipsi omninò standum est; quamvis fortius hæc procedunt, dum potius, uti supra adverti, ipsamet fideicommissa expressè in ipsamet dispositione legis includuntur.

Neque receptæ conclusioni adversus est Surd. *cons.* 116. quia potius conclusionem nostram regulariter firmam esse in principio *num* 1. 2. 3. *& infra num.* 51. 52. probat, sed ab ea tantùm recedendum esse ait eo casu, quo testator patri hujusmodi usumfructum prohibeat, uti per totum consilium probare satagit, ex eo, quia patri primo loco in Fideicommisso instituto, tam in casu alienationis, quàm in casu mortis fuerat substitutus ei filius; Cùm autem pater contra prohibitionem testatoris bona Fideicommissi alienasset, agebat filius adversus patrem pro vindicatione fideicommissi, & patri excipienti saltem pro retentione ususfructus, quamvis bona ad filium in hoc casu ob alienationem) substitutum devolui debuissent, respondebatur per Surdum (uti per totum Cons. probare studuit) quod est demandata a testatore in casu commissæ à patre alienationis restitutione facienda filio substituto, videbatur etiam ei tunc prohibitus ususfructus, quam prohibitionem vel tacitam sufficere demonstrat, & hac prohibitione stante jam ego quoque præmissi regulam præfatam definere, cujus regulæ, & conclusionis subsistentiam nisi agnovisset Surdus, in probanda limitatione prohibitionis, profectò quidem non adeò diligenter elaborasset, ut fecit; Unde favorabilem propositæ à me conclusionem esse potius, quam adversam Surdi auctoritatem, manifestum nimis est, & in his vel similibus terminis loquuntur Ripa, Boer. Soccin. & 30

Cravet.

Cravet, quorum authoritatibus utitur Surdus, & refert. Unde fateri necesse est non duas adesse in hac re controversas DD. sententias (uti D. de Luca credidit) sed una tantùm, quæ patri in bonis Fideicommissi vinculo subiectis: prout in cæteris adventitiis, usumfructum concedit. Hanc tamen communitar pariter limitari non controvertitur quoties testator expresse, vel etiam tacitè patri eundem usumfructum prohibuit; & sic erroneè dixit Eminentiss. de Luca *discurs.* 63. *titul. de usufruct.* Hanc secundam filio favorabilem, quia nulla secunda, sed prima solùm, & unica est in hoc articulo unanimis DD. sententia, in quam ivit etiam Surd. *d. cons.* 116. Prout etiam corruit propria ejusdem Eminentiss. de Luca, ibi subsequens ratiocinatio, cùm non vero nititur fundamento, quòd nempè Fideicommissarius non dominium, sed usumfructum tantùm habeat bonorum, & per consequens patet non Jus usufructus, sed commoditatem tantum usufructus consequi valeat, quia cùm usufructus sit servitus, servitus servitutis dari nequeat contra receptissimam DD. sententiam uti supra dicebam. Nam præterquamquod ipse quoque fatetur ibi *num.* 4. fideicommissum verè esse Dominium, agebat ibi contentionem inter patrem, & filium, nos verò inter patrem, & prorsus extraneum, nec ibi sententia, aliqua confirmatoria illius discursus processit contra eorundem DD. Sententiam. Unde nullum Judicio proferendo fomentum retribuere potest ejusdem nullam juris auctoritate munita ratiocinatio, urgentibus præsertim in contrarium tot celeberrimorum Jurisconsultorum auctoritatibus suprà relatis.

31 Et quamvis non tam expressè, quam etiam tacitè ex conjecturis deduci possit voluntas Testatoris fideicommittentis prohibendi patri Jus usufructus in bonis, in quibus filium in certo casu substituit, hujusmodi tamen esse debent verba, & conjecturæ, ex quibus asserta probibitio elicienda sit, ut nibil aliud omninò, quam ipsam voluntatem testatoris prohibendi usumfructum Patri innuere, aut inferre valeant uti præ cæteris tradunt Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 31. 32. Fontanel. *de Pact. Nuptial. claus.* 4. *Gloss.* 7. *part.* 3. *num.* 23. 24. *& seqq.* Pascal. *de Patr. post. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 37. 38. & essentitur Surd. *de cons.* 116. & de Luca *de usufruct. discur.* 64. *n.* 2. in Testamento verò D. Squarcialupi non modo expressè non legitur prohibitum parentibus ad id Fideicomissum vocatorum hujusmodi usufructu potiri; sed nulla pariter, quod viderim, ex eo insurgit valida aut efficax conjectura, quæ hujusmodi probibitionem concludat, nam quod per solam prohibitam vocatis alienationem quamlibet, non modo bonorum fideicommisso subjectorum, sed etiam fructuum, censeatur etiam patri prohibitus usufructus, quem non à filio fideicommissario constituitur, & conceditur, sed à legis beneficio ipsi Patri impartitum est, nemo dicit; & si hoc esset destrueretur firmata conclusio, quod nempè patri in bonis etiam fideicommisso, & primogenituræ subiectis usufructus competat, cùm certum sit, & experientia doceat, in quolibet fideicommisso non modo tacitam legis, sed plerumque, & præcipuè in majoratibus, & primogenituris expressam, & strictissimam, prout in fideicommisso nostro, solitum esse à Testatoribus ordinari. Unde D. Petrus post Philippi filii purificatam in eodem Fideicommisso successionem legitimè, & omni Jure, uti usufructuarius naturalem possessionem eorum bonorum accepit, quam in præsens quoque justè retinet.

32 Huc igitur legitimè constituto, firmatoque principio, sequitur pariter dicendum, condemnationem, mortemque civilem ejusdem filii, ejusdem usufructus prosecutionem impedire D. Petro patri nequaquam posse, cum ei assistat Juris regula, quod usufructus, postquam est acquisitus, & inceptus, non nisi morte ipsiusmet usufructuarii finiatur, & extinguatur, uti sancivit Justinianus *in §. finitur Instit. de usufructu*, & habetur ad Gratian. *cap.* 464. *n.* 7. cum pluribus aliis apud Castillum *de Usufructu cap.* 3. *num.* 64. *& alibi*; Imò fortiùs per obitum ejusdem filii proprietarii quamvis resolvatur absque spe reversionis patria potestas, & ipsa bonorum proprietas ad alios devolvatur, nihilominus communem, & receptissimam reperio DD. traditionem, quod donec pater superstes fuerit, usufructus semel super bonis filii quæsitus; non obstante ejusdem filii morte naturali ab eo retineatur, quia proprietarii morte semel delatus usufructuario non aufertur *ex textu in l.* 3. *et in l. fin. C. de usufructu, et in l. fin. §. si verò defuncta persona C. ad Senat. C. Tertul.* ubi Bart. & Bald. *in l. fin. vers. in omnibus videlicet casibus C. comun. de success.* ut latè apud Pinel *in p.* 1. *de bon. mater. num.* 39. 40. & ante eum Gomez. *in l. Tauri* 6. *num.* 11. ubi hac opinione pro verissima rationibus, & auctoritatibus confirmata addit inferius, non obstare, quod per obitum filii cesset patria potestas, cujus intuitu à lege patri in adventitiis filiis conceditur usufructus, quia inquit ratione desumpta ex Baldo *in l.* 3. *C. de usufructu, patria potestas benè requiritur ad principium, & causam acquisitionis, non tamen requiritur in processu durationis, & continuationis*, & infert deinde pro comprobatione conclusionis ad Clericatum susceptum 33
à filio, vel assumptam dignitatem Episcopalem post acquisita adventitia bona, in utroque quorum casuum licet eximatur à patria potestate filius nihilominus pater non amittit usumfructum, quem jam ante Clericatum, vel Episcopatum filii acquisiverat, & iterum in *l.* 48. *n.* 5. & Gomez. auctoritate, & ratione sequutos cum aliis pluribus confirmat Gratian. *cap.* 820. *num.* 12. 13. 14. Paschal. *de patr. potest. p. pr. cap* 3. *num.* 34. Castill. *de usufructu cap.* 3. *num.* 44. 45. *& seqq. & cap.* 63. *per tot.* quibus in locis plures de more congerit, & in supra relatis à Gomez. casibus, quando nempè filius Clericus efficitur aut Episcopali dignitate decoratur, quidquid in adventitiis, in quibus post Clericatum, vel Episcopatum successisset, conclusionem in specie confirmant, & approbant Gomez. *in d. l.* 48. *n.* 7. ipse Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 25. 26. 27. *cap.* 464. *per tot.* & decidit Senat. Sabaudiæ apud Fabrum *in suo Codice lib.* 6. *tit.* 36. *definit.* 24. Paschal. *d. c.* 3. *num.* 34. 35. de Marin. *lib.* 1. *resol. cap.* 345. *n.* 6. Rot. Rom. *decis.* 204. *num.* 2. 3. 4. *part.* 5. *recent.* Virgil. *de legitim. person. cap.* 4. *num.* 48. *& seqq.* ubi idem dicendum monet in omni casu, in quo filius à patria eximitur potestate, & ideò etiam in casu monacationis filii idem concludunt Ferrer. *ad constit. Catalon. los impuberes Gloss.* 4. *num.* 217. Pascal. *d. cap.* 3. *n.* 34. 35. & latiùs apud Virgil. *cap. præfato* 4. *n.* 45. 46. ubi hoc declarat tenendum esse, licèt proprietas ad Monasterium transeat, & Anton. de Marin. *lib.* 1. *resolut.* 166. *num.* 4.

Si autem hæc vera sunt, certissimamque fidem apud omnes reperiuntur, morte naturali sequuta filii, quæ nulla culpa, nulloque facto filii, sed solo divino sic volente Judicio accidit, & per eam irrevocabiliter, & absque ulla spe reversionis prima origo, & causa usufructus remanet resoluta, nihilominus licèt proprietas ad alium devolvatur, usufructus apud patrem remaneat; Quis erit adeò mentis inops, qui non agnoscat, multò magis hanc esse amplectendam sententiam in ficta morte civili ob delictum filii ob pœnam rei irrogatam ultimi supplicii, confiscationisque bonorum secuta, vel à lege præsumpta, & quam negari non potest, accidisse ex voluntario filii facto, & per eam non irrevocabiliter resolvi; verum testatoris fideicommittentis quoque voluntate suspendi tantùm in filio dominium ipsum bonorum, donec ad gratiam ex Principis benignitate restitutus fuerit, unde fortius, uti dicebam in hoc casu usufructus continuatio in patre permitti debet.

Et quamvis Molina in mox commemorato *cap.* 34
19. *lib.* 1. *de Primogen. num.* 26. ductus auctoritate Gomez. *in l. Tauri* 48. *num.* 4. & Telli Fernandez *in eadem l. Tauris num.* 8. advertisse dicerit, quod & si verus usufructus parentis in bonis filii familias acquisitus morte filii non expiret, imò eo mortuo per totum tempus vitæ patris continuare debeat, hoc tamen in usufructu parentis in bo-

nis majoratus filii familias competenti non procedere, quia ut inquit, resoluto jure datoris resolvitur jus accepioris, quod idem in bonis feudalibus contincrisse, Bald. *in d. l. cum oportet in principio subjungit*.

Præterquamquod aliena prorsus est hujusmodi disputatio à terminis nostris, cùm non versetur quæstio præsens in casu fideicommissi purificari ob mortem naturalem filii successoris, sed in fideicommisso ob mortem civilem, & in casu delicti ordinario, & valdè inter se distare unius, vel alterius articuli rationes, patet ex mox superius indicatis, & infra latiùs explicabitur; Nihilominus etiam in hisce mortis naturalis terminis non benè percipisse, Molinam, Gomez. & Telli, quibus totus innitur, sensus manifestè patet. Nam ut optimè se declarat Telli in *d. l. 5. num.* 8. pater in bonis majoratus Hispaniæ ex peculiari ipsorum majoratuum lege non habet jus ipsum usufructus, sed commoditatem tantummodo, proprietas verò, & usufructus, quatenus est jus, in filio semper residere debet, & ob id tunc mortuo filio extinguatur in eo proprietas, & usufructus non ex vi solutionis patriæ potestatis, sed ex defectu causæ spirat comoditas, quia illud jus usufructus filii erat sub conditione, quod pater, donec viveret filius, commoditatem haberet, & sic illa commoditas deest, tunc in patre, quia propter mortem filii deficit in filio usufructus à quo pendet ipsa commoditas, & translatus est in alium, qui extraneus est patri, & in his quoque terminis locutum fuisse Anton. Gomez. declarat idem Telli *num.* 8. & sic etiam Gomez *loco præd* intelligit Pinell. *in l.* 2. *part.* 1. *C. de bon. Mater num.* 41. 42. & seipsum quoque sic explicat idem Gomez. *in dict. leg.* 48. *Tauri num.* 4. *in fine*, ubi ad probandum, quòd paulò ante dixerat, quod nempè in illis bonis majoratus vinculatis, & subjectis restitutioni pater amittat usumfructum per mortem filii, adducit pro individua, & expressa auctoritate, ut inquit *textum* in *l. si filio ff. de donat. causa mortis*, in quo ut ipse refert si usufructus relinquatur filio contemplatione ejusdem filii, commoditas solùm ejus quæritur patri, non autem verus usufructus, quia usumfructum usufructus habere non potest, ut in *leg. fin. Cod. de usufructu*, examinando latè declarat Castill. *d. tract. cap.* 63. *num.* 16. 17. mortuo autem filio expirat jus illud in utriusque persona; unde pater, nunquam intellexisse de ipso jure usufructus, quod à lege concessum fuit patri in omnibus bonis adventitiis, quorum dominium, & proprietas fuit ipsi filio relicta, ut est casus noster, sed de jure usufructus distincto à proprietate ipsi filio legato, & relicto, in quo pater consequi non potest aliud jus usufructus, sed commoditatem tantummodo percipiendi fructus, quia servitus servitutis dari non potest, ut est *in text. in leg. fin. C. de usufructu*, quia, ut ait idem Gomez, *in dict. leg.* 48. *num* 2. in usufructu quoque datur proprietas, & dominium saltem impropriè, & datur commoditas fructuum, *ex text. in leg. qui usufructum in fine ff. si usufructus petatur*, & talis proprietas, & jus usufructus potest esse penes unum, & commoditas penes alium, & eo casu per mortem filii extinguitur usufructus, quia tale jus necessario pendet ab ipso filio usufructuario, & cui relictus est usufructus, non verò ab eo, qui percipit commoditatem, ut latè ibi ratiocinatur Gomez. hanc autem commoditatem percipiendi fructus propriè consistere in mera obligatione personali ipsius possessoris, qua sit adstrictus fructus bonorum alteri tradere, & sic illa, in quam commoditas illa transfertur nihil aliud acquirat, nisi actionem personalem, nullum autem jus in ipsa re constituitur, ut succedit, cùm jus usufructus à proprietate separatum, à lege, vel ab homine conceditur, uti declarat Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 11. 12. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 40. *num.* 117. & ut benè advertit Castill. *de usufructu cap.* 5. *num.* 11. *& seqq.* tunc illa fructuum perceptio non fit proprio jure residenti in persona ipsius percipere debentis, sed fit jure alieno, hoc est ipsius usufructuarii; unde non mirum, ut addit Molin. *de Primogen. cap.* 10. *lib.* 2. *num.* 12. *& seqq.* si mortuo ipso possessore, & usufructuario illa commoditas extinguatur, quia sequitur personam possessoris, & eo jure usufructus, à quo commoditas fructus percipiendi derivat extincto, & resoluto, pernecesse quoque eadem commoditas resolvi debet, quòd secus est in eo, qui jus usufructus possidet, is enim jus habere dicitur in rem, & re fructuaria jure suo utitur, & fruitur, ut ait Castill. *de Usufructu cap.* 9. *num.* 19. 20. & quod usufructus patri à lege concessus in bonis adventitiis filii sit verus, & formalis usufructus, & jus omninò ab ipsa proprietate distinctum, non autem simplex commoditas percipiendi fructus, probat latè Castill. *dict. tract. cap.* 3. *num.* 36. 37. 38. 39. & ait Garcia *de expensis, & meliorami. cap.* 10. *num.* 2. & latiùs *cap.* 21. *in princip.* quòd pater ad differentiam aliorum usufructuariorum dicitur quasi dominus & pluribus demonstrat Castill. *d. cap.* 3. *num.* 36. quòd legalis patris usufructus est cæteris aliis omnibus usufructus speciebus fortior, & potentior; Qui Castill. ibi etiam benè *num.* 44. 45. 46. advertit hoc esse proprium istius usufructus formalis, ut morte tantùm patris usufructuarii finiatur, secus autem succedit in commoditate percipiendi fructus, cum enim hæc respiciat personam illius, qui habet jus ipsum principalem usufructus, ideò morte illius, non autem patris commoditatem recipientis extinguitur. Et ideò si doctrinam Molinæ juxta auctoritates ab eo allatas explicare velimus (uti par est) intelligenda erit, quod tunc morte filii extinguatur in bonis vinculatis usufructus patris, quoniam patri fideicommissarii fuit jus ipsum usufructus à testatore prohibitum, quo casu patri sola commoditas remanet pendens omninò jure usufructus filio competenti, quo extincto, & resoluto per obitum filii ipsam quoque necessitatem resolvi necesse est.

Et omni quidem ratione destituta mihi videtur contraria sententia, si testatoris dispositionem dimetiri cum legis dispositione velimus, ea qua licèt post obitum filii in bonis suis adventitiis fratres, aut alios proximiores succedere debere determinetur; nihilominus patri usumfructum, quo vivente filio potiebatur incorruptum remanere sancivit, ut in *l. fin. C. ad Senat. Tertull. legitur*. Quare sic etiam legum ordinationi conformem fuisse censendum est voluntatem testatoris, qui dum potuit, & ei licuit auferre usumfructum patri in dicto suo fideicomisso vocatorum, non ignarus toto tempore suæ vitæ apud eum ex legis dispositione ramansurum, dum id non fecit, præsumendum est voluisse in sua dispositione servari, quæ leges mandant, & quibus cavetur, ut perinde habeatur, ac si filio proprietatem, patri vero usumfructum reliquisset. Nec aliqua videtur diversitatis ratio inter ordinationem fideicommissariam, & institutionem purè, & absque restitutionis obligatione factam. In qua sicut dubitari nequaquam potest, quin intentio testatoris præcipua fuerit, quòd bona sua ad hæredes institutos liberè, & integrè devolvantur, & nihilominus nemo negat hujusmodi non obstante dispositione voluntateque testatoris, patrem toto vitæ suæ tempore, filio etiam hærede instituto, proprietario, prædefuncto, usumfructum retinere totius hæreditatis; Non secùs ità servari debere, dicendum est in voluntate Testatoris fideicommittentis certos sibi successivè diligentes in sua hæreditate successores, cum in utroque casu eadem sit voluntas quòd certæ determinatæque personæ in propria hæreditate succedant, prout etiam cum lex municipalis ab intestato certas personas, & ad integram defuncti successionem vocaverit, si tamen aliquis ex eis sit filius familias, & sub patris potestate constitutus, pati oportet, quòd pater jure suo utatur, nec acquisitio usufructus à jure communi sibi elargita impediri poterit, uti sunt jura nostra vulgata, & à nemine controversa. Unde si rationum pondere pensandus est hic juris articulus meo, quamvis errandi periculo obnoxio, judicio concludendum erit, usumfructum patri semel juris auctoritate in bonis adventitiis, cujuscumque generis sint acquisitum apud eum remanere debere donec vixerit, licèt turbato mortalitatis ordine filius proprietarius ei prædecesserit.

Ve-

Digitized by Google

Verontamen quidquid de veritate conclusionis prędictæ judicandum sit in casu mortis naturalis filii, & in fideicommisso ob mortem ordinato, nihil conducere potest ad decisionem alterius, & omninò diversi fideicommissi in casu commissi à substituto delicti, &
35 mortis civilis ordinati; Mors enim civilis naturali non æquiparatur, nisi in casibus à jure expressis, Cephal. *cons.* 395. *n.* 32. Rot. Rom. *dec.* 543. *sub num.* 1. *part.* 2. *recent.* & apud Cavaler *decis.* 104. *num.* 9. inter quos iste mortis civilis cum eo mortis naturalis, ut scilicet utriusque mortis casu pater acquisitum usumfructum amittat, cùm non reperiatur in jure, nec à Doctoribus comprehensus non potest pariter ad eum æquiparatio extendi, Et eo magis, & fortiùs, quia numquam mors civilis æquiparatur naturali, quoties non operantur utrique eosdem uniformes, & successivos effectus, quos naturalis, produceret, uti per *DD.* in *d. l. Deo nobis C. de Episcop. & Cleric. in* Bart. & alii *in leg. ex ea parte §. insulam ff. de verb. oblig.* Paris. *cons.* 5. *n.* 150. *lib.* 4. Cephal. *cons.* 395. *nu.* 32. Surd. *cons.* 90. *num.* 27. Fusar. *de substitut. quæst.* 430. *num.* 19. diversus autem omninò ex una, vel ex altera morte sequitur in terminis nostris effectus. Morte enim sequuta naturali filii fideicommissarii statim certa, & perpetua contingit resolutio dominii, & juris acquisitæ substitutionis, quod ex ordinatione testatoris ad successivè vocatum irrevocabiliter transit, passa verò à filio morte civili ob patratum delictum, quamvis ab eo ex testatoris ejusdem voluntate fideicommissum tollatur, & in sequentem transfundatur substitutum, hæc tamen privatio non est perpetua, sed temporanea, donec scilicèt à Principe pęnæ indulgentia consequatur, qua impetrata ad antiquam fideicommissi fruitionem restitui ipsemet testator expressè consentiit. Unde ex prædicta in morte naturali firmata conclusione (quatenus vera esset, quòd non admitto) nullo pacto inferri posset ad casum mortis civilis ipsius filii, in quo præcisè versamur, & in quo patris usumfructum in bonis fideicommissariis, & adventitiis filio relictis extingui, prout in morte naturali nemo dixit hucusque.

Et quidem profectò in uno, vel altero ob mortem, vel ob delictum instituto fideicommisso diversa nimis ratio viget. Nam quando filius naturaliter moritur absque aliqua sua culpa, vel facto fideicommissi proprietate privatur, cum vel invitus naturæ violentia, vel melius divino Judicio cedere coactus alienationem necessariam, ut ita dicam Fideicommissi peragit; cùm verò è contra ob commissum delictum suorum bonorum confiscationem patitur, & ideò ex testatoris ordinatione fideicommisso privatur, & in sequentem substitutum transfertur, quemadmodum hæc appellatur ipsius delinquentis voluntaria alienatio, ex latè traditis à Petra *de Fideicommiss. alienatione quæst.* 8. *num.* 114. 118. Molin. *de Primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 7. cum aliis pluribus relatis à Surd. *decis.* 254. *num.* 28. 29. Hic pariter sequitur in hoc casu, patrem usufructu privari non posse, quia filius suo facto, & præcipuè delinquendo non potest jus patris in aliquo diminuere, nec in acquisito usufructu aliquod ei præjudicium inferre, uti latè ratiocinando probant Pereyr. *in leg. si curatorem in verbo læsis sub num.* 152. *vers. quemadmodum autem filius, &c. cum vers. seqq.* & præcipuè *in vers. nec me movet*, benè Paris. *cons.* 157. *lib.* 4. *num.* 3. quia inquit, *jus quæsitum patri non potest à patre tolli per delictum filii esto quod privetur patria potestate*, Jannin. *de citat. real. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 38. *& seqq.* Alias sequeretur absurdum, quod sicut in eodem testamento strictissima indicitur vocatis alienatio bonorum, substitutione quoque addita in casu alienationis alterius in eodem testamento vocati, ita foret in arbitrio filii patrem legali beneficio privandi, quod nullo pacto firmari potest. Et ideò Tell. Fernand. *in d. l.* 5. *Tauri num.* 6. ait quod nec ex voluntate expressa filii, nec in consequentiam delicti, propter quod bona publicantur, pater usumfructum, quem habet in filii bonis amittit, & quia uti tradit Carleval. *Iudic. tom.* 1. *lib. pr. tit.* 3. *disp.* 20. *num.* 6. qui contrahendo aliis præjudicare non potest, eidem pariter delinquendo præjudicare

non valet, & plures alios referunt Farinac. *quæst.*
24. *num.* 5. ubi de veriori testatur, imò *num.* 7. ad- 36
dit, hoc procedere etiam si pater ipso confiscationis momento non adhuc acquisivisset usumfructum, sed spem tantùm haberet aliquo casu illud consequi posse, Paschal. *de Patr. potest. par. pr. cap.* 3. *n.* 35. 36. & post eos Mastin. *de confiscat. quæst.* 27. *num.* 6. 7. Præterquamquod, uti prudenter, & doctè ratiocinando animadvertebat Eminentiss. de Luca *in tract. de Fideicommiss. discurs.* 148. *n.* 11. *et* 150. *n.* 8. & iterum 551. *num.* 5. 6. Fideicommissum restitutorium in casu mortis est in odium potius defuncti ordinatum; unde non mirum, si tunc, & eo casu omnis fiat interpretatio magis favorabilis ei, in cujus favorem facta est substitutio, & ordinata restitutio; Fideicommissum autem in casu delicti ordinatum è contra, præcipuè ubi tali casu substitutus denuò gravatus sit illud restituere eidem delinquenti, & gravato in gratiam restituto, dicitur in favorem ipsius inductum, ut nempè metum hujusmodi privationis à delictis abstineat, & quasi tunc substitutio continere solùm videatur quandā fiduciariam conservationem bonorum in favorem ipsius gravati delinquentis; Cùm ergo, ut utrobique D. de Luca concludit, si istud fideicommissum gravati potius favorem, quàm gravamen respiciat, nulla ratione ferendum est, ut quæ favore inducta sunt, in odium, & præjudicium convertantur uti contingeret, si, ut in casu mortis naturalis, sic in fideicommisso ob mortem civilem purificato privaretur Pater eo usufructu, cum quo proprio filio exilii incommoda, & dispendia abundantius levare posset prout ad alendum ex tali usufructu filium teneri, decidit Senat. Sabaud. apud Fab. *in suo Cod. lib.* 6. *tit.* 33. *de bon. quæ liber. definit.* 13. & ne etiam primò vocati, & consequenter magis dilecti commodum posteriori loco substituti, & minus dilecti beneficio postponatur contra omnem Juris regulam, de qua in *l. publius Mævius* 36. *ff. de cond. & demonst.* Gratian. *cap.* 836. *num.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 6. *num.* 15.

Quamobrem cùm certum in Jure sit, & firmum 37
patrem in cujuslibet generis filiis bonis adventitiis, & etiam fideicommisso subjectis usumfructum acquirere, & eum non nisi cum morte patris extingui, & in fideicommissis etiam nullus dicere tentaverit, quòd per mortem civilem filii Patris usufructus extinguatur quidquid aliqui sine ratione sequta morte naturali expirare quoque patris usumfructum dicere pręsumpserint, non est à regula recedendum, ubi limitatio non congruit. Eo magis, quia regulam potius universalem habemus, communiterque receptam, quod per quamlibet capitis diminutionem, ex qua filii delinquentis bona adventitia confiscantur, patri nunquam auferatur, sed ea non obstante potius illi remanet intactus usufructus, donec in humanis supersit, ut est plenissimum *cons.* Bertazzoli 49. *per totum*, Boer. *decis.* 112. *num.* 34. *ubi quod pater per mortem civilem filii perdit usumfructum*, & confirmat P. Molin. *tractat.* 2. *disput.* 9. *vers. idem simarcas*, Rota post Post. *de manut. decis.* 37. *num.* 7. & ait Cutell. *part.* 1. *Orat.* 18. *n.* 16. *quod usufructus à lege patri reservatus ejus est naturæ, ut neque extinguatur per mortem, neque per capitis diminutionem filii*, Paschal. *de patr. potest. libr. pr. cap.* 3. *nu.* 35. Mastin. *de confiscat. quæst.* 4. *n.* 21. 22. 23. *& seqq.* & ante eum Guazzin. *de confiscat. limit.* 28. *decimæ tertiæ conclus.* 1. 2. 3. 4. *& seqq.* & benè quoque ait Pater Fragos. *in Regimine Christianæ Reipubl. tom.* 3. *lib.* 2. *titul. de oblig. parent. disput.* 3. *sub n.* 41. *vers. ratio est, quod usufructus formalis non extinguitur nisi morte naturali, non autem civili.*

Et ita &c. Salvo &c.

C. Ego Aloysius Munsi J. U. D. Advocatus Patritius Lucensis.

ARGUMENTUM.

Ususfructus potest patri prohiberi expressè, an autem tacitè per conjecturas, & quales disceptatur, &c.

ADSIT DEUS.

38 Conveniunt præstantissimi DD. Advocati in tribus eorum doctissimis consultationibus licèt pro Illustriss. Philippo filio scribentes conveniunt, inquam, Illustriss. Petro Patri, ubi Juris Civilis dispositio servari debeat, debitum fuisse usumfructum in tribus fideicommissis, in quibus D. Philippus filius successit; quorum assertioni ego quoque me libentissimè subscribo; Subjungunt autem Juris Communis censuram omninò posthabendam fore, quoties contraria voluntas emergeat, & pateat fideicomittentis, quod scilicet Pater dicto usufructu minimè potiatur, & hujusmodi quoque limitationem impugnare modo non aggredior.

Hisce verò præmissis, in duobus præcipuè suadendis totum eorum eruditissimæ ratiocinationis adhiberé conatum.

Primò asserendo, & quorundam DD. authoritate confirmando non opportere, hujusmodi voluntatem Testatoris prohibendi Patri usumfructum in bonis ejus filio relictis, fuisse litteraliter, & specialiter expressam; Verum sufficiant conjecturæ, ex quibus vel tacitus hujus mandatæ prohibitionis animus deprehendatur.

Unde secundo loco successivè integras cujuslibet testamenti paginas omni studio, & subtiliori investigatione rimantes, ex eis extorquere conati sunt animadversiones, ex quibus, ut ajunt, tacita prædictorum testatorum insurgit voluntas, prohibendi in dictis fideicommissis substituti Patri dicti usufructus ex Jure debiti aquisitionem, licet hujusmodi prohibitionis neminem eorū ullum verbum fecisse non negetur.

Ad hasce igitur duas in jure, & in facto suppositas probationes impugnandas modo vocatus sum: quarum insubsistentiam si facile, ut opinor, demonstrare continget, in suo robore permanens, neque ex Testantium voluntate abrogata legis dispositio Illustriss. Patrem in legitima consequutione usufructus, de quo nunc agitur, ex ipsorum DD. meorum pro Illustriss. D. Philippo filio scribentium consensus satis superque defendet.

Primum itaque ex adverso præmissum, quod non expressa sit necessaria, sed tacita ex conjecturis elicita derogandi legis dispositioni sufficiat, admitti, saltem indistinctè, & simpliciter non posse credidi, quemadmodum enim patens est lex ipsa *in l. quæcumque 4. & in l. cum oportet 6. C. de bon. quæ liber.* decernentes, quod in bonis omnibus, quæ *testamento, fideicommisso, aut legato, sive donatione, vel alia quolibet modo ex liberalitate fortunæ ad filios proveniunt, Patri, donec superstes erit, Jus ususfructus acquiratur.* Ita pariter non minus clara ejusdem legis authoritas emicat, imò ejusdem Imperatoris Justiniani promulgata sanctio relata summatim ab Irnerio *inter leges Codicis eod. tit. de bon. quæ liber. in Auth. excipitur*, pro limitatione ante dictarum legum *quæcumque, & cum oportet*, & ibi per compendium eum infrascriptis verba inserta; *Excipitur, quod eis* (nempè filiis) *datur, vel relinquitur ab aliquo parentum, conditione hac adjecta, ne ad patrem perveniat ususfructus.* Unde percipitur, intantum voluisse Justinianum Patres ab hoc eis impartito beneficio ususfructus excludi, in quantum filiis relictum *hac conditione adjecta* à Testatore fuerit, ne ad Patrem ususfructus perveniat ex quo modo loquendi satis naturaliter capere quisque posse videtur, ut præcisè necessaria sit expressa prohibitio ususfructus, aliàs non diceretur eum *hac conditione* (uti lex inquit) fuisse filio datum, aut relictum, & ideò aliter relictum liberè, & absque hujusmodi conditione legatum fuisse constat; Conditio enim, ubi non reperitur expresse adjecta, suppleri, neque subintelligi potest, ut ex pluribus tradit Altograd. Sen. *cons. 63. lib. 1. n. 4.* & etiam *text. in l. omnia 32. ff. de leg. 2.* ut etiam in ambiguis nulla sumi conjectura queat, ut conditio subintelligatur, ut in *l. si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de verb. obligat.* & aliis pluribus probat Gabaganett. *de condit. part. 2. quæst. 57. per totam.* Quod eo magis suadetur manifestum ex revolutione originalis illius Authenticæ, quæ habetur extensa in *Novell. 112. sub tit. ut liceat Matri, & Aviæ*, ubi Justinianus moderari volens latas antea leges *quæcumque 4. & cum oportet 6. C. de bonis quæ liberis*, facultatem tribuit parentibus postquam reliquerunt filiis partem, quam adimere nequeunt, quod reliquum est suæ substantiæ donare, aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, *sub hac*, ut inquit, *definitione, atque conditione, si voluerit, ut Pater, aut qui omninò eos habent in potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium.* Unde magis hæc verba, *sub hac definitione, atque conditione*, in legibus inserta inferre videntur liberalem hujusmodi prohibitionis expressionem; Sed quasi prævidens Justinianus futuris temporibus aliquam conjecturarum cavillationem potius, quam interpretationem à se statutæ legi imponi potuisse, clariùs hoc idem iterum inculcare decrevit in finalibus ejusdem Authenticæ verbis ita conceptis, *In illis enim casibus legem, quæ usum parentibus præbet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter hujusmodi conditio;* quod adverbium *specialiter* potissimum expressam significare voluntatem, tam Humanistæ omnes docent, quàm etiam Glossa *in l. sed an ultro &c. 11. litt. V. ff. de neg. gest.* & iterum *in l. fin. in lit. G. Cod. eod.* cum aliis per Barbos. *dict. 381.* & post eum etiam clariùs docuit Gallin. *de verbor. signif. lib. 2. cap. 15. nu. 9. 10.* ex doctrina Bartol. *in l. pr. ff. de vulgar. & pupill.* quod id, quod ex legis decreto *specialiter* est enunciandum, non sufficere, si generaliter sit expressum, vel *ex conjecturis colligeretur;* Quamobrem vim manifestam fieri mihi semper visum fuit, authoritati, & voluntati legislatoris tot cautelis, & efficacibus repetitisque verbis ab iis, qui dissimulato textu præfato, & generali tantùm regulæ confisi, tacitam ex conjecturis, & generalem cum expressa, & speciali prohibitione comparare, & utrique contra legis præceptum, & in parentum præjudicium eumdem tribuere ausi sunt effectum, & proinde eos merito condemnat Alex. *in l. cum filiusfam. num. 24. ff. de leg. pr.* & ibi quoque Lancellot. existimantes, ut aditus fiat concessionis legis in dicta Authentica *excipitur* insertæ, necessariam esse expressam, & specificam ususfructus ademptionem, & propterea tacitam non operari; Et ego quidem, licet nullius authoritatis, quidquid fortè consulendo argui, possem in judicando tamen à tam expressa, & declarata legis ordinatione nullatenus recederem, ne inferrem voluntati testatoris latiorem interpretationem, quam par est; cùm enim de alterius agitur præjudicio, voluntas hominis strictissimè, & suaptè tantùm naturali significatione, & interpretatione debet explicari, Menoch. *cons. 97. num. 11.* & latiùs Decian. *cons. 16. num. 20. 21. 54. lib. 4.* & ab eo communi juris axiomate monitus, quod voluntates testatorum divinari non debent, sed expressæ legi, nam si extra specialia testamenti verba divagando, ex conjecturis, quæ ex ingenii acumine plerumque produci solent, dispositionem testatoris tamquam expressam Judices pronuncient, ipsi magis, quam Testator, dicerentur testari Rub. Alexandrin. *cons. 4. in fine juncto n. 2.* Mantic. *de conjectur. lib. 3. tit. 19. num. 56.* & ex Castr. *cons. 264. num. 2. lib. 2. observ.* Redenasc. *cons. 70. n. 13. 14.*

Sapientia tamen, & virtus Excellentiss. DD. Auditorum, qui ad definitionem præsentes Articuli sunt electi, nos certos reddit; quod naturam, & vim præfatæ Justinianeæ Sanctionis intentius perpendere non omittent, saltem, ut eo difficilius admittant conjecturas, quibus in secundo grado eorum Consultationum Eruditiss. Illustriss. D. Philippi Advocati, assertam tacitam fideicommittentium voluntatem, ut vocatorum, substitutorumque Patres ab ususfructus acquisitione in iisdem fideicommissorum bonis arceantur, totis viribus innituntur; Siquidem in contrarium pro fundamento totius eorum ratiocinationis jacta conclusio, uti dicebam, non ita simpliciter est accipienda,

da,

Digitized by Google

da, ut quoquomodo ex conjecturis, & qualescumque eæ sint, ut ajunt, sufficiunt ad effectum, de quo nunc agitur de voluntate prohibendi usumfructum præfatum, constitisse intelligendum, & pronuntiandum sit.

Nam conjecturarum suppletione loco specialis, & expressæ voluntatis, & jam admissa, cum grano tamen salis prius, antequam in mente retinenda imbibatur, condienda, & eum distinctione, quæ communis est, & à nemine controversa recipienda est dicta voluntatis conjecturalis probatio; Quæ enim afferuntur voluntatis conjecturæ, in primis ex ipsomet testamenti contentu, non autem extrinsecè derivare debent.

Item & præsertim, verba, quæ tacitam voluntatem indicare debent, hujusmodi esse oportet, & ejus præcisæ qualitatis, ut ad nihil aliud referri, nullumque alium præseferre valeant significatum, vel inducere dispositionis voluntatem, quam prohibitionem ipsam ususfructus, adeòut ea significatione exclusa inania prorsus evaderent, ut est in hoc communis Repetentium traditio in *d. l. cum filiofam.* 11. *ff. de leg.* 1. quam postea amplexa est universus DD. cœtus, ut videri potest apud Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 12. ubi discussa pro utraque parte quæstione, an ubi lex requirit voluntatem, expressè, & specialiter exprimi sufficiant, & legi satisfactum dicatur, quando ex conjecturis hujusmodi voluntas eomprobetur; Tandem *num.* 10. ita repugnantes opiniones conciliari posse ait, ut formalis, quidem prohibitio non sit necessaria, sed satis sit, *si ex necessariis conjecturis*, mens colligatur, quæ quidem ea verbis à Testatore pronuntiatis concipi possit; *veluti eum alium sensum recipere non possint*, & sub *nu.* 10. in fine repetit ibi, *Et si quidem verba generalia alium sensum recipere non possunt quam prohibitionem, &c.* & iterùm *sub num.* 11. ibi, *& specialiter expressum dicitur, quando genus non potest verificari, nisi in una specie*, & præter ab eo relatos, ut videatur obsecro Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 19 *sub num.* 31. ubi conclusionem ex adverso allatam his præcisis verbis temperat: *Dummodo verba talia sint ex quibus nihil aliud, quàm perceptionis ususfructus prohibitio deduci possit*, & assentitur, licèt in contrarium relatus Surd. *in consil.* 216. *n.* 12. ubi ait, *quod non inducitur hujusmodi prohibitio nisi ex actu, qui illam necessario inferat*, & Molina sequendo Peregrin. *decis.* 102. *sub n.* 1. *sapienter*, inquit, *sentio parcissimè agendum esse nec fieri extensionem in Patris præjudiciū ad derogationē, regulæ, nisi lex, aut testator expressè dixerit, vel aliter, quod veniat in necessariam consequentiam expressorum veluti, quia dictum sit, quod in relictis filiofam. Pater nullum habeat participium*; Unde percipitur, verba non modo esse debere directa in Patrem, sed pernecessa esse debent talia, quod si non specialiter et prohibeant usumfructum, saltem in sua generalitate Patri interdicant aliquam in iisdem bonis participationem, Pascal. *de patr. potest. part* 1. *cap.* 3. *sub nu.* 38. *vers. verùm &c.* & latiùs quoque ratiocinando Fontanell. *de pact. nuptial. clausf.* 4. *glos.* 7. *part.* 3. *num.* 25. 26. Castil. *de ususfruct. cap.* 3. *numer.* 57. & Merlin. Pignatell. *lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 23. Non modo cum cæteris omnibus assentitur, quod ex verbis Testatoris nil aliud deduci queat, quam ipsa ususfructus prohibitio, sed quod magis stringit, addit *n.* 24. *quod etiam eadem verba essent otiosa, nisi dictam prohibitionem importarent*, & ipsemet Eminentiss. de Luc. in contrarium adductus *in tractatu de servit. discurs.* 60. *n.* 4. concedit esse debere *efficaces, univocas, & pernecesse concludentes*, & iterùm in objecto nobis pariter *suo discurs.* 64. *sub n.* 2. advertit, quod conjecturæ esse debent urgentes, & tales, *quod nonnisi dicta prohibitio ex eis resultet*. Quam veritatem conclusionis, neque ipsimet Domini intentionem filii patrocinantes impugnarunt, quamvis antè agendo in puris simplicibusque terminis limitationem anteponant, dicendo nempè tantùm, si tacita voluntas ex conjecturis deprehendatur, nihilominus in nostram convenisse sententiam, demonstrant allatæ per eos DD. authoritates ad probandum, quod ex conjecturis elicita voluntas sufficiat, cùm omnes eædem sint cum supra à me nominatis; Undè, si ex vulgato Juris axiomate dictum consulentis juxta authoritates, quibus innititur, explicandum est, & intelligi debet, cum ab eis adductæ in hujusmodi afferenda conclusione DD. authoritates, id tantummodò concedant, cùm sunt necessariæ conjecturæ, & verba ex quibus conjectura desumitur, nil aliud inferre sua natura possint, aliàs inaniter, & otiosè extarent adjecta, quod non est præsumendum, necessariò sequitur, ut dicebam, concludendum, pro nostra ipsorum DD. quoque judicium expressè stare sententia.

Tota igitur inter nos discrepantia consistet in investiganda qualitate conjecturarum ex adverso adductarum, an scilicet eam vim præseferant, ut ex adverso supponitur, ut nil aliud quam prohibitionem dicti ususfructus Patri inferre valeant, an vero adeò æquivocæ sunt, duplicisque sensus, unde magis prohibitionem præfatam, quam aliam omninò diversam testantium intentionem portendere valeant, quo casu tanquam nullius ponderis, & à decisione præsentis quæstionis prorsus extraneæ in suo robore, & firmitate D. Petri favore persistat beneficium à lege Patribus elargitum, acquirendi usumfructum in bonis, vel fideicommissi vinculo alligatis, filiisque relictis.

Verùm, ut adverti, ad unicam solam, & principalem conjecturam reducuntur, & ex uno solum capite profluunt adductæ in contrarium hujus prohibitionis in tribus DD. Advocatorum propositæ conjecturæ; Ex ea depromitur ex qualitate hæreditatis, nempè arctissimo fideicommissi vinculo subjectæ, & eo ampliùs eum amplissima prohibitione alienationis à Testatoribus fideicommittentibus injuncta, adeòut non modo ipsæmet bonorum proprietates, semper in ipsos vocatos conservarentur, verùm etiam ipsorum ususfructu, imò & ipsorum fructuum commoditate alii nunquam successivè substituti frui nequirent, quasi, ut inde arguunt, incompatibile reddatur, Patrem non vocatum, neque in dictis fideicommissis substitutum ad fruitionem dictorum bonorum admittere, & Testantium voluntatem servari, quàm conjecturæ, inductionem pluribus, & acutissimis specularionibus unusquisque eorum in exaratis consultationibus exornavit.

Et quidem profectò ab ingenio doctissimo Præstantiss. Advocatorum hanc conjecturæ excogitationem penitus emanasse constat, cùm nullo antiqui, vel novissimi Doctoris judiciali suffragio eam communire licuerit; Quod enim per solam prohibitionem, vel strictissimam, & amplissimam alienationis non modo bonorum, sed etiam fructuum in fideicommisso substitutis à Testatoribus indictam argumentum necessarium deducatur, quod voluerint Testatores substitutorum quoque parentibus in iisdem fideicommissariis bonis interdicere acquisitionem illius ususfructus, qui non à filio fideicommissario voluntariè, & ex suo facto constituitur, verùm sola legis censura, & munificentia ipsi Patri impartitur ipso Jure, & necessariò cum successione filii nicomparatur nemo firmavit eorum, qui fuerunt in singulis consultationibus adscripti, quos omnes diligenter involvere non piguit. Absurdum enim, ut opinor, hoc dicere putarunt DD. cum ex tali propositione destrueretur ipsa legis ordinatio in *l.* 2. *C. de bon. matern. & in l.* 4 *C. de bon. quæ liber.* expressa, in qua specialiter Patri conceditur ususfructus etiam illorum bonorum, quo filio sub fideicommissi onere relinquuntur, cùm clarum undique sit in omni fideicommissorum genere non modo tacitam legis, sed plerumque etiam strictissimam ejusdem fideicommissi alienationem apponi consuetum esse, hac etiam adjecta clausula (quæ pro conjectura urgenti in contrarium valdè magnificatur) ut nempè eadem bona perpetuo in vocatis conserventur, & in eis fruenda tantùm permaneant; Imò ipse Molin. *de primogen. sup. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 31. allegatus cum cæteris omnibus, qui de fideicommissis agunt, supponunt semper in eis favore vocatorum prohibitum fuisse tam bonorum, quàm etiam ipsam ususfructus, aut commoditatem fructuum ex eis percipiendorum alienatio-

nationem, & ea non obstante firmant, quod, ad hoc ut Pater hujusmodi usufructu, vel fructuum percipiendorum commodo privetur, necesse sit, quod idem Majoratus Institutor expressè disponat, Parentes ex bonis ejusdem Majoratus quibus eorundem filii successerint, usumfructum percipere non possint, uti sunt propria Molinæ verba *in d. c. 19. n. 30.* quæ sanè specialis prohibitio superflua omninò foret, si ex ipsa sola prohibitione facta vocatis alienationis etiam ipsius usufructus, & commoditatis fructuum insurgeret etiam privatio Patris usufructu sibi à legis beneficio concesso; Imò sub nu. 33. addendo, inquit ibi Molin. *Ideòque qui rectè usufructus perceptionem parenti prohibere voluerit, adjicere debet, neque ex eis bonis usumfructum, nec commoditatem percipiat, aliàs enim nullius effectus prohibitio erit.*

Ex quibus Molinæ verbis advertendum est quod hujusmodi prohibitio, ut prætensæ voluntati prohibendi quoque parentibus usumfructum conjecturæ fomentum præbeant, ad ipsosmet Parentes debeat esse directa, non autem ad ipsosmet filios substitutos, ut est prohibitio in testamentis nostris adjecta, ut legitur in Testamento D. Alexandri ibi, *& à quest' effetto perciò probibì à tutti, e ciascheduno di loro* (idest institutis, & substitutis immediatè antea nominatis) *ogni detrazione, &c. e parimente probibì loro ogni alienatione, &c. Et in caso di contrafazione ora per allora privò, e priva quello contrafaciente, & alienante, &c.* Ita quoque ad substitutos sermone directo Dom. Squarcialupus in suo Testamento dixit, *Probibì à tutti l' Instituti, e Sostituti, che in qualunque modo succederanno, &c. ogni sorte d' alienatione di tutti li suoi beni, &c.* & infrà, *Purche ne' casi d' alienatione, che volontariamente, ò da se medesimo facesse il Possessore, &c.* & clariùs ibi, *E quando li detti suoi beni, &c. ò la sola commodità di pigliare li frutti, &c. per durante la vita del possessore, &c. ò volontariamente dal Possessore, ò respettivamente per via di qualsivoglia Giudice, &c. per li debiti, ò altro carico, &c. del Possessore transferiti in altra persona fuori di quella, &c. deve succedere, &c. vuole, &c.* & alibi sæpè, &c. quod idem in subsequenti D. Magdalenæ testamento, & eisdem ferè verbis dispositum fuisse legitur; Unde etiam, quod Molina, postquam agit de primogenitura, in qua extat prohibitio alienationis ipsis vocatis directa, ea non obstante, dixerit, & firmaverit, opus esse, ut prohibitio fiat ipsi Patri, quod certo uti dicebam, superfluum omisisset, si ipsa sola prohibitio alienationis facta vocatis in ventre quoque sua natura contineret, & exprimeret voluntatem Testatoris prohibendi etiam parentibus usumfructum à legis ordinatione in eos in hujusmodi fideicommissis filio relictis collocatum, ut in simili distinxisse legitur Socc. sen. *in d. l. cum filiofam. sub num. 31. ff. de leg. 1.* ibi. *nam verba Testatoris nullo modo ad Patrem sunt relata.* Hæc enim prohibitio alienationis, & usufructus vel commoditatis etiam fructuum eorum bonorum, quæ cum vinculo fideicommissi apud Institutos, vel substitutos perpetuo remanere testator optavit, eo solum tendit, ut Juris dispositionem, seu permissionem tollat, aut ejus ambiguitatem explanet, ex quo remota contraria voluntate Testatoris videtur fideicommissario concedi posse servitutem usufructus in bonis fideicommisso subjectis imponere duraturam, donec ipse superstes eodem fideicommisso frui debeat; & quamvis dum adest expressa à Testatore demandata alienationis prohibitio, facultas fideicommissarii imò ponendi in ipso fideicommisso servitutem usufructus, etiam eo solum vivante controversa sit, quando tamen non Jus usufructus formatum, sed quædam solummodò facultas fructuum, seu commoditatum percipiendarum in ipsa primogenitura à substituto imponitur, quoniam hæc alienationem non continet, non obstante ejusdem prohibitione, licere fideicommisso eam in alium transferre, tradit articulo discusso Molin. *de primogen. lib. 1. c. 20. ex n. 1. usque in finem*, & præcipuè *num. 21. 22. vers. sed quamvis hæc*, & post eum idem confirmat Peregr. *de fideicomm. art. 40. ex n. 112. usque ad nu. 118.* & pluribus relatis comprobat Fusar. *de substitut. qu. 327. num. 5. vers. sed adverte &c.* Et ideò, cùm Testatores prædicti, ne eorum mentem legum permissionibus obnoxiam relinquerent, præter prohibitionem alienationis bonorum, & usufructus addiderunt etiam specialem prohibitionem cessionis, aut translationis in alium commoditatis fruendi redditibus, & fructibus eorum bonorum; hoc eo solum intuitu fecisse constat, ut ita clarè, & certò privarent in iisdem primogenituris successores hac facultate sibi ex Jure competenti, transferendi nempè in extraneos Jus utendi fructibus prædictis, & propterea cum hæc prohibitio non sit otiosa, sed effectum operetur suum in substitutis, dici nullo pacto potest, ex ea necessario derivare tacitam Testatorum voluntatem prohibendi, etiam Parentibus commoditatem illam fructuum, quæ non ex facto substituti, sed ex legis authoritate tribuitur; Undè patet, æquivocum esse in contrarium nobis objectum argumentum, quod scilicet ex eo quia Testator prohibuerit fideicommissariis, & substitutis alienationem, vel constitutionem usufructus super bonis prædictis eorum facto, & voluntate constituendi, & permittendi, ex hoc dicendum, & arguendum quoque sit, tacitè voluisse prohibere eorumdem substitutorum Patribus, si quando adessent, acquisitionem illius usufructus, qui è contra ex legis dispositione provenit adversus pariter vulgatam in Jure regulam, quod ex diversis non fit illatio.

Et eo magis, quia si benè factum in re præsenti perpendatur, duas cognovere Testatores adesse juris regulas, unam nempè, quæ successoribus in fideicommisso licèt expressè alienatione prohibita concedit nihilominus ejusdem fideicommissi fructuum commoditatem in alios, donec viverent ipsi, transferre. Alteram verò quæ substitutorum parentibus eorumdem bonorum, quamvis fideicommisso subjectorum usufructu potiri elargita fuit. Primæ verò expressè derogarunt, ne extranei eorum hæreditate gauderent. Alteram verò impium fortè existimantes denegare, quod ipsimet filii patribus impediri nequeunt, eis in suo robore servandam reliquerunt. Undè patet illud, quod ex duobus prædictis legis beneficiis tollere, & abrogare voluerunt, sed id expressis disposuere verbis, quod autem non abrogare habuerunt in animo, de eo nullam mentionem, aut ferè verbum fecerunt, quæ discretiva loquutio difformem in uno ab altero casu testatorum voluntatem satis corruunt, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. num. 43. 44.* Soccin. sen. *cons. 116. nu. 12. lib. 3.* Gabr. *cons. 97. nu. 28. lib. 1.* Rot. *dec. 176. nu. 18.* coram Priolo, & sicuti testator in una parte testamenti id quod voluit, claris, & expressis verbis injunxit, utique si alteram quoque prohibitionem patribus contra legis ordinationem statuere decrevisset, eadem claritatis expressione mandasset *ad text. in §. inter incorporalia de translation. l. unica §. sin autem ad deficientes C. de caducit. tollen.* & in hoc parentum favore juris authoritati cedere voluisse potiùs præsumendum sit, cùm, ubi testator aliter non expressit dispositioni juris, sua voluntas existimari debeat esse conformis, ut ait in proposito Imol. *in d. l. cum filiofam. ff. de leg. 1. & est tex. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posthum. & l. si duo ff. de acquirend.* Bart. & DD. *in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* Non igitur invicem repugnant, ut exadverso dicebatur, verum stant ita simul, quod bona fideicommissaria, & eorum fructus ex facto vocatorum nequeant apud alios, quam apud ipsos substitutos remanere, ex legis autem ordinatione quidem possint eis parentes quoque frui, proprietate tamen semper in dominio filiorum vocatorum remanente, quod idem etiam suadere videtur diversa ratio, qua moti sunt fideicommittentes ad non prohibendum substitutorum patribus usumfructum, ab ea, qua è contra inducti sunt testantes ad hujusmodi prohibitionem substitutis faciendam. Hoc enim fecisse in singulis eorum testamentis protestati sunt, ne scilicet bona ad extraneorum manus transirent, ut in testamento Domini Squarcia-

lupi

Digitized by Google

lupi declarat, ibi, *Ne che alcuno estraneo vi possi mai haver ragione alcuna, &c.* prout in testamento Dominæ Magdalenæ in §. *Ancor a detta Signora Testatrice, &c.* & eadem ferè manuscripta verba leguntur, *Ne che alcuno estraneo &c.* & ita substituto eorum bonorum annuo reddito, & commodo spoliato, in eo familiæ dignitas, uti vehementer optasunt, ampliùs non splendesceret, sed potiùs sordesceret, quod accidere non potest, dum ab eodem patre illius, qui in fideicommisso successit, fructus ejusdem fideicommissi percipiuntur, cùm quibus filio ipsius vocato juxta personæ conditionem, & dignitatem alimenta suppeditare tenetur, uti decidit Sabaudiæ Senatus apud Fabr. *in suo C. lib. 6. tit. 33. de bon. quæ liber. defin. 13.* & eo casu, ut ait *gloss. in l. plenum §. quamquam de usu, & habitat.* filius dicitur usufructuarius formalis, pater verò actualis, & cùm remaneat ususfructus apud filium quoad titulum, concurrit in eo patre, quoad effectum capiendi usum illius usufructus eo vivente, eo magis etiam in specie post Bart. tradit Alex. Neque ex hoc sequitùr, quod filius non sit verè Dominus, nec apud eum remaneant, prout voluit testator, omnia fideicommissi bona, cùm ex traditione Ulpiani *in l. rectè dicimus ff. de verb. signif.* cum fundum totum nostrum esse dicimus, etiam cujus ususfructus alienus est, & cum ipsis fructibus e Patre sibi omnia vitæ commoda, & dignitatis ornamenta contribuantur, quòd secùs accideret, si iidem fructus in extraneos, & in aliam familiam, quam ipsius substituti, transferrentur. Undè hoc casu extra vocatum non permanere fideicommissi fructus dici posse videtur, & sic cùm diversa urgeat in utroque casu ratio, de uno ad alterum fieri non potest argumentatio. Cùm enim voluntas testatoris commensurari semper debeat cum ratione, qua ad aliquid disponendum motus est, *l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2.* & tradit Bart. *in l. pater filium §. fundum in fin. ff. de leg. 3.* Crsvett. *consil. 227. num. 7.* Dum inest de uno ad alium dispositionis casum rationis diversitas; hæc solum operatur, ut omnes casus sub generalitate dispositionis minimè dicantur comprehensi ex Bart. *in l. si pluribus ff. de leg. 2.* & aliis relatis ab Aldereno, Mascard. *concl. 4. c. 54.* & sic à prohibitione facta substitutis, ne in extraneos bonorum commoda alienentur, excludi necesse est prohibitionem usufructus patri à lege filio, vel reluctante debitum. Et præcipuè etiam quia pater, D. Magdalenam non esse de patre substitutorum cogitasse, cùm deficiente linea masculina Alexandri filii substituerit D. Elisabetham filiam, quam sciebat nuptam tunc esse D. Petro Strozzi viventi, & ei quoque ejus filios substituit, undè facilè scire debuit, quod nisi expressè prohibuisset eidem D. Petro patri usumfructum sibi de jure debitum, effectum suum habituram fuisse legis provisionem, cui proptereà cum dispositione contraria non derogaverit, certius deprehenditur, hanc fuisse testatricis voluntatem, ut D. Petrus D. Philippi pater, & ejus dilectissimus Gener aliquo modo ipse quoque ejus substantia cum dicto usufructu potiretur, ut ait Ferret. *ad constit. Hisp. Los impuber. gloss. 4. n. 219.* in majoratu loquens, inquit, *dum Mater expressè Patri non aufert usumfructum, præsumendum est voluisse, quod lex voluit,* [& ubi pariter subdit *nu. 223. quia nempè cogitare potuit de patre, tunc vivente dum ea fideicommissum ordinavit, &c.*

Quoniam verò sæpè dixi nullum ex Doctoribus in tribus consultationibus congestis ab Excellentiss. D. pro D. Philippo scribentibus punctum nostrum attigere, nec aliquem eorum in propriis terminis dispositionis fideicommissariæ dixisse, quod prohibita à fideicommittente alienatione bonorum, imò etiam usufructus, & commoditatis ejusdem, ut eadem bona continuo in vocatos, substitutosque permaneat, censeri quoque pernecesse debeat, prohibitum substitutorum patentibus usumfructum, aut ejus commoditatem in iisdem fideicommissi bonis assequi, sed omnes, inquam loqui in casibus omninò diversis, & cum nostro, nil commune habentibus, & ideò non adversari intentioni D. Petri in dispositione legis innixæ, quæ in bonis etiam fideicommisso subjectis, & filio relictis patri usumfructum concessit, nisi contrarium voluntas testatoris expressa, aut saltem necessariis, & indubitatis conjecturis exegerit. Ut id, quod credidi, & hic asserui, facti quoque evidentia tutiùs comprobarem, universas tàm legum, quàm DD. authoritates ab unoquoque ex eis in medium expositas oculis subjeci, & integras haud mediocri labore, & studio revolvi, & ita singulas expendas in quatuor casibus à nostro omnino diversis scripsisse, aut consuluisse reperi pro conjectura sanda in iis voluntate testantium prohibendi patri usumfructum in bonis filio legati. Quorum casuum substantia, & ratio sicut è nostro, de quo nunc agimus extraneæ omninò sunt, & ideò nec hujusmodi præsumptam voluntatem legi derogandi in testatoribus nostris inferre posse clarè convincitur. Quod, ut faciliùs, minorique molestia Illustriss. D. Auditores assequantur, juxta quatuor casuum divisionem in quatuor quoque classes adductæ in contrarium authoritates repartiendæ sunt.

Primus igitur casus est, qui primus definitus fuit in *l. cum filiofam. 11. ff. de leg. 2.* & in his terminis quæst. agit Boer. præ cæteris in contrarium allatus in *quæst. 193.* ubi pater gravatus fuit certò adveniente tempore restituere hæreditatem filiis, & sequendo opinionem Pauli de Castro in *d. l. cum filiofam.* ait, quod per gravamen rejectum patri de restituendo hæreditatem, vel legatum filio, usufructus censetur tunc ei prohibitus, cùm verbum, *restituere*, significet plenam restitutionem, & in quo casu etiam loquitur, & consuluit Surdus tamquam antesignanus conjecturatæ voluntatis prohibitionis usufructus in casu nostro ab Excellentiss. Dominis meis reductus, & ejus frequenter reculcata tamquam individualis in re nostra Doctrina in *cons. 116.* Quando nempè fuit institutum cum strictissima etiam alienationis prohibitione fideicommissum, in quo vocatus fuit primo loco pater, & in casu alienationis ab eo factæ, vel alia eveniente conditione fuit proprius filius ei substitutus, veniente autem contraventione ordinatæ alienationis prohibitioni, quia fortè bona pater alienaverat, & dissipaverat, vel alio etiam eveniente restitutionis casu asserit Surdus, filio substituto non modo licuisse alienata à patre vendicare juxta tradita in *l. cum oportet §. hanc autem C. de bon. quæ liber.* Sed insuper etiam quod in ipsius vendicatis à filio bonis, vel in quibus successit usumfructum retinere non valuerit pater, ex ea ratione, ut ait Surd. & alii cum eo, quia dum gravatus à testatore pater fuit eidem filio fideicommissum restituere pleno jure, & sic proprietatem unà cum usufructu ejusdem fideicommissi restituere tenebatur. Item etiam quia in casu factæ alienationis in pœnam contraventionis habitæ voluntati testatoris eodem usufructu ex conjecturata, & verisimili voluntate ejusdem testatoris esse privandum, tàm Surd. *in cons. præd.* quàm alii infrascripti per Excellentiss. D. in eorum Consultationibus adducti probare satagunt, nempè Gabr. *cons. 118. lib. 1. n. 12.* Bee. *cons. 97. n. 16. 17.* Grat. *cap. 713. n. 19.* & Cutell. *de donat. disc. 3. part. 1. n. 12.* generaliter hoc solum firmat, quòd ubi pater ab aliquo institutus gravatur hæreditatem restituere filio post diem, vel sub certa conditione, aut purè tunc adveniente die nullo retento usufructu hæreditatem restituere teneatur quem casum longè à nostro distare, neque verificari posse in statu præsenti successionis, & vocationis filiorum D. Elisabeth evidentissimum est, quia D. Petrus non fuit à socero, aut socrui inter substitutos in dicto fideicommisso comprehensus, sed ejus, & D. Elisabethæ filii tantummodò vocati sunt, unde nec minor in eo ratio restituendi pleno jure, & absque usufructus retentione proprio fideicommissum præstitum, neque ratio contemptus prohibitionis alienationis in eo contingere potuit, quæ duæ rationes potissimum occasionem dederunt, Surdo, & aliis eum sequentibus in contrarium citatis arguendi, & deducendi tacitam testatoris voluntatem, ut pater in bonis per eum alienatis, & postea per filium vendicatis, vel eidem filio restituendis usumfructum non consequeretur.

Alter verò casus est, cùm testator in eodemmet testamento, in quo fideicommissum instituit favore filii,

filii, patri insimul aliquid titulo legati reliquit, ex quo speciali legato patri relicto conjici posse, aliqui senserunt ex doctoribus, voluntatem testatoris, quod in cæteris hæreditatis suæ bonis filio relictis usumfructum pater non acquireret, quia tunc, ut ajunt provisio hominis cessare facit provisionem legis, & super hoc facti themate scripserunt, & conjecturam tacitæ voluntatis in mox præcipuè commemorata ratione constituere, & in hoc casu præcipuè ex allegatis in contrarium conjecturam tacitæ prohibitionis eliciunt, Alba *cons.* 110. *per totum*, ubi ideò firmat evidenter constitisse de voluntate testatoris prohibendi patri usumfructum in bonis filio relictis, quia hærede instituto filio patri annuũ legatũ scutorũ ducentorum, dum viverit, præstari mandavit ea rationibus ibi fortissimis adducta, & eum eo in his terminis loquuntur Rot. Rom. *decis.* 549. *n.* 9. *part.* 4. *recent.* & postea plures cumulans Andreol. *contr.* 224. *per tot.*, & fusiùs Rot. Rom. *in Romana legati* 22. *Martii* 1666. coram Otalora, *quæ est decis.* 138. post Torre *de pactis futuræ success.* in contrarium relata, ubi reprobat Parif. *cons.* 129. *lib.* 1. & Marot. *cons.* 17. volentium procedere solũ, quando pater, & filius sunt in eadem re, vel hæreditate instituti, nõ autẽ quãdo legata distincta relicta fuere patri, & filio, & Curell. *de donat. disc.* 3. *p.* 1. 2. 10. 11. rum exclusum, ait esse patrem ab usufructu in bonis filio donatis, si in eadem donatione aliquid etiam patri donetur, & ex eadem ratione Rot. Rom. *in allegata decis.* 42. *par.* 16. *recent.* quia testator duas primogenituras instituerat unam favore patris, aliam favore ejus filii, & testatoris nepotis, declaravit Rota patrem frui non debere usufructu in primogenitura filii, quia, ut ait *num.* 1. 2. visum est inverisimile, testatorem voluisse ut pater duplici primogenitura frueretur, altera ex propria, altera filii persona; quem pariter casum à nostro longiùs aberrare nemo non fateatur.

Tertius etiam casus est, dum pater, & filius fuissent insimul ad eandem hæreditatem vocari, quia tunc patrem consequi non posse sentiunt usumfructum in portione hæreditatis, in qua filius successit, ex ea potissimum ratione, quia cum voluntas testatoris interpretanda sit intra limites dispositionis juris communis, & per illud in successione legali, & intestata, ad quam ex lege communi, vel particulari Statuto pater, & filius insimul pro rata vocantur, denegetur patri ususfructus in ea hæreditatis portione, quæ filio contigit, ut habetur in *Auth. item hæreditatis transcripta in tit. Cod. de bon. quæ lib.* Ita etiam ex institutione facta à testatore patris unà cum filio, tacitè saltem volunt percipi posse, pariter ejusdem testatoris fuisse mentem, quod pater solam medietatem hæreditatis consequeretur excluso ab usufructu in alia medietate, in qua filius successit, & in his terminis eorum lucubrationes prodidere Cald. *in l. si Curatorem in verbo legis num.* 149. Gratian. *decis.* 76. *nu.* 24. *& in cap.* 713. *n.* 31. Paschal. *de virib. patr. potest. part.* 1. *cap.* 3. *nu.* 53. & Rot. Rom. *in dec.* 160. coram Dunozett. *aliàs decis.* 356. confirmata *in decis.* 372. *part.* 5. *recentior.* & cum aliqua distinctione confirmat de Luca *de servit. disc.* 61. *ex n.* 20. *& seq.* in quo legendo advertẽdũ est, quod ipse voluntatem testatoris non prohibendi patri usũfructũ deducit ex aliis, & ex eo etiam, quod in suo casu verificabatur, ut inquit sub *nu.* 21. *ex quadam æquitate, & verisimili voluntate defuncti spectata magis ejus substantia, quam cortice verborum, stantibus præsertim particularibus facti circumstantiis, prudenti scilicet, & recta administratione Patris, & ætate, & non adeo matura prudentia filii dicto motivo non obstante probabilis visa fuit determinatio ad favorem Patris,* & clariùs etiam plures distinctos casus enumerat in *discurs.* 62. *seqq.* qui termini casus prædicti tantùm abest, ut nostris adaptari queant, ut ita potiùs manifestè repugnent. Nam ibi agebatur de interpretanda voluntate testantis, ut cum juris dispositione conveniret juxta regulam supra firmatam, hic autem si voluntas testatoris pro exclusione patris ab usufructu in dictis bonis argueretur, contraria interpretatio esset directo juris communis dispositioni, quæ patri dictum usumfructum debitum esse decrevit.

Quartus quoque datur casus in *l. si ususfructus* 14. *§.* 1. *ff. quando dies legati ced. ab Ulpiano*, ibi propositus, & definitus, in quo factum erat legatum filiofam. *ut ipsi solvatur finge enim*, ut inquit, *hoc nominatim expressum, ut filio solvatur, si Pater petat repellendus est*, ubi gloss. *in verbo repellendus*, addit hoc casu, *nec Patri videtur acquiri ususfructus*, sed, ut advertunt DD. & præcipuè *dict. text.* explicando in *d. l. cum filiofam. ff. de leg.* 1. his requirebatur à Testatore præcisè factum ipsius filii, & ideò non poterat explicari per alium, ut habetur in *l. qui hæredi* 44. *& ibi gloss. ff. de condit. & demonstrat.* & præ cæteris Cravett. *super d. l. cum filiofam. ff. de leg.* 1. *sub num.* 57. *vers. sed adverte, &c.* monet advertendum, quod lex ista *si ususfructus* loquitur, quando Testator mandavit solvi filio tantùm, aut nominatim, quia non solum *legavit filio*, sed etiam voluit, quod *ipsi filio solvatur*, quo casu voluntas Testatoris est clara, quod voluit usufructum acquiri Patri, sed non, ut ipsemet subdit, versamur in casu contrario, nam licet Testator substituerit in fideicommisso filium contemplatione sui, non tamen prohibuit Patri acquiri; Et verè destrueretur ita prima Juris nostri sanctio, ex qua in bonis etiam fideicommissi oneri gravatis Patri voluit usumfructum acquiri, cùm certum, patensque sit eosdem filios semper in eodem fideicommisso institui, aut substitui; Undè benè Menoch. qui in contrarium allegatur in *cons.* 1022. quamvis in legato facto filiis cujusdam annui redditus, quem Testator non modò filio legaverat, sed etiam ulterius idem quotannis præstari mandaverat, in eo Patri usumfructum non quæri authoritati dictæ leg. sinnixus defenderit; In bonis tamen majoratus, in quibus cum amplissima etiam prohibitione alienationis fuit substitutus filius, imò Testator declaraverat hoc fecisse, *ut in eo successores frui possent reddita dicti majoratus*; Nihilominus commoditatem fructuum saltem quæri Patri, latè probatur *ex num.* 7. *vers. Tertia est dubitatio usque in finem, &c.* & ita quoque Bero. *cons.* 139. *lib.* 2. non loquitur in bonis majoratus, in quibus filius post varios substitutionum gradus erat vocatus, sed, uti declarat *n.* 17. 18. 19. quando Testator certo filiofam. nondum nato quid legando mandavit insuper, eidem illicò nato res legatas solvi, & restitui unà cùm fructibus, quamvis Patrem haberet, quod clarè convincebat noluisse quod Pater non acquireret fructus, dum etiam fructus collectos, antequam filius nasceretur Patre licèt existente filio eum bonis restitui deberet, ultra prohibitam etiam ipsi Patri bonorum legatorum administrationem, ut ibi *sub n.* 18. *vers. considero, &c.* Et intra hos pariter limites continetur casus decisus apud Capye. Latr. *decis.* 124. ubi in legato scut. tercentum filio facto dixerat expressè Testatrix uti sub initio narrat, *quali vuole siano dati a detto Luca facendosi Prete, &c. e di quelli dopo asceso al detto ordine sia Padrone, e Signore, e possa fare, e disporre a suo arbitrio*, & ita non modò legavit, sed ei solvi mandavit, & ampliùs etiam suo arbitrio de eis disponere voluit; Undè non mirum, si conclusum fuerit, prohibitum in iis censeri usumfructum Patri per *d. tex. in d. l. si ususfructus*, & eo magis, qui erat incomparibile, quod filius legatum suo arbitrio alienare, & expendere posset, & Pater, donec viveret, ejusdem legatæ summæ usumfructum consequeretur, & tunc verè dici poterat, quod urgebat conjectura necessaria prohibitionis ususfructus, & eò magis etiam, quia dixerat, quod interim fructus legati expenderentur *in vestirlo*; Undè ait quoque Cunaell. *de donat. disc.* 3. *part.* 1. *nu.* 13. quod si Testator relinquit usumfructum filio, ut expendatur in ejus utilitatem, vel cumularetur in ejus favorem ad emendos redditus, ex hac provisione censetur in necessarium antecedens velle, ne eundem usumfructum Pater habeat; Ita pariter Rot. Rom. *in allegata decis.* 140. *p.* 1. *recent.* non loquitur in casu nostro, nempè quando instituta primogenitura ad eam vocantur ad successivè plures alicujus stirpis, seu descendentiæ Testatori plerumque incogniti, & quorum aliqui interdum sunt Patres, interdum verò filiifam. sed ubi in terminis *d. l. si ususfructus* hæreditas nominatim, vel legatum relictum fuit Margaritæ, quam sciebat Testa-

ſtator habere Patrem ſuperſtitem, & nihilominus declaravit velle ſuam hæreditatem eamdem Margaritam conſequi *liberè, & abſolutè*, & ultra quod relicta etiam fuerat ei hæreditas nominatim juxta textum prædictum, ampliùs etiam cum aliud reſtitutionis, aut aliud quodlibet onus præter dicti uſusfructus Paterni in dicta hæreditate exiſtere non poſſet, ne dicta verba ſtarent otiosè, & inutiliter, neceſſitas fuit ea interpretari de prohibitione uſusfructus Patri, cùm in nulla alia exemptione, vel libertate verificari poſſent, prætetquamquod an dicta deciſio revocata fuerit, vel confirmata, ignoratur, unde nulla vis in ea in judicando maxime fieri poteſt, cum ſic motiva potius Judicis adhuc dubitantis, quam firmi Judicii, & latè ſententiæ deciſionis nuncupari debeant, ut me commonebat Emin. Magiſter meus Vener. memoriæ Card. Thaja.

Poſtremò tandem quintus expendi ſolet à DD. caſus in quo Teſtator Patri prohibuit adminiſtrationem eorum bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, & ad quæ filius vocatus fuit, aut ſubſtitutus, ex qua prohibita adminiſtratione videbatur aliqua contra Patrem reſultare conjectura, quod uſumfructum, etiam in iiſdem bonis acquirere non poſset; imò quamvis hæc videretur aliquid ponderis habere conjectura, nihilominus quia ad hunc effectum, in quo requiritur, ut ſit talis, quod in aliquo alio verificari non poſſit; plerique hujuſmodi quoque negent eſſe conjecturam ſufficientem, ut derogatio Juris, & prohibitio uſusfructus inducatur, uti percipitur ex Maſtrill. *dec. 59. per per totam*, Caldas *d. verbo læſis ſub num. 151 in §. ult. ceſſat, &c.* Fontan. *d. clauſ. 4. gloſſ. 7. par. 3. n. 24. 25.* Cutell. *de donat. tract. 1. diſc. 3. part. 1. num.* 19. Paſcal. *d. cap. 3. ſub num.* 88. *verſ. & proindè, &c.* Caſtill. *d. tract. d. cap.* 3. n. 59. 60. *& ſeqq.* Rot. Rom. *deciſ.* 547. n. 5. *part.* 4. *recent.* licèt præcipuè conjectura prohibitæ Patri adminiſtrationis bonorum filio relictorum, utitur Bero. in contrarium citatus *conſ.* 139. *volum.* 2. *ſub num.* 18. *verſ. conſidero etiam, &c.*

Alii verò DD. omnes allegati in adverſariis conſultationibus, qui in nullo dictorum caſuum ſcripſerunt, nihil in noſtro concludunt; Surd. enim allegato *conſil.* 259. agit de bonis filio clerico relictis, in quibus Patri non competere uſumfructum probat, & *numer.* 26. 27. ubi præcipuè allegatur, eo tendit, ut probet, Patrem remiſiſſe uſumfructum in bonis, quæ filiomat vendiderat, quod nihil ad rem noſtram; Ita pariter Gratian. in *deciſ.* 239. decidit articulum, an inſtitutus hæres pleno jure concurrat in uſufructu cum uſufructuario omnium bonorum; Prout Anton. de Mario. ſæpiùs allegatus *in reſolut.* 345. *lib.* 1. definit caſum quo Pater, vel Avus jam acquiſivit in bonis Nepoti relictis uſumfructum; Mortuo verò Nepote; cui excluſo Avo ſucceſſit Mater, quærit, an per mortem Nepotis extinctus ſit Patris uſusfructus; undè hæredi bona adventitia non retento uſufructu reſtituere teneatur; & quamvis non neget ex Juris communis diſpoſitione, donec Pater ſuperſtes eſt, uſumfructum ſemel ſuper filii bonis ei quæſitum, ob ejuſdem filii mortem non extingui, contrarium tamen reſolvit attenta conſuetudine Neapolitana ita ab antiquo tempore ſervata, uti *num.* 7. declarat, & attentis verbis ipſius conſuetudinis ibi *num.* 8. relatis, per quæ ſtatutum erat, ut bona reſtituerentur filiorum hæredibus, *ſine moleſtia, & contrarietate quacumque, ac omni exceptione remota, &c. ſed teneatur reſtituere, & abſque detractione alicujus portionis jure naturæ forſan debitæ, ſeu debendæ Patri*; Prout Merlin. Pignat. *contr.* 29. *lib.* 1. longè diſtat à terminis noſtris; Promiſerat enim ibi Vir in pactis dotalibus in caſu mortis Uxoris, & filiorum ſine deſcendentibus reſtituere Dotes hæredibus Uxoris *pleno jure, integrè abſque ſucceſſione, deductione, ſeu diminutione ulla, etiam Jure legitimæ, ſeu Trebellianicæ*, uti narrat in antecedenti controverſia 28. unde jure merito fuit judicatum remiſſum fuiſſe in hoc caſu cenſeri per patrem uſumfructum in bonis dotium maternarum poſt mortem Matris, & vivente filia acquiſitum; Ita etiam Hodierna *allegatus in l. hac edictali q.* 3. *n.* 24. hoc ſolum diſcutit, an prohibito Patri uſufructu, prohibita etiam cenſeatur adminiſtratio bonorum filio relictorum, quod nihil ad nos, & Andreol. *controv.* 129. de alio extraneo prorſus agit, ita Altograd. *conſ.* 50. *vol.* 1. *num.* 234. *& ſeqq.* agit de legato certæ ſummæ facto filiofam. ut in certum uſum expenderetur, nempè in celebratione tot Miſſarum, quo caſu patens nimis erat incompatibilis Patri in eodem legato uſusfructus, Rimin. jun. *in alleg. conſil.* 141. conſuluit in caſu, in quo teſtatrix Franciſcum filium inſtituerat hac conditione, *quod nullo unquam tempore, vel aliquo modo bona Teſtatricis, vel eorum fructus converteret in utilitatem aliquam D. Euſebii Patris*, undè n. 8. concludendo inquit, *nam prohibitio fructus converti in utilitatem Patris tacitè videtur prohibuiſſe ne Patri quærantur*. Et hoc eſt exemplum tacitæ prohibitionis, cùm nempè expreſsè non dicitur *prohibeo* Patri uſumfructum, ſed aliis verbis ipſi Patri nominatim interdicitur, aliquam utilitatem, vel participationem in bonis filio relictis habere, ſed diſpoſitio ſemper, & mens teſtatoris erga patrem ſit expreſsè directa.

In claris pariter erat caſus definitus à Rot. Rō *in dec.* 41. *par.* 16. *rec.* non modo quia Pater ab eodem Teſtatore, & in eodē Teſtamēto receperat aliud Primogenituræ beneficiū juxta ſupra in ſecūdo caſu relata, ſed verba quoque in ipſa primogenitura inſerta erant talia, ex quibus nil aliud, quam perceptionis uſusfructus prohibitio deduci poſſet, uti declarat n. 10. 11. ſed potiſſimum quia (uti pariter *dec. num.* 7. 8. aſſerit) idem Teſtator, ſcribendo Epiſtolam Nepoti clarius hanc fuiſſe ſuam voluntatem explicaverat his verbis, *In modo che voſtro Padre di tutti queſti miei haveri non poſſi godere per un bajocco*, quæ rem claram magis contra patrem reddiderunt.

Diſcurſus tandem Eminentiſs. de Luca 63. 64. *ſub titul. de ſervit.* adverſus D. Petrum objectus ejus potius intentioni ſuffragari mihi viſum fuit; In diſcurſu enim 63. habetur caſus ſupra ſecundo loco in diſtinctione poſitus, quia Teſtator non modo filiam inſtituerat in majori parte ſuæ hæreditatis, in qua ejus filium primogenitum cum ſucceſſione de primogenito in primogenitum vocaverat, ſed etiam Genero ſuo, & Patri primogeniti filiæ ſubſtituti quoddam Caſtrum juriſdictionale reliquerat poſſidendum, donec filius ſibi maſculus ex dicta teſtatoris filia naſceretur, & ſic ex natura, & qualitate diſpoſitionis ab uſufructu in bonis filio relictis arcebatur, ex ſupra in ſecundo caſu deductis; Ulterius judicio meo manifeſtum nimis æquivocum in mente Eminentiſs. Conſultoris irrepſit, dum aſſeruit *ibi num.* 2. quod DD. hinc inde ſcinduntur in determinanda quæſtione, an etiam in bonis cum onere fideicommiſſi, vel primogenituræ ad filium obventis Pater habeat uſumfructum, quia in hoc potius ſunt omnes concordes, quod Patri etiam in bonis fideicommiſſi, prout in cæteris adventitiis, liberiſque bonis competat uſusfructus, neque Surd. *in d. conſil.* 116. & ab eo relati contrarium ſentiunt, (ut ait idem de Luca) ſed potius cum aliis in idipſum conveniunt, undè manifeſtè fallitur in hoc de Luca, prout etiam inadvertenter aſſeruit, quod hujus communis ſententiæ ratio innitatur generalitati textus in *l. cum oportet C. de bonis quæ liber.* quia ſpecialitati potius innitatur *l. 4. C. eod.* ubi expreſsè, & ſpecialiter diſpoſitum fuit, quod earum rerum quæ ad filium perveniunt ex *legato, vel fideicommiſſo uſque in diem vitæ ſuæ Pater, vel Avus uſumfructum habeant*; Et verè quidem nulla diverſitatis ratio conſiderari valet inter reſtitutionem liberam, vel cum onere fideicommiſſi filii factam; Cùm enim liberè filius inſtituitur, aut aliquid abſque fideicommiſſi onere relinquitur, certum eſt relinquentis intentionem eam fuiſſe præcipuam, quod bona relicta integrè, & liberè ad filium, & ejus hæredes devolvantur, & nihilominus nemo negaverit hujuſmodi non refragante teſtatoris voluntate Patrem toto ſuæ vitæ tempore retinere relicti uſumfructum. Ita quoque pariter ſervari debet in relicto ſub fideicommiſſi onere filiofam. in quo Teſtator certo ſibi deligit ſucceſſores, cùm in utroque caſu eadem ſit voluntas, quod certæ, determinatæque perſonæ ſuccedant; Quare ſicut impurè, ſic cum fideicommiſſi gravamine filio relictis cenſeri debet, eadem in relinquente

ex-

extitisse voluntas, ut legum præcepta serventur, ex quibus habetur, ut perinde habeatur, ac si filio proprietatem, & Patri usumfructum Testator reliquisset; Nec est præcipuum fideicommissorum inconveniens, (si ita dicendum sit) quod hic, & alibi ab Eminentiss. de Luca consideratur; & in consultationibus quoque contrariis aliorum authoritate inculcatum fuit, quod nempè successio in eodem fideicommisso quoad filium remanere posset inanis ob ejus prædecessum Patri.

Nam in primis advertendum est hoc per accidens contingere, & nonnisi turbato mortalitatis ordine, plerumque enim potius, & frequentius contingere videmus juxta ordinem naturæ longè antea Patrem, quam filios mori, lex autem super iis, quæ frequentius, & naturaliter accidere solent, disposuit *l. nam ad eum* 5. *& l. seqq. ff. de legibus*, sed ulterius hoc idem contingere potest in hæreditatibus, & bonis absque ullo onere filio relictis, quia intercedente morte filii adhuc Patre vivente, numquam ipse legato bonisque adventitiis fruitus esset, undè omnis diversitatis ratio cessat omninò; Quamobrem erroneè dixit ibi de Luca *sub num.* 2. *secundum opinionem esse filio favorabilem*, quia nulla secunda, sed unica, solum, & hæc contra filium regularis est tam legis, quàm etiam unanimis DD. sententia, ut in principio consultationis ostendi, & nullus ex præstantissimis DD. Advocatis pro D. Philippo filio scribentibus impugnavit, sed ingenuè ejus veritatem fatentur, quamvis eam postea *pariter* communiter limitari reperiatur, ubi in contrarium ex ipsumet testamento voluntas testatoris emergat, undè tota ejusdem Eminentiss. de Luca sequens ratiocinatio in equivoco constituta fundamento corruit; quamvis ex aliis ex ejus discursus revolutione parentibus casum nostrum non attingat.

Discursus verò 64. clarè potius pro nostra sententia stare, patet, percurrendo casum ab eo in ejusdem discursus exordio narratum; In quo Testator Uxori nonnulla bona reliquerat, in quibus Pater ejusdem uxoris usumfructum petierat, & contra Patrem inclinasse tradit, quia licet conjecturæ ad arguendam prohibitionem perceptionis usufructus (uti statuit *n.* 2.) debeant esse tales, ut non nisi dicta prohibitio ex eis resultet, hujusmodi tamen resultare in eo facto putavit; quia testes aderant in magno numero (uti *num.* 3. subdit) deponentes de voluntate testatoris, quod de bonis per eum uxori relictis, nihil ad uxoris conjunctos spectaret, & insuper etiam constabat de inimicitia inter Testatorem, & uxoris Patrem, & ex aliis ibi deductis.

Quamobrem de primo ad ultimum, & à sufficienti partium enumeratione convincitur; Nullam prorsus legis authoritatem, aut Juris consultorum traditionem, usque adhuc repertam fuisse, quæ approbaverit, aut consenserit, conjecturam aliquam deprehendi posse voluntatis Testatoris prohibendi Patri usumfructum in bonis filio relictis sub onere strictissimo fideicommissu, & cum ea conditione, ut ipsa bona, nec minus eorum usufructus, aut commoditas per ipsos vocatos alienentur; Unde deducenda sit abrogatio legis, quæ in fideicommissis etiam ad quæ filius est vocatus, expressè Patribus usumfructum largita fuit; Et præterea à regula, legumque censura Patriæ potestatis beneficio introducta, & decreta nullo pacto recedendum fore existimo, &c.

Salvo tamen, &c.

Ego Aloysius Mansi J.U.D. Advocatus Patritiusque Lucensis.

39 In usufructu possunt dotes constitui. Card. de Luc. *de Dot. disc.* 148. *n.* 16. *& seq.* Merlin. *dec.* 843. *n.* 3. *& seq.* Episc. Rocc. *cap.* 12. *n.* 40. *part. pr.*

40 Ususfructus oneri injunctus correspectivus dijudicari debet inseparabilis, sicuti onus annexum, est inseparabile à legato ex voluntate testatoris. Menoch. *cons.* 157. *n.* 14. *lib.* 2. Rot. *dec.* 336. *n.* 3. *part.* 2. *rec.* Episc. Rocc. *cap.* 32. *n.* 19. *d. part. pr.*

41 Usumfructum Villæ, si testator uxori legavit in quinquennium à die mortis suæ, & peracto quinquennio cum ejus ususfructus esse desierit tunc villam libertis reliquit, mortua uxore intra quinquennium, libertis non debetur villa, licet uxor mortua sit intra quinquennium. Episc. Rocc. *cap.* 34. *nu.* 4. *d. part. pr.*

Institutus hæres in usufructu omnium bonorum alio post ipsius obitum hærede universali instituto, dici 42
debet merus legatarius, Institutus verò post mortem ejusdem usufructuarii habetur tanquam purè, & liberè hæres in proprietate ut adeo valeat, adhuc usufructuario vivente, statim hæreditatem adire, illamque aditam, sivè expressè, sivè tacitè ad suos hæredes transmittere quamvis prædecesserit usufructuarius; sed si repudiet, vel ante aditam hæreditatem moriatur, censetur hæreditas hæredi usufructuario jam usque ab initio accrevisse accedentibus potissimum pluribus conjecturis hoc ipsum suadentibus, reprobatis contrariis sententiis, latè firmat Rocc. Episc. *cap.* 30. *part.* 1. Et vide Bich. *decis.* 349. Cerr. *decis.* 70. Ansald. *decis.* 7. Castald. *consult.* 66. Bonden. *collect.* 8. *libr.* 2.

Usufructuarius Institutus an sit legatarius, vel hæres universalis, si post mortem ipsius alius sit institutus hæres. Carl. Ant. De Luc. *de linea legal. resp.* 13. *n.* 9. *tom. pr.*

Ususfructus uxori per virum legatus, quamvis juxta celebrem Bulgari consuetudinem, extantibus liberis resolvi debeat in alimenta, id tamen non procedit, quoties Ususfructus fuit relictus Uxori una cum Matre Testatoris ejusque liberis. Latè Rocc. Episc. *cap.* 31. *part.* 1. 43

Ususfructus Uxori relictus debetur, etiam si ad secundas convolaverit nuptias, quoties expressè, vel saltem tacitè deprehendi non potest fuisse uxori interdictus, latè Rocc. *loc. prox. cit.*, Vide supra *n.* 70.

Per reservationem omnium fructuum feudi in venditione ejusdem contentam, durante vita venditoris, 44
cum libera illorum administratione, & facultate percipiendi propria auctoritate inductum videtur jus usufructus, ideoque super ea requiritur Apostol cum Beneplacitum quod concessum super venditione, nullatenus potest suffragari, quoad reservationem, latè Idem Episc. Rocc. *cap.* 60.

Jus ususfructus an, & quando dici debeat reservatum super feudo, vel potius simplex fructuum commoditas, tanquam nudi facti, feudi substantiam non tangens; Ad ornatum nobilis Theoricæ Bart. in *l. Codicillis*, *§. Instituta*, *ff. de legat.* 2. & Iserniæ *in cap. Imperialem de probib. alien. feud. per Federic.* latè Idem Episc. Rocc. *ibid.*

Ususfructus feudi tanquam servitus non potest constitui absque assensu. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 16. *n.* 8. *disc.* 86. *sub n.* 3. *de Serv. disc.* 60. *nu.* 10. Et ubi sit reservatio, seu concessio ususfructus tanquam juris non resolvitur in commoditatem, & perceptionem fructuum. Card. De Luc. *d. disc.* 16. *sub n.* 8.

Ususfructus etiam cum mentione hæredum intel- 45
ligitur de primis, non autem ulterioribus. Card. De Luc. *de Feud. disc.* 62. *n.* 3. *de Hæred. disc.* 4. *nu.* 4. An hoc solum procedat in usufructu relicto per ultimam voluntatem, vel etiam per contractum. Card. De Luc. *d. disc.* 62. *n.* 5. 13. *& seq.* Et quid accedente fideicommisso cum tractu successivo. Card. De Luc. *de Fideic disc.* 227. n. 8. Et circa hanc conclusionem vide Episc. Rocc. *cap.* 50. *n.* 93. *&* 94. *par.* 1.

Verbum ususfructus importat aliquando rei domi- 46
nium, ac proprietatem, & usumfructum casualem. Text. *in l. Procul. cum ibi notatis, ff. de usufruct.* Card. De Luc. *de Feud. disc.* 62. *n.* 12. *de Cens. disc.* 22. *nu.* 3. *de Fideic. disc.* 27. *n.* 8.

Portio ususfructus quo jure adesse dicatur penes 47
hæredem. Mantic. *de conject. lib.* 9. *tit.* 7. *n.* 5. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 48. *num.* 11. *disc.* 50. *n.* 6. *vers. Verum*.

Ususfructus si de consensu proprietarii cedatur, 48
an, & ex cujus persona cessare, & extingui dicatur. Cardin. De Luc. *de Servit. disc.* 59. *per tot.* Et an cessionarii acceptatio, seu scientia requiratur super mutatione periculi vitæ. Card. De Luc. *d. disc.* 59. *n.* 6. Cessus residere dicitur in persona cessionarii ex cujus persone extinguitur. Card. De Luc. *ibid.*

Digitized by Google

ibid. n. 4. Extingui non potest per usumfructuarium postquam illum alteri cesserit. Card. De Luc. *de Pens. disc.* 68. *n.* 14.

49 Jus formale ususfructus absque consensu proprietarii cedi non potest, & per obitum cedentis expirat. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 27. *sub n.* 4. Cedi non potest per Ecclesiam absque beneplacito, secus fructuum commoditas. Card. De Luc. *de Don. disc.* 25. *n.* 17. *&* 19.

50 Quomodo sit computandus, vel valutandus Ususfructus. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 98. *n.* 3. ubi rejicitur regula text. *in l. Hæreditatum de Legit. disc.* 50. *n. fin. disc.* 18. *sub n.* 23. Sed vide supra *n.* 18.

51 Ususfructus participatio debita proprietario quomodo sit regulanda. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 108. *n.* 14. Vide *conflic. obser.* 127.

52 Participatio Ususfructus relicti secundo conjugi ad favorem filiorum primi matrimonii. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 51. *nu.* 18. Ista participatio procedit in reliquo besse detracta prius legitima. Card. De Luc. *dict. n.* 18. *in fin.*

53 Ususfructus debetur de eo, quod superest detracto ære alieno. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 58 *n.* 4. Quid ubi creditores non urgeant, an commodum medii temporis cedere debeat ad favorem proprietarii, vel usufructuarii. Card. De Luc. *d. disc.* 58. *ex num.* 3.

54 Ususfructus datur in Taberna, seu grege. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 53. *ex n.* 5. Et ad quid teneantur usufructuarii hujusmodi corporum universalium. Card. De Luc. *dict. disc.* 53. *n.* 6.

55 Ususfructus quando relinquitur uxori, vel alteri una cum filiis, vel hæredibus insimul vivere debentibus cessat, ubi talis vita simul amplius sequi non potest. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 52. *ex n.* 6. ubi plenè declaratur. Non sufficeret cohabitatio materialis in eadem domo, sed requiritur cohabitatio formalis ejus. Card. De Luc. *d. disc.* 52. *nu. fin.* Non cessat, ubi per legatarium non stet quominus convivat. Card. De Luc. *ibid. n.* 6. Secus ubi ex facto ejusdem voluntario. Card. De Luc. *ibid. n.* 8. Quid ubi ex casu resultet, quod legatarius cohabitare non valeat cum hærede. Card. De Luc. *ibid. n.* 7. Ubi cohabitatio ordinata esset in gratiam ejus, cum quo est habitandum, tunc legatum cessaret, secus, ubi causa finalis legandi sit affectio erga legatarium. Card. De Luc. *ibid. d. n.* 7. De conjecturis quod principaliter factum sit in gratiam ejus, cum quo sit cohabitandum. Card. De Luc. *d. disc.* 52. *n.* 10. *&* 11.

56 Ususfructus reservatus in donatione omnium bonorum an illam substineat. Card. De Luc. *de Don. disc.* 23. *n.* 4. Inducit translationem dominii in donatarium. Et vide infra *n.* 80. Card. De Luc. *de Don. disc.* 14. *n.* 9. *de Cred. disc.* 31. *n.* 15. Eique proinde competit manutentio. Card. De Luc. *de Don. disc.* 22. *num.* 3.

57 Ususfructus assignari non potest pro legitima neque ipsis ascendentibus. Card. De Luc. *de Legit. disc.* 28. *n.* 15.

58 Ususfructus plurium prædiorum si duobus fuerit relictus cum prælatione inter ipsos non est dividendus, sed primus frui debet integris fructibus omnium prædiorum, & postea secundus. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 41. *n.* 6.

59 Ususfructus Jurispatronatus est Jus præsentandi. Gaiz. *part.* 3. *c.* 9. *n.* 2. *& seq.* Card. De Luc. *de Jurep. d. disc.* 41. *n.* 3.

60 Ususfructus in quibus differat à pensione. Card. De Luc. *de Pens. disc.* 68. *n.* 23. *remissivè*; Regulariter pensio regulatur cum iisdem terminis. Card. De Luc. *de Pens. disc.* 49. *n.* 8. *d. disc.* 68. *n.* 14.

61 Ususfructus præventivè concedi potest à proprietario quando eveniat casus mortis usufructuarii. Card. De Luc. *de Pens. disc. pr. n.* 26.

62 Ubi filius acquirit solum usumfructum, quid Patri debeatur, & quid importat commoditas. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 63. *n.* 3.

Ubi Patri non quæritur ususfructus, acquiritur tamen commoditas. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 64. *num.* 4. Fallit ubi constaret de contraria voluntate Testatoris Card. De Luc. *d. disc.* 64. *n.* 4. Et in quo consistat hujusmodi commoditas. Card. De Luc. *d. disc.* 63. *num.* 3.

Prohibitio usussfructus facta Patri quando inducat prohibitionem administrationis. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 27. *n.* 8. 63

Mater prohibere potest, ne patri in ejus bonis quæratur ususfructus etiam pro rata legitimæ filio debitæ. Card. De Luc. *de Dot. disc.* 240. *n.* 3.

Pendente controversia, an patri sit prohibitus ususfructus, manutentio debetur filio. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 63. *n.* 2. *vers. Negativam vero disc.* 64. *n.* 5. *disc.* 106. *n.* 3.

An filius sit prohibitus alienare proprietatem bonorum adventitiorum, in quibus pater habeat usumfructum Card. De Luc. *de Serv. disc.* 107. *per tot.* ubi *n.* 6. expenditur text. *in l. fin. C. de bonis quæ lib.* Consensus indebitè à patre denegatus suppletur à Judice. Card. De Luc. *de Serv. d. disc.* 107. *n.* 7. Non dicitur patri præjudicatum in usufructu quoties jure compensationis, vel retentionis quid minus in alimentis corresponderet filio alienanti. Card. De Luc. *ibid. n.* 8. 64

Filius non potest hæreditatem sibi debitam non agnoscere in præjudicium usussfructus debiti Patri. Card. De Luc. *de Don. disc.* 7. *n.* 6. 65

Confiscatio bonorum filii, an præjudicet patri in usufructu. Soccin. Jun. *cons.* 77. *nu.* 14. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 24. *n.* 13. *& per tot. lib.* 5. Card. De Luc. *de Servitut. disc.* 61. *n.* 9. 66

An, & quæ cautio usussfructus requiratur in stabilibus, & quid in censibus, & locis montium. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 54. *n.* 6. 67

Usufructuarius rerum mobilium quomodo cavere debeat, an scilicet de restituendis ipsis rebus prout reperientur, vel de restituendo valore spectato tempore incœpti usufructus. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 53. *ex n.* 2. ubi plures mobilium species distinguuntur. Card. De Luc. *d. disc.* 54. *n.* 7. ubi eadem distinctio. *Conflict. observ.* 131. Ubi agatur de re quæ usu consumuntur, est obligatus ad restituendum valorem, & non admittitur ad restituendas ipsas res cum suppletione. Card. De Luc. *d. disc.* 53. *n.* 7.

Quod deferendum sit observantiæ. Card. De Luc. *d. disc.* 53. *n.* 8.

Usufructuarius animalium quomodo cavere debeat. Card. De Luc. *d. disc.* 54. *nu.* 13. Et de distinctione inter animalia particularia legata, & ea, quæ veniunt tamquam membra hæreditatis. Card. De Luc. *ibid.*

Usufructuarius tenetur subrogare ex fœtibus nova capita in locum demortuorum. Card. De Luc. *d. disc.* 54.

Quod citra usuram proprietarius possit retinere penes se pecuniam, & bona, quæ usu consumuntur, & fructus solvere usufructuario. Card. De Luc. *d. disc.* 54. *n.* 5. *disc.* 57. *n.* 9. *disc.* 107. *n.* 9.

Quomodo usufructuario in mobilibus, quæ usu consumuntur possit esse consultum ne sit in damno. Text. *in l. sed si quid prima §. vestimentorum ff. de usufructu.* Card. De Luc. *d. disc.* 54. *n.* 11.

De cautione earum rerum quæ non consumuntur præstanda per usufructuarium, & de cautela, ubi ista cautio præstari non potest. Card. De Luc. *d. disc.* 57. *n.* 9.

Cautio usussfructus præstanda est in actu adeptionis possessionis, neque oportet prius illam præstare. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 51. *n.* 8. In dubio est præstanda. Card. De Luc. *ibid. n.* 9.

Cautio Muciana quando sit præstanda. Card. De Luc. *d. disc.* 51. *n.* 9. An duplex præstanda sit à muliere legataria. Card. De Luc. *ibid. n.* 8. *& seq.* 68

Mulier, cui relictus est ususfructus sub lege viduitatis servandæ, an, & quando illud percipiat in primo anno. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 49. *n.* 2. *& seq.* Et quando restituat fructus in casu transitus ad secundas nuptias. Card. De Luc. *d. disc.* 49. *ex nu.* 4. *disc.* 51. *ex n.* 1. 69

Usufructuarius quomodo differat ab usuario. Layman. *in Theol. Moral. lib.* 3. *tract. pr. cap.* 6. *nu.* 2. *&* 6. *§. Usus. tom. pr. pag.* 228. 70

Usufructuario æquiparatur Beneficiatus in vita, post mortem verò assimilatur usuario. Gloss. *in cap. præsenti de offic. ordinarii in* 6. Episc. Rocc. *cap.* 204. *num.*

num. 10. *part.* 2. Vide infra *numer.* 78.

71 Usufructuarius an dicatur possidere jure proprio, vel potius jure, vel nomine proprietarii De Luc. *de Feud. disc.* 86 *sub n.* 6. *remiss.*, Non dicitur Dominus, nec possidet pro Domino De Luc. *de Benefic. disc.* 81. n. 12.

72 Judex cogit ad divisionem Usufructuarios discordantes. Card. De Luc. *de Benef. disc. pr.* n. 30. *vers. istam vero*. Piton. *de Jurep. all.* 9. n. 4. *tom. pr.*

73 Usufructuario æquiparantur Clerici, & Beneficiarii. Calderon. *resol.* 70. *n.* 11. *tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 600. Vide supra n. 70.

74 Usufructuarius facta tecta reficit. Gratian. *discept. forens. cap.* 778. n. 2. *& nu.* 13. Thomat. *dec.* 5. nu. 4. Calderon. *d. resol.* 70. n. 10. *ibid.*

75 Fructus Censuum hæreditariorum à die obitus testatoris perti ent ad usufructuarium, nec eo vivente possunt quidquam prætendere proprietarii. Castil. *de Usufr. cap.* 7. *num.* 1. *&* 10. Caprat. *dec.* 559. *num.* 26. *part.* 2.

76 Usufructuarius non tenetur ad traditionem instrumenti Census, quod non probatur ei fuisse consignatum. Caprat. *decis.* 574. n. 1. *part* 2.

Usufructuarius non tenetur de jure ad manutentionem Census, cum ei, seu ejus hæredi satis sit illum restituisse, nec alia attenditur illius obligatio sive expressè emissa, seu à jure proveniens Alex. *cons.* 58. *n.* 6. *lib.* 3. Rot cor. Peutinger, *dec.* 412. *n.* 2. *& dec.* 430. *n.* 1. Caprat. *ibid. n.* 2

77 Usufructuarii nomen quandoque sumitur pro hærede gravato, & cum confraternizat quatenus neuter ipsorum potest disponere de proprietate, solumq; de fructibus vita durante: & mas me apud imperitos, & mulieres, qui solam substantiam respiciunt, ulterius non quærentes. Rot. cor. Arguell. *dec.* 54. *n.* 4. *et seqq. et dec.* 62. *n.* 28. Caprat. *dec.* 397. *n.* 31. *part.* 1. Vide De Luc. *de servit. disc.* 56. *n* 4.

78 Patri in bonis filio obventis debetur usufructus De Luc. *de Servit. disc.* 60. *n.* 2. *de Donat. disc.* 7. *num.* 6.

Quod ampliа procedere etiam quod filius acquisiit bona in sola proprietate reservato alteri usufructu ante delictum & publicationem bonorum filii, cum ab initio pater illam dicatur quæsiisse De Luc. *de servit. disc.* 61. *num.* 9. sed usufructus pluribus in casibus non acquiritur patri in bonis obventis filio, de quibus latè De Luc. *de servit. disc.* 60. *disc.* 61. *disc.* 62. *disc.* 63. *disc.* 64. *disc.* 106. *de Fideicommiss. disc.* 242. *de Feud. disc.* 86. *de Donat. disc.* 40. *num.* 6.

Ususfructus alioquin competens Patri in bonis adventitiis filii dicitur remissus stante confessione Patris, quod bona ad filium liberè pertineant Rocc. Epist. *cap.* 136. *num.* 33. Item censetur remissus per scientiam, & consensum Patris, quod filius proprio nomine negotietur *ibid. num.* 34.

79 Ususfructus reservatio vita durante denotat donationem esse inter vivos. Calderon. *resol.* 28. *num.* 7. *part.* 1. *tom.* 1. *pag.* 171.

80 Ususfructus reservatio habet vim traditionis. Mascard. *de prob tom.* 3. *concl.* 1 89. *n.* 1. *&* 2. Rot. post Tort. *de pact. fut. success. decis.* 81. *num.* 4. Rub. *de conf. Jur. cap.* 2. *num.* 283. Vide supra *num.* 56.

81 Ususfructus solus an etiam proprietas dicatur relicta, pendet à circumstantiis, & conjecturis. Rot. *dec.* 003. *n.* 1. *part.* 2. *rec.* Caprat. *dec.* 291. *num.* 9. *part.* 1.

82 Pecuniæ inventa in domo testatoris, pertinet ad proprietarium, non autem ad ipsum usufructuarium cum non dicatur esse in fructu. Card. De Luc. *de servit. disc.* 47. *n.* 2. Intellige respectu proprietatis secus respectu usus, seu fructus reinvestimenti. Card. De Luc. *d. disc.* 47. n. 3. Stante incertitudine quantitatis pecuniæ relictæ in odium occultantis qualis sufficiat probatio. Card. De Luc. *loc. sup. cit. n.* 4. Et usufructuarius non revelans pecuniam inventam tenetur de furto. Card. De Luc. *ibid.*

83 Usufructuarius tenetur benè, ac diligenter administrare, alias tenetur ad interesse. Card. De Luc. *de Servitutib. disc.* 56. *n.* 2. *& ar.*, ubi declaratur.

Facultas alienandi usufructuario concessa quomodo intelligenda. Card. De Luc. *de serv. disc.* 108. *per tot.* Et quando post finitum usumfructum restituere debeat pretium acceptum. Card. De Luc. *loc. prox. cit. n.* 2. *& seqq.* 84

Quænam dicantur in fructu adeo ut ad usufructuarium spectent. Card. De Luc. *de Emphyt. disc.* 76. *ex n.* 7. Laudemia, an, & quando illi debeantur. Card. De Luc. *ibid. n.* 3. *& seqq.* De thesauris, & lapidibus. Card. De Luc. *ibid. n.* 8. de vacatione Beneficii, vel Comendæ. Idem *ibid. dict. n.* 7. Excadentiæ subfeudorum dicuntur in fructu, & percipiuntur ab eo, licèt prole desperato. Idem *ibid. d. num.* 8. 85

Usufructuarius universalis, an per novam conventionem efficiatur particularis. Card. De Luc. *de Serv. disc.* 57. *n.* 12. Non dicitur effici particularis per remissionem usufructus in aliquo prædio. Card. De Luc. *ibid.* 86

Usufructuarius potest suum legatum agnoscere in parte, & in parte non Card. De Luc. *de Feud. disc.* 90. *sub n.* 5. *vers. Domum, de Servit. disc.* 57. *num.* 11. *& de Success. disc.* 35. *num.* 8. 87

Usufructuarius dicitur beneficiarius respectu fructuum. Card. De Luc. *de Benef. disc.* 81. *n.* 11. *&* 12. 88

Periculum, & ruina rei spectat ad proprietarium, cura verò ipsius est usufructuarii. Gomez. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 11. *de serv n.* 7. Castill. *de usufr. cap.* 56. *num.* 4. *cum seq.* Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 1. *n.* 3. *&* 8., ubi declaratur. 89

Usufructuarius habet jus præsentandi, & quid si vacatio sequatur imminente resolutione. Card. De Luc. *de Jurep. disc.* 62. n. 10. 90

§. USUS XXIV.

USus prout est servitus personalis, dicitur jus utendi rebus alienis ad quotidianum usum, salva illarum substantia *§.* 1. *Instit. de usu, & habit. ubi glos. & DD l.* 1. *ff. eod. & C. de usufr. & habit.* Nicoli. *dict. Instit. tit.* 1

In quibus autem conveniat, & in quibus differat usus ab usufructu, & alia, Otnot. & alii in *d. §. pr. Inst. de usu, et habit DD. in d. l.* 1. *ff. & C. eod. tit.* Card. Tusch. *litt. V. concl.* 365. 366. *&* 367. Nicoli. *loc. cit.* 2

Usus, & solitum patrisfamilias, & domini debet attendi pro interpretatione actus dubii ab illo gesti, ut ad plura inferendo, declarat Cardin. Tusch. *litt. V. concl* 364. *per tot.*

Usus communis loquendi est magni effectus, quia prævalet proprietati verborum; ut autem talis dicatur requiritur quod inoleverit per decem annos ante in loco, in quo fuit celebratus actus, vel verba prolata, & probatur per testes asserentes se ita audivisse à multis si factum est quotidianum, vel ab aliquibus si factum non sit ita frequens, non est tamen necesse ut dicant à quibus ita dici audiverint, dummodò attestentur de illo genere hominum, cui convenit actus ille, vel illa verba, de quibus agitur Bart. *in l. Labeo ff. de suppl. leg.* ubi docet praxim articulandi, & probandi hujusmodi communem usum loquendi Menoch. *de arbitr. cas.* 489. *per tot.* Card. Tusch. *litt. V. concl.* 367. *per tot.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 564. n. 17. *tom.* 2. ubi quod hujusmodi usus attendendus est etiam contra proprietatem verborum. 3

Quòd usus communis loquendi sit probandus ab allegante, alias in eo non possit fieri fundamentum, & quod vigeret tempore conditi testamenti, ac in loco, ubi emanavit dispositio, & per tempus saltem decem annorum, Altograd. *cons.* 35. *n.* 24. *&* 25. *lib.* 2. ubi etiam *num.* 26. quòd non attenditur stante generalitate verborum, nec quando fuisset aliquid exceptuatum, quòd pariter non veniret sub communi usu loquendi, vide in *§. Fructus num.* *&* §. *Legatum nu.* 24. *infra nu.* 6. *vers. Item, & vers. seqq.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 28. *n.* 18. Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 257. *n.* 10. *&* 14. ubi tamen quòd si esset notorius, & generalis sufficeret illum allegare.

Quòd sit difficilis probationis, & inter cætera testes detribus deponere debeant, scilicèt primò quòd à 10. annis citra, & per ipsũ tẽpus talis communis usus loquendi

di

di fuerit in eadem Civitate; secundò se ita audivisse ab omnibus loquentibus, vel tractantibus de ipsa re circa quam allegatur, tertiò adfuisse hujusmodi usum tempore factæ dispositionis, & sic per prius fuisse introductum, ut bene probat Sperel. *dec.* 61. *n.* 63. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 1008. *& seqq. fol.* 356. ubi ponit quatuor requisita, quæ coincidunt cum prædictis, allegat Bartol. & Menoch. *in loc. supracit.* & quòd probatus prævalet proprietati verborum in quacumque materia.

Qualiter probetur, & probatus debeat attendi etiam contra omnem bonam latinitatem, Cardin. Tusch. *litt. V. conclus.* 369. *&* 370. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 329. *per tot.* ubi plura de hujusmodi probatione Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 233. *n.* 11. *&* 12. ubi quòd præfertur propriæ, ac naturali verborum significationi, omnique regulæ, ac constitutioni,

4 Usus communis loquendi attenditur in quacumque dispositione, maximè statutaria, & prævalet proprietati verborum si extet tam ante, quàm post conditum statutum, Gint. *discept. forens. cap.* 607. *num.* 8. *&c.* Magon. *decis. Luc.* 15. *num.* 5. *&c.* Sperel. *decis.* 23. *&* 32. *& decis.* 91. *num.* 10. *&c.*

Statuta tamen condita à magnis Juristis debent intelligi proprie prout intelligunt Juristæ, non autem ut idiotæ, & vulgares, Alex. *consil.* 85. *num.* 55. *lib.* 4. Rom. *cons.* 32. *vol.* 2. Magon. *d. decis.* 25. *num.* 23. *& seqq.* ubi etiam. *num.* 28. quòd sermones vulgariter probati, debent intelligi secundum vulgarem usum loquendi, litteraliter verò, litteraliter interpretari, Sperel. *dec.* 23. *n.* 35.

Quòd ubi agatur de statutis conditis à viris doctis, & peritis, illorum communis usus loquendi sit spectandus, & non vulgi, & sint interpretanda secundum artem liberalem, Menoch. *de arbitr. cas.* 63. *num.* 7.

Quòd quando verba sunt in scripturam redacta, debeant civiliter intelligi, & non secundum vulgarem, & communem usum loquendi, Afflict. *decis.* 44. *num.* 23. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 21. *num.* 58. ubi quòd in testamentis latino sermone enarratis non attenditur communis usus loquendi, sed juris interpretatio, *& d. part.* 11. *decis.* 218. *num.* 8.

5 Usus communis loquendi attenditur etiam in ultimis voluntatibus Gratian. *disceptat. forens. cap.* 919. *num.* 18. *&c.* Magon. *decis. Lucens.* 15. *num.* 7. ubi quòd attenditur etiam in rescriptis, privilegiis, & sacris scripturis, quinimò etiam in correctoriis, & odiosis, quamvis cantaret statutum, quòd statuta debeant ad litteram intelligi, & præfertur in qualibet materia propriæ verborum significationi undequaque proveniant, Genu. *de script. priv. lib.* 1. *fol. mihi* 27. *num.* 20. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *num.* 18. *num.* 1008. *&c.*

Quòd dispositio testatoris æquivoca recipiat interpretationem ab usu loquendi ipsius testatoris, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 350. *num.* 8. *&c. part.* 13. *dec.* 95. *n.* 7. ubi quòd in dubio inspicitur usus loquendi testatoris.

Non tamen habetur ratio dicti communis usus loquendi, quando ex aliis partibus testamenti constat de voluntate testatoris in contrarium, cùm etiam ad sustinendam hujusmodi voluntatem verba improprientur, Altograd. *cons.* 75. *num.* 25. *&c. lib.* 1.

Quòd usus communis loquendi sit sumendus, & probandus à loco, in quo fuit conditum testamentum, Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 107. *num.* 5.

6 Usus communis loquendi non præfertur propriæ verborum significationi, quando statutum diceret quòd verba debeant intelligi secundùm propriam illorum significationem, vel nihil extrinsecus addito, sive intellecto, nec quando verba sunt prolata ab homine illiterato, vel rustico; quia tunc intelliguntur grosso modo secundum qualitatem personæ proferentis, nec quando ex vulgari sunt translata in latinum sermonem, quia pura tunc intelliguntur secundum juris interpretationem, nec quando talis communis usus loquendi esset tantùm apud imperitos, & ignaros, & non apud peritos, & doctos, quia ad hoc, ut prævaleat, debet esse æquè apud peritos, & imperitos, cùm non debeat posse causari, & introduci à sola insensata vulgi assertione, & nuncupatione, ad tradita per Everard. *loc. ab opin. vulg. n.* 8. *& per tot.* Diaz. *inter regulas Divers. reg.* 797. *fol.* 629. vide Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 368. *per tot.* ubi plura quando communis usus loquendi debeat attendi, vel non.

Quòd ubi clarè constat ex verbis de mente contrahentium, non sit recedendum ab illorum proprietate, & denominatione facta à contrahentibus, sub prætextu communis usus loquendi, qui tantum attendendus videtur, quando series facti convenit potiùs vulgari intelligentiæ, quàm partium denominationi, benè probat Sperel. *dec.* 91. *num.* 66. *&c.*

Item ut relevet communis usus loquendi debet concludenter probari de tempore conditi statuti, Ferret. *caut.* 52. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 489. *n.* 2. *in fine* Altograd. *cons.* 29. *n.* 54. *lib.* 2. Sperel. *dec.* 2. *n.* 24.

Quòd debeat articulari, & probari, nec possit intempestivè allegari, etiam si fuisset notorius multis comprobat Magon. *dec. Luc.* 13. *num.* 23. *&c.* sequitur Genu. *de script. privat. lib.* 1. *fol.* 27. vide *supra n.* 3.

Usus negativus legis, vel statuti, sive non usus ad effectum illius derogationis non probatur per testes deponentes simpliciter de non usu, quia non entis nullæ sunt qualitates, nisi etiam deponant de actu affirmativo contrario Alex. *cons.* 196. *num.* 25. *lib.* 2. Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 371. ubi exemplificat, vide *in §. Statutum generale num. & §. Lex.* Calderon. *resol.* 60. *num.* 51. *fol.* 502. *tom.* 1. *part.* 2. 7

Plura de usu, praxi, observantia, & stylo remissivè Ægid. de Castejon *in Alphab. jurid. verb. Usus.*

De usu quotidiano in causis approbando, de usu communi loquendi, & hujusmodi, Bertachin. *Repert. verb. Usus*, Gutierez *lib.* 3. *Pract. quæst.* 15. *num.* 43. *quæst.* 16. *num.* 71. *&c.* Carleval. *de judic. tit.* 1. *disputat.* 2. *num.* 591. Antonez. Portugal. *de donat. Reg. part.* 2. *cap.* 33. Christophor. de Paz. *tract. de tenut.* 2. *cap.* 57. *n.* 162. *& seqq. fol. mihi* 269. ubi plura de usu, & observantiis attendenda; Et plura notabilia in materia usus, praxis, observantiæ, & styli indicat Castejon. *Alphab. jurid. verb. Usus*, cæterique relati à Com. August Fontan. *Biblioth. leg. verb. Usus fol.* 821. De Luc. *in Indic. gener.* Altimar. *de nullit.* Roec. Mans. Palm. Piton. & alii moderni. 8

De usu communi loquendi attendendo pro interpretatione voluntatis testatoris, si fuerit probatus in loco de tempore dispositionis, & alia, Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primogen. Ital. part.* 1. *cap.* 38. *num.* 360. *& seqq.* ac alibi, *ut in Indice verb. Usus.* 9

Usu rei impedito damnum dicitur inesse in substantia Censal. *decis.* 14. *num.* 16. 10

Usus rei, & accessus ad illam probant possessionem Censal. *decis.* 46. *num.* 3. 11

Patronus Laicus non acquirit dominium in Ecclesia, acquirit tamen usum rei patronatæ Phæb. *decis. Lusit.* 8. *n.* 8. Cerr. *decis.* 686. *n.* 2. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 43. *n.* 8. *tom.* 1. 12

Juspatronatus largè sumptum datur in rebus, in quibus non venit, nisi earum usus, nempe scamnis, sedilibus, altari portatili, calicibus &c. Lambertin. *de Jurepatr. part.* 1. *quæst.* 12. *art.* 9. *sub n.* 8. *vers. unde concluderem & art.* 14. *sub. n.* 7. *& art.* 15. Piton. *dict. alleg.* 43. *n.* 12.

In re patronata usus est privativus Fatinell. *resp.* 310. *n.* 29. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 92. *n.* 12. Piton. *dict. alleg.* 43. *n.* 25. *&* 27.

Usus rei patronatæ vendi potest per Patronum, & pretio mediante transferri in aliam Phæb. *decis. Lusit.* 8. *n.* 9. Fatinell. *dict. resp.* 110. *n.* 24. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 52. *n.* 10. *& disc.* 53. *n.* 3. Piton. *loc. cit. n.* 18

Assignatio usus mobilium facta per Patrem filio occasione nuptiarum, quamdiu præsumatur durare in præjudicium aliorum filiorum Emeric. Jun. *decis.* 553. *num.* 16. 13

14 Contrarius usus abrogat jura in contrarium facientia. Tondut. *q. benefic. part.* 1. *cap.* 39. *n.* 3. Rot. coram. Bich. *dec.* 104. *n.* 1. & coram Priol. *dec.* 247. n. 6. Emeria Jun. *dec.* 714. *n.* 4.

15 Usus pecuniæ nullus, nisi accipientis fiat. Rub. *de Conf. Jur. cap.* 18. *n.* 86.

16 Usus dat formam privilegio Franc. *dec.* 57. *n.* 6. *&* 10. *& dec.* 22. *n.* 5. Card. de Luc. *de Paroch. disc.* 24. *num.* 9.

17 Usus loquendi debet attendi. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 21. *n.* 4. etiam ad metiendam voluntatem Papæ concedentis Card. De Luc. *de Regul. disc.* 37. *n.* 9.

18 Usui publico destinata non possunt redigi ad statum privatum in præjudicium publici usus. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 4. *de servitutib. num.* 244. *in fin.* Card. De Luc. *de Regul. disc.* 236. *n.* 9.

19 Non usus in materia facultativa non præjudicat successoribus, independenter, & jure suo venientibus. Card. De Luc. *de Præm. disc.* 14. n. 8. *disc.* 30. n. 8. *&* n. 9.

Non usus an & quando obstet. Card. De Luc. *de Præm. dict. disc.* 14. *num.* 8.

20 Non usus aliquando dicitur interpretativus Privilegii, vel Indulti. Card. De Luc. *loc. prox. cit. & de Camb. disc.* 22. *n.* 6.

21 De distinctione inter usum affirmativum alicujus tituli, seu adjecti, & usum negativum, seu privativum. Card. De Luc *de Præm. disc.* 30. *n.* 10.

22 De materia non usus legum, & de diferentia inter *non* usum initiativum, seu nõ acceptativum, & usu abrogativum, seu destructivũ Card. De Luc. *de Serv. disc.* 1. *n.* 9. *de Successf. disc.* 1. *n.* 14. *Miscell. disc.* 24. *sub n.* 7. Initiativus non eget illis requisitis quibus eget non usus præscriptivus. Card. De Luc. *d. disc.* 1. *n.* 9. & de non usu legis interpretativo ad differentiam non *usus* præscriptivi. Card. De Luc. *de Camb. disc.* 22. *num.* 6.

23 Statuta præsumuntur esse in usu, & non usus probandus est ab allegante. Card. De Luc. *de Don. disc.* 26. *n.* 6. Calderon. *resol.* 60. *n.* 50. An autem non usus probetur, per attestationem illius loci. Card. De Luc. *d. disc.* 26. *n.* 3. *&* 7.

24 Non usus an, & quando tollat vim legis. Card. De Luc. *de Tutor. disc.* 21. *num.* 7.

25 Non usus opponi non potest si adsit decretum irritans. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 31. *n.* 7. *&* 8., ubi declaratur. *De Paroch. disc.* 24. *n.* 6. *&* 24. *disc.* 25. *num.* 4.

26 Non usus non operatur præscriptionem, ubi proveniat ex deficienti præscriptione usus. Card. De Luc. *de Regul. dict. disc.* 31. *num.* 9.

27 Non usus non præjudicat ubi non adfuit occasio. Card. De Luc. *Miscell. disc.* 24. *n.* 7., ubi declaratur.

28 Non usus an tollere valeat legem Papalem. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 22. *n.* 6. *disc.* 24. *n.* 14.

29 Ex non usu, vel limitato, an, & quando desumenda sit privilegii interpretatio Card. De Luc. *de Paroch. d. disc.* 24. *num.* 10.

30 Non usus prædecessorum non præjudicat successoribus. Cavaler. *dec.* 631. *n.* 7. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 24. *n.* 8. *&* 14.

31 Usus privativus aquarum, ex quibus competere dicatur. Balduc. *de Dot. tit.* 4 *dec.* 34. *n.* 22. *et seqq.* Justificatur ex concessionibus. Balduc. *ibid. n.* 15., Ex ab antiquis enunciativis. Rot. coram Bich. *dec.* 500. *et dec.* 336. *utrobiq. n.* 1. Balduc. *loc. sup. cit. num.* 13

Usus acquæ cur non transeat in hæredes Brunnemann. *in Pand. lib.* 7. *tit.* 8. *l.* 21. *num.* 1.

32 Quomodo usuarius ex operis servi acquirat. Brunnemam *in Pandect. lib.* 7. *tit.* 8. *l.* 20. *num. unic. tom.* 1.

33 Usus constituitur ad nudam indigentiam. Brunneman. *in Pandect. lib.* 7. *tit.* 8. *l.* 1. n. c. *tom.* 1.

– Quando, & quarum personarum indigentia attendenda. Brunneman. *in Pandect. d. lib.* 7. *tit.* 8. *l.* 9. *num. unic. tom.* 1.

34 Usuarius comoditatem usus in alium transferre nequit. Brunneman. *in. Pandect. cit. lib.* 7. *tit.* 8. *l.* 11. *n.* 1. Limita, *ut ibid. n.* 2. *et lib.* 7. *tit.* 8. *l.* 22. *n.* 7. *tom.* 1.

Usuarius etiam naturalibus fructibus uti potest. 35
Brunneman. *d. lib.* 7. *tit.* 8. *l.* 12. *n.* 2. *tom.* 1.

Usus non in abstracto, sed in concreto conside- 36
randus. Brunneman. *in Pandect. loc. prox. cit. n.* 3.

Potest apud alium esse ususfructus sine usu, apud 37
alium verò usus tantum Donell. *l.* 10. *c.* 7. *in pr.*
Brunneman. *in Pandect. dict. tit.* 8. *l.* 14. *n.* 8. *tom.* 1.

Usuarius ex fructibus naturalibus pro indigentia 38
sua in totum annum una vice sumere potest. Brunneman. *ibid. l.* 15. *n.* 1.

Familia aucta, augetur etiam ususfructus familiæ 39
relictus. Brunneman. *ibid. n.* 2.

Proprietarius, invito usuario, custodem saltus 40
vel Castri constituere potest. Brunneman. *d. tit.* 8.
leg. 16. *num.* 2.

Usus ædium relictus filio familias etiam patri con- 41
ceditur. Brunneman. *ibid. l.* 17. *n.* 1.

Quomodo usum ædium habens alias personas re- 42
cipere possit. Brunneman. *dict. tit.* 8. *l.* 3. *n.* 1.

Usuarius si omnes fructus percipit, ad onus etiam 43
reficiendi tenetur. Brunneman. *ibid. l.* 18. *num.* 1.
Limita, *ut ibid.*

Usus est servitus individua. Brunneman. *ibid. l.* 44
19. *num.* 2.

Usu legato, ususfructus interdum videtur lega- 45
tus. Brunneman. *cit. tit.* 8. *l. penult. n.* 1. Ex restringitur hoc, ut *ibid. num.* 2.

Usuarius ædium potest prohibere proprietarium s 46
ne ipse utatur. Brunneman. *ibid. num.* 5.

Fundum usuarius meliorem non deteriorem re- 47
dere potest. Brunneman. *dict. lib.* 7. *tit.* 8. *l. ult. num.* 1. *tom.* 1.

Conditio turpis usui legato adiecta non attendi- 48
tur. Brunneman. *dict. tit.* 8. *l.* 8. *n.* 2.

Usus propriè dictus in quibus rebus locum habeat. 49
Layman. *in Theolog. Moral. lib.* 3. *tract.* 1. *cap.* 6.
n. 6. *&* 7. *pag.* 208.

Jus habitandi plus aliquid est, quam merus usus 50
ædium. Layman. *in Theol. Moral. loc. cit. n.* 8.

Usus proprius in qualibet conventione semper de 51
jure censetur exceptus. Episc. Rocc. *cap.* 73. *n.* 8. *part.* 1.

Pro usu necessario deductio procedit, tam in dispositione legis, quam in contractu. Episc. Rocc. *d. cap.* 73. *n.* 22. Reprobatur contraria sententia asserens procedere tantum in dispositione legis, non hominis. Episc. Rocc. *loc. sup. cit.*

Usus proprius censetur exceptus in obligatione tradendi frumentum. Bart. *in l.* 1. §. *cura carnis ff. de offic. Præfect. urb. et in l. Annonam, ff. de extraordin. crim.* Episc. Rocc. *ibid. n.* 10.

Usum præter proprium Cives tenentur vendere victualia pro indigentiis universitatis Molphes *in summa, cap.* 20. *de contract. n.* 93. *et duob. seq.* Episc. Rocc. *ibid. n.* 11.

Quo ad usum non ligat edictum prohibens victualium extractionem, Episc. Rocc. *dict. cap.* 73. *n.* 12.

Decretum irritans tollit contrarium usum Rot. *dec.* 52
260. *n.* 15. *part.* 17. *rec.* Piton. *de Jurep. alleg.* 5.
num. 21. *tom.* 1.

Jurisdictio ammittitur per non usum, præsertim 53
quando ita revertitur ad suam primævam naturam. Tondut. *quæst. Benef. part.* 1. *cap.* 61. n. 8. *et* 13. Piton. *de Jurep. alleg.* 41. *n.* 25. *tom.* 1.

Usus Italiæ quo ad appellationem familiæ. Card. 54
De Luc. *de Jurep. disc.* 25. *n.* 3. *disc.* 26. *n.* 6.
Piton. *de Jurep. alleg.* 100. *n.* 192. *tom.* 2.

Usus pacti illiciti in Judicio, vel extra non impe- 55
dit Gratiam Senatoriam Vot. decis. R. P. D. Masser. *post. tom.* 1. *resol.* Calderon. *n.* 17. *fol.* 1034. *et n.* 20. *fol.* 1035. *et n.* 29. *fol.* 1037.

Pœnam non incurrit transgrediens legem usu non 56
receptam. Bertachin. *Vot.* 93 *n.* 40.

Usus feudorum quo tempore fuerit introductus 57
in Italia. Card. De Luc. *de feud. disc.* 60. *num.* 5.
Altimar *de Nullitat. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 19. *n.* 11. *tom.* 4.

Usus quot modis dicatur. Passerin. *supr.* 6. *de-* 58
cret. in cap. Consuetudinem 1. *n.* 23. *de consuetudine tom.* 2. *pag.* 254.

. Usus distinguitur à more, & consuetudine. Sa- 5-
rez.

rex. *l.* 7. *de legib. cap.* 2. *n.* 3. Passerin. *ibid. n.* 27. *pag.* 255.

60 Usus rationis quando, & quomodo discernitur tam in masculo quam in fœmina. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 16. *n.* 2. *et* 10. *et in sum. lib.* 6. *cap.* 25. *n.* 7. Altimar. *de Nullit. rub.* 2. *et* 3. *quæst.* 1. *n.* 204. *et* 205. *pag.* 137. *tom.* 8 & vide Passerin. *sup.* 6. *decret. cap. si Infantes de desponsat. impub.*

Ex defectu usus rationis nulla sunt sponsalia infantium Usus rationis qui sufficit ad peccandum non sufficit ad valorem sponsaliium sufficit tamen usus rationis etiam miranulosus. Passerin. *loc. cit.*

61 Usus an locari possit. Pacion. *de locat. cap.* 51. *num.* 20. *et seqq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 17. *n.* 94. *tom.* 4.

62 Usus transfertur in commodato. Gomez. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 3. Hermosill. *gloss.* 3. *l.* 1. *tit.* 2. *n.* 2. *et* 4. *fol.* 28. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 22. *n.* 167. *tom.* 4.

63 Usus cambiorum ac necessarius. Tusch. *lit. C. conclus.* 11. *n.* 4. Leotard. *de usuris q.* 24. *n.* 48. *q.* 25. *n.* 4. Altimar. *de Nullit. rub.* 2. *part.* 2. *quæst.* 24. *n.* 45. *tom.* 4.

64 Usus simplex non inducit præscriptionem servitutis, nec facit acquirere servitutem, si adest titulus amicitiæ, vel consanguinitatis, vel precario nomine, per modum facultatis. Fontanell. *de pactis clausf.* 4. *glos.* 17. *n.* 22. Andreol. *controv.* 170. *n.* 15. Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 5. *quæst.* 43. *n.* 222. *et* 223 *fol.* 34. *tom.* 7. Calderon. *resol.* 12. *num.* 7. *fol.* 72. *tom.* 1. *part.* 1.

65 Usus comprobatur ab instrumentis. Card. De Luc. *de Donat. disc.* 26. *n.* 6. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 16. *vol.* 4.

66 Utens scriptura censetur approbare omnia in ea contenta. Seraph. *dec.* 268. *n.* 4. Ludovis. *dec.* 331. *n.* 10. Palm. Nep. *dec.* 34. *n.* 3. *tom.* 1.

§. UTILE. XXV.

1 UTile per inutile non vitiatur quando sumus in actibus dividuis, & separabilibus, secùs autem in actibus individuis, & inseparabilibus, quia tunc utile per inutile vitiatur, *cap. utile*, ubi Dyn. & alii *de reg. jur. in* 6. cons. *de Cens. quæst.* 36. *num.* 11. Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *num.* 16. *etc.* ubi infert ad plura Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 318. *n.* 3. Altograd. *cons.* 28. *n.* 22. *et seqq. lib.* 1. & ibidem *num.* 56. *etc.* Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 231. *per tot.* ubi aliquibus aliis modis declarat en Castr. *cons.* 431. *n.* 2. *lib.* 1. Rom. *cons.* 306. *n.* 13. Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 373. *per tot.* ubi plura Ricc. *Collect.* 1246. 3141. Ægid. de Castejon. *Alphab. jurid. verb. Utile, inutile* Bertachin. *vot.* 195. *n.* 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæst.* 22. *n.* 44. *tom.* 1. *et rub.* 1. *quæst.* 8. *num.* 289. *tom.* 3. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 7. *n.* 14. *vol.* 3. Emerix jun. *decis.* 85. *n.* 10. Caprar. *decis.* 171. *n.* 6. *et* 9. Piton. *Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 476. *tom.* 2.

Quòd contractus de sui natura dividuus, & separabilis, possit ex conventione partium per clausulam *non alias, nec alio modo*, vel similes reddi individuus, ac inseparabilis, ita ut in tali contractu utile vitietur per inutile, Gratian. *discept. forens. cap.* 587. *num.* 13. *etc. cap.* 752. *num* 68. *etc. cap.* 968. *num.* 24. Altograd. *cons.* 28. *num.* 44 *lib.* 1.

Item propter assumptam formam juri contrariam, utile vitiatur per inutile, cùm forma sit individua, Speiel. *dec.* 181. *num.* 1. *etc.* Caprar. *dict. decis.* 172. *num.* 9.

Quòd utile non vitietur per inutile in contractu emphyteutico Gratian. *discept. for. cap.* 644. *num.* 32. de quo plura Altograd. *cons.* 28. *num.* 22. *et seqq. lib.* 1.

Quid in instrumento pro parte gabellabili, & parte non gabellabili, producatur in parte non gabellabili, ac non soluta gabella pro parte gabellabili valeat processus, & sententia, diversimodè fuisse judicatum refert Magon. *decis. Flor.* 36. *per tot.*

Quòd in contractibus, & transactionibus utile vitietur per inutile, ex præsumpta mente cōtrahentium, quòd noluerint agere unū factū, & non plura, *l. Pedius, ff. de recept. arbitr.* Bart. *in l. græce* § *illud nu.* 4. *ff. de fidejuss.* Merlin. *dec.* 153. *n.* 5.

Quod in ultimis voluntatibus utile non vitietur per inutile, quia sustineri debent eo modo, quo possunt, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 616. *n.* 14. 15.

Utile habens, debet etiam inutile, & onus sentire, ex regula, qui sentit commodum, debet sentire incommodum, *l. secundum naturam ff. de reg. jur.* Card. Tusch. *litt. O. conclus.* 144. & *litt. V. concl.* 374. 2

Utile, sive in utilitatem quando dicatur versum, Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 375. dixi *in* §. *Verso per tot.* 3

Utilitas publica præfertur privatæ, & facit multa permissa, quæ alias sunt prohibita, *l. si quis* §. *verum ff. ad Sillan.* Bart. *in l. quemadmodum n.* 4. *C. de agricol. & cens. lib.* 11. Jas. *in l. cætera* §. *si quis nu.* 2. *ff. de leg.* 1. *l. ita vulneratus* §. *multa ff. de leg. Aquil.* Gayl. *observ.* 56. *lib.* 2. Rot. *part.* 12. *rec. in Append. dec.* 413. *num.* 27. & *seqq.* ubi exemplificat in multis. Fagnan. *in c. cæterum n.* 52. *de Rescript.* Emerix jun. *dec.* 957. *nu.* 5. De Luc. *in Indic. general. verb. utilitas* Balduc. *tit. de Dot. dec.* 32. *n.* 57. 4

Utilia facere, & inutilia prætermittere in mandatis est clausula captatoria, & non admittenda, ut dixi *in* §. *Clausula n.* 87. §. *Mandatum n.* 10. 5

Utile per inutile, an, & quando vitietur, vel non, & alia de diversis utilitatibus, quænam sint præferendæ, & hujusmodi, Bertachin. *Repertor. verb. Utile*, Joseph. Feliv. *Margar. var. concl. cod. verb.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 6. & *seqq.* cæterique indicati à Com. August. Fontan. *Biblioth. Legal. part.* 5. *verb. Utile fol.* 832. ubi etiam de utilitate minoris, & Ecclesiæ necessaria in alienationibus, De Luc. *in indic. gener.* Altimar. *de nullit.* Fagnan. *sup. Decret.* Rocc. Episc. *c.* 96. *n.* 9. 6

Utilitas, aut læsio in contractibus de quo tempore attendi debet Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 348. *nu.* 18. *tom.* 2. latè infra *n.* 24.

Utilitas in transactione quomodo sit regulanda. Card. De Luc. *d. disc.* 1. *n.* 53. 7

Utilium incertorum ratio quando habeatur. Card. De Luc. *de Locat. disc.* 55. *n.* 8. 8

Utilitas Ecclesiæ in contractu per ipsam inito ut excludatur, sufficit illam reddere dubiam. Abbas *in cap. ad aures n.* 4. *de reb. Eccles. non alien.* Sperell. *dec.* 154. *n.* 17. Emerix Jun. *dec.* 480. *n.* 2. & 4. 9

Utilitas non satis probatur ex confessione contrahentis. Angel. *cons.* 245. *n.* 8. *vers. Et tunc cum ista confessio* Rot. *dec.* 290. *n.* 20. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* cor. Merlin. *dec.* 490. *n.* 5. & 7. & coram Bich. *dec.* 328. *n.* 17. Emerix Jun. *dec.* 1028. *n.* 5. & 6. 10

Utilitas desumitur etiam ex dilatione gratuita reportata ad solvendum Emerix Jun. *decis.* 1315. *n.* 4. Declaratur per eumdem *dec.* 1336. *n.* 11. 11

Et Papa non præsumitur voluisse, nec intellexisse id, quod tenderet contra Utilitatem Ecclesiæ. Emerix Jun. *d. dec.* 480. *n.* 7. 12

Publica utilitas, & commune bonum non debet ex dissensu unius impediri. Text. *in l. unic.* §. *fin. C. de cadu. tollen.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 2. *lib.* 4. *n.* 3. *vol.* 1. & *dec.* 2. *n.* 5. *lib.* 4. *vol.* 3. Emerix Jun. *dec.* 1222. *n.* 8. Et redimi etiam potest cum incommodo privati. Emerix Jun. *d. dec.* 1222. *n.* 10. 13

Utilitatis publicæ ratione, etiam inferior Principe potest auferre jus privati. Alex. *cons.* 124. *n.* 6. Rocc. Episc. *cap* 172. *n.* 10. 14

Utilitatis publicæ ob causam possunt subditi cogi ad suas res vendendas viliori pretio. text. *in l. si pendentes*, §. *si quid cloacarum*, *ff. de usufr.* Episc. Rocc. *loc. cit. n.* 11. Ob publicam utilitatem Magistratus subditos compellere potest ad vendendum. Brunneman. *in pandect. lib.* 1. *tit.* 12. *l.* 1. *num.* 20. *tom.* 1.

Utilitas proveniens in consequentiam singulis de universitate non est attendenda. Torr. *de pact. fut. success. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 94. Balduc. *de Dot. tit.* 4. *dec.* 31. *n.* 5. 15

Utilitas in alienatione bonorum Ecclesiæ quando adesse dicatur. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 1. *nu.* 16

45. *& seqq.* Calderon. *resol.* 23. *&* 24. & vide infra n. 34. *&* 35. Utilitas in alienatione bonorum Ecclesiæ debet esse clara ac plene, & concludentes probari. Cels. *decis.* 383. *num.* 6.

17 Utilitas præsumitur ex observantia longi temporis Rot. *dec.* 684. *nu.* 1. *part.* 2. *rec.* Card. De Luc. *de Alien. disc.* 14. *n.* 4. & vide Emerix Jun. *decis.* 803. *num.* 15.

18 Utilitas magis dignoscitur in alienando quam in acquirendo. Card. de Luc. *de Alien. disc* 23. *nu.* 27.

19 Utilitas debet esse certa, non autem desperata. Rot. *dec.* 241. n. 25. *dec.* 261. *n.* 24. *dec.* 284. *nu.* 1. *d c.* 319. *n.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Card. De Luc. *de Alien. disc.* 1. *n.* 45.

20 Non sufficit quod Ecclesia non sit in damno nisi etiã sit in lucro. Rot. *loc. prox. cit.* Card. De Luc. *ibid.*

21 Utilitas metienda est diverso modo ubi agatur de alienatione jurium incorporalium, & spiritualium Card. De Luc. *d. disc.* 2. *n.* 52.

22 Attendendum est quod Ecclesia concedens utilitatem perceperit, non quid Concessionarius sua fecerit industria. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 14. *n.* 8.

23 Utilitas attendenda est de tempore contractus. Rot. *dec.* 319. *num.* 10. *& seqq. part.* 4. *tom.* 2. *rec. dec.* 129. *n.* 18. *& seq. dec.* 243. n. 15. *& dec.* 252. n. 16. *part.* 7. *rec.* Card. De Luc. *de Alien. d. disc.* 1. *n.* 46. Calderon. *resol.* 23. *nu.* 11. *&* 12. Et utilitas contractus non à subsecuto eventu, sed à tempore illius stipulationis est metienda. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 41. *n.* 18. *vol.* 1.

24 Declara id procedere in iis, quæ momento temporis perficiuntur, secus in iis, quæ habent tractum successivum. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 13. *n.* 14.

Et dummodo tempus contractus sit solitum, & connaturale, non autem calamitosum, seu accidentale. Card. De Luc. *de Alien. disc.* 1. *num.* 46. *&* 47. *& disc.* 13. *n.* 9.

25 Utilia in societate quomodo sint calculanda, & dividenda. Emerix Jun. *dec.* 1331. *per tot.*

26 Utile per inutile vitiatur ratione inseparabilitatis. Fagnan. *in cap. Ut juxta n.* 27. *de offic. Ordinar. tom.* 1

Et inseparabilitas intelligitur non respectu juris, sed respectu facti. Fagnan. *in d. cap. Ut juxta n.* 28.

27 Utilitas publica prætextu privilegii vacillare non debet. text. *in l.* 2. *C. de Privil. Schol. lib.* 12. Fagnan. *in cap. nulla* n. 19. *de concess. præben. tom.* 3.

28 Communis, & major utilitas præfertur speciali, & minori. Fagnan. *in cap. Bonæ memoriæ n.* 37. *de postulat. prælat. tom.* 1.

29 Utilitas præponderat subtilitati juris Surd. *cons.* 210. *n.* 29. Brunneman. *in pandect. lib.* 9. *tit.* 2. *leg.* 51. *n.* 6. *tom.* 1.

30 Utilitas publica favori Ecclesiæ præjudicat. Brunneman. *in C. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 11. *n.* 2. *tom.* 1. *pag.* 8.

31 Utilitas publica subditorum fisci utilitati est præferenda. Bart. *in l.* 1. *n.* 26. *ff solut. Matrim.* Brunnemann. *in C. lib.* 6. *tit.* 51. *l. unic. n.* 66. *tom.* 1. *pag.* 646.

32 An Utilitate publica exigente Princeps jus privatis competens remittere possit. Gail. *l.* 2. *obser.* 56. *& seq.* Brunneman. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 19. *l.* 7. *n.* 3. *&* 4. *tom.* 1. *pag.* 57.

Ob publicam utilitatem, & necessitatem privata beneficia suspendi solent. Brunnemann. *in Cod. lib.* 11. *tit.* 3. *l.* 1. *n.* 7. *tom.* 2. *pag.* 995.

33 Utilitas major est habere actuale dominium rei, ac ipsam rem in substantia, quam solam hypotecam Calderon. *resol.* 24. *n.* 11. *fol.* 152. *tom.* 1. *part.* 1.

Et major utilitas est possidere, quam in personam experiri. Calderon. *dict. resol.* 24. n. 12. *fol. eod.*

34 Utilitas præsumitur adesse in contractu gesto cum debitis solemnitatibus. Calderon. *resol.* 23. *n.* 14. *fol.* 147. *tom.* 1. *part.* 1.

Quo casu dicenti contractum esse damnosum, vel non utilem, incumbit onus probandi contrarium. Calderon. *d. resol.* 23. n. 15. *fol. eod.*

35 In permutatione rerum Ecclesiæ adesse dicitur utilitas, si probetur non solum valor rei in proprietate, & redditu, sed etiam, quòd sit æquè commoda vicina, & cauta Calderon. *ibid.* n. 13. *& vide supra num.* 16.

Patronus habendo onus habere etiam debet utili- 36
tatem. Piton. *de Jurep. alleg.* 43. *n.* 16. *tom.* 1. Patronis non est auferenda utilitas quæ provenit ex Jurepatronatus. Piton. *ibid. num.* 25. Patroni utilitatem reportant à Jurepatronatus, quando inter plures habent libertatem unum eligendi. Piton. *de Jurep. alleg.* 89. *n.* 25. *tom.* 2.

Beneplacitum Apostolicum requiritur etiam in contractu Ecclesiæ utili, & in transactione super jurepatronatus inita inter Ecclesiam, & Laicos. Piton. *de Jurep. alleg.* 63. *n.* 20. *&* 21. *tom.* 2. Ob quam rationem requiratur Beneplacitum in actibus, qui possunt esse, & non esse utiles. Piton. *ibid. num.* 23.

Quando ex Commutatione voluntatis fundatoris 37
sequitur læsio utilitatis publicæ, & diminutio cultus Divini, commutatio non dicitur in melius, sed in pejus. Molin. *de Justit. & jur. tract.* 2. *disp.* 649. n. 3. Piton. *de Jurep. alleg.* 50. *n.* 10. *tom.* 2.

§. U V A. XXVI.

UVa qualis esse debeat in vindemia, & sic quæ 1
observanda sint in vindemiis, & alia, Prosper. Rendell. *in tract. de Vinea vindem & vino part.* 1. *tit. de Vindem. cap.* 1. *per tot. fol. mihi* 20. *&c.*

Uvas comedere, vel spicas in aliena vinea, vel 2
agro licitum est viatoribus etiam de jure divino, ita ut non possint per statutum vetari, vel prohiberi, Gratian. *discept. forens. c.* 80. *num.* 16. *&c.* ubi quòd idem est in herba, quam licitum est peregrinanti, & in via manenti capere pro equo, allegat Rom. *sing.* 234. Rip. *in l. damnum col.* 3. *de damni, infect* Cæpol. de *servit. rustic. præd. cap.* 20. *de mess. & vindem. num.* 3. Cagnol. *in l. quæ propter n.* 6. *ff. de reg. jur.* Covar. *pract. q. cap.* 37. *num.* 3. *vers.* 8. ubi quòd est privilegium viatorum, quamvis non urgeret necessitas per text. *Deuteron. cap.* 23. ubi dicitur, *Ingressus Vineam proximi tui comedes uvas quantum tibi placuerit, foras autem ne auferas tecum*, ac ita in effectu per prædictas, & alias auctoritates firmat Gratian. *loc. cit.* Valer. *de different. utriusque fori verb. Peccatum differ.* 23. Dian. *par.* 3. *tract.* 6. *resol.* 20. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 39. *num.* 8. Peregrin. *dec.* 133. *n.* 12. ubi idem firmat de fabis, & aliis leguminibus, ut comedentes non teneantur de damno dato, si non asportent. Gall. *de fruct. disp.* 33. *art.* 3. n. 20. *& disp.* 8. *n.* 47. *&* 48.

Verum hujusmodi legem ab Aulis recessisse, & excepto necessitatis casu, teneri pœna statuti de damno dato, vel etiam furti stante asportatione, Abb. Panorm. *cap. si læserit de injur. & damno dato*, Jo. Ant. de Nigri *in cap. Regni ad hoc quòd nostrorum num.* 115. Prosper. Rendell. *tract. de vin. vindem. & part.* 1. *cap.* 10. *fol.* 6. *& cap.* 11. *fol.* 7. ubi plura de damno dato in vineis, sive per personas, sive per animalia, Dian. *d. resol.* 20. *ubi in fine*, quòd si prædicta opinio vera esset, væ væ domino vinearum.

De pœnis pro furto uvarum adest *lex l.* 59. *Longobard. tit. de furt.* disponens, quòd si quis supra tres uvas, idest uvarum botros de vinea aliena tulerit componat sold. 6. nam si usque tres tulerit nulla sit ei culpa, vide Cagnol. *in l. quæ propter necessitatem ff. de reg. jur.* Bonacos. *q. crim. verb. intranti*, Jaffred. *dec.* 97. Rendel. *loc. cit.*

Uva non videtur frangere jejunium Ecclesiasti- 3
cum, quia habet substantiam triplicis generis, nempè corticem, vinacea, & succum, ex qua triplici substantia solus succus in stomaco digeritur, & convertitur in substantiam viventis, cætera autem minimè, sed integra in propria substantia egeruntur, sive redduntur, succus verò habet rationem potus, & idem est in malis massilicis, vulgò *Limoni*, vel malis medicis, vulgò *Aranci*, ac cætera hujusmodi fructibus liquorem, & succum continentibus, præcipuè si non deglutiatur substantia solida, ad tradita per Pasqualig. in *prax. de jejun. dec.* 135. *&* 136.

Contrarium tamen, & meliùs, cùm verè uva, & alii fructus sumantur ut cibus, & non ut potus probat. Dian. *tract.* 6. *resol.* 14. *per tot. &* latiùs iterùm

part.

Digitized by Google

part. 10. tract. 14. resol. 56. per tot.

4 De Vitibus, & pœnis illas incidentium, Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib 6. Rub. 15. per tot.* & dixi in §. *Arbor. n. 1.* Em. De Luc. *De servitut. disc. 112., & de Jurisdict. disc. 81.*

5 De Uvis, ut sint fructus industriales, possint comedi, sed non asportari, Bertachin. *Repert. verb. Uva*, & alia indicat Stephan. Daoyz. *in suo Indice* relatus à Co. Augusl. Fontan. *Bibliotb. Legal. part. 5. verb. Vita fol. 832. & part. 7. eodem verb. uva pag. 478.*

6 De uvis immaturis prohibitis vendi Romæ tempore pestis, quam & alia Card. Gastald. *tract. de avert. & profflig. pest. Polit. legal. in locis indicatis in Repert. verb. Uva.*

7 Uva est mea si Titius fecerit sibi vinum, cujus sit vinum, vide Scookium *in tract. de Ovo.*

§. VULNUS. XXVII.

1 Vulnus latissimè sumptum nil aliud est quam unitatis solutio, vel magis propriè solutio unitatis in carne, vel secundùm alios solutio continui in carne de recenti facta, sanguinolenta, & absque putredine, vel etiam à multo tempore sive cum putredine, sive absque putredine, sive sanguinolenta, sive non, cùm etiam sine sanguine possit fieri continui solutio in partibus mollibus à re extrinseca, & sic dari vulnus absque sanguine, quapropter alii magis fortè naturam rei attingentes inquiunt, quòd vulnus est continui solutio in mollis parte ab externo aliquo instrumento inflicta, de quo plura, & quomodo differant inter se vulnus, & ulcus, Paul. Zacc. *Quæst. Medic. Legal. lib. 5. tit. 2. quæst. pr. per tot.* & alii per eum relati, Bart. *cons. 109. per tot. lib. pr.* Boer. *decis. 323.* Card. Tusch. *litt. V. conclus. 378. nu. 5. &c.* ubi quòd vulnus propriè dicitur scissio contiguitatis, seu pellis se continentis, Claud. Bonnet. *in Epitom. Sennerti Pract. Medic. lib. 5. part. 4. titul. de vulner. per totum fol. mihi 877. & seqq.* ubi plura de vulneris natura, caussis, differentiis, prognosticis, indicationibus, curatione juxta naturam vulneris, & partis offensæ, & alia. Corriad. *dec. 101. n. 27.*, ubi quid sit vulnerare. Et vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n. 31.*

Vulnusculum tamen, sive parvum vulnus, & sic omnis scissura, sive sgrafiatura pellis non venit appellatione vulneris, nec continetur sub dispositione statuti loquentis de vulnere, nisi respectu alicujus partis nobilis læsæ efficiatur mortale, ut si cor attigerit, vel alias partes nobiles internas, *l. pr. §. sed sciendum ff. de ædilit. edict.* Veral. *decis. 140. n. 3.* Tiraquel. *de jud. in rebus exig. not. 10.* Boer. *d. decis. 323. in princ.* Tusch. *d. concl. 378. nu. 6. &c.* Paul. Zacch. *loc. cit. quæst. 2. n. 18. &c.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat. 278. num. 1. & 2.* dixi *in Pract. §. Ferite num. 5.* ubi quòd ideò non reddit casum capitularem inter milites juxta ordinamenta status Florentini; prædictis addi possunt Muscarell. *de cognit. delict. tit. de vulner. l. et. num. 5.* Cavalcan. *de Brach. Reg. part. 4. n. 151. & 152.* Afflict. *ad Constit. Regn. cap. si quis aliquem Rub. 12. de illicit. percuss. n. 2. &c.* aliqua de vulneribus remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Vulnus*, Romaguer. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib. 4. Rubr. 30. & 31.* ubi etiam quæ sit differentia inter vulnerare, & percutere. Et quòd vulnusculum non veniat sub nomine vulneris, nisi medela indigeat, pluribus citatis confirmat Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 8. §. 1. n. 51. & seqq. cap. 10. §. 1. & 2. nu. 45. & seqq.* ubi alia plura *per totam* de vulneribus, vel percussionibus cum armis, & earum pœnis.

2 Vulnera differunt inter se respectu partis offensæ, vel respectu qualitatis, vel respectu periculi, & securitatis, sive impedimenti remansuri, & ideò alia dicuntur lethalia, alia non lethalia, alia periculosa, sive dubia, alia quæ nullum post sanationem afferunt impedimentum, alia quæ etiam post sanationem relinquunt impedimentum, debilitationem, vel deturpationem, sive cicatricem.

Lethalia iterùm quædam sunt omninò certa ad mortem, quæ scilicèt curam, vel consilium medicorum non admittunt, vel secundùm regulas artis medicæ sanari non possunt; quædam non omninò, & certè mortem inferentia, sed magna cum diligentia quandoque sanantur.

Non lethalia sunt, quæ de sui natura, vel ratione partis ignobilis obtuso sensu præditæ, & offensæ mortem non inferunt.

Periculosa, sive dubia, & indifferentia sunt illa, quæ aliquando mortem inferunt, aliquando non, 2 pro medici industria, vulnerati natura, constitutione, ætate, viribus, & obedientia, pro temporis ratione, pro regionis qualitate, & hujusmodi, Farinac. *quæst. 127. n. 1. & seqq.* Guaz. *defens. 4. cap. 11.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 5. tit. 2. q. 2. per tot.* dixi *in Pract. §. Ferite num. 1.* Cosp. *in suo Judice Criminal. par. 3. cap. 7.* ubi plura, Boer. *dec. 323.* Tusch. *litt. V. conclus. 381.* Claud. Bonet. *loc. sup. cit.*

Vulnera an sint mortalia, vel non, statur relationi, & judicio medicorum, ut dixi *in §. Medicus n. 2.* ubi plures allegavi, idque colligitur ex conjecturis, 3 & præsumptionibus, vel ex ipso effectu mortis, vel sanationis sequuto, quamvis mors possit quandoque etiã ex alia caussa procedere, & sanatio ex magna medentis industria juxta qualitatem, & quantitatem vulnerum, partem offensam, tempus, ætatem, regionem, & hujusmodi; An igitur vulnera sint mortalia, vel non, cognoscitur præcipuè ex parte corporis læsa, ex longitudine, latitudine, & profunditate, qualitate armorum, fama, tempore, accidentibus subsequentibus, ad tradita per Farinac. *d. quæst. 127. part. 2. per tot.* Paul. Zacch. *d. tract. lib. 5. tit. 2. quæst. 1. & 2. per tot.* Thom. Trivis. *decis. 58. lib. 2.* Card. Tusch. *litt. V. conclus. 382.* ubi enumerat partes corporis, in quibus vulnera sunt mortalia, nempè cerebrum, gula, pectus, intestina, & alia similia loca, dixi *in Pract. §. Ferite n. pr.* latiùs Zacch. *d. quæst. 2.* ubi de corde, cerebro, jecure, diaphragma, stomaco, ventriculo, aspera arteria, vena, arteria magna, pulmone, liene, vesica fellis, vel urinæ, tenuibus intestinis, renibus, musculis temporalibus, spinali medulla, umbellico, & similibus, intelligendo dummodo hujusmodi partes, vel aliqua illarum fuerint graviter læsæ; in aliis verò partibus obtuso sensu præditis vulnera illa non sunt mortalia, ut ibidem declarat, licèt de hoc stari debeat judicio medicorum, Farinac. *d. quæst. 127. part. 4. per tot.* Barbos. *de appell. verb. signif. appell. 278. n. 3. &c.* vide *in §. Homicidium n. 21. vers. & de prædictis*, ubi retuli Clarum tenentem remitti judicis arbitrio, vide Pellegrin. *in prax. Vic. part. 4. sect. 10. num. 52.*

Vulnera ex sui natura, & qualitate non mortalia, possunt quandoque ex accidenti fieri mortalia pluribus de caussis, quæ referri possunt vel ad medicum, vel ad ipsum vulneratum, vel ad externa; quoad me- 4 dicum ut si non noverit vulneris qualitatem, vel adhibuerit remedia contraria, vel nescìverit opportunis uti medicamentis ad prohibendum sanguinem, spasmum, vel hujusmodi; quoad vulneratum ut quia medicum non adhibuerit, vel adhibuerit imperitum, vel medicamenta recusaverit, vel aeri se exposuerit, vel aliter in re admodum notabili insigniter peccaverit, vel quia habuerit pravam corporis constitutionem, sive dispositionem, nam in hoc morbosus corporis apparatus plurimum infert ad mortem; quoad externa, ut qualitate armorum, aeris, regionis, temporis constitutionis, & hujusmodi; An autem his casibus vulnerans excusetur ab homicidio, & alia, latè Farinac. *quæst. 127. part. 3. per tot.* Guaz. *def. 4. cap. 10. per tot.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 5. tit. 2. quæst. 3. per tot.* Farinac. *cons. 100. n. 20.* Card. Tusch. *litt. V, conclus. 376. & 377. per tot.* dixi *in Pract. §. Ferite num. 6.* vide dict. Pellegrin. *n. 51.*

Quòd vulnera capitis etiam levissima non sint negligenda, cum periculo non vacent, & possit caput vulnerari in una parte, & cranium findi in parte adversa, ac ideò quòd dicitur de aliis vulneribus post 40. dies, vel post remissionem accidentium ut præsumantur tuta, non procedit in vulneribus capitis, sicuti nec in vulneribus thoracis, vel articulorum magnorum, quia ista satis longiùs suæ sanationis tempus habent, ad tradita per Paul. Zacch. *loc. cit.*

quæst.

Digitized by Google

quæst. 9. *per tot.* Cosp. *in jud. crim. part.* 3. *cap.* 31. ubi qualiter sequute morte debeat judex esse diligens in faciendo aperire caput coram peritis ad observendum si adsit aliqua fracturæ, vel læsio cerebri, & hujusmodi quando dubitatur an mors fuerit sequuta ex levi capitis percussione, vel alia de causa, & dixi *in Pract. §. Ferite n.* 25. vide Paul. Zacch. *consl.* 62. *per tot.*

5 Vulnera si per relationem medicorum constet fuisse ab initio verè mortalia, morte sequuta, tenetur vulnerans de homicidio, non attento alicujus temporis lapsu, nec ipsius vulnerati malo regimine, & sive medicus fuerit adhibitus, vel non, sed semper mors attribuitur causæ evidenti ipsorum vulnerum de certo mortalium; si verò è contra appareat ipsa vulnera non fuisse ex se mortalia, licèt vulneratus decedat etiam intra paucos dies, non præsumitur ex vulnere decessisse, sed ex alia causa, veluti culpa medici, vel malo regimine, quamvis id non probaverit; quod si versemur in dubio, an scilicet vulnera fuerint mortalia, nec ne, vel etiam si fuerint mortalia, sed non omninò desperata, & sic periculosa, vel indifferentia, tunc si possit probari non fuisse adhibitum medicum, vel imperitum, aut alias de culpa, & malo regimine ipsius vulnerati, sequuta morte, non tenetur vulnerans de homicidio, sed tantùm de vulneribus, vel alia pœna arbitraria, intelligendo de magna negligentia prædominante qualitati vulnerum specificè probata, cùm non omnis culpa, vel omissio vulnerati sufficiat ad excusandum vulnerantem ab homicidio, Farinac. *quæst.* 127. *n.* 21. *& seqq. & consl.* 100. *num.* 17. *&c.* Clar. & Bajar. §. *Homicidium num.* 33. *&c.* Gayl. *observ.* 111. *num.* 21. *&c.* Cabal. *resol. crim. cas.* 248. *num* 40. *&c.* Guaz. *deff.* 4. *cap.* 10. *num.* 12. *&c.* Card. Tusch. *lit. V, concl.* 376. *&* 377. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 2. *&c.* dixi *in Pract. §. Ferite num.* 7. *et* 8. & benè hæc omnia declarat Conciol. *resol. crimin. verb. Vulnus resol.* 1. *per tot.* quibus addi potest Gabriel. de Bellis *tract. de delict. tit. de sicar. & malef. §.* 7. *et* 8. *fol.* 352. *&c.*

Quòd quando vulnera non sunt absolutè mortalia, sed tantùm periculosa etiam in capite, si nimis festinanter fuerint per Chirurgum ignorantem consolidata, sequuta postea morte, possit vulnerans excusari ab homicidio, Paul. Zacch. *consl.* 62. *per tot.*

6 Vulneratus si decedat præsumitur ex vulnere mortuus, quando mors sequitur intra modicum tempus arbitrio judicis æstimandum, adhibito etiam medicorum judicio, & consilio, vel si perseveravit vomitus, & febris usque ab initio, sive stante vulneris magnitudine, & profunditate, vel qualitate armorum quibus illatum est vulnus, vel continuo dolore, & nervorum offensione, judicio ut supra medicorum; intelligendo quando dubium est an vulnus fuerit mortale, vel non nam si certum esset fuisse mortale, vulnerans teneretur de occiso, sicut è contra si certum esset non fuisse mortale, vulneratus, non præsumitur ex illo decessisse, sed negligentia, aut imperitiæ medicorum, & vulnerans non de occiso, sed de vulnerato tantùm teneretur, ut latè declarat Boer. *decis.* 323. *num.* 4. *& seqq. ad* 17. & aliis pluribus relatis sequitur Menoch. *de arbitr. cas.* 275. *num.* 1. *& seqq. ad* 9. vide Farinac. & alios supracitatos, Conciol. *resol. crim. verb. Vulnus resol.* 1. *per tot.* Carol. Anton. De Luc. in *Prax. criminal. cap.* 4. *n.* 7. *vers. redicvlam.*

Non autem præsumitur vulneratus ex vulnere decessisse, quando post longum tempus sequuta fuit mors, nec quando vulneris accidentia, puta dolor, & febris cessassent, nec quando ipsi vulnerato, sive custodibus, & medicis posset aliqua culpa, & negligentia adscribi, nec quando medici judicarent ex illo vulnere non decessisse, vel ex qualitate loci, in quo illatum esset vulnus, licèt hæc omnia à judicio medicorum pendere debeat, & in dubio judex pronunciare debet non esse mortuum ex vulnere, ad tradita per Boer. *d. decis.* 323. *num.* 17. *et seqq. per tot.* Menoch. *d. cas.* 275. *num.* 9. *et seqq. per tot.*

An ex modicitate, vel longitudine temporis intercedentis à die vulneris ad diem sequutæ mortis, possit desumi certa conjectura, qualitatis vulneris, an scilicet fuerit mortale, vel non, adhoc ut vulnerans teneatur de homicidio, vel tantùm de vulnere, magna est quæstio inter Doctores Legistas, & Medicos, multi enim, & magis communiter videntur tenere vulnera post 40. vel ad summum 46. dies esse ab omni periculo exempta, alii habere terminos aliorum morborum acutorum, nempè septimam, nonam, vel decimamquartam, & quadragesimam, alii multò longiùs protrahunt ad plures menses, & annos, alii demque, & melius ex mea sententia hæc omnia judicis arbitrio remitti, & terminari adhibito etiam judicio, & consilio Medicorum, & Chirurgorum in arte peritorum, maximè cum unica temporis determinatio non possit omnibus vulneribus assignari, nec indifferenter in unoquoque subjecto, nec in una eademque parte, cùm ex pluribus causis possit variari; attendanda est igitur in primis qualitas vulnerum, an ab initio fuerint mortalia, vel non, sive periculosa, an vulneratus de malo in pejus processerit, vel convaluerit, & hujusmodi; at si qua ex tempore possit summi conjectura, sequuta morte intra terminos aliorum morborum acutorum præsumitur vulneratus ex vulnere decessisse, intelligendo de mortalibus, & periculosis, transactis verò dictis terminis contraria oritur præsumptio, maximè si vulneratus convaluerit, vel aliæ cessaverint accidentia, exceptis tamen vulneribus capitis, thoracis, & articulorum magnorum, quæ etiam post 40. & plures dies non sunt tuta juxta superiùs dicta, & latè declarat Farinac. *qu.* 127. *part.* 2. *per tot.* Guaz. *deff.* 4. *cap.* 10. Card. Tusch. *lit. V. conclus.* 379. *&* 380. Boer. *decis.* 323. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 275. *per tot.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Leg. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 5. 6. *&* 9. qui omnes adducunt plures alias conjecturas ad cognoscendum an vulnera sint mortalia, necne, & dixi *in Pract. §. Ferite n.* 9. & in hoc opere §. *Homicidium num.*

Advertendo tamen circa prædicta, quòd si de mortalitate constet, & præsumptionibus, & conjecturis tantùm, non potest vulnerans condemnari in pœnam ordinariam homicidii, sed in aliam arbitrariam mitiorem, cùm præsumptiones, & indicia etsi indubitata non sufficiant ad pœnam mortis imponendam, ut ex Farinac. notat Vulpin. *in suco quæst.* 127. *part.* 2. *in fine.*

Vulnerans se ipsum punitur eadem pœna, qua puniendus esset si alium vulnerasset secundùm multos, sed juxta aliorum opinionem videtur etiam graviùs puniendus arbitrio judicis, & statuta imponentia pœnam occidenti, vel vulneranti aliquem non videntur adaptari quando delictum contra se ipsum perpetratur, Menoch. *de arbitr. cas.* 284. *num.* 22. *& seqq.* Farinac. *qu.* 118. *par.* 1. *per tot.* latè pluribus citatis Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 14. *per tot.* ubi etiam quid si se vulneret ad effugiendam pœnam, vel torturam, vel ad defraudandum alios: an licitum sit se ipsum, vel alios castrare propter musicam, etiam Amescua *tract. de potest. in seipsum lib.* 1. *cap.* 3. 21. *&* 23. *ac per totum tractatum*, aliique plures citati per Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *nu.* 1. *& seqq. per tot.* Add. Nicoli. *instit. imper. tit. de Just. & Jur. n.* 12. 7

Quòd puniatur eadem pœna, & etiam efficiatur excommunicatus si sit Clericus, Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 4. Farinac. *loc. cit.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 41. *fol.* 318. ubi quòd si est Clericus ultra peccatum, incurrit in excommunicationem si faciat ex odio, vel ira.

Quid si sequatur mors, vide in §. *Homicidium n.*

Vulneratus mortiferè ab uno, si postea ex intervallo iterùm ab alio percussus decedat, an primus, qui lethaliter vulneravit, sive secundus, qui exanimavit, vel uterque teneantur de homicidio, Addit. ad Pract. Pap. *form. Inquisit. glos. pluribus percussionibus*, Guaz. *deffens.* 4. *cap.* 10. *nu.* 14. Cabal. *resol. crim. cas.* 158. *nu* 10. *& in tract. de omnigen. Homicid. num.* 169. Boer. *decis.* 323. *n.* 9. Menoch. *de arbitr. cas.* 362. *n.* 7. *& seqq.* ubi etiam latè explicat qualiter puniantur plures simul aliquem vulnerantes si sequatur mors, & ignoretur à quo verè fuerit causata, vide *in §. Homi-* 8

Digitized by Google

micidium num. 22. Amendol. ad De Franch. *dec.* 324. *num.* 4. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 4. *n.* 7. *verſ. inſuper*.

Quòd vulnerans infirmum, vel alias valetudinarium, & debilem, etiam ſi vulnera non ſint ex ſe lethalia, ſed mortem inferant ratione pravæ diſpoſitionis ipſius vulnerati, teneatur vulnerans de homicidio, quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, maximè ſi animo deliberato occidendi percuſſerit, infirmitas præcedens non erat ex ſe mortem tam citò allatura, & vulnera fuerunt gravia; ceſſante autem dicto animo occidendi, vel ſi præcedens infirmitas erat ex ſe mortalis, vel ſtante levitate percuſſionum, videtur mors attribuenda præcedenti infirmitati, ſive pravæ diſpoſitioni, & vulnerans excuſari ab homicidio, ad tradita per Damhouder. *in Enchir. rer. crim. cap.* 87. *n.* 40. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. n.* 330. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 32. *qu.* 6. *n.* 16. *& conſ.* 74. *num.* 9. *&* 10. *tom.* 1. Bardellon. *conſ.* 98. *per tot. lib.* 1. Amendol. ad De Franch. *dec.* 324. *n.* 3.

Quando mors poſſit attribui potiùs peſti, vel alteri morbo vigenti, quàm vulneribus etiam capitis, vel aliàs gravibus, & vulnerans excuſari ab homicidio, vide Paul. Zacch. *d. conſ.* 74. *per tot.*

9 Vulnerans hominem mortuum, ſive cadaver non tenetur pœna ordinaria ſtatuti, ſed alia judici arbitraria, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 83. *num.* 9. *&* 12. Joſeph Feliv. *Margar. var. concluſ. verb. Vulnus fol.* 13. ubi reddit rationem quia mortuus non moritur, nec vulneratur, punitur tamen percutiens extra ordinem ratione injuriæ, ſevitiæ, & mali exempli, vide Fagnan. *in cap. a nobis il* 2. *de ſent. excom.*

Quomodo autem cognoſcatur an vulnera fuerint illata cadaveri, vel homini viventi, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 11. *per tot.* dixi *in Pract.* §. *Corpo di delitto num.* 22.

10 Vulnerans alium etiam mortaliter, ſtatim captus, non debet ad mortem condemnari, niſi priùs ſequuta fuerit mors ipſius vulnerati, & fortè etiam ſepultura, quidquid malè ſemel fuerit ſervatum per quemdam Poteſtatem Florentiæ, qui pœnas dediſſet, niſi Dux illum gratioſè liberaſſet, Boer. *deciſ.* 323. *n.* 6. Clar. §. *fin. quæſt.* 31. *verſ. ſed pone*, Franch. *deciſ.* 324. Tuſch. *litt. V. concl.* 383. ubi qualiter debeat expectari exitus vulnerum, & ſi illo non expectato fuerit condemnatus vulnerans, ſequuta poſtea morte ex vulneribus poſſit condemnari de homicidio, vide *in* §. *Judex num.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 130. ubi quòd inolevit praxis rationabilis in omnibus tribunalibus expectandi exitum vulnerum, prout & ego ſemper ſervatum vidi, Latiſſimè Amendol. in addit. ad Defranch. *dict. dec.* 324. *n.* 1. Ricc. & Carol. Ant. De Luc.

11 Vulnera plura illata ad aliquem occidendum, ſequuto homicidio confunduntur cum eo, & illius pœna tamquam majore, ita ut vulnerans non puniatur pro vulneribus, ſed pro homicidio tantùm, cùm reputetur unicum delictum propter continuationem, & unitatem ſubjecti; ſecùs tamen ſi vulnera eſſent illata ex intervallo, vel contra diverſas perſonas etiam in eadem rixa, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 158. *n.* 2. *&c.*

12 Vulneratus non facit indicium ad torturam contra vulnerantem, ſed tantùm ad inquiſitionem, concurrente aliquo alio adminiculo, Addit. ad Pract. Pap. *for. Inquiſ. gloſ.* 1. *verb. Indicia*, vide *in* §. *Indicium num.* vide Jol. Chartar. *dec.* 27. *a n.* 3., ubi, an vulnerato dicenti ſe ab alio vulneratum credatur, facit etiam Baſilic. *dec. crim.* 34. *n.* 12. Vermigl. *conſ.* 128. *n.* 5. *&* 6.

Excuſando autem inculpatum debilitat Iudicia contra eum exiſtentia, Jaſ. *in l. die ff. qui ſatiſd. cog. & in l.* 1. *n.* 10. *C. comm. de leg. l.* 1. *n.* 7. *ff. de eo per quem fact. erit*, Natt. *conſ.* 298. *n.* 14. *lib.* 2.

Quod ſi duo rixentur, & unus remaneat vulneratus, vel occiſus præſumatur factum à corrixante, cùm nemo præſumatur vulneraſſe ſe ipſum, maximè ſi viſus fuerit admenare, licèt non percutere, & hoc eſt indicium indubitatum, ex quo devaniri poteſt non ſolùm ad torturam, ſed etiam ad condemnationem ſaltem extraordinariam, quando ut dixi ſunt duo tantùm rixantes, ſecùs ſi plures, quia tunc non magis inſurgit præſumptio contra unum, quàm contra alterum, Gierb. *conſ.* 17. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 289. *n.* 8. Farinac. *conſ.* 116. *n.* 12. *lib.* 2. *& quæſt.* 37. *nu.* 50. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Vulnus reſolut.* 3. *per tot.* & ſolet dici quòd probata rixa, probantur vulnera.

Vulnerans forfice, bidente, vel tridente, ſive alio inſtrumento dentato, vel furca, ſi unico ictu plura inferat vulnera, an teneatur ad pœnam pro unico vulnere tantùm, vel pro pluribus vulneribus juxta illorum numerum, & qualitatem, Bart. *in l. ſi gemma*, *ff. arbor. furt. caſ.* Card. Tuſch. *litt. V, concl.* 382. *per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 155. *per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 5. *n.* 10. Farinac. *quæſt.* 22. dixi *in* §. *Statutum pœnale n.* 21. Reynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 10. §. 1. *&* 2. *n.* 42. 13

Vulnerans opificem, ex quo factus ſit inutilis, tenetur ad expenſas medicorum, & ad æſtimationem operarum, poſſet tamen deducere æſtimationem moleſtiæ, & laboris, quem ſubiturus erat ille opifex in arte ſua exercenda, *cap.* 1. *de injur. l. liber homo*, *ff. ad l. Aquil. l. qua actione*, *ff eod. & l. ult. ff. de his qui ejec. vel effud.* Farinac. *quæſt.* 119. *n.* 115. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 248. Bajard. ad Clar. §. *Homicidium n.* 70. Menoch. *de arbitr. caſ.* 122. Guaz. *defenſ.* 34. *cap.* 4. *& in tract. de pace part.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 10. Molin. *de juſt. tract.* 3. *diſput.* 87. *concluſ.* 1. Dian. *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 53. ubi refert Covar. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 7. Novar. *de reſtit. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 68. & alios contrarium tenentes circa deductionem moleſtiæ, & laboris, ſed primam ſequitur opinionem, & hujuſmodi deductio poſſet eſſe circa dimidiam, juxta regulam, quòd in dubio medietas lucri tribuitur induſtriæ, & alia medietas capitali: plures tractantes de hac materia allegat Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 346. *verſ. ſed obiter*, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Vulnus reſolut.* 2. *per tot.* ubi de damnis, & expenſis, cuique vulnerato indiſtinctè reficiendis, niſi vulnerans fecerit ad ſui neceſſariam defenſionem, & ſervato moderamine inculpatæ, vide *in* §. *Abſolutio n.* 33. *in fine*, Licè Zamoran. *tract. de compenſat. diſput.* 6. *cap.* 7. *per tot.* ubi etiam qualiter ex hac cauſa ſit licita occulta compenſatio in foro conſcientiæ ante omnem judicis ſententiam, vide Carpzou. *dec.* 100. *per tot.*, ubi de emenda, ad quam tenetur vulnerans. 14

Non autem tenetur vulnerans pro cicatricibus, vel membri deformitate; imò ipſius vitæ jactura ad aliquam pecuniæ compenſationem ante judicis ſententiam, ſicuti nec etiam quando fuit provocatus, cùm volenti, & conſentienti non fiat injuria, Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 23. *&* 15. Navar. *cap.* 15. *n.* 22. Gumez *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 12. Dian. *d. reſol.* 53. *verſ. Notandum*, *&c.* ubi tamen refert alios contrarium tenentes, Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 384. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 31. Ricc. *Collect.* 2398. Farinac. *quæſt.* 119. *Inſp ct.* 4. Dian. *par.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 53. 54. *& ſeqq.* ubi plura de hac materia reſtitutionis ex cauſa vulnerum, vel homicidii, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 178. *nu.* 8. *&c. vol.* 2. ubi quid ſi provocatus exceſſerit modum in ſe defendendo, & concludit tunc teneri de damno ſecuto, vide *in* §. *Homicidium nu.* 10. Conciol. *reſol. crimin. verb. Occiſio reſol.* 2. *per tot.* ubi refert contrariæ opiniones, adde Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.* 2. §. 3. *dub.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 6. *fol.* 55. *& ſeqq.* ubi latè de omnibus prædictis quoad forum conſcientiæ, & Zamoren. *loc. ſup. cit.* Raynald. *Syntax rer. crim. cap.* 10. §. 1. *&* 2. *num.* 53. *& ſeqq.* Merlin. Pignatal. *contr.* 19. *n.* 29. *& ſeqq.* & alios ab ipſis citatos.

Vulnera illata cum armis venenatis inferunt mortem, & ſi fuerint ex ſtudio, & doloſè venenata tenetur vulnerans etiam de veneno, quomodo autem, & ex quibus ſignis cognoſcantur vulnera venenata, vide Paol. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 7. *per tot.* Coſp. *in ſuo Jud. crim. part.* 3. *cap.* 57. *per tot.* dixi in *Pract.* §. *Ferite num.* 20. & in hoc opere §. *Venenum num.* Claud. Bonnet. *in Epitome Scanerti Pract. Medic. lib.* 5. *part.* 4. *cap.* 20. *per tot. fol. mihi* 884. ubi de ſignis diagnoſticis, & prognoſticis, & quòd omnia vulnera venenata ſunt periculoſa, & quo magis cordi vicina ſunt, eo magis periculoſa; curā- 15

tur

Digitized by Google

tur tamen pluribus modis, primò per subitā teli extractionē deindè per extractionē, vel evocationē ipsius veneni ad extra, per varias suctiones cucurbitulæ, avium, aut gallinarū sectarum per medium, & calentium vulneri applicatarum, per profundam scarificationem, si pars nervosa non sit, per ablutionem vulneris aceto, vel vino, in quo theriaca soluta sit, & aliis remediis, de quibus ille, & alii in jure periti.

16 Vulnera possunt esse ad mortem etiam sine sanguine, vel alio signo externo, valoti mediante flagellatione, fucellatione, & hujusmodi læsionibus vasa, sive membra interna disrumpentibus, ut benè explicat videndus Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 5. tit. 2. quæst. 10. per tot.* & dixi *in §. Ferite num. 11. in Pract.*

17 Vulnera, cicatricem, deturpationem, membrorum debilitatem, vel hujusmodi impedimentum relinquentia, sunt graviùs punienda tam de jure communi, quàm municipali, & talia dicuntur omnia vulnera mortalia, vel multum dubia, & periculosa, vel quæ crassos nervos offendunt, vel alicujus membri usum adimunt, de quibus plenè Paul. Zacch *d. tract. lib. 3. tit. 2. quæst. 4. per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 3. cas. 2. per tot.* ubi intelligit de cicatrice deturpante, & perpetua, etiamsi statutum simpliciter loqueretur, vide Basilic. *dec. crim. 44. n. 28.*

Plura de hac materia, & qualiter sint adhibendi periti, licèt Judex possit ab eorum judicio recedere, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 10. §. 1. & 2. n. 9. & seqq. per tot.*

Quæ autem propriè dicantur membra in corpore, de illorum mutilatione, impedimento, vel debilitatione, an mutilata possint aliquo modo reparari, & alia curiosa tradit idem Zacch. *d. tract. lib. 5. tit. 3. per tot.* dixi *in Pract. §. Ferite n. 12. & 13.* & in hoc opere *§. Membrum n. 1.* Mastril. *decis.* 168. ubi de statuto puniente abscindentem membrum, ut non habeat locum in abscindente digitum, nisi abscissio facta fuerit appostato modo, vel remaneat etiam debilitata manus, & quoad cicatricem intelligi de deformante, ac perpetuò remansura, & non de qualibet scissura, item ut si facta cum armis, secus si cùm lapide, quia tunc non esset locus pœnæ rigorosæ statuti, sed alia arbitraria mitior esset imponenda.

Sicut etiam cicatrix, quæ remansit ex imperitia medici, non imputatur vulneranti, Sebast. Medic. *de Cas. fort. part. 2. quæst. 2. n. 4.* Bart. *tract. de cicatr. vers. quintodec. cons. 415.*

De pœnis vulnerantium, attenta vulnerum qualitate juxta dispositionem statutorum Civitatis Florentiæ dixi *in Pract. §. Ferite num. 26. & seqq. per tot.*

18 Vulnera sanguinem emittentia, sive manantia coram occisore, an, & quale faciant indicium contra prætensum homicidii reum, plenè Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. lib. 5. tit. 2. quæst. 8. per tot.* ubi post plura de veritate hujusmodi præsumptionibus, & causæ, concludit nullum facere indicium, cùm etiam coram innocentibus, & homicidii nesciis possit sanguis ex cadavere levi ea causa emanare, & interesse medicorum esse hanc partem sustinere, aliàs ipsi pluries rei homicidii suorum ægrotantium detegerentur; sed hoc indicium facilè evitant se absentando ab infirmis post illorum desperatam salutem, & eosdem relinquendo in manibus Patrum Spiritualium, & nunquam cadavera invisendo, de quo indicio, illius causa, & experientia videndi sunt etiam Scipio Mercur. *in sua Cemar. lib. 2. cap. 40.* Cospi. *in suo Judice Crim. par. 3. cap. 30. n. 22. 23. & per tot.* Boer. *dec.* 166. Menoch. *de arbitr. cas.* 270. Thes. *decis.* 173. Farinac. *qu. 52. n. 154. & seqq.* Martin. del Rio *Disquis. Magic. lib. 1. cap. 3. qu. 5. vers. sextò cadaver*, & alii per eos relati, Caren. *de Offic. S. Inquis. part. 2. tit. 12. §. 22. fol.* 190.

19 Vulnera, vel alii morbi an solo contactu, visu, voce, afflatu, osculo, vel nudo lintei applicatione naturaliter sanari possit, & alia mira hujusmodi perfici, vel an potius sint remedia superstitiosa, latè Martin. del Rio *Disquis. mag. lib. 2. cap. 3. qu. 4. per tot. fol. mihi* 20. *&c.*

20 Vulnera sclopetorum secundùm aliquos reputantur venenata, secundum alios empyreuma, & combustionem habentia; sed veritas est (nisi globi, sive pilæ sint veneno infectæ) nullam qualitatem veneficam, sive combustivam continere, sed esse tantùm cum insigni contusione, ac summa partis offensæ dilaceratione, & sic aliam malignitatem ex pulvere, pyrio, vel globo non habere; de signis, particulari curatione, & medicamentis hujusmodi vulnerum, Claud. Bonnet. *in Epitome Sennerti Pract. Medic. lib. 9. part. 4. cap. 19. per tot. fol. mihi* 884.

Gravius tamen ubique, & præcipuè in statu Florentino puniuntur hujusmodi vulnera cum sclopetis, sive archibusiis illata, ut dixi *in Pract. §. Ammuzzare num. 1. §. Homicidium num. 50.* & in hoc opere *§. Affectus num. 5.* cum ibi citatis, *& in §. Homicidium num. 1.*

Plura etiam de vulneribus per fracturam ossium diversorum corporis, ac luxationibus, eorumque curationibus, idem Bonnet. *in d. Epitome Sennerti lib. 5. part. 5. & 6. per tot. fol. 887. & seqq.*

Vulnera an evitari possint, seu se invulnerabilem, vel impenetrabilem reddere per arcana, sive secreta, quæ circumferuntur inter milites, & vocantur sigilla, sive pentacula variis figuris, & caracteribus insignita; dic in primis, Christianis hæc esse omninò prohibita, cùm sint contra legem Dei, quæ vetat alienos colere Deos, nam si quid operarentur, id profectò ex pacto explicito, vel implicito cum Diabolo procederet, vel ex imaginationis vi, donec casus evenerit; sed nullam vim habere, ac deceptiones esse, quotidiana docet experientia ad tradita per Claud. Bonnet. *in d. Epitome Sennerti Pract. Medic. lib. 5. part. 4. cap. 23. fol.* 886. 21

De vulneribus, & vulnerantibus nonnulla Bertach. *Repert. verb. Vulnus*, Joseph Feliv. *Margar. var. conclus. eod. verb.* Thoro *Comp. decis. Neap. part. 1. verb. Vulnerans*, Gomez *lib. 3. var. resol. cap. 3. num. 28. & seqq.* Cresp. de Valdaur. *observ. 78. per tot.* Farinac. *quæst. 128. per tot.* Cyriac. *contr.* 394. & alii citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Vulnus*, & à Com. August. Fontan. *Biblioth. Legal. part. 5. eodem verb. fol.* 833. Cortiad. *dec.* 99. 100. 101. 102. 103. 104. ubi de vulnerantibus quoad immunitatem consequendam. Carpzou. *in Prax. criminal. qu.* 26. 22

Statutum puniens vulnerantem non intelligitur de vulnusculo Tartaglia *de reservat. Statut. art. 20 n. 21. & 23.* Pœna in hoc crimine per se levis; juxta Tribunalium consuetudines, & solet esse pecuniaria Valdaur. *obser. 78. part.* 2.

Vulnerato aliquo Judex qualiter informationem sumet. Carol. Ant. De Luc. *in prax. crim. cap. 19. n. 3. pag.* 293. 23

Vulneratus si nolit patefacere delinquentem qualiter Judex se geret. Clar. *in §. fin. qu. 5. in princip.* Carol. Ant. De Luc. *in prax. crim. d. c. 19. n. 5.* 24

Vulnerato examinato deinde defuncto, an postea examinandi sint attinentes. Carol. Ant. De Luc. *ibid. n. 5.* 25

Vulneratus si quis fuerit, & non moriatur absque eo, quod vulnera inspiciantur, an sufficiat denuntia Medici, sive Jurati, & examen ipsius offensi. Carol. Ant. De Luc. *in prax. crim. cap. 4. n. 7. vers. Si quis vulneratus pag.* 263. 26

Vulnerato aliquo an laudabilis sit mos Judicum non accedendi ad videndum Cadaver post ejus mortem, dum formavit processum de vulneribus Petrus Zambon. *cap. 6. n. 2.* Carol. Ant. De Luc. *in prax. crimin. d. cap. 4. dict. vers. Si quis vulneratus in fin.* 27

Vulnera an sint lætalia, dum vulneratus obiit, an comendabile sit examinare Medicos vivente vulnerato vel defuncto. Guazzin. *defens. 4. circa corpus delicti cap. 20. n. 19.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas.* 275. Carol. Ant. De Luc. *loc. prox. cit. vers. Ridiculum.* 28

Vulnerato defuncto, & corrupto quid agendum. Conciol. *resol.* 3. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Crim. cap. 4. n. 5.* 29

Vulnera describere, vel describi facere debent Judices in visitatione cadaveris occisi. Zuff. *de legit. process. Crim. lib. 2. q. 13. n. 3.* 30

Vulnus est perpetua privatio resultans ex acto transacto Zuff. *loc. cit. q. 18. n. 3.* 31

Vulneratus in uno loco, & mortuus in alio, à 32
quo

Digitized by Google

quo Judice puniatur Bart. *in leg. bello ff. de excusat. tutor.* Altimar. *de Nullit. rubr. 9. quæst. 26. nu. 114. tom. 1.*

33 Episcopus non potest dare licentiam Judicibus Secularibus examinandi vulneratos in Ecclesia. Grescia. ad Anceciol. *obser. 9. n. 9. part. 1. pag. 24.*

34 Per inspectionem vulneris prœventio non inducitur Brunneman. *in Pandect. lib. 5. tit. 1. leg. 30. n. 20. tom. 1.*

35 In rixa plures vulnerantes vel occidentes, omnes tenentur in solidum. Carpzov. *part. 2. dec. 190. n. 16. & seq.* Brunneman. *in Pandect. lib. 9. tit. 2. l. 11. n. 2. tom. 1.*

In expensas quilibet pro virili condemnatur. Brunnemann. *d. lib. 9. tit. 2. leg. 11. n. 3.*

Potius illius qui nihil in bonis habet cæteros aggravat. Brunnemann. *loc. sup. cit. n. 4.*

Plures vulnerantes, unde mors secuta, omnes ex lege publica tenentur. Gail. *lib. 2. obser. 4. num. 17.* Carpzov. *in pract. crim. quæst. 25. per tot.* Brunnemann. *loc. cit. n. 6.*

Si constet, cujus ictu perierit, ille tantum tenetur, licèt animus non adfuerit. Menoch. *lib. 2. cas. 362. n. 4.* Brunnemann. *loc. cit. n. 7.*

36 Vulnerata via executiva agendum via ordinaria. Angel. *de legit. contradict. quæst. 2. tit. 6. nu. 199.* Rot. post Zuff. *de legit. process. Crim. dec. 71. nu. 9.* Ridolphin. *p. 1. c. 8. n. 223. & 224.*

§. UXOR. XXVIII.

1 UXor propriè dicitur post contractum matrimonium per verba de præsenti, nam sponsa non venit appellatione uxoris in odiosis, & tantò minus si sponsa sit adhuc impubes, Bald. *cons. 197. in fine lib. 5.* Tiraquel. *de leg. connub. glos. 2. n. 1. & n. 18. & seqq.* Tusch. *litt. V. concl. 385. & litt. M. concl. 87.* Paul. Christin. *dec. 124. n. 10. & seqq. vol. 3.*

Qualiter uxor dicatur socia viri, quas operas illi præstare teneatur, & alia plenè idem Tusch. *lit. M. concl. 88. & lit. V. conclus. 386.* Alex. *cons. 133. per tot. lib. 4.* Bald. *cons. 299. lib. 1.*

Quòd uxoris appellatione, & nomine propriè veniat illa, quæ matrimonium contraxit per verba de præsenti, etiam si nondum sequuta sit copula, & ideò statutum prohibens legari uxori locum habeat etiam in sponsa per verba de præsenti, intelligendo in materia favorabili, vel saltem indifferenti, secus in materia odiosa, & ubi essemus in mere favorabili venirent etiam sponsi, vel sponsæ per verba de futuro, Barbos. *de appell. verb. signif. appell. 279. per tot.* ubi etiam quod sub nomine uxoris venit quæ est de præsenti, & non quæ fuit; licèt adhuc vidua sit, vide *in §. Vidua nu.* Paul. Christin. *d. decis. 124. num. 10. & seqq. vol. 3.* Ricc. *Collect. 518.* Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vir, Uxor,* ubi multa de materia remissivè. Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 35. sect. 2. n. 136. tom. 5.*

2 Uxor dicitur de foro mariti, illius domicilium, & civilitatem acquirit, & tam in favorabilibus, quàm in odiosis comprehenditur in statuto loci viri loquente de civibus, vel aliter disponente, licèt aliàs esset forensis, & hoc virtute matrimonii, per quod efficitur una caro cum viro, licèt non fuerit traducta, & licèt efficiatur vidua donec vidualiter vivit ad tradita per Gratian. *discept. for. cap. 609. n. 32. cap. 623. nu. 3. & per tot.* Sperel. *dec. 157. per tot.* Said. *dec. 330. per tot.* ubi quòd ideò non potest dici forensis, & est capax cujuscumque acquisitionis non obstante statuto prohibente alienari in forenses, etiam si sit vidua; ita ut retineat hoc privilegium jam quæsitum, & traductum, etiam si transierit ad secunda vota, Soccin. *cons. 81. nu. 3. lib. 3.* Cabal. *cons. dec. 125. n. 13. & 14. lib. 2.* Rot. *part. 17. rec. dec. 188. n. 7. & seqq.* ubi quòd mulier licèt alibi nata virtute matrimonii efficitur de origine, & incolatu mariti, verè propriè, & non fictè, & habetur ac si nata esset in loco ipsius mariti, & *part. 18. tom. 1. decis. 9. num. 2. & dec. 431. & 557. tom. 2.* Addo Rot. *rec. part. 19. dec. 461. n. 7. tom. 2.* Infra *in novissim. addition.* Grescin. *n. 71.*

Qualiter gaudeat privilegiis viri, vide in *§. Clerici n. 73. in fine, §. Eques num. 3. §. Vidua nu. 1.* latè Francisc. de Amaya *in l. ult. C. de incolis per tot. fol. 339. &c. lib. 10.* Thom del Bene *de immunit. part. 1. cap. 1. dubit. 11. sect. 4. per tot. fol. mihi 30. & cap. 4. dubit. 23. fol. 195.* vide de Carmin. *dec. Sen. 20. n. 18. & 19.* Cottiad. *dec. 8. à num. 507.* Rot. *dict. dec. 461. n. 7. part. 19. tom. 2. infra in novissim. addit.* Grescin. *n. 93.*

Quòd sortiatur forum tantùm in loco domicilii viri, nec conveniri possit in loco originis, etiamsi ibi reperiatur, Altograd. *cons. 97. nu. 37. & seqq. & num. 106. & seqq. ad 112. lib. 1.* ubi late declarat, & sequitur prædicta Cabal. *cons. dec. 125. lib. 2.* ubi quòd efficitur de domo viri, ejus forum sortitur, & propriè dicitur civis loci mariti, quoad omnia, ac gaudet omnibus illius privilegiis, etiam effecta vidua, ac ideò licèt sit oriunda de loco gabellæ subjecto, non tenetur ad illam, si maritus sit de loco à gabella exempto; & alia remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vir, & Uxor lib. 10. &c.* vide Altimar. *de nullit. rubr. 10. quæst. 14. à n. 62. tom. 2.*

Quod uxor sequatur forum viri an procedat in foro, quod marito competit ex speciali privilegio, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 13. n. 20. & seqq.* Franc. *dec. 363. & dec. 416.* ubi an retineat privilegium conveniendi alios in foro suæ originis, quod facit pro mulieribus Neapolitanis, & Florentinis nuptis exteris, & videtur quòd non, Cavett. *cons. 271.* latè Donad. *tract. de renunciat. cap. 10.* ubi an possit tali privilegio renunciari, Sanfelic. *in Prax. sect. 7. nu. 18. & seqq.* Francisc. de Amaya *loc. sup. cit. n. 12. & seqq.* ubi post plura in contrarium adducta concludit uxorem Equitis militaris ordinis, etiam in causis criminalibus esse conveniendam apud Judices mariti, quia privilegium mariti quantumvis personale suffragatur uxori, etiam in causis criminalibus, idem concludens in uxoribus Clericorum conjugatorum, familiarium S. Officii, & similibus, de quibus latè etiam Thom. del Bene *loc. sup. cit.*

Qualiter uxor sortiatur domicilium, & forum mariti, latè Card. Tusch. *litt. V. concl. 387. per tot.* Cabal. *cons. dec. 125. per tot. lib. 2.* Amaya *loc. cit.*

Licet sequatur conditionem, & familiam mariti, retinet suam nobilitatem, splendorem, & familiam, Gratian. *cap. 976. num. 26. &c.* vide *in §. Fœmina num.* Et si ipsa sit ignobilis, maritus verò nobilis ob contractum matrimonii efficitur nobilis, Menoch. *de arbitr. cas. 501. n. 26.* Sperel. *dec. 157. n. 10. &c.* Quid è contra vide *in §. Maritus n. 32. & §. Nobilitas n. 9.*

Quod uxor nobilioris viri præferenda sit uxori alterius viri minus nobilis, glos. & Bald. *in l. jubemus, C. de advoc. divers. jud. & in l. Gallus, §. quidam rectè de lib. & posth.* Rot. *part. 15. recent. dec. 210. n. 4. & seqq.* ubi quòd præcedentia, quæ competit viro competit etiam uxori adversus uxores aliorum quibus vir præcedit, quia uxores illustrantur, & coruscant radiis virorum.

Uxor licèt ut supra efficiatur subjecta statutis viri, tamen retinet etiam domicilium propriæ originis, & ligatur illius statutis in omnibus, quæ eam non abstrahunt ab obsequio, & servitiis mariti, quia prædicta procedunt tantùm respectu fori judicialis, latè Gratian. *discept. for. cap. 886. per tot.* Sperel. *dec. 157. n. 6. & 31.* Tusch. *d. conclus. 387. num. 2. & seqq.* facit quod habetur in *§. Civis n. 6.* Merlin. *decis. 825. nu. 14. & seqq.* Urceol. *Consult. for. c. 67. n. 2. vol. 2.* Rot. *part. 9. rec. dec. 66. n. 23. & seqq.* vide *in §. Statutum generale nu. 36. in fine & in §. Mulier nu. 49.* facit Ganavet. *dec. 45. cum pluribus seqq.* ubi plura an, & quando quis possit propriæ origini renunciare, & ab illa liberari, vel non. 3

Si tamen nulla bona in Civitate originis reliquit ad sustinenda onera desinit esse subdita, & habetur pro forense, nec potest in immobilibus succedere stante statuto prohibente alienationem, sive successionem in forenses, & non subeuntes onera Castr. *cons. 89. lib. 2.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 45. nu. 30.* Altograd. *cons. 97. per tot. lib. 5.* ubi de filia nupta,

qum

que licet videatur retinere civilitatẽ loci originis quoad aliqua tamen virtute hujusmodi statuti prohibetur succedere patri, vel matri in stabilibus existentibus in loco statuti, *& num.* 14. *& seqq.* qualiter, & ad quos effectus retineat civilitatem originis, vide Merlin. *d. dec.* 828. *nu.* 14. *& seqq.* facit quod dixi *in §. Privilegium nu.* 31.

Quòd mulier alibi nupta, statuto originis amplius non afficiatur, non attento an loquatur in rem, vel in personam, verius probat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 18. *n.* 75. *&c.* sed vide alium Merlin. *d. dec.* 828. *num.* 14. *& seqq.* Cabal. *cons. dec.* 125. *lib.* 2. ubi quòd ideò non tenetur ad gabellam impositam à statuto suæ originis, sed gaudet privilegio exemptionis existens in loco mariti, quia licet sit controversa opinio, dicitur habere duo domicilia, unum propriæ originis, alterum habitationis viri, primum retinet ad sui commodum tantùm, & sic in favorabilibus sibi, non autem in odiosis, & gravaminibus, alterum verò sequitur quoad omnia, & cum hac distinctione, opiniones conciliari,

4 Uxor qualiter teneatur sequi maritum in vita, & non in morte, in carcere, in peregrinatione, & hujusmodi, si tempore contracti matrimonii sciverit illius conditionem, cùm videatur illi consensum præstitisse, & suos mores approbasse, aliàs secùs si post matrimonium efficiatur vagabundus, & peregrinari velit, sive ad alium locum diversum se conferre ad habitandum, Castr. *cons.* 65. *lib.* 1. Bart. in *l. Mævia*, §. *Uxore*, *ff. de ann. leg.* Franc. Marc. *dec.* 738. *&* 740. *lib.* 2. Capell. Tholos. *decis.* 81. *cum Addit.* Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 396. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1789. ubi plura, *& Collect.* 1522. Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccles. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *fol.* 251. ubi qualiter uxor teneatur obedire marito, in superiorem agnoscere, operas præstare, fidem servare, &c. plura remissivè Callejon. *in Alphab. jurid. verb. Vir*, *& Uxor. num.* 9. *&c.* Vide infra *in novissim. addit.* Crescin. *n.* 68. Capre. *dec* 382. *n* 7. *part.* 1.

Quòd uxor teneatur sequi maritum, non obstante pacto in capitulis matrimonialibus inito, & juramento firmato de non discedendo ab aliquo loco, justa causa recedendi superveniente, veluti propter aeris intemperiem, infirmitatem, inimicitias, & hujusmodi arbitrio Judicis, Rot. *part.* 7. *rec. dec.* 417. *per tot.* vide *in §. Pactum nu.* 22. Rot. *part* 11. *rec. dec.* 35. *n.* 8. *&c. part.* 13. *dec.* 300. *per tot.* ubi quòd tenetur sequi non obstante pacto, quando viro supervenit nova causa, veluti mors patris, & deficientia provisionis in Urbe, ob quam vult redire ad domicilium suæ originis.

Quòd quando sequitur virum in militiam sive bellum euntem gaudeat privilegiis ipsius viri, ut dum est in castris non possit conveniri per tex. *in leg.* 1. *&* 2. *C. de uxor. milit.* secus autem si domi remanserit, quamvis, & in hoc casu gaudere debere privilegiis viri non incongruum videatur per rationem, quam allegat, licèt non sequatur Capyc. *decis.* 76. *per tot.*

An uxor infidelis teneatur sequi virum fidelem effectum, vel novum sibi conjugem eligere, & alia ad propositum, Sanch. *de matrim lib.* 7. *disp.* 77. *num.* 6. Barbos. *Collect. tom.* 4. *part.* 2. *Decreti causa* 28. *quæst.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. Dian. *part.* 3. *tr.* 4. *resol.* 263. *&* 264. vide in §. *Judæi nu.* 9. §. *Matrimonium num.* 24.

5 Uxor, vel maritus an, & quando possint religionem ingredi altero invito, & dissentiante, vide in §. *Maritus num.* 6. *&* §. *Matrimonium nu.* 28. Vide *infra in novissim. addit.* Crescin. *n.* 92.

Quòd uxor sit restituenda viro pendente lite super validitate professionis, & qualiter maritus sit manutenendus in possessione uxoris, Gratian. *discep. for. cap.* 850. *n.* 5. *& per tot.*

Quòd teneatur vitam maritalem facere cum viro, nec possit eo dissentiente religionem ingredi stante matrimonio jam carnali copula consummato, *c. verum de convers. conjug.* Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 93. *num.* 1.

An primis duobus mensibus possit denegari debitum matrimoniale, ex causa ingressus religionis, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 233.

Quòd si invita fuit carnaliter cognita à alio, possit nihilominus religionem ingredi, dummodò de hoc constet, cùm aliàs sponsa de præsenti semper præsumatur voluisse cognosci, quia fœminæ ad coitum sunt prcliviores, quam masculi, præcipuè in casu licito, Tiraquel. *de leg. connub. l.* 9. *nu.* 75. *& seqq. ad* 158. Rot. *part.* 2. *divis. decis.* 201. *in princ.* vide in §. *Maritus n.* 6.

6 Uxores plures eodem tempore nemini licitum est habere, nec mulieri plures viros, & quæ pœna puniantur contrafacientes ex lege antiqua divina, & evangelica, naturali, civili, & Pontificia, latè Menoch. *de arbitrar. cas.* 420. *per tot. ad n.* 130. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 98. *per tot.* 125. *&* 200. vide in §. *Mulier. nu.* 39. Tusch. *lit. M. conclus.* 144. *per tot.* Farinac. *de delict. carn. quæst.* 140. *part.* 1. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 214. *n.* 6. *&c.* ubi tantum de nullitate matrimonii secundi, & Sanchez. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 80. *per tot.* Vivian. *commun. opin.* 1057. ubi quòd si delictum fuisset pluries iteratum posset puniri pœna ultimi supplicii, juxta Gramm. *vot.* 17. aliàs autem pœna stupri, ut per Boss. *tit. de coit. punib. n.* 78. Clar. in §. *Fornicatio verſ. Dicitur autem*, Sousa in *Aphor. Inquis. lib.* 1. *cap.* 35. *per tot.* latè Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *fol.* 620. *& seqq.* Cartar. *dec. crim.* 90. *per tot.* ubi quid si probaverit primam uxorem ubi functam per testes falsos. Vide Ansald. *dec.* 14. *num.* 19.

Plura de Polygamia, & ejus pœnis, quando quis possit excusari, vel non, ad quem spectet cognitio, & alia, Caren. *de S. Offic. part.* 2. *tit.* 5. *per tot.* Marc. Ant. Genuen. *Prax. Episc. cap.* 68. *n.* 13. Farinac. *quæst.* 8. *n.* 127. *q.* 140. *n.* 24. *& quæst.* 178. *n.* 71. Tondut. *de prævent. par.* 2. *cap.* 28. *nu.* 19. *& seqq.* Thoro Comp. *dec. Neap. par.* 1. *verb. Uxor*, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 2. §. 1. *nu.* 118. *& seqq.* Nicoli. *Instit. Imper. tit. de nupt. à n.* 52.

Quòd hujusmodi delicti cognitio spectet ad judicem sæcularem probat Franch. *dec.* 36. *num.* 4. ubi etiam testatur de consuetudine, de quo vide Amendol. & alios Addentes, ac Vivi. *comm. opin.* 1057. *num.* 2. *& seqq.* ubi videtur contrarium tenere ex eodem Franch. *dec.* 52. ubi tamen non loquitur de hoc puncto, sed de causis matrimonialibus quoad jus, & fœdus matrimonii, in quo sumus concordes, secus autem in punitione delicti prædicti.

Contrahentes binas nuptias eodem tempore tanquam de hæresi suspectos, ratione hujusmodi suspicionis esse judicandos per Ecclesiasticum Judicem, privativè quoad sæcularem, cessante autem dicta suspicione, ut quia constet factum potius ex concupiscentia, vel alia passione, quàm quòd malè sentiant de fide, esse locum præventioni inter judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, tamquam de delicto mixti fori, Arnald. Albert. *de Agnosc. Catol. Instit. qu.* 23. Farinac. *quæst.* 8. *n.* 127. *& quæst.* 178. *nu.* 71. Genuen. *in Prax. Archiep. Neap. cap.* 68. *num.* 12. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 11. *nu.* 26. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 130. *fol.* 84. vide Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 4. ubi pluribus diversimodè sentientibus relatis, videtur concludere cognitionem dicti criminis spectare ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis privative quoad Judices laicos, & ita esse declaratum per Summum Pontificem, qualiter hujusmodi delinquentes abjurare teneantur, torqueantur ad declarandam intentionem, quibus pœnis afficiantur, & alia de hac materia, *& resol.* 3. ubi de Clericis sacris ordinibus initiatis, & aliis Religiosis matrimonium inauntibus, vide in §. *Clericus num.* 71. Sousam *in Aphor. Inquisit. lib.* 2. *cap.* 31. *per tot.* Francisci de Magistr. *loc. sup. cit. n.* 8. *& seqq.* ubi quòd licèt sit communis opinio, hoc delictum Polygamiæ esse mixti fori, tamen hodie ad solos Inquisitores spectat, vel etiam ad Episcopos, qui tamquam ordinarii possunt cognoscere omnes causas jure ordinario, quas possunt cognoscere Inquisitores jure delegato, & quòd Franch. *d. dec.* 36. vel decipitur, vel loquitur secundùm consuetudinem, sive potius abusum in Regno existentem, & alia ad rem, ego

au-

autem cum dicta distinctione, quæ tot sequaces habet transeundum putarem, salvo semper, &c.

7 Uxor propter culpam mariti recedens ab eo, & secum litigans, pendente lite est alenda, & debet habere sumptus litis à marito, cujus bona pro dictis alimentis sunt tantùm hypothecata, Afflict. dec. 10. Mant. *de fidejuss. part. 1. sect. 2. cap. 4. in fin.* Gratian. *discept. forens. cap. 552. n. 44.* Sperell. *dec. 138. per tot.* ubi etiam quid si habeat patrem divitem, vel possit vivere ex artificio, adde Merlin. *dec. 3. per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect. 9.* ubi qualiter possit repetere dotem, & si ejus fructus non sufficiant petere etiam alimenta extra domum. Vide De Comit. *dec. Sen. 29. n. 1.*

Quando dicatur malè tractata, & qualiter sit tractanda à marito juxta qualitatem personarum, Menoch. *de arbitr. cas. 501. n. 20. &c.* Altograd. *cons. 23. n. 1. &c. lib. 2.* vide *in §. Maritus nu. 2. 3. & nu. 29.* Rot. *part. 13. rec. dec. 199. & 270.* ubi latè quando sit locus separationi thori, vel non.

Quòd si uxor ex propria culpa à viro recedat, non sit tunc ab eo alenda, nec possit ipsa etiam ex famis necessitate dotem alienare, quia illius dominium penes virum residet, Bald. *cons. 53. lib. 5.* Natt. *cons. 547. n. 19.* Altograd. *cons. 26. nu. 1. &c. lib. 2.* vide Sperel. *dec. 158. nu. 22. & seqq.* Quoad primam partem *add. Dexart. dec. 6. n. 4.*

Quando uxor sit alenda extra domum viri, vel non, latè Card. Tusch. *litt. V. conclus. 397. per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect. 9.* Bich. *dec. 11. per tot.* ubi quòd si de consensu viri discessit à domo, vel si eam redeuntem vir noluit admittere, tenetur illam extra domum alere, cùm his casibus videatur obsequia conjugalia remisisse, ob quæ esset in domo alenda. Vide De Luc. *de Legat. disc. 69. n. 3. & 4.*

Qualiter uxor sit alenda à viro, & an è contra ipsa teneatur virum suum inopem alere, latè Surd. *de aliment. tit. 2. quæst. 32. & seqq.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 2. part. 5.* ubi etiam qualiter uxor dives teneatur alere virum inopem, etiam bannitum, vel in triremibus servientem.

8 Uxor malè tractata à viro potest petere ab eo cautionem de non offendendo, ad quam per judicem erit cogendus, attenta facti, & personarum qualitate, quia ubi sævitia esset magna, ita ut uxor sine periculo vitæ non possit cohabitare cum viro, non esset cogenda, etiam præstita hujusmodi cautione, sed deberet separari, & custodiri in loco tuto donec lis decidatur, & interim alenda à viro, quia in arduis nemo compelli potest se committere fragilitati cautionis, Maer. *de fidejuss. part. 1. sect. 2. c. 4. n. 179. &c.* Sperel. *dec. 139. per tot.* Card. Tusch. *litt. V. concl. 402. per tot.* Gratian. *discept. forens. c. 738. n. 47. & seqq. ad 75.* ubi etiam quando dos in hujusmodi casibus sit restituenda, *& cap. 857. nu. 10. &c.* vide *in §. Maritus num. 4. & §. Matrimonium nu. 19.* latè Rot. *part. 13. rec. dec. 199. & 270. per tot.* ubi aliæ concordantes decisiones allegantur, *& part. 14. decis. 514. per tot.* Sanfel. *in Praxi sect. 9.* Thom. Trivil. *decis. 45. lib. pr.* ubi tamen quòd potest moderatè corrigi non obstante dicta cautione, quæ aliàs tamquam contra bonos mores esset nulla. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. n. 640. vers. sic etiam tom. 5.*

Ex quibus causis possit uxor à viro divertere, & divortium petere, dixi *in §. Matrimonium num. 19. & §. Mulier n. 54.*

9 Uxor, quæ tempore infirmitatis recepit medicinas, & alimenta in domo patris, tenetur ipsa, & maritus restituere, & solvere patri repetenti, Pract. Pap. *act. ad dotem, & usumfr. glos. Ac etiam alimentis.*

10 Cogita quia cùm pater non fuerit protestatus de repetitione, potest præsumi ratione sanguinis donasse per tex. *in l. Nesennius, C. de neg. gest.* vide *in §. Alimenta n. 3.*

11 Uxor receptans, & alens virum bannitum, vel rebellem non punitur pœna receptatorum, Cravett. *cons. 309. nu. 2. &c.* Tusch. *litt. V. conclus. 396. n. 8.* Cabal. *resol. crimin. cas. 278. num. 9.* vide *in §. Bannitus num. & §. Statutum pœnale num.*

12 Uxor donans viro ob nimiam reverentiam, & subordinationem, contra propriam voluntatem præsumitur donasse, & corruit legatum, Afflict. *decis. 69. num. 2.* Gratian. *discept. for. cap. 108. nu. 14. & 52.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. nu. 114. & de arbitr. cas. 291. num. 11.* Franch. *decis. 180.* facit latè Altograd. *cons. 24. per tot. lib. 2.* vide *in §. Legatum num. & §. Metus num.*

Uxorem occidens remanet sine spe futuri matrimonii absque dispensatione, & gravius punitur à canone, quàm si matrem interfecisset, *cap. interfectores, & cap. admonere 33. quæst. 2.* Roland. *de dot. quæst. 61. num. 17. &c.* Rebuff. *in prax. benef. reg. Cancell. de dispensat. in grad. consanguin. glos. 5. nu. 33.* vide Pac. Jordan. *Lucubr. vol. pr. lib. 3. tit. 7. nu. 228. &c. fol. 253.* Frances *consult. moral. 5. per tot.*

Alia crimine impedientia matrimonium refert Dian. *part. 3. tract. 4. resol. 259.* ubi tamen quòd hujusmodi impedimenta criminum sunt per desuetudinem sublata, & si quis haberet scrupulum possunt per Episcopum tolli, & dispensari.

Quid autem si homicidium ab adultero, vel adultera fuerit perpetratum animo, & intentione contrahendi matrimonium inter se, an si ea intentio non sit exterius nota, inducat impedimentum dirimens, & an promissio adulteri ficta, Dian. *part. 9. tract. 7. resol. 25. & 26. & part. 10. tract. 13. resol. 51.* ubi quid si ignoraverint dictum impedimentum dum commiserunt adulterium, vel homicidium, & concludit opus esse dispensatione, vide Ricc. *Collect. 3989.*

Quod adulterium solùm, & simplex non obstet matrimonio postea inter adulteros contrahendo, nisi sit cum machinatione mortis alterius conjugis, vel cum fide data de contrahendo matrimonio post conjugis mortem, Sanchez. *de matrim. lib. 3. disput. 78.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 337. vers. Quartò &c.* Raynald. *Syntax. rerum crim. cap. 6. §. 1. numer. 68. et seqq.* ubi tenet cognitionem criminis exoriendi ex dictis causis spectare ad Judices Ecclesiasticos interdentes; Sed hoc deberet intelligi data præventione, ut in numeris seqq. in similibus casibus, & adhuc dubitari potest de hujusmodi assertione per notata *in §. Abortus n. 9. et §. Meretrix n. 9.* Barbos. *in cap. significasti 2. de eo qui duxit in matrim. quam pollu. per adult.* Basil. Pont. *de Imped. matrim. cap. 27. in prin.* Coller. *decis. 176. n. 30.* De Angel. *de Confess. lib. 2. quæst. 6. nu. fin. tom. pr.* Pen. & Crescin. *decis. 210. et decis. 211. per tot.*

Uxor non potest renunciare hypothecæ super bonis viri, nisi supersint alia super quibus satisfieri possit, aliàs tempore restitutionis potest habere recursum ad bona renunciata, Pract. Pap. *Act. real. glos. veris, et legitimis num. 44. lit. N. in Addit. et respons. act. hypoth. glos. exceptionem n. 29. et in libell. donat. glos. pr. num. 14. ubi Addit.* Afflict. *decis. 311. 303. et 336.* Rodriquez *de concur. credit. art. 1. num. 30. etc.* Magon. *decis. Flor. 68. n. 6.* Altograd. *cons. 25. num. 28. lib. 2.* vide *in §. Mulier num. 27. etc.* 13

Si tamen renunciaret ex famis necessitate valeret renunciatio, licèt non supersint alia bona, Gratian. *discept. forens. cap. 108. num. 15.* Diaz. *reg. 799.* ubi tribus modis dictam principalem conclusionem limitat.

Quòd in casu famis, & extremæ necessitatis possit totam dotem obligare, & alienare pro alendis se, viro, & filiis, probat Ursaol. *Consult. forens. cap. 24. num. 45.* ubi allegat Gait. *de credit. cap. 7. num. 961.* Merlin. *de pign. lib. 2. quæst. 18. num. 87.* Cyriac. *contrav. 296. num. 22. etc.*

Quòd propter famis necessitatem pro alenda se, & familia possit validè fundum dotalem vendere, & alienare, imò teneatur etiam de bonis paraphernalibus alere virum in casu necessitatis, Gratian. *discep. forens. cap. 107. num. 10. etc. cap. 952. num. 2. etc.* Altograd. *cons. 26. nu. 4. et per tot. lib. 2.* ubi intelligit, adhibitis solemnitatibus à statuto requisitis, vide *in §. Fundus num.*

An uxor vendens unà cum viro bona viri, transferat in emptorem jura sua dotalia, dic quòd si simpliciter consensit pro omni suo jure, & interesse, censetur tantùm remittere hypothecam super bonis venditis, & potest dotem consequi in aliquis bonis

viri, & idem est etiam si cesserit jura sue emptori, cùm etiam tunc censeatur adhibita dumtaxat ad cautelam emptoris; si verò ulteriùs promiserit de evictione cum obligatione Camerali tamquam principalis, & insolidum transferat jura in emptorem, ut benè distinguit, & declarat Rot. *in Imolen. fructuum census Veneris* 4. *Martii* 1672. coram Albergato post Urceol. *tract. de transact. decis.* 29. & habetur *part.* 19. *rec. decis.* 352. vide *in §. Mulier num.* 18. *recent. decis.* 291. *et part.* 19. *decis.* 187. *&* 239. in eadem causa, ubi quòd quando uxor in venditione facta à viro se obligavit nomine proprio, ac uti principalis, & insolidum, potest emptor illius juribus uti ad cæteros viri creditores expellendos. Vide infra *in novissim. addit.* Ciescin. *n.* 79.

14 Uxor, vel filii non possunt conveniri pro debito à marito, vel patre contracto, nisi sint illius hæredes, vel nisi probetur versum in eorum utilitatem, & maritum, vel patrem non esse nec fuisse solvendo tempore debiti contracti, quia tunc in eo cessabat obligatio alendi uxorem, & filios, vel nisi agatur de pensione domus, ad latè tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 107. *per tot. cap.* 108. *num.* 6. *cap.* 733. *nu.* 6. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 3. *n.* 13. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 212. *nu.* 4. *&c.* Colla *de remed. subsid. remed.* 12. pulchrè Urceol. *Consult. for. cap.* 14. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & versionem esse probandam, vide *in §. Filius* n. 28. latè hincindè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 35. *num. pr. & seqq.* Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib. pr. qu.* 9. *nu.* 45. *&* 46. ubi quòd non sufficit confessio inopiæ facta libello repetitionis.

Contrarium quòd imò nec uxor, nec filii teneantur, etiam stante dicta versione probat, & sequitur Dian. *part.* 6. *tract.* 7. *resol.* 20. *per tot.* & alios pro hac parte allegavi *in d. §. Filiatio nu.* 28 vide Pacion. *loc. cit.* ubi videtur concludere, ut teneantur tantùm in subsidium, & quando commodum receperunt titulo lucrativo, ad ratam illius, an aliis modis etiam declaret, & quomodo teneantur post mortem viri, vel patris respectivè continuando habitationem, de quo etiam Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 17. *per tot.* Costa *d. remed.* 12.

Quòd uxor, & filii, etiam sine probatione versionis in eorum utilitatem possint in subsidium conveniri pro pecunia viro, vel patri mutuata tempore penuriæ, quia tunc versio præsumitur, Gratian. *discept. forens. cap.* 94. *num.* 13. facit Cabal. *cons. decis.* 2. *lib.* 1. vide *in §. Versio n.* Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 38. ubi qualiter teneantur ob æquitatem, *l. si me & Titium, ff. si cert. pet.* dummodò non plus æquo graventur, & universis facultatibus non priventur, ac ob id partes amicabiliter sæpè composuisse, & concordasse. Vide infra *in novissim. addit.* Ciescin. *n.* 82. *&* 83.

Quando uxor teneatur pro marito, & è contra maritus pro uxore, vel non, vide *tot. tit.* cum glos. & DD. *C. ne uxor pro marito, &c.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 17. *vol.* 3. ubi tàm in civilibus, quàm in criminalibus, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 518. Cabal. *cons.* 139. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 1. ubi quòd maritus non tenetur pro uxore, quia nemo tenetur ex alterius contractu, cui non consensit, & plura ad eam remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Vir, uxor n.* 23. *& seqq.* Abeccles. & Ciescin. *observ.* 160. *pars. pr.*

15 Uxor licèt aliàs non possit pro viro fidejubere, vel se obligare, etiam cum solemnitatibus statutariis, & licèt fateretur ad se pecuniam pervenisse, ut dixi *in §. Mulier num.* 18. & latè probat Mart. Medic. *decis.* 93. *per tot. cum Addit.* Card. Tusch. *litt. V. concl.* 390. Vide Ansald. *dec.* 60. *n.* 20.

Tamen pro redimendo viro captivo, vel à carceribus sive impediendo ne vadat ad carceres, vel pro alia causa pietatem concernentem potest se obligare, & fundum dotalem alienare, imò in casu necessitatis posset maritus ex se hoc facere, etiam uxore invita, dummodò non remaneat prorsus indotata, Gratian. *discept. forens. cap.* 108. *per tot. cap.* 952. *per tot.* Surd. *decis.* 86. Franch. *decis.* 578. ubi etiam quid in matre pro filio, & in filia pro patre, Cabal. *cons. decis.* 2. *lib. pr.* Sanfelic. *decis.* 133. *per tot.* Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 301. ubi idem favore fratris, & pro impediendo incursu censurarum, vide *in §. Senatus, C. n.* 3. *&* 4. *§. Mulier num.* 19. Rot. *par.* 18. *recent. decis.* 462. *num.* 2. *& seqq.* ubi sustinetur obligatio uxoris pro viro, etiamsi ejus creditores non urgeant, nec immineat carceratio, cùm sufficiat executio parata vigore obligationis Cameralis, & in quibus terminis procedant decisiones, & doctrinæ, *& decis.* 778. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 2. *Claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 7. *fol.* 413. Vide Nicoli. *Instit. Imper. tit. de fidejussor. n.* 14. *limit. pr.* Bertachin. *vot.* 86. *n.* 5. *&* 6.

Quòd debeat habere salvam saltem medietatem suæ dotis, Gratian. *discept. forens. cap.* 923. *nu.* 10. *&c.* vide *in §. Muliere num.* 20. latè Altograd. *cons.* 26. *num.* 8. *& per tot. lib.* 2. ubi pluribus relatis sequitur omnia prædicta adhibitis tamen solemnitatibus à statuto requisitis, quibus accedentibus unà cum juramento videtur asserere sub *num.* 22. quod possit etiam tota dos ex dictis causis alienari, sub *num. tamen* 19. *et* 20. videtur limitare nisi carceratio esset ex delicto, procurata, dolosa, & affectata. Censal. *dec.* 10. *n.* 2. Bertachin. *loc. supra cit.*

De uxore vendente una cum viro, an transferat in emptorem jura dotalia, & alia ad rem dixi *in §. Conjuges num. pr. & §. Mulier num.* 18.

Uxor non potest disponere de dote in præjudicium 16 viri, vel agnatorum, stante statuto, vel pacto illam deferente pro medietate viro, & pro alia agnatis, vel hujusmodi, Roland. *de dot. quæst.* 92. Thes. *decis.* 34. *& decis.* 106. Osasc. *decis.* 20. Gratian. *discep. forens. cap.* 251. *num.* 36. *cap.* 556. *per tot.* ubi firmat contrarium quando verba non sunt dispositiva, nec in agnatos directa, *cap.* 796. *num.* 23. *&c. cap.* 989. *n.* 24. ubi quòd non potuit privare virum usufructu illi debito vigore statuti super bonis maternis, vide *§. Extraneus num. pr. &c. §. Filius num.* *§. Forensis num.* *§. Statutum de lucro dotis num.* 22. & latè in meis *resol. cap.* 77. *per tot.* Ludov. cum Beltram. *decis.* 398. Bardellon. *cons.* 181. *per tot. lib.* 2. Mart. Medic. *decis.* 48. *num.* 10. *cum Addit.* Franch. *decis.* 196. *&* 491. *per tot.* Merlin. *decis.* 308. *n.* 9. *etc.* ubi plures decisiones concordantes allegantur, ex quibus uxor non potuit disponere de dote in præjudicium lucri vigore statuti marito debiti, & in terminis statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 131. deferentis lucrum totius dotis marito extantibus liberis saltem quoad usumfructum, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 384. *nu.* 4. *& seqq.* ubi distinguit, ut non possit præjudicare ex causa voluntaria, secus sentiens si æs alienum contraheret ex causa necessaria, & hoc modo opiniones concordari.

Quòd ex dispositione statuti Florentini habens filios non possit disponere de dote *Rub.* 129. *lib.* 2. possit tamen illis institutis per viam ultimæ voluntatis aliis legata validè relinquere, Magon. *decis. Flor.* 97. *n. pr. etc.* vide Castr. *in l. si eum dotem, ff. solut. Matrim. cons.* 82. *vol. pr.* Peregrin. *decis.* 79. *n.* 8.

An autem vidua possit disponere de dote, Alex. *cons.* 55. *lib.* 1. dixi *in resol. d. cap.* 77. *num.* 19. *&* 20. vide *in §. Vidua num.*

De pluribus quæstionibus circa statutum Senense, quòd non possit disponere ultra quartam partem, Mart. Medic. *Exam.* 29. *cum duabus decis. seqq. & Addit.* vide *§. Statutum generale num.* 53. *& §. Maritus num.* 13.

Qualiter autem uxor possit de aliis bonis suis validè testari sine viri licentia, latè Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 272. *per tot.* & quando secùs plura remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Vir, Uxor. num.* 53. *& seqq.*

Uxor, vel vidua per transitum ad secunda vota, 17 non amittit ea, quæ habuit à primo viro, quando ex illo non remanserunt filii, Afflict. *decis.* 61. *n.* 6. Alex. *cons.* 53. *n.* 12. *lib.* 7. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. *&c.* vide *in §. Dispositio nu.* *& §. Mulier num.* Dom. Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 23. *n.* 19. *&* 20.

Uxor, vel alius dotem promittens tenetur de evi- 18 ctione, quando dos incæpit à promissione, secùs si à traditione, & bona pro hujusmodi evictione sunt

taci-

Digitized by Google

tacitè obligata, Jas. *in §. Fuerat n. 32. Instit. de act.* vide Negus. *de pign. part. 2. memb. 4. num. 27. &c.* dini *in §. Evictio.*

19 Uxorem habens, si accedat ad aliam mulierem solutam, de jure canonico dicitur committere adulterium, de jure verò civili stuprum, nec potest pœna adulterii, sed stupri tantum puniri, Cabal. *resol. crim. cas. 32. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap. 35. nu. 20. et per tot.* ubi quod nec etiam tenetur pœna stupri si mulier sit vilis, & inhonesta, vide *in §. Adulterium num.* *et §. Stuprum nu.* Sed contraria sententia mihi magis arridet ex Carpzov. *in prax. criminal. quæst. 52. a num. 52.*

20 Uxor inops, & sine dote, vel modica, & maritus è contra, succedit unà cum liberis communibus, vel etiam alterius matrimonii si sint tres, vel pauciores in usufructu quartæ partis bonorum mariti, vel uxoris ab intestato, sive condito testamento decedentis, ubi verò liberi essent plures succedit cum illis in viriles portiones, & nullis liberis existentibus potitur hujusmodi quarta etiam quoad proprietatem, imputat tamen sibi omne relictum factum à conjuge, & non procedit in sponsa, etiam per verba de præsenti; nec quando conjux alterum conjugem interfecit, vel non curavit illi providere de alimentis, nec ubi matrimonium fuit injustum, & non duravit in bona gratia, sed fuit factum divortium, *Auth. præterea ubi DD. Cod. und. vir. & uxor.* Oinot. *Instit. de hæredit. quæ ab intestato defer. tit. de succ. inter vir. & ux. nu. 14. &c.* Viv. *comm. opin. 1055.* Franch. *decis. 318. 410. & 621.* Ricc. *Collect. 4. per tot.* Marsha *vot. Pis. 22. per tot.* latè Costa *de remed. subsidiar. remed. 2. per tot.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. pr. quæst. 23.* Rovit. *dec. 46. per tot.* ubi late disputat, an dispositio *d. Auth. præterea*, procedat ad favorem viri, & post plura contra virum animadversa ad ejus favorem concludit juxta magis communem opinionem, ut in hoc *num.* & quæ requiratur inopia, ac quomodo probata, ex cujus defectu resolutio fuit contra virum, & de materia *d. Auth. Præterea* planè Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 9. 10. 11. & 12. per tot. à fol. 148. ad 186.* ubi an ista quarta præcellat legitimam, Gratian. *discept. forens. cap. 120. per tot. cap. 131. nu. 37.* Tusch. *litt. V. conclus. 401. per tot.* Ansald. *cons. 72. n. 54. et seqq.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 9.* Cæsar. Barz. *decis. 126. cum pluribus seqq.* Rot. *part. 2. divers. decis. 222. per tot.* ubi quòd non procedit in uxore vili, & solita laborare, si potest eodem modo se alere, cùm non dicatur pauper, & alia, Rot. post Pacif. de Salvian. *decis. 174. per tot.* ubi plura Surd. *decis. 61. per tot.* vide *in §. Successio num. 8.* Rot. *part. 11. recent. decis. 138. per tot.* ubi quòd tale remedium est odiosum, exorbitans, & contra jus, nec conceditur nisi in subsidium, & probata omnimoda paupertate, ita ut nonnulli asserant sufficere si habeat panem, & aquam, &c. Paul. Christin. *decis. 197. volum 5.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 29.* ubi an possit petere supplementum dictæ quartæ, quando ei relicta sunt alimenta, & refert contrarias opiniones, *& d. tit. 9. quæst. 35. per tot. et quæst. 37.* ubi quæ dicatur pauper ad hunc effectum; de prædictis omnibus latè Hieron. Gala *tract. de restit. in integr. minor. deneg. quæst. 12. per tot.* ubi etiam quòd non competit restitutio in integrum adversus renunciationem dictæ quartæ, tanquam incertæ, & de jure quærendo, &c. late Add. ad De Franch. *loc. cit.* & præsertim Carol. Ant. De Luc. Brunnemann. *in d. Auth. præterea* Ansald. *decis. 54. n. 40.* Bertach. *vot. 169.* Farragl. *de reservat. stat. 34. n. 122.* Conciol. *allegat. forens. 9. et 10.* De Luc. *de successior. disc. 39 de Legat. disc. 10. n. 8.* Cabran. *lucubr. 31.*, ubi latissimè.

Quòd retineat dictam quartam etiam si ad pinguiorem devenerit fortunam, & ei supervenlant bona, Mangil. *de imput. quæst. 166. n. 7.* Altogr. *d. cons. 95. n. 38. lib. pr.* Paul. Christ. *d. dec. 197. num. 5. et seqq. vol. 5.* Martha *vot. Pis. 22.* Brunnemann. *loc. sup. cit.*

Quòd in dictam quartam non imputetur donatio inter vivos facta ante contractum matrimonium, Bardellon. *cons. 166. per tot. lib. 2.* ubi etiam alia circa imputationem, & compensationem cum hujusmodi quarta, vide in §. *Quarta num. 3.*

An verò filia fœmina, licèt à statuto exclusa concurrat cum masculis respectu dictæ quartæ, negativam firmat Surd. *decis. 8. per tot.* vide *in §. Filia nu.* Plura Hodiern. ad Surd. *dict. decis. 8.*

Uxor publicatis bonis viri non solùm repetit dotem à fisco, sed si esset indotata, vel modicam dotem haberet, posset de jure habere quartam in bonis sui mariti divitis juxta *Auth. præterea C. unde vir. & ux.* Cabal. *resol. crim. cas. 131. per tot.* ubi tamen in fine dicit nunquam vidisse practicari, & quòd ideò difficilè esset contra fiscum obtinere, Gratian. *discept. forens. cap. 110. num. 35. et per tot.* Portugal. *de don. Reg. lib. 3. cap. 26. num. 12. et seqq.* ubi multis citatis sustinetur de jure posse uxorem quartam in bonis mariti contra fiscum obtinere. Vide Cabrin. *dict. lucub. 31. n. 31.* 21

Potest etiã uxor, sicut alii creditores ratione suę hypothecę impedire devastationẽ domus viri, vel debitoris delinquentis, quando non adsunt alia bona, in quibus possint satisfieri de eorũ creditis, nisi fiscus solvat æstimationem, Farinac. *quæst. 116. nu. 35. & seqq.* Guaz. *de confisc. concl. 13. limit. 35. n. 19.* Mastin. *eod. tract. quæst. 31.* Gratian. *discept. forens. cap. 216 num. 75. & seqq.* Merlin. *de pign. lib. 3. qu. 75.* Conciol. *resol. crim. verb. Uxor resol. 1. per tot.*

Uxor quidquid acquirit constante matrimonio præsumitur acquisivisse ex bonis viri ad effugiendam præsumptionem turpis quæstus, *l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & uxor. l. etiam C. eod. cap. significavit extr. eod.* Magon. *decis. Flor. 43. num. 8. & 12.* Vivi. *commun. opin. 1058.* Card. Tusch. *litt. V. concl. 394. per tot.* Marr. Medic. *Exam. 44. & decis. 71. per tot. cum Addit.* Ricc. *Collect. 190.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 82. nu. 1. & seqq.* Rot. *part. 14. recent. decis. 188. n. 4. & seqq. & part. 17. decis. 30. num. 2. & seqq.* ubi de acquisitis intra annum luctus, *& decis. 224. n. 16. & seqq. & part. 18. dec. 365. per tot.* latè Carol. Marant. *controv. part. 4. respons. 84. per tot.* ubi quòd est præsumptio juris, à qua non potest recedi, nisi ex evidenti probatione contraria, vide Ansald. *decis. 84. num. 73.*, ubi hoc ipse limitat Rucc. Episc. *cap. 136. n. 5.* ubi pariter hoc limitat. 22

Et ideò viro, ac ejus hæredibus acquiritur, nisi fiimus in concubina, vel vidua, post annum luctus, vel in uxore, quæ probet habuisse ab amasio, vel ab aliquo suo consanguineo, sive aliundè ex sua industria, Mysing. *Observ. 92. per tot. cent. 2.* Rom. *cons. 159.* Alex. *cons. 40. lib. 3. cons 133. lib. 4.* Ofasch. *decis. 140. per tot.* ubi tenet acquiri mulieri, & ejus hæredibus, sed illam, vel eos teneri actione personali ad solutionem pretii, & in subsidium rei vindicatione, vide Menoch. *lib. 3. præsumpt. 51. num. 42. & per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 696. num. 20. & alios supracitatos*, Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib. 3. quæst. 7. num. 3. & seqq.* ubi etiam an credatur confessioni mariti ad favorem uxoris in præjudicium aliorum.

Quòd præsumptio *d. l. quintus Mutius* non habeat locum in vidua post annum luctus, Vigg. *cons. 60. n. 17.* Rot. *part. 11. recent. decis. 342. num. 8.* de Concubina, vide *in §. Concubina num. 7.*

Quòd acquiratur dominium uxori etiam si constet emisse de pecunia mariti per *l. 1. & l. multum interest C. si quis aliter, vel sibi*, Ofasch. *d. decis. 140. n. 9.* Rot. *part. 2. divers. decis. 219. n. 1.* ubi etiam quando non teneatur ad restitutionem pretii, & vide Ursceol. *Consult. forens. cap. 9. n. 13. & seqq.* Tusch. *litt. M. concl. 92. per tot.* Merlin. *decis. 105. per tot.* ubi quòd ideò creditores mariti super bonis per uxorem de illius nempè mariti pecunia emptis tanquam ad maritum non spectantibus nihil prætendere possunt, facit quod dixi *in §. Emptio num. 36. &c.* Rot. *part. 9. recent. dec. 499. n. 3. & seqq. & part. 17. dec. 30. num. 8.* ubi quòd sibi acquirit, quamvis ex aliena pecunia, *& dec. 219. n. 22.*

Exceptio tamen *d. l. quintus Mutius*, non admittitur in judicio possessorio, sed illius disputatio est referenda ad petitorium, Menoch. *loc. cit. n. 44. & 45.* Rot. *part. 2. divers. decis. 219. n. 7.* Duran. *dec. 197.*

n. 6. & decis. 393. n. 7. Rot. part. 12. rec. dec. 197. n. 16. Urceol. d. cap. 9. n. 25. & in Append. ad d. cap. 9. in fine 2. vol. fol. 12. Mart. Medic. decis. 71. n. 15. & seqq. Rot. par. 9. rec. decis. 499. num. 7. &c. ubi etiam quòd dicta præsumptio contra uxorem militat tantùm favore mariti, & illius hæredum, non autem favore extranei, nec etiam favore mariti stante illius paupertate, propter quam fuit ipse traductus ad domū uxoris, Francisc. de Angelis d. quæst. 7. n. 3.

Quòd uxoris nomen appositum in instrumento emptionis per eam factæ non attendatur, si probetur quòd vir solvit pretium, & habuit rem emptam, quæ illi erit acquisita, & non uxori nudæ ministræ, quia tunc dicitur simulatio de persona ad personam, quæ ex quibus conjecturis detegatur, & aliis, Menoch. lib. 3. præsumpt. 125. per tot. Gratian. discept. for. cap. 970. n. 16. etc. Magon. decis. Flor. 77. nu. 1. etc. per tot. Rot. part. 2. div. dec. 219. n. 2. etc. par. 14. rec. decis. 188. n. 3. et seqq. Urceol. Consult. for. cap. 9. n. 13. et seqq. per tot. ubi pro uxore, & an dicta exceptio possit allegari per creditores mariti, adde Tusch. litt. V. concl. 392. ubi si maritus acquirat uxori, qualiter præsumatur facere in fraudem, vel non, vide in §. Maritus n. 31.

Quòd exceptio d. l. Quintus Mutius, & illius præsumptio possit tantùm allegari per maritum, non autem ab aliis extraneis, & creditoribus illius, Paul. Christin. decis. 137. sub n. 9. vol. 3. Pæn. decis. 47. n. 2. Urceol. loc. cit. et in Append. in fine 2. vol. ad cap. 9. fol. 12. Rot. part. 9. rec. dec. 499. num. 5. etc. Francisc. de Angelis d. quæst. 7. n. 3. ubi quòd competit etiam hæredi mariti, non autem extraneis, Rot. part. 18. rec. decis. 361. Crescin. ad Peo. loc. cit.

23 Uxor docens de actuali solutione pretii per eam facta ex publicis instrumentis claris coram notario, & testibus; facit cessare præsumptionem, l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. et ux. sicut etiam quando maritus confessus fuit pecuniam fuisse uxoris, quæ cum ostendat titulum habitum à defuncto dicitur legitima contradictria, Menoch. lib. 3. præsumpt. 51. n. 28. Cavaler. dec. 357. nu. 4. &c. Barbos. in l. 6. & 11. C. de donat. inter vir. & ux. num. 6. &c. Rot. per Merlin. decis. 485. n. 4.

Quòd quando instrumentum fuit celebratum præsente viro, & consentiente, cesset præsumptio d. leg. quintus Mutius, cum ex hoc colligitur tacita confessio mariti quòd pecuniæ processerint ab uxore, & tantò magis si pro illa promiserit solvere residuum pretii, Rot. par. 2. div. dec. 219. n. 8. Mart. Medic. d. dec. 71. n. 34. &c. cum Addit. Urceol. Consult. for. cap. 9. n. 21. Merlin. dec. 503. n. 7. &c. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 3. quæst. 7. n. 2. ubi intelligit dummodò confessio sit verisimilis; aliàs secùs, ne hoc modo inducatur donatio inter virum, & uxorem prohibita.

Item data possibilitate lucrandi ea propria industria, cessat præsumptio dict. l. quintus Mutius, Menoch. lib. 3. præsumpt. 51. n. 3. &c. Marth. Medic. d. dec. 71. n. 26. & seqq. cum Addit. Durand. dec. 429. per tot. ubi quòd ideò sufficit probare in genere industriam, licèt in specie non concludant testes de hoc, vel illo lucro certo, sed tantùm, quod erat excellens in tali arte, loquitur tamen in filia, in qua militat eadem præsumptio, ut dixi in §. Acquisita n. Ansald. dec. 84. n. 73. Rocc. Episc. cap. 136. n. 5.

Quòd quando uxor habet bona extradotalia, vel potuit aliundè acquirere cesset præsumptio d. l. quintus Mutius, Merlin. decis. 485. n. 3. & 4. Rot. part. 21. rec. dec. 341. n. 6. part. 12. decis. 197. n. 18. par. 14. dec. 376. n. 31. & 32. & par. 18. dec. 228. n. 8. & 9. ubi quòd cessat dicta præsumptio quoties docetur mulierem aliundè acquisivisse, & decis. 363. per tot. latè Carol. Marant. contr. part. 4. respons. 84. per tot. Ansald. & Rocc. loc. citatis.

Quòd ea, quæ acquirit uxor ex operibus artificialibus, sibi, & non viro acquirat, Franch. decis. 18. in fine, Sanfelic. decis. 147. per tot. ubi reddit rationem, quia uxor tenetur præstare viro operas suas tantùm obsequiales, non autem fabriles, & industriales, neque ex illicitis causa quæsita.

De hac materia, an, & quando uxor præsumatur acquisivisse de bonis viri, latè Card. Tusch. litt. V. conclus. 394. Gabriel. comm. concl. tit. de præsump. conclus. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51. Mart. Medic. Exam. 44. & dec. 71. cum Addit. Urceol. Consult. for. cap. 9. Pac. Jord. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. n. 37. & seqq. ad 57. ubi ampliat novem modis, & quatuordecim limitat, late Carol. Marant. contr. part. 4. respons. 84. per tot.

Si autem uxor per adulterium acquisiverit an teneatur marito tradere, sicuti si aliter laborando acquisivisset, cùm maritus sit dominus corporis uxoris suæ quoad actus conjugales, multi affirmant occultè tamen, ut propriæ consulatur famæ, & alia mala vitentur, nisi tamen acceperit ab iis, qui potestatem alienandi non habent; alii verò negant volentes mulieres conjugatas posse sibi retinere lucrum ex adulterio quæsitum, neque obnoxias esse alicui restitutioni viro, vel aliis dantibus, ad tradita per Dian. part. 2. tract. 17. resol. 7. cum aliis ibi per eum citatis, Sanfel. decis. 147. ubi quòd sibi, & non viro, neque ejus creditoribus acquirit, Caldas Pereyr. cons. 37. per tot. ubi plura an uxor sibi, vel marito, sive Patri acquirat.

Quid autem in ancilla, vel servo, an teneantur hujusmodi turpem quæstum dare domino, vel possint de eo liberè disponere, idem Dian. part. 8. tract. 6. resol. 9. ubi refert contrarias opiniones, facit Sanfelic. decis. 147. per tot.

Uxor relicta hæres, vel legataria à marito amittit hæreditatem, vel legatum, si stuprum committat, licèt non fuerit apposita conditio castè vivendi, quia semper subintelligitur ex præsumpta mente testatoris, & quid si nubat intra annum luctus, ac alia plura Gratian. discept. forens. cap. 5. per tot. vide in §. Conditio n. 38. etc. §. Legatum n. 29. et 30. 24

Amittit etiam si patiatur se osculari luxuriosè, Menoch. lib. 7. præsump. 41. n. 38. intellige si consentiat, & vide in §. Osculum.

Retinet tamen legatum etiam si transiverit ad secundas nuptias, nisi expressè fuerit adjecta conditio viduitatis, quæ non continetur sub conditione permanendi in domo testatoris, vel castè, & honestè vivendi, vel morandi cum filiis, nam istæ sunt conditiones separatæ, & possunt impleri etiam transeundo ad secundas nuptias, ad latè tradita per Altograd. cons. 63. per tot. lib. 1. vide in §. Conditio n. 38. et §. Legatum n. 29. et 30, Rot. part. 12. recent. decis. 95. per tot. et part. 24. decis. 502. Gabr. Vasquez Opusc. moral. tract. de test. cap. 7. §. 1. dub. 7. fol. 311.

Quòd per transitum uxoris ad secunda vota non contristetur anima viri defuncti, & quare dixi in §. Mulier n. 27. in fin.

An autem propter adulterium amittat dotem, latè Vivi. comm. opin. 1060. per tot. dixi in §. Mulier num. 31. Ricc. Collect. 2310. ubi etiam an possit impunè occidi, & alia plura notabilia de adulterio, de quo latè Sanfelic. dec. 337. cum tribus allegationibus, et Add. ubi etiā quòd sicuti non potest uxor accusare virum de adulterio, ita multò minus potest illum occidere, licèt ipsa adultera, & adulter quandoque possit occidi à marito, juxta notata in §. Maritus n. 7.

Uxor hæres instituta, si vitam vidualem, vel donec & quousque duxerit, tenetur præstare cautionem Mutianam, aliàs non admittitur ad hæreditatem, ut dixi in §. Cautio n. 11. &c. Gratian. discept. for. cap. 561. n. 24. &c. cap. 901. n. 9. &c. ubi quòd est præstanda, licèt non petatur, ut faciat fructus suos, Michalor. de fratr. part. 3. cap. 13. n. 11. &c. vide Gabrua. lucubr. 22. n. 15. & 16. Rocc. Respons. 42. n. 1. et 4. Barbos. dict. 340. n. 4. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 23. sect. 3. n. 99. tom. 3. 25

Et si postea transiverit ad secundas nuptias, tenetur restituere fructus, plenè Rot. in Imolen. bonorum 4. Decembr. 1615. coram Cocc. part. 1. recent. decis. 893. per tot. facit Gratian. dec. 168. in Addit. vide in meis resol. cap. 38. n. 6. et seqq. per tot. ubi nu. 11. etc. distinguitur inter hæreditatem, & legatum, rationibus de quibus ibidem, & Ricc. Collect. 3122. Ludovis. cum Beltramin. decis. 187. per tot. Altimar. loc. addict.

Quòd uxor, cui à marito relicta sunt alimenta, si cum filio habitaverit teneatur præstare cautionem Mucia-

Digitized by Google

tianam dixi *in* §. *Cautio n.* 10. *et* §. *Conditio n.* 38. *etc.* Cabal. *conf. decis.* 137. *per tot. lib.* 1. ubi quòd etiam non petita est præstanda dicta cautio saltem pro tempore futuro, quidquid per taciturnitatem, & non petitionem hæredum videatur illi renunciatum pro tempore præterito.

Hujusmodi tamen conditio non inducit viduitatem, nisi fuerit expressa viduitatis conditio, Altogr. *conf.* 63. *n.* 12. *lib.* 1. vide *in* §. *Legatum n.* 29.

Non etiam tenetur habitare cum filiis post litem sibi motam ab illis, nec cum nepotibus, & nihilominus consequitur legatum sibi sub dicta conditione relictum, Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 664. *n.* 7. *et seqq.* vide *in* §. *Legatum n.* 31.

An autem teneatur sequi hæredem peregrinantem, vel virum, ad hoc ut dicatur adimplere conditionem, ad quam est adstricta, vide Menoc. *de arbitr. cas.* 469. ubi tres casus distinguit.

Quòd magna sit differentia, an sit legata habitatio, vel usufructus domus, quo casu esset tota domus assignanda pro habitatione, secùs autem si sit solummodo jussa habitare in domo, vel legata habitatio in domo, quia hoc casu legatum intelligitur de aliqua parte domus, in qua possit commodè arbitrio boni viri, & non de tota domo, Bald. *conf.* 137. *num.* 2. *lib.* 5. Ruin. *conf.* 35. *n.* 4. *etc. lib.* 2. Dec. *conf.* 355. *n.* 4. *et seqq.* Cabal. *conf. dec.* 137. *n.* 26. *lib.* 1. vide *in* §. *Legatum n.* 37. *et n.* 53.

26 Uxor relicta domina, massaria, & usufructuaria, hærede filio instituto, habet tantùm alimenta, & solitam præeminentiam in domo viri, non autem plenum usumfructum juxta consuetudinem Bulgari communiter approbatam, Pract. Pract. Papp. *act. ad dotem, et usufr. glos. Donec vitam*; Cabal. *conf. decis.* 119. *n.* 3. *et seqq. lib.* 2. Roland. *conf.* 74. *lib.* 2. Castr. *conf.* 71. *lib.* 1. Cabal. *resol. crim. cas.* 212. *n.* 32. Sanfelic. *decis.* 201. ubi si supervivat consequitur totum, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 139. *per tot.* Gratian. *discep. for. cap.* 901. *n.* 6. *etc.* ubi etiam quòd mortuo filio reintegratur ad totum usumfructum *cap.* 70. *n.* 48. *etc.* ubi quando debeat habere plenum usumfructum, *cap.* 46. *n.* 9. 20. *etc cap.* 216. *n.* 31. *cap.* 565. *in princ. cap.* 919 *n.* 12. *etc.* ubi quando habeat plenum usumfructum, & quòd dicta de uxore procedunt etiam *in* matre testatoris, & sic avia filiorum, sequitur Duran. *decis.* 258. *n.* 5. vide Card. Tusch. *litt. V*, *concl.* 314. 315. *et* 403. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 1054. Mascard. *de prob. concl.* 1419. Bardell. *conf.* 155. *per tot. lib.* 2. Sperel. *dec.* 145. *n.* 33. Beltram. ad Ludov. *dec* 460. Marcian. *Disp. for. cap.* 49. *per tot.* Paul. Christ. *dec. Belg.* 251. *n.* 16. *et seq. vol.* 1. *et dec.* 131. *n.* 41. *vol.* 3. Surd. *de alim. tit.* 2. *qu.* 8. 9. & pleniùs *qu.* 15. *per tot.* Ricc. *Collect.* 96. Peregr. *dec.* 38. *per tot.* Rota *part.* 10. *rec. dec.* 179. *n.* 7. *et seqq. et dec.* 192. *nu.* 26. *etc. dec.* 290. *per tot. dec.* 349. *per tot.* ubi quando habeat plenum usumfructum ex conjecturata mente testatoris, *et part.* 11. *dec.* 311. *n.* 34. ubi quando ex amplitudine, & prægnantia verborum, *et part.* 13. *dec.* 89. *n.* 7. ubi quòd filii tantùm, & non alii possunt de prædictis excipere, & mater supervivens totum consequitur, Carol. Marant. *contr. par.* 4. *resp.* 41. *n.* 54. *et seq.* Vide Nicoli. *Instit. Imp. tit. de hæred. quæ ab intest.* *n.* 54. *ampl.* 5. Pen. & Caeseir. *dec.* 1239. *et dec.* 1310. De Luc. *de Legat. disc.* 58. *n.* 13. *et* 14.

Quid autem si sint instituti hæredes extranei, vel ascendentes testatoris, latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 140. *per tot.* Christin. *d. dec.* 251. *per tot.* Merlin. *dec.* 905. *n.* 34. *et seqq.* vide *in* §. *Usufructus n.* 14.

Quid si nulli alii hæredes sint instituti, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 140. *per tot.* Christin. *loc. cit.* & dixi *in* §. *Institutio n.* 3.

An mortuo filio duret legatum, & quomodo, Franch. *dec.* 58. *per tot.* Menoch. *conf.* 970. *n.* 26 Rot. *part.* 8. *rec. dec.* 636. *per tot. par.* 10. *dec.* 200. *n.* 17. *et seq.* ubi quòd durat non obstante conditione cohabitandi cum filio, quia intelligitur donec vivit, & sic donec conditio adimpleri potest, vide Sanfelic. *decis.* 201. *per tot.* latè Cabal. *conf. dec.* 119. *lib.* 2. ubi quòd mortuis filiis extinguitur, si adveniente hoc casu sit factum aliud legatum.

Prædicta procedunt solùm ubi uxor, vel mater fuit tantùm relicta usufructuaria, non autem quando unico contextu, & unica ratione, ac verborum structura instituitur hæres cum filio, nisi concurrant urgentes conjecturæ, quòd testator voluerit solùm alimenta relinquere, Duran. *dec.* 258. *n.* 6. *etc.* vide *in* §. *Usufructus n.* 14. *et* 15.

Idem si uxori fuerit relictus usufructus, non soli, sed cum filiis, vel filiabus, non restringitur ad alimenta, sed uxor consequitur plenum usumfructum dimidiæ, vel alterius partis sibi relictæ, Gratian. *discept.* 70. *n.* 48. *et seqq.* Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 310. *n.* 35. *et par.* 14. *dec.* 216. *per tot.* ubi etiam quando consequatur integram medietatem usufructus, licet plures sint filii cum ea instituti, qui loco unius habentur, nec possint priùs detrahere legitimam, Rot. *d. part.* 14. *decis.* 502. ubi quòd retinet usumfructum sibi cum filia relictum, etiam si transiverit ad secunda vota, quando conditio viduitatis non fuit apposita, cùm tunc pœnæ secundarum nuptiarum censeantur remissæ.

Quòd habeat plenum usumfructum quando fuit liberata à redditione rationis de fructibus, vel filii fuerunt instituti in omnibus aliis bonis, propter illam dictionem *aliis*, quæ refert ad non expressa, & includit diversa à specificatis, Cabal. *conf. dec.* 132. *lib.* 2. Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 152. ubi quando ex conjecturata mente testatoris habeat usumfructum formalem, & non alimenta tantùm.

Quòd dicta alimenta debeantur pro integro anno, & in principio anni, & non tantùm usque ad diem mortis uxoris, ita ut etiam non exacta transmittantur ad hæredes pro toto anno, non obstante conventione facta circa modum solvendi, pulchrè Franch. *decis.* 255. *per tot.*

Quòd sub legato universali usufructus omnium bonorum uxori relicto non comprehendatur legitima filiorum, sed prius illa sit liberè detrahenda, nisi talis usufructus fuerit unà cum filiis uxori relictus, quia tunc pro medietate spectat etiam ad filios, latè Urceol. *Consult. for. cap.* 58. *n.* 1. *et seq. vol.* 2. Rot. *p.* 10. *rec. dec.* 290. *n.* 11. *etc.*

Uxor usufructuaria omnium bonorum tenetur ad onera hæreditatis, nisi absorberent totum usumfructum, quia tunc solvi debet de bonis hæreditariis, & in reliquo ipsa habere usumfructum Bart. *in l. fin. ff. de usufr. leg.* Pract. Papp. *act. ad dot. et usumfr. glos. dedit, et legavit n.* 5. ubi quòd videtur communis opinio contra Bart. Jas. *in l.* 1. *ff. ad Treb.* Cravet. *conf.* 183. *n.* 1. Cabal. *conf. dec.* 132. *n.* 9. *lib.* 2. vide *in* §. *Usufructus n.* 7. 27

Et potest priùs deducere dotē tamquam æs alienum, cùm possit utrŭque consequi, legatum scilicèt, & dotē, nulla facta compensatione, & quando secùs, Gratian. *decis.* 47. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 16. *per tot.* ubi latè examinat an uxor, cui relicta sunt alimenta à viro posset dotem petere ab hæredibus quando acceptavit legatum, Cabal. *conf. decis.* 231. *num.* 12. *lib.* 2. ubi quòd potest petere etiam dotem sibi legatam.

Quòd uxor relicta usufructuaria teneatur cavere de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo rem finito ususfructu, ita ut nec hujusmodi cautio possit sibi à marito remitti, Pract. Papp. *loc. cit. num.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 16 Gratian. *decis.* 3. *in addit. num.* 5. & 6. Ciarlin. *contr.* 109. *num.* 28. Clar. §. *Testamentum quæst.* 64. vide *in* §. *Usufructus num.* 4. Bancl. *de ult. volunt. decis.* 93. *per tot.* ubi non obstante liberatione à confectione inventarii, & cautionis sub pœna caducitatis imposita hæredibus eam molestantibus fuit condemnata describere bona mobilia, & alia, quæ usu consumuntur, ac præstare cautionem facta eorundem æstimatione, & plures allegat. Cabrun. *lucubr.* 22. *num.* 9. Ciarlin. *contr.* 109. *n.* 27. Argoel. *decis.* 91. *n.* 5. Vide De Luc. *de Legat. disc.* 39. *sub num.* 11.

Item tenetur etiam inventarium conficere, Gratian. *discept. forens. cap.* 696. *n.* 22. *&c.* Cabrun. *loc. cit.* Ciarlin. *loc. cit. n.* 28. ubi quod non potest remitti.

Uxor constante matrimonio non potest repetere 28 dotem, nisi maritus vergat ad inopiam, ita ut pro hujus-

hujusmodi repetitione non sufficiat inopia, quæ ederat in marito tempore contracti matrimonii, cùm tunc mulier videatur in culpa contrahendo cum viro inope; sed requiratur inopia superveniens post contractum matrimonium, Bart. *in l. si constante ff. solut. matrim.* Pract. Papp. *libel. ad dot. & usumfruct. glos. Uxor. quondam num. 7. & num. 13.* Sanfelic. *decis. 338. n. 47. & seqq. cum Addit.* Petr. de Unnate *de Contract. tom. 2. tract. 11. disp. 40. sect. 15. per tot. fol. 116.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. clans. 7. glos. 2. part. 4. fol. 290. &c.* ubi etiam an id sit permissum ex aliis causis, latè Boss. *de dote cap. 19. per tot. fol. 701. &c.* Costa *de remed. subsid. 1. per tot.* Rot. *par. 19. recent. dec. 239. num. 23. & seqq.*

Quomodo autem, & quibus modis probetur vergentia viri ad inopiam, ita ut uxori competat assecuratio, etiam contra tertium possessorem, licet bona fuarint alienata cum consensu uxoris, & tantò magis si consensus fuarit nullus ob non servatas solemnitates. Rot. *part. 14. recent. dec. 474. per tot.* facit. Sanfelic. *d. dec. 338. cum Addit.* Franeisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 1. q. 9. n. 19. & seqq. per totum* ubi quod in præjudicium viri, & ejus hæredum probatur ex simplici confessione ipsius viri, si verò agatur cum creditoribus, vel tertiis possessoribus est aliter plenè probanda, Rot. *part. 19. recent. dec. 239. num. 13. & seqq.* Abeecles. & Crescin. *observat. 160. part. 1.*

Quòd propter inopiam viri possit non tantùm dotem, sed etiam donationem propter nuptias repetere, & tam agendo, quàm excipiendo, ita ut per oblationem fidejussionis non repellatur, Gratian. *decis. 194. per tot.* vide Sanfelic. *d. dec. 338. cum Addit.* ubi plura hic inde, & potest petere assecurationem non minus pro dote, quàm pro lucro dotali Ansald. *decis. 80. num. 46.* Abeecles. & Crescin. *dict. observat. 160. part. 1.* Altimar. *de nullit. rub. 1. part. 3. quæst. 35. n. 1082. tom. 5.*

Et quod tunc à die vergentiæ viri ad inopiam incipiat currere præscriptio contra uxorem ad favorem tertii possessoris, nisi aliud obstet, putà nonspecifica possessio, vel scientia debiti, Fontanel. *de pact. nupt. Claus. 6. glos. 1. part. 2. n. 37* Pacific. de Salvian. *Inspect. 2. cap. 2. n. 275. & seqq.* Rot. *part. 9. rec. dec. 212. num. 1. &c.*

29 Uxor repetens dotem propter inopiam mariti etiam per viam Salviani contra tertios possessores, debet prius excutere virum, & ejus bona, quia non dicitur habere jus formatum, & in esse deductum, sed prius requiritur declaratio quod venerit casus dotium restituendarum, nisi probetur maritum esse notoriè inopem, & non solvendo, vel publicè decoctum, aut absentem, Belloo. *cons. 34.* Afflict. *decis. 318.* Scapuc. de Salvian. *libr. 1. quæst. 10. num. 3. &c.* ubi refert Gratian. *decis. 71. num. 17.* contrarium tenentem, vide Merlin. *de pign. libr. 3. tit. 2. quæstion. 73. per tot.* Ciarlin. *contr. 94. per tot.* Magon. *decis. Flor. 68. num. 2. &c.* ubi quòd non sit necessaria supradicta excussio, facit quod dixi in *§. Excussio num.* Rot. *part. 14. recen. dec 474. n. 1. & seqq.* ubi quòd stante obligatione Camerali, & clausula, constituti, non est necessaria excussio, prædictis adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 1. quæst. 9. num. 28. & seqq. per tot.* eumdem Fontanel. *loc. cit.* Abeecles. & Crescin. *loc. addnct.*

Quòd vergente viro ad inopiam possit agere tantùm pro concurrenti quantitate dotis, & non super omnibus bonis, Cavaler. *decis. 62 num. 5. in fin. n. 32.* Sanfel. *cum. Add. decis. 338.* Francisc. de Angel. *d. q. 9. num. 36. & seqq.* Abeecles. & Crescin. *ubi supra.* Altimar. *loc. cit. n. 1087.* Ansald. *decis. 89. n. 42.*

Quòd istud privilegium repetitionis dotis propter inopiam sit personalissimum mulieris, & non competat filiis, Anchatao. *Reg. q. famil. part. 1. q. 25. num. 4. &c.* Rot. *part. 11. recent. decis. 217. num. 26.* Francisc. de Angelis *dict. q. 9. num. 16. & seq.* de omnibus prædictis, & aliis circa repetitionem dotis constante matrimonio ob mariti inopiam; latè Boss. *de dot. cap. 19. per tot. fol. 701. &c.* Rot. *recent. part. 10. decis. 292. n. 2.* Altimar. *loc. cit. n. 1092.* De Luc. *de dot. disc. 17.* Abeecles. & Crescin. *loc. cit.*

Uxor stante inopia viri, an possit pro suis dotibus nondum probata inopia uti retentione adversus creditores exequentes in bonis mariti, opinionem affirmativam tenet Negus. *de pign. part. 5. membr. 1. num. 29.* sed non esse veram, cum inopia sit planè probanda citatis creditoribus, quibus alias non præjudicatur, maximè quoad executionem cœptam, Gratian. *discept. forens. cap. 872. num. 18. &c.* Thes. *decis. 207. per tot.* vide Ciarlin. *contr. 94.* Bich. *decis. 550* Magon. *decis. Luc. 55.* ubi de inopia plenè probanda quando vertitur in præjudicium tertii, & quando assignatio dicatur fraudulosa, Bardellon. *cons. 180. n. 5. &c. lib. 2.* Sanfelic. *decis. 131.* ubi sequitur affirmativam cum Negusant. & alia servari testatur in magna Curia; sed vide eumdem Sanfelic. *decis. 338. cum Addit.* ubi plura in contrarium, & Franeisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 1. quæst. 9. num. 33. & seqq. per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clans. 7. glos. 2. part. 4. fol. 396. &c. & part. 5. ac per tot. illam glos.* ubi ad securitatem de oppositionibus, quæ fiunt per mulieres adversus creditores virorum.

Quòd stante instrumento dotis cum clausula constituti, possint impedire executionem, & uti retentione, etiam nondum probata inopia, Gratian. *discept. for. cap. ult. n. 5.* Magon. *decis. Flor. 68. n. 2. &c.* vide Rot. *part. 10. recent. decis. 292.* ubi qualiter hoc jus retentionis possit ad successores transmittere, Sanfel. *d. decis. 131. n. 5. &c.* Crescin. ad Abeecles. *dict. observat. 160. part. 1.* 31

Uxor quando fuit prævanta à creditoribus mariti, non potest impedire subhastationem bonorum illius, imò nec etiam si illos prævenarit, & sit antarior, cùm teneatur pati quod bona vendantur per posteriores, dummodò sibi ex pretio satisfiat de suo credito dotali, & residuum gradatim applicetur aliis, & ita fuisse servatum in signatura Sanctissimi refert Duran. *decis. 445. in princ.* Gratian. *discept. forens. cap. 941. num. 1. &c.* Rot. *in noviss. part. 7. dec. 180. n. 4. &c.* maximè quando uxor non possidet jure dominii, sed tantùm jure pignoris, ut videtur distinguere Rot. ibidem Cavaler. *decis. 429. per tot.* vide *in §. Creditor num. 24. & §. Oblatio num.* Urceol. *Consult. forens. capit. 52. num. 18. & seqq. vol. 2. & capit. 87. num. 17. vol. 1.* Rot. *part. 10. recent. decis. 182.* Vide Abeecles. & Crescin. *observat. 161. part. 1.*

An mortuo viro possit aliquid ex suis bonis occultare pro honesta vitæ sustentatione, dixi *in §. Filiatio num. 28. in fine.*

Uxor potest retinere omnia bona viri donec sibi dos restituatur soluto matrimonio, & contraria procedunt in repetitione, quæ fit ob vergentiam viri ad inopiam, Gratian. *discept. for. cap. 961. num. 7.* & Magon. *dec. Flor. 68. num. 1.* Marc. Medic. *Exam. 56. num. 25. et seqq. et dec. 91. & 93. per tot.* vide *in §. Mulier num. 14. supra num. 29. in fine*, latè Tusch. *lit. D. conclus. 744.* Paul. Christin. *dec. 239. num. 7. etc. vol. 3.* Urceol. *consult. for. capit. 52. n. 10. et seqq. vol. 2.* Franeisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 1. q. 9. n. 35. et seqq.* Rot. *part. 18 rec. dec. 403. num. 2. & seqq.* plenè Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clans. 7. glos. 3. part 3. per tot. fol. 443. etc.* Baldac. in Annot ad Ramon. *cons. 50.* Andreol. *contr. 12.* ubi qualiter possit mutare causam possessionis, & retinere bona omnia, quæ vivente viro possidet jure familiaritatis, donec sit satisfacta de sua dote, *et contr. 190.* ubi quid stante statuto continuante possessione in hæredes, ubi quòd non potest repelli à possessione bonorum viri, nisi persoluto integro dotis credito, sed in ea manuteneri. 30

Quòd possit retineri bona viri etiam fideicommisso subjecta, & licet fuerit hæres institutus, ob id non videatur mariti hæreditatem adivisse, etiam stante Statuto Florentino *lib. 2. rub. 29.* latè Cabal. *cons. dec. 114. lib. 1. per tot.*

Quo tamen in dote imputentur fructus, quos percepit, latè Urceol. *consult. forens. cap. 29. num. 10. & seqq.*

& seqq. & cap. 32. *n.* 23. *et seqq. vol.* 2. ubi etiam quando dicti fructus non imputentur, & quibus cautelis uti possit ad evitandam dictam imputationem, Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 493. *num.* 10. *& seqq.* ubi quòd fructus bonorum viri ab uxore percepti refendi sunt in causam fructuum dotis, nec sortem extenuant, &c. Limita Florentiæ quando ast facta sententia vigore pacti dotalis, Tusch. *loc. cit. num.* 3. dixi *in §. Interesse num.* 6.

Quando possit concurrere pro restitutione dotis cum creditoribus rationis fundacariæ, quam maritus cum aliis sociis exercebat, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 964. *per tot.* facit *in §. Mercator n.* 17. *infra n.* 47.

33 Uxor tamen de consensu assecurata de dote super aliquibus bonis viri, etiam non sequuta liberatione aliorum non potest variare, & ad alia recursum habere, nisi quatenus bona sibi assignata non essent sufficientia, & dos illa semper postea remanet apud uxorem, etiam si maritus pervenerit ad pinguiorem fortunam, Capyc. *dec.* 46. *per tot* quem sequitur Rot. *par.* 1. *rec. dec.* 192. *n.* 5. Fenzon. *ad Stat. Urb. dec.* 38. *per tot.* Afflict. *decis.* 9. Natt. *cons.* 81. Magon. *dec. Flor.* 68. *n.* 12. Gratian. *discept. forens. cap.* 974. *num.* 32. *etc. cap.* 435. *num.* 3. *etc.* ubi facit contra prædicta Tiraquel. *tract. Cessante causa limit.* 14. *per tot.* ubi plura hincinde an cessante inopia debeat dos remanere penes uxorem, vel viro restitui, & quibus modis distinguit.

De dicta assecuratione dotis quando habeat locum, vel non, latè Sanfelic. *dec.* 338. *cum Addit.*

Quòd debeat iterùm assecurari, si bona assignata pereant sine illius culpa, vel evincantur, cùm non simus in vera restitutione, Gratian. *discept. forens. cap.* 974. *n.* 26. *etc.*

34 Uxor prædicto modo assecurata verè possidet, non tamen ad alienandum, sed ad se suosque liberos alendum, & debent bona æstimari, quæ si à creditoribus prætendantur pluris valere, quam sit dos debent contra illam agere, & interim pretium conventum præsumitur justum, Gratian. *discept. forens. cap.* 323. *num.* 16. *etc.* Magon. *decis. Flor.* 125. *per tot.* ubi propterea infert non posse etiam prò debito ipsius uxoris fieri executio in hujusmodi bonis, vide *in §. Execution n.* latè Giurb. *decis.* 16. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 338. *cum Addit.*

Quod non possit venditioni consentire, quia bona assignata debent stare pro alimentis suis, filiorum, & viri, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 86. *n.* 4. *&c.*

